
Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

1044
55-9

DIVI AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS

EPISCOPI, OPERVM,

Tomus octauus,

Continens Enarrationes in Psalmos Mysticos.

In quo, pręter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut a catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.

no tiene q̃ expurgar este tomo.
Por comision del S.to Offº
de Otaqui.

munoa

COLLEGII SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA

VENETIIS, Apud Iuntas.
M D L X X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAEFATIO CVIVSDAM REGEN-TIORIS, IN COMMENTARIOS Auguſtini, quos ſcripſit in Pſalmos.

A CVm non ſolum diuinæ,uerum etiã humanæ philoſophiæ ueritas doceat, nihil fruſtra & ſine cauſa ſiue in dei, ſiue in naturæ operibus eſſe factum,non parum eorum animos,qui ſingulorum rationem factorum conati ſunt reddere,quęſtio pulſauit,Cuius rei cauſa & ad quid homo conditus ſit. Ad quam diſſoluendam & ſi multorum philoſophorum ingenia ſolicite ac plurimum laborauerint,nullus eorum tamen veram integramq. rationem reddere potuit.Quo factum eſt,ut a recto veritatis tramite deuiantes,in uarios inexcuſabilesq. errores inciderint. Nec mirũ: Qui.n.rationem ſui ignorabant, quo pacto cuiuſuis alterius rationem ſcire poterant? Diuina aũt ſcriptura ab hominis conditore inſpirata, ſola ſummã perfectamq. factionis ipſius cauſam in lucẽ produxit.

Pro.16. Non modo generalem qua dñs omnium vniuerſa propter ſe operatus eſt, ſed & in ſpecie officij ſui rationem, dignitatem,finemq. demonſtrans. Ita.n.ſcriptum eſt,

Eccl. 7. B Deus de terra creauit hominem, & ſecũm imaginem ſuam fecit illum. Et paulopoſt, Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operum ſuorum,ut nomen ſanctificationis collaudẽt, & gloriari mirabilibus illius,ut magnalia enarrent operum eius.Quorum omnium hæc ſumma eſt, Deum idcirco hominem talemq. condidiſſe, ut eſſet qui opera eius intelligeret, qui prouidentiam diſponẽdi, rationem faciendi,virtutem conſummandi,potentiam conſeruandi,ſapientiam gubernandi,clementiam benefaciendi,& ſenſu admirari, & uoce enarrare atq. collaudare poſſet, hoc eſt, ut deum factorem coleret. Quemadmodum itaq. factus eſt mundus propter hominem, ut ei ſeruiret, ita homo factus eſt propter deum, ut ei ſeruiret. Sic ergo mundus idcirco factus eſt,vt fieret homo: Homo uero ideo factus eſt, vt deum factorem ſuum agnoſceret: ideo agnoſceret, ut amaret & coleret: ideo amaret & coleret, ut beatam immortalitatem pro mercede laboris caperet. Ideo autem præmio beatæ immortalitatis afficeretur,ut ſimilis effectus angelis, ſummo & immortali deo in perpetuũ ſeruiret,& eſſet regnum ęternum ipſi deo. C Hæc eſt ſumma rerum: hoc arcanum dei: hoc conſtitutionis mundi myſteriũ: hæc conditi hominis ratio:hic uniuerſorum cardo. Hoc qui neſcit, ſi ipſe homo ſit neſciat. Hoc ſi philoſophi tenuiſſent, in tot tam varios tamq. pernicioſos errores prolapſi non fuiſſent.Hanc deniq. conditionis ſuę rationem, ut homo iupiter teneret,in prę ceptum ſibi poſita eſt, ſancto legislatore Moyſe atteſtante,& Iudaicum populũ ita commonente, Et nunc, inquit,quid dñs deus tuus petit a te, niſi ut timeas dominũ deum tuum,& ambules in uijs eius,& diligas eum, ac ſeruias domino deo tuo in toto corde,& in tota anima tua,cuſtodiasq. mãdata dñi, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi,ut bene ſit tibi? Et poſt pauca, Dñm deum tuum, inquit,timebis, & ei ſoli ſeruies. Neque iſtud prætereundũ eſt, q̃ eadem quoq. de cauſa non ſolũ conditus eſt homo, ſed & hominis conditor factus eſt homo, Zacharia parente prę curſoris domini ſpiritu ſancto repleto, ita D Luc.1. inter cætera uaticinante & dicente, Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis: Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi:In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo,omnibus diebus nr̃is. Ecce teſtimonio tanti prophetæ, idcirco etiam deum propter hominem,hominem factũ, imo & homini ſeruiuiſſe, ut & homo dignam ſibi ſeruitutem rependeret. Indicta autem homini ſeruitus, licet multifarie interpretari, multis uarijsq. modis deo creatori poſsit: nihil tamen aliud eſt quàm debitus deo cultus,& hic non aliud quam deuota ipſius laudatio. Summus enim Lactantio Firmiano teſte, colendi ritus eſt, ex ore iuſti hominis ad deum directa laudatio. Quæ tamen ipſa, inquit, ut deo ſit accepta, & humilitate & timore,& deuotione maxima opus eſt, ne quis forte integritatis & innocentię fiduciam gerens, tumoris & arrogantiæ

crimen incurrat, eoq. facto gratiam uirtutis amittat. Vnde & sanctus Moyses postq̃ pmemoratum expressit præceptum: subiecit, Ipsi adhærebis, Ipse est laus tua: hoc est,
Deu.10 quē solum laudare debes. Hæc est uera religio, hæc recta pietas, hæc debita deo seruitus. Hoc est acceptabile iugeq. sacrificiū,
E quo coli, placari, honorificari & glorificari uult deus, ipso p. pphetā cōtestāte, & dicēte, Immola deo sacrificiū laudis, & redde al
psal.49. tissimo tota tua. Et in calce eiusdem uaticinij: Sacrificium, inqt, laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei. Verū quis ad hanc seruitutē oēs hoies tenean̄: quosdā tū dñs elegit, a quibus præcipuè & specialius coli atq. laudari uoluit. Vt in ueteri testamento populum Israeliti
Deu. 7. cū, ad quē Moyses ita locutus est, Te elegit dñs deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super terrā.
Deu.26 Et iterū post multa, En dñs, inquit, elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudē & gloriam suam, ut sis populus sanctus dñi dei tui. Sic & in nouo testō populum Chr̄ianum ad sui laudem & gloriā singulariter elegit, Apostolo Ephesijs hoc scribēte, & ob id deū
Ephe. 1 bñdicente & laudante. Benedictus, inquit, deus & pater dñi nr̄i Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali
F in cœlestibus in Chr̄o, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum Christum in ipsū sed̄m propositum voluntatis suę, in laudē gloriæ gr̄æ suę. Item quem admodū in ueteri testamēto ex electo populo subelegit sibi dñs filios Leui, q specialiter sibi in ministerijs taberna culi seruirent, sed̄m quod
Nu.18. ad Aaron locutus est, Ego inquit, dedi uobis frēs vestros, leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donū dño, vt seruiāt in ministerijs tabernaculis eius. Quos postea
1.Pa.23 rex Dauid instituit, vt starent mane ad cōfitēdū & canēdū dño, similiterq. ad uespe rā, & cætera. Sic simili modo in nouo testō ex populo Christiano subelecti sunt clerici & sacerdotes, ut illi specialiter dño seruiant, & virtutes eius enarrando, eum laudēt & colant. Quod Petri apostolorū principis authoritate cōprobat, ad eos sic scribentis, Vos aūt genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitio- G
nis, vt uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū: Et sicut filij Leui certis tpibus & horis, laudibus diuinis deuotius insistebāt, ita & clerici debent. Nam & clerici a sorte dicti sunt, eo q̃ sint de sorte dñi, ipm̃ q̃ sorte & hæreditate sua eū filijs Leui in perpetuū possessuri, dūmodo hic debito cultu & digna laudatione ei seruierint. Illud prēte rea consyderatione dignum est, nec mysterio caret, q̃ cum tota scriptura diuinitus inspirata, ad dei laudē & gloriam ordinata & conscripta sit, tota ēt homini ad eius doctrinā & consolationē tradita: tota deniq. diuinis laudibus plena, uniuersa a quibus debita dei laudatio sumi pōt inducēs, omnemq. laudandi formam atq. rationē exponēs, sancta tū Ecclesia quibusdam scripturis specialius atq. frequentius in diuino cultu vti voluit. Nam sicut ex vtriusq. testamenti populis dñs quosdam specialiter elegit, ut superius expositum est, ita & ex vtriusq. testamenti scripturis, quasdam specialiter in cultu suo voluit frequentari, vt pote ex veteri testamento librum psalmorum, hac præsertim ratione vt docto Dionysio placet, quia psalmi per modum laudis comprehendunt quicquid in sacra scriptura continetur. Vnde & hic psalmo- H
rum liber registrum est totius sacræ scripturæ, & consummatio totius theologicæ paginæ. Quem & subsequens Diui Aug. Dist.38
nostri prologus innumeris pene præconijs Quæ ip
commendat & extollit. Hunc librum sa- sis.
cer canon inter cætera quæ sacerdotibus ad sciendum necessāria sunt, discendum commonet. Cum n. intelligenter deo psallendum sit, quomodo debite deo psallere poteſt, qui quid psallat ignorat? Iubet nanque sanctus psalmista noster, ut psallentes
deo intelligenter psallant. Quoniam, in- Psal.48.
quit, omnis terræ deus, psallite sapienter, hoc est intelligenter, ut alia litera habet. Quia vero hic liber tot & tam profundis mysterijs plenus est, vt a nemine sine reuelatione, uel docto interprete possit intelligi. Ea de re magnus ille doctor Augusti. noster, deuotissimus dei cultor, animarumq̃ salutis zelator ardentissimus, illius explanationi uigilanti studio I
insudauit, clausa quæque reserans, abscondita reuelans, mysteria pandens,

obscura

obscura dilucidans, dubia definiens, vitia detestās, virtutes extollens, supplicia comminans, p̃mia promittens, pusillanimes cō fortans, psumentes, deterrēs pseuerātes coronans, ita ut nemo qui diligenter legerit, absq. fructu discedat. Huic igitur operi studium impendant, illud frequenter legant, illius sensum teneant omnes qui in sortē dñi, vt illum debita seruitute laudēt & glorificent, electi sunt: ne negligentes & ignari illam diuinæ comminationis ultio-
Osee.4. nem experiantur, Quia tu scientiam repu-
Psal.94. listi, repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Et illam adhuc terribiliorem, Dixi semper, hi errant corde. Ipsi vero non cognouerūt vias meas, quibus iurauī in ira mea, si intrabunt in requiem meam. Et ita partem suam habituri sint cum hypocritis. Quin potius intelligentes & tenentes rationem qua conditi sunt conditorem pro sorte hereditatis suę possideant, laudent & glorificent in secula seculorum, Amē.

PRAEFATIONIS FINIS.

K D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, in librum psalmorum Prologus.

2.Ti.3. OMNIS scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docēdum. Hac ipsa de causa a spiritu sancto conscripta est: id est, vt ueluti ex communi quodā sanitatis fonte, oēs nobis ex hac remedia proprijs passionibus assumamus. Sanitas. n. inquit, compescit peccata magna. Alia nanque sunt quæ prophetæ tradunt, alia quæ historia: lex quoq. alia, prouerbiorum etiā alia commonitio: psalmorum vero liber quęcunq. utilia sunt ex omnibus cōtinet. Futura prædicit, ueterum gesta commemorat, legem uiuentibus tribuit, gerendorum statuit modum. Et vt breuiter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ thesaurus est, apte singulis necessāria subministrans. Veteribus nanque animarum uulneribus nouit mederi, sed & recentibus velocissimum solet adhibere remedium, atq. in actis perseuerantiam scit salutis adhibere, sed & uniuersis pariter passionibus subuenire, quæ dominationibus L
varijs humanas animas angunt. Et hoc fit modulatione quādam & delectabili cantore, humanum animum ad uitā excitam̃ pro uocante. Q̃nquidem spiritus sanctus uidens obluctantem ac resistentem ad uirtutis viam humani generis animum, & ad delectationis vitę huius magis inclinari, quam ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ uim suæ doctrinæ permiscuit: ut dum suauitate carminis mulcetur auditus, diuini sermonis pariter utilitas inseratur, secundum sapientes medicos, qui si quando usus poposcerit, austeriora medicamenta ægris offerūt mortalibus: ne æger utilitatem præ austeritate refugiat, ora ac sūmitates poculi, quo remediū porrigūt, melle circunlinūt. Propterea ergo Psalmorū nobis per modulos aptata sunt carmina, vt vel ętate pueriles, vel qui adolescentes sunt moribus, quasi cantilena quadam psallentes, delectari uideantur. Reuera. n. animas illuminant ac mentem. Plurimi. n. ex his qui in Ecclesiam conueant, neq. apostolica præcepta facile possunt, neq. prophetica uel liquido M
discere, uel cum didicerint retinere: psalmorum uero responsa, & intra domos interdum etiam in populo publice canunt. Et si cubi quis quanuis fero ac rabidissimo furore raptetur, si forte fuerit psalmi, ut ita dixerim, carminibus incantatus, continuo omnis rabies ferocitatis eius abscedit. Psalmus tranquillitas animarum est, signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, sobrietatē suggerens, amicitiam congregans, adducens in concordiā discrepantes, reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum dicat, cum quo unā ad deum psalmi emiserit uocem? Ex quo intelligitur, quia qd̃ omnium bonorū maximum est, charitatē psalmus instaurat, cō iunctionem quandam per consonantiam vocis efficiens, & diuersum populū unus chōri per concordiam consona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat, angelos ad adiutorium inuitat. Securum. n. in nocturnis terroribus, diurnorumq. reqes est laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor. Desertas habitare facit urbes, sobrietatem docet: Incipientibus pri- A
mum efficitur elementum, proficientibus incrementum, perfectis stabile firmamen-

cum,totius Ecclesiæ uox vna. Psal[illegible] solemnitates decorat,psalmus tristitiam quæ propter deum est,mollit. Psalmus etiã ex corde lapideo lacrymas mouet, Psalmus angelorum opus est, exercituum cœlestium,spiritale thymiama. Quere admirandi magistri sapiens institutũ, vt simul & cantare uideamur, & quod ad utilitatẽ animæ pertinet doceamur. Per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur. Pro eo quod si qua per uim & difficultatẽ aliquam animis nostris fuerint inserta continuo dilabuntur.Ea vero quæ cum gratia & dilectione suscepimus, nescio quo pacto magis residere in mẽtibus, ac memoriæ videntur inhęrere. Quid autem est quod non discatur in psalmis? Nõ omnis magnitudo virtutis, non norma iustitiæ,non pudicitiæ decor,non prudentiæ consummatio, non patientiæ regula, non omne quicquid potest dici bonum procedit ex ipsis? Dei scientia perfecta,prænunciatio Christi in carne venturi,& commu
B nis resurrectionis spes, suppliciorum metus,gloriæ pollicitatio,mysteriorum reuelatio. Omnia prorsus in his velut magno quodam & communi thesauro, recondita atque conferta sunt bona. Quem librum propheta cum multa sint organa musicorum , huic tamen organo quod psalterium appellatur, aptauit , de superioribus,vt mihi uidetur, inspiratam dei gratiã per spiritumsanctum docens.Qm quidem hoc solum organum musicorum,sonos de superioribus habere fertur.Cithara nanq. vel lyra ea inferiori parte æs vel tympanũ habens,resultat ac resonat plectrum. Psalterium vero harmonias de supioribus habere refertur aptatas, & sonorum causas desuper dare. Quo scilicet etiam per hoc nos doceamur,quæ sursum sunt & quæ superiora attendere,& quæ infirma,id est,uitia carnalia declinare. Sed illud arbitror profundius nobis prophetica hac indicari ratione, ac per formam nos organi istius edoceri,q hi qui dil gentes & apti,moderatiq. sunt moribus, facile peruium ad
C superiora iter habeant. Sed videamus tandem, quid etiam ipsa psalmorum indicent initia.

De titulo primi Psalmi.

DIuersa sunt genera prophetiæ, & pro inde cuius hæc vox,vel in qua persona proprie dictum sit, aut cur titulũ non habeat requiramus. Centum itaq. & quinquaginta psalmos esse nulla dubitatio est.Et qui psalmus quotus sit,uel a quo recitatus sit, titulorum inscriptione ostenditur. Non.n.omnes psalmi a Dauid æditi 1.Pa.15
sunt. Ipse.n.Dauid ex omni populo qua- & 16.
tuor principes spiritusancto mundatos elegit, quorum nomina sunt Asaph, Eman, Ethan & Idithum, ut in quencunq. diuinus spiritus intrasset, hymnum deo caneret. Dauid ergo solus nouem psalmos ore proprio cecinit.Reliqui autem ab illis qua tuor principibus iuxta titulorum inscriptionem sunt dicti. Hic autem quia titulũ, sicut iam dixi,non habet,requirendum nobis est,qua ratione inter cæteros solus non habeat tituli inscriptionem, uel a quo fuerit recitatus.Nam si psalmographus secun
dum & tertium & quartum & omnes in D
numero redigere, uel causas singulorum ostendere potuit, cur non & huic titulum imposuit, & utrum primus esset,ostendit? Sed quia hic psalmus propriam uocem dei loquentis inducit,ideo titulum non habet, ne quid diuino eloquio pręponeretur,aut primus diceretur, qui nõ primus sed vnus est appellatus:&ideo prętitulationem habere non potuit nec debuit,nc si habuisset, ut primus esset, melior tantum in ordine numeri non authoritate iudicaretur. Aut ne,ut iam relatum est,aliquid præponeret diuino eloquio psalmographus prætitulatione præposita. Nam & præ cæteris potuisset intelligi,si primus dictus fuisset. Et ideo solus titulum non habent, vt perspicuum esset, quantum inter cæteros emineret. Vnde iam animaducrtere debet prudẽtia uestra, quanta uis, quanta authoritas, quanta ratio in hoc psalmo uersetur, cui nec titulum ausus est scriba præponere, nec numerum indicare, ut solum eum, & vnum, potius quàm primum ostenderet. Igitur quia fauente deo, & vocis authoritas iam ostensa est, & tituli ratio demonstrata, superest, ut de ipso psalmo tractemus.

Psalmi

Psalmi enarratio.

BEATVS vir qui non abiit in cõsilio impiorum.)De domino nostro Iesu Christo, hoc est,homine dñico accipiẽ
E dum est.Beatus vir qui non abijt in consilio impiorũ,sicut homo terrenus,q vxori consensit deceptæ à serpente, vt dei ꝓcepta præteriret. Et in via peccatorũ nõ
Gen. 3. stetit.)Quia venit quidem in via peccatorum,nascendo sicut peccatores, sed nõ stetit,quia eum non tenuit illecebra seculares. Et in cathreda pestilẽtiæ nõ sedit.) Noluit regnũ terrenum cum superbia. Quæ ideo cathedra pestilentiæ recte intelligitur,q a non ferè quisquam est, q ca reat amore dominandi,& humanã nõ appetat gloriam. Pestilentia est.n. morbus late puagatus, & omnes aut penè omnes inuoluẽs:quanquam ac commodatius accipiat cathedra pestilentiæ ꝓnicioſa doctrina,cuius sermo vt cancer serpit . Deinde cõsyderandus est ordo verborum , abiit, stetit,sedit. Abijt.n.ille,cũ recessit à deo. Setit,cum delectatus est peccato Sedit,cũ in sua superbia confirmatus , redire non potuit,nisi per eũ liberatus,q neque abiit in consilio impiorum, nec in via peccatorũ stetit,nec in cathedra pestilentiæ sedit. Sed in lege dñi fuit voluntas eius,& in le ge eius meditabitur die ac nocte.)Iusto
F non est lex posita,vt dicit Apostolus.Sed
1.Ti.1. aliud est esse in lege,aliud sub lege . Qui est in lege,secundũ legem agit: q est sub lege,secundũ legem agitur.Ille ergo liber est,iste seruus.Deinde aliud est lex q̃ scribitur,& imponitur seruienti , aliud lex q̃ mente conspicitur ab eo,qui nõ indiget literis.Meditabit die ac nocte:Aut sine intermisione intelligendũ est,aut die in lætitia,nocte in tribulationibus. Dicitur.n. Abraham diẽ meum vidit, & gauisus est. Et de tribulatione dicit,Insuper & vsque
Ioan. 8. ad noctẽ emendauerũt me renes mei. Et
Psa.15. erit tanquã lignum quod plãtatum est secundum decursus aquarum .)Id est,aut secundũ ipsam sapiẽtiam,quæ dignata est hominem susciꝑe ad salutem nostrã, vt ipse homo sit lignũ plantatum,secundum decursus aquarũ.Potest.n.& hoc intellectu accipi,quod in alio psalmo dicit, Flu
Psa. 64. uius dei repletus est aqua:aut secm spiri-
Matt.3. tũ sanctum,secundũ quem dicit,Ipse vos
Ioan.7. baptizabit in spiritusancto.Et illud, Qui sitit,veniat & bibat. Et illud,Si scires donũ dei,& qs est qui à te aquã petit: petisses ab eo,& daret tibi aquã viuã: vnde q Ioan.4.
biberit,nõ sitiet in æternum,sed efficietur in eo fons aquæ salientis in vitã æternam. Aut secũdum decursus aquarum, secundũ populorũ peccata,quia & aquæ popu G
li interpretant in Apocalypsi.Et decursus Apo.
nõ absurde intelligit lapsus , quod pertinet ad delictum.Lignũ ergo illud, id est, dñs noster,de aquis decurrentibus,id est, populis peccatoribus,trahẽs eos in radice disciplinæ suæ,Fructũ dabit.)Hoc est,cõstituet Ecclesias,In tempore suo.)Id est, postquã clarificatus est resurrectione & ascẽsione in cœlũ. Tunc.n.spiritusancto misso Apostolis,& eis in fiducia sui cõfirmatis & directis in po[illegible]os, fructificauit Ecclesia. Et foliũ eius non decidet .) Id
est,verbum eius non erit irritũ,quia om- Esai.40.
nis caro fœnũ,& claritas hominis vt flos fœni:fœnũ aruit,& flos decidit,verbũ autem dñi manet in æternum. Et omnia q̃cunque fecerit ꝓsperabũtur.) Id est,quæcunque illud lignũ attulerit , quæ omnia videlicet accipiẽda sunt fructus & folia, id est,facta & dicta.Nõ sic impij non sic, sed tanquã puluis quem proijcit ventus à facie terræ.)Terra hic accipiẽda est ipsa stabilitas in deo,secm quã dicitur,Do- Psal.15.
minus pars hæreditatis meæ,etenim hæ-
reditas mea ꝓclara est mihi.Secundũ hãc H
dicitur,Sustine dñm & obserua vias eius, Psa.36.
& exaltabit te vt possideas terram.Secm Matt.3.
hãc dicit,Beati mites,quia ipsi hæreditate possidebũt terrã.Similitudo aũt hinc ducta est,quia ut terra visibilia exteriorẽ hominẽ nutrit & cõtinet,ita illa terra inuisibilis interiorẽ hominẽ,A cuius terræ facie proiicit vẽtus impiũ, id est,superbia, 1.Co.8.
q̃a inflat,Quam cauens ille qui inebriabatur ab vbertate domusdei, & torrente Psal.35.
voluptatis eius potabat,dicit:Non veniat Esai.14
mihi pes superbiæ. Ab hac terra proiecit superbia eum qui dixit, Ponã sedem meã ad Aquilonẽ,& ero similis altissimo.Ab huius terræ facie proiecit ẽteum , qui cũ cõsensisset & gustasset de lign o ꝓhibito, Gene.3
ut esset sicut deus,abscondit seã facie dei. Hanc terram ad interiorem hominem ꝓtinere, & inde superbia hominem proici, maxime intelligi potest in eoqd scriptũ est,Quid superbit terra & c inis, qm Eccl.10
in uita sua proꝑ ecit intima sua? Vnde.n.

proiectus est, non absurde se dicitur proiecisse. Iō non resurgunt impij in iudicio.) Ideo.s.quia tanquam puluis proiiciuntur
I à facie terræ. Et bene hoc eis dixit auferri quod superbi ambiunt, id est, vt iudicent, vt hoc ipsum planius dictum intelligatur sequenti sententia: Neq. peccatores in cōsilio iustorum.) Solet.n.hoc modo repeti planius quod superius dicitur, vt peccatores intelligantur impij: & quod supra dictum est in iudicio, hic dictum sit in consilio iustorum. Aut certe si aliud sunt impij, aliud peccatores, vt quanquam omnis impius peccator sit, non tamen omnis peccator sit impius, Impij non resurgunt in iudicio: id est, resurgent quidem, sed non vt iudicentur: quia iam pœnis certissimis destinati sunt. Peccatores autem non resurgent in cōsilio iustorum: id est, vt iudicēt, sed forte vt iudicentur: vt de his dictum
1.Co.3. sit, Vniuscuiusq. opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, mercedē accipiet. Si cuius autem opus exustum fuerit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen q̄si per ignem. Q̄m nouit dñs viam iustorum.) Quemadmodū dicitur, nouit salutem medicina, morbos autem non nouit, & tamen etiam morbi arte medicinæ agnoscuntur: sic dici potest nosse dominum viam iustorum, viam vero impiorum non nosse, non quia aliquid dominus nescit, & tamen dicit peccatoribus,
Matt.7. K Non noui vos: Iter autem impiorum peribit.) Pro eo positū est, ac si diceretur, iter autem impiorum non nouit dñs. Sed planius dictum est, vt hoc sit nescire à domino, quod est pire: & hoc sit sciri à dño, quod est manere. Vt scientiā dei esse ptineat, ad ignorantiā vero nō esse, qa dñs di
Exod.3. cit, Ego sum qui sum. Et qui est, misit me.

Psalmi secundi enarratio.

VT quid fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerūt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius.) Pro eo dictum est, vt qd, ac si diceretur, frustra. Non n.impleuerunt quod voluerant, vt Christus extingueretur: Dicitur hoc ergo de persecutoribus domini, qui & in
Acto.4. Actibus apostolorū commemorantur. Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipsorum.) Quāquam & possit aliter intelligi, tamen aptius & eorum persona accipitur, quos dixit inania meditatos: vt hoc sit, Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipsorum: demus operam vt nō nos alliget neq. imponatur nobis Christiana religio. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit L
eos.) Repetita sententia est. Nam pro eo quod est, qui habitat in cœlis, subsequenter positum est, dominus: & pro eo quod est irridebit, subsequenter positum est, subsannabit: nihil horum tamen sapere oportet carnaliter, quasi aut buccis deus irrideat, aut naso subsannet, sed ea vis accipiēda est, quam dat sanctis suis, vt futura cernentes, id est, nomen Christi & damnationem peruagaturam in posteros, & vniuersas gentes obtenturam, illos inania meditatos esse intelligant. Hæc.n.vis qua ista præscita sunt, irrisio dei est & subsannatio. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Cœlos, si animas sanctas accipiamus, per has eos vtiq. præsciens quid futurum sit, deridebit deus & subsannabit. Tunc loqtur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.) Planius.n.ostendens quomodo ad eos loquetur, dixit, conturbabit eos, vt in ira sua hoc sit, in furore suo. Irā autem & furorem domini dei non pertur 4. se. di.
bationem mētis oportet intelligi, sed vim 46. cap.
qua iustissime vindicat subiectam sibi ad Sed q̄ri
ministerium vniuersam creaturam. Præ- tur. In
cipuè nanque præuidendum est, & tenen medio.
dum illud quod scriptum est in Salomone, Tu autem domine virtutum cum tran Sapi.12 M
quillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Ira ergo dei est motus q̄ fit in anima quæ legem dei nouit, cum eā dem legem vidit à peccatore præteriri. Per hunc n.motum iustarum animarum multa vindicantur. Quanquam possit dei recte intelligi etiam ipsa mentis obscuratio, quæ cōsequitur eos qui legem dei trāsgrediuntur. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctū eius, prædicans præceptum ipsius.) Ex persona ipsius domini nostri Iesu Christi ista manifesta sunt. Sion autem si speculationem, vt quidam interpretantur, significat, nihil magis quām Ecclesiam debemus accipere, vbi quotidie intentio erigitur speculandæ claritatis dei, sicut Apostolus dicit, Nos 2.Co.3.
autem reuelata facie gloriam domini speculantes. Ergo iste sensus est, Ego aūt constitutus sum rex ab eo super Ecclesiā sanctam

ctam eius, quam montem appellat p̄p eminentiam & firmitatem. Ego autem constitutus sum rex ab eo. Ego.s.cuius vincula illi dirumpere, & iugum meditabant abiicere. Prædicans præceptum ipsius. Quis hoc nō sentiat, cū quotidie factitetur? Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie ge
A nui te.) Quanquam ēt posit ille dies in p
Heb. 1. phetia videri, quo Iesus Christus secundū
Acto.13 hominem natus est: tū hodie quia prælen-
1.se. di. tiam significat, atq. in æternitate nec præ-
6.c. Hic teritum quicquā est, quasi esse desierit, nec fu-
quæri turum quasi nondum sit, sed præsens tm:
potest. quia quicquid æternū est, sp est: diuinius accipitur secūdum id dictum, hodie genui te, quo sempiternā generationem virtutis & sapientiæ dei, qui est vnigenitus filius, fides syncerissima & catholica prædicat. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam.) Hoc iam temporaliter sc̄m susceptum hominem intelligendum est, quia sacrificium sese obtulit pro omnibus sacrificijs, qui ēt interpellat pro nobis, vt ad totā
Rom.8. ipsam dispensationē temporalē, q̄ pro genere humano facta est, referatur, quod dictū est, Postula à me, vt.s.gentes nomini Christiano copulent, atq. ita à morte redimant & possideantur à deo. Dabo tibi gentes hæreditatē tuā, quas possideas ad earum salu-
Apo. 2. tem, & q̄ tibi fructificent spiritalia. Et pos-
&. 19. sessionem tuam terminos terræ.) Idem repetitum est. Terminos terræ, pro eo positū qđ dictum est, dabo tibi gentes: sed hoc planius dictum sit, vt omnes gentes intelliga-
B mus. Possessionem autem tuam, pro eo dictum est, hereditatē tuam. Reges eos in virga ferrea.) In inflexibili iustitia. Et tanquā vas figuli conteres eos.) Id est, conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negocia, & quicquid de peccatore limo cōtractū atq. inolitum est. Et nūc reges intelligite.) Et nunc, id est, iam innouati, iā cōtritis luteis tegumentis, id est, carnalibus vasis erroris, q̄ ad præteritam vitā
1.Co.9. pertinent. Nunc intelligite iam reges. i. iā valentes regere quicquid in vobis seruile atq. bestiale est, & iam valentes pugnare, non quasi aerem cedentes, sed castigantes vestra corpora, & seruituti subijcientes. Et erudimini qui iudicatis terram.) Hoc idē repetitum est, Erudimini, pro eo quod dictum est, intelligite. Qui iudicatis autem terram, pro eo quod dictum est reges. Spiritales.n.significat qui iudicant terram. Inferius.n.nobis est, quicquid iudicamus: qc quid autem infra spiritalem hominem est, merito terra nominatur, quia terrena labe sauciatum est. Seruite dño in timore.) Ne in superbiam vertāt, quod dictum est, reges qui iudicatis terram. Et exultate ei C
cum tremore.) Optime subiectū est exultate, ne ad miseriam valere videretur, quod dictum est, seruite domino in timore. Sed rursus ne idipsum pergeret in effusionem temeritatis, additum est, cum tremore, vt ad cautionem valeret circunspectamq. sanctificationis custodiam. Etiam sic potest accipi, Et nunc reges intelligite: id est, & iam nunc me rege constituto, polite tristes esse reges terræ, quasi bonum vestrum ablatū sit vobis, sed intelligite potius & erudimini. Id enim vobis expedit, vt sub illo sitis, à quo intellectus & eruditio vobis datur. Et hoc vobis expedit, vt non temere domine mini, sed domino omnium cum timore seruitutis, & exultetis in beatitudine cartissima & syncerissima, cauti & circunspicientes ne ab ea per superbiam decidatis. Apprehendite disciplinam nequando irascaī dominus, & pereatis de via iusta.) Hoc est quod ait, intelligite & erudimini. Nam intelligere & erudiri, hoc est apprehendere disciplinam. Veruntamen in eo quod dicitur apprehendite, satis significatur præsidium quoddam atq. munimentum esse aduersus omnia quæ obesse possent, nisi tanta cura apprehenderetur. Nequando autē irascatur dñs cum dubitatione positū est, non secūdum visionem Prophetæ, cui certum est, sed secundum eos ipsos qui monen D
tur, quia cum dubitatione solent cogitare iram dei, quibus nō aperte reuelatur. Hoc ergo sibiipsi debēt dicere, Apprehendamus disciplinam nequando irascatur dominus, & pereamus de via iusta. Iam vero irascatur dominus, quomodo accipiendum sit, supra dictū est. Et pereatis de via iusta. Hæc magna pœna est, quæ ab ijs formidatur, q̄ aliquid dulcedinis iustitię perceperūt. Qui enim perit de via iustitiæ, cum magna miseria per vias iniquitatis errabit. Cū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.) Id est, cum vindicta venerit, quæ impijs & peccatoribus præparatur, non solum eos non attinget qui confidunt in domino, sed etiam ad regnum illis instruendum & sublimandum proficiet. Nō enim dixit, cum exarserit in breui ira eius,

securi

securi omnes qui confidunt in eo: tanquam hoc solum inde habeant, quod non puniuntur, sed beati dixit, vbi est bonorum omniū summa & cumulus. Quod autem positum est, in breui, hoc maxime significare arbitror, quia repentinum aliquid erit, dum
E hoc remotum & longe futurum peccatores existimabunt.

Psalmi tertij enarratio.

Psalmus Dauid cum fugeret à facie. Absalon filij sui.

HVnc psalmum ex persona Christi accipiendum persuadet, quod dictum est, Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi quoniam dominus susceptit me. 2.Re.15 Magis enim hoc de passionē & resurrectio nē domini congruenter sonat, quam ad illam Matt.9. historiam, in qua Dauid scribitur fugisse à facie bellantis aduersum se filij sui. Et quoniam scriptū est de discipulis Christi, Quandiu cum eis est sponsus non ieiunabunt filij sponsi: non mirum si filius eius impius signatur discipulus impius, qui eū tradidit: à cuius facie fugisse quanquam historice possit accipi, quando illo discedente, secesit cum cæteris in montem: tamen Ioan.13 spiritaliter, quando mētem Iudæ filius dei, id est, virtus & sapientia dei deseruit, cum
F eum diabolus penitus inuasit, in eo quod scriptū est, Et intrauit diabolus in cor eius: bene accipitur à facie eius Christum fugisse, nō qa Christus diabolo cesit, sed Christo discedente, diabolus possedit. Quem discessum, fugam esse in hoc Psalmo appellatum celeritatis causa arbitror, quod verbo etiam domini significatur dicentis, Quod facis, cito fac. Loquimur etiam sic in consuetudine, vt dicamus, Fugit me, quod in mentem non venit. Et de homine doctissimo dicimus, Nihil eum fugit. Propterea veritas fugit mentem Iudæ, cum eum illustrare destitit. Ab salon autem sicut quidā interpretantur, in latina lingua dicitur patris pax. Quod mirum videri potest, siue in historia regnorum, cum bellum aduersus patrem Absalon gesserit, siue in historia noui testamenti, cum traditor domini 2.Re.18 Iudas fuerit, quemadmodum patris pax possit intelligi. Sed & ibi qui diligenter legunt, vident in illo bello Dauid peccatum fuisse filio, qui etiam magno cum dolore planxit extinctum, dicens, Absalon filius meus, quis dabit mihi mori ꝓ te? Et in historia testamenti ipsa domini nostri tanta & tam miranda patientia, ꝙ cum tamdiu pertulit tanquam bonum cum eius cogita- Ioan.13
tiones non ignoraret, cum adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendauit & tradidit. Quod deniq. in ipsa traditione eius osculum accepit, bene intelligitur pacem Chri Mat.26.
stum exhibuisse traditori suo, quamuis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello
G vastaretur. Et ideo Absalon patris pax dicitur, quia pater habuit pacem quam ille non habuit. Domine quid multiplicati sunt q tribulant me.) Tam.s. multiplicati sunt, vt etiam de numero discipulorum non defuerit, qui numero accesserit persequentium. Multi insurgunt super me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in deo eius.) Manifestum est ꝙ nisi desperarent resurre Mat.27.
cturum, non vtique occiderent. Ad hoc valent illæ voces, Descendat de cruce si filius dei est. Et, Alios saluauit, seipsum non potest. Ergo nec Iudas eum tradidisse, nisi ex eorum esset numero, qui Christum contemnerent dicentes: Non est salus illi in deo eius. Tu autem domine susceptor meus es.) Secūdum hominem dicitur deo, Ioan.1.
quia hominis susceptio est verbum caro factum est. Gloria mea & exaltans caput meum.) Gloriam suam deum dicit etiam ille, quem sic susceptit dei verbum, vt simul cum eo deus fieret. Discant superbi, qui nō libenter audiunt eum, eis dicitur, Quid au 1.Co.4.
tem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et exaltans caput meum. Mentem ipsam H
humanam sic accipiendam puto, ꝙ caput animæ non absurde appellatur, quę ita inhæsit & quodammodo coaluit excellenti Psal.97.
supereminentiæ verbi hominem suscipien &. 141.
tis, vt tanta passionis humilitate non deponeretur. Voce mea ad dominum clamaui.) Id est, non corporis vocē quæ cum strepitu verberati aeris promitur, sed voce cordis, quæ hominibus silet, deo autem sicut clamor sonat. Qua voce Susanna exaudita Dan.14.
est. Et de qua ipse dominus præcepit, vt in Matt.6.
cubiculis clausis, id est, vt in secretis cordis sine strepitu oretur. Nec facile quisquam dixerit hac voce minus orari, si nullus verborum sonus reddatur ex corpore, quoniā & silentes cum in cordibus oramus, si alienæ ab effectu orantis cogitationes intercurrant,

currant, nondum dici potest, Voce mea ad dñm clamaui. Neq. hoc recte dr̄, nisi cum sola anima nihil carnis, nihilq. carnalium intentionum in oratione attrahens, loquitur dño vbi solus audit. Clamor autem ēt iste dr̄, ꝓp vim ipsius intentionis. Et exaudiuit me de monte sancto suo.) Montem quidem ipsum dñm per Prophetam dictū habemus, vt scriptū est, Lapidem ꝑcisum Daui.2. sine manibus creuisse in magnitudinē mō
I tis. Sed hoc ab ipsius persona non potest accipi, nisi forte ita dicere noluit, de me metipso tanquam de monte sancto suo, me exaudiuit, cū habitaret in me. i. in ipso mō te. Planius aūt est & expeditius, si accipiamus exaudisse deum de iustitia sua. Iustū .n. erat, vt innocentem occisum & cui retributa sunt mala pro bonis, resuscitaret à mortuis, et digna persequentibus retribue ret. Legimus n. Iustitia tua sicut montes dei. Ego dormiui & somnū cepi.) Nō in- Psal.35.
cōuenienter animaduerti pōt, quod positū est, Ego, ad significandum ꝙ sua voluntate mortē sustinuit, secundum illud, Propte rea me pr̄ diligit, qm̄ ego pono animam Ioā.10.
meam & iterum sumo eam. Nemo eā tollit à meipso, Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Non, inquit, vos me tanquam inuitum cepistis & occidistis, sed ego dormiui & somnum cepi: Et exurrexi qm̄ dominus susceptit me.) Somnum autem pro 1.Th.4
morte positum innumerabiliter scripturæ continent, sicut Apostolus dicit, Nolo uos ignorare frēs, de ijs qui dormitionem acceperunt. Nec quęrendum est cur additum sit, Et somnū cepi: cum iam dictum esset, dormiui: Vsitatas enim habent scripturæ huiuscemodi repetitiones, sicut in secun-
K do Psalmo multas ostendimus. Nonnulli autem codices habent dormiui, & soporatus sum, Et alij aliter, quomodo interpretati potuerunt, quod Grēce positum est ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα. Nisi forte dormitio morientis, somnus autē mortui accipi potest: Vt dormitio sit qua transitur ad somnum, veluti est expergefactio qua trā-tur ad vigilationem, Ne pro inanibus sermonis ornamētis, repetitiones istas in diuinis libris esse arbitremur. Bene ergo accipitur, Ego dormiui & somnum cepi, ego me passioni permisi, & mors consecuta est. Et exurrexi qm̄ dominus susceptit me. Hoc magis animaduertendum est, quemadmodum in una sententia & præteriti tēporis verbum posuit, & futuri. Et exurrexi enim dixit, qd̄ est de præterito, & susciepiet, quod est de futuro, cum resurgere utique nisi illa susceptione non posset. Sed in ꝓphetia bū miscent futura ꝑteritis, quo vtrunq. significetur: Quia ea q̄ ventura ꝓphetant, sc̄dm tps futura sunt: sc̄dm sciē tiam uero ꝓphetantiū, iam ꝓ factis habēda. Miscētur quoq. pūtis tēporis verba, q̄ suo loco cū occurrerint tractabuntur. Nō L
timebo milia populi circūdantis me.) Scri Mat.27
ptum est in euangelio, Quanta eum multitudo patientem & crucifixum circunsteterit: Exurge domine saluum me fac deus meus.) Non dormienti aut iacenti dicitur deo, exurge: Sed moris est diuinarū scriptu rarum personæ dei tribuere, quod in nobis facit: Non quidem vbique, sed vbi congruenter dici potest. Veluti cū ipse loqui dicitur, quando eius dono loquuntur prophetæ, vel Apostoli, uel quiq. nūcij veritatis. Vnde illud est, An vultis experimen- 2.Co.13
tum accipere eius q in me loquitur Christus? Non enim ait, cius quo illuminante aut iubente loquor, sed prorsus ipsam locutionē illi tribuit, cuius munere loquebatur. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.) Non ita distinguē dum est, quasi vna sententia sit: Exurge domine saluum me fac deus meus, quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: Non enim propterea saluum facit, quia percussit inimicos eius, sed potius ipso saluo facto, illos ꝑcussit. Ergo ad id qd̄ sequitur pertinet. Vt iste sit sensus, Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. Dentes peccatorum contriui
uisti.) Id est, inde contriuisti dentes pc̄tō- M
rū qm̄ percussisti oēs aduersantes mihi. Pœna quippe aduersantium, qua dētes eorum contriti sunt: id est, in irritum quasi in puluerē ꝑducta uerba pc̄tōrum dilacerantium maledictis filium dei: vt sic accipiamus dentes, verba maledica. Quibus dē Gala.5.
tibus dicit Apostolus, Si autem mordetis inuicē, videte ne consumamini abinuicē. Possunt & dentes peccatorū, accipi principes peccatorum, quorum authoritate quisq̄ de societate recte uiuentū præciditur, & quasi incorporatur male viuentibus. His dētibus cōtrarij sunt dentes Ecclesie, quorū authoritate ab errore gentilium variorumque dogmatū ꝑciuntur credentes, &
in

in eam q̃ Christi corpus est transferũtur. His dentibus dictũ est Petro vt manduca
Acto.10. ret mactata animalia.i.occidendo in gentibus quod erant, & transmutando in id qđ ipse esset. Et de his dentibus Ecclesiæ
Cant.4. & 6. dicitur, Dentes tui sicut grex detonsarum ascendens de lauacro, q̃ oẽs geminos pariunt,& sterilis non est in illis.Hi sunt q recte ꝓcipiunt, & quẽadmodum ꝓcipiunt
Matt.5. ita viuunt:Qui faciunt qđ dictum est,Luceãt operũ vra corã hominibus,vt bñdicãt patrem vestrum qui in cœlis est. Horum
A enim authoritate commoti,deo p illos loquẽti & operãti,homines credunt,& separati à seculo cui conformati erant, in Ecclesię mẽbra transeũt. Et iõ recte isti per quos hęc fiunt, dentes dñi detõsis omibus similes, qui iam terrenarũ onera deposuerunt, & ascendentes de lauacro, de sordiũ seculi ablutione, per sacrum baptismatis oẽs geminos pariunt: Operantur.n.duo
Mat 22 præcepta de qbus dictũ est, In his duobus ꝓceptis tota lex pendet & prophetæ:Diligentes deũ ex toto corde, & ex tota anima,& ex tota mẽte, & proximum tanquã seipsos,In quibus sterilis non est,qñ tales fructus reddunt deo. Secundum ergo istũ intellectũ sic accipiendum est, Dentes peccatorũ contriuisti.i.in irritum adduxisti principes peccatorum, ꝓcutiendo oẽs aduersantes mihi sine causa.Principes.n.eũ secũm euãgelicam historiã persecuti sunt, cum multitudo inferior honoraret, Dñi est salus & super populum tuũ benedictio tua.) In vna sententia & præcepit hominibus quid crederẽt, & pro credentibus orauit. Nam,domini est salus,cum dicitur,ad homines sermo dirigitur: Nec ita sequit,
B & super populum suum benedictio eius, vt totum hominibus dictum sit, sed ad ipsum deum oratio conuertitur pro ipso populo cui dictum est, Dñi est salus: Quid ergo ait nisi hoc, nemo de se ꝓsumat, qm̃ domini est saluos facere de morte peccati? Nam infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum dominum nostrum. Tu autem domine benedic populum tuum,de te salu
Tractatio allegorica. tem sperantem.Potest & iste psalmus accipi ad personam Christi alio modo, id est, vt totus loquatur. Totus dico cum corpore suo, cui caput est secundum Apostolũ qui dicit, Vos autem estis corpus Christi & membra. Ergo ille caput est huius corporis,Propter quod alio loco dicit,Veritatem facientes in charitate,augeamur imi.Co:12.
lo ꝓ omnia,qui est caput Christus,ex quo Ephe.4.
totum corpus connexũ & compactum est. Loquitur ergo apud prophetam simul Ecclesia,&.caput eius, inter procellas ꝓsecutionum constituta per vniuersum orbem terrarum,quod iam contigisse scimus:Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me,multi insurgunt aduersum me.) Chri- iust
stianum nomen exterminare cupientes. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in deo eius.)Nõ.n.aliter sperarent C
posse se perdere Ecclesiam latissime pullulantẽ, nisi ad dei curam ptinere non crederent. Tu autem domine susceptor meus es.) In Christo vtiq. Nam in illo homine & ecclesia susceptа est à verbo quod caro factum est,& habitauit in nobis:qa & in cœ- Ioan. 1.
lestibus nos sedere fecit unà cũ illo. Præcedente.n.capite,membra cętera consequentur.Quis.n nos separabit à charitate Chri Rom.8.
sti? Recte ergo dicit ęt Ecclesia,Susceptor meus es. Gloria mea.)Non enim sibi tribuit quod excellit,cum intelligit cuius gra psal-76.
tia & misericordia talis est. Et exaltans ca- &. 141.
put meum.) Ipsum.n.qui primogenitus à mortuis ascendit in cęlum. Voce mea ad dominũ clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.) Hæc est oratio omniũ sanctorũ, odor suauitatis qui ascendit in conspectu domini. Iam.n.exauditur Ecclesia de ipso monte, quod etiam caput eius est, Vel de illa iustitia dei, qua & liberantur electi eius,& ꝓsecutiones eorum puniuntur.Dicat populus dei etiã illud, Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi qm̃ dominus susceꝑit me.) Vt adiungatur & cohęreat capiti suo. Huic enim populo dicEphe.5.
tum est, Surge qui dormis, & exurge à D
mortuis,& continget te Christus, qm̃ de peccatoribus assumptus est, De quibus generaliter dictum est,Qui autem dormiũt, 1.The.5
nocte dormiunt. Dicat etiam,Non timebo milia populi circundantis me.) Circũuallantium.s.gentium, ad extinguendum nomen si possent vbicunque Christianũ. Sed quomodo timeremur, cum tanquam oleo sanguine martyrum in Christo ardor charitatis inflammaretur. Exurge domine saluum me fac domine deus meus.) Potest hoc ipsi capiti suo corpus dicere. Illo enim exurgente saluum factum est, Qui ascendit in altum, captiuam egit cap- psal. 67.
tiuitatem

ptiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc enim in prædestinatione à Propheta dicitur, quoadusque ad terras dominum no
Matt.9. strum illa de qua in Euangelio dicitur, mesis matura deposuit, Cuius salus est in eius resurrectione, qui pro nobis dignatus est mori. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa,dentes peccatorum contriuisti.) Iam regnante Ecclesia, inimici nominis Christiani confusione pcussi sunt,& siue maledica eorũ, siue principatus in irritũ deducti. Credite ergo homines,quòd domini est salus. Et tu domi-
E ne,sit sup populum tuum benedictio tua.) Potest etiam vnusquisque nostrum dicere,cum vitiorum & cupiditatum multitudo resistentem mentem ducit in lege peccati, Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me,multi insurgũt aduersum me.)
Tractatio tropologica siue moralis. Et quoniã plerunque coaceruatione vitiorum subrepit desperatio sanitatis, tanquã ipsis vitijs insultantibus animæ, vel etiam diabolo & angelis eius per noxias suggestiones,vt desperemus,operantibus verisi me dicitur,Multi dicunt animæ meæ,non est salus illi in deo eius,Tu autem domine susceptor meus es.) Hæc.n.spes est,q̃ naturam humanam in Christum susciꝑe dignatus est. Gloria mea.)Ex illa regula ne quis sibi aliquid tribuat. Et exaltans caput meum.) Siue ipsum qui omnium nostrum caput est,siue vniuscuiusque nostrum spiritum,quòd caput est animæ & carnis. Caput.n.mulieris vir,& caput viri Christus.
1.Co.11 Exaltatur autem mens cum iam dici potest,Mente seruio legi dei, Vt cætera hominis peccata subdantur, cum iam carnis
Rom.7. 1.Co.15 resurrectione absorbetur mors in victoriam. Voce mea ad dominum clamaui.)
F Voce illa intima & intentissima. Et exauditit me de monte sancto suo. De ipso per quem nobis subuenit, & quo mediatore nos exaudit. Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniã dominus susciꝑiet me.) Quis hoc non potest fidelium dicere, recolens mortem peccatorum suorum, & donum regenerationis? Non timebo milia populi circundantis me.)Exceptis his quæ vniuersaliter Ecclesia sustinuit & sustinet, habet etiam vnusquisque tentationes, quibus circumuallatus hæc dicat, Exurge domine saluum me fac deus meus.) Hoc est, fac me exurgere, Quoniam tu percussisti omnes adrersantes mihi sine causa.)Recte in prædestinatione dicitur de diabolo & angelis eius. Qui non solum in totũ Christi corpus, sed etiam in singulos quoulque priuatim sæuiunt.Dentes peccatorum contriusti.)Habet vnusquisque maledicentes sibi,Habet etiam vitiorum authores conãtes eum à Christi corpore præcidere. Sed domini est salus.) Cauenda superbia est & dicendum,Abhæsit anima mea post te. Et super populum tuum benedictio tua.)Hęc est super vnumquenque nostrum.

In Psalmum.4.enarratio. G

In finem,Psalmus cantici Dauid.

FInis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hic.n.finis perfectionem si- Ro. 10.
gnificat,non consumptionem. Vtrum autem omne canticum Psalmus sit an potius omnis Psalmus canticum, an sint quædam cantica, quæ non possint dici Psalmi, & quidam Psalmi qui non possint dici cantica,quæri potest. Sed animaduertẽdæ scripturæ sunt,ne forte canticum lætitiam indicet.Psalmi autem dicuntur, qui cantantur ad Psalterium, Quo vsum esse Dauid 1.Pa.15
Prophetam,in magno mysterio prodit hi- &. 16.
storia.De qua re non est hic differendi locus, quia diuturnam inquisitionem & longam disputationem desyderat. Nunc interim aut verba dominici hominis post resurrectionem expectare debemus, aut hominis in ecclesia credentis & sperantis in eo. Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ.) Cum inuocarem exaudiuit me deus,inquit,à quo est iustitia mea. In tribulatione dilatasti mihi.) Ab angustijs tristitiæ,in latitudinem gaudiorum me duxisti. Tribulatio.n.& angustia,in omnem Rom.2.
animam hominis operantis malum. Qui H
aũt dicit, Gaudemus in tribulationibus,sci Rom.5.
entes quoniam tribulatio patientiam operatur,vsque ad illud vbi ait,Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis:non habet cordis angustias, quamuis extrinsecus à persequentibus ingerantur. Mutatio autem personæ,quod à tertia vbi ait. Exaudiuit statim transeat ad secundam vbi ait, Dilatasti mihi,si non varietatis ac suauitatis causa facta est,mirum cur primum tanquam indicare voluit hominibus exauditum se esse,& postea compellare exaudito rem suum, Nisi forte cum indicasset quẽ-
admodum

admodum exauditus sit ipsa dilatatione cordis, maluit cum deo loqui, vt ét hoc modo ostenderet quid sit corde dilatari, id est, iã in corde habere infusum deum, cum quo intrinsecus colloquatur. Quod in persona eius qui credens in Christum illuminatus est, recte accipitur. In ipsius autem domini ci hominis persona, quem susceperit dei sapientia, non video quẽadmodum hæc possint congruere. Non.n ab ea aliquando desertus est. Sed quemadmodum ipsa eius de
I precatio, nostrę potius infirmitatis indiciũ est: sic etiam de ista repentina dilatatione cordis potest idem dominus pro fidelibus suis loqui, Quorum personam sibi imposuit etiam cum ait, Esuriui, & non cibastis me, sitiui & potum non dedistis mihi, & cętera: Quare hic quoque potest dicere, dilatasti mihi, pro vno ex minimis suis colloIt.25. quente cũ deo, cuius charitatem diffusam habet in corde per spiritum sanctum q datus est nobis. Miserere mei, & exaudi orationem meam.) Cur iterum rogat, cum iã se exauditum & dilatatum indicauerit? An propter nos de quibus dicitur, Si autem
Rom.8. quod non videmus speramus, per patientiã expectamus, vt in illo qui credidit, perficiatur quod inchoatum est? Filij hominum vsquequo graues corde.) Saltem vsq; in aduentum, inquit, filij dei vester error durauerit, quid ergo vltra graues corde estis? Quando habituri finem fallaciarum, si veritate præsente non habetis? Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?) Vt quid vultis beati esse de infimis? Sola veritas facit beatos, ex qua vera sunt omnia. Nam vanitas est vanitatum & omnia va-
Eccl. 1. nitas. Quæ abundantia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? Vt quid ergo temporalium rerum amore detinemini? Vt quid tanquam prima, extrema secta
K mini, quod est vanitas & mendacium? Cupitis.n. permanere vobiscum, quæ omnia transeunt tanquam vmbra. Et scitote quoniam admirabilem fecit dominus sanctum suum.) Quem nisi eum, quem suscitauit ab inferis, & in cœlo ad dexteram collocauit? Increpatur ergo genus humanum, vt ad eum se tandem ab huius mundi amore conuertat. Sed si quem mouet coniunctio superaddita, quod ait, Et scitote, facile est vt in scripturis animaduertat huius locutionis genus familiare esse illi linguæ, qua ꝓphetæ locuti sunt. Nam sæpe inuenis ita cœptum: Et dixit dominus ad illum. Et factum est verbum dñi ad illũ. Quæ iunctu- Ezec. 1.
ra coniunctionis, cum sententia non præcesit cui sequens annectatur, mirabiliter fortasis insinuat prolationem veritatis in voce, cum ea visione quæ fit in corde, esse coniunctam. Quãquam hic dici possit, qđ superior sententia, Vt quid diligitis vanitatem: ita posita est ac si diceretur, nolite diligere vanitatem & quærere mẽdaciũ. Quo ita posito, rectissima locutione sequitur, Et scitote quoniam admirabilẽ fecit dñs sanctum suum. Sed interpositum diapsalma, vetat istam cum superiore coniungi. Siue L.
enim Hebræum verbum sit, sicut quidam volunt, quo significatur fiat, hue Græcum quo significatur interuallum psallendi, Vt psalma sit quod psallitur: Diapsalma vero interpositum psallendo silentiũ. Vt quemadmodũ sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum, vbi quædã requies disiunctę continuationis ostẽdit. Siue ergo illud, siue hoc, siue aliud aliquid sit, certe illud probabile est, non recte continuari & coniungi sensum, vbi diapsalma interponitur. Dñs exaudiet me cum clamauero ad eum.) Hic nos admoneri credo, vt magna intentione cordis, id est, interno & incorporeo clamore, auxilium imploremus dei. Qm̃ sicut gratulandum est de illuminatione in hac vita, ita orandum pro requie post hanc vitam. Quapropter aut ex persona fidelis euangelizantis, aut ipsius domini sic accipiẽdum est: ac si dictũ sit. Dominus exaudiet vos, cum clamaueritis ad eũ. Irascimini & Ephe.4.
nolite peccare.) Occurrebat.n. quis est dignus exaudiri, aut quomodo non frustra clamat peccator ad dominum. Ergo irascimini, inquit, & nolite peccare. Quod duobus modis intelligi potest. Aut etiam si ira
M scimini, nolite peccare: id est, etiam si surgit motus animi, qui iam propter pœnam peccati non est in potestate, saltem ei non consentiat ratio, & mens, quæ intus regenerata est secundum deum, vt mente seruiamus legi dei, si adhuc carne seruimus Rom.7.
legi peccati. Aut agite pœnitentiam, id est, irascimini vobis ipsis de præteritis peccatis, & vlterius peccare desinite. Quæ dicitis in cordibus vestris.) Subauditur dicite, Vt sit plena sententia, quæ dicitis, in cordibus vestris dicite. Id est, nolite esse populus, de quo dictum est, Labijs

bijs me honorant, cor aũt eorum lõge est
Esa. 29. à me, In cubilibus vestris compungimini.
Mat. 15 Hoc est, quod iam dictũ est, in cordibus. Hæc.n. sunt cubilia, de quibus & dñs mo-
Matt.6. net, vt intus oremus clausis ostijs, Cõpungimini aũt, aut ad pœnitẽtiæ dolorem refertur, vt seipsa anima puniẽs cõpũgat, ne in dei iudicio damnata torqueatur: aut ad excitationem, vt euigilemus ad uidendam lucem Christi, tanquã stimulis adhibitis. Nonnulli autem nõ cõpungimini, sed aperimini, dicũt melius legi. Qm̃ in Græco Psalterio est, κατανύγητι quod refertur ad illã dilatationem cordis, ut excipiatur diffusio charitatis per spm̃ sctm̃. Sacrificate
A sacrificiũ iustitiæ, & sperate in domino.)
Psal.50. Idem dicit in alio Psalmo, Sacrificiũ deo, spiritus contribulatus. Quare non absurde hic accipitur ipsum esse sacrificium iustitiæ, quod fit per pœnitentiam. Quid.n. iustius, q̃ ut suis vnusq; sq. peccatis, q̃ alienis potius irascatur, seq, ipsum puniẽs mactet deo? An sacrificium iustitiæ opera iusta sunt post pœnitentiam. Nã & interpositum diapsalma, non absurde fortasis insinuat etiam trãsitum de vita ueteri, ad vitam nouam: vt extincto vel infirmato per pœni entiam uetere homine, sacrificium iustitiæ secundum regenerationem noui hominis offeratur deo: cum se offert ipsa anima iam abluta, & imponit in altare fidei, diuino igne. i. spiritu sancto comprehendendam. Vt itte sit sensus, Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino: id est, recte uiuite, & sperate donum spiritus sancti, vt nos ueritas, cui credidistis, illustret. Sed tamen sperate in domino, clause adhuc dictum est. Sperantur autem quæ, nisi bona? Sed quia vnusquisque id bonum vult à deo impetrare quod diligit, nec facile inueniuntur qui diligant bo
B na interiora, id est, ad interiorem hominẽ pertinentia, quæ sola diligenda sunt, cęteris autem ad necessitatem utendum, non ad gaudium perfruendum est, admirabiliter cum dixisset, Sperate in domino: subiecit, Multi dicunt quis ostendit nobis bona?) Qui sermo, quæ interrogatio quotidiana est omnium stultorum & iniquorũ, Siue pacem & tranquillitatem vitæ secularis desyderantium, & pp peruersitatẽ generis humani non inuenientium, Qui ét cæci accusare audent ordinem rerũ, cum inuoluti meritis suis putant tempora esse peiora q̃ pterita fuerunt siue de ipsa futura vita q̃ nobis promittitur, dubitantium vel desperantiũ, Qui sæpe dicunt, quis nouit si vera sunt, aut qs venit ab inferis vt ista nũciaret? Magnifice igitur et breuiter, sed intrinsecus videntibus, ostendit q̃ bona quærenda sint, respondens illorum interrogationi, qui dicũt, qs ostendit nobis bona? Signatum est, inquit, in nobis lumẽ vultus tui dñe.) Hoc lumẽ est totũ hominis & verum bonum, quod non oculis sed mente cõspicitur, signatum autem dixit in nobis, tãquã denarius signatur regis imagine. Hõ.n. factus est ad imaginem & Gen. 1.
similitudinẽ dei, quam peccando corrupit. C
Bonum ergo eius est verũ atq. æternum, si renascendo signetur. Et ad hoc credo pti nere, qđ q dã prudenter intelligunt, illud qđ dñs viso Cæsaris numo ait, Reddite Mat.22.
Cęsari quod Cæsaris est, & deo quod dei est. Tanquam si diceret, Quemadmodum Cæsar à uobis exigit impressionem imaginis suæ, sic & deus. Vt quemadmodum illi redditur numus, sic deo anima lumine vultus eius illustrata atque signata. Dedisti lętitiam in cor meum.) Non ergo foris quæ reuenda est lętitia ab his q adhuc graues corde diligunt vanitatem & quærunt mendacium, sed intus vbi signatum est lumẽ vultus dei. In interiore enim homine habitat Ephe.5.
Christus, vt ait Apostolus. Ad ipm̃ enim pertinet videre veritatem, cum ipse dixerit, Ego sum veritas. Et cum loquebatur in Ioã. 14.
Apostolo dicente, An vultis experimentũ 2.Co.13
eius accipere, q in me loquitur Christus? Non eis foris vtique, sed in ipso corde, id est, in illo cubili vbi orandum est, loquebatur. Sed homines tpalia sectantes, qui certe multi sunt, nihil aliud nouerunt dicere, Matt.6.
nisi quis ostendit nobis bona? cum vera & certa bona intra semetipsos videre non possint. Itaque consequenter de his rectissime dicitur, quod adiungit, A tpe frumẽti, vini & olei sui multiplicati sunt. D
Non enim vacat, quod additum est, sui. Est.n. et frumentum dei. Siquidem est panis viuus qui de cœlo descendit. Est enim vinũ dei. Nã inebriabuntur, inquit, ab vbertate domus tuæ. Et est oleum dei. De quo modo Psal.25.
dictũ est, Impinguasti in oleo caput meũ. Isti autem multi qui dicunt, quis ostendit Psal.22.
nobis bona, & regnũ cœlorũ intra se eẽ nõ vident, à tpe frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt. Noa enim multiplicatio Luc.17.
semper

semper vbertatem signãt,& non plerunq. exiguitatem,cum dedita tpalibus voluptatibus anima semp exardescit cupiditate, nec satiari potest,& multiplici atq. ęrumnosa cogitatione distenta, simplex bonum videre non sinitur. (ualis est illa de qua dicitur, Corpus.n.quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Talis animat paliũ bonorũ decessione & successione.i.tpe frumẽti,vini & olei sui innumerabilibus completa phantasmatibus sic multiplicata est, vt non possit agere quod præceptũ est,Sentite de dño in bonitate,et in simplicitate cordis q̃rite illũ.Ista multiplicitas, illi simplicitati vehemẽter aduersa est.Et iõ istis relictis,q multi sunt,multiplicati.s.tẽpo.aliũ cupiditate,& dicunt, Quis oñdit nobis bona, quæ nõ oculis foris,sed intus cordis simplicitate q̃rẽda sũt, vir fidelis exultat & dicit, In pace in idipsum, obdormiam & summũ capiã.)Recte n.sperat à talib. omnimõ mẽtis alienatio a mortalibus rebus, & miseriarum seculi huius obliuio, q̃ nomine obdormitionis, & somni decẽter & ꝓphetice significatur, vbi summa pax nullo tumultu interpellari põt.Sed hoc iam nõ tenetur in hac uita, sed post hanc uitã sperandũ est, hoc etiam ipsa verba ostendunt,quæ futuri sunt temporis.Nõ.n.dictũ ẽ,aut obdormiui & somnum cepi:aut, obdormio & somnũ capio: sed,obdormiã & somnũ capiam.Tunc corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate.Tũc absorbebitur mors in victoriã.Hoc est vnde dr̃, Si autem quod non videmus speramus,per patientiam expectamus. Quapp congruẽter vltimũ annectit & dicit, Qm tu dñe, singulariter in spe habitare fecisti me.)Hic nõ dixit facies,sed fecisti:In quo ergo iam ista spes est, profecto ẽt qđ speratur.Et bene ait,singulariter: Põt.n.referri aduersus illos multos,qui multiplicati à tẽpore frumẽti,vini & olei sui dicunt, Quis oñdit nobis bona? Petit.n.hęc multiplicitas,& singularitas tenetur in sanctis. De qbus dicitur in Actibus apostolorũ, Multitudinis autem credẽtium etiam erat anima & cor vnum. Singulares ergo & simplices.i.secreti à multitudine ac turba nascentium rerum ac morientium,amatores æternitatis & veritatis esse debemus, si vni deo & dño nostro cupimus inhęrere,

Sapiẽ.9.

Sapiẽ.1. E

1.Co.15. Rom.8.

F

Actо.4.

In Psalmum Quintum enarratio.

TITVLVS Psalmi est, Pro ea q̃ hæreditatem accepit.) Intelligitur ergo ecclesia, quæ accepit hęreditatem vitam æternam per dominum nostrum Iesum Christum, vt possideat ipsum deum, cui adhęrens beata sit secundum illud: Beati mites,quia ipsi hęreditate possidebunt terram. Quam terram,nisi de qua dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentium? Et illud manifestius, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Dicitur & hæreditas dei vicissim ecclesia secundum illud, Postula à me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Ergo hęreditas nostra deus dicitur, quia ipse nos pascit & cõtinet. Et hęreditas dei dicitur,quia ipse nos administrat & regit. Quapp uox ecclesię ẽ in hoc Psalmo vocatę ad hęreditatẽ,vt ipsa fiat hęreditas domini.Verba mea exaudi dñe.) Vocata inuocat dñm, vt eodẽ opitulãte ptrãseat nequitiã seculi huius,& ad eũ pueniat.Intelige clamorem meum.) Bene ostendit qs iste sit clamor qui interior de cordis cubili sine strepitu corporis perueniat ad deũ. Quando quidem uox corporalis auditur, spiritalis autem intelligitur. Quanquam hoc sit etiam exaudire dei,non aure carnali, sed maiestatis presentia. intende voci obsecrationis meæ.) Id est illi uoci quam vt deus intelligat,petit. Quę qualis sit iam insinuauit et dixit,Intellige clamorẽ meũ, intẽde uoci obsecrationis meæ, Rex meus & deus meus.)Quanuis & filius deus,& pater deus, & simul pater & filius unus deus.Et si interrogemur de spiritu sancto, nihil aliud respondendũ est nisi quod deus sit:Et cum simul dicuntur, pater & filius & spiritus sanctus, nihil aliud intelligendum est q̃ unus deus,tamen regem filium solent appellare scripturæ. Secundum ergo illud quod dictum est, Per me itur ad patrem: recte primo rex meus, & deinde deus meus.Nec tñ dixit,intendite: sed,intende. Non.n.duos aut tres deos fides catholica prædicat,sed ipsam trinitatem vnũ deum.Non vt eadem trinitas simul possit aliquando pater,aliqñ filius,aliqñ spiritus sanctus dici, sicut Sabellius credidit, sed vt pater non nisi pater, & filiue non nisi filius, & spiritus sanctus non nisi spiritus sanctus, & hæc trinitas non nisi

Matt.5.

1.sẽ.dis. 34. non ergo.

H

Ioã. 14.

nisi vnus deus. Quia cum dixisset Apostolus,Ex quo omnia,per quem omnia,in quo omnia trinitatẽ ipsam insinuasse creditur. Nec tñ subiecit,ipsis gloria, sed ipsi gloria. Qm̃ ad te orabo dñe, mane exaudies vocẽ meam.) Quid sibi vult quod superius dixit, Exaudi, quasi in præsenti se exaudiri cuperet:nunc vero dicit, Mane exaudies, non exaudi.Et te orabo,non ad te oro. Et deinceps. Mane astabo tibi & videbo) non asto, & video: nisi forte superior eius oratio ipsam vocationem ostendit? Caligãs autem inter procellas huius seculi, sentit se non videre quod cupit, & tñ sperare non definit.Spes.n.quæ videtur, non est spes. Intelligit tamen quare nõ videat, quia nõdum nox peracta est, id est, tenebræ quas peccata meruerunt,Dicit ergo, Quoniã ad te orabo domine: id est, qm̃ tantus es ad quem orabo. Mane exaudies vocem meã. Non ille es,inquit, qui possis videri ab eis quorum ab oculis nox peccatorum nondum recessit. Peracta ergo erroris mei nocte,& descendentibus tenebris, quas mihi peccatis meis feci,exaudies vocem meam. Cur ergo superius nõ ait exaudies,sed exaudi? An postquam clamauit exaudi, & non mox exaudita est,sensit quod oporteat transire,vt possit exaudiri? An & superius exaudita est, sed nondum se intelligit exauditã, quia nondum videt à quo exaudita est. Et quod nunc ait,Mane exaudies,hoc intelligi voluit,mane intelligam me esse exauditam: Qualis est ista locutio, Exurge domine.i. fac me exurgere.Sed si hoc de resurrectione Christi accipitur,illud certe non potest recte aliter accipi,Tẽtat vos dominus deus uester, vt sciat si diligitis eum, Nisi vt vos per illum sciatis, & vobismetipsis manifestetur,quantum in eius amore profeceritis.

Rom.8.

Deu.14.

K

Mane astabo tibi & videbo.) Astabo qđ est,nisi non iacebo? Quid est autem aliud iacere, nisi in terra quiescere, quod est in terrenis voluptatibus beatitudinem quærere? Astabo,inquit,& videbo. Non est ergo inhærendum terrenis si volumus deum videre, qui mundo corde conspicitur.

Quoniam non deus volens iniquitatem tu es.) Iniquitas,malignitas,mendacium, homicidium,dolus, & quicquid huiusmodi est,ipsa nox est. Qua transeunte fit mane, vt videatur deus. Causam ergo exposuit quare fit mane astabit & videbit,quoniam non deus volens iniquitatem,inquit,tu es. Si enim deus esset qui vellet iniquitatem, posset etiam ab iniquis videri,vt nnn mane videretur, id est, cum iniquitatis nox pertransierit. Non habitabit iuxta te malignus,) Id est,non sic videbit,vt hæreat. Ideo sequitur, Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.) Quis oculi eorum, id est,mens eorum reuerberatur luce veritatis ꝓpter tenebras peccatorum, quorum consuetudine fulgorem rectæ intelligentiæ sustinere non possunt. Ergo & qui vident aliqũ,id est,qui verum intelligunt: tamen adhuc iniusti sunt,non ibi permanent amãdo ea quæ auertunt à vero. Gerunt enim secum suam noctem.i.non solum consuetudinem, sed etiam amorem peccandi. Quæ nox si transierit,id est,si peccare destiterint, & ipse amor atq; consuetudo fugata fuerit, fit mane, ita vt non solum intelligant, sed etiam inhæreant veritati. Odisti domine omnes qui operãtur iniquitatem.) Odium dei ea illa locutione intelligendum est, qua odit peccator quisque veritatem. Videtur enim quòd & illa odit, quos in se manere non sinit. Non autem maneat, qui eam sustiuere non valent. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Hoc enim est veritati contrarium.Sed ne quis putet aliquã substantiam vel naturam veritati esse contrariam, intelligat ad id quod non est pertinere mendacium,non ad id quod est. Si enim hoc dicitur quod est, verum dicitur: si autem hoc dicitur quod non est, mendacium est.Ideo,inquit, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: qui recedentes ab eo quod est,ad id quod non est declinant. Multa quidem videntur pro salute aut commodo alicuius, non malitia, sed benignitate mendacia. Quale illarum in Exodo obstetricum quæ Pharaoni falsum renuncia uerunt,vt infantes filiorum Israel non necarentur, sed etiam ista non re, sed in dolo laudantur. Quoniam qui tantum hoc modo mentiuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari.Nam in ijs qui perfecti sunt, nec ista mendacia inueniuntur. Quibus dictum est, Sit in ore vestro est est,non non. Quicquid amplius est, à malo est. Nec immerito alio loco scriptum est, Os quod mentitur occidit animam.Ne quis arbitretur perfectum & spiritalem hominẽ pro ista tpali vita,in cuius morte non occiditur anima,siue sua,siue alterius, debere mentiri. Sed quoniam aliud

L

3.sen.di, 38.ca.1. 22.q.2. si quælibet. Exod.1. M

Matt.5.

Sapiẽ.1. 22.q.2. neqs 3.

se.di.38. cap. 1. est meriti, aliud est verum occultare. Siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere: vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem nō vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum potest, vel sola huius necessitatis habeat mēdacia, vt etiam ab istis si sola remanserint, libera

22.q.2. c.ne q5. 3.sen.di. 36.ca.1. ri mereatur, & spiritus sancti robur accipere, quo quicquid perpetiendum est pro veritate, contemnat. Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus nō magna culpa est, sed tñ non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut vt proximis prosimus mentimur. Illud primum in iocando, ideo nō est

A perniciosissimum, quia non fallit. Nouit.n. ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secū dū autem ideo mitius est, quia retinet non nullā beneuolentiam. Illud vero quod nō hēt duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est: Tanq̄, verbi gratia, si cui gladius commendatur, & promittat se redditurum, cum ille qui cōmendauit popoſcerit: si forte gladium suū repetat furens, manifestum est tunc nō esse reddendū, ne vel se occidat vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo nō habet duplex cor, qa ille cui commendatus est gladius, cum promitteret se, redditurū poscenti, non cogitabat furentem posse repetere. Verum aūt occultauit & dūs, cū discipulis nondum idoneis dixit, Multa habeo vobis dicere, sed nunc nō

Ioā. 16. 1.Co.3. potestis portare illa. Et Apostolus Paulus cum ait, Nō potui loq; vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, nō esse culpandū aliqā verū tacere: Falsum aūt dicere, nō inuenitur concessum esse perfectis. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.) Potest hic recte videri repetitum, quod ait superius, Odisti domine omnes qui operantur

B iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, Vt virum sanguinū ad operā tem iniquitatem referas, dolosum autē ad mendaciū. Dolus.n. est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Et apto verbo vsus est qd ait, Abominabitur. Solent.n. abominati, dici, exhæredati. Hic autem Psalmus proea est quæ hæreditatem accipit, Quæ subiicit exultationem spei suæ, dicens, Ego autem in multitudine miserationis tuæ, Introibo in domum tuam:) In multitudine miserationis, fortassem multitudine hominum perfectorum & beatorum dicit, Quibus ciuitas illa constabit, quam nunc parturit & paulatim parit. Ecclesia. Homines aūt multos regeneratos atque perfectos, recte dici multitudinem miserationis dei quis negat, cū verissime dictum sit, Quid Psal. 8. est hō quia memor es eius, aut filius hominis qa visitas eū? Introibo in domum tuā tanquam lapis credo in ædificiū dictū est. Quid.n. aliud domus dei q̄ templū de est, 2.Co.3. De quo dictū est, Templum.n. dei sanctū Ephe.2. est, quod estis vos? Cuius ædificij lapis angularis est ille, quē suscepit coæterna patri C virtus & sapientia dei. Adorabo ad templum sanctū tuū in timore tuo.) Ad templum intelligimus. Non enim ait, Adorabo in templo sancto tuo: sed, adorabo ad tē plum sanctum tuum. Intelligendum etiam est nō de perfectione, sed de progessu ad pfectionem dictū esse. Vt illud pfectionē significet, Introibo in domum tuam. Sed vt 3.sen.di. hoc proueniat, prius adorabo, inquit, ad tē- 34.his plum sanctum tuum. Et fortasse ob hoc ad autem. didit, in timore tuo, quod magnum est præsidium procedentibus ad salutem. Cum autem quisque peruenerit, fiet in eo quod dictum est, Consummata dilectio, foras mittit timorem. Non.n timent tam amicum, 1.Ioā.4. quibus dictum est, Iam non dicam vos seruos, sed amicos, cum est id quod promissum Ioā. 15. est perducti fuerint. Domine deduc me in tua iustitia propter inimicos meos.) Satis hic declarauit in profectione se esse, id est, in profectu ad perfectionem nondum in ipsa perfectione, quādo vt deducatur exoptat. In tua iustitia autem, non in ea quę videtur hominibus. Nam & malum pro malo reddere iustitia videtur, sed non est eius de quo dictum est, Qui facit oriri solem suum super bonos & malos: Quia & cum Matt. 5. punit deus peccatores, non malum suum D eis infert, sed malis eorum eos dimittit. Ecce, inquit, parturit iustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem, La- Psal. 7. cum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam operatus est, Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem eius iniquitas eius descendet. Cum ergo punit deus, vt iudex punit eos qui legem præcerebant: non eis inferens de seipso malum, sed in id quod elegerunt eos expellens, ad complendam summam miseriarum. Homo autem cum malum pro malo

malo reddit, malo voto id facit. Et ob hoc prior ipse malus est, dū punire vult malū. Dirige in conspectu tuo iter meum.) Nihil manifestius est, quam id tps eū commendare, quo proficit. Hoc est.n. iter quod nō terrarū locis peragitur, sed affectibus animorum. In conspectu, inquit, tuo dirige iter meum. Id est, vbi nullus hominum videt. Quibus credendum non est laudantibus, aut vituperantibus. Non.n. vllo modo possunt de aliena conscientia iudicare, in qua iter dirigitur ad deū. Ideo subiecit, Qm̄ nō est in ore eorum veritas.) Quibus vtiq; iu dicantibus non est credendum, & ideo intro ad conscientiam & ad dei conspectum

E confugiēdum est. Cor eorum vanum [est.] Quo ergo potest eē in ore eorum veritas, quorū cor fallitur de peccato & pœna peccati? Vnde reuocantur homines illa voce, Psal.42. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mēdaciū? Sepulcrum patens est guttur eorū.) Psal.13 Ad voracitatis significationē referri potest, Rom.3. propter quam plerunq; homines adulatione mentiuntur. Et mirabiliter dixit, Patēs sepulcrum, quoniam semper inhiat illa voracitas, non vt sepulcra quæ receptis cadaueribus muniuntur. Potest & illud intelligi, quod mendacio & blanda adulatione trahunt in se quos ad peccata illectant, & eos tanquam deuorant, cum in suam vitam cō uertunt. Quod quibus contingit, quoniam peccato moriuntur, recte illi a quibus inducuntur, sepulcra patentia dicti sunt, quia & ipsi quodammodo exanimes, sunt, uitam nō habendo veritatis. Et mortuos in se recipiunt, quos verbis mendacibus & vano corde interempto in se conuertunt. Linguis suis dolose agebant.) Id est, linguis malis. Nam hoc videtur significare, cū dicit suis. Mali enim malas habent linguas, id est, mala loquuntur, cum loquuntur dolum. Qui

F bus dominus dicit, Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Iudica illos deus. Mat.12. Decidant a cogitationibus suis.) Prophetia est, non maledictio. Non enim optat vt eueniat, sed cernit quid euenturum sit. Contingit autem illis, non quia videtur optasse, sed quia tales sunt vt merito contingat. Sic enim & quod postea dicit, Lætentur omnes qui sperant in te: per prophetiam dicit, quoniam cernit esse lætaturos. Sic per prophetiam dictum est, Excita potentiam tuam & veni, quoniam videbat esse venturum. Quanquam possit etiam hoc modo accipi quod dictum est, Decidāt a cogitationibus suis: vt magis bene ab eo optatum credatur dum cadunt a cogitationibus suis malis: id est, vt iam non cogitent mala. Sed vetat sic intelligi quod sequitur, Expelle eos. Nullo enim modo potest in bonam partē accipi, cum quisque expellitur a deo. Quapropter p prophetiā dictum non per malevolentiam intelligitur, cum hoc dictum sit, quod necessario talibus euenturum est, qui in peccatis quæ memorata sunt pseuerare voluerint. Decidant ergo a cogitationibus suis dictum est, decidant ab accusantibus se cogitationibus suis, testimonium perhibente conscientia sua, Sicut Apostolus dicit, Et eo Rom.2; gitationum accusantiū secum defendentiū, G in reuelatione iusti iudicii dei. Secundū I multitudinem impietatum eorum expelle eos.) Id est, longe eos expelle. Hoc est n. secundum multitudinem impietatū eorū, vt multum expellantur. Expelluntur ergo impij ab illa hæreditate, quæ intelligendo & videndo deum possidetur: sicut expelluntur morbidi oculi fulgore lucis, cum illis ea pœna est quæ aliis lætitia. Non ergo ipsi mane adstabunt & videbunt. Et tam magna pœna est ista expulsio, quam magnum præmium est illud quod dictum est, Mihi autem adhærere deo bonum est. Huic pœnæ contrarium est, Intra in gaudium do- Psal.72 mini tui. Quia huic expulsioni simile est, Matt.5. Proiicite illum in tenebras exteriores.

Quoniam inamaricauerūt te dñe) Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descēdit. Et operamini escam quæ non corrum Ioan.6. pitur. Et gustate & videte, quoniam suauis Psal.33. est dominus. Peccatoribus autem panis veritatis amarus est. Vnde os vera dicentis oderunt. Ipsi ergo amaricauerunt deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt, vt cibum veritatis, quo sanæ animæ gaudent, tanquam fellcum sustinere non possint. Et lætentur omnes qui sperant H in te.) Vtique illi quibus gustantibus suauis est dominus. In æternum exultabunt & habitabis in eis.) Ipsa ergo erit æterna exultatio, cum templum dei fiunt iusti. Et erit gaudium ipsorum, ipse incolatus eorū.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.) Tanquam cum adest eis ad fruendum quod diligunt. Et bene in te tanquam possidentes hæreditatem, de qua titulus Psalmi est, cum & ipsi sint eius hæreditas, quod significat, in-

habitabis in eis, A quo bono prohibentur quos secundum multitudinem impietatum eorum expellit deus. Qm̃ tu benedices iusto. (Hæc est benedictio, gloriari in deo, & inhabitari a deo: Ista sanctificatio cõceditur iustis. Sed ut iustificentur præcedit uocatio quæ non est meritorum, sed gratia dei. Omnes. u peccauerunt & egent glorię dei. Quos. n, vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Quia ergo vocatio non meritorum nostrorum, sed beneuolentiæ & misericordiæ dei est, subiecit dicens: Dñe, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.) Bona. n. voluntas dei præcedit bonam voluntatem nostram, vt peccatores vocet in pœnitentiam. Et ipsa sunt arma quibus expugnatur inimicus: Contra quem dicitur, Quis accusabit aduersus electos dei? Et si deus pro nobis, qs cõtra nos? Qui unico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si. n. adhuc cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis reconciliati, salui erimus ab ira per ipsum. Hoc est inuictissimum scutum, quo repellitur inimicus desperationem salutis suggerens, multitudine tribulationũ & tentationum. Totus ergo textus Psalmi est oratio vt exaudiatur ab eo, quod scriptum est, Verba mea exaudi domine: vsq; ad, Rex meus & deus meus. Deinde intellectus eorum quæ impediunt ad videndum deum, id est, vt se exauditurum esse cognoscat, ab eo quod scriptum est. Quoniã ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meam: vsq; ad, Virum sanguinũ & dolosum abominabitur dominus. Tertio sperat se domum dei futurã, & nunc ei appropinquare in timore ante consummationem quæ expellit timorem, ab eo qđ scriptũ est, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ: usq; ad, Adorabo ad templũ sanctum tuum in timore tuo. Quarto proficientem se atq; promouentem inter illa quibus impediri se sentit, orat vt adiuuetur intrin secus, vbi nemo hominum videt, ne auertatur malis linguis, ab eo quod scriptũ est, Domine deduc me in tua iustitia propter inimicos meos: vsq; ad, Linguis suis dolose agebant. Quinta prophetia est, quæ pœna maneat impijs, quando iustus vix saluus erit, & quod præmium iusti adepturi sint, qui vocati venerunt, & donec perducerentẽ viriliter omnia sustinuerũt, ab eo qđ scriptũ ẽ, Iudica illos deus: vsq; ad finẽ Psalmi.

Rom. 3. & 8.

I

K

In Psalmum sextum enarratio.
In finem in hymnis de octauo, Psalmus Dauid.

DE octauo, hic videt obscurũ Nã cætera in hoc titulo manifestoria sunt. Visum est. n. nõnullis diẽ iudicii significare, id est, tps aduentus dñi nostri, quo uẽturus est ad iudicandum viuos & mortuos. Qui aduentus computatis annis ab Adam post septem annorum milia futurus creditur. Vt septem annorũ milia tanquã septẽ dies transeat: Deinde illud tps tanquã dies octauus adueniat. Sed qm̃ dictũ est a dño, Non est vestrum scire tpa quæ pater posuit in sua potestate. Et de die vero & illa hora nemo scit, neq; angelus, neque virtus, neque filius, nisi solus pater. Et illud quod scriptum est, Tanquam furem veniret diẽ domini, satis aperte ostendit neminem sibi oportere arrogare srientiam illius tẽporis computatione aliqua annorum. Si n. post septem milia annorum ille dies venturus est, omnis homo potest annis computatis aduentũ eius addiscere. Vbi erit ergo, quòd nec filius hoc nouit? Quod vtiq; ideo dictũ est, quia per filium homines hoc nõ discũt, non quòd apud seipse non nouerit, sed secũdum illam locutionem, Tentat vos dominus deus vester, vt sciat: id est, scire faciat vos. Exurge domine: id est, fac nos exurgere. Cum ergo ita dicatur, nescire filiũ huius qp nescat, sed quod nescire faciat eos, quibus hoc non expedit scire, id est, nõ eis hoc ostendat: quid sibi vult nescio quæ præsumptio, quæ annis computatis, certissimũ sperat post septem annorum milia diem domini? Nos igitur quod nescire nos dominus voluit, libenter nesciamus. Et quæramus quid velit sibi iste titulus, qui scribit de octauo. Potest quidem etiam nulla annorum temeraria supputatione, dies iudicij octauus intelligi, quod iam post finem huius seculi accepta æterna vita, tunc non erunt animæ iustorum obnoxiæ temporibus. Et quoniam omnia tempora septem dierum istorum repetitione voluuntur: octauus forte ille dictus est, qui varietatem istam non habebit. Est aliud quod hic non absurde accipi potest, cur octauum dicatur iudicium, quod post duas generationes futurum est: vnam quæ ad corpus, alteram quæ ad animam pertinet. Ab Adam enim vsq; ad Moysen genus humanum vixit ex corpore, id

Act. 1.
Mat. 24
1. The. 5
Deu. 13.

M

Ephe. 4. pore, id est, secundum ia carnem. Qui etiã exterior & vetus homo dicitur, & cui vetus testamentum datum est, vt quãuis religiosis, tñ carnalibus adhuc opationibus futura spiritalia præsignaret. Hoc toto tpe, quo secundum corpus viuebatur, regnauit
Rom. 5. mors, sicut Apostolus ait, etiam in eos qui non peccauerunt. Regnauit autem ex similitudine præuaricationis Adæ, sicut idẽ dicit: qm̃ vsq; ad Moysen accipiẽdũ est, quousque legis opera, id est, carnaliter obseruata illa sacra etiã eos obstrictos tenuerunt certi mystrii gratia, qui uni deo subditi erant. Ab aduentu autẽ domini, ex quo ad circuncisionẽ cordis a carnis circuncisione transitum est facta vocatio est, vt secundum animam viueretur, id est, secundum interiorẽ
A hominem, Qui etiam nouus homo propter regenerationem dicitur morumq; spiritalium innouationem. Manifestum est autem ad corpus quaternarium numerum pertinere, propter notissima elementa quatuor quibus constat, & quatuor qualitates, siccam, humidam, calidam, frigidam, Vnde quatuor etiam temporibus administratur, verno, æstate, autumno, hyeme. Hęc sunt notissima. Nam de quaternario numero corporis tractatur etiam alibi subtilius, sed obscurius. Quod in huc sermone uitandũ est, quem etiam minus eruditis accommodatũ esse volumus. Ad animum vero ternariũ numerũ pertinere põt intelligi, ex eo qp tripliciter deũ diligere iubemur, ex toto
Deut. 6. corde, ex tota anima, ex tota mente. De qui
Mat. 22 bus singulis nõ in psalterio, sed in euangelio disputandũ est. Nunc ad testimonium ternarij numeri ad animum pertinentis, satis puto esse quod dictum est. Peractis igit numeris corporis, ad veterem hominem, & ad vetus testamentum pertinentibus, peractis etiam numeris animi ad nouum hominem & ad nouum testamentum relatis, sicut septenario numero trãsacto quia vnũ quodque temporaliter agitur, quaternario
B in corporis, ternario animum distributo, veniet octauus iudicii dies, Qui meritis tribuens quod debetur, iam non ad opera temporalia, sed ad vitam ęternam sanctos transferet, impios vero damnabit inæternum Quam dãnationem metuens, orat Ecclesia in hoc psalmo, dicens, Domi-
Psal. 37. ne ne in ira tua arguas me. Dicit etiam
Rom. 2. Apostolus iram iudicii. Thesaurizas tibi, inquit, iram in die iræ iusti iudicij dei. In qua se non vult argui quisquis in hac vita sanari desyderat. Nec in furore tuo corripias me.) Corripias, initius videt. Ad emẽdationem. n. valet. Nã qui arguitur, id est, accusatur, metuẽdum est, ne in fine habeat damnationem. Sed quoniam furor plus videtur esse quam ira, potest mouere cur illud quod est initius, id est, correptio, cum eo positum est quod est durius, id est, cum furore. Sed ego puto vnam rẽ duobus verbis significatam. Nam in Greco θυμὸς qđ est in primo versu, hoc significat qđ ὀργὴ, quod est in secundo versu. Sed cum Latini vellent etiam ipsi duo verba ponere, quæsitum est quid esset vicinum iræ, & positũ est furor. Ideo varie codices habent. Nã in alijs prius inuenitur ira, deinde furor. In aliis prius furor, deinde i... In alijs pro furore indignatio ponitur, aut bilis. Sed quicquid illud est, motus est animi prouocans
C ad pœnam inferẽdam. Qui tamen motus, non tanquam animæ deo tribuendus est, de quo dictum est, Tu autem domine virtutum cum trãquillitate iudicas. Quod autem tranquillum est, non est perturbatũ. Non ergo cadit in deum iudicem perturbatio, sed quod in eius ministris sit, quia p leges eius fit, ira eius dicitur. In qua ira nõ solum arguisse non vult anima quæ nunc órat, sed nec corripi, id est emẽdari vel erudiri. Nam in Græco παιδεύσεις positũ est, id est, erudias. Arguuntur. n. in die iudicij omnes qui non habent fundamentum, quod est Christus: Emendãtur autẽ, id est, purgantur, qui huic fundamento superædificant lignum, fœnum, stipulam. Detrimentum. n. patientur, sed salui erunt tanquam per ignẽ. Quid ergo isto orat, qui nõ vult in ira dñi vel argui vel emendari? Quid nisi vt sanet? Vbi enim sanitas est, nec mors metuenda est, nec vrentis aut secantis medici manus. Sequitur itaq; & dicit, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea) id est, firmamentum animæ meæ vel fortitudo. Hæc enim ossa significant. Dicit
D ergo, anima, fortitudinem suam, esse turbatam, cum ossa nominat, Neque enim credẽdum est, quod habeat ossa quæ videmus in corpore. Quapropter, ad expositionem pertinet quod subiicitur: Et anima mea turbata est valde.) Ne quod ossa appellauit, corporis intelligerentur. Et tu domine vsquequo.) Quis non intelligat significari ani-

4. sen. di. 46. sed q̃ ritur.
Sapi. 12.
1. Co. 3.

mam luctantem cum moribus suis, diu autē dilatam a medico, vt ei persuaderetur in q̄ mala se peccando precipitauerit? Quod.n. facile sanatur, non multum cauetur. Ex difficultate autem sanationis, erit diligentior custodia receptæ sanitatis. Nō ergo tanquā crudelis deus æstimandus est, cui dicitur, Et tu dūe vsquequo. Sed tanquam bonus persuasor animæ, quid mihi sibiipsi peperit. Nondū.n. tam perfecte orat hæc anima vt ei dici possit, Adhuc loquēte te dicā, Ecce assum. Simul vt etiā illud agnoscat quāta pœna impijs præparetur qui se nolūt cōuertere ad deum si tantam difficultatē conuertentes patiuntur. Sicut alio loco scriptū est, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Conuertere domine & erue animam meam.) Conuertens se, orat vt ad eam conuertatur & deus: Sicut dictū est, Conuertimini ad me, & conuertar ad uos, dicit dominus. An ex illa locutione intelligendum est, conuertere domine, id est, fac me conuerti, cum in ipsa sua conuersione difficultatem laboremq́; sentiret. Nam perfecta nostra conuersio paratum inuenit deum, sicut Propheta dicit, Tanquam diluculum paratum inuenimus eum. Qm vt eū amitteremus, non eius absentia, qui vbique adest, sed nra fecit auersio. In hoc mūdo erat, inquit, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Si ergo in hoc mundo erat, & mundus eū nō cognouit, nostra immunditia non fert eius aspectum. Dum.n. nos conuertimus, id est, mutatione veteris vitæ resculpimus spiritum nostrum, durum sentimus & laborio sum ad serenitatem & tranquillitatē diuinæ lucis à terrenarum cupiditatum caligine retorqueri. Et in tali difficultate dicimus, Cōuertere domine, id est, adiuua nos vt perficiatur in nobis conuersio, quæ te paratum inuenit, & fruendum te præbentem dilectoribus tuis. Et ideo postquam dixit, Cōuertere domine, addidit, & erue animam meam, tanquam inhærentem perplexitatibus huius seculi, & spinas quasdam dilacerantium desyderiorum in ipsa conuersione patientem. Saluum me fac, inquit, propter misericordiam tuam. Intelligit non suorum meritorum esse q̄ sanari, quandoquidem peccanti & datum præceptum præterenunti, iusta damnatio debebatur. Sana me ergo, non propter meritum meum, sed propter misericordiam tuam.

Esa. 65

1. Pet. 4.

Zach. 1.

Ioan. 1.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui.) Intelligit quoq; nunc esse ipse conuersionis, Quia cum ista vita transierit non restat nisi retributio meritorum. In inferno quis confitebitur tibi? Confessus est in inferno ille dives, de quo dominus dicit, qui Lazarum vidit in requie, se autem in tormentis dolebat. Vsqueadeo confessus, vt ēt moneri suos vellet, vt se a peccatis cohibetent, propter pœnas quæ apud inferos esse non creduntur. Quanuis ergo frustra, confessus est tamē, sibi merito illa accidisse tormenta, quando etiam suos ne in hæc inciderent, doceri cupiebat. Quid ergo est. In inferno quis confitebitur tibi? An infernum vult intelligi, quo post iudicium præcipitabūtur impij, vbi iam propter profundiores tenebras nullam dei lucem videbunt, cui confiteātur? Nam iste adhuc eleuatis oculis, quanuis immani profundo interposito, potuit tamen videre Lazarum in requie constitutum. Ex cuius comparatione, ad cōfessionem coactus est meritorum suorum. Potest etiam illud intelligi, ut mortem vocet peccatum, quod contempta diuina lege committitur, vt aculeum mortis, mortem appellemus q̄ mortem cōparet. Aculeus enim mortis, peccatum. In quā morte hoc est esse immemorem dei, legem eius & præcepta contemnere. Vt infernum dixerit, cæcitatem animi, quæ peccantem, id est, morientem excipit & inuoluit. Sicut non probauerunt, inquit, habere deum in notitia, dedit illos deus in reprobum sensum. Ab ista morte & ab isto inferno tutam se præberi anima deprecatur, dum molitur confessionem ad deum, & sentit difficultates. Quapropter contexit, dicens, Laboraui in gemitu meo:) Et tanquam parum profuerit, addidit & dicit, Lauabo per singulas noctes lectum meum.) Lectus est hoc loco appellatus vbi requescit animus æger & infirmus, id est, in voluptate corporis & omni delectatione seculari. Quam delectionem lacrymis lauat qui sese ab illa conatur extrahere. Videt enim iam se damnare carnales concupiscentias: & tamen delectatione tenetur infirmitatis, & in ea libenter iacet, vnde resurgere, nisi sanatus animus non potest. Quod autem ait, Per singulas noctes: forrasse accipi voluit, quod ille qui spiritu promptus sentit, iquam lucem veritatis, & tamen in delectatione huius seculi per carnis infirmitatem aliquando requiescit,

1. Co. 15.

Rom. 1.

G

H

Rom. 7.

Psal. 5.

Luc. 16

Rom. 1.

Mat. 25.

4. sen. di. 50 hic q̄ ri pōt.

1. Ti. 6.

Mat. 25.

quiescit, tanquam dies & noctes alterno affectu cogitur pati. Vt cum dixit, Mente seruio legi dei, tanquā diem sentiat. Rursus cū dicit, Carne autē legi peccati, inclinetur in noctē, donec omnis nox transeat, & veniat vnus dies, de quo dicitur, Mane astabo tibi & videbo. Tunc.n. adstabit, Nunc ât iacet, qñ in lecto est. Quem lauabit per singulas noctes, vt tantis lachrymis impetret efficacissimam de dei misericordia medicinam. In lacrymis stratum meum rigabo.) Repetitio est. Cum.n. dicit, In lacrymis: ostendit quemadmodum superius, lauabo dixerit. Hoc autem accipimus stratum, quod superius lectum. Quāquam rigabo, amplius sit aliquid, q̄ lauābo: quoniā potest aliquid in superficie lauari, rigatio vero ad interiora pertinet, quod significat fletum vsq; ad cordis intima. Temporum enim varietas, quòd præteritum posuit, cum diceret, labo I raui in gemitu meo: & futurum cum diceret, lauabo per singulas noctes lectū meū: rursus futurum, in lacrymis stratum meum rigabo: illud ostendit, quid sibi dicere debeat, cum quisque in gemitu frustra laborauit. Tanquam diceret, Non profuit eum hoc feci, ergo illud faciam. Turbatus est in ira oculus meus.) Vtrum sua an dei, in qua petit ne argueretur aut corriperetur. Sed si illa diem iudicij significat, qū o nunc potest intelligi? An inchoatio eius est, quòd hic homines dolores & tormēta patiuntur, & maxime damnum intelligentiæ veritatis, sicut iam commemoraui quod dictum Rom. 1. est, Dedit illos deus in reprobum sensum: Nam ea est cęcitas mentis. In eam quisquis datus fuerit, ab interiore dei secluditur. Sed nondum penitus cum in hac vita est. Sunt enim tenebræ exteriores, quæ magis ad diē iudixij pertinere intelliguntur. Vt penitus extra deum sit, quisquis dum tempus est, corrigi noluerit. Penitus enim esse extra deum quid est, nisi esse in summa cæcitate? Siquidem deus habitat lucem inaccessibilē, quo ingrediuntur quibus dicitur, Intra in gaudium domini tui. Huius igitur iræ inchoatio est, quam in hac vita patitur quisq; peccator. Timens itaq; iudicij diem, laborat & plangit, ne ad illud perducatur, cuius initium tam perniciosum nunc experitur, Et ideo non dixit, extinctus est, sed cōturbatus est ab ira oculus meus. Si autem sua ira dicit oculum suum esse turbatum, neque hoc mirum est. Nam hinc forsitan

K

dictum est, Non occidat sol super iracundiam vestrā: q̄ interiorem solem, id est, sapientiam dei, tanquā occasum in se pati arbitratur mens, quæ sua perturbatione illū videre non sinitur. Inueteraui in omnibus inimicis meis.) De ira tantum dixerat, si tamen de sua ira dixerat. Consyderatis autem reliquis vitijs, inuenit se omnibus esse vallatum. Quæ vitia qñ veteris vitæ sunt & veteris hominis, quo exuendi sumus, vt in Colo. 3. duamur nouo: recte dictum est, Inueteraui. In omnibus autem inimicis meis, vel inter ipsa vitia dicit, vel inter homines qui nolunt ad deum conuerti. Nam & hi etiam si nesciuntur, etiam si parcunt, etiam si iisdem conuiuijs & domibus & ciuitatibus nulla lite interposita, & crebris colloquijs quasi concorditer vtuntur: nihilominus tamen intentione contraria, inimici sunt eis qui se ad deum conuertunt. Nam cum alij amant & appetunt istum mundum, alij se optant L ab isto mundo liberari, quis non videat illos inimicos esse istis? Nam si possunt, eos secum ad pœnas trahunt. Et magnum donum est, inter eorum verba versari quotidiē, & non excedere de itinere præceptorū dei. Sæpe enim mens nitens pergere in deum, concussa in ipso itinere trepidat. Et plerunque propterea non implet bonum propositum, ne offendat eos cum quibus viuit, alia bona peritura & transeuntia diligentes atque sectantes. Ab his separatus est omnis sanus, non locis, sed animo. Nam locis corpora continentur, animo autem locus est affectio sua. Quapropter post laborem & gemitum & imbres creberrimos lacrymarum, quia inane nō potest esse quod tam vehementer rogatur ab eo, qui fons est omnium misericordiarum, verissime dictum est, Prope est dominus obtritis corde, post tantas difficultates exauditam se anima pia significans, quam licet etiam Ecclesiam intelligere, vide quid adiunxit: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.) Vel in prophetia dictum est, quoniam discessuri sunt, id est, separabuntur à iustis impij, cum iudicij dies venerit. Vel nunc, Quia etiam si pariter atque ijsdem conuenticulis continentur: tamen in area nuda iam grana separata sunt à paleis, quanuis inter paleas lateant. Simul itaque versari possunt, sed simul vento auferri nō possunt. Quoniam exaudiuit dominus

Ephe.

Pfal. 33.
Matt. 7.
Luc. 13.

M

vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.) Crebra eiusdem sententiæ repetitio, non quasi narrantis necessitatem, sed affectum exultantis ostendit. Sic enim loqui gaudentes solent, vt non eis sufficiat semel enunciare quod gaudent. Iste fructus est illius gemitus in quo laboratur, & illarum lachrymarum, quibus lauat lectus, & Psal.125 stratum rigatur, Quoniam qui seminãt in Matt.5. lachrymis, in gaudio metent. Et beati lugẽtes, quoniam ipsi consolabuntur: Erubescãt & conturbentur vehementer omnes inimici mei.) Discedite à me omnes, dixit superius, quod etiam in hac vita sicut expositum est fieri potest. Quod autem dicit, Erubescant & conturbentur, non video quemadmodum eueni posit, nisi illo die cum manifesta fuerint iustorum præmia & supplicia peccatorum: Nam nunc vsqueadeo non erubescunt impij, vt nobis insultare non desinant. Et plerunque tantum valent irrisionibus suis, vt infirmos homines de Christi nomine erubescere faciant. Vnde A dictum est, Quisquis me erubuerit coram Luc.9. hominibus, erubescã eum corã patre meo. Iam vero quisquis sublimia illa præcepta implere voluerit, vt dispergat, det pauperibus, quo iustitia eius maneat in æternum, omnibusq; suis rebus terrenis venditis & indigentibus erogatis, Christum sequi voluerit, dicens, Nihil intulimus in hunc mũ 2.Ti.6. dum, verum nec auferre quid possumus, victum & tegumentum habentes, his contenti simus, incidet in istorum sacrilegam dicacitatem, & ab eis, qui sanari nolunt, vocatur insanus: Et sæpe ne hoc vocetur à desperatis hominibus, trepidat facere & differt, quod omnium fidelissimus & potẽtissimus medicus imperauit. Non ergo nunc isti possunt erubescere, quibus ne nos erubescamus optandum est, & à proposito itinere, vel reuocemur, vel impediamur, vel retardemur. Sed veniet tempus vt illi erubescant, dicẽtes, vt scriptum est, Hi sunt quos Sapiẽ.5. aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à via veritatis, B & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol nõ ortus est nobis. Repleti sumus iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus per solitudines difficiles, viam autẽ domini ignorauimus: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Quod autem ait, Conuertantur & confundatur. Quis non iudicet esse iustissimam pœnam, vt conuersionem ad confusionem habeant, qui ad salutem habere noluerent? Deinde addidit, Valde velociter.) Thes.3. Cum enim iam desperari cœperit iudicij dies, cum dixerint, pax, tunc eis repentinus veniet interitus, Quandocunque autem venerit, celerrime venit, quod desperatur esse venturum, Et longitudinem vitæ huius non facit sentiri, nisi spes viuendi. Nam nihil videtur esse celerius, quàm quicquid in ea iam præteritum est. Cum ergo iudicij dies venerit, tunc sentiẽt peccatores, quàm non sit longa omnis vita quæ transit. Nec omnino eis videri poterit tarde venisse, qđ non desiderantibus, sed potius non credentibus venerit. Quanquam & illud hic accipi potest, vt tanquam gementem & tam sæpe diuq; flentem deus exaudiuerit, intelligatur liberata à peccatis, etiam omnes C peruersos motus carnalis affectionis domuisse, sicut dicit, Discedite à me omnes q operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Quod cum ei prouenerit, non mirum est, si iam ita perfecta est, vt oret pro inimicis suis. Potest ergo ad hoc pertinere quod dixit, Erubescant & conturbentur omnes inimici mei: vt de peccatis agant pœnitentiam, quod sine confusione & conturbatione fieri non potest: Nihil itaque impedit sic accipere & illud quod sequitur, Conuertantur & erubescãt, id est, conuertantur ad deum, & erubescãt se in prioribus tenebris peccatorũ aliquando gloriatos. Sicut Apostolus dicit, Quã Rom.6. enim gloriam habuistis aliquando in his, in quibus nunc erubescitis? Quod autem addidit, valde velociter, aut ad optantis affectum, aut ad Christi potentiam referẽdum est.

Qui gentes quæ pro idolis suis persequeban tur Ecclesiam, ad Euangelij fidem tãta temporum celeritate conuertit.

In Psal-

In Psalmum septimum enarratio.

Psalmus ipsi Dauid, quem cãtauit domino pro verbis Chusi filij Gemini.

HIstoriã quidem vnde occasionẽ istã Propheta sumpsit, in Regnorum secundo libro cognoscere facile est. Ibi enim Chusi ãmicus regis Dauid transitũ fecit in partes Absalon filijs eius, q aduersus 2.Re.16 patrem bellum gerebat, ad exploranda con & 17. silia & renuncianda quæ aduersus patrem ille moliebatur, authore Achitofel. Qui defecerat ab amicitia Dauid, & filium eius aduersus patrem consilijs, quibus posset, instruebat. Sed quoniam non ipsa historia in hoc Psalmo consideranda est, de qua Pro- 2.Co.3. pheta mysteriorũ velamen assumpsit, si trãsitum ad Christum fecimus, auferatur velamen. Et primo ipsorum nominũ signationem interrogemus, quid sibi velit. Non.n. defuerunt interpretes, qui hæc ipsa non carnaliter ad literam, sed spiritaliter inuestigantes, edicerent nobis q Chusi interpretatur silentium. Gemini autem dexter. Achitofel fratris ruina. Quibus interpretationibus rursum nobis traditor ille Iudas occurrit, vt Absalon eius imaginem gestet, secundũ quod patris pax interpretatur, qua pacatus erga illum extitit pater, quanuis ipse dolis suis bellum haberet in corde, sicut in Psal- E mo tertio tractatum est. Quemadmodum autem inuenitur in Euangelio filios domini nostri Iesu Chri dictos esse discipulos, sic in eodem Euangelio inuenitur etiã fratres esse appellatos. Resurgens enim dominus ait, Vade & dic fratribus meis. Et Apo- Ioã.10. stolus eum dicit primogenitum in multis Rom.8. fratribus. Discipuli ergo eius ruina qui eũ tradidit, recte intelligitur fratris ruina, Q đ Achitofel interpretari diximus. Chusi autem, quod interpretatur silentium, recte accipitur aduersus illos dolos dominum nostrum silentio dimicasse, id est, altissimo secreto, quo cœcitas in Israel ex parte facta Rom.11 est, cum dominum persequebantur, vt plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ad hoc profundum secretum altumq; silentium cum venisset Apostolus, exclamauit quasi quodam ipsius altitudinis horrore perculsus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius, Quis enim cognouit mentem domini, aut quis consiliarius illius fuit? Ita magnum illud silentium non expositione magis aperit, quàm admiratione commendat. Hoc silentio dominus sacrũ venerabilis passionis occultans, voluntariam ruinam fratris, id est, nefarium scelus tradi F toris sui, in suæ misericordiæ atq; prouidentiæ ordinem vertit. Vt quod ille ad perniciem vnius hominis peruersa mente faciebat, ille ad salutem omnium hominũ prouida gubernatione conferret. Cantat ergo Psalmum dño anima perfecta, quæ iam digna est nosse secretum dei. Cantat pro verbis Chusi, quia meruit nosse verba illius silentij. Apud infideles.n. & persecutores, silẽtium est illud atq; secretum: Apud suos aũt quibus dictum est, Iam non dicam vos Ioan.15. seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Apud amicos ergo eius non est silentium sed verba silentij. i. ratio exposita & manifesta illius silentij. Quod silentium. i. Chusi, dicitur filius Gemini, id est, dextri. Non.n. abscondendum erat sanctis, quod pro illis gestum est, Et tũ, inqt, Nesciat sinistra tua Matt.6 quid faciat dextera tua. Canit ergo anima perfecta in prophetia, cui secretum illud innotuit, pro verbis Chusi, id est, pro cognitione eiusdem secreti, Quod secretum dexter deus, id est, fauens atque propitius ei, operatus est. Quare hoc silentium filius dextri appellatur, quod est Chusi filius Gemini. Domine deus meus in te speraui, G saluum me fac ex omnibus persequentibus me & erue me.) Tanquam cui nõ restat iam perfecto nisi inuidus diabolus, superato omni bello atq; aduersitate vitiorum, dicit, Saluum me fac ex omnibus persequentibus me & erue me. Ne qñ rapiat vt leo animam meam.) Dicit Apostolus, Aduer- 1.Pet. sarius vester tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Itaq; cum diceret per pluralem numerum, Saluum me fac ex omnibus persequentibus me: singularem postea intulit, dicens, Nequando rapiat vt leo animam meam: Non.n. ait, nequando rapiant, sciens quis restiterit inimicus, tam perfectæ animæ vehementer aduersus.

Dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.) Id est, ne ille rapiat, dum tu nõ redimis, neq; saluum facis. Si enim deus non redimat, neque saluum faciat, ille rapit. Et vt manifestum sit iam perfectam animã hoc dicere, cui solius diaboli fraudulentis-

simæ

simæ insidiæ cauēdæ sunt, vide quid sequatur: Dñe deus meus si feci istud.) Quid est quod vocat istud? An quia non dicit nomē peccati, vniuersale pctm intelligendum est. Qui intellectus si displicet, illud accipiamus dici quod sequitur, Tanquam si inter
H rogassemus quid est hoc quod dicis, istud, respondet, si est iniquitas in manibus meis.) Iam ergo manifestum est, de omni pec cato dici. Si reddidi retribuentibus mihi mala.) Quod non potest vere dicere, nisi
Matt. 5. perfectus. Ait quippe dominus, Estote pfecti, sicut pater vester qui est in cœlis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos. Qui ergo nō reddit retribuentibus mala, perfectus est. Cum itaque oret anima perfecta pro verbis Chusi filij Semini. i. pro cognitione illius secreti atq; silentij, quod pro salute nostra operatus est propitius nobis & miseri cors dominus, vt toleraret & patientissime sustineret dolos traditoris sui tanquam huic perfectæ animæ dicat, exponens ratio nem ipsius secreti, Ego pro te impio & pec catore, vt tuæ iniquitates mei sanguinis effusione lauarentur, magno silentio & magna patientia traditorem meum pertuli. Nonne imitaberis me, vt & tu non reddas mala pro malis? Animaduertens igitur & intelligens quid pro illo fecerit dominus, & eius exemplo ad perfectionē proficiens, dicit, Si reddidi retribuentibus mihi mala: id est, si non feci quod tu faciendo do-
I cuisti.

Decidam ergo ab inimicis meis inanis.) Et bene non ait, Si reddidi retribuentibus mihi mala, sed retribuētibus. Qui enim retribuit, iam aliquid acceperat. Maioris aūt patientiæ est, nec ei mala rependere, qui ac ceptis beneficijs reddit mala pro bonis, q̄ si nullo ante accepto beneficio nocere voluisset. Si reddidi ergo, inquit, retribuentibus mihi mala, id est, si te nō imitatus sum in illo silentio, hoc est, patientia tua quam p me operatus es, decidā ab inimicis meis inanis. Inaniter enim se iactat, qui cum & ipse homo sit, cupit se de homine vindicare. Et cum superare hominem palā quærit, occulte à diabolo superatur, inanis effectus, vana & superba lætitia, quod quasi vinci nō potuit. Intelligit ergo iste vbi maior fiat victoria, & vbi pater reddat, quæ
Matt. 6. videt in occulto. Ne reddat itaqur retribuentibus mala, iram potius quàm hominem vincit, illis etiam literis eruditus, in quibus scriptum est, Melior est qui vincit Pro. 16.
iram, quàm qui capit ciuitatem. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ergo ab inimicis meis inanis. Iurare uidetur per execrationem, quod grauissimū iusiu- K
randi genus, cum homo dicit, Si illud feci, illud patiar. Sed aliud est iuratio in ore iurantis, aliud in significatione prophetantis. Hic enim dicit quid vere contingat hominibus, qui reddūt retribuentibus mala, nō quod sibi aut alicui quasi iureiurando imprecetur. Persequatur ergo inimicus animam meam & comprehendat.) Iterum inimicum singulari numero nominans, illum magis magisque manifestat, quem superius velut leonem appellauit. Ipse enim animam persequitur: & si deceperit, comprehendet. Nam homines vsque ad interfectionem corporis sæuiunt: Animam vero post illam visibilem mortem in potestate habere non possunt. Diabolus autem quas animas persecutus comprehenderit, possidebit. Et conculcet in terra vitam meam.) Id est conculcando terram faciat vitam meam, cibum scilicet suum. Non. n. tantum leo, sed etiam serpēs appellatus est, Gene
Terram manducabis, Et peccatori homini dictum est, Terra es, & in terram ibis. Et gloriam meam in puluerē deducat.) Hic est ille puluis, quem proijcit ventus à facie terræ, superborum scilicet vana & inepta iactantia & inflata & non solida, tanquā ven to elatus puluerис globus. Recte itaque hic posuit gloriam, quam non vult in puluerē deduci: Vult enim eam solidam habere in
L conscientia coram deo, vbi nulla iactantia 1. Co. 1.
est, Qui gloriatur, inquit, in domino glorietur. Ista soliditas in puluerem deducitur, si per superbiam quisq; contemnēs secreta conscientiæ, vbi solus deus hominem probat, velit apud infantes gloriari. Hinc est quod alibi dicit deus, Conteret ossa pla Psa. 52.
centium hominibus. Qui autem bene didicit, vel expertus est vitiorum superandorum gradus, intelligit hoc vitium inanis gloriæ, vel solum vel maxime cauendum esse perfectis. Quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimum vincit. Ini- Eccl. 10
tium autem omnis peccati superbia. Et initium superbiæ hominis, apostatare à deo. Exurge domine in ira tua.) Quid adhuc iste quem perfectum dicimus, ad iram prouocat deū? Nonne videndum est, ne

Acto. 7. que potius iste perfectus sit, qui cum lapidaretur, dixit, Domine ne statuas illis hoc peccatum? An & iste, non aduersus homines hæc precatur, sed aduersus diabolū & angelos eius, quorum possessio peccatores atq; impij homines sunt? Non ergo sæuiēs,
M sed misericors aduersus eum orat, quisquis orat vt ei auferatur ista possessio ab illo do
Rom. 4. mino qui iustificat impium. Cum enim iustificatur impius, ex impio fit iustus, Et ex possessione diaboli, migrat in templum dei. Et quoniam pœna est, vt cuique auferatur possessio, in qua dominari desyderat, hanc pœnam dicit iram dei aduersus diabolum, vt desinat possidere quos possidet. Exurge domine in ira tua. Exurge, hic appare dixit, humanis videlicet & latentibus verbis, Quasi deus dormiat, cum in secretis suis incognitus latet. Exaltare in finibus inimicorum meorum.) Fines dixit ipsam possessionem, Vbi vult deum exaltari potius, id est, honorari & glorificari, quàm diabolum, dum impij iustificantur & laudant deum. Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti.) Id est, quia humilitatem præcepisti, humilis appare, Et tu prior imple quod præcepisti, vt exemplo tuo vincentes superbiam, non possideātur à diabolo, qui aduersus tua præcepta superbiam persuasit dicens, Manducate, & ape-
Genc. 3. rientur vobis oculi, & eritis tanquam dij. Et congregatio populorū circundabit te.) Duplex intellectus est. Congregatio enim
A populorum, siue credentium, siue persequē tium potest accipi, quorum vtrunque eadē domini nostri humilitate factum est, Quā
Psal. 2. contemnens persequentium multitudo, circundedit eum. De qua dictum est, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt
Rom. 11 inania? Credentium autem per eius humilitatem multitudo ita eum circundedit, vt verisime diceretur, Cecitas ex parte Israel
Psal. 2. facta est, vt plenitudo gentium intraret. Et illud, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et propter hanc in altum regredere.) Id est, propter hanc congregationem regredere in altum, quod resurgendo & in cœlum ascendendo feciſſe intelligitur. Ita enim glorificatus dedit spiritum sanctum, qui antea glorificationem eius dari non posset: sicut in euangelio positum est, Spiritus autem nōdum erat datus, quia
Ioan. 7. Iesus nondum erat glorificatus. Regressus ergo in altum propter congregationem populorum misit spiritum sanctum. Quo impleti prædicatores euangelij orbem terrarum ecclesijs impleuerunt. Potest & sic iste sensus intelligi, Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum B
meorum, id est, exurge in ira tua, & non te intelligant inimici mei: Vt hoc fit exaltare, id est, altus efficere, ne intelligaris, quod refertur ad illud silentium. Sic enim de hac Psal. 17.
exaltatione in alio Psalmo dicitur, Et ascendit super cherubin, & volauit, & posuit tenebras latibulum suum. Qua exaltatione, id est, occultatione, cum te merito peccatorum suorum non intellexerunt qui te crucifigent, congregatio credentium circundabit te: Ipsa enim humilitate exaltatus est, id est, non intellectus. Et ad hoc referatur, Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, id est, cum appares humilis, altus esto, vt non intelligant inimici mei. Iusto autem sunt peccatores inimici, & pio impij. Et congregatio populorum circundabit te, id est, per hoc ipsum quod te non intelligunt qui te crucifigent, credent in te gentes, atque ita congregatio populorum circūdabit te. Sed quod sequitur, si vere hoc significat, plus doloris habet, quia iam incipit sentiri, quā lætitiæ, quia intelligitur. Sequitur enim, Et propter hanc in altum regredere, id est, & propter hanc congregationem generis humani quia ecclesiæ refertæ sunt, in altum regredere, id Luc. 18.
est, rursus desine intelligi. Quid est ergo. Et propter hanc, nisi quia & ista te ofC
tensura est, ita vt verisime pronuncies, dicens, Putas cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram? Item dicit de pseudoprophetis qui intelliguntur hæretici, propter eorum iniquitatem refrigescet charitas multorum. Cum ergo & Mat. 14
in ecclesijs, hoc est in illa congregatione populorum atque gentium, vbi nomen Christianum latissime peruagatum est, tanta erit abundantia peccatorum, quæ iam ex magna parte sentitur: nonne illa hic prædicitur, quæ per alium quoque prophe Amos. 8
tam denunciata est fames verbi? Nonne & propter hanc congregationem peccatis suis à se lumen veritatis abalienantem deus in altum regreditur, id est, vt aut nullis aut perpaucis, de quibus dictum est Mat. 10.
Beatus qui perseuerauerit vsque in finem, &. 14.
hic saluus erit: teneatur & percipiatur.

Universidad de Granada Biblioteca Universitaria

cur ſyncera fides, & ab omnium prauarum opinionum labe purgata? Non ergo immerito dicitur, Et propter hanc congregationem in altum regredere: id eſt, ſecede rurſus in altitudinem ſecretorum tuorum, etiam propter hanc congregationem populorum, quæ habet nomen tuum, & facta tua
D non facit. Sed ſiue ſuperior, ſiue iſta ſit congruentior huius loci expoſitio, ſine præiudicio alterius alicuius melioris aut paris, cõ uenientiſſime ſequitur, Dominus iudicat populos.) Siue. n. in altum regreſſus eſt, cum poſt reſurrectionem aſcẽdit in cœlũ, bene ſequitur, Dominus iudicat populos: quia inde venturus eſt iudicare viuos &
Luc. 18. mortuos. Siue in altum regrediatur, cũ peccatores Chriſtianos deſeret intelligẽtia veritatis: quia de ipio aduentu dictum eſt, Pu
Ioan. 5. tas veniens filius hominis inueniet fidem in terra? Dñs. n. iudicat populos. Quis dominus niſi Ieſus Chriſtus? Pater enim nõ iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Quapropter hæc anima quæ p
Matt. 6. fecte orat, vide quemadmodum nõ timeat iudicij diem, & vere ſecuro deſyderio dicat in oratione, Adueniat regnum tuum. Iu
dica, inquit, me domine ſecundum iuſtitiã
Luc. 5. meam.) In ſuperiori Pſalmo infirmus deprecabatur, miſericordiam potius implorãs
Pſal. 6. dei, quàm commemorans vllum meritum ſuum, Quoniam filius dei peccatores venit vocare in pœnitentiam. Itaq; ibi dixerat, Saluum me fac domine propter miſericor-
E diam tuam. i. non propter meritum meum: Nunc autem quoniam vocatus tenuit, & ſeruauit præcepta quæ accepit, audet dicere, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, Et ſecundum innocẽtiam meam ſuper me.) Iſta eſt vera innocẽtia, quæ nec inimico nocet, Itaque bene ſe iudicari poſtulat ſecundum innocentiam ſuam, qui ve re dicere potuit, Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quod autem addidit, ſuper me: non ad innocentiam tantum, ſed ad iuſtitiã quoq; ſubaudiri poteſt. Vt iſte ſit ſenſus, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meã, & ſecundum innocentiam meam, quæ iuſtitia & innocentia ſuper me eſt. Quo addimento demonſtrat, id ipſum q̃ anima iuſta
Pſal. 14. eſt & innocens non per ſe habere, ſed per il
Ioan. et. 5 luſtrantem & illuminantem deum. De hac enim dicit in alio Pſalmo, Tu illuminabis lucernam meam dñe. Et de Ioanne dicitur, Quia non erat ille lumen, ſed teſtimonium phibebat de lumine. Ille erat lucerna ardens & lucens. Lumen ergo illud vnde animæ tanquã lucernæ accẽduntur, non alieno ſed proprio ſplẽdore fulget, quod eſt ipſa veritas. Ita ergo dicitur, Secundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocẽtiã meã ſuper me: tanquam ſi lucerna ardens & lucens diceret, Iudica me ſecundum flãmam quæ ſuper me eſt: id eſt, non qua ſum ego, ſed qua fulgeo accenſa de te. Conſumetur autem nequitia peccatorum.) Conſumet, inquit, perficiatur, ſecundum illud q̃d eſt in Apocalypſi, Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Videtur enim conſummata nequitia hominum qui crucifixerunt filium dei. Sed eorum maior eſt, qui nolunt recte viuere, & oderũt præcepta veritatis, pro quibus crucifixus eſt filius dei. Cõſumetur ergo, inquit, nequitia pctõrum .i. perueniatur ad ſummam nequitiam, vt poſsit iuſtum iam venire iudiciũ. Sed quoniam non ſolum dictum eſt, Sordidus ſordeſcat adhuc: ſed etiam dictum eſt, Iuſtus iuſtior fiat: annectit & dicit, Et dirige iuſtum, ſcrutans corda & renes deus.) Quomodo ergo iuſtus dirigit poteſt, niſi in occulto, quando etiam eccleſia illa quæ initio temporum Chriſtianorum, cum adhuc perſecutione ſecularium hominum ſancti præmerentur, miranda videbatur hominibus. Nunc poſtquam in tanto culmine nomen cœpit eſſe Chriſtianum, creuit hypocriſis, id eſt, ſimulatio, eorum. i. qui nomine Chriſtiano malunt hominibus placere q̃ deo. Quomodo ergo dirigitur iuſtus in
G tanta confuſione ſimilitudinis, niſi dũ ſcru
2. sẽ. dis. 38. ſolet tatur corda & renes deus, videns omnium cogitationes quæ nomine cordis ſignificatæ ſunt, & delectationes, quæ nomiue rerum intelliguntur. Recte quippe temporalium & terrenarum rerum delectatio, reni
bus tribuitur: quia & ipſa pars eſt inferior hominis, & ea regio eſt vbi carnalis gñationis voluptas habitat, per quam in hãc ærũ noſam & fallacis lætitiæ vitam, per ſucceſſionem prolis natura humana trãsfundit: Scrutans ergo cor noſtrum deus, & perſpiciens ibi eſſe vbi eſt theſaurus noſter. i. in Matt. 6.
cœlis, Scrutans etiam renes: & perſpiciens Gala. 1.
non nos acquieſcere carni & ſanguini, ſed delectari in domino, dicit iuſtum in ipſa conſcientia coram ſe, vbi nullus hominũ videt, ſed ſolus ille qui perſpicit quid quiſque cogitet, & quid quenque delecter. Finis enim

enim curæ delectatio eſt, quia eo quiſq; curis & cogitationibus nititur, vt ad ſuam delectationem perueniat. Videt igitur curas
1. Ioã. 2. noſtras, qui ſcrutatur cor. Videt aũt fines curarum. i. delectationes, qui perſcrutatur renes. Vt cum inuenerit, non ad cõcupiſcẽ-
H tiam carnis, neq; ad concupiſcentiam oculorum, neque ad ambitionem ſeculi, quæ omnia tranſeunt tanquam vmbra, inclinari curas noſtras, ſed ad gaudia rerum æternarũ ſuſtolli, quæ nulla commutatione violan-
2. ſe. di. 38. Solet tur, dirigat iuſtum, ſcrutans corda & renes deus. Opera n. noſtra quæ factis & dictis operamur, poſſunt eſſe nota hominibus, ſed quo animo fiant, & quo per illa peruenire cupiamus, ſolus ille nouit qui ſcrutatur corda & renes deus. Iuſtum auxilium meum à dño, qui ſaluos facit rectos corde.) Duo ſunt officia medicinæ: Vnum quo ſanatur infirmitas, Alterum quo ſanitas cuſtodit. Iuxta illud primum, dictum eſt in ſuperiore Pſalmo, Miſerere mei domine, quoniam
Pſal. 6. infirmus ſum. Iuxta hoc alterũ, in hoc Pſalmo dicit, Si eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Ibi. n. infirmus vt liberetur, hic iam ſanus ne corrumpatur, orat. Iuxta illud ibi dicitur, Saluum me fac propter miſericordiam tuam. Iuxta iſtud hic dicitur, Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam. Ibi. n. vt à morbo euadat remedium, hic autem ne in morbum recidat, tuitionem petit. Iuxta illud dicitur, Saluum me fac domine ſecundum miſericordiam tuam. Iuxta hoc dicitur, Iuſtum au
xilium meum à domino, qui ſaluos facit re
I ctos corde. Et illa enim & iſta ſaluos facit. Sed illa ex ægritudine ad ſalutem trãsfert, hæc in ipſa ſalute conſeruat. Itaq; ibi, miſericors auxilium eſt, quia nullum habet meritum peccator qui adhuc iuſtificari deſyderat, credens in eum qui iuſtificat impiũ.
Rom. 4. Hic autem, iuſtum auxilium eſt, quod iam iuſto tribuitur. Dicat ergo ibi peccator, q dixit, Infirmus ſum, Saluum me fac domi-
Pſal. 6. ne propter miſericordiam tuam. Et dicat hic iuſtus, qui dixit, Si reddidi retribuentibus mihi mala, Iuſtum auxilium meum à domino, qui ſaluos facit rectos corde. Si. n. medicinam exhibet, qua ſanemur infirmi, quantomagis ea à qua cuſtodiamur ſani? Quoniã ſi cum adhuc peccatores eſſemus,
Rom. 6. Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quantomagis nunc iuſtificati, ſalui erimus ab ira p ipſum. Iuſtum auxilium meum à domino, qui ſaluos facit rectos corde. Dirigit iuſtũ, ſcrutans corda & renes deus. Iuſtolaurem auxilio, ſaluos facit rectos corde. Non ſicut ſcrutatur corda & renes, ita ſaluos facit rectos corde, & renibus: quia cogitationes & malæ ſunt in prauo corde, & bonæ in rec-
K to corde. Delectationes autem non bonæ ad renes pertinent, quia inferiores ſunt atque terrenæ. Bonæ vero non ad renes, ſed ad ipſum cor. Propterea non ita dici poſſunt recti renibus, ſicut dicuntur recti corde, cum iam vbi cogitatio, ibi & delectatio
Pſal. 4. eſt. Quod fieri non poteſt, niſi cum diuina atq; æterna cogitantur. Dediſti, inquit, lætitiam in corde meo, cum dixiſſet, Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine. Nã phantaſmata rerum temporalium, quæ ſibi animus fingit, cum ſpe vana mortaliq; iactatur, quamuis inanibus imaginationibus afferant ſæpe deliram inſanamq; lætitiam, non tamen cordi hæc delectatio, ſed renibus tribuenda eſt: quia illæ omnes imagina
tiones de inferioribus, hoc eſt, terrenis carnalibusq; rebus attractæ ſunt. Ita fit, vt ſcrutans corda & renes deus, & perſpiciens in corde rectas cogitationes, in renibus nullas delectationes, iuſtum auxilium præbeat rectis corde, vbi mundis cogitationibus ſupernæ delectationes ſociantur. Et ideo in alio Pſalmo cum dixiſſet, inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei: ſubiecit de auxilio, dicens, Prouidebam domi
Pſal. 15. num in conſpectu meo ſemper, quoniam à
L dextris eſt mihi ne commouear. Vbi oſtendit ſuggeſtiones tantũ ſe à renibus paſſum, non etiam delectationes, quas ſi pateretur, vtique commoueretur. Dixit autem. A dextris eſt mihi dominus ne commouear: deinde ſubiungit, Propter hoc delectatum eſt cor meum: vt renes eum increpare potuerint, non delectare. Non itaq; in rebus, ſed ibi facta eſt delectatio, vbi aduerſus renum increpationem prouiſus eſt deus à dextris eſſe. i. in corde. Deus iudex iuſtus, fortis, & lõganimis). Quis deus iudex niſi deus qui Matt. 6.
iudicat populos? Ipſe iuſtus, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua. Ipſe fortis, qui etiã perſecutores impios, cum ſit potẽtiſsimus, pro noſtra ſalute tolerauit. Ipſe lõganimis, qui etiam ipſos qui perſecuti ſunt, non ſtatim poſt reſurrectionem ad ſupplicium rapuit, ſed ſuſtinuit, vt ſe aliquando ad ſalutem ab illa impietate conuerterent. Et adhuc

huc sustinet,seruans vltimo iudicio vltimã pœnam, & nunc vsq; inuitans peccatores ad pœnitentiam. Non iram adducens p singulos dies.) Significantius fortasse dicitur,iram adducens,quàm irascens. Et ita in exemplaribus Græcis inuenimus. Vt non sit in ipso ira qua punit sed in animis eorũ ministrorum qui præceptis veritatis obtem
M perant:per quos iubetur etiam inferioribus ministris, qui vocantur angeli iracundiæ, ad punienda peccata. Quos iam non propter iustitiam qua non gaudent, sed ꝓpter malitiam pœna humana delectat. Non ergo deus iram adducit per singulos dies.i. non per singulos dies ad vindictam congregat ministros suos. Nunc enim patientia
Rom.8. dei ad pœnitentiam inuitat. Vltimo vero tempore cum homines propter duritiam suam & cor impœnitens, thesaurizauerint sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,gladium suum vibrabit. Nisi cõuertimini gladium suum vibrabit.) Potest ipse homo dominicus gladius dei intelligi bis acutus,id est, framea quem non vibrauit primo aduentu, sed tanquam in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit autem, cum in secundo aduentu veniens iudicare viuos & mortuos, in manifesto splendore charitatis suæ,iustis lumine suo, & terrore impijs coruscabit. Nam in alijs exemplaribus pro eo quod est, gladium suum vibrabit, frameam suam splendificabit, positum est. Quo verbo conuenientissime significari arbitror vltimum dominicæ claritatis ad
A uentum,Quandoquidem ex ipsius persona
Psal.16. intelligitur, quod alius Psalmus habet,Libera domine ab impijs animam meam,frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Arcum suum tetendit & parauit illum.) Non passim verborum tempora prætereunda sunt, quod gladium de futuro dixit, vibrabit:arcum de præterito,tetendit.Deinde ꝑteriti temporis consequuntur verba. Et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus operatus est.) Arcum ergo istum scripturas sanctas, libenter acceperim, vbi fortitudine noui testamẽti quasi nemo quodam, duritia veteris flexa & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli,vel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est,id est,qui per cusi diuino amore flagrarent. Qua enim
Cant.2. alia sagitta percussa est,quæ dicit, Inducite me in domum vini,constituite me inter vnguenta, constipate me inter mella, quoniam vulnerata charitate ego sum? Quibus alijs sagittis accenditur, qui redire ad deum cupiens, & ab ista peregrinatione remeare, aduersus dolosas linguas petit auxilium? Et ei dicitur, Quid detur tibi, aut Psa.119
quid adijciatur tibi aduersus linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus vastatoribus,id est,quibus percussus atque inflammatus tanto amore ardeas regni cœlorum, vt omnium resistentium & à proposito reuocare volentium, linguas contemnas, & persecutiones eorum derideas, dicens, Quis me separabit à charitate Christi, Tribulatio an angustia, an Rom.8.
persecutio,an fames,an nuditas, an periculum,an gladius? Certus sum enim,inquit, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque præsentia, neque futura,neque virtus,neque altitudo, neque profundum,neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Sic ardentibus sagittas suas operatus est. Nam in Græcis exemplaribus ita inuenitur, Sagittas suas ardentibus operatus est. Latina autem,ardentes,pleraque habent. Sed siue ipsæ sagittæ ardeant, siue ardere faciant, quod vtique non possunt nisi & ipsæ ardeant, integer sensus est. Sed quia non sagittas tantum, sed etiam vasa mortis dixit in arcu dominum parasse, quæri potest quæ sint vasa mortis, An forte hæretici? Nam & ipsi ex eodem arcu, id est, ex eiusdem scripturis in animas non charitate in flammandas, sed venenis perimendas insiliunt, quod non contingit nisi pro meritis, propterea diuinæ prouidentiæ etiam C
ista dispositio tribuenda est. Non quia ipsa peccatores facit, sed quia ipsa ordinat cum peccauerint. Malo enim voto per peccatum legentes, male coguntur intelligere, vt ipsa sit pœna peccati, quorum tamen morte filij catholicæ Ecclesiæ tanquam quibusdam spinis à somno excitantur, vt ad intelligentiam diuinarum profi 1.Co.11
ciant scripturarum. Oportet enim & hæreses esse, vt probati, inquit, manifesti fiant inter vos, hoc est, inter homines, cum manifesti sint deo. An forte easdem sagittas & vasa mortis [illegible]t ad perniciem infidelium, & ardentes v[illegible] ardentibus operatus est ad exercitationem fidelium? Non enim falsum est quod Apostolus dicit,

dicit, Alijs sumus odor vitæ inuitam, alijs
2.Co.3. odor mortis in mortem. Et ad hæc quis idoneus? Non ergo mirum si ijdem Apostoli & vasa mortis sunt eis à quibus persecutionẽ passi sunt, & igneæ sagittę ad inflã manda corda credentium. Post hanc autẽ dispensationem iustum veniet iudicium. De quo ita dicit, vt intelligamus vnicuiq; homini supplicium fieri de peccato suo, &
D eius iniquitatem in pœnam conuerti. Non putemus vllam tranquillitatem,& ineffabile lumẽ dei de se proferre vnde peccata puniantur, sed ipsa peccata sic ordinare, vt q̃ fuerunt delectamento homini peccãti, sint instrumenta domino punienti. Ecce,inquit,parturiuit iniustitiam.) Quid.n.con-
Gene.3 ceperat,vt iniustitiam parturiret? Concepit,inquit,laborem.) Hinc est enim illud, In labore manducabis panem tuum. Hinc
Matt.11 etiam & illud, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, Iugum enim meũ lene est,& onus meum leue. Nõ enim poterit labor finiri, nisi hoc quisq; diligat qd̃ iuuito non possit auferri. Nam cum ea diligunt quę possumus contra uolũtatẽ amittere,necesse est vt pro his miserrime laboremus, & vt hæc adipiscamur, in angustijs terrenarum ærumnarum, cum sibi quisq; illa rapere & præuenire alterum,aut extorquere alteri cupit,iniustitias machinemur. Recte ergo, & prorsus ex ordine parturiuit iniustitiam,concepit laborem. Parit ãt, quid nisi quod parturiuit quanuis nõ hoc parturierit quod concepit? Non.n.hoc nascitur quod concipitur,sed cõcipitur semẽ,
E nascitur quod formatur ex semine. Labor est igitur semen iniquitatis, peccatum autẽ cõceptio laboris, id est,illud præmium peccatum apostatare à deo Parturiuit ergo iniustitiam qui concepit laborem. Et peperit iniquitatem.) Iniquitas hoc est,quod iniustitia, hoc ergo peperit quod parturiuit. Quid?deinde sequitur. Lacum aperuit & effodit illum.) Lacum aperire,est in terrenis rebus, id est,tanquam in terra fraudem parare,quo alius cadat,quem vult decipere iniustus. Aperitur autem hic lacus,cũ consentitur malæ suggestioni terrenarum cupiditatum. Effoditur vero,cum post consensionem operationi fraudis instatur. Sed vnde fieri potest [illegible]tas prius lædat hominem iustu[illegible] in quem procedit,quàm cor iniustum vnde procedit? Itaque fraudator pecuniæ, verbi gratia, dum cupit aliũ damno lacerare, ipse auaritiæ vulnere sauciatur. Quis autem vel demens, non videat quantum inter hos distet, cum ille patiatur damnum pecuniæ, ille innocentiæ? Incidet ergo in foueam quam fecit.)
Quod in alio Psalmo dicitur, Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Conuertetur labor eius in caput eius, & iniquitas eius in verticem eius descendet.) Non enim voluit ipse peccatum F
euadere, sed factus est sub peccato tãquam Ioan.8.
seruus, dicente domino, Omnis qui peccat, seruus est: Erit ergo iniquitas eius super ipsum cum ipse iniquitati suæ subdetur, quia non potuit dicere domino quod Psal.3.
innocentes & recti dicunt, Gloria mea & exaltans caput meum. [illegible]a ergo ipse inferior erit, vt eius iniquitas sit superior,& in illum descendat, quia grauat illum & onerat,& ad requiem sanctorum reuolare non sinit. Hoc fit, cum in homine peruerso seruit ratio & libido dominatur. Confitebor domino secundum iustitiam eius.) Non ista confessio peccatorum est. Ille enim hoc dicit, qui superius verissime dicebat, Si est iniquitas in manibus meis?
Sed confessio iustitiæ dei, qua ita loquimur, Vere domine iustus es,quando & iu- Psal.7.
stos sic protegis vt per teipsum eos illumines, & peccatores sic ordinas, vt non tua, sed sua malitia puniantur. Ista confessio ita dominum laudat, vt nihil possint impiorum valere blasphemiæ,qui volentes excusare facinora sua, volunt suæ culpæ tribuere quod peccant,hoc est,nolunt suæ culpæ tribuere culpam suam. Itaque aut fortũnam,aut fatum inueniunt quod accusent, G
Aut diabolum, cui non consentire in potestate nostra esse voluit qui nos fecit, Aut aliam naturam inducunt, q̃ non sit ex deo, fluctuantes miseri & errantes potius,q̃ cõfitentes deo,vt eis ignoscant. Non.n.oportet ignosci,nisi dicẽti,Peccaui. Qui ergo videt merita animarum sic ordinari à deo,vt dum sua cuiq; tribuuntur,pulcritudo vniuersitatis nulla ex parte violetur,in omnibus laudat deum,Et ista est nõ peccatorũ, sed iustorum confessio. Non enim peccato Mat.11.
rum confessio est,dum dicit dominus. Cõfitebor tibi dñe cœli & terræ,quia abscondisti hæc à sapientibus,& reuelasti ea paruulis. Itẽ in ecclesiastico dicitur, Cõfitemini domino in omnibus operibus eius. Et hæc Eccl.39
dicetis

dicetis in confessione, opera dñi vniuersa bona de. Quod in isto Psalmo intelligi potest si quisq; pia mente dño adiuuante, distinguat inter iustorum ꝓmia & supplicia peccatorũ: quẽadmodũ his duobus vniuersa creatura, quã deus à se conditam regit, mirifica et paucis cognita pulchritudine decoret. Ita ergo ait, Confitebor domino secundum iustitiam eius: tanquã ille qui viderit non factas tenebras à deo, sed ordinatas tamẽ. Deus.n.dixit, Fiat lux, & facta est Gene.1. H lux. Non dixit, fiant tenebræ, & factæ sunt tenebræ: & tñ ipsas ordinauit. Et iõ dixit, Diuisit deus inter lucẽ & tenebras. Et vocauit noctem. Ista distinctio aliud fecit & ordinauit, aliud aũt non fecit, sed tñ ẽt hoc ordinauit. Iã vero tenebris significari peccata, & in Propheta inuenitur qui dicit, Et tenebræ tuæ tanquam meridies erunt. Et in Psal.138. Apostolo dicente, Qui odit frẽm suum, in tenebris est. Et illud præcipue, Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma 1.Ioã.2 lucis. Non ꝙ aliqua sit natura tenebrarũ, Ro.13. Omnis.n.natura inquantũ natura est, esse cogitur. Esse autẽ ad lucẽ pertinet, nõ esse ad tenebras. Qui ergo deserit eum à quo factus est, id est, in nihilũ, in hoc peccato tenebratur: & tamẽ nõ penitus ꝑit, sed in infimis ordinatur. Itaq; postq̃ dixit, Cõfitebor dño: ne pctõrũ cõfessionẽ intelligeremus, subijcit vltimũ, Et psallam nomini domini altissimi.) Psallere aũt ad gaudiũ pertinet, pœnitentiã uero peccatorũ ad tristitiam. Põt iste Psalmus etiã in persona dominici hominis intelligi, si modo ea, q̃ ibi I humiliter dicta sunt, ad nostram infirmitatem referantur, quam ille gestabat.

Finis.

In Psalmum octauum enarratio.
In finem pro torcularibus,
Psalmus ipsi Dauid.

NIhil de torcularibus in textu eius Psalmi cuius iste titulus est, dicere videtur. In quo apparet multis & varijs similitudinibus vnã eandemq; rem in scripturis sæpe insinuari. Torcularia ergo possumus accipere Ecclesias, eadem rõne q̃ Matt.3. & aream intelligimus Ecclesiã. Quia siue in area siue in torculari nihil aliud agit, nisi vt fructus ab integumentis ꝓrgentur, q̃ necessaria erant, & vt nascerentur, & vt crescerent, atq; ad maturitatem vel messis vel vindemiæ peruenirẽt. His ergo vel integumentis vel sustẽtaculis, id est, paleis in area frumenta, & vinacijs in torcularibus vina exuuntur. Sicut in ecclesijs à multitudine secularium hominum, quę simul cum bonis congregatur, quibus vt nascerentur & apti fierent verbo diuino necessaria erat illa multitudo, id agitur, vt spiritali amore per operationem ministrorum dei separen K tur. Agitur.n.nunc vt nõ loco sed affectu interim seperentur boni à malis, quanuis simul in ecclesijs quantũ attinet ad corporalẽ pñtiam conuersentur. Aliud autẽ erit tps, quo vel frumẽta in horrea, vel vina in cellas segregentur. Frumenta, inquit, recondet in horreis, paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Eadem res in alia similitudine sic intelligi põt, Vina recondet in apothecis, vinacia vero pecoribus proijciet: vt ventres pecorum, pro pœnis gehennarum per similitudinem intelligere liceat. Est alius intellectus de torcularibus, dũ tamen ab ecclesiarum significatione non recedatur. Nam & verbum diuinum potest Nu.13. vna intelligi. Dictus est enim & dominus Botrus vuæ, quem ligno suspensum, de terra promissionis, qui præmissi erant à populo Israel, tanquam crucifixum attulerunt. Verbum itaq; diuinum, cum enunciationis Deut.1. necessitate vsurpat vocis sonum, quo in aures peruehatur audiẽtium, eodem sono vocis tanquam vinacijs, intellectu tanquã vinum includitur, & sic vua ista in aures venit, quasi incalcatoria torcularium. Ibi enim descernitur, vt sonus vsque ad aures L valeat, intellectus autem memoria eorum qui audiũt, velut quodam lacu excipiatur, inde transeat in morum disciplinam & habitum mentis, tanquam de lacu in cellas, in quibus si negligentia non acuerit, vetustate firmabitur. Acuit nanq; in Iudæis & hoc aceto dominum potauerunt. Nam illud vinum quod de generatione vitis noui testamenti bibiturus est cum sanctis suis dominus in regno patris sui, suauissimum atque firmissimum sit, necesse est. Solent accipi Ma.26. torcularia etiam martyria, tanquam afflictione persecutionum calcatis eis, qui Christi nomẽ confessi sunt, cum mortalia eorũ tanquam vinacia in terra remanserunt, animæ autem in requiem cœlestis habitationis emanauerunt. Sed ne de isto intellectu ab ecclesiarum fructificatione discreditur. Psallitur ergo pro torcularibus, pro ecclesiæ

siæ cõstitutione, cum dominus noster post Matt.16. quam resurrexit ascendit in cœlos. Tunc Act.1. & enim misit spiritum sanctum, quo impleti 2. discipuli, cum fiducia prædicaueruntverbũ dei, vt ecclesiæ congregarentur. Itaque sequitur, Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.) Quæro vnde sit mirabile nomen eius in vniuersa terra? R espõdetur, Quoniam ele M uata est magnificentia tua in cœlos.) Vt iste sit sensus, Domine, qui es dominus noster, quam te admirantur omnes qui incolunt terram, qm̃ tua magnificentia de terra humilitate super cœlos eleuata est. Matt.21. Hinc.n.apparuit quis descenderis, cum à quibusdam visum est, & à cæteris creditũ quõ ascenderis. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Non possum accipere alios infantes atque lactentes, quam eos quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non cibum. Quos significabant illi qui dñm præcedebant laudantes. In quos ipse dominus hoc testimo- 1.Co.3. nio vsus est, cum dicentibus Iudæis vt eos Matt.21. corriperet, respondit, Non legistis, ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Bene aũt non ait fecisti, sed perfecisti laudẽ, Sunt.n.in ecclesijs etiam hi qui non iam lacte potantur, sed vescuntur cibo, quos idẽ 1.Co.2. Apostolus significat, dicens, Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed non ex his solis perficiuntur ecclesiæ, quia si soli essent non consuleretur generi humano, Consulitur aũt cum illic quoque nondum capaces cognitionis rerum spiritalium atque A æternarum nutriuntur side temporalis historiæ, quæ pro salute nostra post patriarchas & Prophetas, ac excellentissima dei virtute atque sapientia ẽt susceptihominis sacro administrata est, in qua salus est omni credenti, vt authoritate commotus, præceptis inseruiat, quibus purgatus vnusquisq; & in charitate radicatus atque fundatus possit cum sanctis nõ iam paruulus in la- Ephe.3. cte sed iuuenis in cibo, comprehendere latitudinem, longitudinem, altitudinem & profundũ, scire ẽt supereminentem scientiam chariratis Christi. Ex ore, inquit, infantiũ & lactẽtium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Inimicos huic dispensationi quæ facta est per (sum Christum & hunc crucifixum, generaliter accipere debemus omnes, qui vetãt credere incognita, & cer-

tam scientiam pollicentur. Sicut faciunt hæretici vniuersi, & illi q in superstitione gẽtilium Philosophi nominantur. Nõ ꝙ scientiæ pollicitatio reprehendenda sit, sed ꝙ gradum saluberrimum & necessarium fidei negligendum putant, per quem in aliquid certum quod esse nisi æternum non potest, oportet ascendi. Hinc eos apparet nec ipsam scientiam habere, quam contempta fide pollicentur, quia tam vtilem ac necessarium gradum eius ignorant. Ex ore er B go infantium & lactentium perfecisti dominus noster laudem, mãdans primo per Prophetam, Nisi crediderit is, non intelligetis. Esaia.7. Et ipse præsens dicit, Beati qui non vide Ioã.20. runt & crediturisunt. Propter inimicos: Mat.11. contra quos etiam illud dicitur, Confitebor tibi domine cœli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. A sapientibus.n.dixit, non qui sapientes sunt, sed qui esse se putant. Vt destruas inimicum & defensorem.) Quem nisi hæreticum. Nam & ipse est inimicus & defensor, qui fidem Christianam cum oppugnet, videtur defendere. Quanquam etiam Philosophi huius mundi bene intelligãtur inimici & defensores, quandoquidem filius dei virtus & sapia dei est, qua illustrat omnis quisquis veritate sapiens efficitur. Hu 1.Co.1. ius illi se amatores esse profitentur, vnde etiam Philosophi nominantur. Et propterea illam videntur defendere, cum inimici sint eius quoniam superstitiones noxias, vt colantur & venerentur huius mundi elementa, suadere non cessant. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.) Legimus digito dei scriptam legem, Exod.11 & datam ꝑ Moysen sanctum seruum eius. Deut. 9. Quem digitum dei, multi intelligunt spiri C tum sanctum. Quapropter si digitos dei, eosdem ipsos ministros spiritu sancto repletos, propter ipsum spiritum qui in eis operatur recte accipimus, quoniam per eosdẽ nobis omnis diuina scriptura confecta est, conuenienter intelligimus hoc loco, cœlos, dictos libros vtriusque testamenti. Dictum est autem etiam de ipso Moyse à Ma Exod.8. gis regis Pharaonis cum ab eo superati es- Esai.34. sent, Digitus dei est hic. Et quod scriptum est, Cœlum plicabitur sicut liber: etiam si de isto æthereo cœlo dictum est, congruetamen ex hac eadem similitudine, in allegoria librorum cœli nominantur Quoniam videbo, inquit, cœlos opera digitorum tuo-

tum.I cernam, & intelligã ſcripturas,quas operante ſpiritu ſancto per miniſtros tuos conſcripſiſti. Poſſunt itaque etiã ſuperius cœli nominati, ijdem libri accipi,vbi ait, Quoniam eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos,Vt totus iſte ſit ſenſus. Qm̃ magnificẽtia tua eleuata eſt ſuper cœlos : excedit.n.magnificẽtia tua omnium ſcripturarũ eloquia,ex ore infantium & lactentum pfeciſti laudem,vt à fide ſcripturarũ
D inciperent, q̃ cupiunt ad tuæ magnificentiæ notitiam peruenire. Quæ ſup ſcripturas eleuata eſt, q̃a tranſit & ſuperat omniũ verborum linguarumq́; præconia. Inclinauit ergo ſcripturas deus vſque ad infantiũ & lactentiũ capacitatem,ſicut in alio Pſal
Pſal.17. mo canitur, Et inclinauit cœlos , & deſcendit,& hoc fecit pp inimicos,q̃ ſuperba loquacitate inimici crucis Chriſti, etiã cum aliqua vera dicunt,paruulis tñ & lactentibus prodeſſe nõ poſſunt. Ita deſtruitur inimicus & defenſor,q̃ ſiue ſapiam,ſiue etiã Chriſti nomen defendere videatur,ab huius tñ gradu fidei oppugnat eam veritatem,q̃ pr̃optiſsime pollicetur . Propterea etiam illam non habere conuincitur, quia oppugnando gradũ eius,qui eſt fides,quẽadmodum in eam conſcendatur,ignorat. Hinc ergo deſtruitur temerarius & cæcus pollicitator veritatis,qui ẽ inimicus & defenſor , cum videntur cœli opera digitorũ dei, id eſt intelligunt ſcripturæ productæ vſque ad infantiũ tarditatẽ, & eos per humilitatẽ hiſtoricæ fidei , quæ tpaliter geſta eſt, ad ſublimitatẽ intelligentiæ rerũ æternarum bene nutritos & roboratos,erigunt in eaq̃ cõfirmant. Iſti cœli,id eſt,libri,opE ra ſunt digitorũ dei. Sancto etenim ſpiritu in ſanctis operante,confecti ſunt. Nam qui gloriam ſuam potius q̃ ſalutem hominum attenderunt,ſiue ſpiritu ſancto locuti ſunt, in quo ſunt viſcera miſericordiæ dei . Qm̃ videbo cœlos tuos opera digitorũ tuorũ. Lunã & ſtellas quæ tu fundaſti.) Luna & ſtellæ in cœlis ſunt fundatæ, Quia & vniuerſalis eccleſia,in cuius ſæpe ſignificatione luna ponitur,& particulatim p loca ſingula eccleſiæ, quas nomine ſtellarum inſinuatas arbitror in eiſdẽ ſcripturis collocatæ ſunt,quas cœlorũ vocabulo poſitas credimus. Cur autẽ luna recte ſignificet eccleſiam , opportunius in alio Pſalmo conſyderabitur,vbi dictum eſt, Peccatores intenderunt arcum , vt ſagittent in obſcura luna rectos corde. Quid eſt homo quia me Pſal.10.
mor es eius:aut filius hominis quoniam tu Heb. 2.
viſitas eum?) Quid inter hominem & filiũ hominis diſtet,quæri poteſt.Si.n.nihil diſtaret,non ita poneretur , homo aut filius hominis,per diſiunctionem.Nam ſi ita ſcriptum eſſet,Quid eſt homo quia memor es eius, & filius hominis quoniam viſitas eũ: repetitum videretur quod dictum eſt homo.Nunc vero cum ſonat,homo aut filius F
hominis, manifeſtior inſinuatur diſtantia. Hoc ſanè retinendum eſt,quia omnis filius hominis homo , quanuis non omnis homo filius hominis poſsit intelligi. Adam quippe homo,ſed non filius hominis. Quapropter hinc iam licet attendere atque diſcernere quid hoc in loco inter hominem & filium hominis diſtet,Vt qui portant imaginem terreni hominis, qui non eſt filius hominis,hominum nomine ſignificẽtur: Qui 1.Co.15.
autem portant imaginem cœleſtis hominis,filij hominis potius appellẽtur. Ille.n Ephe.4.
& vetus homo dicitur , iſte autem nouus. Sed nouus ex vetere naſcitur,quoniam ſpiritalis regeneratio mutatione vitæ veternæ atque ſecularis inchoatur,& ideo iſte filius hominis nuncupatur. Homo igitur hoc loco dictus eſt,terrenus:filius autem hominis, cœleſtis. Et ille longe ſeiunctus à deo, hic autem præſens deo. Et propterea illius memor eſt tanquam in longinquo poſiti, hunc vero viſitat quem præſens illuſtrat vultu ſuo. Lõge eſt.n.à peccatoribus ſalus. Et ſignatum eſt in nobis lumẽ vultus tui domine.Sic in alio Pſalmo homines iumẽ- Pſa.118.
tis aſſociatos, non per præſentem interiorẽ Pſal.4.
illuminationem, ſed per multiplicationem G
miſericordiæ dei,qua eius bonitas vſque ad infima tenditur , ſaluos fieri dicit cum ipſis iumentis, Quoniam carnalium hominum ſalus carnalis eſt , tanquam pecorũ . Filios autem hominum ſeiungens ab eis quos homines pecudibus iunxit,longe ſublimiori modo , ipſius veritatis illuſtratione , & quadam vitalis fontis inundatione , beatos fieri prædicat.Sic.n.dicit , Ho- Pſal.35.
mines & iumenta ſaluos facies domine,ſicut multiplicata eſt miſericordia tua deus. Filij enim hominum in protectione alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrente delitiarum tuarum potabis eos . Quoniam apud te eſt fons vitæ , & in lumine tuo videbimus lumen. Prætende dñe miſericordiam tuam

tiam ſcientibus te.Memor eſt igitur hominis per multiplicationem miſericordiæ, ſicut iumentorum, quia multiplicata miſericordia,etiam ad longe poſitos peruenit.Viſitat vero filium hominis,cui ſub protectione alarum ſuarum poſito prætendit miſericordiam ſuam:& in lumine ſuo lumen præbet,& cum delitijs ſuis potat,& inebriat ab vbertate domus ſuæ ad obliuiſcendas ærũnas & errores præteritæ cõuerſationis.Hũc filium hominis.i.hominem nouum,pœni-
H tentia veteris parturit cum dolore & gemitu.Iſte quãuis nouus,tñ adhuc carnalis dicitur,cum lacte nutritur. Non potui vobis
1.Co.3. loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib. inquit Apoſtolus: Et vt oſtenderet iam regeneratos, Tanquam paruulis ait in Chriſto,lac vobis potũ dedi,non eſcam. Iſte cũ relabitur, quod ſæpe accidit ad veterem vitam, cum exprobratione audit q̃ homo ſit, Nonne homines eſtis,inquit;& ſecundum hominem ambulatis? Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine domini
Hebr.2. co,nato ex Maria Virgine. De quo propter ipſam infirmitatem carnis,quã ſapiẽtia dei geſtare dignata eſt , & paſsionis humilitatem recte dicitur , Minuiſti eum paulominus ab angelis.) Sed additur illa clarificatio qua reſurgens aſcendit in cœlũ. Gloria,inquit,& honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.)

Quandoquidem & angeli ſunt opera manuum dei, etiam ſuper angelos conſtitutum accipimus vnigenitum filium,quem minutum paulo minus ab angelis per humilitatem carnalis generationis atque paſ-
I ſionis audimus & credimus, Omnia, in-
1.Co.15 quit , ſubieciſti ſub pedibus eius ,) Nihil
Heb. 2. excipit cum dicit , omnia . Et ne aliter liceret intelligi , ſic Apoſtolus credi iubet cum dicit, Excepto eo qui ei ſubiecit omnia . Et hoc ipſo huius Pſalmi teſtimonio utitur ad Hebræos cum ita vult omnia intelligi eſſe ſubiecta domino noſtro Ieſu Chriſto, vt nihil exceptum ſit . Nec tamen quaſi aliquid magnum videtur adiungere,cum dicit , Oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi.Volucres cæli, & piſces maris,qui perambulant ſemitas maris.) Videtur enim relictis cœleſtibus virtutibus & poteſtatibus & omnibus exercitibus angelorum , relictis etiam ipſis hominibus,tantum ei pecora ſubiecisſe.Ni ſi oues & boues , intelligamus animas ſanctas, vel innocentiæ fructum dantes,uel etiam operantes vt terra fructificet, ideſt vt terreni homines ad ſpiritalem vbertatem regenerentur.Has ergo animas ſanctas,nõ hominum tantum,ſed etiam omnium angelorum oportet accipere,ſi volumus hinc intelligere omnia eſſe ſubiecta domino noſtro Ieſu Chriſto.Nulla enim creatura ſubiecta non erit,cui primatus , vt ita dicam, ſpiritus ſubiiciuntur.Sed unde probabimus oues poſſe accipi etiam ſubtilimiter beatos nõ homines,ſed angelicæ creaturæ ſpiritus? An ex eo quòd dñs dicit reliquiſſe ſe nõa K
gintanouem oues in mõtibus.i.in ſublimio Mat. 18
ribus locis,& deſcendiſſe propter unam? Si. enim vnam ouem lapſam humanam animã accipiamus in Adam, quia etiam Eua de il Gene.2.
lius latere facta eſt,quorum omnium ſpiritaliter tractandorum & conſiderandorum nunc temps non eſt: reſtat vt nonagintanouem relictæ in montibus, non humani ſed angelici ſpiritus intelligantur. Nam de hobus facilis expeditio eſt huius ſentẽtiæ :qm̃ ipſi homines nõ ob aliud boues dicti ſunt, niſi quòd euangelizando verbum dei angelos imitarentur,vbi dictũ eſt,Boui triturãti os non infrenabis. Quanto igitur facilius Deu.25
ipſos angelos nuncios veritatis,boues acci- 1.Co.6.
pimus', quam qm̃ euangeliſtæ participatio- 1.Ti.5.
ne nominis eorum,boues vocati ſunt ? Subiecisti ergo,inquit', oues & boues vniuerſas, ideſt omnem ſanctam ſpiritalem creaturã: In qua etiã ſanctos homines accipimus, qui ſunt in Eccleſia, in illis videlicet torcularibus , quæ ſub alia ſimilitudine lunæ & ſtellarum inſinuata ſunt comprehendunt. Inſuper,ait,& pecora campi.)Nullo modo vacat,quod additum eſt,inſup. Primo, q̃a L
pecora campi poſſunt intelligi oues & boues:Vt ſi rupium & arduorum locorũ pecora capræ ſunt,bene intelligantur oues pecora campi. Itaque etiam ſi ita poſitum eſſet,Oues & boues vniuerſas & pecora campi: recte quæreretur quid ibi vellent pecora campi, cum etiam oues & boues hoc poſſunt intelligi:Quod vero additum eſt etiã inſuper , cogit omnino ad neſcio quam differentiam cognoſcendam . ſub hoc verbo quod poſitum eſt,inſuper,non ſolum pecora campi,ſed etiam , Volucres cœli & piſces maris., qui perambulant ſemitas maris)accipiendi ſunt, Quæ eſt igitur iſta diſtantia ? Veniant in mentẽ torcularia habẽ Matt.3.
tia uinacia & vinũ. Et area continẽs paleas &.13
C 2 & fru-

& frumentum. Et retia quibus inclusi sunt pisces boni & mali. Et arca Noe in qua & immunda & munda erant animalia: & vide bis ecclesias interim hoc tẽpore vsq; ad vltimum iudicii tempus, non solutiones & boues continere. i. sanctos laicos & sanctos ministros, sed insuper & pecora campi, volucres cœli & pisces maris, qui perambulãt semitas maris. Pecora. n. campi, congruentissime accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, vbi nihil arduum, nihil laborioſum ascendunt. Campus est. n. etiam lata via, quæ ducit ad interitum. Et in campo Abel occiditur. Quare metuendum est, ne quisq; descendens de montibus iustitiæ dei, Iustitia. n. inqt, tua uelut mõtes dei: latitudines & facilitates voluptatis carnalis eligens a diabolo trucidetur. Vide nunc etiam volucres cœli superbos, de quibus dicitur, Posuerunt in cœlum os suum. Vide quã in altum vento portentur qui dicunt, Linguam nostrum magnificabimus, labia nostra nobiscum sunt, quis noster dominus est? Intuere etiam pisces maris, hoc est curiosos, qui perambulant semitas maris. i. inquirunt in profundo huius seculi temporalia: Quæ tanquam semitæ in mari tam cito euanescũt & intereunt quã rursus aqua cõfunditur, postquam transeuntibus locum dederit vel nauibus vel quibuscunq; ambulantibus aut natantibus. Non. n. tantum ambulant semitas maris, sed perambulant dixit, ostendẽs pertinacissimum studium inania & præterfluentia requirentium. Hæc autem tria genera uitiorum, id est, voluptas carnis, & superbia, & curiositas, omnia peccata concludunt. Quæ mihi videntur a Ioanne apostolo enumerata, cũ dicit, Nolite diligere mundum. Quoniam omnia, quæ in mundo sũt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Per oculos. n. maxime curiositas præualet. Reliqua uero quo pertineant manifestum est. Set illa dominici hominis tentatio tripartita est. Per cibum ideſt per concupiscentiam carnis: vbi suggeritur. Dic lapidibus istis vt panis fiant. Per inanem iactantiam vbi ei in monte constituto ostenduntur omnia regna huius terræ, & promittuntur si adorauerit. Per curiositatem, vbi de pinna templi admonetur ut se deorsum mittat, tentandi gratia, vtrum ab angelis suscipiatur. Itaque posteaquam nullo istorum tentamento valere apud eum potuit inimicus: hoc de illo dicitur, postquã compleuit omnem tentationem diabolus, recessit vsq; ad tempus. Propter torcularium rorum itaq; significationem subiecta sunt pedibus eius, non solum vina, sed etiam vinacia. Non solum. scilicet oues & boues, id est, sanctæ animæ fidelium, vel in plebe, vel in ministris: sed insuper & pecora voluptatis, & volucres superbiæ, & pisces curiositatis. Quæ omnia genera peccatorum nunc bonis & sanctis mista esse in ecclesijs videmus. Operetur igitur in ecclesijs suis, & a uinacijs uinum separet. Nos demus operam ut uinũ simus & oues aut boues, non vinacia aut pecora campi, aut volucres cœli, aut pisces maris qui perambulant semitas maris. Nõ quia ista nomina isto solum modo intelligi & explicari possint, sed pro locis. Nanque alibi aliud significant. Et hæc regula in omni allegoria retinenda est, ut pro sententia præsentis loci consyderetur quod per similitudinem dicitur. Hæc est. n. dominica & apostolica disciplina. Repetamus ergo vltimum versum, qui etiam in principio Psalmi ponitur, & laudemus dẽum dicentes, Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.) Decenter quippe post textum sermonis ad caput redditur, quo totus Psalmus referendus est.

Luc. 4.

In psalmum nonum enarratio.

Psalmi huius inscriptio est:

In finem pro occultis filij, Psalmus ipsi Dauid.

DE occultis filii quæri põt. Sed qa nõ addit cuius, ipsum unigenitũ dei filiũ oportet intelligi. Vbi. n. de filio Dauid psalmus inscriptus est: Cũ fugeret, inquit, a facie Absalon filii sui, cum & nomen eius dictum esset, & ob hoc latere non posset de quo diceretur: & non tamen dictum est tantum a facie Absalon filii: sed additum est, sui: Hic vero, & quod non additum est sui, & quòd de gentibus multa dicit, non potest recte accipi Absalon. Neq; n. bellum quod cũ patre ille perditus gessit, ullo mõ ad gẽtes pertinet cũ populus tm̃ Israel aduersus se ibi diuisus sit. Canit itaq; iste psalmus p occultis vnigeniti filii dei. Nam & ipse dominus cum fine additam sto ponit filium, seipsum vnigenitũ vult intelligi, vbi ait, Si vos filius liberauerit, tũc vere liberi eritis.

Psal. 3. 2. Re. 15.

Ioan. 8.

Non.

Non. n. dixit, filius dei, sed tantum dicendo filius, dat intelligi cuius sit filius. Quam locutionem non recipit nisi excellentia eius de quo ita loqmur, vt ẽt si non eũ nomine mus, possit intelligi. Ita. n. dicimus, Pluit, serenat, tonat, & si qua sunt alia, nec addimus qs id faciat, quia omniũ mentib. spõte se se offert excellentia facientis, nec verba desyderantur. Quæ sunt igitur occulta filij? In quo verbo primũ intelligendum est esse aliqua filii manifesta, a qbus distinguũtur, hæc quæ appellãtur occulta. Quãobrẽ qm duos aduentus dñi credimus, vnum præteritum quem Iudæi non intellexerunt: alterũ futurum, quẽ vtriq; speramus: & quoniã iste quem Iudæi non intellexerunt, gentib. profuit: non inconueniẽter accipitur de hoc aduentu dictũ pro occultis filii, vbi cæcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gẽtium intraret. Duo etiam iudicia insinuantur per scripturas, si quis aduertat, vnum occultum, alterum manifestum. Occultum nunc agitur, de quo apostolus Petrus dicit, Tempus est, vt iudicium incipiat a domo domini. Occultũ itaq; iudicium est pœna, qua nunc unusquisq; hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem: aut si contempserit vocationem & disciplinam dei, excæcatur ad dã nationẽ. Iudicium aũt manifestũ est, quo venturus est dñs iudicare viuos & mortuos omnibus fatẽtibus eũ esse a quo & bonis p̃mia & malis supplicia tribuentur. Sed tũc illa confessio, non ad remediũ malorũ, sed ad cumulũ damnationis valebit. De his duobus iudiciis vno occulto, alio manifesto, videtur mihi, dominus dixisse, vbi ait, Qui in me credit, transiet de morte ad vitã, nec in iudicium uenietin iudicium. s. manifestum: nam hoc quod transit de morte ad vitã per nonnullam afflictionem, qua flagellat dñs omnem filium quem recipit iudicium occultum est. Qui autem non credit, inquit, iam iudicatus est: id est, isto occulto iudicio iam præparatus est ad illud manifestũ. Hæc duo iudicia etiam in Sapientia legimus, vbi scriptum est, Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Hic autem hoc iudicio non correcti, dignum dei iudicium experturi sunt. Qui ergo non corriguntur isto occulto iudicio, dignissime illo manifesto puniẽtur. Quo circa in hoc psalmo obseruanda sunt occulta filii, ideſt & humilis eius aduentus, qui profuit gentibus, cum cæcitate Iudæorum, & pœna quæ nunc occulte agitur, nondum damnatione peccantium, sed aut excitatione conuersorum, aut admonitione vt conuertantur, aut cæcitate ut damnationi præparentur, qui conuerti noluerint. Confitebor tibi domine in toto corde meo,] Non &. in toto corde, confitetur deo, qui de prouidentia eius in aliquo dubitat. Sed quia iam cernit occulta sapientiæ dei, quantum sit inuisibile præmium eius, qui dicit, Gaudemus in tribulationibus, & quemadmodum omnes cruciatus qui corporaliter inferuntur, aut vt exerceãt conuersos ad deum, aut vt conuertantur admoneant, aut iuste damnationi ultimæ præparent obduratos: & sic omnia ad diuinæ prouidentiæ regimen referantur, quæ stulti quasi casu & temere & nulla diuina administratione fieri putant, ait, Narrabo omnia mirabilia tua.) Narrat omnia mirabilia dei, qui ea non solum in corporibus palam, sed in animis quidem inuisibiliter, sed longe sublimius & excelliẽtius fieri videt. Nam terreni homines & oculis dediti, magis mirantur resurrexisse in corpore mortuum Lazarũ, quam resurrexisse in anima persecutorem Paulũ. Sed quoniam uisibile miraculum ad illuminationem animam vocat, inuisibile autem eã quæ vocata venit illuminat: omnia narrat mirabilia dei, qui credens uisibilibus ad intelligẽda inuisibilia transitũ facit. Lætabor & exultabo in te.) Nõ iã in hoc seculo, nõ in voluptate contrectationis corporũ, nec in palati & linguæ saporibus, nec in suauitate odorum, nec in iocundi tate sonorum transeuntium, nec in formis corporum uarie coloratis, nec in vanitatibus laudis humanæ, nec in coniugio & prole moritura, nec in superfluis temporalium diuitiarum, nec in conquisitione huius seculi, siue quæ locorum spatijs tenditur, siue quæ successione temporis voluitur, sed lætabor & exultabo in te, videlicet in occultis filii, vbi signatum est in nobis lumen vultus tui domine. Etenim abscondes eos inquit, in abscondito vultus tui. Lætabitur ergo & exultabit in te, qui narrat omnia mirabilia tua. Narrabit autem omnia mirabilia tua. Siquidem nunc per prophetiam dictus est ille, qui non venit voluntatem suam facere, sed volũtatem eius qui eum misit. Iam. n. incipit apparere persona domini in hoc psalmo loquentis. Nam sequitur, Psallam nomini

Rom. 11. 1. Pe. 4. 4. sen. di stin. 46. Qđ ergo. Ioan. 3. Heb. 12 Ioan. 3. Sap. 12. Rom. 1. Ioan. 11. Act. 9. Psal. 110. Psal. 137. Psal. 4. Psal. 30. Ioan. 6.

tuo altissime. In conuertendo inimicum
Mat.16. meum retrorsum,) Huius ergo inimicus
quando retro conuersus est? An quando,ei
dictū est,Redi retro satanas? Tunc.n.qui
tentando se præponere cupiebat,retro fa-
ctus est,non decipiendo tentatum,& in eū
nihil valendo: retro enim sunt terreni ho-
mines, cœlestis autem homo prior factus
1.Co.15. est,quanuis post venerit. Primus.n.homo
de terra terrenus. secundus homo de cœlo
cœlestis. Sed de ipsa stirpe veniebat, à quo
Ioan.1. dictū est, Qui post me venit, ante me fa-
Phili.3. ctus est. Et Apostolus,ea q̄ retro sunt obli-
H uiscitur,& in ea q̄ ante sunt se extēdit. Cō
uersus est igitū inimicus retro, postquā non
valuit hominem cœlestem decipere tenta-
tum, & se ad terrenos conuertit vbi dñari
1.Co.15. potest. Quapr[illegible]ter nullus hominū eum p̄
cedit & retro eum esse facit, nisi qui depo-
nens imaginē terreni hominis, portauerit
imaginem cœlestis, Iam vero si quod dictū
est, inimicum meum:generaliter vel pecca
torem vel gentilem hominē magis volu-
mus accipere,non erit absurdum. Nec pœ
na erit quod dictum est, In conuertendo
inimicū meum retrorsum,sed beneficium:
& tale beneficium,vt huic comparari nihil
possit. Quid.n.beatius quam deponere su-
perbiam, & non velle Christum præcede-
re veluti sanus sit, cui medicus non sit ne-
cessarius: sed malle retro ire post Christū,
qui discipulum vocans vt perficiatur,dicit,
Mat.16. Veni sequere me? Sed tamen accommoda-
&.19. tius de diabolo dictum intelligitur,In con
uertendo inimicum meum retrorsum. Dia
bolus quippe retrorsum conuersus est etiā
in p̄secutione iustorum,multo vtilius per-
secutor est, quàm si dux & princeps præi-
ret. Psallendum est igitur nomini domini
I altissimi, in conuertendo inimicum meum
retrorsum, quoniam malle debemus eum
persequentem fugere quàm ducentem se-
qui. Habemus.n.quò fugiamus,& abscon-
damur in occultus filij, q̄a dñs factus est re
Esa.89. fugium nobis. Infirmabunt & peribunt
à facie tua.) Qui infirmabunt & peribūt,
nisi iniqui & impij? Infirmabuntur dū ni-
hil valebunt. Et peribunt,quia non erunt
impij à facie dei.i.à cognitione dei:sicut pe
Gala.2. rijt ille qui dixit. Viuo autem iam nō ego,
viuit autem in me Christus. Sed quare in-
firmabuntur & peribunt impij à facie tua?
Quoniam fecisti iudicium meum,inquit,
& causam meam.) Id est,iudicium illud in
quo iudicari visus sum,meum fecisti. Et
causam illam in qua me iustum & innocen
tem homines damnauerunt, meam fecisti.
Hac n.ei militauerunt ad nostram libera-
tionem: sicut & nautæ dicunt ventum suū
quo vtuntur ad bene nauigandum. Sedisti
super thronum qui iudicas æquitatem.) Si-
ue filius patri dicat, qui etiam illud dixit,
Non haberes in me potestatem,nisi tibi da Ioā.19.
tum fuisset desuper,idipsum ad æquitatem
patris & ad occulta sua referēs,quod iudex
hominum ad vtilitatem hominū iudicatus
est. Siue homo dicat deo. Sedisti super thro
num qui iudicas æquitatem:animam suam
thronum eius appellans, vt corpus sit for-
tasse terra quæ scabellum pedum eius dicta K
est. Deus.n.erat in Christo mundum recō Esa.66.
cilians sibi. Siue ecclesia iam perfecta & si- i Co.5.
ne macula & ruga,digna.s.occultis filij, q̄a Ephe.5
introduxit eam rex in cubiculum suum,di- Cant.1.
cat sponso suo, Sedisti super thronum qui &.2.
iudicas æquitatem:quia resurrexisti à mor- Mar.16
tuis,& ascendisti in cœlum,& sedes ad dex Acto.1.
teram patris. Quælibet ergo harum senten
tia placeat, quò iste versus referatur,regu-
lam fidei non excedit: Increpasti gentes
& perijt impius.) Conuenientius hoc do-
mino Iesu Christo dici,quam ipsum dice-
re,accipimus. Quis.n.alius increpauit gē-
tes,& perijt impius,nisi qui posteaquā ascē
dit in cœlum misit spiritum sanctum, quo Acto.1.
completi Apostoli,cum fiducia prædicarēt
verbum dei,& peccata hominum libere ar
guerent? Qua increpatione perijt impius,
quia iustificatus est impius, & factus est
pius. Nomen eorum delesti in seculum,
& in seculum seculi.) Deletum est nomen
impiorum. Non enim appellant impij,qui
deo vero credunt. Deletur aūt nomen eo-
rum in seculum.i.quandiu tpale seculum
volvitur. Et in seculum seculi. Quid est se L
culum seculi, nisi cuius effigiem tanquam
vmbram habet hoc seculum? Vicissitudi-
ne.n.temporum sibi succedentium, dum
luna minuitur & rursus impletur, dum sol
omni anno locum suum repetit,dū ver,vel
æstas,vel autumnus, vel hyems sic transit
vt redeat,æternitatis quædam imitatio est.
Sed huius seculi seculum est quod incom-
mutabili æternitate consistit. Sicut versus
in animo, & versus in voce. Ille intelligi-
tur, iste auditur. Et [illegible]e istum modifi-
cat. Et ideo ille in arte operatur & ma-
net, in aere sonat & transit. Sic huius
muta-

mutabilis seculi modus,ab illo incommuta-
bili in seculo definitus,quod dī seculum se-
culi. Et ideo illud in arte dei, hoc est, in sa-
pientia & virtute permanet: hoc āt in crea-
turæ administratione peragitur. Si tū non
repetitio est,vt posteaquā dictū est in secu-
lum,ne hoc acciperetur quod transit,subij-
ceretur in seculum seculi. Nam in Græcis
exemplaribus sic est, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν
αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Quod Latini pleriq; inter-
pretari sunt, nō in seculū & in seculum
seculi,sed in ęternum & in seculum seculi. Vt
in eo quod dictum est in seculum seculi, il-
lud exponeretur, quod dictum est in æter-
M nū. Nomen ergo impiorū delesti in æter-
nū,quia deinceps nunquā erunt impij. Et si
in hoc seculum non extenditur nomen eo-
rum,multo minus in seculum seculi. Inimi
ci defecerunt frameę in finem.) Non plu-
raliter inimici, sed singulariter huius inimi
ci. Cuius autem inimici,nisi diaboli frameę
defecerunt? Hæ autē intelliguntur diuersæ
opiniones erroris, quibus ille animas tan-
quam gladijs perimit. His gladijs vincen-
dis & ad defectum perducendis instat ille
gladius, de quo in septimo psalmo dicitur,
Nisi conuertamini gladium suum vibrabit,
Et forte iste finis in quem frameæ deficiūt
inimici, quia vsq; ad ipsum aliquid valent.
Ipse nunc operatur occulte, vltimo autem
iudicio palam vibrabitur. Hoc destruuntur
ciuitates: Nā ita sequitur, Inimici defece-
runt frameæ in finē, Et ciuitates destruxi-
sti.) Ciuitates aūt istæ sunt.in quibus dia-
bolus regnat,vbi dolosa & fraudulenta con
silia tanquā curiæ locum obtinent,cui prin
cipatui quasi satellites & ministri assunt of-
ficia quorunq; mēbrorum, oculi ad curio-
sitatem,aures ad lasciuiam, vel si quid est
aliud quod in malā partem libenter audit,
manus ad rapinam vel quodlibet aliud faci-
nus aut flagitium, & mēbra cætera in hunc
mundum,tyrannico principatui i.peruersis
A consilijs militantia. Huius ciuitatis quasi
plebs est, oēs delicatæ affectiones & turbu-
lenti motus animi,'quotidianas seditiones
in homine agitantes. Ergo vbi rex, vbi cu-
ria,vbi ministri,vbi plebs inuenitur,ciuitas
est. Neq;.n.talia essent in malis ciuitatibus,
nisi prius essent in singulis hominibus, qui
sunt tanquā elementa & semina ciuitatum.
Has ciuitates d[illegible]truit cū excluso inde prin
cipe,de quo dictum est, Princeps huius se-
Ioan.12. culi missus est foras: pacem reddit interius.
vastantur,hæc regna verbo veritatis,sopiū-
tur maligna consilia,turpes affectiones edo
mantur,mēbrorū & sensuum ministeria ca
ptiuantur,& ad iustitiæ & bonorū operum
malitiam tranferūtur. Vt iam,sicut Aposto
lus dicit, non regnet pctūm in vestro morta- Rom.6.
li corpore,& cætera huius loci. Tunc paca-
tur anima, & ordinatur homo ad quietē &
ad beatitudinē capessendam. Perijt memo-
ria eorū cum strepitu.) Impiorum scilicet.
Sed cum strepitu: siue quia fit strepitus cū
impietas euertitur. Non.n.trāsit ad summā
pacem vbi summum silentium est, nisi qui
magno strepitu prius cū suis vitiis bellige-
rauerit,siue cū strepitu dictū est, vt pereat
memoria impiorum etiam ipso strepitu pe-
reūte,in quo tumultuatur impietas. Et dñs B
in æternum permanet.) Vt quid ergo fre- Psal.2.
muerunt gentes,& populi meditati sunt ina
nia, aduersus dñm & aduersus Christum
eius? Nam dñs in æternum permanet. Pa-
rauit in iudicio sedem suam,& ipse iudica-
bit orbem terrarum in æquitate.) Parauit
cum iudicatus est,'sedem suam. Per illam
euim patientiam homo cœlum acquisiuit',
& deus hominibus credentibus profuit. Et
hoc est, occultum filij iudicium. Sed quia
etiam palam manifestęq; venturus est ad
viuos & mortuos iudicandos,parauit in oc.
culto iudicio sedem suam. Et idem ipse palā
iudicabit orbem terrarum in æquitate.i.me
ritis digna distribuet,agnos ad dexteram po
nens, hœdos ad sinistram. Iudicabit po-
pulos cum iustitia.) Hoc est quod superius
dictum est, Iudicabit orbem terrarum in
æquitate. Non quemadmodum iudicant ho
mines qui corda non vident, à quibus ple-
runq; deteriores absoluuntur, q̄ condem-
nantur, sed in æquitate & cum iustitia do-
minus iudicabit, testimonium perhibente
conscientia, & cogitationibus accusantibus Rom.2.
seu defendentibus. Et factus est dominus re C
fugium pauperi.) Quantumlibet perse-
quetur inimicus ille qui conuersus est re-
tro, quid nocebit eis quorum refugium fa-
ctus est dñs? Sed hoc fiet,si in seculo hoc eu
ius ille magistratus est pauperes esse dele-
gerint, nihil amando quod vel hic viuentē
aut amantem deserit, vel à moriente dese-
ritur. Tali enim pauperi refugium factus
est dominus. Adiutor in opportunitatibus
in tribulatione.) Sic pauperes facit, quo-
niam flagellat omnem filium quem recipit. Heb.12
Nam quid sit adiutor in opportunitatibus,

expoſuit cum addidit,in tribulatione.Non enim cõuertitur anima ad deũ,niſi dum ab hoc ſeculo auertitur. Nec opportunius ab hoc ſeculo auertit̃,niſi cum nugatorijs eius & noxijs & perniciosis voluptatibus, labores doloresq; miſceantur. Et ſperent in te oẽs qui cognoſcunt nomen tuum.) Cum deſtiterint ſperare in diuitijs & in alijs huius ſeculi blandimentis. Quærente quippe anima vbi figat ſpem cum ab hoc mundo auellitur, opportune excipit cognitionẽ nominis dei. Nã nomen ipſum dei nunc vſquequaq; vulgatum eſt.Sed cognitio nominis eſt,qm̃ ille cognoſcitur cuius eſt nomẽ. Non.n.nomen pp ſe nomen eſt,ſed pp id quod ſignificat.Dictum eſt autem. Dñs nomen eſt illi. Quapropter qui ſe libẽter deo famulum ſubd̃ cognouit hoc nomen. Et ſperent in te, qui cognoſcunt nomen tuũ. Item dñs dicit ad Moyſen,Ego ſum qui sũ. Et dices filijs Iſrael,Miſit me qui eſt. Sperent ergo in te qui cognoſcunt nomẽ tuũ, ne ſperent in his rebus, quæ temporis volubilitate præterfluunt, nihil habẽtes niſi erit & fuit. Quoniam quod in illis futurũ eſt, cum venerit,ſit ſtatim præteritum.Et expectatur cum cupiditate,amittitur cum dolore. In dei autem natura non erit aliquid, quaſi nondum ſit aut fuit quia iam non ſit: ſed eſt tantum id quod eſt, & ipſa eſt æternitas. Deſinant igitur ſperare & diligere tẽporalia,& ſe ad æternam ſpem conferant,q̃ cognoſcunt nomen eius qui dixit,Ego ſum qui ſum.Et de quo dictum eſt, Miſit me q̃ eſt. Qm̃ non dereliquiſti quærẽtes te domine.) Qui eum quærunt,iam tranſeuntia & moritura non quærunt. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Pſallite dño qui habitat in Sion.) His dicitur,quos non derelinquit quærentes ſe dominus. Ipſe habitat in Sion, quod interpretatur ſpeculatio. Et geſtat imaginem eccleſiæ quæ nunc eſt, ſicut Hieruſalem geſtat imaginem eccleſiæ quæ futura eſt,ciuitatis ſanctorum iam angelica vita fruentium,quia Hieruſalem interpretatur viſio pacis. Præcedit autem ſpeculatio viſionem, ſicut iſta eccleſia præcedit eam quæ promittitur ciuitatem immortalem & æternam. Sed præcedit tẽpore,non dignitate: quia honorabilius eſt, quo peruenire nitimur, quàm id quod agimus,vt peruenire moreamur. Agimus autem ſpeculationem, vt perueniamus ad viſionem. Sed etiam ipſam quæ nunc eſt eccleſia, niſi dñs inhabitaret,iret in errorem quãtalibet ſtudioſiſsima ſpeculatio. Et huic eccleſiæ dictum eſt, Templum.n.dei ſanctũ eſt,quod eſtis vos. Et in interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Præcipitur ergo nobis vt pſallamus dño qui habitat in Sion, vt concorditer dominum eccleſiæ inhabitatorem laudemus.

Annunciare inter gẽtes mirabilia eius.) Et facta ſunt,& non deſinunt fieri. Qm̃ requirens ſanguinem eorum memoratus eſt.) Quaſi reſponderetur ab his qui miſſi ſunt euãgelizare illud præceptum quod dictum eſt, Annunciare inter gentes mirabilia eius:& diceretur, Domine quis credidit auditui noſtro? Et propter te occidimur tota die: Conuenienter ſequitur, dicens, Non ſine magno fructu æternitatis morituros in perſecutione Chriſtianos, Quoniam requirens ſanguinem eorum memoratus eſt. Sed cur ſanguinem eorum maluit dicere? An quaſi alius imperitior & minoris fidei quæreret,dicens, Quomodo annũciabunt,cum in eos infidelitas gentium ſæuitura ſit? Huic reſpondetur, quoniam requirens ſanguinem eorum memoratus eſt: id eſt, veniet vltimum iudicium, vbi & interfectorum gloria, & interficientium pœna manifeſta fuit. Memoratus eſt autem nemo ita poſitũ putet, quaſi obliuio cadat in deum:ſed quia poſt longum tempus futurũ eſt iudicium, ſecundum affectum infirmorum hominum poſitum eſt, qui quaſi oblitum deum putant, quia non tam cito facit quàm ipſi uoluunt. His dicitur etiam quod ſequitur, Non eſt oblitus clamorem pauperum,Id eſt,non vt putatis,oblitus eſt: quaſi dicerent, poſteaquam audierunt memoratus eſt:ergo oblitus erat. Non eſt oblitus, inquit, clamorem pauperum. Sed quæro quis clamor pauperum ſit, quem deus non obliuiſcitur? An ille clamor eſt, cuius hæc verba ſunt: Miſerere mei domine, vide humilitatem meam ab inimicis meis.) Quare ergo non dixit, Miſerere noſtri domine, vide humilitatem noſtrã de inimicis noſtris: tanquam multi pauperes clament, ſed tanquam vnus, miſerere mei domine? An quia vnus interpellat pro ſanctis, qui primus pauper pro nobis factus eſt? Et ipſe dicit, Qui exaltas me de portis mortis vt annuncie vniuerſas laudes tuas in portis filiæ Sion. Exaltatur enim homo in illo non ſolum quem geſtat, quod caput eccleſiæ eſt.

ſiæ eſt:ſed etiam quiſquis noſtrũ eſt in cæteris membris, & exaltaẽ ab omnibus prauis cupiditatibus,q̃ ſunt portæ mortis,quia per illas itur in mortẽ. Mors aũt eſt iam ipſa lætitia in pfruẽdo, cũ quiſq; adipiſcitur 1.Ti. 6. qđ ꝑdite cõcupiuit, Radix eſt.n.omnium malorum cupiditas. Et ꝑpea porta mortis eſt,quia mortua eſt vidua, q̃ in delitijs vi- 1.Tim.5 uit. Ad quas delitias per cupiditates tãquã per portas mortis ꝑuenitur. Sunt autẽ portæ filiæ Sion,omnia optima ſtudia,per quæ venit̃ ad viſionem pacis in ſancta eccleſia.

Matt. 7. In his igitur portis bñ annunciantur vniuerſæ laudes dei,vt non detur ſanctum canibus,neq; proijciãtur margaritæ ante porcos,qui malũt ꝓtinaciter latrare, q̃ ſtudio- H ſe quærere. Aut qui nec latrare nec quærere, ſed in ſuarũ voluptatũ cœno volutari. Cũ autem in bonis ſtudijs laudes dei annunciantur, petentibus datur,& quærentibus manifeſtaẽ, & pulſantibus aperitur. Aut forte portæ mortis sũt corporales ſenſus & oculi,qui aperti ſunt homini cum de ligno vetito guſtaſſet:à quibus exaltantur, Gene. 3 quibus dicitur vt quærant, non quæ vidẽ- 2.Co.4. tur,ſed q̃ non videntur:quia quæ vidẽtur, tpalia ſunt:q̃ aũt nõ videntur,ꝗterna ſunt. Et portæ ſunt filiæ Sion, ſacramenta & initia fidei,quæ pulſantibus aperiũtur,vt perueniatur ad occulta filij: Non enim ocu- Eſai.64. lus vidit,nec auris audiuit,aut in cor homi- 1.Co.2. nis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Hucuſque eſt clamor pauperum, quem non oblitus eſt dominus. Deinde ſequitur: Exultabo ſup ſalutare tuũ.) Id eſt, cum beatitudine cõtinebor à ſalutari tuo, quod eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus 1.Co.2. virtus & ſapientia dei. Ergo eccleſia dicit, quæ hic affligitur,& ſpe ſalua eſt,quandiu occultum eſt filij iudicium, ipſa ſpe dicit, Exultabo ſuper ſalutare tuum: quia nunc circunſtrepente ſeu vi, ſeu errore gentiliũ atteritur. Infixæ ſunt gentes in corruptio- I ne quam fecerunt.) Animaduerte quemadmodum ſeruetur pœna peccatori de operibus ſuis,& quemadmodum, qui voluerũt perſequi eccleſiam, in ea corruptione ſint fixi,quam ſe inferre arbitrabantur. Nam interficere corpora cupiebant, cum ipſi in anima morerentur. In muſcipula iſta quã occultauerunt,cõprehenſus eſt pes eorũ.) Muſcipula occulta, eſt occulta cogitatio. Pes animæ, recte intelligitur amor. Qui cum prauus eſt, vocatur cupliditas aut libido. Cum autem rectus, dilectio vel charitas. Amore enim mouetur,tanquam ad lo- 2.sẽ.diſ. cum quo tendit. Locus autem animæ,non 38. Solet in ſpatio aliquo eſt qđ forma occupat cor q̃ri circa poris: ſed in delectione quo ſe peruenisse finem. per amorem lætatur. Delectatio autẽ pni- 1.T. 6. ciosa ſequitur cupiditatẽ, fructuoſa charita Mat.13. tem. Vnde & radix dicta eſt cupiditas. Radix porrò tanquã pes arboris intelligitur. Radix dicta ẽ & charitas,vbi de ſeminibus dominus loq̃tur,q̃ in petroſis locis exeũt, & ſole veniente areſcunt, qui non habent altã radicẽ. Vnde ſignificat eos qui gaudent accipiendo verbum veritatis,ſed cedũt ꝑſecutionibus,quibus ſola charitate reſiſtitur. Et Apoſtolus dicit,Vt in charitate radicati & fundati poſsitis comprehendere. Pes er- Ephe. 3. go peccatorũ,id eſt, amor K comprehenditur in muſcipula quam occultant,quia cũ fraudulentam actionem conſecuta fuerit delectatio,cum eos tradiderit deus in concupi- Rom.1. ſcentiam cordis eorũ:iam illa delectatio alligat eos,vt inde abrumpere amorem & ad vtilia conferre non audeant: quia cum conati fuerint,dolebunt animo,tanquam pedem de cõpede exuere cupientes. Cui dolori ſuccumbentes,à perniciosis delectationibus nolunt abſcedere. In muſcipula ergo quam occultauerunt i.in fraudulento cõſilio, comprehenſus eſt pes eorum amor ſcilicet qui per fraudem peruenit ad vanam lætitiam qua comparatur dolor. Cognoſcetur dominus iudicia faciens.) Hæc ſunt iudicia dei,non ab illa tranquilitate beatitudinis ſuæ, nec a ſecretis ſapientiæ quibus recipiuntur beatæ animæ, proferẽ ferrum,aut ignis,aut beſtia,aut aliquid tale quo crucientur peccatores. Sed quomodo cruciantur, & qũo facit dñs iudicium?

In operibus manuum ſuarũ comprehẽſus eſt peccator. (Hic interponitur cãticũ diapſalmi, quaſi occulta lætitia quantum exiſtimare poſſumus,ſeparationis q̃ nũc fit,non locis, ſed affectionibus animorum, inter peccatores & iuſtos, ſicut granorum L à paleis adhuc in area. Et ſequitur: Conuer- Matt. 3 tantur peccatores in infernum.) Id eſt,dentur in manus ſuas cum eis parcitur,& illaqueenter delectatione mortifera. Omnes gentes quæ obliuiſcuntur deũ.) Quia Rom.1. cum non probauerunt deum habere in notitia,dedit illos deus in reprobum ſenſum. Quia non in finem obliuio erit pauperis.) Qui videtur nunc in obliuione eſſe, cum pecca-

peccatores fœlicitate huius seculi florere existimantur & iusti laborare. Sed patientia, inquit, pauperum non peribit in æternũ.) Quapropter nunc patientia opus est ad perferendos malos, qui iam volũtatibus separati sunt, donec ét vltimo iudicio separentur. Exurge domine non præualeat homo.) Imploratur futurũ iudicium. Sed antequã veniat. Iudicentur, inquit, gentes in conspectu tuo.) Hoc est in occulto, quod dicitur corã deo, paucis sanctis & iustis intelligẽtibus. Cõstitue dñe legislatorem super
v The. 1 eos.) Videtur mihi antichristum significare. De quo Apostolus dicit, Cum reuelabitur homo peccati. Vt sciat gentes qm̃ homines sunt.) Vt qui nolunt liberari à filio dei,
M & pertinere ad filium hominis, & esse filii hominum: id e⁹ noui homines seruiant homini, id est, veteri homini peccatori, quoniã homines sunt. Et quia ille ad tm̃ culmẽ inanis gloriæ venturus creditur, tanta ei licebit facere, & in omnes homines, & in sanctos dei, vt tunc vere nonnulli infirmi arbitrentur deum res humanas negligere, interposito diapsalmate, subiicit tanquam uocem gementium & quærentium cur iudicium differatur. Vt quid domine, inquit, discessisti longe.) Deinde qui sic quæsiuit tanquam repente intellexerit, aut quasi sciens interrogauerit vt doceret: subiecit dicens, Despicis in opportunitatibus in tribulationibus.) Id est, opportune despicis & facis tribulationes ad inflãmandos animos de syderio aduentus tui. His.n. iucundior est fons ille vitæ, qui multum sitierint. Itaque insinuat consiliũ dilationis dicens, Dũ supbit impius accenditur pauper.) Mirum est & verum, quanto studio bonæ spei paruuli accendantur ad recte viuendum, comparatione peccantiũ. Quo mysterio agitur, vt
Gene. 1. ét hæreses esse permittantur: nos quia ipsi hæretici hoc volunt, sed quia hoc de peccatis eorum diuina operatur prouidentia, quæ lucem & facit & ordinat, vt sit earum comparatione lux gratior. Sicut hæreticorum comparatione iucundior est inuentio veri-
A ritas. Ea quippe comparatione probati manifesti fiunt inter homines, qui deo noti sunt. Comprehenduntur in cogitationibus suis quibus cogitant.) id est, malæ cogitationes eorum vincula illis fiunt.

Sed quare fiunt vincula? Quoniam laudatur peccator, inquit, in desiderijs animæ suæ.) Adulantium linguæ, alligant animas in peccatis. Delectatur enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudator auditur. Et qui iniqua gerit benedicitur.) Hinc comprehẽduntur in cogitationibus suis quibus cogitant. Irritauit dominum peccator.) Negratulet ur homini, qui prosperatur in uia sua, cuius peccatis deest vltor, & adest laudator. Maior hæc ira domini est. Irritauit dominum peccator vt ista patiatur: id est, vt correptionis flagella non patiatur. Irritauit enim dominum peccator. Secundum multitudinem iræ suæ non exquiret.) Multum irascitur dominus, dum non exquirit, dum quasi obliuiscitur, & non attendit peccata, & per fraudes & scelera ad diuitias honoresq; peruenitur: quod maxime in illo an- B
tichristo euenturum est, qui vsq; adeo beatus videbitur hominibus, vt etiam deus putetur. Sed quanta ista ira sit dei, docent sequentia. Non est deus in conspectu eius, cõtaminantur viæ eius in omni tempore.) Qui nouit vel quid gaudeat, vel quid lætetur in anima, nouit quantum malum sit, à luce deseri veritatis. Cum magnum malum homines putent oculorum corporalium cæcitatem qua lux ista retrahitur: quantam ergo pœnam patitur qui secũdis rebus peccatorũ suorũ eo perducitur, vt non fit deus in conspectu eius. Et contaminentur viæ eius in omni tempore: id est, cogitationes & consilia eius immunda sint. Auferuntur iudicia tua a facie eius.) Animus enim male sibi conscius, dum sibi uidetur nullã pœnam pati, credit q⁹ non iudicet deus: & sic auferuntur iudicia dei a facie eius, cum hęc ipsa sit magna damnatio. Et omnium inimicorum suorum dominabitur.) Ita enim traditur quòd reges omnes superaturus sit, & solus regnum obtenturus, quando etiam secundum Apostolum qui de illo 2. Th. 2
prædicat, In templo dei sedebit, extollens se super omne quod colitur & quod dicitur deus. Et quoniam traditur in concupiscentiam cordis sui, & damnattoni vltimæ destinatus, per nefarias ar- C
tes ad illum vanum & inane culmen damnationemque venturus est, propterea sequitur: Dixit enim in corde suo, non mouebor de generatione in generationem sine malo.) Id est, fama mea & nomen meum de hac generatione in generationem poste rorum non transiet, nisi artibus malis adipiscar tam excelsum principatum, de quo po-

steri tacere non possint. Animus enim perditus & expers bonarum artium atq; à iustitiæ lumine alienus, malis artibus sibi aditum molitur ad famam tam diuturnã, vt apud posteros ét celebretur. Et qui nõ pñt bene innocescere, cupiunt vel male de se homines loqui, dummodo nomen eorum latiſsime peruagetur. Quod hic arbitror dictũ esse, Non mouebor de generatione in gñationem sine malo. Est & alius intellectus, Si de gñatione mortali ad æternitatis generationem se venire non posse vanus & erroris plenus animus arbitratur, nisi artibus malis: quod quidẽ & iam de Simone diffamatum est, cum sceleratis artibus cœlum se putasset adepturum, & de humana gñatione in diuinam generationem rebus magicis transiturum: quid ergo mirum si etiam ille homo peccati, qui totam nequitiam & im-
D pietatem, quã oẽs pseudoprophetæ inchoauerunt impleturus est, & tanta signa facturus, vt decipiat si fieri potest etiam electos dei, dicturus est in corde suo, Nõ mouebor de generatione in generationem sine malo?

Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo.) Magnum.n. maledictum est tam nefandis artibus cœlum appetere, & ad capiendam æternam sedem talia merita comparare. Sed hac maledictione os eius plenum est. Non enim habebit effectũ ista cupiditas, sed intra os eius tantum valebit ad eum perdendum, qui hæc sibi ausus est polliceri cum amaritudine & dolo. i. ira & insidijs, quibus in suas partes conuersurus est multitudinem. Sub lingua eius labor & dolor.) Nihil est laboriosius iniqtate & impietate: quẽ laborem sequitur dolor, quia non solum sine fructu, sed etiam ad perniciem laborant. Qui labor & dolor ad illud refertur, quod dixit in corde suo, Non mouebor de generatione in generationem sine malo. Et propterea sub lingua eius, non in lingua, quoniam tacite ista cogitaturus est, hominibus autẽ alia locuturus, vt bonus & iustus & dei filius videatur.

E Sedet in insidijs cum diuitibus.) Quibus diuitibus, nisi eis quos eius seculi muneribus cumulabit? Et ideo in insidijs cum his sedere dictus est, quoniam falsam fœlicitatẽ ipsorum ad decipiendos homines ostentabit. Qui praua voluntate dum tales esse cupiunt, & bona æterna non quærunt, in laqueos eius incident- In occultis vt inter-
Psal. 10. ficiat innocentem.) In occultis puto dictũ esse, vbi non facile intelligitur quid appetẽdum, quidve fugiendum sit. Innocentẽ autem interficere, est ex innocente facere nocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt.) Iustos enim maxime persecuturus Matt. 5.
est: de quibus dictum est, Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum.

Insidiatur in occulto velut leo in cubili suo.) Leonem in cubili dicit eum, in quo & vis & dolus operabitur. Prima.n. persecutio ecclesiæ violenta fuit, cum proscriptionibus, tormentis, cædibus, christiani ad sacrificandum cogerentur. Altera persecutio fraudulenta est, quæ nunc per huiusce modi hæreticos & falsos fratres agitur. Tertia super est per Antichristum vẽtura, qua nihil est periculosius, quoniã & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit i mperio, dolũ
F in miraculis. Ad vim relatum est, quod dictũ est leo. Ad dolos, qđ dictũ est in cubili suo. Et rursum ipsa repetita sunt conuerso ordine. Insidiatur, inquit, vt rapiat innocentẽ.) Hoc ad dolum pertinet. Quod aũt sequitur, Rapere pauperem dum attrahit eũ.) violentiæ deputatur, Attrahit.n. significat, quibus põt cruciatibus affligendo ad se adducit. Itẽ duo quæ sequũtur, ipsa sunt.

In muscipula sua humiliabit eum.) dolus est. Inclinabitur & cadet dum dominabitur pauperum.) vis est. Muscipula.n. bene significat insidias. Dominatio vero terrorem aptissime insinuat. Et bene ait, Humiliabit eum in muscipula sua. Cum enim signa illa facere cœperit, quanto mirabiliora videbuntur hominibus, tanto illi sancti qui tunc erunt contemnentur, & quasi pro nihilo habebuntur. Quos ille, cui per iustitiam & innocentiam resistent, mirificis factis superare videbitur. Sed inclinabitur & cadet dum dominabitur pauperum, id est, dum quælibet supplicia irrogabit resistentibus sibi seruis dei. Vnde autem inclinabitur & cadet? Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne videat vsq; in finem.) Hæc est inclinatio & casus miserrimus, dum animus humanus in suis iniquitatibus quasi prosperatur, & parci sibi putat, cum excæcetur & seruetur ad vlti G
mam opportunamq; vindictam, de qua iam loquitur cum dicit, Exurge domine deus & exaltetur manus tua,) Id est, manifesta sit potentia tua. Superius autem dixerat, Exurge domine non præualeat homo, iudicentur gentes in conspectu tuo, id est,

in occul-

in occulto vbi solus deus videt. Hoc factū est, cum impij ad magnam quæ videtur hominibus fœlicitatem peruenerunt. Super quos constituitur legislator qualem habere meruerunt. De quo dicitur, Constitue dñe legislatorē super eos, sciant gentes, qñ homines sunt. Nunc aūt post illā occultā pœnam atq; vindictā dr, Exurge domine deus & exaltetur manus tua: non vtique in occulto, sed iam in manifestissima gloria.

Ne obliuiscaris pauperum in finem.) Id est, sicut impij putant, qui dicunt, oblitus est deus, auertit faciem suā ne videat vsq; in finem. Vsq; in finem aūt negant deū videre, qui dicunt eum res humanas & terrenas non curare. Qm terra quasi finis est rerū, quia vltimum elementum est, in quo homines ordinatissime laborant, sed laborū suorum ordinem videre non possunt, qui maxime pertinet ad occulta filij. Laborans ergo ecclesia illis temporibus, tanquam nauis in magnis fluctibus & procellis, quasi dormientem excitat dominum, vt imperet ventis & tranquillitas redeat. Dicit ergo, Exurge domine deus meus & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum in finem. Iā itaq; manifestum iudicium intelligentes & exultantes dicunt, Propter quid irritauit impius deum?) Id est, quid profecit tanta mala facere? Dixit enim in corde suo non requiret.) Deinde sequitur, Vides quoniā tu laborem & iram consyderas, vt tradas eos in manus tuas.) Sensus iste pronunciationem quærit, in qua si erratum fuerit, obscurat. Sic enim dixit in corde suo impius, non requiret deus: quasi deus laborē & irā consyderet, vt tradat eos in manus suas, id est, quasi laborare & irasci timeat: Et propterea illis parcat, ne oneri illi sit pœna eorum, aut ne iracundia & tempestate turbetur, quomodo pleriq; homines faciunt, qui dissimulata vindicta elaborant ne irascantur. Tibi derelictus est pauper.) Ideo.n. pauper, id est, omnia huius mundi, tempora lia bona contempsit, vt tu sis tantum spes eius. Pupillo tu eris adiutor.) Id est, ei cui moritur pater hic mundus, per quē carnaliter genitus est, & iam potest dicere, Mūdus mihi crucifixus est, & ego mundo. Talibus enim pupillis pater sit deus. Docet quippe deus pupillos fieri discipulos suos, quibus dicit, Ne vobis dicatis patrem in terris. Cuius rei exemplum præbuit prior ipse dicendo, Quæ mihi mater, aut qui fratres? Vnde volunt quidam perniciosissimi hæretici asserere, non eum habuisse matrē: nec vident esse consequens si hæc verba attendant, vt nec discipuli eius patres habuerint. Quia sicut ipse dixit, Quæ mihi mater est, sic illos docuit, cum ait, Nolite vobis dicere patrem in terris. Contere brachium peccatoris & maligni.) Illud.s. de quo supra dicebatur, Omnium inimicorū suorum dominabitur. Brachium enim eius, dixit potentiam eius: cui contraria est Christi potentia, de qua dicitur, Exurge dñe deus, exaltetur manus tua. Requiretur delictum eius nec inuenietur.) Propter illud idem iudicatur de peccato suo, & ipse periet ꝓpter peccatum suum. Deinde quid mirum si sequitur, Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.) Gentes posuit peccatores & impios.

Mat. 12. De fide in fine.

H

Desyderium pauperum exaudiuit dñs.) Desyderium illud quo æstuabant, cum in angustijs & tribulationibus huius seculi domini diem concupiscerent. Præparationem cordis eorum exaudiuit auris tua.) Hæc est cordis præparatio, de qua in alio Psalmo canitur, Paratum cor meum deus, paratum cor meum. De qua dicit Apostolus, Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus: Iam vero aurem dei, non membrum corporeum, sed potentiam esse, qua exaudit regulariter debemus accipere. Atq; ita quibusq; nominatis membris eius, quæ in nobis visibilia & corporea sunt, potentias operationum oportet intelligi, ne sæpe ista repetantur. Nō enim corporeum fas est putare, quod dominus deus non sonantem vocem, sed præparationem cordis exaudit. Iudicare pupillo & humili,) Id est, non ei qui conformatur huic seculo, neq; superbo. Aliud est enim iudicare pupillum, aliud iudicare pupillo. Iudicat pupillum etiam qui condemnat: iudicat autem pupillo qui pro illo profert sententiā. Vt non apponat vltra magnificare se hō super terram.) Homines.n. sunt, de quibus dictum est, Pone dñe legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt. Sed etiam ille, qui eodem loco intelligitur poni super eos, homo erit, de quo nūc dicitur, Vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. cum venerit. s. filius hominis iudicare pupillo, qui se exuit veterem hominem, atque hoc modo tanquam extulit patrem. Post occulta ergo filij, de

Psal. 56. Rom. 8.

K

L

Gala. 6. Mat. 23.

lij, de quibus in hoc Psalmo multa dicta sunt, erunt manifesta filij, de quibus pauca in fine eiusdem psalmi nunc dicta sunt. Ex his autem titulus factus est, quæ maiorem hic partem tenent. Potest & ipse dies aduētus dñi recte numerari inter occulta filij, quanuis ipsa domini præsentia manifesta futura sit. De illo enim die dictum est, Qꝝ nemo eum sciret, neq; angeli, neque virtutes, neq; filius hominis. Quid ergo tā occultū, q̄ id quod etiam ipsi iudici occultum esse dictum est, non ad cognoscendum, sed ad prodendum? De occultis autem filij etiam si quisquam non dei filium subaudire voluerit, sed ipsius Dauid, cuius nomini totum psalterium tribuitur. (Nam Dauidici vtique psalmi appellantur) voces illas audiat, quibus domino dicitur, Miserere nostri fili Dauid: atq; ita etiam hoc modo eundem dominū Christum intelligat; de cuius occultis ipse Psalmus inscriptus est. Sic.n. etiam ab angelo dicitur, Dabit illi deus sedē Dauid patris sui. Nec illa sententia huic intellectui contraria est, qua idem dominus quę rit à Iudæis, Si filius Dauid Christus est; quomodo in spiritu vocat eum dominum; dicens, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Dictum est enim imperfecte, qui quamuis venturum Christum sperarent, secundum hominem tamen eum expectarent, non secundum, quod virtus & sapientia dei est. Docet ergo ibi fidem verissimam & syncerissimam, vt & dominus sit regis Dauid, secundum quod est verbum in principio, deus est apud Deum, per quod facta sunt omnia. Et filius secundum quod factus est ei ex semine Dauid secūdum carnem. Non.n. dicit, nō est filius Dauid Christus: sed si iam tenetis, quod filius sit eius, dicite quomodo sit dominus eius: vt teneatis in Christo, quod filius hominis est, ita enim filius Dauid est, & non relinquatis, qꝝ filius dei est, ita enim dominus eius est.

Mat. 24. Mat. 20. Luc. 1. Mat. 22. Psa. 109. 17. de ciuita. dei. cap. 14. Ioan. 1. Rom. 1.

M

In Psalmum decimum enarratio.
In finem Psalmus ipsi Dauid.

ANoua tractatione titulus iste non indiget: iam.n. satis tractatū est, quid sit in finem. Ipsum ergo psalmi textum videamus, q̄ mihi videtur aduersus hereticos cantandus, qui cōmemorādo & exaggerando multorū in ecclesia pctā quasi apud ipsos iusti aut oēs aut plures sint, ab vnius ecclesiæ vere matris vberibus nos auertere atq; arripere moliuntur, affirmātes q apud ipsos sit Christus, & quasi pie studioseq; admonentes, vt ad eos trāseūdo transmigremus ad Christum, quē se habere mentiuntur. Notū est aūt Christū in prophetia, cū multis nominibus allegorice insinuaretur, etiam monte appellatum. Rūdendum est itaq; istis, & dicendum, In dño cōfido, qūo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer.) Vnū montem teneo in quo cōfido, qūo dicitis vt ad vos transeam tanquā multi sint Christi? Aut si vos montes esse dicitis per superbiam, oportet quidem esse passerē pennatum virtutibus & præceptis dei. Sed ea ipsa prohibent volare in istos mōtes, & in superbis hominib. spē collocare. Habeo domum vbi requiescā, quia in dño confido. Nam & passer inuenit sibi domū. Et factus est dominus refugium pauperi. Dicamus ergo tota fiducia, ne dum Chm apud hæreticos quærimus, amittamus, In domino confido, qūo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer. Qm ecce peccatores tetenderunt arcum, parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde.) Terrores isti sunt cōminantium nobis de peccatoribus, vt ad se tanq̄ ad iustos transeamus. Ecce inquiūt, pctōres tetenderunt arcum: credo scripturas, quas illi carnaliter interpretando, venenatas inde sententias emittunt, parauerunt sagittas suas in pharetra: eadē verba. s. quæ scripturarum authoritate iaculaturi sunt, in cordis occulto parauerunt. Vt sagittent in obscura luna rectos corde, vt cum senserint ecclesiæ lumine ꝓp multitudinē imperitorum & carnaliū obscurato, non se posse conuinci, corrūpunt bonos mores colloquia malis. Sed contra omnes istos terrores dicendum est, In domino confido. Luna vero q̄ congruenter significet ecclesiā, nemini me promisisse m in hoc Psalmo consyderaturum. Duæ sunt de luna opiniones probabiles. Harū aūtem quæ vera sit aut non omnino, aut difficillime arbitror posse homi nē scire. Cum.n. quæritur vnde lumen habeat: alij dicunt suum hre, sed globum eius dimidium lucere, dimidium aūt obscurum esse. Dum aūt mouetur in circulo suo, eandem partem qua lucet, paulatim ad terras conuerti vt videri à nobis possit: & ideo prius quasi cornutam apparere. Nā & si facias

Psal. 38. Psal. 9.

B

3. de Gene. ad li. c. 15

C

cia pilam ex dimidia parte candidā, & ex dimidia obscurā: si eam partem quæ obscura est ante oculos habeas, nihil candoris vides. Et cū cœperis illam candidam partem ante oculos cōuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris videbis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscuræ alterius partis videatur. Quod si perseueres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere & candor minui, donec iterū ad cornua redeat, & postremo totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit videri. Quod fieri dicunt, cum lumen lunæ videtur crescere vsq; ad quintadecimā lunā. Et rursus vsq; ad tricesimam minui & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. Secundum hanc opinionem luna in allegoria significat ecclesiam, q̄ ex parte
D spiritali lucet ecclesia, ex parte autē carnali obscura est. Et aliqū spiritalis pars in bonis operibus apparet hominibus: aliqū autem in conscientia latet, ac deo tātummodo nota est, cū solo corpore apparet hominibus, sicut contingit, cum oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum non ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad dominum. Alij aūt dicunt non habere lunam lumen proprium, sed à sole illustrari. Sed qū cum illo est, eam partem ad nos habere qua non illustratur, & ideo nihil in ea lucis videri. Cum aūt incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiā parte quam habet ad terram, & necessario incipere à cornibus, donec fiat quintadecima contra solē. Tunc. n. sole occidente oritur, vt quisquis occidentē solem obseruauerit, cum eum cœperit non videre conuersus ad orientem lunam surgere videat. Atq; inde ex alia parte cum ei cœperit propinquare, illam partē ad nos conuertere qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atq; inde omnino non appareat, quia tunc pars illa, qua illustratur, sursum est ad cœlū, ad terram aūt illa quam radiare sol potest. Ergo & secūm hanc opinionem luna intelligitur ecclesia, q̄ suum lumen non habeat, sed ab vnigenito dei filio,
E qui multis locis in sanctis scripturis allegoricæ sol appellatus est, illustratur. Quem nescientes & cernere non valentes hæretici quidam, ad istum solem corporeum & visibilem, quod commune lumen est carnis hominum atq; muscarum, sensus simplicium conantur auertere, & nonnullorū auertūt. Qui quandiu non possunt interiorē lucem veritatis mente contueri, simplici fide catholica cōtenti esse nolunt. Quæ vna paruulis salus est, & quo vno lacte ad infirmitatem solidioris cibi certo robore perueniturr. Quælibet ergo duarum istarū opinionum vera sit, congruenter accipitur allegorice luna, ecclesia. Aut si in istis obscuritatibus magis negociosis, q̄ fructuosis, exercere animum, aut non libet, aut non vacat, aut animus ipse non valet, satis est lunam populāribus oculis intueri, & non quærere obscuras causas, sed cum omnibus & incrementa eius & complementa & detrimenta sentire. Quæ si propterea deficit vt renouetur, etiā ipsi imperitæ multitudini demonstrat eccle F siæ figurā, in qua creditur resurrectio mortuorum. Deinde quærendū est, quid in hoc Psalmo accipiatur obscura luna, in qua peccatores sagittare parauerunt rectos corde. Non n. vno modo dici obscura luna pōt: nam & cum finitur menstruis cursibus, & cum eius fulgur nubilo interpolatur, & cū plena deficit, dici potest obscura luna. Potest ergo & de persecutoribus martyrum intelligi, q̄ sagittare voluerint in obscura luna rectos corde. Siue adhuc in ecclesiæ nouitate, quia nondum terris maior effulserat, & gentilium superstitionum tenebras vicerat: siue linguis blasphemorum, & christianorū nomen male diffamantium, quasi nebulis cū terra obtegeret, videri perspicua luna non poterat. i. ecclesia. Siue ipsorum martyrum cædibus & tanta effusione sanguinis tanquam illo defectu & obscuratione, qua cruentam faciem luna videtur ostēdere, à nomine christiano deterrebantur infirmi. In quo terrore verba dolosa & sacrilega iaculabantur peccatores, vt etiam rectos corde peruerterent. Potest & de his peccatoribus intelligi quos ecclesia continet, quod tunc inuenta occasione huius lunæ obscuræ, multa commiserint, quæ nobis opprobria nunc objiciuntur ab hæreticis, cum eorum authores ea fecisse dicantur. Sed quoquo modo se habeat, quod in obscura luna factum est, nunc catholico nomine toto orbe diffuso atque celebrato, qd G mihi est incognitis perturbari? In te dñe enim cōfido, nec audio dicētes animæ meæ, transmigra in montes sicut passer. Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Aut si & illis nunc luna videtur obscura, quia incertum

certum volunt esse, quæ sit catholica, & eam peccatis carnalium, hominū quos multos continet, conantur arguere, quid ad eum pertinet, qui vere dicit, In dño cōfido? Qua uoce se quisq; & frumentū esse ostendit, & vsq; ad ventilationis tempus paleas
Matt. 3. tolerabiliter sustinet. In dño ergo confido: illi timeant, qui confidunt in homine, & de parte hominis se esse negare non possunt, per cuius canos iurant. Et cum in sermone ab eis quæritur cuius communionis sint, ni si de parte illius se esse dicant non possunt agnosci. Dic quid isti faciunt, cum illis commemorantur tam innumerabilia & quotidiana peccata, & scelera eorum quibus plena est illa societas? Nunquid possunt dicere, In domino confido, qūo dicitis animæ meæ transmigra in montes sicut passer.
H Non. n. confidunt in domino, qui tunc esse dicunt sancta sacramenta, si per sanctos homines dentur. Itaq; cum ab eis quæritur, qui sint sancti, erubescunt dicere non sumus. Qui etiam si non erubescant hoc dicere hi qui audiunt pro ipsis erubescunt. Itaq; isti cogunt eos, qui accipiunt sacramē
tā, spem suam in hominē ponere cuius cor
Hie. 17. videre non possunt, Et maledictus omnis, qui spem suam ponit in homine. Quid est enim dicere, ego quod do sanctum est, nisi spem tuā in me pone? Quid si non es sanctus? Ostende cor tuum. Quod si non potes, vbi videbo q̄ sanctus es? An forte dices
Matt. 7. quod scriptum est, Ex operibus eorum cognoscetis eos. Video plane mira opera, quotidianas violentias Circumcellionum sub episcopis & presbyteris ducibus circunquaque volitare, & terribiles fustes Israelis vocari, quæ homines qui nūc viuunt, quotidie uident & sentiunt. Macariana vero tpa de quibus inuidiam faciunt, & plurimi non viderunt, & nemo nunc videt. Et quisquis ea vidit catholicus, potuit dicere, si dei ser-
Mat. 13. uus esse vellet, In domino confido. Quod & nunc dicit, cum multa quæ non vult, in ecclesia vides, qui se intra illa retia plena
I piscibus bonis & malis nataræ adhuc sentit, donec ad finem maris veniatur, vbi mali segregentur à bonis. Isti autem quid respōdent, si alicui illorum dicat ille quem baptizant, qūo me iubes præsumere? Nam & si dantis & accipientis est meritum, sit dantis dei, & accipientis conscientiæ meæ. Hæc enim duo non mihi incerta sunt, bonitas illius, & fides mea. Quid te interponis de quo certum scire nihil possum? Sine me dicere, In dño confido. Nam si in te cōfido, vnde confido, si nihil mali ista nocte feci? Postremo si vis vt credam tibi, nunquid possum amplius, q̄ de te credere? Vnde ergo confido in eis quibus heri cōmunicasti, & hodie communicas, & cras communicabis, vtrum vel isto triduo nihil mali cōmiserint? Quod si nec te nec me polluit, quod nescimus, quæ causa est rebaptizes eos qui tpa traditionis & Macarianæ inuidiæ non nouerunt? Quæ causa est vt christianos de Mesopotamia venientes, qui Cæciliani & Donati nec nomen audierunt, rebaptizare audeas, & neges esse christianos? Si autem illos polluunt aliena peccata quæ nesciunt, te ne reum facit quicquid per singulos dies in parte vestra te nesciente committitur? Imperitorum constitutiones frustra obiicitis catholicis, cum in vestris castris priuati fustes ignesq; sic sæuiant. Ecce quo lapsi K sunt, qui cum viderent in catholica peccatores, non potuerunt dicere, In dño confido, & spem suā in homine posuerunt. Q̄ omnino dicerent, si nō ipsi tales essent, quales illos putabant, a quibus sacrilega superbia separare se velle finxerunt. Dicat ergo anima catholica, In dño confido, qūo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer. Q̄m ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde: & sermonem ab ipsis conuertat ad dūm & dicat. Q̄m quæ perfeciſti destruxerunt.) Et hoc dicat, non contra istos solos, sed cōtra omnes hæreticos. Omnes enim quantum in ipsis est, destruxerunt laudem, quā ex ore infantium, & lactentium perfecit deus, dum quæstionibus vanis & scrupulosis exagitant paruulos, & eos nutriri fidei lacte non sinunt. Quasi ergo dictum sit huic animæ, quare isti tibi dicunt transmigra in montes sicut passer: quare te de peccatoribus terrent, qui intenderunt arcum ad sagittandos in obscura luna rectos corde: Respondent, Ideo vtique me terrent, Quoniam quæ perfeciſti, destruxerunt. Vbi, nisi in conuenticulis suis, vbi paruu- L los & interioris lucis ignaros, non lacte nutriunt, sed venenis necant? Iustus autem quid fecit?) Si vos Macarius, si vos Cæcilianas offendit, Christus quid fecit- Ioā. 14. vobis, qui dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, quam vos

nefanda

nefanda diſſenſione violaſtis? Chriſtus qd
I.q. 1. vobis fecit, qui traditorem ſuum tanta pa-
Chriſ. tientia pertulit, vt ei primam euchariſtiam
Ioā. 13. confectam manibus ſuis & ore ſuo cōmen-
datā, ſicut ceteris Apoſtolis traderet: Quid
vobis fecit Chriſtus, q eundem traditorē
Ioan. 6. ſuum quē diabolū nominauit, qui ante tra-
Ioā. 12. ditionem domini, nec oculis dominicis fi-
Matt. 10 dem potuit exhibere, cū cæteris diſcipulis
ad prædicandum regnum cœlorū miſit, vt
demōſtraret dona dei puenire ad eos, qui
cum fide accipiunt, etiam ſi talis ſit p quē
Abac. 2. accipiunt, qualis Iudas fuit? Dominus in tē-
1.Co. 2. plo ſancto ſuo.) Ita vero, ſicut Apoſtolus
dicit, Templū enim dei ſanctum eſt, quod
eſtis vos. Quiſquis templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Templum dei vio-
lat qui violat v...tatem. Nō enim tenet ca-
put, ex quo totum corpus connexū & cō-
M pactum per omnem tactū ſubminiſtratio-
Ephe. 4. nis, ſecundum operationem in menſuram
vniuſcuiuſq; partis, incrementum corpo-
ris facit, in ædificationem ſui in charitate.
In hoc templo ſancto ſuo dominus eſt, qđ
conſtat multis membris ſuis, ſua quæq; of-
ficia gerentibus, in vnam ædificationē cha-
ritatis conſtructis, Quod violat, quiſquis
cauſa principatus ſui, a catholica ſocietate
diſiungitur. Dominus in tēplo ſancto ſuo.
Dominus in cœlo ſedes eius.) Si cœlum ac
ceperis iuſtum, ſicut terram accipis pecca-
Gene. 3. torem, cui dictum eſt, Terra es & in terrā
Pſal. 9. ibis: quod dictum eſt, Dominus in templo
ſancto ſuo: repetitum intelligis, dum dictū
eſt, dominus in cœlo ſedes eius. Oculi eius
in pauperem reſpiciunt.) Quippe cui de-
relictus eſt pauper. Et qui factus eſt refu-
Mat. 13. gium pauperi, Et ideo ſeditiones omnes &
tumultus intra iſta retia donec perducan-
tur ad littus, de quibus nobis in perniciem
ſuam & ad noſtram correctionem inſultāt
hęretici, per eos homines fiunt, qui pau-
peres Chriſti eſſe nolunt. Sed nunquid ab eis
qui hoc eſſe volunt, aduertunt oculos dei?
Oculi enim eius in pauperem reſpiciunt.
Nunquid metuendum eſt, ne in turba diui-
tum paucos pauperes videre non poſsit,
quos in eccleſiæ gremio catholicæ cuſtodi-
tos enutrit? Palpebræ eius interrogant fi-
A lios hominum.) Hic filios hominum, illa
regula libenter acceperim, de veteribus re-
generatos per fidem. Hic quippe quibuſdā
ſcripturarum locis obſcuris tanquam clau-
ſis oculis dei exercent, vt quærant, Et rur-
ſus quibuſdā locis manifeſtis, tanquā aper-
tis oculis dei illuminantur, vt gaudeant. Et
iſta in ſanctis libris crebra opertio atq; ada-
pertio tanquā palpebræ ſunt dei, Quæ in-
terrogant i. quæ probāt filios hominū, qui
neq; fatigantur rerū obſcuritate, ſed exercē-
tur: neq; inflantur cognitione, ſed cōfirmā-
tur. Dns interrogat iuſtum & impiū.)
Quid ergo metuimus ne aliquid nobis ob-
ſint impij, ſi forte nobiſcū ſacra non ſynce-
ro corde cōicēt, qū ille interrogat iuſtū
& impiū? Qui aūt diligit iniquitatem,
odit animam ſuā.) Id eſt, nō ei qui credit
deo, & ſpem ſuam nō ponit in homine, ſed
tātū animæ ſuæ nocet dilector iniquitatis.
Pluet ſuper peccatores laqueos.) Si nu- Mat. 24.
bes gſaliter prophetæ intelligūtur ſiue bo-
ni ſiue mali, qui ēt pſeudoprophetæ appel-
lant, ſic ordinantur pſeudoprophetæ a dño
deo, vt de his laqueos ſup peccatores pluat.
Non enim quiſquā in eos ſectandos in- B
cidit niſi peccator, ſiue ad pparationē ex-
trem⁹ ſupplicij, ſi perſeuerare in peccando
maluerit, ſiue ad deſuadendum ſuperbiam,
ſi aliquando deū cura ſyncriore quæſiuē-
rit. Si aūt nubes non niſi boni & veri Pro-
phetæ intelligunt, & de his manifeſtum eſt
ſup peccatores laqueos pluere deum, q̄is
de his etiam pios ad fructificandū irriget.
Quibuſdā, inquit Apoſtolus, ſumus odor 2.Co. 2
uitæ in vitam, quibuſdam odor mortis in
mortem: Non enim Prophetæ tm, ſed om-
nes verbo dei animas irrigantes, nubes di-
ci pūt. Qui cū male intelligunt, pluit deus
ſuper peccatores laqueos. Cum aūt bñ in-
telliguntur, fœcundat pectora piorum atq;
fidelium. Sicut exēpli gratia, quod ſcriptū
eſt, Et erunt duo in carne vna: ſi ad libidi- Gene. 2.
nem quiſque interpretetur, laqueum pluit
ſuper peccatores. Si autem intelligas ſicut
ille qui ait, Ego aūt dico in Chſto & in ec-
cleſia, imbrem pluit ſuper fertilem terram. Ephe. 5.
Eadem aūt nube. i. diuina ſcriptura, vtrūq;
factum eſt. Item dns dicit, Nō quod intrat Mat. 15.
in os veſtrum, vos coinquinat, ſed quod
exit ab ore. Audit hoc peccator, & gulam C
parat voracitati. Audit hoc iuſtus, & à ci-
borum diſcernendorum ſuperſtitione mu-
nitur. Et hinc igitur eadem ſcripturarum
nube, pro ſuo cuiuſque merito, & peccato-
ri pluuia laqueorū & iuſto pluuia vberta-
tis infuſa eſt. Ignis & ſulphur & ſpiri-
tus procellarum pars calicis eorum.) Hæc
pœna eorum eſt atq; exitus, per quos blaſ-
phematur

phematur nomen dei, vt primo cupiditatū
ſuarum igne vaſtentur, deinde malorū ope-
rum fœtore à cœtu beatorum abijciantur,
poſtremo arrepti atq; ſubmerſi, ineffabiles
pœnas luant: Hæc eſt enim pars calicis eo-
rum, ſicut iuſtorum calix tuus inebrians,
Pſa. 22. q̄ præclarus eſt. Inebriabuntur. n. ab vber-
Pſa. 35. tate domus tuæ. Calicem aūt ppea puto ap-
pellatum, ne quid præter modū atq; mēſu-
ram, vēl in ipſis pctōrū ſupplicijs per diui-
nam prouidentiam fieri arbitremur. Et iō
tanquam rōnem reddentes quare id fiat,
ſubiecit, Qū iuſtus dominus, & iuſtitias
dilexit.) Non fruſtra pluraliter, quia ho-
mines dicit, vt p iuſtis iuſtitiæ intelligan-
tur poſitæ. In multis. n. iuſtis quaſi multæ
uidētur eſſe, cum ſit vna dei cui omnes par-
ticipant, Tanquā ſi vna facies intuetur plu-
ra ſpecula, quod in illa ſingulare eſt, de illis
pluribus pluraliter reddit. Propterea rur-
D ſus ad ſingularitatem ſe refert, dicendo. Ae-
quitatem vidit facies eius.) Fortaſſe pro eo
ſit poſitum, æquitatem vidit facies eius: ac
ſi diceretur, æquitas viſa eſt in facie eius. i.
in eius notitia. Facies. n. dei, eſt potētia qua
dignis inoteſcit. Aut certe æquitatem vidit
facies eius, quia non ſe præbet cognoſcen-
dum malis, ſed bonis, & ipſa eſt æquitas.
Allego- Siquis aūt luna, ſynagogam vult intellige
rica ex- re, ad paſsionem domini referat Pſalmum,
poſitio. & de Iudæis dicat. Qm quæ perfeciſti, de-
ſtruxerunt. Ac de ipſo domino, Iuſtus aūt
quid fecit, Quem tanquam deſtructorem
legis arguebant. Cuius præcepta peruerſe
viuendo & ea contemnendo ac ſua ſtatuen-
do deſtruxerant, Vt ipſe dns ſecm homi-
nē loquatur vt ſolet, dicens in domino con-
fido, qūo dicitis animæ meæ tranſmigra in
montem ſicut paſſer: pp terrores. ſ. eorum,
qui illum apprehendere & crucifigere cu-
piebant. Cum peccatores ſagittare volen-
tes rectos corde. i. qui Chriſto crediderāt,
In obſcura luna, id eſt, repleta peccatori-
bus ſynagoga, non abſurde intelligantur.
Cui cōgruit & quod dicitur, Dominus in
templo ſancto ſuo, dominus in cœlo ſedes
E eius, id eſt, verbum in homine, vel ipſe fi-
lius hominis, qui in cœlis eſt. Oculi eius in
pauperem reſpiciunt.) Aut quem ſuſcepit
ſecundum deum, aut pronter quem paſſus
eſt ſecundum hominem. Palpebræ eius
interrogant filios hominum.) Opertionē
atque adapertionem oculorum, quod nomi
ne palpebrarum probabile eſt poſitū, mor-
tem reſurrectionemque eius accipere poſ-
ſumus, vbi probauit filios hominum diſci-
pulos ſuos, & territos ſua paſsione & reſur-
rectione lætificatos. Dominus interrogat
iuſtum & impium.) Iam de cœlo guber-
nans eccleſiam. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.) Quare hoc
ita ſit, conſequentia docent. Pluent enim
ſuper peccatores laqueos.) Secundum ſupe-
riorem expoſitionem accipiendum, Et om-
nia cætera vſque ad finem. Pſalmi.

In Pſalmum vndecimum enarratio.
In finem pro octaua Pſalmus Dauid.

OCtauū diem iudicij poſſe intelligi
in ſexto Pſalmo dictum eſt. Poteſt
& pro octauo intelligi pro æterno
ſeculo, quod poſt hoc tēpus, quod ſeptē die F
bus voluitur, dabitur ſanctis. Saluum me
fac domine, quoniam defecit ſanctus.) Id
eſt non inuenitur ſicut loquimur cum di-
cimus, defecit frumentum, aut defecit pecu
nia. Quoniū diminutæ ſunt veritates à
filijs hominum.) Veritas vna eſt, qua illu
ſtrantur animæ ſanctæ. Sed quoniam mul-
tæ ſunt animæ in ipſis multæ veritates di-
ci poſſunt, ſicut ab vna facie, multæ in ſpe-
culis imagines apparent. Vana locuti
ſunt vnuſquiſq; ad proximū ſuū.) Proxi- 3.sē.diſ.
mum omnē hominē oportet intelligi, qa 28.orīt
nemo eſt cum quo ſit operandū malum. Et autem.
dilectio pximi malū non operatur. Labia Rom.13
doloſa in corde & corde locuti ſunt vana.)
Quod bis ait, In corde & corde, duplex
cor ſignāt. Diſperdat dns vniuerſa labia do-
loſa.) Vniuerſa dixit, ne quis ſe exceptū pu
det, ſicut Apoſtolus dicit, In oēm animam
hominis operantis malū, Iudæi primum &
Græci. Linguā magniloquā.) Linguā ſup-
bā. Qui dixerūt, linguā noſtram magnifi-
cabimus, labia nſa apud nos ſunt, qs noſter
dns eſt?) Superbi hypocritę ſignantur in
ſermone ſuo ſpem ponētes ad homines de-
cipiendos, & deo non ſubditi. Propter miſe
riā inopū & gemitū pauperum, nūc exur-
gam dicit dns.) Ita. n. populum ſuum ipſe
dns in euangelio miſeratus eſt, q̄p rectorem
non haberet, cū bene poſſēt obtemperare.
Vñ ēt dicit in euāgelio, Meſsis multa, ope-
rarij āt pauci. Hoc aūt ex pſona dei patris G
accipiēdū eſt, qui pp inopē & pauperes. i. Matt. 9
inopia & paupertate bonorū ſpiritaliū egē
tes, filium ſuum dignatur eſt mittere. In-

de autem incipit sermo eius apud Matthęū
Matt. 5. in monte, cum dicit, Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Ponam in salutari.) Non dixit quid ponat, sed in salutari, in Christo accipiendum est, se-
Lucæ 2. cundum illud, Qm̄ viderunt oculi mei salutare tuum. Et ideo intelligitur in illo posuisse, quod ad miseriam inopum auferēdā, & consolandum gemitum pauperum pertinet. Fiducialiter agam in eo.) Secundum
Matt. 7. illud in Euangelio, Erat.n. docens eos tanquam ptātem habens non tanquam scribæ eorum. Eloquia dn̄i eloquia casta.) Hæc psona prophetæ est, Eloquia dn̄i eloquia casta. Casta dicit, sine corruptione simulationis. Multi.n. prædicant veritatem nō caste, quia vendunt ..lam pretio commoditatum
Phili 1. huius seculi, De talibus dicit Apostolus, qꝫ Christum annunciant non caste. Argentum igne examinatum terræ.) Ipsa eloquia
H dn̄i, p tribulationes probata peccatoribus. Purgatum septuplum.) Per timorē dei, per pietatem, per sciam, per fortitudinem, per consilium, per intellectum, per sapientiam. Nam septem sunt etiam beatitudinis gradus, quos in eodem sermone, quem habuit in mōte dominus exequitur Mat
Matt. 5. thæum, Beati pauperes spiritu, beati mites, beati lugentes, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, beati misericordes, beati mundo corde, beati pacifici. De quibus sententijs septem, totum illum sermonē prolixum dictum esse animaduerti pōt. Nā octaua, vbi dictum est, Beati qui persecutionem patiuntur pp iustitiam: ipsum ignem significat, quo septempliciter probatur argentū. Qui sermo cum terminatus esset, dictum est,
Matt. 7. Erat.n. docens eos tanquam ptātem habēs, non tāquam scribæ eorum. Quod pertinet ad id quod in Psalmo dictum est, Fiducialiter agā in eo. Tu domine seruabis nos & custodies nos à generatione hac in æternum.) Hic tanquam inopes & pauperes, ibi tanquam opulentos & diuites. In circumitu impij ambulant.) Id est, in tem-
I poralium rerum cupiditate, quæ septē dierum repetito circumitu, tanquam rota voluitur, & ideo non perueniunt in octauum, id est, in æternum, pro quo iste Psalmus titulatus est. Ita & per Salomonem dicitur,
Prou. 2. Ventilator enim impiorum est rex sapiens, & immittit illis rotam malorum. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.) Quia est & in temporalibus multiplicatio, quæ auertit ab vnitate dei. Vnde corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Multiplicantur autem iusti secundum altitudinem dei, quando ibunt de virtute in virtutem. Sapiē. 9

In Psalmum duodecimum enarratio.
In finem Psalmus Dauid.

FInis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Vsquequo dn̄e obliuiscēris me in finē.) Id est, differs me ad intelligendum Christum spiritaliter, qui est dei sapientia, & rectus finis omnis intentionis animæ. Quousq; auertis fa- Rom.10
ciem tuam à me.) Sicut non obliuiscitur deus, sic nec faciē auertit, sed more nostro scriptura loquitur. Auertere autem deus faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet. Quandiu ponā consiliū in anima K
mea.) Consilio non opus est, nisi in aduersis. Ergo quandiu ponā consiliū in anima mea, ita dictū est, quandiu ero in aduersis. Aut certe rūsio est, Vt iste sit sensus, Tandiu dn̄e obliuiscēris me in finem, & tandiu auertis faciē tuā à me, quandiu ponam consiliū in anima mea. Vt nisi quisq; posuerit consiliū in anima sua, vt perfecte operetur misericordiam, non eum dirigat deus in finem, neque notitiam sui plenam, quod est facie ad faciem, præbeat illi. Dolorem in corde meo per diem.) Subauditur, quandiu ponam. Per diem autem, continuationem significat, vt dies pro tempore intelligatur.

A quo se quisque desyderans exui, dolorem ponit in corde, deprecans ad æterna conscendere, & humanam diem non pati.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me.) Vel diabolus, vel consuetudo carnalis. Respice & exaudi me domine deus meus.) Respice, refertur ad id quod dictum est, vsquequo auertis faciem tuam à me. Exaudi, refertur ad id quod dictum est, vsquequo obliuiscēris me in finem. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte.) Oculos cordis oportet intelligi [illegible] delectabili defectu peccati, claudantur. Nequandō dicat inimicus meus prævalui aduersus eum.) L
Diaboli insultatio metuenda est. Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero.)

Diabolus

Diabolus & angeli eius, Qui nonexultauerunt de iustō Iob, cum eum tribularent, qa non est motus. i. de stabilitate fidei non recessit. Ego aūt in tua misericordia speraui.) Quia idipsum quod non mouetur hō & fixus in domino permanet, non sibi debet tribuere, ne cum se gloriatur non esse
Psal. 7. motum ipsa superbia moueatur. Exultabit cor meū in salutari tuo.) In Christo, in sapientia dei. Cātabo domino qui bona tribuit mihi.) Bona spiritalia, nō ad humanū diem ptinentia. Et psallam nomini dn̄i altissimi.) Id est, cum gaudio gratias ago, & ordinatissime utor corpe, qui est cantus animæ spiritalis. Si aūt aliqua hic differentia consyderanda est, cantabo corde, psallā operibus domino, qui solus videt. Nomini aūt domini, quod apud homines innotescit, quod non illi, sed nobis vtile est.

In Psalmum decimumtertium enarratio.
In finem Psalmus ipsi Dauid.

MQVid sit in finem, non est sæpius repetendū. Finis.n. legis Christus, ad iu-
Ro. 10. stitiā omni credēti, sicut Apostolus dicit. Illi credimus, quando incipimus viā bonā ingredi. Ipsum videbimus cū pueneB
Psal. 52. rimus. Et iō ipse finis. Dixit imprudens in corde suo, non est deus.) Nec ipsi.n. sacrilegi & detestandi quidā philosophi, qui peruersa & falsa de deo sentiunt, ausi sunt dicere, non est deus. Ideo ergo dixit, in corde suo: quia hoc nemo audet dicere, ēt si ausus
Psal. 52. fuerit cogitare. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in affectionib. suis.) Id est dū amant hoc seculū, non amant deū. Ipsæ sunt affectiones, q̄ corrumpunt animam, & sic excæcant, vt posiī ēt dicere imprudens in corde suo, non est deus. Sicut enim non probauerunt deum habere in notitia, dedit
Rom. 1. illos in reprobum sensum. Non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum.) Vsque ad vnum, vel cum ipso uno potest intelligi, vt nullus hominum intelligatur, Vel præter vnum, vt accipiatur dominus Christus. Sicut dicimus, iste ager usq; ad mare est, non vtique simul computamus & mare. Et iste est melior intellectus, vt nemo intelligatur fecisse bonitatem nsq; ad Christum: quia non po[illegible] quam hominum facere bonitatem, nisi ipse monstrauerit. Et illud verum est. Quia usq; quo quisque cognoscat unum deum, non potest facere bonitatem. Dominus de cœlo prospexit su A
per filios homīnum, vt videat si est intelligens aut requirens deum.) Super Iudæos potest intelligi, vt honoratius eos appellauerit filios hominum propter vnius dei cultum, in comparatione gentilium, de quibus arbitror superius dictum, Dixit imprudēs in corde suo non est deus, & cætera. Prospicit autem dn̄s, vt videat per animas sanctas suas quod significat id quod dictum est, de cœlo. Nam per seipsum nihil eum latet.

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.) Id est, Iudæi tales facti sunt quales & gentes, de quibus supra dictum est:

Non est qui faciat bonū, non est usq; ad vnū.) Similiter vt supra intelligendum est. Psa. 5. &
Sepulcrum patens est guttur eorum.) Rom. 3.
Aut voracitas significatur hiantis gulæ, Aut in allegoria, qui occidunt & quasi deuorant interfectos eos, quibus suorum morum peruersitatem persuadent. Cui simile est econtrario quod Petro dictum est, Māca & manduca: vt in suam fidem & bonos mores suos gentes conuerteret. Linguis suis dolose agebant.) Comes est voracibus adulatio & omnibus malis. Venenum B
aspidum autem, quia nolunt audire præcepta legis, sicut aspides nolunt audire verba incantantis, quod in alio Psalmo euidentius Psal. 57.
dicitur. Quorum os maledictione & amari Rom. 3.
tudine plenum est.) Hoc est, venenum aspidum. Veloces pedes eorum ad effundē dum sanguinem. Hic ostendit consuetudinem male faciendi. Contritio & infœlicitas in vijs eorum.) Omnes enim malorū hominum uiæ plenæ sunt labore & miseria. Ideo dominus clamat, Venite ad me omnes
Matt. 11 qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, Tollite iugum meum & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Iugum enim meum lene est, & sarcina mea leuis est. Et viam pacis non cognouerunt.) Hanc vtique quam dominus vt dixi commemorat, in iugo leni & sarcina leui. Non est timor dei ante oculos eorum.) Isti non dicunt, non est deus, sed tamen non timent deum. Non ne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem? Iudicium minatur. Qui deuorant populum meum sicut cibum panis.) Id est, quotidie. Cibus enim panis quotidianus est. Deuorant autem populum qui sua commoda ex illo capiunt, non referentes ministerium suum ad glo-

D 2 riam

Criam dei,& ad eorum, quibus præsunt,salutem. Dominũ non inuocauerunt.) Non enim vere hunc inuocat,qui ea desyderat, quæ illi displicẽt. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor,) Id est, in damno rerũ tẽporaliũ. Dixerunt. n. Si relinquimus eum sic,credent in eum oẽs,& uenient Romani,& tollent nobis & locũ & gentẽ. Timuerunt regnum terrenũ amittere ubi nõ erat timor,& amiserunt regnum cœlorum, quod timere debuerant. Et hoc de omnib. tempor alibus commodis intelligendũ est, quorũ amissionem cũ timent homines, ad æterna non veniunt. Qm̃ deus in generatione iusta est.) Id est,non est in eis qui diligunt seculum. Iniustum est.n. relinquere seculorum conditorem,& diligere seculum,Et seruire creaturæ potius,quã creatori. Consilium inopis confudistis, quoniam dñs spes eius est.) Id est, cõtẽpsistis humilẽ aduentũ filij dei, quia in eo nõ vidistis pompã seculi,vt hi quos vocabat,in deo solo spẽ ponerẽt, non in rebus transeuntibus quibus vacabant. Quis dabit ex Sion salutare Israel)Subauditur nisi ipse, cuius humilitatem contempsistis. Ipse.n.in claritate venturus est ad iudicium viuorũ & mortuorũ regnumq; iustorũ,Vt qm̃ isto humili aduentu facta est cæcitas ex parte Israel vt plenitudo gentiũ intraret,in illo alio fiat quod sequitur, Et sic omnis Israel saluus fieret. Pro Iudæis.n. Apostolus etiam illud Esaiæ testimonium accipit, quo dictũ est, Veniet ex Sion qui auertat impietatem ab Iacob.Sicut hic positum est, Quis dabit ex Sion salutare Israel? Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.) Repetitio est,sicut solet. Nam idem puto esse lætabitur Israel, quod est,exultabit Iacob.

Ioan. 11

Rom. 1.

Rom. 11

D

In Psalmum decimumquartũ enarratio. Psalmus ipsi Dauid.

DE hoc titulo nulla qõ est. Dñe quis peregrinabitur in tabernaculo tuo.) Quanq̃ aliquando ponatur tabernaculum etiam pro habitatione sempiterna, tũ cum proprie accipitur tabernaculũ,belli res est. Vnde & contubernales milites dicuntur tanq̃ simul habentes tabernacula. Hic sensus adiuuatur ex eo, quod dictum est,quis peregrinabitur. Ad tempus. n. cũ diabolo dimicamus,& tunc opus est tabernaculo,quo nos refugiamus, Quod significat maxime fidem talis dispensationis, q̃ pro nobis acta est temporaliter per incarnationem domini. Et qs requiescet in mõte sancto tuo?) Hic fortasse iam ipsam æternã habitationem signũt,ut montem intelligamus supereminẽtiam charitatis Christi in vita æterna, Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.) Hic proposuit, deinceps id exequitur. Qui loquit veritatẽ in corde suo.) Nonnulli enim in labijs hñt veritatem,& in corde non habent. Tanquã si aliquis dolose ostendat viam, sciens in ea esse latrones,& dicat:si hac ieris, a latronibus tutus eris:& contingat vt vere non ibi latrones inueniãtur, Verũ ille locutus est, sed nõ in corde suo: Aliud.n. putabat,& ne sciens verum dixit. Ergo parum est verũ loqui,nisi etiam in corde ita sit. Qui nõ egit dolum in lingua sua.) Lingua agitur dolus,cum aliud ore profertur,aliud pectore tegitur. Nec fecit proximo suo malum.) Proximum omnem hominẽ accipi oportere,notum est. Et opprobriũ non accepit aduersus proximũ suũ.) Id est,nõ libenter aut temere crẽdidit criminatori.

E

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.) Ista perfectio est,vt nihil in hominẽ valeat malignus,& vt hoc sit in cõspectu eius.i. certissime nouerit malignum nõ esse,nisi cũ animus a specie sui creatoris æterna & incommutabili,ad creaturæ speciẽ auertitur,q̃ de nihilo facta est. Timentes aũt dñm glorificat.) Vtiq; ipse dñs. Initiũ aũt sapiẽtiæ timor domini. Sicut ergo ista supiora ptinẽt ad pfectos,ita ea quæ nũc dicturus est,pertinent ad incipientes. Qui iurat proximo suo & nõ decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram,& munera super inocẽtes nõ accepit.) ista non sunt magna:Sed qui nec ista põt,multo minus potest loqui ueritatem in corde suo,& nõ dolum agere in lingua sua,sed ut est in corde uerum,ita proferre & habere in ore,est est,non nõ:Et non facere proximo suo malum,i. dest,nulli homini: Et opprobrium nõ accipere aduersus proximum suum. Quę sunt perfectorum,in quorum conspectu ad nihilum deductus est malignus, Tamen ẽt ista minora ita concludit. Qui facit hæc,non commouebitur in æternum.) Id est,peruenient ad illa maiora, in quibus est magna & inconcussa stabilitas: Nam & ipsa tempora non sine cã fortasse sic. uariata sunt,vt:

F

Pſa. 110

Eccl. 1.

sunt,vt in superiore conclusione præteritũ tempus poneretur, in hac autem futurum.

G Nam ibi dictum est, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus:Hic autem, Non commouebitur in æternum.

In Psalmum decimumquintum enarratio. Tituli inscripto, ipsi Dauid.

REx noster in Psalmo loquitur ex persona susceptionis humanæ,de quo titulus regalis tempore passionis inscriptus emicuit,Dicit autem hæc: Conserua me domine quoniam in te speraui,dixi domino deus meus es tu,quoniam bonorum meorum non eges,) Qm̃ bonis meis non expectas tu fieri beatus.Sanctis qui sunt in terra uiuentium spem suam posuerunt ciuibus Hierusalem cœlestis, quorum conuersatio spiritalis per ancoram spei in illa patria figitur, quæ recte dei terra nominatur, quamuis adhuc & in his terris carne uersentur. Mirificaui omnes voluntates meas in illis.) His ergo sanctis miras feci omnes voluntates meas in profectu eorum, quo senserunt qd eis profuerit, & humanitas meæ diuinitatis vt morerer,& diuinitas humanitatis vt resurgerem. Multiplicatæ

H sunt infirmitates eorum.) Non ad pernicię sed vt medicũ desiderarent. Postea acceleraverunt.) Itaq; post multiplicatas infirmitates, accelerauerunt, vt sanarentur.

Non cõgegabo conuenticula eorum de sanguinibus.) Erunt.n. conuenticula corũ non carnalia nec de sanguinibus pecorum propitiatus congregabo eos. Nec memor ero nominum illorũ per labia mea.) Sed spiritali mutatione obliuiscentur quid fuerint,Nec a me iam vel peccatores, vel inimici, vel homines, sed iusti & fratres mei & filii dei uocabuntur per pacem meam.

Dominus pars hæreditatis meæ. Posi debunt.n. mecum hæreditatem ipsum deũ. Eligant sibi alii partes,quibus fruantur terrenas & tpales, portio sanctorũ dñs æternus est. Et calicis mei.) Bibant alii mortiferas voluptates, portio calicis mei dominus est. Quod dico mei, adiungo ecclesiã, Quia vbi caput,ibi & corpus. Nam in hæreditatem congregabo conuenticula eorũ, & per calicis ebrietate obliuiscar nomina vetera eorum. Tu es qui restitues mihi hæreditatem meam.) V nota sit & his quos libero,claritas qua erã apud te priusquam mundus fieret, Non.n. restitues mihi,quod non amisi,sed restitues his qui amiserunt eius claritatis notitiam, In quibus quia ego sum,mihi restitues. Funes occiderunt mihi in præclaris.) Limites possessionis meæ in tua claritate tãquam sorte ceciderunt,velut possessio sacerdotum & leuitarum deus. Etenim hęreditis mea præclara est mihi.) Etenim hæreditas mea præclara est non omnibus,sed uidentibus, In quibus quia ego sum,mihi est. Benedicã dominum qui mihi tribuit intellectum.) Benedicam dominum qui mihi tribuit oculum quo ista hæreditas videri & possideri potest. Insuper autem & usq; ad noctem emundauerunt me renes mei.) Super intellectum autem vsq; ad mortem erudiuit me inferior pars mea,carnis assumptio,ut experirer tenebras mortalitatis,quas ille intellectus non hàbet. Prouidebam dominum in conspectu meo semper.) Sed veniens in ea quæ transeunt, nõ abstuli oculum ab eo qui semper manet:hoc prouidens, ut in eum post temporalia per acta recurrerem.

Act. 2.

Quoniam a dextris est mihi ne commeuear.) Quoniam fauet mihi,vt stabiliter in eo permaneam. Propter hoc iocundatum est cor meum,& exultauit lingua mea.)

Propter hoc & in cogitationibus meis iocunditas, & in uerbis exultatio. Insuper & caro mea requiescet in spe.) Insuper & caro mea non deficiet in interitum, sed in spe resurrectionis obdormiet. Quoniam nõ derelinques animam meam inferno.) Quoniã neq; animam meã in inferis posidendam dabis. Neq; dabis sanctum tuum videre corruptionem.) Neq; sanctificatum corpus,per quod & alii sanctificandi sunt,corrumpi patieris. Notas mihi fecisti uias vitæ.) Notas fecisti per me humilitatis vias, vt ad vitam redirent homines, vnde per superbiam ceciderant, In quibus quia ego sum,notas mihi fecisti. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.) Adimplebis eos lætitia, ut non ultra quærant aliquid, cum facie ad faciem te uiderint, in quibus quia ego sum,me adimplebis. Delectatio in dextera tua vsq; in finem.) Delectatio est in fauore & in propitiatione tua in huius vitæ itinere, perducens vsq; ad finem gloriæ conspectus tui.

K

Act. 13.

In Psalmum decimumsextum enarratio.
Oratio ipsi Dauid.

HAec oratio est psonæ domini tribuẽda adiũcta ecclesia q̃ corpus eius est.
L Exaudi deus iustitiam meam,inten de deprecationi meæ. Auribus percipe ora tionem meam,non in labijs dolosis.) Non ad te in labijs dolosis ꝓcedẽtem. A vultu tuo iudiciũ meum prodeat.) Ex illuminatione notitiæ tuæ verum iudicem. Aut certe non in labijs dolosis,à vultu tuo iudiciũ meum prodeat, vt s.non proferam iudicans aliud,quam in te intelligo. Oculi mei videãt æquitatem.)Oculi mei videãt æquitatẽ, cordis vtique oculi. Probasti cor meum & visitasti nocte.) Quia ipsum cor meũ visita..one tribulationis probatũ est. Igne me examinasti,& nõ est inuenta in me iniqtas.)Non autem nox tantum quia perturbare assolet, sed etiã ignis quia vrit vocanda est ipsa tribulatio,qua examinatus iustus inuentus sum. Vt nõ loquatur os meũ opera hominum.)Vt aliud nõ procedat ex ore meo, quam id quod pertinet ad gloriam,& laudem tuam,nõ ad opera hominum,quæ faciunt præter voluntaa.sen.dis. tem tuam. Propter verba labiorum tuo-
47.verũ rum.)Propter verba pacis tuæ,vel prophe
vt. tarum tuorum. Ego custodiui vias duras.)Ego custodiui vias laboriosas,mortalitatis humanæ atque passionis. Ad perfi-
M ciendos gressus meos,in semitis tuis.)Vt perficeretur charitas ecclesiæ in itineribus angustis, quibus venitur ad requiem tuã.
Vt non moueantur vestigia mea.) Vt nõ moueantur signa itineris mei,quæ tanquã vestigia sacramentis & scripturis apostolicis impressa sunt, quæ intueantur & obseruent,qui me sequi volunt. Aut certe vt ẽt stabiliter in æternitate permaneam, postea quam peregi vias duras, & in angustijs semitarum tuarum gressus perfeci. Ego clamaui quoniã exaudisti me deus.)Ego libera & valida intentione ꝓces ad te direxi, qm̃ vt hãc habere possem,exaudisti me infirmus orãtẽ. Inclina aurẽ tuã mihi, & exaudi verba mea.) Nõ deserat exaudi tio tua humilitatẽ meã. Mirifica misericordias tuas.)Nõ vilescãt misericordiæ tuæ, ne minus ament. Qui saluos facis sperãtes in te.A resistẽtibus dexteræ tuæ.)A resistẽtibus fauori, quo mihi faues. Custodi me dñe vt pupillã oculi tui.) Custodi me dñe vt pupillã oculi, q̃ apparet ꝓparua & exigua, ꝓ eã tñ dirigit acies luminis,quo lux & tenebræ dijudicãtur, sicut ꝓ Chri humanitatẽ diuinitas iudicij, discernẽs inter iustos, & pctores. In tegmine alarũ tuarũ ꝓteges me.)In muniméto charitatis & misericordiæ tuæ ꝓteges me. A facie impiorũ q̃ me afflixerũt. Inimici mei A
animã meã circũdederũt, adipem suũ concluserũt.) Lætitia sua pingui coopti sunt, postea q̃ cupiditas eorũ de scelere satiata est.Os eorũ locutũ est supbiã.)Et ꝓpea os Mat.27.
eorũ locutũ ẽ supbiã,dicẽdo, Aue rex Iudæorũ, & cætera talia. Proijcientes me nũc circũdederũt me.)Proijciẽtes me extra ciuitatẽ,nũc circũdederũt me in cruce: Oculos suos statuerũt declinare in terrã.) Intẽtionẽ cordis sui statuerũt declinare in ista terrena, putãtes magnũ malũ perpeti eũ,q̃ occidebat,& se nullũ q̃ occidebãt. Susceperũt me sicut leo paratus ad prã.) Susceperunt me sicut ille aduersarius circumiẽs, q̃rens quẽ deuoret. Et sicut catu 1.Pet.5.
lus leonis habitãs in occultis.) Et sicut catulus eius,populus cui dictũ est,Vos ex patre diabolo estis,cogitãs de insidijs, q̃bus
Ioan.8. iustũ circunueniret & ꝑderet, Exurge dñe præueni eos,& subuerte eos.) Exurge dñe, quẽ dormire arbitrãtur, & iniqtates hominũ nõ curare: ante excæcẽtur malitia sua, vt factũ eorũ vindicta ꝓueniat, & ita subuerte eos. Erue animã meã ab impijs.) B
Erue animã meã resuscitando me à morte, q̃ mihi ab impijs irrogata est. Frameã tuã ab inimicis manus tuæ.)Anima.n.mea frame a tua est,quam assumpsit manus tua, id est, æterna virtus tua,vt per ipsam regna debellet iniquitatis, & diuidat iustos ab impijs. Hãc ergo erue ab inimicis manus tuæ,hoc est,virtutis tuæ, hoc est,ab inimicis meis.Domine ꝑde eos de terra,dispertire eos in vita eorum.)Dñe ꝑde eos de terra, q̃ inhabitant, dispertire eos per orbem 1.sen.dis.
terrarũ in ista vita, q̃ solã suã vitã putant, 36.illa.in
q̃ æternã desperãt. Et de absc̃oditis tuis adimpletus est venter eorũ.)Nõ solũ autẽ ista pœna eos consequetur visibilis, sed etiam de peccatis, quæ tanquam tenebræ absc̃oduntur à lumine veritatis tuæ adimpleta est memoria eorum,vt obliuiscantur deum: Saturati sunt porcina.)Saturati sunt immundicia, conculcantes margaritas sermonum dei. Et reliquerunt reliquias paruulis suis.) Et reliquerunt

runt reliquias paruulis suis: clamantes, Peccatum hoc super nos & super filios no-
C stros. Ego aũt in tua iustitia apparebo in cõ spectu tuo.) Ego aũt qui non apparui eis, qui corde sordido & tenebroso lucẽ sapientiæ tuæ videre non possunt, in tua iustitia apparebo in conspectu tuo. Satiabor dũ manifestabitur gloria tua.) Et cum illi saturati sunt immunditia sua, vt me intelligere non possint,ego satiabor dnm manifestabitur gloria tua in his qui me intelligunt.Sanè illo versu vbi dictum est, Saturati sunt porcina: nonnulla exemplaria, Saturãti sunt filijs habent.Ex ambiguo enim Græco interpretatio duplex euenit. Filios autem opera intelligimus. Et sicut bona opera bonos filios,ita malos mala.

In Psalmum decimumseptimum enarratio.

IN finem pueri domini,ipsi Dauid, hoc
2.Re.22 est, manu forti Christo secundum hominem, Quæ locutus est domino verba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit,) In die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius & de manu Saul, hoc est,re-
1.Re.8. pis Iudæorum quem sibiipsi perierunt. Nam sicut Dauid manu fortis,ita Saul petitio interpretari dicitur.Notum est autem
D quomodo ille populus regem sibi petierit & acceperit nõ secundũ dei,sed secundum suam voluntatem. Dicit ergo hic Christus & ecclesia, id est, totum Christi caput & corpus. Diligam te domine virtus mea.) Dsligam te domine, per quem fortis sum.
Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.) Domine qui me firmasti, quia refugi ad te. Refugi autem,quia liberasti me. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.) Deus meus qui mihi adiutorium prius vocationis tuæ præstitisti, vt sperare in te possim. Protector meus & cornu salutis meæ,& redemptor meus.)Protector meus, quia non de me præsumpsi, quasi erigens aduersum te cornu superbiæ, sed teipsum cornu, hoc est,firmam celsitudinem salutis inueni,Quod vt inuenirem, redemisti me. Laudãs inuocabo dominum, & ab inimicis meus saluus ero.) Non meam gloriam, sed domini quærens, inuocabo eum, & non erit unde mihi nocent impietatis errores. Circundederũt me dolores mor 2.Reg.
tis.) Circundederunt me dolores mortis. 22.
idest carnis. Et torrentes iniquitatis con Psa.114.
turbauerunt me.)Turbæ iniquæ ad tẽpus commoræ, veluti flumina pluuialia cito de
E fitura egerunt,vt conturbarent me. Dolores inferni circundederunt me.) In his qui me circundederũt vt perderent me erãt dolores inuidentiæ, qui mortem operanꝫ, perducuntq́; ad infernum peccati. Prænenerunt me laquei mortis.) Prænenerũt me ut priores nocere vellent, quod eis postea redderetur. Tales autem homines capiunt in perditionẽ, quibus male persuaserunt iactatione iustitiæ.Cuius non re, sed nomine,aduersus gentes gloriantur. Et in pressura mea inuocaui dnm, & ad deum meũ clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam.) Exaudiuit de corde meo,in quo habitat, vocem meam. Et clamor meus in conspectu eius.) Et clamor meus,quem non in auribus hominum, sed coram ipso intus habeo. Introiuit in aures eius. Et commota est & contremuit terra.) Ita clarificato filio hominis,commoti sunt & contremuerunt peccatores Et fundamenta montium conturbata sunt.) Et spes suporum qui in hoc seculo fuerunt, conturbatæ sunt. Et commota sunt,quoniam irãtus est eis deus. Vt scilicet iam firmamen- F
tum non haberet in cordibus hominum spes temporalium bonorum. Ascendit fumus in ira eius.) Ascendit lacrymosa deprecatio pœnitentium, cum cognouissent, quid minetur deus impijs. Et ignis a facie eius mardescit. Carbones succensi sunt ab eo.) Qui iam mortui erant deserti ab igne boni desyderij ac luce iustitiæ,& frigidi tenebrosiq́; remanserant, rursus accensi & illuminati reuixerunt. Et inclinauit cœlos & descendit.) Et humiliauit iustum vt descenderet ad hominum infirmitatem.
Et caligo sub pedibus eius.) Et impij 2. Reg.
qui terrena sapiunt, caligo sub pedibus 22.
eius.) Et impij qui terrena sapiunt,caligine malitiæ suæ non eum cognouerunt. Terra enim sub pedibus eius, tanquam scabellum pedum eius.
Et ascendit super cherubin & uolauit.) Ro. 13.
Et exaltatus est super plenitudinem scientiæ,vt nemo ad eum ꝓueniret nisi per charitatem.Plenitudo enim legis charitas. Et cito se incomprehensibilem esse mon-

strauit dilectoribus suis,ne illum corporeis imaginationibus cõprehendi arbitrarẽtur.

Volauit super pennas ventorũ.) Illa aũt celeritas,qua se incomprehensibilẽ esse mõstrauit,super virtutes animarũ est, quibus se velut pennis à terrenis timoribus in auras libertatis attollunt. Et posuit tenebras latibulum suum.) Et posuit obscuritatem sacrorum, & occultam spem in corde credẽ
G tium vbi lateret ipse, non eos deserens. In his ẽt tenebris, vbi per fidem adhuc ambu-
2.Co.2. lamus,non per speciem,quandiu quod non
Rom.8. videmus,speramus, & per patientiam expectamus. In circumitu eius tabernaculum eius.) Conuersi tñ ipsum ambiunt,qui credunt ei,quia in medio eorum est, cum omnibus æqualiter fauet, in quibus tanquam in tabernaculo habitat hoc tempore. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.) Nec ꝓpea quisquam in illa luce, quæ futura est, cum ex fide ad spem venerimus,iam se esse arbitretur,si scripturas recte intelligit. In prophetis enim atque in omnibus diuini verbi prædicatoribus obscura doctrina est. Prę fulgore in conspectu eius.) In comparatione fulgoris, qui est in conspectu manifestationis eius. Nubes ipsius transierunt.) Prædicatores verbi eius non iam in Iudææ finibus continentur,sed transierunt ad gentes. Grando & carbones ignis.) Obiurgationes figuratæ, quibus velut grandine corda dura tunduntur,Si aũt terra culta & mitis.i.pius animus,exceperit duritiã grandinis, in aquam eadem terra fulguratæ &
H quasi congelatæ obiurgationis,id est, in doctrinam satiantem resoluitur, Igne autem charitatis accensa corda reuiuiscunt. Hæc omnia in nubibus ipsius ad gentes transierunt. Et intonuit de cœlo dñs.) Et euangelica fiducia de corde iusti sonuit dñs. Et altissimus dedit vocem suam.) Vt in profundo rerum humanarum audiremus cœlestia. Et emisit sagittas suas & dispersit eos.) Et emisit euangelistas pennis virtutũ
2.Co.2. recta itinera transuolãtes,non suis, sed eius à quo missi sunt viribus. Et dispersit eos ad quos missi sunt, vt alijs eorum essent odor vitę in vitam,alijs odor mortis in mortem.
Ioan. 4. Et coruscationes multiplicauit & cõturbauit eos.) Et miracula multiplicauit,& cõturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum.) Et apparuerunt,qui facti erãt in prædicantibus fontes aquarum salientium in vitam æternam. Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.) Et reuelati sunt prophetæ, qui non intelligebantur, super quos ædificetur orbis terrarũ credens dño.

Ab increpatione tua domine.) Clamantis,Appropinquauit super vos regnum dei.

Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.) Dicẽtis,nisi pœnitentiam egeritis, omnes simili Matt.4
ter moriemini. Misit e summo & accepit Luc.13
me,) Vocando ex gentibus in hæreditatem, I
gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neq; rugam. Assumpsit me de multitudine aquarum.) Assumpsit me de mul Ephe.5
titudine populorum. Eruit me de inimicis meis fortissimis.) Eruit me de inimicis meis, qui prævaluerunt ad affligendam & & perdẽdam istam temporalem vitã. Et ab his qui oderunt me, qm̃ confortati sunt super me. Quandiu sub ipsis sum,qui ignorant deum. Præuenerunt in die afflictionis meæ.) Priores mihi nocuerũt in tempore, quo mortale & laboriosum corpus gero.

Et factus est dominus firmamentum meum.) Et quoniam amaritudine miseriarum firmamentum terrenæ voluptatis conturbatum atque conuulsum est, factus est dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem.) Et quia carnales pa
tiebar angustias, eduxit me in spiritalem 2.Re.
latitudinem fidei. Eruit me,quoniam voluit me.) Eruit me,quoniam voluit me,antequam illum ego vellem, eruit me ab inimicis meis potentissimis, qui mihi inuidebant iam volenti eum. Et ab his qui oderunt me,quia volo eum. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam.) Et retribuet mihi dñs secundum iustitiam K
bonæ voluntatis, qui prior præbuit misericordiam, antequam haberem bonam voluntatem. Et secundum puritatem manuũ mearum retribuet mihi.) Et secundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, qui tribuit vt bene facerem, educendo me in latitudinem fidei. Quia custodiui vias domini.) Vt latitudo bonorum operum, quæ per fidem sunt, & longanimitas perseuerandi consequatur. Nec impie gessi à deo meo, Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo sunt semper.)

Quoniam omnia iudicia eius, id est, & præmia iustorum,& pœnas impiorũ,& flagella corrigendorum,& tentationes probãdorum, perseueranti contemplatione consydero. Et iustitias eius non repuli à me.) Quod faciunt deficientes sub farcina

eorum,& reuertuntur ad uomitum suum.

Et et ero immaculatus cum eo,& obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam.)

Itaq; nõ solum propter latitudinem fidei,
Gala. 5. quæ per dilectionem operatur, sed etiam propter longitudinem perseuerantiæ, retribuet mihi dominus secũdum iustitiã meã.
L Et secundum puritatem manuũ mearum in conspectu oculorum eius.) Non quod homines vident, sed in conspectu oculorũ
2.Co.4. eius. Quoniam quæ videntur,temporalia sunt:quæ autem non videntur,æterna,quo pertinet altitudo spei. Cum sancto sanctus eris.) Est etiam occulta profunditas,qua intelligeris cum sancto sanctus, quia tu sanctificas. Et cum viro innocente innocens eris.) quia tu nulli noces,sed criniculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Et cum electo electus eris.) Et ab
Prou.5. eo, quem eligis eligeris. Et cum peruer-
Eze.18. so peruersus eris.) Et cum peruerso videris peruersus,quoniam dicunt, non est recta via domini, & ipsorum via non est recta. Quoniam tu populum humilem saluum facies.) Hoc autem peruersum vide
Ro. 10. tur peruersus, quod confitens peccata sua saluos facies. Et oculos superborum humiliabis. Ignorantes autem dei iustitiam & suam volentes constituere,humiliabis. Quoniam tu illuminabis lucernam meam domine. Quoniam non est lumen nostrũ ex nobis, sed tu illuminabis lucernam meã domine. Deus meus illumina tenebras
M meas.) Nos enim peccatis nostris tenebræ sumus,sed deus meus illuminabis tenebras meas. Quoniam à te eruar à tentatione.) Quoniam non à me,sed à te eruar à tentatione. Et in deo meo transgrediar murum.) Et nõ in me,sed in deo meo trãsgrediar murum,quem inter homines & cæleſtem Hierusalem peccata erexerunt.

Deus meus immaculata via eius.) Deus meus non venit in homines,nisi mundauerint viam fidei qua veniat ad eos, quia immaculata est via eius. Eloquia domini igne examinata.) Eloquia domini igne tribulationis vrebantur. Protector est omniũ sperantium in se.) Et omnes,qui non in seipsis,sed in illo sperant,eadem tribulatione non consumuntur. Spes.n.sequitur fidem.

Quoniam quis deus præter dñm?) Qm̃
2. Reg. quis deus præter dominum cui seruimus.
22. Et quis deus præter deum nostrum?) Et quis deus præter dominum, quem post bonam seruitutem,tanquam hæreditatem speratis filij possidemus? Deus qui præcinxit me virtute.) Deus qui præcinxit me vt fortis sim, ne diffluentes sinus cupiditatis impediant operatur & gressus meos. Et posuit immaculatum viam meam. Et posuit immaculatam viam charitatis, qua ad illũ veniam, sicut immaculata est via fidei qua A
venit ad me. Qui perfecit pedes meos 2.Reg.
tanquam cerui.) Qui perficit amorem 22.
meum ad transcendenda spinosa & vmbro Psc.143
sa implicamenta huius seculi. Et super excelsa statuet me.) Et super cœlestem habitationem figet intentionem meam, vt implear in omnem plenitudinem dei. Qui docet manus meas ad prælium.) Qui docet me operari ad superan os inimicos, q̃ nobis intercludere cœlestia regna conantur. Et posuisti,vt arcum æreum brachia mea.) Et posuisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum. Et dedisti mihi protectionem salutis meę,& dextera tua suscepit me.) Et fauos gratiæ tuæ suscepit me. Et disciplina tua me dierxit in finem.) Et correptio tua me deuiare nõ sinens direxit, vt quicquid ago, in eum finem referam,quo cohæretur tibi. Et disciplina tua ipsa me docebit.) Et eadẽ correptio tua me docebit peruenire quo direxit. Dilatasti gressus meos subter me.) Ne impediant carnales angustiæ,quoniam latam fecisti charitatem meam operantem hilariter, etiam de ipsis quæ subter me sunt mortalibus rebus, & membris. Et non sunt infirmata vestigia mea.) Et non sunt infirmata siue itinera mea siue signa, quæ B
impressi ad imitandum sequentibus. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos.) Persequar affectus carnales meos, nec ab eis comprehendar,sed comprehendam illos vt absumantur. Et non conuertar ad quietem,donec deficiant, qui obstrepunt mihi. Confringam illos,nec poterunt stare.) Confringam illos,nec durabunt aduersum me. Cadent subtus pedes meos.) Calcatis illis,præponam amores quibus ambulo in æternum. Et præcinxisti me virtute ad bellum.) Et constrinxisti fluentia desideria carnis meæ virtute, ne in tali pugna præpedirer. Supplantasti insurgentes in me.) Decipi fecisti eos, qui me insequebantur, vt subter me fierent, qui super me esse cupiebant.

Et

Et inimicos meos dediſti mihi dorſum.) Et inimicos meos conuertiſti, & dorſum mihi eos eſſe feciſti, id eſt, vt ſequerent me.

Et odio habentes me diſperdiſti.) Alios autem eorum, qui in odio perdurauerunt, diſperdidiſti. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret.) Quis enim ſaluos faceret, quos tu non ſaluos faceres? Ad dominũ,

C nec exaudiuit eos.) Nec ad quemlibet, ſed ad dominum clamauerunt, nec exauditione dignos iudicauit, non recedentes a malitia ſua. Et comminuam illos, vt puluerẽ ante faciem venti.) Et comminuam illos, Aridi enim ſunt, non recipientes imbrem miſericordiæ dei, vt elati atque inflati ſuperbia, à ſpe firma & inconcuſſa, tanquam à terræ ſoliditate & ſtabilitate rapiantur.

Vt lutum platearum delebo eos.) Per latas quas multi ambulant perditionis vias luxuriantes & lubricos delebo eos. Erues me de contradictionibus populi.) Erues me de contradictionibus eorum, qui dixe-
Ioã. 11. runt, Si dimiſerimus eum, omne ſeculum poſt illum ibit. Conſtitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi.) Populus gentium, quem corporali præſentia non viſitaui, ſeruiuit mihi.

In obauditu auris obediuit mihi.) Neque oculis me vidit, ſed recipiens prædicatores meos, in obauditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt.) Filij non
Ioan. 8. mei dicendi ſed potius alieni, quibus recte dicitur, Vos ex patre diabolo eſtis, mentiti ſunt mihi. Filij alieni inueterauerunt.) Filij alieni, quibus vt renouarentur, nouũ teſtamentum attuli, in vetere homine remãſerunt. Et claudicauerunt à ſemitis ſuis.)

D Et tãquam vno pede debiles, quia vetus tenentes, nouum teſtamentum reſpuũt, claudi effecti ſunt etiam in ipſa vetere lege, potius traditiones ſuas ſequẽtes quàm dei. Calumniabantur enim diſcipulos de mani-
Mat. 14. bus non lotis, quia tales erant ſemitæ, quas ipſi fecerant & conſuetudine triuerãt, aberrando ab itinere præceptorum dei, Viuit
Rom. 8. dominus & benedictus deus meus.) Secundum carnem autem ſapere, mors eſt. Viuit dominus & benedictus deus. Et exaltetur deus ſalutis meæ.) Et non terrena conſuetudine de deo ſalutis meæ ſentiam, nec terrenam ipſam ſalutem, ſed in excelſo de illo ſperẽ. Deus q̃ das vindictã mihi.) Deus q̃ uindicas me, ſubdendo populos ſub me.

Liberator meus de inimicis meis iracũdis.) Liberator meus de inimicis meis iracundis, clamantibus, crucifige crucifige Iudæis. Ab inſurgentibus in me exaltabis me.) A Iudæis inſurgentibus in me pa- Ioã. 19.
tientem, exaltabis me reſurgentem. A viro iniquo eripias me.) A regno eorum iniquo erues me. Propterea confitebor tibi in 2. Reg.
gentibus domine.) Propterea tibi per me 22.
confitebuntur gentes domine. Et noſ & Ro.
tuo pſallam.) Et latius innoteſces bonis 15.
operibus meis. Magnificans ſalutes re- E
gis ipſius.) Deus qui magnificat vt admirabiles faciat ſalutes, quas eius filius dat credentibus. Et faciens miſericordiã Chriſto ſuo.) Deus qui facit miſericordiam Chriſto ſuo Dauid & ſemini eius vſque in ſeculum.) Ipſi liberatori manu potenti, qui vicit hunc mundum, & eos qui credunt in euangelio genuit in æternum. Quæcunque in hoc Pſalmo dicta ſunt, quæ ipſi domino proprie, id eſt, capiti Eccleſiæ cõgruere non poſſunt, ad Eccleſiam referenda ſunt. Totus enim Chriſtus hic loquitur, in quo ſunt omnia membra eius.

In Pſalmum decimumtertium octauum enarratio:
In finem Pſalmus ipſi Dauid.

TITVLVS notus eſt, nec dominus Ieſus Chriſtus hæc dicit, ſed de illo hæc dicuntur.

Expoſitio prima.

COELI enarrant gloriam dei.) Iuſti euangeliſtæ, in quibus deus tanquam in cœlis habitat, exponunt gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti, ſiue gloriam qua glorificauit patrem filius ſuper terram. Et opera manum eius annunciat firmamentum.) Et facta uirtutum domini noſtri annunciat firmamentum, fidu- F
cia ſpirituſſancti cœlum factum, quod antea timore terra erat. Dies diei eructat verbum.) Spiritus ſpiritalibus profert plenitudinem incommutabilis ſapientiæ dei, quod verbum in principio deus apud deũ eſt. Et nox nocti annunciat ſcientiam.) Et mortalitas carnis tanquam longe poſitis carnalibus, fidem inſinuando, annunciat futuram ſcientiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorũ.) Per quos non auditæ ſunt voces euangeliſtarum, cũ omnibus linguis euangelium prædicarent? In omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terra

verba

verba eorum. In ſole poſuit tabernacu-
Rom.10 lum ſuum.) Dominus autem vt aduerſus regna temporalium errorum belligeraret,
Matt.10: non pacem ſed gladium miſſurus in terram, in tempore vel in manifeſtatione poſuit tanquam militare habitaculum ſuum, hoc eſt, diſpenſationem incarnationis ſuæ. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.) Et ipſe procedens de vtero virginali, vbi deus naturæ humanæ tanquam ſponſus ſponſæ copulatus eſt. Exultauit ſicut gigas ad currendam viam.) Exultauit ſicut fortiſſimus, & cæteros homines incomparabili virtute procedens,

G non ad habitandum viam, ſed ad curren-
Pſal. 1. dam viam. Non enim in via peccatorum ſtetit. A ſummo cœlo egreſſio eius.) A patre egreſſio eius, non temporalis, ſed æterna, qua de patre natus eſt. Et occurſus eius vſque ad ſummum eius.) Et occurrit plenitudine diuinitatis vſque
Ioan. 1. ad æqualitatem patris. Et non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.) Cum autem verbum etiam caro factum eſt, & habitauit in nobis, mortalitatem noſtram ſuſcipiens, non permiſit vllum mortalium excuſare ſe
Matt. 5. de vmbra mortis, & ipſum enim penetrauit verbi calor. Lex domini immaculata conuertens animas.) Lex ergo domini ipſe eſt, qui venit legem implere non ſoluere.
1.Pet.2. Et immaculata lex qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, non premens animas ſeruitutis iugo, ſed ad ſe imi-
Matt.11. tandum libertate conuertens. Teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.) Teſtimonium domini fidele: quia nemo nouit patrem niſi filius & cui voluerit filius reuelare: quæ abſcondita ſunt à ſapientibus & reuelata paruulis, quoniam deus ſuperbis reſiſtit, humilibus au-
Iaco. 4. tem dat gratiam. Iuſtitiæ domini recte
1.Pet.5. lætificantes corda.) Omnes iuſtitiæ do-
H mini in illo rectæ, qui non docuit, quod ipſe non fecit vt qui imitarentur, corde gauderent, in eis quæ libere cum charitate facerent, non ſeruiliter cum timore. Præceptum domini lucidum illuminans oculos.) Præceptum domini lucidum, ſine velamento carnalium obſeruationum, illuminans hominis interioris aſpectum.

Timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi.) Timor domini non ille ſub lege pœnalis temporalia bona ſibi ſubtrahi perhorreſcens, quorum dilectione ani-

ma fornicatur: ſed caſtus quo eccleſia ſponſum ſuum, quanto ardentius diligit, tanto diligentius cauet offendere: & ideo non c. Et qa foras mittit conſummata dilectio timorem cũ c. ſeq. hunc, ſed permanet in ſeculum ſeculi. Cõc. 3 ſe. di. 44.

Iudicia domini vera iuſtificata in idipſum.) Iudicia eius, quia non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio vere iuſtificata iucommutabiliter. Neque Ioan. 5.
enim vel minatus vel pollicitus deus, quenquam fallit, aut quiſquam vel impijs ſupplicium vel pijs præmium eius poteſt eripere. Deſyderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum.) Siue multum ipſum aurum & lapidem, ſiue multum pretioſum, ſiue multum deſyderabilia: tamen deſyderabilia iudicia dei ſuper pom- I
pas huius ſeculi, quarum deſyderio fit vt non deſyderentur, ſed timeantur, aut contemnantur, aut non credantur iudicia dei. Quod ſi quiſque ipſe ſit aurum lapisque pretioſus vt igne non conſumatur, ſed aſſumatur in theſaurum dei, pluſquam ſeipſum deſyderat iudicia dei, cuius volũtatem præponit ſuæ. Et dulciora ſuper mel & fauum.) Et ſiue quiſq; iam ſit mel, qui iã ſolutus vitæ huius vinculis expectat diem, quo veniat in epulas dei: ſiue adhuc ſit fauus, vt quaſi cæra circumplicetur hac vita, non huic concretus, ſed implens eam: cui opus ſit aliqua præſſura, non opprimentis, ſed exprimentis manus dei, qua de temporali vita in æternam eliquetur: dulciora illi ſunt iudicia dei, quàm ſibi ipſe eſt, quia ſuper mel & fauum illi dulciora ſunt. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.) Nam non cuſtodienti amara dies domini. In cuſtodiendo illa retributio multa:) Non in aliquo extrapoſito commodo, ſed in eo ipſo quo iudicia dei cuſtodiuntur, multa retributio. Multa eſt, quia gaudetur in eis: Delicta quis intelligit?)

In delictis autem qualis ſuauitas poteſt eſſe, vbi non eſt intellectus? Quoniam delicta quis intelligit, quæ ipſum oculum claudunt, cui ſuauis eſt veritas, cui deſyderabilia & dulcia ſunt iudicia dei? Et ſicut te K
nebræ oculos, ita delicta mentem claudũt, nec lucem ſinunt videre nec ſe. Ab occultis meis munda me domine.) A cupiditatibus in me latẽtibus, mũda me dñe. Et ab alienis parce ſeruo tuo) Ne ſeducar ab alijs. Neq; n. alienis capitur, q̃ eſt mũdus à ſuis. Neq; ab alienis cupiditatibus, non Parce itaq;

ſuperbo

superbo & in sua potestate esse cupienti, sed seruo. Si mei non fuerint dominata tunc immaculatus ero.) Si mei non fuerint dominata occulta mea, & aliena peccata, tunc immaculatus ero. Non enim est certior origo peccati, præter occultum suum, quo cecidit diabolus, & alienum, quo seductus est homo vt consentiendo suum faceret. Et mundabor à delicto magno.) Quo alio nisi superbiæ? Non enim est maius delictum
Eccl. 10. quam apostatare à deo, quod est initium superbiæ hominis. Et vere ille immaculatus est, q etiam hoc delicto caret, quia hoc est vltimum redeuntibus ad deum, quod recedentibus primum fuit. Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis
L mei in conspectu tuo semp,) Meditatio cordis mei, non ad ...ctantiam placendi hominibus, quia iam nulla superbia est, sed in cõspectu tuo semper, qui conscientiã puram inspicis. Dñe adiutor meus & redemptor meus.) Domine adiutor meus, tẽdentis ad te: quoniam redemptor meus es tu vt tenderem ad te: ne quisquam vel sapientiæ suæ tribuens quod ad te conuertitur, vel viribus quod ad te peruenit, magis repellatur abs te, qui superbis resistis: quia mundatus non est à delicto magno, nec complacuit in conspectu tuo, qui redimis vt conuertamur, & adiuuas vt perueniamus ad te.

Expositio secunda de eodem Psalmo.

DEprecati dominum, vt ab occultis nostris mundet nos, & ab alienis parcat seruis suis, quid hoc sit, intelligere debemus, vt humana ratione, non quasi auiũ voce cantemus. Nã & meruli & psitaci & corui & picæ & huiuscemodi volucres sæpe ab hominibus docentur sonare quod ne sciunt. Scienter autem cantare, non aui sed homini diuina voluntate concessum est. Et quàm multi mali & luxuriosi sic cantãt, digna auribus suis & cordibus, nouimus & dolemus. Eo enim peiores sunt, quo nõ possunt ignorare quod cantant. Sciunt.n.se cãtare flagitia, & tamen cantant tanto libentius, quanto immundius, qm̃ tanto se putãt debere fieri lætiores, quanto fuerint turpiores. Nos autẽ qui in ecclesia diuina eloquia cantare didicimus, simul etiam instare debemus esse, quod scriptum est, Beatus po
Psal. 88. pulus qui intelligit iubilationem. Proinde charissimi quod consona voce cantauimus, sereno etiam corde nosse ac videre debemus. Rogauit enim dominum vnusquisque nostrum in hoc cantico & dixit deo, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo: Si mei non fuerint dominata tunc immaculatus ero, & mundabor à delicto magno. Quod vt bene sciamus quid sit, & quale hoc sit, ipsius Psalmi textum, quantum donat dominus, breuiter percurramus: Cantatur enim de Christo, quod euidenter ibi apparet, quia illic scriptum est, Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quis est enim sponsus, nisi cui desponsata est illa virgo ab Apostolo cui timet caste castus spõsi amicus, ne sicut 2. Co. 11.
serpens Euam fefellit astutia sua, sic & huius virginis sponsæ Christi sensus corrumpantur à castitate quæ est in Christo? In hoc ergo domino & saluatore nostro Iesu Christo, posita est magna & plena gratia, de qua dicit Apostolus Ioannes, Et vidimus Ioan. 1.
V gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Hanc gloriam. Cœli enarrant.) Cœli sancti sunt, eleuati à terra, portantes dominum, quanquam gloriam Christi cœlum etiam quodammodo narrauit, Quando narrauit? Quando nato eodem domino, stella noua quæ nunquam videbatur, apparuit. Sed ta Matt. 2.
men sunt veriores & sublimiores cœli, de quibus consequenter ibi dicitur, Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram Rom. 3.
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum nisi cœlorum? Quorum ergo nisi Apostolorum. Ipsi enarrant nobis gloriam dei, positam in Christo Iesu, per gratiam in remissionem peccatorum. Omnes enim peccauerunt & egent Rom. 3.
gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quia gratis, ideo gratia. Non est enim gratia nisi gratuita, quia nihil boni ante faceremus, vnde talia dona mereremur. Magis quia ne non gratis inferretur supplicium, ideo gratis præstitum est beneficium. Nihil præcesserat in meritis nostris, nisi vnde damnari deberemus. Ille autem non propter nostram iustitiam, sed propter suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Hæc est, B
inquam, gloria dei, hanc cœli enarraue- Ad Ti. 3
runt. Hæc est, inquam, gloria dei, non tua. Nihil enim boni fecisti, & tamen tantum bonũ accepisti. Si ergo pertines ad gloriam

Psal. 18. riam quam cœli enarrauerunt, dic domino
Enchi. e. deo tuo, Deus meus misericordia eius præ-
31. in fin. ueniet me. Præuenit.n.te, vtiq; præuenit,
&. 76. qa nihil in te boni inuenit. Præuenisti sup-
Rom. 4. plicium eius superbiendo: ille præuenit supplicium tuum peccata delendo. Tanq̃.n.ex peccatore iustificatus, ex impio pius factus, ex damnato in regnum assumptus, dic do-
Psal. 113 mino deo tuo, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Dicamus nõ nobis. Quibus.n.si quasi nobis? Dicamus inquam non nobis, quia si ita faceret sicut nobis nõ nisi pœnas infligeret nobis. Non nobis, sed nomini suo det gloriam, quia nõ secundum iniquitates nostras fecit nobis. Non ergo nobis domine, non nobis. Repetitio, confirmatio est. Nõ nobis dñe, sed nomini tuo da gloriam. Hoc illi nouerant cœli, qui enarrauerunt gloriam dei. Et opera manuũ eius annunciat firmamentũ.) Q d dictum est, gloriam dei, hoc repetitum est,
Gene. 2. opera manuũ eius: Quę opera manuũ eius?
C Non sicut quidam sentiunt, deus verbo fecit omnia, & tanquam præstantiorem cæte-
Gen. 1. ris hominem suis manibus fecit. Non ita
Ioan. 1. sentiendum est. Infirma est ista & non satis elimata sententia. Omnia.n.verbo fecit. Nam licet opera dei diuersa narrentur, in quibus hominem ad imaginem suam fecit, tamen omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod autem ad ma-
Psa. 101. nus dei attinet, & de cœlis dictũ est, Et opera manuũ tuarũ sunt cœli. Et ne putes etiã ibi cœlos sanctos dictos, subiecit, Ipsi peribunt, tu autem permanes. Ergo non solum homines, sed etiam cœlos qui pibunt, deus manibus suis fecit, cui dictum est, Opera
Psal. 94. manuum tuarum sunt cœli. Et de terra hoc idem dictum est. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam manus eius fundauerunt. Ergo si & cœlos manibus & terram manibus, non solum hominem manibus: & si cœlos verbo, & terram verbo, ergo & hominem verbo. Quod verbo, hoc manu: & quod manu, hoc verbo. Nõ enim humanis membris statura dei distincta est, qui vtique totus est, & nullo continetur loco. Quod ergo verbo fecit, sapientia fecit: quod manu fecit, virtute fecit. Christus est
1. Co. 1. autem dei virtus & dei sapientia. Omnia
D autem per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
Ioan. 1. ctum est nihil. Enarrarunt, enarrant, enarrabunt cœli gloriam dei. Enarrabunt, inquam, cœli, hoc est, sancti gloriam dei à terra suspensi, deum portantes, præceptis tonantes, sapientia coruscantes: illam, vt dixi, gloriam dei qua salui facti sumus indigni. Hanc indignitatem.i.qua digni non fuimus: agnoscit filius minor egestate constrictus. Agnoscit, inquam, hanc indignitatem filius minor à patre longe peregrinus, dæmonum cultor, tanq̃ porcorũ pastor, agnoscit gloriam dei, sed egestate constrictus. Et quia illa gloria dei facti sumus, quo digni non fuimus, dicit ad patrem suũ, Non sum Luc. 15.
dignus vocari filius tuus. Infœlix per humilitatem impetrat fœlicitatem, & eo se oñdit dignum quo confitetur indignum. Hãc gloriam dei cœli enarrant, & opera manuũ eius annunciat firmamentum. Cælum firmamentum, firmum cor, non timidum cor. Annunciata.n.sunt ista inter impios, inter aduersos deo, inter amatores mundi persecutoresq; iustorum, inter sæuientem mundum annunciata sunt ista. Sed sæuiens mũdus quid poterat facere, qñ firmamentum ista annunciabat? Annunciat firmamentũ. Quid? Opera manuum eius. Quæ sunt o- E
pera manuum eius? Gloria dei illa qua salui facti sumus, qua creati in bonis operibus sumus. Ipsius.n.sumus figmentum, creati Ephe. 2.
in Christo Iesu in operibus bonis. Non so- Psal. 99.
lum quippe homines, sed etiam iustos, si tamen sumus, ipse fecit nos & non ipsi nos. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.) Quid est? Forte planum & apertum est, Dies diei eructat verbum, apertum & planum, tanquam per diem. Quod autem nox nocti indicat scientiam, obscurum est tãquam per noctem, Dies diei, sancti sanctis, apostoli fidelibus, ipse Christus Matt. 5.
Apostolis, quibus dixit, Vos estis lumẽ mũdi. Apertum hoc videtur & cognitu facile. Quomodo autẽ nox nocti annunciat scientiam? Nonnulli hæc verba simpliciter intellexerunt, & forte hoc sit verum æstimantes, hac sententia significatum esse, quod tẽpore domini nostri Iesu Christi cũ in terra versaretur, Apostoli audierunt, hoc in posteros esse traiectum, tanq̃ de tpe in tempus, dies diei, nox nocti, prior dies posteriori diei, & prior nox posteriori nocti, quia hæc doctrina diebus & noctibus prædicat. Iste simplex intellectus cui sufficit suffi- F
ciat. Sed nonnulla verba scripturarũ obscuritate sua hoc profuerunt, q̃ multas intelligẽtias pepererunt. Itaq; hoc si planũ esset, vnum aliquid audiretis: quia vero obscure dictum,

dictum est, multa audituri estis. Est alius intellectus, dies diei, nox nocti: hoc est, spiritus spiritui, caro carni. Est alius, dies diei, spiritales spiritalibus: & nox nocti, carnales carnalibus. Vtriq; n. audiunt, & si nō vtrique similiter sapiunt. Illi n. audiunt tanq̄ verbum eructuatum: illi tanq̄ scientiam annunciatā. Quod n. ructuatur, præsentibus ructuatur: quod autem annunciatur, longe positis annunciatur. Possunt n. cœli sensus plures inueniri, sed adhibendus est modus propter angustias præsentis temporis. Dicamus autem & vnum aliquid, quod quidā velut conijcientes aperuerunt. Qñ dominus, inquiunt, Christus loquebatur Apostolis, dies diei eructabat verbum: quando Iudas dominū Christū prodidit Iudæis, nox nocti annunciabat scientiam. Nō sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiā tur voces eorum.) Quorum, nisi cœlorum illorum qui enarrant gloriam dei? Nō sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiā tur voces eorum. Legite Actus Apostolorum, quomodo veniente super eos spiritu sancto, omnes impleti sunt illo, & loqueban tur linguis omnium gentium, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Ecce non sunt loque læ neq; sermones, quorum non audiantur voces eorum. Sed non ibi tantum vbi impleti sunt sonuerunt. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ideo & nos hic loquimur. Sonus n. ille ad nos vsq; peruenit: sonus qui in omnem terram exijt, & si hæreticus ad ecclesiam nō intrat. Ideo sonus in omnem terram exijt, vt tu in cœlum intres. O pestilentiose, litigiose, pessime, & adhuc errare volens: o superbe fili, audi testamentum patris tui. Ecce quid planius, quid apertius: In omnem terram exijt sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nunquid expositore opus est? Quid contra te conaris? Partem vis in lite retinere, qui potes totū in concordia retinere? In sole posuit tabernaculum suum.) In manifestatione ecclesiam suam, non in occulto, non quæ lateat, non velut operta, ne forte fiat sicut opta super greges hæreticorum. Dictum est & cuidam in scriptura sancta, Quod tu in occulto fecisti, patieris in sole: hoc est, occulte malū fecisti, pœnas patieris in omni manifestatione. In sole ergo posuit tabernaculum suum. Quid tu hæretice fugis in tenebras? Christianus es, audi Christum: seruus es, audi dominum: filius es, audi patrē, emē dare, reuiuisce. Dicamus & de te, Mortuus erat & reuixit, & perierat & inuentus est. Non mihi dicas, vt quid me quæris si pij? Ideo n. te quæro, quia peristi. Noli, inquit, me quærere. Hoc sane vult iniquitas, qua diuisi sumus, sed non vult charitas qua fratres sumus. Improbus non essem, si quærerem seruum meum: & improbus dicor, qa quæro fratrem meum? Sic sapiat in quo fraterna charitas non est, ego tñ quæro fratrē meum. Irascatur, dum tñ quæratur, qui inuentus placatur. Quæro inquam fratrem meum, & interpello non contra illum, sed pro illo dominum meum. Nec dicam interpellās, domine dic fratri meo, vt teneat me cum hæreditatem: sed, dic fratri meo, vt teneat mecum hæreditatem. Quid ergo erras frater? Quid per angulos fugis? Quid latitare conaris? In sole posuit tabernaculum suum. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.) Puto q̄ agnoscas eum, ille tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam,) Ipse in sole posuit tabernaculū suū: hoc est, ille tanquam sponsus, cum verbum caro factum est in vtero virginali thalamū inuenit, atq; inde naturæ coniunctus humanæ, tanquam de castissimo procedens cubili, humilis misericordia infra omnes, fortis maiestate sup omnes. Hoc est enim gigas exultauit ad currendam viam: natus est, creuit, docuit: passus est, resurrexit, ascēdit. Cucurrit viam, non hæsit in via. Idem ipse ergo sponsus qui hæc fecit, ipse posuit in sole, hoc est, in manifestatione tabernaculum suum, hoc est, sanctam ecclesiam suā. Quam autem viam cito cucurrit vis audire? A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.) Postea vero quàm excurrit inde, & recurrendo remeauit, misit spiritum suum. Visæ sunt illę super quos venit, linguæ diuisæ velut ignis. Sicut ignis venit spiritus sanctus, fœnum carnis consumpturus, aurum coc̄turus & purgaturus: sicut ignis venit, & ideo sequitur. Et non est qui se abscondat à calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas.) Hoc est, spiritus sanctus. Testimonium domini fidele, sapientiam præstās paruulis. Non superbis, hoc est, spiritus sanctus. Iustitiæ domini rectæ,) non terrentes, sed, lætificantes corda.) Hoc est, spiritus sanctus. Præceptum domini lucidū illuminans

minans oculos.) Non hebetans, nō carnis oculos, sed cordis, non exterioris hominis sed interioris, hoc est, spiritus sanctus. Timor dñi,) non seruilis, sed castus.) Gratis amans, non puniri, timens ab eo quem. tremit, sed separari ab eo quē diligit. Iste est timor castus, non quē consummata charitas foras mittit. Sed, Permanens in seculū seculi.) Hic est spūs sanctus. i. hunc donat, hunc inserit spūs sanctus. Iudicia dñi vera iustificata in idipsum. Nō ad rixas diuisionis, sed ad congregationem vnitatis. Hoc est. n. in idipsum, hoc est, spūs sanctus. Ideo linguas omnium loqui fecit, in quos primo venio, quia omniū gentiū in vnitatē se congregaturū esse nunciauit. Quod tunc faciebat vnus homo accepto spiritu sancto, vt vnus homo linguis omnium loqueret: hoc modo vnus homo ipsa vnitas facit, linguis omnibus loquitur. Et mō vnus homo in omnibus gentibus lingis omnibus loqtur: vnus homo caput & corpus, vnus hō Christus & ecclesia: vir perfectus, ille sponsus, illa sponsa. Sed erunt, inquit, duo in carne vna. Iudicia dei vera iustificata in idipsum propter vnitatem. Desyderabilia sup aurum & lapidem precioſum multum.) Aut multum aurū, aut multū precioſum, aut multum desiderabilia, tam multū hoc hæretico parum. Non nobiscum amant idipsum & nobiscum confitentur Christum. Ipsum quem mecū confiteris Christum, ipsum ama mecum. Et qui idipsum non vult, recusat, recalcitrat, respuit, non illi est desyderabile hoc super aurum & lapidem precioſum multum. Audi aliud. Et dulciora, inquit, super mel & fauum.) Sed hoc aduersum est erranti, mel amarum est febrienti, dulce tamen & acceptabile sanato, quia charum est sanitati: desyderabilia super aurum & lapidem precioſum multum, & dulciora super mel & fauum. Nam & seruus tuus custodit ea.) Quam dulcia ista sint, custodiendo probat seruus tuus, non loquendo. Custodit ea seruus tuus, quia & nunc dulcia sunt, & in posterum salubria sunt. Nā; In custodiendo ea retributio multa.) Sed amans animositatem suam, nec videt hunc splendorem hæreticus, nec sentit dulcedinem. Delicta enim quis intelligit?) Pater ignoſce illis, quia nesciunt quid faciūt. Ideo, inquit, iste est seruus q̄ custodit hanc dulcedinem, suauitatem charitatis, amorē vnitatis. Ego, inquit, ipse qui custodio rogo te, quoniam delicta quis intelligit: ne mihi ut homini quædam surrepant, & qbusdā vt homo præoccuper. Ab occultis meis munda me domine.) Hoc ergo cātauimus, ecce ad hoc loquendo peruenimus. Dicamus, & cum intellectu cantemus & cantando oremus, & orando impetremus. Dicamus, Ab occultis meis munda me domine. Quis enim delicta intelligit? Si videntur tenebræ, intelligunturdelicta. Denique qñ nos delicti pœnitet, in luce sumus. Nam qñ quisq; ipo delicto inuolutus est, q̄si obtenebratis optisq; oculis nō videt delictū: quia si tibi tegatur, & carnis oculus, nec aliud vides, nec hoc vnde tegitur vides. Ergo deo dicamus, qui nouit videre quod purget, nouit inspicere qđ sanet: illi dicamus, Ab occultis meis munda me domine. Et ab alienis parce seruo tuo.) Delicta, inquit, mea inquinant me, delicta aliena affligunt me, ab his munda me, ab illis parce. Tolle mihi ex corde malam cogitationem, r pelle à me malum suasorem: hoc est, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Nam ista duo genera delictorum propria simul & aliena, etiam pr- mitus in exordio claruerunt. Diabolus suo delicto cecidit, Adam alieno deiecit. Hic ipse dei seruus custodiens iuditia dei, in quibus retributio multa, & in alio psalmo sic orat, Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Non veniat, inquit, mihi pes superbiæ: hoc est, ab occultis meis munda me domine: & manus peccatorum non moueant me: hoc est, ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati.) Occulta mea, & delicta aliena.

Tunc immaculatus ero.) Hoc non suis viribus audet, sed dominum deprecat vt impleat, cui dicitur in Psalmo, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Noli timere si Christianus es dominum hominem, dominum deum tuum semper time: Malum in te time, hoc est, cupiditatem tuā, non quod in te deus fecit, sed quod tibiipse fecisti. Te dominus bonum seruum fecit, tu tibi in corde tuo malum dominum creasti. Merito subderis iniquitati, merito subderis domino quem tu tibiipse fecisti, qa ei q̄ te fecit subditus esse noluisti. Sed si mei, inquit, non fuerint dñati, tunc immaculatus ero. Et mundabor à delicto magno.)

Quo-

Quo putamus delicto? Quod illud est delictum magnũ? Forte aliud si quam dicturus sum, non tũ celabo quod sentio. Delictum magnum arbitror esse superbiã. Hoc fortasse & aliter significatum est in eo qđ ait. Et emundabor à dlicto magno. Quæramus quàm magnum sit hoc delictum, qđ deiecit angelum, quod ex angelo fecit diabolum, eiq; in æternum intercluſit regnũ cœlorũ? Magnum hoc delictum est, & caput ateq; causa omniũ delictorum. Scriptũ
Eccl.10. est enim Initium peccati omnis superbia.
Et ne quasi leue aliquid contemnas, Initium, inquit, superbiæ hominis apostatare à deo. Non leue malum est hoc vitium, fratres mei: huic vitio in his personis, quas videtis amplas, & plicet humilitas Christiana. Propter hoc vitium dedignantur colla subdere iugo Christi, obligati arctius iugo peccati. Non enim seruire non eis continget, nam nolunt seruire, sed eis expedit seruire. Nolendo seruire nihil aliud agunt, q̃ vt bono domino non seruiant, non vt omnino non seruiant: quia qui noluerit seruire charitati, necesse est vt seruiat iniquita-
C ti. Ab hoc vitio quod est caput omnium vitiorum, quia inde cætera vitia nata sunt, facta est apostasia à deo eunte anima in tenebras, & male vtente libero arbitrio, peccatis & cæteris consecutis, vt & substantiam
Luc.15. suam dissiparet cum meretricibus, viuens pdige, & p egestatẽ fieret pastor porcorũ, qui erat socius angelorum. Propter hoc vitium, pp hoc magnum superbia peccatum deus humilis venit. Hæc causa, hoc peccatum magnum, iste ingens morbus animarũ omnipotentem medicum de cœlo deduxit, vsque ad formam serui humiliauit, contumelijs egit, ligno suspendit, vt per salutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Iam
Iaco.15. tandem erubescat homo esse superbus, pp
1.Pet.4. quem factus est humilis deus. Ita, inquit, mundabor à delicto magno, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et, per hoc, erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.) Nam si ab hoc magno delicto non mundabor, in cõspectu hominũ placebũt eloqa mea, non in conspectu tuo. Superba anima in conspectu hominũ vult placere: humilis anima in occulto vbi Deus videt vult placere: vt si placuerit hominibus de bono opere, illis gratuletur quibus placet bonum opus, non sibi cui sufficere debet, quia fecit bonũ opus. Glo- D
2.Co.1. ria nostra, inquit, hæc est, testimoniũ conscientiæ nostrę. Ideoq; dicamus etiam qđ sequitur. Domine adiutor meus & redemptor meus.) Adiutor in bonis, redemptor à malis. Adiutor vt habitem in charitate tua, redemptor vt liberes me ab iniquitate mea.

In Psalmum decimumnonum enarratio.
In finem Psalmus Dauid.

NOtus est iste titulus, nec Christus dicit, sed Christo dicit propheta, figura optandi, quæ ventura sunt canens. Exaudiat te dominus in die tribulatiõis.) Exaudiat te dominus in die qua dixisti, Pater clarifica filiũ tuum. Protegat te nomen Ioã.17. dei Iacob.) Ad te enim pertinet populus posterior natu, quia maior seruiet minori. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion Gen.13. tueatur te.) Faciens tibi sanctificatum corpus, Ecclesiam de speculatione tutam, quæ expectat quando venias ad nuptias. Memor sit omnis sacrificij tui.) Memores nos faciat omniũ iniuriarũ tuarum & contume-
E liarũ, quas pro nobis pertulisti. Et holocau stum tuum pingue fiat.) Et crucem qua totus oblatus es deo, in lætitiam resurrectionis conuertat. Tribuat tibi dominus secundum cor tuũ.) Tribuat tibi dñs scđm cor eorum qui putauerunt persequendo te posse deleri: sed secundum cor tuum, quo scisti quid vtilitatis haberet passio tua. Et omne Ioã.15. consilium tuum compleat.) Et compleat Ioã.12. omne consilium tuum, non solũ quod ani- Rom.11 mam tuam posuisti pro amicis tuis, vt mortificatum granum copiosius resurgeret: sed etiã qp cæcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Exultabimus in salutari tuo.) Exultabimus qp tibi mors nihil nocebit: ita enim nec nobis eam nocere posse monstrabis. Et in nomine domini dei nostri magnificabimur.) Et confessio tui nominis non solum non perdet, sed etiam magnificabit nos. Impleat dñs omnes petitiones tuas.) Impleat dominus non solum petiones quas habuisti in terra, sed etiam quibus in cœlo interpellas pro nobis. Nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum.) Nunc mihi per Prophetam demonstratum est, quoniam resuscitabit dominus Christum suum. Exaudiet illum

F lum de cœlo sancto suo.) Exaudiet illum
Ioã. 17. non de terra tãtum, vbi se petiit clarificari,
Rom.8. verumetiam de cœlo, vbi iam ad dexteram patris interpellans pro nobis, diffundat inde spiritum sanctum super credentes in se.
Acto.2. In potentatibus salus dexteræ eius.) Poten
2.Co.12 tatus nostri sunt, salus fauoris eius, cũ etiã
Psal.59. de tribulatione dat auxilium, vt qñ infirmamur tunc potentes simus. Nam vana est laus hominum, quæ non dexteræ, sed sinistræ eius est. Hæc n. extolluntur in magnã superbiam, quicunq; peccantes, temporaliter salui facti sunt. Hi in curribus & hi in equis.) Hi volubili successione tpalium bonorum trahuntur, & hi superbis præferuntur honoribus atque in his exultant. Nos autem in nomine dñi dei nostri exultabimus.) Nos autẽ spem figentes in æternis, neq; gloriam nostram quærentes, in nomine domini dei nostri exultabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt.) Et ideo ipsi
Ioã. 11. tpalium rerum cupiditate obligati sunt, ti-
Rom.9. mentes parcere dño, ne à Romanis perde-
Rom.11. rent locum: & irruentes in lapidem offen-
Rom.10 sionis & petram scandali, de spe cœlesti ceciderunt: quibus cæcitas ex parte Israel facta est, ignorantibus dei iustitiam, & suam
G uolentibus constituere. Nos vero surreximus & erecti sumus.) Nos vero vt populus gentium intraret de lapidibus excitati filij
Matt.3. Abraham, qui non sectabamur iustitiam,
Rom.1. apprehendimus eam & surreximus, nec viribus nostris, sed per fidẽ iustificati erecti sumus. Dñe saluũ fac regem.) Dñe saluũ fac regem, vt ipse qui nobis præliandi exemplum passione sua mõstrauit, offerat etiam sacrificia nostra sacerdos excitatus à mortuis & in cœlo constitutus. Exaudi nos in die qua inuocauerimus te.) Quoniam pro nobis offers te, exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In Psalmum vigesimum enarratio.
In finem. Psalmus ipsi Dauid.

Ioan. 1. TItulus notus est, de Christo canitur. Dñe in virtute tua lætabitur rex.) Dñe in virtute tua, quod verbum caro factum est, lætabitur homo Christus Iesus. Et super salutare tuum exultabit vehementer. Et super hoc quod viuificas omnia exultabit vehementer. Desyderium
Luc.22. animæ eius dedisti ei.) Desyderauit mãdu
Ioan.19. care pascha, & ponere cũ vellet atq; iterum cum vellet sumere animã suã, & dedisti ei.
Et voluntate labiorum eius non fraudã H sti eum.) Pacem meam, inquit, relinquo vobis: & factum est. Qm̃ præuenisti eum in Ioan.14. benedictionibus dulcedinis.) Qm̃ prius hauserat benedictionẽ dulcedinis tuæ, fel peccatorũ nostrorũ non nocuit ei. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.) In principio sermonis eius accedentes ambierunt eum lapides pretiosi, discipuli sui, à quibus exordiũ annunciationis eius fierẽ. Vitã petijt & dedisti ei.) Resurrectionem Ioan.17. petijt dicens, Pater clarifica filium tuum, & dedisti ei. Longitudinẽ dierum in seculum, & in seculũ seculi.) Longa tpa seculi huius quæ haberet ecclesia, & deinceps æternitatẽ in seculũ seculi. Magna est gloria eius in salute tua.) Magna est quidẽ gloria eius in salute qua eũ resuscitasti. Gloriam & magnum decorem impones super eum.) Sed adhuc gloriam & magnum decorem addes ei, cum in cœlo collocabis ad dexterã tuã. I
Qm̃ dabis ei bñdictionẽ in seculũ seculi.) Hæc est bũdictio quam ei dabis in seculum seculi. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.) Lætificabis eum scđm hominẽ cũ vultu tuo quem leuauit ad te. Qm̃ rex sperat in dño.) Qm̃ rex non superbit, sed humilis corde sperat in dño. Et in altissimi misericordia non cõmouebitur.) Et altissimi misericurdia non conturbabit humilitatẽ eius, atq; obedientiã vsq; ad mortem crucis. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.) Inueniatur ò rex potestas tua, cũ ad iudicandum veneris omnibus inimicis tuis, qui eam in humilitate tua non intellexerũt. Dextera tua inueniet oẽs qui te oderunt.) Claritas qua regnas ad dexteram patris, inueniat in die iudicij punicndos oẽs qui te oderunt, quia nũc ipsi nõ inuenerũt eam. Pones eos vt clibanum ignis.) Constitues eos ardentes intrinsecus, conscientia impietatis suæ. In tpe vultus tui.) In tpe manifestationis tuæ. Dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.) Deinde conturbati vindicta dñi, post accusationem conscientiæ, dabuntur igni æterno deuorandi. Fructum illorum de terra perdes.) Fructum illorum quia terrenus est, perdes de terra. Et semen eorũ à filijs hominum.) Et opera illorum vel quoscunq; seduxerũt non deputabis inter filios hominum, quos in hæreditatem sempiternam vocasti. Quoniam declinauerunt in te mala.) Hæc K

aût pœna retribuetur eis,qm̃ mala quæ sibi immineret regnante arbitrabantur, in te occidendum detorserunt. Cogitauerunt consilium quod non potuerunt stabilire.) Cogitauerunt consilium dicentes, Expedit Ioan. 11 vnum pro omnibus mori, quod non potuerunt stabilire nescientes quid dixerunt. Qm̃ pones eos dorsum.) Qm̃ ordinabis eos in his à quibus postpositis & contemptis auerteris. In reliquijs tuis præparabis vultũ eorũ.) Et in his quæ relinquis,id est,in cupiditatibus regni terreni præparabis tibi ad passionem impudentiam eorũ. Exaltare dñe in virtute tua.) Quem humi lem non cognouerunt, exaltare domine in virtute tua,quem infirmitatem putauerũt. Cantabimus & psallemus virtutes tuas.) Corde & op.. celebrabimus & nota faciemus mirabilia tua.

In Psalmum vigesimum primũ enarratio.

In finem pro susceptione matutina. Psalmus Dauid.

L IN finem pro resurrectione sua ipse dñs Iesus Christus loqtur. Matutina.n.fuit prima sabbati resurrectio eius, qua susceptus est in æternam vitam, cui mors vltra Rom. 9. non dñabitur. Dicuntur autem ista ex persona crucifixi, nam de capite Psalmi huius sunt verba quæ ipse clamauit cum in cruce penderet, personã etiam seruans veteris hominis,cuius mortalitatem portauit. Nã vetus homo noster cõfixus est cruci cum illo.

Expositio prima.

Psa. 118 DEus deus meus respice in me, quare ne dereliquisti longe à salute mea?) Longe factus es à salute mea, qm̃ longe est à peccatoribus salus, Verba delictorum meorũ.) Nã hæc verba sunt non iustiaiæ,sed delictorũ meorum. Vetus.n.homo confixus est cruci. Loquitur etiam causam ignorans,quare eum dereliquerit deus, aut certe longe à salute mea sunt verba delictorum meorũ. Deus meus clamabo ad te per diẽ nec exaudies.) Deus meus clamabo ad te in rebus prosperis huius vitæ vt nõ mutentur,nec exaudies, quia verbis delictorũ meorũ ad te clamabo. Et nocte & non ad insipientiã mihi.) Et in aduersis vtiq; huius vitæ clamabo vt prospicerentur,& similiter M non exaudies. Neq; hoc facis ad insipientiã mihi,sed potius vt sapiam quid clamare me velis, non verbis delictorum ex desyderio talis vitæ, sed verbis conuersionis ad te vitam æternam. Tu autem in sancto habitas laus Israel.) Tu autem in sancto habitas, & ideo immunda delictorum verba non Gene. exaudies. Laus videntis te,non eius qui landẽ suam quæsiuit in gustando vetito cibo, vt apertis corporis oculis suis abscondere se conaretur a conspectu tuo. In te sperauerunt patres nostri,) Oẽs iusti.s.nõ quærentes suam laudẽ,sed tuam. Sperauerunt & eruisti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt.) Ad te clamauerunt,nõ verbis delictorum à quibus longe est salus, & ideo salui facti sunt:. In te sperauerunt & non sunt confusi.) In te sperauerunt,nec eos refellit spes. Non enim in se illam posuerunt. Ego autem sum vermis & non homo.) Ego autem iam non ex persona Adam loquens, sed ego proprie Iesus Christus sine semine in carne natus sum, vt essem in homine vltra homines, vt vel sic dignaretur imitari humana superbia humilitatem meã. Opprobrium hominum & abiectio plebis. In qua factus sum opprobrium hominum, ita vt pro conuitioso maledicto diceretur, Tu sis discipulus eius: & plebs me contemneret. Omnes qui conspiciebant me subsannabant me.) Omnes qui conspiciebant me irridebant me. Et locuti sunt labijs & mouerunt caput.) Et locuti sunt,non in cor Ioan. de, sed in labijs: nam irridentes mouerunt caput,dicentes, Sperauit in dominũ, eruat eum,saluum faciet eum quoniam vult eũ.) Hæc verba erant, sed in labijs dicebantur.

Quoniam tu es qui extraxisti me de vẽtre.) Quoniã tu es qui extraxisti me de vẽtre,non solum de illo ventre virginali,nam omnibus hominibus lex ista nascendi est, vt de ventre extrahantur, sed etiam de ventre iudaicæ gentis, cuius tenebris obtegitur,& nondum in lucem Christi natus est, quisquis in carnali obseruatione sabbati & circuncisionis cæterorumque talium salutem ponit. Spes mea ab vberibus matris meæ.) Spes mea deus, non ex quo vberibus virginis lactari cœpi: nam & ante vtique, sed ab vberibus synagogæ, sicut de ventre dixi, exsraxisti me, ne carnalem consuetudinem fugerem. In te confirmatus sum ex vtero.) Ipse est vterus synagogæ, qui me non pertulit, sed iactauit me: non autem cecidi, quia continuasti me.

B sti me. De ventre matris meæ.) Nõ fecit ventre matris meæ vt tanquam paruulus oblitus essem tui. Deus meus es tu,ne discedas a me. Quoniã tribulatio iuxta est.) Deus meus ergo es tu,ne discedas a me,qm̃ tribulatio iuxta me ẽ,nã ẽ in corpore meo. Quoniã est qui adiuuet.) Quis.n.adiuuat, si non tu adiuuas? Circundederunt me vituli multi.) Circundedit me multitudo luxuriantis plebis. Tauri pingues obsederũt me.) Et princeps eius de oppressione mea læti,obsoderunt me. Aperuerunt in me os 19. suũ.) Aperuerunt in me os, non de scripturis tui,sed de cupiditatibus suis. Sicut leo rapiens & rugiens.) Sicut leo cuius rapina est,qđ apprehẽsus abductus sum,& rugiẽs, crucifige crucifige. Sicut aqua effusus sũ & dispsa sunt omnia ossa mea.) Sicut aqua effusus sum,vbi lapsi sunt persecutores mei & timore dispersa sunt a me firmamenta corporis,hoc est ecclesia,discipuli mei. Factũ est cor meũ sicut cæra liquescens in medio ventris mei.) Sapientia mea quæ in sanctis libris de me conscripta est,tanquã dura & clausa non intelligebatur:sed postq̃ ignis C meæ passionis accesit, liquefacta manifesta & excepta est in memoriã ecclesiæ meæ. Exaruit velut testa uirtus mea.) Exaruit passione uirtus mea,non uelut fœnum, sed velut testa quæ fit igne firmior. Et lingua mea adhæsit faucibus meis.) Et seruauerunt apud se præcepta mea illi, per quos locuturus eram. Et in puluerem mortis deduxisti me.) Et in impios morti destinatos, quos tanq̃ puluerem proiicit ventus a facie terre,deduxistis me,Qm̃ circundederunt me canes multi.) Qm̃ circundederunt me,non pro veritate,sed pro consuetudine, latrãtes multi,Concilium malignantium circundedit me.) Concilium malignantium obsedit me. Foderũt manus meas & pedes meos.) Foderũt clauis manus meas,& pedes meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea.) Dinumerauerunt in ligno crucis extenta omnia ossa mea.) Ipsi vero considerauerunt & cõspexerunt me.) Ipsi vero ideſt non mutati, considerauerunt & conspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea & super ve- Mat. 27 stem meam miserunt sortem. Tu autem Ioa. 19. domine ne longe feceris auxilium tuum a me.) Tu autem domine,non in fine sicut cæteros, sed statim resuscita me.

In defensionem meam aspice.) Aspice ne quid mihi noceat. Erue a framea animam meam.) Erue animam meam a lingua D diffensionis. Et de manu canis vnicam meam.) Et de potestate populi ex consuetudine latrantis ecclesiam meam, Saluum me fac de ore leonis.) Saluum me fac de ore regni secularis. Et a cornibus unicornium humilitatem meam.) Et a sublimitatibus superborum se singulariter erigentium consortesq; non ferentium saluam fac humilitatem meam. Narrabo nomen tuum Heb. 12. fratribus meis.) Narrabo nomen tuum humilibus & se inuicem diligentibus, sicut a me dilecti sunt fratribus meis. In medio ecclesiæ cantabo te. In medio ecclesiæ gaudẽs prædicabo te Qui timetis dominum laudate eum.) Qui timetis dominum noli te q̃rere laudem uestram, sed ipsum laudate.

Vniuersum semen Iacob magnificate eũ.) Vniuersum semen eius cui maior seruiet, magnificate eum. Timeat eum omne semen eius cui maior seruiet, magnificate eum. Timeat eum ómne semen Israel.) Timeant eum omnes ad nouam uitam nati,& ad visionem dei reparati. Quoniam non spreuit neq; despexit precem paupe- E ris.) Quoniam non spreuit precem.non illius qui uerbis delictorum clamans ad deũ vitam vanam transire nolebat: sed precem pauperis non tumentis in pompis trãseuntibus. Neq; auertit faciem suam a me.) Sicut ab illo qui dicebat, Clamabo ad te nec exaudies. Et cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea.) Non.n.laudẽ meam quæro, quia tu mihi es laus qui in sancto habitas & iam sanctum te deprecantem exaudi laus Israel. In ecclesia magna confitebor tibi.) In ecclesia orbis terrarum confitebor tibi. Vota mea reddam coram timentibus eum.) Sacra corporis & sanguinis mei reddam coram timentibus eum. Edent pauperes & saturabuntur.) Edent humiles & contemptores seculi & imitabuntur. Ita.nec copiam huius seculi concupiscent, nec timebunt inopiam. Et laudabunt dominum qui requirunt eum.) Nam laus dñi est eructatio saturitatis illius. Viuent corda eorũ in seculum seculi. Nam tibus, ille cordis est. Commemorãbuntur & conuertẽtur ad dñm uniuersi fines terræ.) Commemorabuntur: exciderat.n.gentibus mortaliter natis & in exteriora tendentibus,& conuertantur ad dominum vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspe- F ctu eius vniuersæ patriæ gentium.) Et

adorabunt in cõscientijs suis uniuersæ patriæ gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Quoniam domini est regnum, non superborum hominum, & ipse dñabitur gentium. Mãducauerũt & adorabũt oẽs diuites terræ.) Manducauerunt corpus humilitatis domini sui etiam diuites terræ, nam sicut pauperes saturati sunt usq; ad imitationem, sed tñ adorauerunt. In cõspectu eius procident uniuersi qui descendunt in terrã.) Solus enim uidet qũo porro cadant uniuersi qui cœlestem conuersationem deserentes, in terra eligũt beati apparere hominibus nõ uidẽtibus ruinam eorum. & anima mea ipsi viuet.) Et anima mea, quæ in cõtemptu seculi huius quasi mori uidet hominibus, nõ sibi sed ipsi uiuet, & semen meum seruiet illi,) Et opera mea uel per me credentes in eum seruient illi. Annunciabitur domino generatio uentura.) Annunciabitur in honorem domini generatio noui testamenti.

Et annunciabunt cœli iustitiam eius.) Et annunciabunt euangelistæ iustitiam eius. Populo qui nascetur quem fecit dominus.) Populo nascetur ex fide domino.

Præfatio in secundam expositionem huius psalmi.

G QVod taceri dominus noluit, per scripturas suas nec a nobis tacendum est, & a vobis audiendo. Passio domini
4.sen.di. 12. Post hæc sicut scimus, semel facta est, semel.n. Christus mortuus est, iustus pro iniustis. Et scimus & certum habemus & fide immobili retinemus, quia Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors ei vltra non dñabitur. Verba ista Apostoli sunt, tamẽ ne obliuiscamur quod factum est semel, in memoria nostra semel omni anno fit. Quoties pascha celebratur, nũquid toties Christus moritur? Sed tñ anniuersaria recordatio quasi repræsentat quod olim factum est, & sic nos facit moneri tanq̃ uideamus in cruce pendentẽ dñm, non tñ irridentes sed credentes. Pẽdens. n. in ligno irrisus est, sedens in cœlo adoratur. An forte adhuc irridetur & iam non est irascendum Iudæis, qui vel mortentem deriserunt, non regnantem? Et quis est qui Christum adhuc irrideat? Vtinam vnus esset, vtinam duo, utinam numerari possent. Tota palea aree ipsius irridet eum, & gemit triticum irrideri dominum. Hoc volo gemere vobiscum. Tps est. n. lugendi, passio domini celebratur: tempus gemendi est, tps flendi, tps confitendi & deprecandi. Et quis nostrum est idoneus ad effun H
dendas lacrymas pro dignitate doloris tanti? Sed quid modo ait Propheta? Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? Si vere fons lacrymarũ esset In Dom
in oculis nostris, nec ipse sufficeret. Irridet tistas.
Christũ in re aperta, in ea re vbi nemo potest dicere non intellexi. Posidenti. n. uniuersum orbem terrarum, pars offertur, & dicitur sedenti ad dexteram patris, ecce qd hic habes? & pro tota terra ostenditur illi sola Africa. Verba quæ modo audiuimus fratres, ubi ponimus? si posset de lacrymis scribi deberent. Quæ fuit mulier quę intrauit Matt.2
cum vnguento? Cuius typum portabat? Nonne ecclesiæ? Cuius figura erat illud vnguentũ? Nõne odoris domini boni, de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus 2.Co.
in omni loco? Ipsius. n. ecclesiæ insinuabat personam & Apostolus. Et qđ dixit sumus, fidelibus dixit. Et quid dixit? Christi bonus odor sumus in omni loco. In omni loco dixit Paulus Christi bonũ odorẽ esse omnea fideles, & contradicitur & dicitur Africa sola bene olet, totus mundus putet. Christi bonus odor sumus in omni loco: quis, dicit? Ecclesia: Hunc bonũ odorem significabat il I
lud vas vnguẽti quo perfusus est dominus. Videamus si non eum attestatur ipse dñs, dum quidem sua q̃rentes: auari, fures i. Iu- Matt.2
das ille diceret de illo vnguẽto, vt quid ista perditio? poterat res ista preciosa uenundari magno, & proficere pauperibus. Odorẽ enim bonũ Christi vendere volebat. Quid respõdebat dominus? Vt quid molesti estis mulieri? Bonum opus operata est in me. Et quid amplius dicam quando ipse dixit, Vbi cunque autem prædicabitur hoc euangelium in toto mundo, dicetur, & quod fecit mulier ista: est quod addere? est quod detrahere? Est quare aurem calumniatoribus accommodare volumus. Aut mentitus est dominus, aut fefellit illum? Eligant quid dicãt aut mentitam dicant veritatem, aut deceptã dicant veritatem, vbicunq; prædicabitur hoc euangelium. Et quasi quæreres, ab eo, Vbi enim prædicabitur? In toto mundo, inquit. Psalmum audiamus, videamus si hoc dicit. Audiamus quod plangendo cantatur, & vere digna res planctu quando cantatur surdis.

surdis. Miror fratres si hodie psalmus iste legitur & in parte Donati. Rogo vos fratres mei, confiteor uobis, nouit Christi misericordia, quia sic miror quasi lapidei ibi sint K
& non audiant. Quid apertius fratres dicitur, Passio Christi tam euidenter quasi euãgelium recitetur, & dictum est ante nescio quot annos q̃ dominus de Maria Virgine nasceretur, præco erat nuncians iudicem futurum. Legamus illum quantum angustia temporis patitur, non pro affectu doloris nostri, sed, vt dixi, quantum angustia temporis patitur.

Expositio secunda.

DEus deus meus respice in me, quare me dereliquisti?) Istũ uersum primũ in cruce audiuimus, vbi dominus di-
Matt.27 xit, Eli, eli, quod est deus meus, deus meus, lamma zabatani, qđ est, quare me dereliquisti. Interpretatus est illud euangelista, & dixit eum hebraice dixisse: deus meus deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Quid voluit dicere dñs? Non. n. derelinquerat illum deus cum ipse esset deus, vtiq; fi-
Ioan.13. lius dei, deus, vtiq; verbum dei deus. Audi a capite illum euangelistam, qui eructabat quod biberat de pectore dñi, videamus si deus est Christus, In principio erat verbũ,
Ioan. 1. & verbũ erat apud deum, & deus erat uerbũ. Ipsum ergo verbũ quod deus erat, caro L
factũ est, & habitauit in nobis. Et cũ verbũ
Mat.27. deus factũ esset caro, pẽdebat in cruce & dicebat. Deus meus, deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Quare dicitur, nisi quia corpus Christi ecclesia? Vt quid dixit,
Ephe.1. deus meus, respice in me, quare me dereliqsti, nisi quodammodo intentos nos faciens & dicens, Psalmus iste de me scriptus est? Longe a salute mea, verba delictorum meo
3.sen.di rum.) Quorum delictorum, de quo dictũ
sti.15.c. est, Qui pctm non fecit, nec inuentus est do
Quędã. lus in ore eius? Quo ergo dicit, delictorum
2.Pet.2. meorum: nisi quia pro delictis nostris ipse præcatur, & delicta nostra, sua delicta fecit, vt iustitiam suam, nostram iustitiam face-
3.sen.di. ret? Deus meus clamabo ad te per diem & sti. 15.c. non exaudies, & nocte & nõ ad insipientiã quædam mihi.) Dixit utiq; de me, de te, de illo. Cor tamẽ, & pus enim suum gerebat. i. ecclesiam. Nisi ea. ne ãt. forte putatis fratres quia quando dixit dñs, Mat.26. Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, Mat.10. mori timebat. Non est fortior miles q̃ imperator. Sufficit seruo ut sit sicut dñs eius. M
Paulus. n. dicit miles regis Christi, Compel Philip.1
lor e duobus, concupiscentiam hñs dissolui & esse cum Christo: ille optat mortem vt sit cũ Christo, & ipse Christus timet mortem? Sed quid nisi infirmitatem nr̃am portabat, & pro his qui adhuc timẽt mortẽ in corpe suo cõstitutis, ista dicebat. Inde erat illa vox membrorum ipsius vox erat, non capitis, sicut hic per diem clamaui & nõ exaudies. Multi. n. clamant in tribulatione & non exaudiuntur, sed ad salutem, non ad insipientiam. Clamauit Paulus vt auferret ab 2.Co.12
eo stimulus carnis, & non est exauditus: vt auferretur, & dictum est ei, Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur. Ergo non est exauditus: sed non ad insipientiã, sed ad sapientiã, vt intelligat homo medicũ esse deũ, & tribulationẽ medicamentũ esse ad salutem, nõ pœnam ad damnationẽ. Sub medicamento positus vreris, secaris, clamas, non audit medicus ad uoluntatem, sed audit ad sanitatem. Tu aũt in sancto habitas, laus Israel.) In illis habitas quos sanctificasti, & quos facis intelligere, quia ad vtilitatem quosdam non exaudis, & ad damnationem quosdam exaudis. Ad vtilitatem 2.Co.12
non est exauditus Paulus, ad damnationem Iob. 1.
exauditus est diabolus. Petijt Iob ad tentan Mat. 8.
dum, & concessum est. Dæmones petierunt se ire in porcos, & exauditi sunt. Dæmones A
exaudiuntur, Apostolus nõ exauditur. Sed illi exaudiuntur ad damnationem, Apostolus non exauditur ad salutem, quia non ad insipientiam mihi. Tu aũt in sancto habitas, laus Israel. Quare nõ exaudis & tuos? Quare dico ista? Mementote semper dici, deo gratias: & magna est hic multitudo, & qui non solent uenire, venerunt. Omnibus dico, quia in tribulatione positus christianus probatur, si non derelinquit deum suũ. Nam quando bene est homini, desertus est sibi christianus. Ignis intrat in fornacem, & fornax aurificis magni sacramenti res est. Ibi est aurum, ibi est & palea, ibi ignis in angusto operatur. Ignis ille non est diuersus & diuersa agit, paleam in cinerẽ uertit, auro sordes tollit. In quibus autem habitat deus, utiq; in tribulatione meliores fiũt tanquam aurum probati. Et si forte petierit inimicus diabolus, & concessum illi fuerit: siue aliquo dolore corporis, siue aliquo damno, siue amissione suorum, fixum cor habeat in illo qui se nõ subtrahit, & si quasi

subtrahit aurem plorant, sed apponit misericordiam deprecanti. Nouit quid agat q̃
B nos fecit, nouit & reficere nos. Bonus est structor qui ædificauit domum, & si aliqd ibi ceciderit, nouit resarcire Et uide quid dicat. In te speraueruut patres nostri, speraueruut & liberasti eos.) Et nouimus & legimus q̃ multos patres nostros sperãtes in se
Exo.18 eruit deus. Eruit ipsum populum Israel de
Dani.3 terra Aegypti: eruit tres pueros de camino
Ibidẽ.14 ignis, eruit Danielẽ de lacu leonẽ, eruit Su
Dan.13 sannã de falso crimine, omnes inuocauerũt & eruti sunt: nunquid defecit ad filium suũ vt cruce pendentẽ non exaudiret? Quare autẽ ipsum non eruit? Modo quid dixit? In te speraueruut patres nostri & liberasti eos. Ego autẽ sum vermis & non homo.) Vermis & non homo. Nam est & homo uermis, sed ille vermis & non homo. Vnde nõ homo? Quia deus. Quare ergo sic se abiecit vt diceret vermis? An quia uermis de carne sine concubitu nascitur, sicut Christus de Maria Virgine? Et vermis & tũ nõ homo. Quare vermis? Quia mortalis, quia de car-
Ioan. 1. ne natus, quia sine concubitu natus. Quare non hõ? Quia in principio erat verbũ, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Opprobrium hominum & abiectio
C plebis) Videte quanta passus. Iam ut dicamus passionem, & ad illam maiori gemitu veniamus: uidete quanta modo patitur, & deinde videte quare. Quis enim fructus? Ecce speraueruut patres nostri, & eruti sunt de terra Aegypti. Et sicut dixi, tam multi inuocauerunt, & statim ad tempus, non in futura uita, sed continuo liberati sunt. Ipse
Iob. 1. Iob diabolo petenti concessus est, putre-
Iob. 24. scens vermibus, tũ in hac uita recuperauit
Mat.27 salutem, duplo accepit quæ perdiderat. Dominus autem flagellabatur & nemo subueniebat: sputis deturpabatur, & nemo subueniebat, colaphis cædebat, & nemo subueniebat: spinis coronabatur, nemo subueniebat: leuabatur in ligno, nemo eruit: clamat, Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti: non subuenitur. Quare fratres mei? quare? Qua mercede tanta passus est? Omnia ista quæ passus est, pretium erat. Cuius rei pretio tanta passus est, recitemus, videamus quid dicat. Primum quæramus q̃ passus sit, deinde quare, & uideamus quam sint hostes Christi qui confitentur, quia tanta passos est, & tollunt quare. Hinc audiamus totum in isto Psalmo, & quę passus sit, & quare. Tenete ista duo, quid & quare. Modo ipsum quid explicem. Non ibi immoremur, & melius ad vos peruenient ipsa uerba Psalmi. Videte quæ patitur dominus, attendite christiani, Opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes qui videbant me subsannabant me, locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in domino eruat eum, saluum faciat eum quoniam vult eum,) Sed quare dicebant ista? Quia homo factus erat, dicebant, tanquam in hominem. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.) Nunquid dicerent talia in illud quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deũ? Verbum.n. illud per quod fa- Ioan.1.
cta sunt omnia, non extractum est de ventre, nisi quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quoniam tu extraxisti me de ventre. Deus meus ab vberibus matris meæ.) Nam ante secula pater meus, ab vberibus matris meæ deus meus. In te iactatus sum ex vtero,) Id est, vt mihi solus esses spes, iam tanquam homo, iam tanquã infirmus, iam uerbum caro factum est. De ventre matris meæ deus meus es tu.) Non de te deus meus: nam de te pater meus, sed de uentre matris meę, deus meus. Ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.) Videte desertum, uæ nobis si ipse nos deserat: quoniam non est qui adiuuet. Circundederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me.) Po- E
pulus & principes, populus uituli multi: princeps tauri pingues. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.) Audiamus rugitum ipsorum in euangelio, Crucifige crucifige. Sicut aqua effusus Ioan.19
sum, & dispersa sunt omnia ossa mea) Ossa sua firmos suos dicit. Ossa enim firma sunt in corpore. Quãdo dispersit ossa sua? Quãdo dixit illis, Ecce ego mitto vos velut a Mat.10.
gnos in medio luporum. Firmos suos dispersit, & sicut aqua effusus est. Aqua enim quando effunditur, aut ablust, aut irrigat. Effusus est Christus sicut aqua, ablu tu sunt sordentes, rigatæ sunt mentes.

Factum est cor meum tanquam cæra liquescens, in medio uentris mei.) Ventrem suum dicit, infirmos in ecclesia sua. Quomodo cor ipsius factum est sicut cæra? Cor ipsius, scriptura ipsius, id est, sapientia ipsius, quæ erat in scripturis. Clausa enim erat scriptura, nemo illam intelligebat. Crucifixus est dominus, & liquefacta Mat.27
est

est sicut cæra, vt omnes infirmi intelligerent scripturam. Nam inde & velum templi scissum est, quia quod velabatur, reue-
F latum est. Exaruit velut testa virtus mea.) Magnifice quod dixit, firmum factum est nomen meum de tribulatione Quomodo enim testa ante ignem mollis est, post ignẽ fortis, sit domini nomen ante passionem contemnebatur, post passionem honorificatur. Et lingua mea adhæsit faucibus meis.) Quomodo membrum illud in nobis non valet nisi ad loquendum, sic prædicatores suos linguam suam dixit adhæsisse faucibus suis, vt de interioribus eius caperent sapientiam. Et in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium circundedit me.) Etiam videte Euangelium. Foderuat manus meas & pedes meos.) Tunc facta sunt vulnera, quorum vulnerum cicatrices dubitans discipulus contrectauit ille qui dixit, Nisi
Ioã.20. misero digitos meos in cicatrices vulnerum eius, non credam, quando ei dixit, Veni mitte manum tuam incredule: & misit manum suam & clamauit, Dominus meus & Deus meus. Et ille, Quia vidisti me & credidisti, Beati qui non vident & credunt. Foderunt manus meas & pedes meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea.) Quando pendens extentus erat in ligno,
G non potuit melius describi extensio corporis in ligno, quàm vt diceret. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero consyderauerunt, & conspexerunt.) Consyderauerunt & non intellexerunt, & conspexerunt, & non uiderunt. Vsque ad carnem oculos, non vsque ad verbum cor
Mat.27. habuerunt. Diuiserunt sibi vestimenta mea.) vestimenta sua, sacramenta ipsius: Attendite fratres vestimenta ipsius, sacramenta ipsius potuerunt diuidi per hæreses, sed erat ibi vestimentum quod nemo diuisit.
Ioã.19. Et sup vestimentũ meũ miserunt sortẽ.) Erat ibi tunica, dicit Euãgelista desup texta. Ergo de cœlo, ergo à patre, ergo à spiritu sancto. Quæ est ista tunica, nisi charitas,
16.q.7.c. quam nemo potest diuidere? Quæ est ista Sicut dò tunica, nisi vnitas? In ipsam sors mittitur, mini. nemo illam diuidit, Sacramenta sibi hæretici diuidere potuerunt, charitatem non diuiserunt. Et quia diuidere non potuerunt recesserunt, illa autem manet integra. Sorte obuenit quibusdam, Qui habet hanc se curus est. Nemo illam mouet de ecclesia catholica. Et si foris illam incipiat habere, intromittitur quomodo ramus oliuæ à colũ Gene.8.
ba. Tu autem domine ne longe feceris auxilium tuum.) Et factum est. Nam post tri- H
duum resurrexit. In defensionem meam aspice. Erue à framea animam meam.) Id est, à morte. Framea.n. gladius est, & per gladiũ mortem intelligi voluit. Et de manus canis vnicam meam.) Animam meam vnicam meam, caput & corpus. Vnicam dixit, Ecclesiam. De manu.i. de potestate canis. Qui sunt canes? Qui canino more latrant, nec intelligunt contra quos. Nihil illis fit & latrant. Quid fecit cani transiens viam suam? Tamen ille latrat. Qui latrant cæcis oculis non discernentes contra quos aut pro quibus, canes sunt. Saluum me fac i.Per.5.
de ore leonis,) Leo rugiens nostris quis sit, circumiens & quærens quem deuoret. Et à cornibus vnicornium humilitatẽ meã.) Vnicornes non diceret, nisi superbos, ideo subiecit, humilitatem meam. Audistis quæ passus est. Et qd orauit vt eruatur ab istis. Attendamus modo quare passus est. Modo iam videte fratres, qui non est in ea forte, pp quã passus est Christus, quare christianus est? Ecce intelligamus quæ passus est. Dinumerata sunt ossa eius, irrisus est, diuisa sunt vestimenta eius, insuper missa est sors super vestem ipsius, circundederũt illum furentes & sæuientes, & dispersa sunt omnia ossa eius, Et hic audimus, & in euãgelio legimus. Videamus quare? O Chri- Heb.2.
ste fili dei, si nolles non paterereris, ostende nobis fructum passionis tuæ. Audi, inquit, fructum. Ego non taceo, sed surdi sunt homines, Audi, inquit, fructum quare passus sum ista omnia? Narrabo nomen tuum fratribus meis.) Videamus si in parte narrat nomen dei fratribus suis. Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio ecclesiæ cantabo te.) Fit hoc modo si videamus, Ipsa ecclesia quæ est? Nam dixit, In medio ecclesiæ cantabo te. Ecclesiam videamus propter quam passus est. Qui timetis dominum laudate eum.) Vbicunque timetur deus laudatur, ibi est ecclesia Christi. Videamus fratres mei, si his diebus per totum orbem terrarum sine causa dicitur, Amen & Alleluia. Non ibi timetur deus? Non ibi laudatur deus? Exiuit Donatus & ait, Prorsus non timetur, Totus mundus perijt, Sine causa dicitur,

Totus ergo mũdus perijt, & modica pars remansit in Africa. Ergo non dicit aliquid Christus vnde obturet ista ora? Non dicit aliquid, vnde eradicet linguas ista dicentiũ? Videamus ne forte inueniamus. Adhuc no
K bis dicitur in medio ecclesiæ. De ecclesia nostra dicit, Qui timetis dñm laudate eũ. Videamus si illi laudant dñm, & intelligamus si de ipsis dicit. Et si in medio ecclesiæ ipsorum laudatur, qũo laudant Christum, qui dicunt, Perdidit totum orbem terrarũ, diabolus illi totum abstulit, & in parte ipse remansit. Sed adhuc videamus vtrum apertius dicat, apertius loquatur. Non sit quod interpretari, non sit quod suspicari? Vniuersum semẽ Iacob magnificate eum) Forte adhuc dicunt, non sumus semen Iacob si sint, ipsi vide...nus. Timeat eum omne semen Israel.) Adhuc dicant, nos sumus semen Israel, permittamus, dicant. Qm nõ spernit neq; despexit deprecationem pauperum.) Quorũ pauperum? Non de se præsumẽtium. Videamus si pauperes sunt, qui dicunt, non sumus iusti. Christus clamat. Longe à salute mea delictorum meorũ. Sed adhuc dicant quod volunt. Neq; auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me.) Vt quid exaudiuit? Ad quã rem? Apud te est laus mea.) Apud deum posuit laudem suam, docuit non præsumi in homine, Adhuc dicant quod volunt, Iam
Psal. 18. quidem cœperunt vri, cœpit propinquare
L ignis. Non est qui se abscõdat à calore eius. Sed adhuc dicãt, & nos apud illum laudem nostram posuimus, & nos in nobis nõ præsumimus. Dicant adhuc, In ecclesia magna confitebor tibi.) Iam hic puto, quia cœpit interiora tangere. Ecclesia magna qd est, fratres? Nunquid exigua pars orbis terrarum, ecclesia magna est? Ecclesia magna, orbis totus est. Quomodo in ecclesia magna? Modo siquis velit Christo contradicere, dicit nobis, Tu dixisti, in ecclesia magna confitebor tibi. Quæ est ecclesia magna? Ad partem Africæ remansisse, est ecclesia magna. Totum mundum perdidisti, fudisti sanguinem pro toto, sed inuaforem passus es. Ista nos diximus domino, tanquã quærentes, scientes tamen quid dicturi. Ponamus nos nescire quid dicat, nonne nobis respondet: Quiescite, parcite, adhuc dico, vnde nemo dubitet. Expectemus ergo quid dicturus est. Iam ergo volebam pronuncia re, & non admittere homines aliud aliquid interpretari, cum dicat Christus in ecclesia magna, Et tu dicis, quia in extrema parte remansit. Et cum adhuc audent dicere, & no M
stra ecclesia magna est, Quid tibi videtur? Iam etiam audio. Si non dicitur aliquid, vn de obmutescant? Adhuc dicant, quia magna est ecclesia, Sola Numidia. Videamus adhuc dominum, Vota mea reddam coram timentibus eum.) Quæ sunt vota sua? Sacrificium quod obtulit deo Noetis quale sacrificium? Norunt fideles vota quæ reddit, coram timentibus eum Nam sequitur,

Edant pauperes & saturabuntur.) Beati pauperes, quia ideo edunt vt saturentur. Edunt enim pauperes: Qui autem diuites sunt non satiantur, quia non esuriunt. Comedent pauperes, Inde erat piscator ille Petrus, inde erat alius piscator Ioannes & Iacobus frater ipsius, inde erat etiam publicanus Matthæus de pauperibus. Ipsi erant qui comederunt & saturati sunt, talia passi, qualia manducauerunt. Cœnam suam dic, passionem suam dedit, Ille saturatur q imitatur. Imitati sunt pauperes, Ipsi enim sic passi sunt, vt Christi vestigia sequerentur. Edent pauperes, sed quare pauperes?

Et laudabunt dominum qui requirunt eum.) Diuites se laudant, pauperes dominum laudant. Quare sunt pauperes? Quia deum laudant, & dominum quærunt. Dominus est diuitiæ pauperum. Ideo inanis est domus, vt cor plenum diuitijs sit. Diuites quærant vnde arcam A
impleant, & pauperes quærant vnde cor impleant. Et cum impleuerint laudant dominum qui requirunt eum. Et videte fratres, qui vere pauperes sunt, cuius rei diuites sint, quia non in arca, non in horreo, nõ in apotheca. Viuent corda eorum in seculum seculi.) Ergo attendite, passus est dominus, omnia quæ audistis passus est dominus. Quærimus quare passus est & cœpit narrare, Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ cantsbo te.) Sed adhuc dicunt ista est ecclesia. Timeat eum omne semen Israel.) Dicunt, Nos sumus semen Israel. Qm non spreuit neque despexit preces pauperis.) Adhuc dicunt, nos sumus. Neque auertit faciem suam à me.) Ipse Christus dominus à se, id est, ab ecclesia sua: quæ est corpus ipsius. Apud te laus mea.) Vosipsos vultis laudare, sed respondent prorsus, & nos ipsum laudamus.

Vota mea domino reddam coram timentibus

mentibus eum.) Sacrificium pacis, sacrifitium charitatis, sacrificium corporis sui, Nolunt fideles. Disputari inde modo non potest, Vota mea reddam coram timentibus eum. Edãt publicani, edant piscatores,
B manducent, imitentur dñm, patiantur, saturentur. Mortuus est ipse dominus, moriuntur & pauperes. Additur & mors discipulorũ morti magistri. Quare? Da mihi fructũ. Commemorabuntur & conuertẽtur ad dñm vniuersi fines terræ.) Eia fratres, quid quæritis à nobis: quid respondeamus parti Donati? Ecce Psalmus, & hic legitur hodie, & ibi legitur hodie. Scribamus illum in frontibus nr̃is, cum illo procidamus, non quiescat lingua nr̃a, ista dicat: Ecce Chr̃s
Ioã. 19. passus est, ecce mercator ostendit mercedẽ, ecce precium quod dedit, sanguis eius fusus est: in sacco conferebat preciũ nostrũ, percussus est lancea, fossus est sactus, & manauit preciũ orbis terrarum. Quid mihi dicis ò hæretice? Non est preciũ orbis terrarum, si Africa sola redempta est. Nõ audes dicere, non totus orbis redẽptus est, sed perijt. Quem inuasorẽ passus est Christus, vt perderet rem suam? Ecce commemorabuntur, & conuertentur ad dñm vniuersi fines terræ. Adhuc latet te & dicat. Si diceret, fines terræ, & nõ diceret vniuersi fines terræ, dicere habebant, Ecce habemus fines terræ in Mauritania. Vniuersi fines terræ,
C dixit, O hæretice, vniuersi dixit, Qua exiturus vt euadas quæstionẽ? Non habes qua exeas, sed habes quo intres. Rogo vos, nolo inde disputare, ne dicaẽ: quia sermo meus aliqd valet. Psalmũ attendite. Psalmũ legite. Ecce Chr̃s passus est, sanguis eius fusus est, ecce redẽptor noster, ecce precium nostrũ. Quid emit, dicaẽ mihi? Quid interrogamus? Quid si mihi aliqs dicat, O stulte quid interrogas? Codicẽ portas, ibi habes vnde emit, ibi q̃re quid emit. Ecce ibi habes, Commemorabuntur & conuertentur ad dñm vniuersi fines terræ. Fines enim terræ cõmemorabuntur. Sed heretici obliti sunt, & ideo non audiũt omni anno. Putas ibi ponunt aures, quando lector ipsorũ dicit, Commemorabuntur & cõuertentur ad dominum vniuersi fines terræ? Eia forte vnus versus est, Aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit: attende, quia repetit & surdos pulsat, Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium.) Adhuc surdus est, non audit, pulsetur iterum. Quoniam domini est regnum & ipse dominabitur gẽtiũ.) Tres istos versus tenete fratres, hodie cantati sunt & ibi, aut forte deleuerunt eos. Credite mihi fratres mei, ita æstuo, ita vim patior, vt mirer nescio quam surditatem & du D
ritiam cordis ipsorum, vt aliquando dubitem, vtrum habeant illud in codi cibus. Hodie currunt omnes ad Ecclesiam, hodie omnes intenti audiunt Psalmum, omnes suspẽso corde audiunt. Sed facit, quia non sunt intenti. Nunquid vnus versus est, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ? Euigila, sed adhuc fricas oculos: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gẽtium. Excute somnum, Adhuc grauaris, audi, Quoniã domini est regnum, & ipse dominabitur gẽtium. Si est adhuc quod dicant nescio: litigent cum scripturis, non nobiscum. Ecce codex ipse, contra illum certent. Vbi est & lingua? Nos seruauimus scripturas, ne arderẽt. Seruatæ sunt, vnde tu ardeas. Quid seruasti? Aperi, lege, tu seruasti, & tu oppugnas, Quid seruasti à flamma, qđ delere vis lingua? Non credo, non credo, quia seruasti, prorsus non credo, non seruasti. Verisimile dicunt nostri, quia tu tradidisti. Ille probatur traditor, qui lecto testamẽto, non sequitur, Ecce legitur & sequor, legitur & recusas. Cuius manus misit in flammã, qui credit & sequitur, an qui dolet, quia est quod legatur? Nolo scire qui seruauerit, vndecũ E
que inuentus est codex. Testamentum patris nostri exiit de qualibet cauerna, nescio qui fures tollere volebant, nescio qui persecutores incendere volebant. Vndecunque prolatum est, legatur. Quare litigas? Fratres sumus, quare litigamus? Non intestatus mortuus est pater, fecit testamentum, & sic mortuus est, mortuus est & resurrexit. Tandiu contenditur de hæreditate mortuorum, quandiu testamentum proferatur in publicum: & cum testamẽtum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, vt tabulæ aperiantur & recitentur. Iudex intentus audit, aduocati silent, præcones silentium faciunt, vniuersus populus suspẽsus est, vt legantur verba mortui, non sentientis in monumento. Ille sine sensu iacet in monumento, & valent verba ipsius: sedet Christus in cœlo, & contradicitur testamento eius? Aperi legamus. Fratres sumus, quare contendimus? Placetur animus

noster,

noster, non sine testamento nos dimisit pater. Qui fecit testamentum, viuit in æternum, audit voces nostras, agnoscit suam, Legamus, quid litigamus? Vbi inuenta fuerit ipsa hæreditas, ipsam teneamus. Aperi testamentum, lege in primo capite ipsius Psalterij, Postula à me. Sed quis dicit? Forte non Christus. Ibi habes, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Ergo filius dei dicit, vel ad filiũ suũ pater dicit. Ergo quid dicit ad filium? Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã fines terræ. Solet fieri fratres, vt quando quæritur de possessione, quærantur affines. Inter affines illum & illum, quæritur hæres, aut cui donatur, aut qui emit. Inter quos affines quæritur? Inter illum & illum possidentes. Qui dimisit omnes fines, nullos dimisit affines. Quocunq; te verteris Christus est. Fines terræ habes hæreditatem, huc veni, totam mecum possides. Quare litigando vocas ad patrem? Huc veni, bono tuo vinceris, totum habebis. An adhuc calumniaris? Ego iam testamentum legi & tu calumniaris. An adhuc calumniaris, quia fines terræ dixit, & non dixit, omnes fines terræ? Legamus ergo quod modo dictum est, commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium: ipsius est, non vestrum. Agnoscite dominum, Agnoscite possessionem domini. Sed & vos, quia priuata vestra vultis possidere, & non communicare cum Christo vnitati dominari enim vultis in terra, non cum illo in cœlo regnare: possidetis domos vestras. Et aliquando venimus ad illos dicentes, quæramus verum, inueniamus verum. Et illi, Vos tenete q̃? tenetis. Oues tuas habes, oues meas habeo: noli molestus esse ouibus meis, quia & ego nõ sum molestus ouibus tuis. Deo gratias, meæ sunt oues, illius sunt oues. Christus quid emit? Immo nec meæ sunt, nec tuæ, sed illius sunt qui illas emit, illius sunt qui illas signauit. Neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quare habeo meas, habes tu tuas? Si ibi est Christus, illo eant meæ, quia nõ sunt meæ. Si hic est Christus, huc eant tuę, qui non sunt tuæ: propter possessiones osculentur nobis caput & manus, & pergant filij alieni. Non est mea possessio, inquit, Quid est hoc? Videamus si non est tua possessio, videamus si non illã tibi vendicas. Ego nomini Christi laboro, tu nomini Donati. Nam si Christum attendas, vbique est Christus. Tu dicis, ecce hic est Christus: ego dico per totum est. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Vnde laudent? Vsquequo laudant? A solis ortu vsque ad occasum, laudate nomen domini. Ecce Ecclesiam quam ostẽdo, ecce quid emit Christus, ecce quid redemit, ecce pro quo sanguinem dedit. Sed tu quid dicis? Et ego illi colligo. Qui mecum, inquit, non colligit, dispergit. Diuidis vnitatem, possessiones tuas quæris, & quare habent nomen Christi? Quid ad defensionem possessionis tuæ titulos Christi posuisti? Nonne hoc faciunt nonnulli in domo sua? Ne domum ipsius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mẽdaces: ipse uult esse possessor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri. vt cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis, abstineat se ab inuasione. Fecerunt illud, quando Maximianistas damnauerunt, egerunt apud iudices, & consilium suum recitauerunt tanquam titulos ostendentes, vt Episcopi viderentur. Tunc iudex interrogauit. Quis hic Episcopus est de parte Donati? Respondit vnus. Nos non nouimus nisi Aurelium catholicum. Timentes illi leges, non responderunt nisi de vno Episcopo. Illi autem vt audirentur a iudice, nomẽ Christi imponebant, in possessione sua titulos illius imposuerunt. Bonus est dominus q illis parcat, & vbi inuenerit titulos suos vendicet illud possessioni suæ. Potens est misericordia ipsius, qui illis illud faciat, quoscunque inuenerit nomen Christi portare congreget illos. Et videte fratres quando potens aliquis inuenerit titulos suos, nonne iure rem sibi vendicat, & dicit, non poneret titulos meos, nisi res mea esset? Titulos meos posuit, mea res est. Vbi nomen meum inuenio, meum est. Nunquid titulos mutat? Titulus qui erat, ipse est. Possessor mutatur, titulus non mutatur. Sic & illi qui baptismum habẽt Christi, si veniunt ad vnitatem, non mutamus titulos, aut delemus titulos, sed agnoscimus titulos regis nostri, titulos imperatoris nostri. Sed quid dicimus, O domus

Pſal. 2.

1. Co. 3.

mus misera, ille te possideat cuius titulos habes, Christi titulos habes, noli esse Donati possessio. Multa diximus fratres, sed illud de memoria vestra non recedat quod legitur. Ecce iterum dico & sæpe dicendum est, per ipsum diem, id est, per sacramenta huius diei constringo vos, vt non vobis exeat de cordibus, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Contra tam apertam & manifeste demonstratam possessionem Christi, non audiatis verba calumniatoris. Quicquid contradicunt, homines dicunt, hoc autem deus dicit.

Finis.

In Psalmum vigesimum secundum enarratio.

In finem Psalmus Dauid.

4. sen. d. 1. c. Ideo

ECclesia loquitur Christo. Dominus pascit me & nihil mihi deerit.) Dominus Iesus Christus pastor meus est, & nihil mihi deerit. In loco pascuæ ibi me collocauit.) In loco pascuæ incipientis ad fidem me perducens, ibi me nutriendũ collocauit. Super aquam refectionis educauit me.) Super aquam baptismi quo reficiuntur qui integritatem viresq; amiserant, educauit me. Animam meam conuertit. Deduxit me in semitis iustitiæ, propter nomen suum.) Deduxit me in angustis itineribus, quà pauci ambulant iustitiæ suæ, non propter meritum meum, sed propter nomen suum. Nam & si ambulem in medio vmbræ mortis.) Nam & si ambulem in medio vitæ huius quæ vmbra mortis est. Non timebo mala, quoniam tu mecum es.) Non timebo mala, quoniam tu habitas in corde meo per fidem, & nunc mecum es, vt post vmbram mortis etiam ego sim tecum. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.) Disciplina tua tanquam virga ad gregem ouium, & tanquam baculus iã ad grandiores filios, & ab animali vita ad spiritalem crescentes, ipsa me non afflixerunt magis quàm consolata sunt, quia memor es mei. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.) Post virgam autem qua paruulus & animalis in grege in pascuis erudiebar, post illam virgam cũ esse cœpi sub baculo, parasti in conspectu meo mensam, vt non iam lacte alar paruulus, sed maiorem cibum sumam firmatus aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum.) Lætificasti lætitia spiritali mentem meam. Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est.) Et poculum tuum obliuionem præstans priorum vanarum delectationum quàm præclarum est. Et misericordia tua subsequetur me, omnes dies vitæ meæ.) Et misericordia tua subsequetur me, quandiu viuo in hac mortali vita, non tua sed mea. Vt inhabitẽ in domo domini in longitudinem dierum.) Subsequetur me, non autem hic tantum, sed etiam vt inhabitem in domo domini in æternum.

1. Co. 5. Hebr. 5.

1. Co. 10.

In Psalmum vigesimumtertium enarratio.

Psalmus ipsi Dauid prima sabbati.

PSalmus Dauid de clarificatione & resurrectione domini, quæ matutino prima sabbati facta est, qui iam dies dominicus dicitur, Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitant in ea.) Id est, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in ea, cum clarificatus dominus annunciatur in fidem omnis gentium & vniuersus orbis terrarum sit Ecclesia eius. Ipse super maria fundauit eam.) Ipse firmissime stabiliuit eam super omnes fluctus seculi huius, vt ab ea superentur nec nocerent ei. Et super flumina præparauit eam.) Flumina in mare fluunt, & cupidi homines labuntur in seculum. Etiam istos superat Ecclesia, quæ deuictis per dei gratiam cupiditatibus secularibus ad recipiendam immortalitatis charitatem parata est. Quis ascendet in montem domini?) Quis ascendet in altissimam iustitiam domini? Aut quis stabit in loco sancto eius?) Aut quis permanebit in eo quo ascendit super maria fundato, & super flumina præparato loco? Innocens manibus & mundo corde.) Quis ergo illuc ascendet & permanebit ibi, nisi innocens in operibus, & mundus in cogitationibus? Qui non accepit in vano animam suam.) Qui non in rebus non permanentibus deputauit animam suam, sed eam immortalem sentiens æternitatem stabilem atq; incommutabilem desyderauit.

Et

22.q. 2. Et non iurauit proximo suo in dolo.) Et iō in dolo. sine dolo, sicut simplicia & non fallentia sunt æterna, ita se præbuit proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium dominum.) Sic.n. nascuntur qui quærunt eum. Quærentiū faciem dei Iacob.) Quærētium faciem dei, qui posterius nato primatum dedit. Tolli te portas principes vestras.) Quicunque principatum in hominibus quæritis, auferte, ne impediant aditus, quos vos statuistis
B cupiditatis & timoris. Et eleuamini portæ æternales.) Et eleuamini aditus æternæ vitæ renunciationis seculo & conuersionis ad deum. Et introibit rex gloriæ.) Et introibit rex in quo sine superbia gloriemur, qui superatis po[illegible]s mortalitatis, & patefactis sibi cœlestibus implebit quod ait, Gaudete quoniam ego vici mundum. Quis est iste rex gloriæ?) Pauet admirans natura mortalis & quærit, Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens.) quem tu infirmū & oppressum putasti. Dominus potens in bello.) Contrecta cicatrices, & senties reparatas, & immortalitati redditam infirmitatem humanam. Persoluta est quæ debebatur terris, vbi cum morte belligerata est clarificatio domini. Tollite portas principes vestras.) Hinc iam pergatur in cœlum. Exclamet iterum prophetica tuba, Tollite portas etiam cœlestes principis vestri, quas habetis in animis hominum, qui adorant militiā cœli. Et eleuamini portæ æternales) Et eleuamini portæ æternæ, iustitiæ, charitatis & castitatis, p quas anima diligit vnū verum deum, & non fornicatur sub multis qui appellantur dij. Et introibit rex gloC riæ.) Et introibit rex gloriæ, vt ad dexterā
Rom.8. patris interpellet pro nobis. Quis est iste
Ephe.2. rex gloriæ?) Quid & tu princeps potestatis aeris huius miraris & quæris, Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex glorię.) Et vt iā viuificato corpore, supra te pgit ille tentatus supra oēs angelos tēdit, ab angelo psuaricatore ille tētatus. Nemo vīm se obijciat atq; intercludat iter nostrū, vt tāquā deus colaī nobis, neq; princi
Rom.8. patus, neq; angelus, neq; virtus nos seperet
Psa.117 à charitate Christi. Bonū est spare in dño, quam sperare in principe, vt qui gloriatur in domino glorietur Sunt quidem istæ in huius mundi ordinatione virtutes, sed dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

In Psalmum vigesimumquartū enarratio.

In finem Psalmus Dauid.

CHristus, sed in persona Ecclesiæ loqtur. Nam magis ad populum Christianum, conuersum ad deum pertinent quæ dicūtur. Ad te domine leuaui animam meam.) Desyderio spiritali, quæ carnalibus desyderijs conculcabatur in terra. Deus meus in te cōfido non erubescam.) Deus meus ex eo quōd in me confidebam, perductus sum vsque ad istam infirmitatem carnis: & qui deserto deo sicut deus es D se volui, à minutissima bestiola mortem timens, de superbia mea irrisus erubui. Iam ergo in te confido non erubescam. Neque irrideant me inimici mei.) Neq; irrideant me qui serpentinis atque occultis suggestionibus insidiantes, & suggerentes, euge euge, ad hæc me deiecerunt. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Confundantur inique facientes vana.) Confundantur inique facientes, ad acquirenda quæ transeunt. Vias tuas domine notas fac mihi & semitas tuas edoce me.) Quæ non latæ sunt, nec multitudinem ad Matt.
interitum ducunt, sed angustas & paucis notas, semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua.) Errores fugientem, dirige me in veritate tua. Et doce me.) Et doce me, nam per meipsum non noui, nisi mendacium. Quoniam tu es deus salutaris meus, & te sustinui tota die.) Neque enim dimissus à te de paradiso, & in longinquam regionem peregrinatus, per meipsum redire possum, nisi occurras erranti. Nam reditus meus toto tractu temporis secularis misericordiam tuam sustinuit. Reminiscere miserationum tuarum domine.) Reminiscere operum misericordiæ tuæ domine, quia tanquam oblitum te homines putant. Et quia misericordiæ tuæ E
à seculo sunt.) Hoc reminiscere, quia misericordiæ tuæ à seculo sunt: Nunquam enim sine illis fuisti, qui etiam peccantem hominem vanitati quidem, sed in spe subiecisti, & tot tantisque creaturæ tuæ consolationibus non deseruisti. Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris.) Delicta confidentis audaciæ meæ & ignorantiæ meæ, ne ad vindictam reserues, sed tanquam excidant tibi. Secundum misericordiam tuam memor esto mei deus.) Memor esto quidem mei,

non

non secundum iram qua ego dignus sum, sed secundum misericordiam tuam quæ te digna est. Propter bonitatem tuam domine.) Non propter meritum meum, sed propter bonitatem tuam domine. Dulcis & rectus dominus.) Dulcis est dūs, qñquidem & peccantes & impios ita miseratus est, vt omnia priora donaret. Sed etiam rectus est dominus, qui post misericordiam vocationis & veniæ, quæ habet gratiam sine meritis, digna vltimo iudicio merita requiret. Propter hoc legem statuit delinF quentibus in via.) Quia misericordiam prōgauit vt perduceret in viam. Diriget mites in iudicio.) Diriget mites, nec perturbabit in iudicio eos qui sequuntur voluntatē eius, nec ei resistendo præponunt suam. Docebit mansuetos vias tuas.) Docebit vias suas, non eos qui præcurrere volunt, quasi seipsos melius regere possint, sed eos
Mat.11. qui non erigunt ceruicem, neq; recalcitrāt, cum eis iugum lene imponitur & sarcina leuis. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.) Quas autem vias docebit eos, nisi misericordiam qua placabilis est, & veritatem qua incorruptus est? Quorū vnū
4.sen.di. præbuit donando peccata, alterum merita
46. cap. diiudicando. Et ideo vniuersæ viæ domini
post hęc misericordia & veritas, duo aduentus filij dei, vnus miserantis, alter iudicantis. Peruenit ergo ad eum tenens vias eius, qui nullis meritis suis se liberatum videns, deponit superbiam, & deinceps cauet examinantis seueritatem, qui clementiam subuenientis experta est, Requirentibus testamētum eius & testimonia eius.) Intelligunt enim dominum misericordem primo aduentu, & secūdo iudicem, qui mites & mansueti requirūt testamentum eius, cum sanguine suo nos in
G nouam vitam redemit, & in Prophetis atque Euangelistis testimonia eius. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.) Non solum peccata mea donasti, quæ antequam crederem admisi, sed & peccato meo quod multum est, quia & in via non deest offensio, sacrificio cōtribulati spiritus propitiaberis. Quis est homo qui timeat dominum?) Vnde incipit venire ad sapientiam. Legem statuit ei in via quam elegit.) Legem statuit ei in via, quam liber apprehendit, ne impune iā peccet. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditate possidebit terram.) Et opus eius hæreditatem solidam instaurati corporis possidebit. Firmamentum est dominus timentibus eum.) Infirmorum videtur esse timor, sed firmamentum est dominus timentium eum. Et nomē domini quod glorificatum est per orbem terrarum, firmat timentes eum. Et testamē tum ipsius vt manifestetur illis. Et facit vt testamentum ipsius manifestetur illis, quia hæreditas Christi gentes sunt, & termini terræ. Oculi mei semper ad dominum, qa ipse euellet de laqueo pedes meos.) Nec ti H
meam periculosa & terrena, dum terram Psal.85.
non intueor, quoniam ille, quem intueor euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quoniā vnicus & pauper sum ego.) Quoniam vnicus populus, vnicæ Ecclesiæ tuæ seruans humilitatem, quam nulla schismata vel hæreses scindūt. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.) Tribulationes cordis mei, abundante iniquitate & refrigescente charitate multiplicatæ sunt. De necessitatibus meis eduC me.) Quoniam hæc tolerare mihi necesse est, vt perseuerans vsque in finem saluus sim, de necessitatibus meis educ me. Vide humilitatem meam & laborem meum.) Vide humilitatem meam, qua nunquam me iactantia iustitiæ ab vnitate abrumpo. Et laborem meum quo indisciplinatos mihi commixtos suffero. Et remitte omnia peccata mea.) Et his sacrificijs propitiatus, remitte omnia peccata mea, non illa tantum iuuentutis & ignorantiæ meæ antequam crederem, sed etiam ista, quæ iam ex fide viuens, per infirmitatem, vel vitæ huius caliginem admitto. Respice inimicos meos, I
quoniam multiplicati sunt.) Non solum enim foris, sed etiam in ipsa intus Ecclesiæ communione non desunt. Et odio iniquo oderunt me.) Et oderunt me diligentem se. Custodi animam meam & erue me.) Custodi animam meam, ne declinem ad imitationem eorum, & erue me à perplexitate qua mihi miscentur. Non confundar, quoniam speraui in te.) Non confundar si forte insurgunt aduersum me, quoniam nō in me, sed in te speraui. Innocentes & recti adhæserunt mihi: quoniam sustinui te domine.) Innocentes & recti, non præsentia corporali miscentur tantum sicut mali, sed consensione cordis in ipsa innocentia & rectitudine adhæserunt mihi, quoniam non defeci vt imitarer malos, sed sustinui te, expectans ventilationem vltimæ messis tuæ.

Redime.

Redime deus Israel ex omnibus tribulationibus eius.) Redime deus populum tuũ, quem præparasti ad visionem tuam ex tribulationibus eius, non tantum quas foris, sed etiam quas intus tolerat.

In Psalmum vigesimum quintum enarratio ipsi Dauid.

K Ipsi Dauid, non mediatori homini Christo Iesu, sed omni Ecclesiæ iam perfecte in Christo stabilitæ, attribui potest.

Enarratio prima Psalmi.

IVdica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea ambulaui.) Iudica me domine, quoniam post misericordiam, quam tu mihi prærogasti, innocentiæ meæ habeo aliquod meritum cuius vitam custodiui. Et in domino sperans non infirmabor.) Nec tamen etiam sic in me, sed in domino sperans permanebo in eo. Proba me
Psa.138. domine & tenta me.) Ne quid tamen occultorum meorum me lateat, proba me domine & tenta me, notum me faciens, non tibi quem nihil latet, sed mihi atque hominibus. Vre renes meos & cor meum. (Adhibe medicinale purgatorium quasi ignem delectationibus & cogitationibus meis. Quoniã misericordia tua añ oculos meos est.) Quoniam ne illo igne consumar, non merita mea, sed misericordia tua, qua me ad talem vitam perduxisti, ante oculos meos est. Et complacui in veritate tua.) Et quia displicuit mihi meum mendacium, compla
L cuit autem veritas tua, placuit etiam mihi cum illa & in illa. Non sedi cum concilio vanitatis.) Non elegi apponere cor meum his qui prouidere conantur, quemadmodum quod fieri non potest, rerum transeũtium perfunctione beati sint. Et cum iniqua gerentibus non introibo.) Et quia ipsa cauſa est omnium iniquitatum, ideo cum iniqua gerentibus, absconditam conscientiam non habeo. Odio habui congregationem malignorum.) Vt autem veniatur ad ipsum concilium vanitatis congregationes malignorum fiunt, quas odio habui. Et cum impijs non sedebo.) Et ideo cum tali concilio cum impijs non sedebo, id est, placitum non collocabo, & cum impijs non se
Psal.72. debo. Lauabo inter innocentes manus meas,) Munda faciam inter innocentes opera mea, lauabo inter innocentes manus meas, quibus amplexabor sublimia tua. Et circundabo altare tuum domine. Vt audiam vocem laudis tuæ.) Vt discam quemadmodum te laudem. Et enarrem vniuersa mirabilia tua.) Et cum didicero, exponam omnia mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuæ.) Dominus mihi & no M
titiam sui, & salutem dabit, quis me auferet ei Ecclesiæ tuæ? Et locum habitationis gloriæ tuæ.) Vbi habitans glorificaris. Ne perdas cum impijs animam meam.) Ne ergo simul perdas cum his qui te oderunt animam meam, quæ dilexit decorem domus tuæ. Et cum viris sanguinum vitam meam.) Et cum his qui proximum oderunt. Nam duobus præceptis decoratur domus tua. In quorum manibus iniquitates sunt.) Ne itaque me perdas cum impijs & cum viris sanguinum, quorum opera iniqua sunt. Dextera eorum repleta est muneribus.) Et quod eis ad obtinendam salutem æternam datum est, ad accipienda huius seculi munera conuerterunt, existimantes quæstum esse pietatem. Ego autem in innocentia mea ambulaui, redime me & miserere mei.) Valeat mihi ad perfectionem liberationis tantum precium sanguinis domini mei, & in periculis huius vitæ misericordia tua non deserat me. Pes meus stetit in rectitudine.) Dilectio mea non recessit à iustitia tua. In Ecclesijs benedicam te domine.) Non occultabo eis, quos vocasti benedictionem tuam domine, quoniam dilectioni tuæ subinfero proximi dilectionem.

Præfatio in secundam enarrationem eiusdem Psalmi.

PAulus Apostolus cum legeretur, audiuit nobiscum sanctitas vestra, sicut A
scriptum est, inquit, Veritas in Christo Iesu, Deponite vos secundum priorem conuersationem veterem hominem, Ephe.4
eum qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ne aliquis arbitretur deponendam esse aliquam substantiam, quemadmodum se expoliat quis tunica, aut aliquid forinsecus accipiendum, quo accipit aliquis vestimentum, quasi ponens vnam tunicã & sumẽs alteram, & carnalis iste intellectus nõ permitteret homines agere in se intus spiritaliter qđ præcipiebat Apostolus, secutus est & expasuit quid esset, Exuite veterem hominem, & induite nouum. Cætera enim lectionis ipsius ad eundem intellectum pertinent. Ait quippe quasi dicenti, & quo me exuturus sum veterem, aut quomodo induturus sum nouum? An ipse tertius homo sum depositurus veterem hominem, quem
B habui, & accepturus nouum quem non habui, vt tres homines intelligantur, & sit in medio qui deponit veterem hominẽ & accipit nouum? Ne ergo quisquam tali carnali cogitatione impeditus, minus faceret q̃ iubetur, & non faciens excusarent se de obscuritate lectionis, dicit in consequentibus, Quapropter deponentes mendacium, loquimini veritatem. Et ecce hoc est deponere veterem hominem, & induere nouum. Quapropter deponentes mẽdacium, loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. Ne autem quisquam vestrum ita cogitet frẽs, cum Christiano loquendã veritatem & cũ primo iubemur loqui veritatẽ. Proximus tuus ille est, qui tecum natus est ex Adam
Proximus. & Eua. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis: sed aliter fratres illa spe
3.ẽ.dis. cœlestis hæreditatis. Proximum tuum de-
28. cap. bes putare omnem hominem, & antequam
Oritur autem. fit Christianus. Non enim nosti quid sit apud deum, quomodo illum præsciuerit deus ignoras. Aliquando quem irrides ado
C rantem lapides, conuertitur & adorat deũ fortasse religiosius, quam tu qui eum pauloante irridebas. Sunt ergo proximi nostri latentes in his hominibus, qui non dum sunt in ecclesia, & sunt longe à nobis latentes in Ecclesia. Ideoque quia non scimus futura, vnumquenque proximum habemus, nõ solum conditione mortalitatis humanæ, quia in hanc terram eadem sorte deuenimus, sed etiam spe illius hæreditatis, quia non scimus quid futurus sit, qui modo nihil est. Ergo attendite cætera in induẽ do nouum hominem & exuendo veterem. Deponentes, inquit, mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Si propterea irascaris seruo tuo quia peccauit, ne & tu ipse

pecces irascere tibi. Sol non occidat super iracundiam vestram. Intelligitur quidẽ secundum tempus fratres, quia etsi ex ipsa Ephe.4.
humana conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus surripit ira Christiano, non debet diu teneri & fieri pridiana: Eiice illam de corde antequam occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux illa inuisibilis. Sed & aliter bene intelligitur, quia est noster sol iustitiæ veritas Christus, non iste sol qui adoratur à paganis & Manichæis, videtur etiam à peccatoribus: sed ille alius cuius veritate natura humana il D
lustratur, ad quem gaudent angeli. Hominum enim infirmatę acies cordis, & si trepidant sub radijs eius, ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cum cœperit iste sol in homine habitare per fidem, non tantum in te valeat iracundia, quæ in te nascitur, vt occidat super iracundiam tuam: id est, deserat Christus mentem tuam, quia nõ vult habitare Christus cũ iracundia tua. Videtur.n. quasi ipse à te occidere, cum tu ab ipso occidas, quia ira cum inueterauerit odiũ sit: cum factum fuerit odium, iam homicida es. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est, sicut dicit Ioannes Apostolus. 1.Ioã.3
Item ipse dicit, quia omnis qui odit fra- 1.Ioã.2
trem suum, in tenebris manet. Et non mirum si ille in tenebris manet, à quo occidit sol Ad hoc forte etiam pertinet quod audistis in Euangelio, Periclitabatur nauigium in stagno, & dormiebat Iesus. Nauigamus enim per quoddam stagnum, & vetus & procellæ non desunt, tentationibus quotidianis huius seculi propè completur nostrum nauigium. Vnde autẽ sit, Matt.8.
nisi quia dormit Iesus? Si non dormiret in te Iesus, tempestates istas non patereris, sed tranquillitatem haberes interius, conuigilante tecum Iesu. Quid est au- Dormis
tem dormire Iesum? Fides tua, quæ est Iesus.
de Iesu obdormiuit. Surgunt procellæ stagni huius, vides malos florere, bonos laborare, tentatio est, fluctus est, Et dicit anima tua, O deus deus, ipsa est iustitia tua vt mali floreant, boni laborent? Dicis deo, ipsa est iustitia tua? Et deus tibi, ipsa est fides tua. Hæc enim tibi promisi, ad hoc Christianus factus es, vt in seculo isto floreres, & in futuro postea in inferno miserrime torquereris: quia hic mali florent, qui cum diabolo

postea

poſtea torquebuntur. Sed vnde hoc dicis, vnde fluctibus ſtagni & tempeſtate turbaris? Quia dormit Ieſus, id eſt, quia fides tua, q̃ eſt de Ieſu, ſopita eſt in corde tuo. Quid facis vt libereris? Excita Ieſum & dic, Magiſter pimus: Mouent.n.incerta ſtagni perimus. Euigilabit ille i. redit ad te fides tua, & adiuuante illo, conſiderabis in animatua, qa q̃ dantur mõ malis, non cũ illis perſeuerabunt. Aut enim viuẽtes eos deſerunt, aut à morientibus deſeruntur. Tibi autẽ quod promittitur, manebit in æter-

F num: illis quod tẽporaliter conceditur, eito tollitur, Floruit.n.vt flos fœni. Omnis

Eſa. 40. enim caro fœnum. Aruit fœnum, & flos decidit, Verbum autẽ domini manet in æternum. Pone ergo dorſum ad id quod cadit, & faciem ad illud quod manet. Euigilante Chriſto iam tẽpeſtas illa non quatiet cor tuum, non opplebunt fluctus nauim tuam, quia fides tua imperat ventis & fluctibus, & tranſiet periculum. Ad hoc enim perti-

Ephe. 4. net frẽs totum id quod dicit Apoſtolus, de exuendo veterem hominem. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, Neq; locum detis diabolo. Vetus ergo dabat locum, nouus non det, Qui furabatur iã non furetur. Vetus ergo furabatur, nouus non furetur. Ipſe hõ eſt, vnus homo eſt. Adã erat, Chriſtus ſit. Vetus erat, nouus ſit, & cætera qua ibi ſequũtur. Sed Pſalmum videamus paulo diligentius, quia cum quiſq; profecerit in Ecclefia, neceſſe eſt patiatur malos in Eccleſia. Sed non eos cognoſcit, qui talis eſt, quanquã multi mali murmurent aduerſus malos. Qũo facilius vnus ſanus fert duos ægrotos, quam duo ægroti ſe inuicem ſingulos. Itaque hoc præcipimus fratres, Aream eſt Eccleſia huius temporis, ſæpe diximus,

G ſæpe dicimus, & paleam habet & frumentũ: Nemo quærat exire totam paleam, niſi tẽpore ventilationis. Nemo ante tempus vẽtilationis deſerat aream, quaſi dũ non vult pati peccatores, ne præter aream inuentus, prius ab auibus colligatur, quàm ingrediatur in horreum. Quomodo enim hoc fratres dicamus attendite, Grana cum cœperint triturari, inter paleas iam ſe non tangunt, ita quaſi non ſe nouerint, quia intercedit palea: Et quicunque longius attendit aream, paleam ſolam putat, niſi diligentius intueamur, niſi manum porrigat, niſi ſpiritu oris, id eſt, flatu purgante diſcernat, difficile peruenit ad diſcretionem granorum. Ergo aliq̃ãdo & ipſa grana ita ſunt quaſi ſeiuncta abinuicem & non ſe tangentia, vt putet vnuſquiſque cum profecerit q̃ ſolus ſit. Hęc cogitatio fratres Heliam ten 3. Reg. tauit tantum virum, & dixit ad deum ſicut Rom. etiam Apoſtolus commemorat, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego remanſi ſolus, & quærunt animã meã. Sed quid dicit illi reſponſum diuinum? Reliqui mihi ſeptem milia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Non dixit ei, habes alios duos aut tres ſimiles tibi, Noli, inquit, putare te ſolum: alia, inquit, H ſeptem milia ſunt, & ſolum te putas? Itaque hoc breuiter præcipimus, vt dicere cœperam, Intẽdat mecum fraterna ſanctitas veſtra, & aſsit miſericordia dei in cordibus noſtris, vt ſic à vobis intelligatur, vt fructificet, & in vobis operetur. Audite breuiter, Quiſquis adhuc malus eſt, non putet neminem bonum eſſe: quiſquis bonus eſt, non putet ſe ſolum bonum eſſe. Tenetis eſſe, Ecce repeto, videte quia dico, Quiſquis malus eſt, interrogans conſcientiam ſuam & male ſibi renuncians, non arbitretur neminem bonum eſſe. Quiſquis bonus eſt, non arbitretur ſe ſolum bonum eſſe, & nõ timeat bonus eſſe in commiſtione malorũ, quin veniet tempus vt inde ſegregetur. Ad hoc enim hodie cantauimus, Ne perPſal.25 das cum impijs animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. Quid enim eſt, Ne cum impijs perdas? Ne ſimul perdas. Quare timet, ne ſimul perdat? Video enim dictum deo, quia modo ſimul nos pateris. Quos pateris ſimul, noli perdere ſimul. Et hoc habet totus Pſalmus, quem volo breuiter cum ſanctitate veſtra conſideI rare, quia breuis eſt.

Enarratio ſecunda.

IVdica me dñe.) Moleſta vota & quaſi periculoſa, optat ſibi vt iudicetur. Quid eſt iudicari, quod optat? Diſcerni ſe optat à malis. Alio loco euidenter dicit de ipſo iudicio diſcretionis, Iudica me domine Pſal.42 & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. Oſtendit quid dixerit iudica, ne tanquam ſine iudicio, quia boni & mali modo intrant in Eccleſiam, & boni & mali eant in ignem æternũ. Iudica me domine. Quare? Quoniam ego in innocentia mea ambulaui,

bulaui, & in domino ſperans non mouebor.) Quid eſt in domino ſperans? Ille titubat inter malos, qui non in domino ſperat. Hinc factum eſt vt ſchiſmata fierent. Trepidauerunt inter malos cum ipſi peiores eſſent, & quaſi nollent eſſe boni inter malos. O ſi frumenta eſſent, vſque ad tempus ventilationis paleam in area tolera

Matt. 3. rent. Sed quia palea erant, flauit ventus ante ipſam ventilationem, & rapuit de area paleam et proiecit in ſpinas. Et palea quidẽ inde proiecta eſt, ſed nunquid quod remã ſit frumentum ſolum eſt? Non volat ante ventilationẽ niſi palea, remanet aũt & nũc frumentum & palea. Ventilabitur vero patea cum venerit tempus ventilationis. Hoc

K dixit iſte, In innocentia mea ambulaui, & in domino ſperans non mouebor. Si enim ſperauero in homine, viſurus ſum fortaſſe ipſum hominẽ aliqñ male viuentẽ, nec eas vias tenentẽ, quas vel didicit, vel docet in Eccleſia bonas: ſed quas diabolo docẽte ſectatus eſt. Sed quia ſpes mea in hoc erit, titubãte hoſie titubabit ſpes mea, et cadẽte homine cadet ſpes mea. Quia vero in dño ſperãs nõ mouebor, ſeq̃ſ, Proba me dñe & tẽta me, vre renes meos et cor meũ.) Quid ẽ vre renes meos & cor meũ? Vre delectationes meas, vre cogitationes meas. Cor pro cogitationibus, renes p delectationibus poſuit: ne aliquid mali cogitẽ, ne aliquid mali me delectet. Vñ aũt uris renes meos? Igne verbi tui. Vñ vris cor meum? Calore ſpiritus tui. De quo calore alibi dicitur, Et non eſt qui ſe abſcõdat à calore eius. Et de quo

Pſal. 18. igne dñs dicit, Ignẽ veni mittere in terrã.

Luc. 12. Ergo ſequitur, Qm̃ miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tua.) Hoc eſt, non in homine complacui, ſed intus placui tibi, vbi tu vides, & non ti-

L meo ſi diſciplinam vbi homines vident, ſi-

Gala. 6. cut ait Apoſtolus, Opus aũt ſuum probet vnuſquiſq;, & tunc in ſemetipſo tm̃ habebit gloriam & non in altero. Non ſedi cum conſilio vanitatis.) Hoc quid eſt, non ſedi, intendat ſanctitas veſtra: qui modo videt deus, dicit, non ſedi. Aliqñ non es in conſilio & ibi ſedes. Verbi gratia, in theatro non ſedes, ſed cogitas theatrica, contra quæ dictum eſt, Vre renes meos. Ibi ſedes corde, quanuis non ſis ibi corpore. Contingat autem vt tenearis ab aliquo & ibi colligeris, aut aliquod officiũ pium faciat te ibi ſedere. Quomodo poteſt hoc euenire? Contingit ex officio pietatis, vt ſeruo dei ſit neceſſitas in amphiteatro eſſe, liberare volebat neſcio quem gladiatorem, fieri poſſet vt ſederet & expectaret donec ille exiret, quem liberare cupiebat. Ecce non ſedit in conſilio vanitatis, quanuis illic corpore ſedere videretur. Quid eſt ſedere? Conſentire cũ his qui ibi ſedent. Quod ſi præſens non feceris, nõ ibi ſediſti. Si abſens feceris, ſediſti ibi. Et cum iniqua gerentibus non introibo. Odio habui congregationẽ malignorum.) Videtis qa intus eſt. Et cum impijs non ſedebo. Lauabo in innocentibus ma- M nus meas.) Non aqua iſta viſibili lauas manus, ſed quãdo pie cogitas de operibus tuis, & innocens es coram oculis dei, quia eſt & altare corã oculis dei, quo ingreſſus eſt ſacerdos, q̃ p nobis ſe primus obtulit. Eſt cœleſte altare, & nõ amplectit illud altare niſi qui lauat manus in innocentibus. Nã multi altare hoc tangũt indigni, & tolerat deus pati iniuriam ad tempus ſacramenta ſua. Sed nunquid fratres mei, quomodo ſunt parietes iſti, ſic erit Hieruſalem cœleſtis? Nõ quomodo reciperis cum malis intra parietes iſtos Eccleſiæ, ita recipieris cum malis in ſinum Abrahæ. Non ergo timeas, laua manus. Et circundabo altare domini.) Vbi Luc. 16. offers vota domino, vbi preces fundis, vbi conſcientia tua pura eſt, vbi dicis deo qui ſis, & ſi aliquid eſt in te forte quod diſpliceat deo, currat ille cui cõfiteris. Laua ergo in innocentibus manus tuas, & circunda altare domini vt audias vocem laudis. Hoc enim ſequitur. Vt audias vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.) Quid eſt Vt audiam vocem laudis? Vt intelligam, inquit. Hoc eſt enim audire coram deo, nõ quomodo ſonos iſtos, quos multi audiunt, & multi non audiunt. Quam multi ad nos audientes ſunt, & ad deum ſurdi ſunt: Quam multi habentes aures, non habent A illas aures de quibus dicit Ieſus, Qui habet aures audiendi audiat. Ergo quid eſt audire vocem laudis? Dicam ſi potero adiuuante miſericordia domini, & orationi- Mat. 13 bus veſtris: Audire vocem laudis, eſt intelligere intus, quia quicquid in te mali eſt de peccatis, tuum eſt: quicquid boni in iuſtificationibus, dei eſt. Ita audis vocem laudis, vt non te laudes quando bonus es. Nam laudando te bonum, ſis malus. Ponũ enim te fecerat humilitas, malum te facit ſuperbia. Conuerſus eras vt illumina-

teris, & conuersione tua factus es luminosus, factus illustratus conuersione. Sed à quo? Nunquid à te? Si à te conuersus posses illuminari, nunquam posses tenebrari, quia tecum esses semper: Quare illuminatus es? Quia conuertisti te ad aliud quod tu non eras. Quid est aliud quod tu non eras? Deus lumen est, Non enim tu lumen eras, quia peccator eras. Deus lumen est. Dicit enim Apostolus eis, quos vult audire vocem laudis, Fuistis enim aliquando te
Ephe.5. Benebræ, nunc autem lux. Quid est, fuistis aliquando tenebræ, nisi veteres homines? Nunc autem lux. Non sine causa lux estis qui fuistis iam dudum tenebræ. Quare nisi quia illuminati estis? Noli putare teipsum
Ioan. 1. esse lucem. Illa est lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tu autem per teipsum, p malam voluntatem, per auersionem tuam tenebratus eras, modo luces. Sed subiecit statim, ne superbirent illi quibus dictum est, Nunc autem lux: & addidit, in domino. Sic enim ait,
Ephe.5. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ergo si præter dominum nec lux, si autem ideo lux, quia in domino, quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc enim ipse Apostolus dixit alio loco hominibus superbientibus & volentibus sibi tribuere quod dei est, & de bono sic gloriari quasi de suo, sic eis dicit, Quid enim habes
1. Co. 4. quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Qui dedit humili, auferet superbo, quia qui dedit potest auferre. Ad hoc enim pertinet fratres, si tamen exposui quod volui. Exposui autem quantum potui, & si non quantum volui: ad hoc pertinet quod ait, Lauabo in in-
C nocentibus manus meas, & circundabo altare tuum domine, vt audiam vocem laudis tuæ, id est, ex ipso bono meo non de me præsumam, sed de te qui dedisti, ne laudari velim de me in me, sed de te in te. Ideo sequitur, Vt audiam vocem laudis tuæ, & enarram vniuersa mirabilia tua: non mea sed tua. Et iam videte fratres, videte amatorem illum dei de deo præsumentem, positum inter malos, rogantem deum vt non comperdatur cum malis, quia nō erat deus in iudicando. Tu enim cum videris homines in vnum locum intrasse, putas eiusdem meriti esse, deus autem non fallitur,
Matt. 3. noli timere. Tu iudicante vento discernis paleam à frumento. Ventum vis flare tibi, & tu non es ventus, sed optas tibi flare ventum. Et cum ventilabro vtrunque excusseris, ventus leue tollit, graue manet. Quādo ergo venit ad iudicandum aream, nunquid deus quærit alterum qui secum iudicet, ne perdat cum malis bonos? Non itaque timeas: securus esto bonus etiam in medio malorum: & dic quæ audis, Domine dilexi decorem domus tuæ.) Domus dei, quæ Ecclesia adhuc habet malos, sed decor domus dei in nobis est, in sanctis est. Ipsum decorem domus tuę dilexi. Et locum habitationis gloriæ tuæ.) Quid est hoc? Et hoc dicam, ad illum sensum per D tinet suboscurum aliquantum. Adiuuet me dominus, & intentio cordis vestri ab eodem domino inspirata, qui dat locum habitationis gloriæ suæ. Dixit prius, decorem domus tuæ. Et exponit quid sit decor domus dei. Locus, inquit, habitationis gloriæ tuæ. Non sufficit dicere locus habitationis dei: sed locus habitationis gloriæ dei. Quæ est gloria dei? De qua paulo ante dicebam, vt et qui sit bonus, nō in se sed 1. Co. Rom. in domino glorietur. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. In quibus sic habitat deus, vt de bonis suis ipse glorificetur, vt non sibi velint tribuere & quasi proprium vendicare quod ab illo acceperunt, ipsi pertinent ad decorem domus dei. Nec discerni illos vellet scriptura, nisi quia sunt quidam qui donum dei habent, & nolunt in deo gloriari, sed in se habent quidam donum dei, sed non pertinent ad 1. Co. decorem domus dei. Qui enim pertinent ad decorem domus dei, in quibus habitat gloria dei, ipsi sunt locus habitationis gloriæ dei. In quibus autem habitat gloria dei, nisi qui sic gloriantur vt non in se, sed in domino glorientur? Ergo quia dilexit decorem domus tuæ, id est, omnes qui ibi sunt & gloriam tuam quærūt, sed non præsumpsi in homine, & non consensi impijs, non introibo & non sedebo in congregatione eorum quia ita fui in Ecclesia dei, quid mihi retribues? Sequitur quæ respondeamus. Ne perdas cum impijs animam meam & cum viris sanguinū vitam meam, In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.) Munera non solum pecunia est, non solum aurum, & argentum, non solum xenia sunt, neq; oēs qui arcipiunt ea

accipiunt

accipiunt munera. Aliqñ.n. accipiuntur ab Ecclesia, quod dico. Petrus, dñs accepit, loculos habuit, ea quæ mittebantur Iudas auferebat. Sed quid est accipere munera? Pro-
Ioan. 12 pter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quæ munera? Non solum propter aurum & argentum & huiusmodi aliquid: sed etiā propter laudem qui iudicat male, minus accipit, & munus quo nihil inanius. Patuit. n. illi manus ad accipiendum indicium linguę alienæ, & perdidit iudicium conscientiæ suæ. Ergo in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.
F Videtis fratres quia coram deo sunt, & in quorum manibus non sunt iniquitates, nec dextera eorum repleta est muneribus, vtique coram deo: & non possunt nisi deo dicere, tu scis, non possunt nisi illi dicere, Ne perdas cum impijs animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam: qui solus potest uidere, quia non accipiunt munera. Verbi causa. Contingit vt duo homines habeāt causam apud seruum dei, nemo nisi suam iustam dicit causam. Nam si iniquam putaret causam suam, iudicem non quæreret. Et ille, se putat iustam causam habere, & ille. Veniunt ad iudicem, antequam proferatur sententia, ambo dicunt amplectimur iudicium tuum, quicquid iudicaueris absit vt respuamus. Quid & tu dicis? Iudica quid vis, tantum iudica, prorsus si in aliquo repugnauerimus anathema simus. Ambo amant iudicem antequam iudicet. Cum autem dicta fuerit sententia, contra vnum erit, & neuter eorum scit contra quem futura est. Ille ergo si vtrisque placere voluerit, accipit munus laudem hominum. Sed accepto munere isto, videte quod munus amittat: accipit quod sonat & transit, perdit quod dicitur, & nunquam transit: verbum dei semper dicitur, nunquam transit, verbum hominis mox vt dictum fuerit tran-
G sit: tenet inania, dimittit solida. Si autem deum intueatur prolaturus est sententiam contra vnum, consyderato deo, sub quo iudice illam profert. Ille autem contra quem prolata fuerit, & si iam effringi non potest, quia tenetur iure forte non ecclesiastico, sed principum seculi, qui tantum detulerunt Ecclesiæ, vt quicquid in eam iudicatum uerit, dissolui non possit. Si ergo effringi non potest, iam non uult intueri se & cæcos oculos dirigit in iudicem, detrahit quantum potest. Placere illi, inquit, voluit, druiti fuit, aut aliquid ab illo accepit, aut timuit illum offendere: accusat quasi acceptas sint munera. Si autem pauper habuerit, contra diuitem, & pro paupere fuerit iudicatū: dicit item diues, accepit munera. Quæ munera a paupere? Vidit, inquit, pauperem, & ne reprehenderetur quod contra paupere fecerit, oppressit iustitiam, & protulit contra veritatem sententiam. Cum ergo necesse sit, vt hoc dicatur, uidete non posse dici ab his qui munera non accipiunt, nisi coram oculis dei qui solus videt quis accipiat, & quis non accipiat. Ego autem in innocentia mea ambulaui, redime me, & miserere
H mei. Pes meus stetit in rectitudine.) Concussus sum quidem undique scandalis, & tentationibus reprehendentium iudicio humanæ temeritatis, sed pes meus stetit in rectitudine. Quare in rectitudine? Quia superius dixerat, Et in domino sperans non mouebor. Quid ergo concludit? In ecclesiis benedicam te domine.) Id est, in ecclesiis non me benedicam, quasi certus de hominibus, sed te benedicam in operibus meis. Hoc est enim benedicere deum in ecclesiis fratres, sic uiuere ut per mores cuiusque benedicatur deus. Nam qui benedicit domino lingua, & factis maledicit, non in ecclesijs benedicit domino. Lingua prope omnes benedicunt, sed non omnes factis. Quidam uoce bene dicunt, quidam moribus. In quorum autem moribus non inuenitur quod aiunt, faciunt blasphemari deum, ut illi qui nondum intrant Ecclesiam, quanuis ament peccata sua, & ideo nolunt esse Christiani, tamen excusent se per malas, vt blandiantur sibi seducentes seipsos & dicant, Quid mihi persuades vt Christianus sim? Ego fraudem a Christiano passus sum, & nunquam feci. Falsum mi I hi iurauit Christianus, & ego nunquam. Et cum ista dicunt, impediuntur a salute, vt nihil eis prosit, non quidem quod iam boni sint, sed quòd mediocriter mali. Quo modo enim nihil prodest aperire oculos, si sit quisque in tenebris: ita nihil prodest esse in luce, si clausi sunt oculi. Ita & Paganus quidem, vt de illis potius loquamur uelut bene uiuentibus, patentibus oculis est in tenebris, quia non agnoscit lucem suā dominum. Christianus autem male viuens, in luce quidem est, non nisi dei,

sed clausis oculis. Male uiuendo.n. videre non vult eum, in cuius nomine tanquam cæcus est in lumine constitutus,n ulla uisio me veri luminis animatus.

In Psalmum vigesimum sextum enarratio.

Ipsi Dauid priusquam liniretur.

TYro Christi loquitur, cũ accedit ad fidem. Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo?) Dñs mihi & notitiam sui,& salutem dabit,quis me auferet ei? Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo?) Dominus repellet oẽs impetus & insidias hostis mei,a nullo trepidabo. Dum appropinquant super me nocentes,vt edant carnes meas.) Dum accedunt me nocentes ad cognoscendum & insultandum, ut se mihi præferant, mutasti me in melius, vt maledico dente non me consumant, sed potius carnalia desyderia mea. Qui tribulant me inimici mei.) Non solũ qui me tribulant inimico animo reprehendentes, & a proposito reuocare volentes, sed etiam inimici mei. Ipsi infirmati sunt & ceciderunt.) Dum ergo id agunt studio defendendi sentẽtiam suam,infirmi facti sunt ad credenda meliora,& verbum salutis,per quod facio quod eis displicet, odisse cœperunt. Si consistant aduersum me castra, nõ timebit cor meum.) Aduersus me autem si contradicentium conspirans multitudo consistat, non timebit cor meum, vt in eorum partes transfugiam. Si insurgat in me bellum,in hoc ego sperabo.) Si exurgat in me persecutio huius seculi, in hac quam cogito petitione figam spem meam. Vnam petij a domino hanc requiram.) Vnam enim petitionem petii a domino, hanc requiram. Vt inhabitem in domo domini omnes dies vitæ meæ. Vt quandiu in hac vita sum, nullæ aduersitates me excludant de numero eorum, qui unitatem & ueritatem dominicæ fidei per orbem terrarum tenent Vt contempler delectationem domini.) Eo fine.s. ut in fide perseuerante appareat mihi species delectabilis quam facie ad faciem contempler. E protegar a templo eius.) Et absorpta morte in uictoria,immortalitate induar effectus templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum meorum.) Quoniam abscondit me in dispensatione incarnati verbi sui in tempore tentationum,quibus mortalis uita mea subiacet. Protexit me in abscondito tabernaculi sui.) Protexit me cor de credentem ad institiam. In petra exultauit me.) Et ut manifestum etiam fieret ad salutem,quod credidi,in sua firmitate fecit eminere confessionem meam. Et nunc ecce exaltauit caput meum super inimicos meos.) Quid mihi seruat in finem,quãdo & nunc cum corpus mortuum est propter peccatum, sentio ecce mentẽ meam seruire legi dei:nec me duci captiuum sub reuelante lege peccati? Circuiui & immolaui in tabernaculo eius,hostiam iubilationis.) Cõsyderaui orbem credentem in Christum, & in eo quod pro nobis temporaliter deus humilitatis est,gaudens laudaui eum. Tali enim hostia delectatur. Cantabo & psallã domino.) Corde atque opere lætabor in domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te.) Exaudi domine vocẽ meã interiorem,quam in aures tuas forti intentione direxi. Miserere mei & exaudi me.) Miserere mei & exaudi me in ea. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum.) Non enim hominibus me ostentaui, sed in secreto vbi solus audis,tibi dixit cor meum:quæsiui non a te aliquid extra te præmium, sed vultum tuum. Vultum tuum domine requiram.) Huic inquisitioni perseuerantes instabo:non enim uile aliquid, sed vultum tuum domine requiram, ut gratis te diligã, quia preciosius aliquid, non inuenio. Ne auertas vultum tuum a me.) Vt inueniam quod quæro. Ne declines in ira a seruo tuo.) Ne te quærens in aliud incurram, quid enim hac pœna grauius amanti & quærenti veritatem vultus tui? Adiutor meus esto, ne derelinquas me.) Quando hanc inueniam nisi tu adiuues? Ne derelinquas me, Neque despicias me deus salutaris meus.) Neque contemnas quod mortalis æternum audet inquirere, tu enim deus sanas plagam peccati mei. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me.) Quoniam regnum seculi huius & ciuitas seculi huius,ex quibus temporaliter & mortaliter natus sum, dereliquerunt me quærentem te, & despicientem quæ promittebant,cum id quod quæro dare non possent. Dominus autem assumpsit me.) Dominus autẽ,qui potest ipse dare mihi se,assumpsit me. Legem mihi constitue domine in uia tua.) Ad te igitur tendenti, & ad tantam

tem professionem præuenienti, ad sapiẽtiã à timore inchoanti, Legem mihi constitue domine in via tua,ne aberrantem disciplina tua deserat. Et dirige me in semita recta propter inimicos meos.) Et dirige me in rectitudinem angustiarum eius. Non enim inchoare sufficit, cum inimici donec perueniatur non quiescant. Ne tradideris me in animas tribulantium me.) Ne finas tribulentes me,satiari de malis meis. Quoniam insurrexerunt miki testes iniqui.) Quoniam insurrexerunt in me,falsa de me dicentes, ad amouendum & reuocandum me abs te,quasi gloriam ab hominibus quæram. Et mentita est iniquitas sibi.) Itaque iniquitas mendacio suo delectata est. Nã me non mouit, cui ex hoc promissa est merces maior in cœlis. Credo videre bona domini in terra viuentium.) Et quoniã hæc prior passus est dominus meus, sic ego quoque linguas mentientium contemnam, Os enim quod mentitur occidit animam, credo videre bona domini in terra uiuentium,vbi nullus est falsitati locus. Sustine dominum,viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.) Sed quando istud erit? Arduum est mortali, tardum est amanti: sed audi non fallacem vocem dicentis,Sustine dominum,Tolera vstionem renum viriliter, & vstionem cordis fortiter, non tibi negatum putes, quod nondum accipis,ne desperatione deficias, uide quia dictum est,Sustine dominum.

Sapi. 1.

Præfatio in secundum enarrationem eiusdem Psalmi.

DOminus deus noster alloquens & cõsolans nos, profecto quos respicit ex iusto iudicio suo in sudore vultus nostri panem manducare, ex nobis loqui dignatus est,vt ostendat, quia non solum est conditor noster,sed & habitator. Voces istius Psalmi quas audiuimus,& ex patre cãtauimus, si dicamus quod nostræ sint, uerendum est quemadmodum verum dicamus. Sunt enim uoces magis spiritus dei, quam nostræ. Rursum si dicamus nostras non esse,profecto mentimur: non enim est gemitus nisi laborantium. Aut omnis ista vox quæ hic sonuit plena doloris & lacrymarum, potest esse eius qui nunquam potest esse miser. Dominus ergo misericors, nos miseri. Misericors loqui dignatus est miseris, dignatur etiam vti in ipsis miseris voce miserorum. Ita vtrunque verum est & nostram esse uocem, & nostram non esse:& spiritus dei esse vocem, & ipsius non esse. Spiritus dei vox est, quia ista nisi illo inspirante non diceremus uel gemeremus. Ipsius autem non est, quia ille nec miser est,nec laborat. Istæ autem voces miserorum & laborantium sunt rursus nostræ sunt, quia uoces sunt indigentes miseriam nostram. Item non sunt nostræ, quia ex dono eius vel gemere meremur.

Cen. 2.

Titulus Psalmi.

Psalmus Dauid priusquam liniretur, hoc est, priusquam ungeretur.

VNctus est enim ille ut rex & sacerdos. Tũc vngebatur rex & sacerdos. Duæ istæ illo tempore unctæ personæ. In duabus personis præfigurabatur futurus vnus rex & sacerdos, vtroque munere unus Christus, & ideo Christus a charismate. Non solũ autem caput nostrum unctũ est, sed & corpus eius nosipsi. Rex autem est, quia nos regit & ducit: sacerdos, quia pro nobis interpellat. Et quidem solus ille sacerdos talis extitit, vt ipse esset etiam sacrificium,obtulit deo non aliud quam seipsum. Non enim inueniret præter se mundissimam rationalem victimam, tãquam agnus immaculatus fuso sanguine suo redimens nos,concorporans nos sibi,faciens nos mẽbra sua, vt in illo & nos Christi essemus: Ideo ad omnes Christianos pertinet vnctio,prioribus autem veteris testamenti temporibus ad duas solas personas pertinebat. Inde autem apparet Christi corpus nos esse,quia omnes vngimur,& omnes in illo & Christi & Christus sumus,quia quodãmodo totus Christus caput & corpus est. Vnctio ista perficiet nos spiritaliter in illa vita, quæ nobis promittitur. Est autem hæc vox desyderantis illam uitam. Et est ista vox hic desyderantis gratiam dei, quæ in nobis in fine perficitur: ideo dictum est, Priusquam liniretur. Vngimur enim modo in sacramento, & sacramento ipso præfiguratur quiddam quod futurus sumus.

D 2.Re.2.

Rom.8.

E

Et illud nescio quod futurum ineffabile desyderare debemus, & in sacramento gemere,ut in ea regaudeamus, quæ sacramento præmonstratur. Ecce quid dicit.

Enarratio secunda.

DOminus illuminatio mea, & salus mea quem timebo?) Ille illuminat, recedant tenebræ: ille me saluat, recedat infirmitas. Ambulãs in lumine firmus quẽ timebo? Non enim talem salutem dat deus, quæ ab aliquo possit extorqueri: aut tale lumen est quod aliquo possit obtenebrari. Dominus illuminans, nos illuminati: dominus saluans, nos saluati. Si ergo ille illuminans, nos illuminati: & ille saluans, nos saluati: præter ipsum nos tenebræ & infirmitas. Habentes autem in ipso spem certam & fixam & ueram, quem timebimus? Dominus illuminatio mea, dominus salutaris meus. Inue[illegible] potentiorem, & timeo potentissimum omnium. Ad omnipotentem sic pertineo, ut & illuminet me & saluet me, nec timeo aliquem præter ipsum. Dominus protector uitæ meæ a quo trepidabo? Dum appropinquant super me nocentes, ut edãt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt & ceciderunt) Itaq; ego quid timebo? aut quem timebo? Ego quem trepidabo, aut quid trepidabo? Qui me persequuntur, ipsi infirmantur, ipsi cadunt. Quare aũt persequuntur? Vt edant carnes meas. Quæ sunt carnes meæ? Carnales affectus mei. Sæuiunt persequendo, nihil in me moritur nisi mortale. Erit in me aliqd quo persecutor peruenire non possit, ubi habitat deus meus. Mãducent carnes meas, finitis carnibus spiritus ero, & spiritalis. Et quidem tantam salutem mihi promittit dominus meus, ut etiam modo ista caro mortalis quæ videtur permitti manibus persequentium, non pereat in æternum: sed qd demonstratum est in capite meo resurgente, hoc omnia membra sperent. Quem timeat anima mea quam inhabitat deus? Quem timebit caro mea, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem? Vultis nosse, quia carnes illi manducant qui nos persequuntur, nec ipsi autem carni nostræ metuendum est? Seminatur corpus animale, 1.Co.15 G surget corpus spiritale. Quanta autem fiducia debet esse in eo qui nouit dicere, Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo, Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo? Protegitur imperator scutatis, & non timet: protegitur a mortalibus mortalis, & securus est: protegitur mortalis ab immortali, & timebit & trepidabit. Quanta autem fiducia debeat esse in eo qui ista dicit, audite: si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.) Castra munita sunt, sed quid munitius deo? Si exurgat in me bellum.) Quid mihi facit bellum? Potest mihi auferre spem meam? Potest mihi auferre quod dat omnipotens? Sicut non vincitur qui dat, sic non auferter quod dat. Si auferri potest quod datum est, uincitur dator. Ergo nec ipsa quæ temporaliter accipimus auferre nobis quisquã potest fratres mei, nisi solus ille quid dedit. Spiritalia quæ donant non auferet nisi tu dimiseris, carnalia vero & temporalia ipse aufert, quia & quisquis alius aufert, ipso donante potestatem, aufert. Nouimus hoc & legimus in libro Iob, quia Iob. F nec ille qui videtur quasi maximam habere potestatem ad tempus diabolus, potest H aliquid nisi permissus. Accepit potestatem in infirma, & amisit maxima & summa. Et non est ista potestas irati, sed pœna damnati. Nec ipse error potest habere aliquam potestatem nisi permissus. Et in illo libro habes quem commemorauí, & in euangelio dominus dicit, Hac Luc. nocte postulauit satanas, ut uos cribraret sicut triticum, ego rogaui pro te patrem, ne deficiat fides tua, Permittitur autem, aut ad pœnam nostram, aut ad probationem. Ergo quia nobis nemo potest auferre quod dat deus, non timeamus nisi deum. Quicquid aliud fremuerit, quicquid aliud superbierit aduersus nos, non timeat cor nostrum. Si exurgat in me bellum. In hoc ego sperabo.) In quam? Vnam, inquit, petij a domino.) Fœmino genere appellauit quoddam beneficium, tanquam diceret, Vnam petitionem, Et quomodo solemus loquentes dicere, uerbi gratia, duas habes, non dicimus duo, hoc more loquendi usa est scripturas, Vnam, inquit, petij a domino, hanc requiram. Videamus quid petit qui nihil timet? Magna securitas cordis, Vultis nihil timere? Hanc unam petite quam vnam petit qui nihil timet, aut quam petit ut nihil timeat. Vnam, inquit, petij a domino. Hanc requiram.) Hoc hic agitur, ab eis qui bene ambulant. Quid est hoc? I Quæ est illa vna? Vt inhabitem in domo domini omnes dies vitæ meæ.) Hæc est una, domus enim ea dicitur, ubi semper manebimus. In ista peregrinatione dicitur domus, sed proprie tabernaculum appellatur. Tabernaculum peregrinantiũ & quodammodo militantium, & aduersus hostẽ pugnãtium est. Qũ ergo tabernaculum est in hac vita, manifestum est, quia est & hostis. Nam inde dicuntur contubernales, qa simul habent tabernacula, & nostis hoc nomen esse militantium. Ergo hic tabernaculum, ibi domus. Sed & hoc tabernaculum interdum per abusionem vicinitatis dicitur domus, & domus aliqñ secundum eundem modum dicitur tabernaculum; proprie tñ illa domus, hoc tabernaculum. Quid autẽ acturi simus in illa domo, habes euidenter Psal.83. expressisse alium Psalmum, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hac iste, si dicendum est cupiditate ardens, & amore isto æstuans, desyderat omnes dies vitę suæ in domo domini habitare. In domo domini omnes dies vitæ suæ, nõn quasi finiendos, sed æternos. Sic enim dicuntur dies quomodo anni, de quibus dictum est, Et anni tui non deficient. K Nam dies vitæ æternæ vnus dies est sine occasu. Hoc ergo dixit ad dominum, Concupiui hanc, Vnam petij, Hanc requiram. Et quasi diceremus ei, & quid ibi facturus es? Quæ tibi delectatio tua? Quod aduocamentum cordis? Quæ illæ delitiæ? Vnde gaudia suppetent? Non enim ibi perdurabis nisi fœlix eris. Fœlicitas autem illa vnde succedit? Habemus enim hic fœlicitates diuersas generis humani, & miser quisq; dicitur, qñ illi subtrahitur quod amat. Amant ergo homines diuersas res, & quando quisq; quod amat habere videtur, fœlix vocatur. Vere autem fœlix est, non si id habet quod amat: De beata vita cap.5. L sed si id amet quod amandum est. Multi enim miseri sunt magis habendo quod amant, quàm carendo. Amando enim res noxias miseri, habendo sunt miseriores: & propicius deus cum male amamus, negat quod amamus. Iratus autem dat amanti, quod male amat. Habes euidenter dicen- Rom.1. tem Apostolum, Tradidit illos deus in cõ cupiscentias cordis eorum, in immunditias vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: eo quod commutauerunt veritatem dei in mendacium & seruierunt creaturæ potius quam creatori, Dedit ergo quod amabant, sed damnando. Habes rursum negantem petitum, Propter quod ter 2.Co.12 dominum rogaui, inquit, vt auferret eum à me, stimulum videlicet carnis, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce illos dedit in concupiscentiam cordis eorum, Paulo Apostolo negauit quod orauit. Illis dedit ad dãnationem, huic negauit ad sanitatem. Cum autem id amamus quod vult deus vt amemus, proculdubio daturus est nobis. Hæc est illa vna quæ debet amari, vt habitemus in domo domini per omnes dies vitæ nostræ. Et quia in istis terrenis habitationibus, diuersis delitijs & voluptatibus homines oblectantur, & vnusquisque in ea vult domo habitare, vbi non habeat quod offendat animum, & habeat multa quæ delectẽt: si autem subtrahantur ea quæ delectabant, vult homo vndecunque migrare: interrogemus quasi curiosius, & dicat iste, Quid nos, quid ipse acturus est in illa domo, vbi cupit & optat & desyderat, & hanc vnam petit à domino, habitare in ea omnes dies vitæ suæ? Quid ibi agis quæso te? Quid est quod desyderas? Audi quid, Vt contem- M pler delectationem domini:) Ecce quod amo, ecce quare volo habitare in domo domini per omnes dies vitæ meæ. Habet ibi magnum spectaculum, delectationem ipsius domini contemplari. Vult finita nocte sua hærere in luce ipsius. Tunc enim erit mane nostrum nocte transacta. Vn Psal.5. de alio loco Psalmus dicit, Mane adstabo tibi & contemplabor te. Modo ideo non contemplor, quia cecidi, tunc adstabo tibi & contemplabor. Hæc vox humana est. Cecidit enim homo, & non mitteretur qui erigeret nisi cecidissemus. Nos cecidimus, ille descendit. Ille ascendit, nos leuamur: quia nemo ascendit nisi qui descendit. Qui ruit, leuatur: qui descendit, ascendit. Et Ioan.3. non ideo desperemus, quia ille solus ascendit. Leuat enim nos, ad quos cadentes descendit, & stabimus & contemplabimur, & magna delectatione perfruemur. Ecce dixi hoc, & exclamastis desyderio cuiusdam speciei nondum visæ. Excedat cor vestrum omnia visa, & excedat intentio vniuersas cogitationes vestras solennes ex carne, eductas à sensibus carnis, & imaginatas nescio quo phantasmate. Totum ab animo reijcite, quicquid occurrerit negate. Cognoscite infirmitatem cordis vestri: & quicquid occurrerit quod cogitare possitis, dicite, non est A illud. Non enim si illud esset mihi iam

Universidad de Bibliotecas

occurriſſet. Ita deſyderabitis quoddam bonum. Quale bonum? Omnis boni bonum, vnde omne bonum, bonũ cui addatur quid niſi ipſum bonum. Dicitur. n. bonus homo, & bonus ager, & bona domus, & bonũ animal, & bona arbor, & bonum corpus, & bona anima. Adiunxiſti quoties dixiſti, bonum eſt. Bonum ſimplex, ipſum bonũ quo cuncta ſunt bona, ipſum bonum ex quo cuncta ſunt bona, ipſa eſt delectatio domini, hanc contemplabimur. Iam videte fratres ſi vos delectant bona iſta quæ appellantur bona: ſi vos delectant bona, quæ non ſunt per ſe bona, omnia. n. mutabilia non ſunt per ſe bona, qualis erit contemplatio incommutabilis boni, æterni, ſemper eodẽ modo maneris? Quandoquidem iſta quæ dicuntur bona, nullo pacto nos delectarẽt, niſi eſſent bona: nec alio pacto eſſent bona, niſi ab illo eſſent qui ſimpliciter bonus eſt. Ecce quare habitare volo, inquit, in domo domini per omnes dies vitæ meæ. Dixi vobis quare, vt contempler delectationem do
B mini. Vt autem ſemper contempler, & nulla moleſtia me contingat contemplantem, nulla ſuggeſtio auertat, nulla auferat alicuius potentia, nullum inimicum patiar in contemplando, & perfruar delitijs meis ſecurus, ipſo domino deo meo, quid fiet mihi? Proteget me.) Non ſolummodo ergo contemplari volo delectationem domini, ait, Sed etiam protegi templo eius.) Vt templum ſuum me protegat, ero templum eius & protegar ab eo. Nunquid tale eſt templum dei, qualia templa ſunt ſimulacrorum? Simulacra gentium templis ſuis proteguntur, dominus deus noſter templum ſuum proteget, & ſecurus ero. Contemplabor ad delectationem, & protegar ad ſalutem. Quam erit illa contemplatio perfecta, iam iſta perfecta protectio: & quam illud perfectum gaudium contemplandi, tam perfecta etiam incorruptio ſanitatis. Ad iſta duo verba quæ dixit, contempler delectationem domini, & protegar templo eius, pertinent illa duo, vnde Pſalmus cœpit, Dominus illuminatio mea, & ſalutaris meus quem timebo: quia contemplabor delectationem domini, dominus illuminatio
C mea, quia protegit me templum ſuum, ſalutaris meus eſt. Quare autem hoc nobis præſtat in finem? Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum meorum.) Erit ergo mihi in domo habitatio per omnes dies uitæ meæ, ad hoc vt contempler delectationem domini, & protegar templum eius. Vt autem illuc perueniam, vnde mihi promitto? Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorũ meorum. Tunc non erunt dies malorum meorum, ſed videt me nunc in diebus malorum meorum. Qui ergo me longe poſitum miſericorditer reſpexit, ſecum poſitũ quomodo non illuminabit? Propterea ergo non impudenter vnam illam petiui, nec mihi dixit cor meum quid petis, vel à quo petis? Audes enim à deo aliquid petere peccator inique? Audes ſperare aliquam contemplationem dei te habiturum infirme, immundo corde? Audeo, inquit, nõ de me, ſed de ipſius delectatione, non de mea præſumptione, ſed de illius pignore. Qui tantum pignus dedit peregrinanti, non deſeret peruenientem. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum meorum. Ecce dies malorum noſtrorum, vita iſta eſt. Dies malorum aliter habent impij, aliter fideles. Nam etiam credentes, ſed adhuc peregrinantes à domino. Quamdiu enim ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino: hoc Apoſtolus dixit, ſi dies D 2. Co
malorum non agunt, vnde vox dominicæ Matt.
orationis, Libera nos à malo: ſi non ſumus in diebus malorum? Sed longe diſcretius dies malorum agunt, qui adhuc non crediderunt, nec ipſos ille deſpexit. Etenim Chri Rom.
ſtus pro impijs mortuus eſt. Audeat ergo præſumere anima humana & vnam illam petere ſecura, habebit ſecura, ſecura poſſidebit. Tantum dilecta eſt fœda, pulcra quomodo fulgebit? Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum meorum. Protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.) Quid eſt abſconditum tabernaculi ipſius? Quid eſt hoc? Multa enim quaſi membra tabernaculi ſui foris ſecus videntur. Et eſt quaſi abditum, quod dicitur penetrale ſecretum interioris templi. Et quid eſt hoc, quod ſolus ſacerdos intra Hebr.
bat: Et forte ipſe ſacerdos eſt abſconditum tabernaculum dei. Accepit enim de iſto tabernaculo carnem, & fecit nos abſconditũ tabernaculum eius: vt tabernaculi eius alia membra ipſius credentes in eum ſint, ab- Coloſ.
ſconditum autem tabernaculi ipſe ſit. Mor E
tui enim eſtis, ait Apoſtolus, & vita veſtra 1. Co.
abſcondita eſt cum Chriſto in deo: Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tũc &
vos

vos apparebitis cum ipſo in gloria. An vis noſſe, quia inde dicit? Petra nẽpe eſt Chriſtus. Audite quid ſequitur, Qm̃ abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorũ meorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Quærebas quid ſit abſconditum tabernaculi, audi quod ſequitur, In petra exaltauit me.) Ergo in Chriſto exaltauit me, quia in puluere humiliaſti te in petra exaltauit te. Sed Chriſtus ſurſum eſt, tu aũt ad huc deorſum. Audi ſequentia. Et nũc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.)
Et nũc antequam veniam ad illam domũ, vbi volo habitare per oẽs dies vitæ meæ, antequam veniam ad illam contemplationem domini. Et nunc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos. Adhuc patior inimicos corporis Chriſti, adhuc non ſum exaltatus ſuper inimicos meos, ſed caput meũ exaltauit ſuper inimicos meos. Iam caput noſtrum Chriſtus in cœlo eſt, adhuc inimici noſtri poſſunt ſæuire in nos. Non-
F dum ſumus exaltati ſuper inimicos: ſed ca-
Act. 9. put nr̃m iam ibi eſt. Vnde hoc dixit, Saule Saule qd me perſequeris? Sed dixit in nobis eſſe hic deorſum. Ergo & nos in illo ſumus ibi ſurſum, quia & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. Ecce qua le pignus habemus, unde & nos fide & ſpe & charitate cum capite noſtro ſumus in cæ to in æternum, quia & ipſum diuinitate & bonitate, vnitate nobiſcum eſt in terra vſque in conſummationem ſeculi. Circuiui
Mat. 28 & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis.) Immolamus hoſtiam iubilationis, immolamus hoſtiam lætitiæ, hoſtiã gratulationis, hoſtiam gratiarum actionis, quæ verbis explicari nõ poteſt. Immolamus autem vbi? In ipſo tabernaculo eius, in ſancta Eccleſia. Quid ergo immolamus? Abundantiſsimum et inenarrabile gaudiũ, nullis verbis, voce ineffabili. Hæc eſt hoſtia iubilationis. Vnde quæſita, vnde inuenta eſt? Circumeundo. Circumiui, inquit, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis. Circumeat animus tuus per vniuerſam creaturam, vndique tibi clamabit creatura, deus me fecit. Quicquid te delectauerit in arte, artificem commendat, magisque ſi circumeas vniuerſa, cõſideratio concipit artificis laudem. Vides cœlos, magna opera dei ſunt. Vides terram, deus fecit ſemina inumera, diuerſitates ger
G minum, multitudinem animalium. Circuiui adhuc cœlos vſque ad terram, nihil relinquas, vndique tibi omnia reſonant conditorem. Et ipſæ ſpecies creaturarum, voces ſunt quædam creatorem laudantium. Quis autem explicet laudibus vniuerſam creaturam? Quis illam explicet laudibus? Quis digne laudet cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt? Et iſta quidẽ viſibilia. Quis digne laudet angelos, ſedes, dominationes, principatus, & poteſtates? Quis digne laudet hocipſum quod in vobis viget? Vegetans corpus, mouens membra, ſenſu exercens, & memoria tam multa complectens, intellectu tam multa diſcernens, quis digne laudet? At ſi in iſtis creaturis dei ſic laborat humanus ſermo, in creatore quid agit, niſi ſola eſtat ſermone deficiente iubilatio? Circumiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam iubilatiõis. Eſt & alius ſenſus qui mihi videtur ad contextionem Pſalmi magis pertinere. Quia enim dixerat, in petra ſe exaltatum, quod eſt Chriſtus, & caput ſuum exaltatum ſuper inimicos ſuos, quod eſt Chriſtus: ecciam ſe, qui in petra exaltatus eſt, in eodem capite ſuo exaltatum intelligi voluit ſuper ini H
micos ſuos, referens hoc ad honorem Eccleſiæ, cui ceſsit inimicorum perſecutio.
Et quia hoc per fidem orbis terrarum factum eſt, Circumiui, inquit, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis: id eſt, conſyderaui fidem orbis terrarum, in qua exaltatum eſt caput meum, ſuper eos qui me perſequebantur: & in ipſo tabernaculo eius, id eſt, in Eccleſia toto orbe diffuſa ineffabiliter laudaui dominum. Cantabo & pſallam domino.) Securi erimus, & ſecuri cantabimus, & ſecuri pſallemus cum cõtemplabimur delectationẽ domini, & protegemur in tẽplo eius, in illa incorruptione, quando abſorbebitur mors in victoria. Modo quid? Quia iam dicta ſunt gaudia illa quæ habebimus cum acceperimus illam vnam petitionem. Modo quid? Exaudi domine vocem meam.) Gemamus modo, ore 1. Co. 15
mus modo. Gemitus nõ eſt niſi miſerorũ, oratio non eſt niſi indigentium. Tranſiet oratio, ſuccedet laudatio: tranſiet fletus, ſuccedet gaudium. Inter immodo quando in diebus malorum noſtrorũ ſumus, non ceſſet oratio noſtra ad deum, à quo vnam illam petamus, & ab ipſa petitione non deſinamus, donec ad eam illo donante ac perducente perueniamus. Exaudi domine I
vocem.

vocem meam. Qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me.) Vnam illam petit, tamdiu rogans, flens, gemens non petit nisi unam. Finiuit omnes cupiditates, remanet illa vna quam petit. Audi quia hanc petit. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum.) Hoc est ergo quod pauloante dixit, Vt contempler delectationem domini. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuũ. Si gaudium nostrum in isto sole esset, non cor nostrum diceret, Quæsiui vultum tuũ domine: sed, oculi corporis nostri. Cor nostrũ cui dicit, Quæsiui vultũ tuum, nisi ei qui pertinet ad oculum cordis? Lucem istã quærunt oculi carnis, lucem illam quærunt oculi cordis. Sed uis illam lucem, quæ videtur oculis cordis videre, quia ipsa lux deus est. Deus enim lux est, ait Ioannes, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Vis ergo
1.Ioã.1. videre illam lucem? Munda oculum vnde uidetur, Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Tibi dixit cor meum,
Matt.5. quæsiui vultum tuum. Vultum tuum domine requiram.) Vnam petij à domino, hanc requiram, vultum tuum. Non auertas faciem tuam à me.) O quomodo se fi-
K xit in ista vna petitione. Vis impetrare? Aliud noli petere, vni suffice, quia vna tibi sufficiet. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Ne declines in ira à seruo tuo,) Magnifice, nihil dici diuinius potest. Sentiunt hoc qui vere amant. Alius vellet beatus & immortalis esse in his quas diligit terrenarum concupiscentiarum voluptatibus: & forte propterea deum coleret & oraret, vt diu hic viueret in delitijs suis, & non ab eo aliquid periret, quod terrena possidet cupiditas, nec aurum, & argentum, nec si quid prædiorum oblectaret oculos eius: nec amici morerentur, nec filij, nec coniunx, nec clientes, in his delitijs vellet semper viuere. Sed quia non potest semper, nouit enim se mortalem, forte ad hoc colit deum, & ad hoc orat deum, & ad hoc gemit deo, vt ista illi omnia vsque in finem suppetant. Et si diceret ei deus, Ecce facio te in his immortalem, pro magno bono acciperet, & exultatione gaudiorum gratulatus non se caperet. Non vult hoc iste, qui vnam petijt à domino: Sed quid vult? Cõtemplari delectationem domini per omnes dies vitæ suæ. Rursusque alius qui hoc mode & hac causa coleret deum, si illa sibi temporalia adessent, iratum deum non L
timeret, nisi ne illud auferret. Iste non propter hoc timet irarum, quandoquidem & de inimicis suis dixit, Vt edant carnes meas, Vnde timet iratum? Nec auferat quod amauit. Quid amauit? Vultum tuum domine. Ideo hanc putat iram domini, si auertat ab illo vultum tuum. Domine ne declines in ira à seruo tuo. Posset illi forte responderi hoc modo, Quid times, ne declinet à te in ira? Magis si à te declinauerit in ira, non in te vindicabit, si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potius vt declinet à te in ira, non accedat. Quid nouit enim. Quid desyderat? Ita eius nõ est nisi auersio vultus eius. Quid te faciet in delitijs istis, & voluptate gaudiorum terrenorum immortalem? respondet amator talis, Nolo, quicquid mihi præter illum est, dulce non est. Quic quid mihi vult dare dominus meus auferat totum, & se mihi det. Nec declines n ira Psal.
à seruo tuo. Forte ab aliquibus declinat, non in ira, quomodo à quibusdam qui illi dicunt, Auerte faciem tuã à peccatis meis. M
Quando à peccatis tuis auertit faciem suã, non in ira à te declinat. Auertat ergo fasuam à peccatis tuis, sed non auertat faciẽ suam à te. Adiutor meus esto ne dere. linquas me.) Ecce enim in via sum petiui à te vnam, habitare in domo tua per omnes dies vitæ meæ, contemplari delectationem tuam, protegi à templo tuo.

Hanc petiui vnam, sed vt ad illam perueniam, in via sum. Forte dices mihi vt irẽ, ambula, liberum arbitrium tibi dedi, volũtatis tuæ es, prosequere uiam, quære pacẽ & sequere eam. Noli à via declinare, no- Psal.33
li ibi remanere, noli retro respicere. Per seuera in ambulando, quoniam qui perseue Mat.10.
rauerit vsque in finem, hic saluus erit. Iam &. 24
tu accepto libero arbitrio, quasi præsumis unde ambules. Noli de te præsumere, si te dereliquerit, in ipsa via deficies, cades, aberrabis, remanebis. Dic ergo illi, Voluntatem quidem liberam mihi dedisti, sed sine te nihil est mihi conatus meus. Adiutor meus esto ne derelinquas me. Neque despicias me deus salutaris meus.) Tu enim adiuuas qui condidisti, tu non deseris qui creasti. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me.) Fecit se parvulum deo, ipsum fecit patrem, ipsum fecit

matrem.

matrem. Pater est, quia condidit, quia vo-
A cat, quia iubet, quia regit. Mater, quia fouet, quia nutrit, quia lactat, quia continet. Pater meus & mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assumpsit me.) Et ad regendum & nutriendum. Mortales parentes genuerunt, filij successerunt, mortales mortalibus. Et ad hoc nati sunt qui succederunt, vt qui genuerunt decederent. Non decedet qui me creauit, ego ab illo non recedam. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Exceptis etiam illis duobus parentibus, de quorum carne nati sumus, patre masculo, & matre fœmina, tanquam Adam & Eua, exceptis illis duobus parentibus, habemus hic alium patrem & aliam matrem, vel potius habuimus. Pater secundum seculum diabolus est, & fuit nobis pater cum essemus infideles. Nam infidelibus dicit domi-
Ioan.8. nus, Vos à patre diabolo estis. Si ille pater
Eph.12 omnium impiorum, qui operatur in filijs diffidentiæ, mater quæ est? Est quædam ciuitas quæ Babylonia dicitur. Ciuitas ista societas est omnium impiorum ab Oriente vsq; in Occidentem, ipsa habet regnum terrenum. Secundum hanc ciuitatem respu
B blica quædam dicitur, quam modo videtis senescere & minui. Hæc prima fuit mater nostra, in hac nati sumus. Cognouimus aliũ patrem deum, reliquimus diabolum. Quando enim audet accedere ad eos, quos ille suscepit qui superat omnia? Cognouimus aliam matrem Hierusalem cœlestem, quæ est sancta Ecclesia, cuius portio peregrinatur in terra, reliquimus Babyloniam. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, non habent iam quod mihi præstent, quia & quando mihi præstare videbantur, tu præstabas & illis imputabam. A quo enim etiam secundum mundum præstatur istud homini, nisi à domino? Aut quid aufertur homini, nisi ille iusserit aut permiserit qui donauit? Sed putant naui homines, quod hoc dæmones præstent quos adorant, & aliquando dicunt sibi, Deus ad vitam æternam necessarius est, ad illam vitam spiritalem, potestates autem istæ debent à uobis coli propter ista temporalia. O vanitas generis humani. Plus amas illas res, propter quas istos vis colere. Profecto plus habes istos colere, vti non dicam plus, certe vel tantum. Non vult autem deus coli cum illis, nec si ipse colatur multo amplius, & illi multo minus. Quid ergo, inquies, & isti non sunt necessarij ad
C hæc? Non. Sed timendum est, ne iratei noceant. Non nocebunt nisi ille permittat. Isti semper habent voluntatem nocendi, nec si placentur, nec si rogentur definunt nocere velle. Hoc enim maleuolentiæ illorum proprium est. Ergo quid facies eos colendo, nisi vt illum offendas, quo offenso in istorum potestatem daberis? Et qui tibi nihil possent facere illo placato, facient quicquid volunt illo irato. Et vt noueris, quàm frustra illos colas, quasi propter temporalia, quisquis hæc cogitas: omnes qui colunt Neptunum, non naufragauerunt? aut omnes qui blasphemant Neptunum, ad portum non peruenerunt? Omnes mulieres colentes Iunonem, bene pepererunt? Aut omnes blasphemantes Iunonem, male pepererunt? Hinc intelligat charitas vestra, inanes esse homines qui istos volunt colere, vel propter ista terrena. Nam si propter ista terrena colendi essent, soli cultores illorum terrenis omnibus abundarent. Quod quidem si esset, fugere nos talia dona & vnam petere à domino deberemus. Huc accedit, quia & ista ille dat, qui offenditur cum isti coluntur. Ergo relinquat nos pater noster & mater nostra, relinquat diabolus, relinquat Babylon ciuitas. Dominus nos suscipiat consolandos temporalibus, beatificandos æternis. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Iam ergo assumptus à domino, deserta illa ciuitate & rectore eius diabolo, quia rector impiorum diabolus est, rector mundi tenebrarum harum. Quarum tenebrarum? Peccato- Ephe.6.
rum infidelium. Vnde iam credentibus Ephe.5.
dicit Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino. Ergo iam suscepit ab illo, quid dicamus? Legem mihi constitue domine in via tua.) Ausus es petere legem? Quid si tibi dicat, implebis legem? Si dedero legem, implebis eam? Non auderet petere, nisi primo diceret, Dominus autem suscepit me. Non auderet petere, nisi primo diceret, Adiutor meus esto. Ergo si tu adiuues, si tu suscipis, da legem. Legem mihi constitue domine in via tua. Ergo legem mihi constitue in Christo tuo. Ipsa enim via locuta est nobis, & dixit, Ego sum
via, veri-

vis,veritas & vita. Lex in Christo,lex cum
E misericordia est: Ipsa est sapientia, de qua
Ioan.14 scriptum est, Legem autem & misericor-
diam in lingua portat. Et si offenderis ali-
quid in lege, ille qui pro te fudit sanguinẽ
suum,confitenti tibi ignoscit tibi, tu tantũ
viam noli deserere, dic illi, susceptor meus
esto. Et dirige me in semita recta propter
Psal.83. inimicos meos.) Legem da, sed ne auferas
misericordiam: qui dixit in alio Psalmo,
Nam & misericordiam dabit qui legem de
dit. Ergo legem mihi constitue domine in
via tua,hoc ad præceptum pertinet. Ad mi
sericordiam quid pertinet? Et dirige me,in-
quit,in semita recta, propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantiũ
me.) Id est, non consentiam tribulantibus
me. Si enim consenseris tribulantibus te in
anima,quodammodo non deuorabunt car-
nem, sed voluntate peruersa animam tuam
manducabunt. Ne tradideris me in animas
tribulantium me. Trade si hoc placet in
animas tribulantium. Dixerunt enim hoc
illi martyres, & tradidit suos in manus tri-
Iob. 9. bulantium. Sed quid tradidit? Carnem. Iux
ta quod dicitur in libro Iob, Terra tradita
est in manus impij, caro tradita est in ma
nus peccatoris. Ne tradideris me,non car-
F nem meam,sed me. Anima tibi loquor,mẽ
te tibi loquor. Non dico, noli tradere car-
nem meam in manus tribulantium me: sed,
noli me tradere in animas tribulantium. Et
quomodo traduntur homines in animas
tribulantium se? Quoniam insurrexerunt
in me testes iniqui.) Iam quia testes iniqui
sunt,& multa mala in me dicunt, & in mul
tis mihi detrahunt, si traditus fuero in ani-
mas eorum, mentiar & ero socius eorum,
non particeps veritatis tuæ, sed compartí-
ceps mendacij aduersus te. Exurrexerunt
mihi testes iniqui. Et mentita est iniquitas
sibi.) Sibi,non mihi. Sibi semper menti-
atur,mihi autem non mentiatur. Si tradide-
ris me in animas tribulantium me: id est,si
consensero voluntatibus eorum,iam non si
bi mentita est iniquitas,sed mihi. Si autem
sæuiant quantum voluerint, & conentur
impedire cursus meos, non tamen tu me
des in animas eorum,non consentiendo vo
luntatibus eorum, remanebo ego,& perma
nebo in veritate tua, & mentietur iniqui-
tas,non mihi sed sibi. Redit ad illam vnam
post ista pericula,post labores,post difficul
tates, inter manus persequentium & tribu-
lantium æstuans,anhelans,laborans, & fir-
mus & certus illo suscipiente,illo adiuuan-
te,illo ducente,illo regente: tamen post illũ
circuitum & iubilationem exultans gau-
dio & gemens in laboribus,suspirauit ad ex
tremum & ait: Credo videre bona domi-
ni in terra viuentium: O bona domini dul
cia,immortalia, incomparabilia, sempiter-
na,immutabilia,& quando vos videbo, bo
na domini? Credo videre,sed non in terra G
morientium. Credo videre bona domini
in terra viuentium. Eruet me dominus à
terra morientium, qui propter me digna-
tus est suscipere terram morientium,& mo
ri inter manus morientium. Eruet me do
minus de terra morientium. Credo vide
re bona domini in terra viuentium: Suspi-
rans dixit,laborans dixit, periclitans dixit,
inter magnam turbam tentationum, sed ta
men sperans totum de misericordia eius,
cui dixit,Legem mihi constitue domine. Et
quid illi dicit,qui legem illi constituit? Au-
diamus & vocem domini desuper exhorta
tis nos & consolantis nos,illius vocem quã
habemus pro patre & matre, qui nos dere
liquerunt,illius vocem audiamus. Audiuit
enim gemitus nostros, vidit suspiria no-
stra, intuitus est desyderium nostrum, &
vnam petitionem nostram, vnam postula H
tionem per aduocatum Christum libenter
accepit, & donec peragamus istam peregri
nationem,qua dilaturus est non ablaturus,
quod promisit, dixit nobis, Sustine domi-
num.) Non sustinebis mendacem, non
eum,qui poterit falli, non eum qui non est
inuenturus quod det. Omnipotens promi
sit,certus promisit,verax promisit. Sustine
dominum. Viriliter age.) Noli dissolui,ne Psal.36.
sis inter eos quibus dicitur, Væ his qui per
diderunt sustinentiam. Sustine dominum: Eccle.2.
omnibus nobis dicitur, & vni homini dici-
tur, Vnus sumus in Christo, corpus Chri-
sti sumus, qui vnam illam desyderamus,
qui vnam illam petimus, qui in illis diebus
malorum nostrorum ingemiscimus, qui
credimus nos videre bona domini in terra
viuentium,nobis omnibus,qui vnus in vno
sumus,dicitur,Sustine dominum, viriliter
age. Et confortetur cor tuum & sustine
dominum.) Quid aliud tibi dicit, quàm
vt hoc repetat quod audisti, Sustine domi-
num,viriliter age. Ergo qui perdidit susti-
nentiam, effœminatus est, perdidit vigo-
rem. Hoc viri, hoc fœminæ audiant,
quia

Gala.3. quia in vno viro vir & fœmina. Talis in
I Christo nec masculus nec fœmina est, Su-
stine dominum viriliter age, & cõfortetur
cor tuum,& sustine dominum. Sustinendo
dominum habebis eum,habebis quem susti
nebis. Aliud desydera si maius,si melius,si
suauius inueneris.

In Psalmum vigesimumseptimum enarratio. Psalmus Dauid.

IPsius mediatoris vox est manu fortis in
conflictu passionis. Quæ autem vide-
Mat.13. tur optare inimicis,non maleuolẽtiæ vo
tum est, sed enunciatio pœnæ illorum, si-
cut in euangelio ciuitatibus, in quibus mi-
racula cum fecisset,neque credidissent ei nõ
maleuolentia optat quæ dicit, sed quid eis
immineat prædicit. Ad te domine clama-
ui,deus meus ne sileas à me.) Ad te domi-
ne clamaui,deus meus ne separes vnitatem
verbi tui ab eo quod homo sum. Ne quan
do sileas à me, & ero similes descendẽtibus
in lacum,) Ex eo enim quod æternitas ver
bi tui non intermittit vnire se mihi, fit vt
non sim talis homo,quales sunt cæteri,qui
nascuntur in profundam miseriam seculi
huius, vbi tanquam sileas non agnoscitur
verbum tuum. Exaudi domine vocem de
precationis tuæ, dum oro ad te,dum extol-
K lo manus meas ad templũ sanctum tuũ.)
Dum crucifigor ad eorum salutem,qui cre
dentes fiunt templum sanctum tuum. Ne
simul tradas cũ peccatoribus animã meã,
& cum operantibus iniquitatem ne com-
perdas me. Cum his qui loquuntur pacem
Ioan. 9 cum proximo suo.) Cum his qui mihi di-
cunt, scimus quia à deo venisti magister.
Mala autem loquuntur in cordibus suis.
Da illis secundum opera ipsorum,) Da il-
lis secundum opera ipsorum, quia hoc iu-
stum est. Et secundum malignitatem affe
ctionum ipsorum.) Mala enim affectantes
bona inuenire non possunt. Secundum ope
ra manuum illorum da eis.) Quanuis alijs
ad salutem valeat quod fecerunt, secundũ
opera tamẽ voluntatum eorum da eis. Red
de tribulationem eorum ipsis.) Quia pro
veritate quam audiebant, voluerunt falla-
ciam retribuere, fallacia ipsorum ipsos fal-
lat. Quoniam non intellexerunt opera do
mini.) Et vnde manifestum est hoc eis acci
disse? Hinc scilicet quoniã nõ intellexerunt
opera domini. Hæc ipsa nimirum iam re-
tributio fuit,vt quem maleuolo animo ho-
minem tentauerunt,non cognoscerent deũ,
quem consilio incarnatum pater misit. Et L
in opera manuum eius.) Nec mouerentur
ipsis visibilibus opibus, quæ porrecta sunt
usque ad oculos eorum. Destrues illos &
non ædificabis eos.) Nihil mihi noceant,
sed nec conantur rursus aduersus Eccle-
siam meam erigere machinas aliquid ua-
leant. Benedictus dominus quoniam exau
diuit vocem deprecationis meæ. Dominus
adiutor meus & protector meus.) Domi-
nus adiuuans tanta patientem,& immorta-
litate protegens resurgentem. In ipso spe
rauit cor meum,& adiutus sum. Vt reflor-
uit caro mea.) Id est, & resurrexit caro
mea. Et ex voluntate me confitebor illi.) Vnde iam consumpto mortis metu,non
timoris necessitate sub lege, sed libera vo-
luntate cum lege confitebuntur illi, qui cre
dunt in me,in quibus quia ego sum, ego cõ
fitebor. Dominus fortitudo plebis suæ.) Rom.10
Non est illa plebs ignorans iustitiam dei,&
suam volens constituere. Non enim per
se fortem se putauit, quia dominus fortitu-
do plebis suæ, in huius vitæ difficultatibus
cum diabolo dimicantis. Et protector sa-
lutarium Christi sui est.) Vt esse saluam fa
ctam per Christum suum, post fortitudi- M
nem bellicam, immortalitate pacis ad vlti-
mum protegat. Saluum fac populum tuũ
domine,& benedic hæreditatem tuam.) In Psal. 2.
terpello igitur, postquam resloruit caro
mea, quia dixisti, Postula me & dabo tibi
gentes hæreditatem tuam. Saluum fac ergo
populum tuum, & benedic hæreditatem Ioan.17
tuam,quia omnia mea tua sunt. Et rege il
los, & extolle illos vsque in seculum.) Et
rege illos in hac temporali vita,& in æter-
num hinc tolle illos.

In Psalmum vigesimum octauũ enarratio. Psalmus ipsi Dauid consummationis tabernaculi.

PSalmus ipsi mediatori manu forti, per-
fectionis Ecclesiæ in hoc seculo, vbi ad
uersus diabolũ tẽporaliter militat. Pro
pheta loquitur, Afferte dño filij dei, affer-
te domino filios arietum.) Afferte domino
vosmetipsos,quos per euãgelium duces gre
gum apostoli genuerunt: Afferte dño glo
riam & honorem.) Per opera vestra dñs Psal.39.
glorificetur & honoretur. Afferte domi-
no glo-

no gloriam nomini eius.) Glorioſe per orbem innoteſcat. Adorate dominum in aula ſancta eius.) Adorate dominum in dilatato & ſanctificato corde veſtro. Vos.n.eſtis regnum ſanctum tabernaculum eius. Vox dñi ſuper aquas.) Vos Chriſti ſuper populos. Deus maieſtatis intonuit.) Deus maieſtatis de nube terribiliter pœnitentiam
Matt.4. prædicauit. Dominus ſup aquas multas.) Ipſe dominus Ieſus poſteaquam vocē emiſit ſuper populos & perterruit eos, conuertit in ſe & habitauit in eis. Vox domini in virtute.) Vox domini iam in ipſis potentes faciens eos. Vox domini in magnificentia.) Vox domini magna faciens in eis.
Vox domini conterens cedros.) Vos dñi contritione cordis humilians ſuperbos. Conuertet dominus cedros Libani.) Conteret per pœnitentiam dominus elatos nitore terrenæ nobilitatis, cum ad eos confundendos ignobilia huius mundi elegerit, in quibus oſtendat diuinitatem ſuam. Et com
1.Co.1. minuet eos tāquā vitulum Libani. Et amputata ſuperba celſitudine illorum, deponit eos ad imitationē humilitatis ſuæ, qui tanquam vitulus per ipſam huius ſeculi no
Pſal.2. bilitatem ad victimam ductus eſt. Aſtiterunt enim reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Et dilectus ſicut fi-
Philip.2 lius vnicornium. Nam & ipſe dilectus atq;
B vnicus patri exinaniuit ſe nobilitate ſua, &
Rom.10 factus eſt homo ſicut filius Iudæorū ignorantium iuſtitiam dei & ſuperbe iactantiū tanquam ſingularem iuſtitiam ſusm. Vox domini præcidentis flammam ignis.) Vox domini per ardorem concitatiſsimum perſequentium ſe, ſine vlla ſua læſione tranſeuntis vel diuidentis furentem iracundiā perſecutorum ſuorum, ut alij dicerent, Nū
Ioan.7. quid forte ipſe eſt Chriſtus? alij, non, ſed ſeducit populum: atque ita præcidentis inſanum tumultum eorum, vt aliōs in charitatem ſuam traiiceret, alios in malitia eorum relinqueret. Vox domini commouentis ſolitudinem.) Vox domini commouentis ad finem gentes quaſdam ſine ſpe & ſine deo in hoc mundo, vbi nullus propheta, nullus verbi dei prædicator, veluti nullus homo habitauerat. Et commouebit dominus deſertum Cades.) Et tunc celebrari faciet dominus ſanctum verbum ſcripturarum ſuarum quod à Iudæis non intelligentibus deſerebatur, Vox domini perfi-
cientis ceruos,) Vox enim domini primo perfecit ſuperatores & repulſores venenoſarum linguarum. Et reuelabit ſyluas.) Et tunc eis reuelabit opacitates diuinorum librorum & vmbracula myſteriorum, vbi cū C
libertate paſcantur. Et in templo eius vnuſquiſque dicet gloriam.) Et in Eccleſia eius omnis in ſpem æternam regeneratus, laudat deum pro ſuo quiſque dono quod à ſancto ſpiritu accepit. Dominus diluuium inhabitat.) Dominus ergo primum inhabitat diluuium huius ſeculi in ſanctis ſuis, tāquam in arca, ita in Eccleſia cuſtoditis.
Et ſedebit dominus rex in æternum,) Et Genes
deinde ſedebit regnans in eis in æternū. Dominus virtutem populo ſuo dabit.) Quia dominus virtutem populo ſuo contra huius mundi procellas & turbines dimicanti dabit, quia pacem illis in hoc mundo non promiſit. Dominus benedicet populum ſuum in pace.) Et idem dominus benedicet populum ſuum in ſeipſo, illi pacē præſtans, quoniam inquit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ioan.

In Pſalmum vigeſimum nonum enarratio.

In finem Pſalmus cantici dedicationis domus ipſi Dauid.

IN finem Pſalmus lætitiæ reſurrectionis atque in immortalem ſtatum mutationis atque innouationis corporis, non tantum domini, ſed etiam totius Eccleſiæ: Nam in ſuperiore Pſalmo tabernaculum D
conſummatum eſt, vbi habitamus belli tempore, nunc autem domus dedicatur, quæ in ſempiterna pace permanebit.
Chriſtus totus itaque loquitur, Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me.) Sublimitatem ſuam laudabo domine, quoniam ſuſcepiſti me. Nec iocundaſti inimicos meos ſuper me.) Nec eosiqui toties varijs per orbem perſecutionibus me opprimere conati ſunt, iocundaſti ſuper me.
Domine deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.) Dominus deus meus clamaui ad te, & corpus mortalitate ſaucium & ægrum iam non gero. Domine reduxiſti ab inferis animam meam, ſaluum feciſti me à deſcendentibus in lacum,) Saluum feciſti me à conditione profundæ cæcitatis, atque infimi limi corruptibilis carnis.

Pſallite

Pſallite domino ſancti eius.) Exultat Propheta futura iſta cernens & dicit, Pſallite domino ſancti eius. Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.) Et cōfitemini ei q̄ ſanctitatis, qua vos ſanctificauit nō eſt oblitus, cum totum hoc medium tps deſyderio veſtro longum eſſet. Qm̄ ira in indignatione
E eius.) Qm̄ vindicauit in vos primum peccatum, quod morte ſoluiſtis. Et vita in voluntate eis.) Et vitam æternam, ad quam redire nullis veſtris viribus poſſetis, quia voluit dedit. Veſpere demorabitur fletus.) Veſpere cœpit, vbi ſapientiæ lumen receſſit è peccante homine, quando morte damnatus eſt, ab ipſo veſpere moras habebit fletus, quamdiu in laboribus & tentationibus populus dei expectat diem domini.
Et in matutinum exultatio.) Vſq; in matutinum ergo exultatio reſurrectionis futura eſt, quæ in matutina domini reſurrectione præfloruit. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.)
Ego autem ille populus qui ab initio loquebar, dixi in mea abundantia, iam nullam patiens egeſtatem non mouebor in æternū.
Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.) Sed hanc abundantiam domine non ex me mihi eſſe, ſed in voluntate tua præſtitiſſe te decori meo virtutem ex eo didici. Auertiſti faciem tua à me, &
factus ſum conturbatus.) Quod auertiſti aliquando à peccante faciem tuam, factus
F ſum conturbatus, recedente à me illumina
tione notitiæ tuæ. Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor.) Quando tempus conturbationis & miſeriæ meæ recolens, & tanquam in eo conſtitutus, audio vocē primogēiti tui capitis mei pro me morituri, & dicenti, Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem?) Quæ vtilitas in effuſione ſanguinis mei, dum deſcendo in corruptionem? Nunqd cōfitebitur tibi puluis?) Si enim non ſtatim reſurrexero, corruptūque fuerit corpus meum, nunquid confitebitur tibi puluis, id eſt, turba impiorum, quam mea reſurrectione iuſtificabo? Aut annunciabit veritatem tuam?) Aut annunciabit ad ſalutem cæterorum veritatem tuam? Audiuit dominus & miſertus eſt mihi, dominus factus ē adiutor meus.)
Nec dedit ſanctum ſuum videre corruptionem. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.) Quem primogenitum à mortuis conſcauta Eccleſia, nunc in dedicatione domus tuæ dico, Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi. Conſcidiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitia.)
Conſcidiſti velamentum peccatorum meorum, triſtitiam mortalitatis meæ, & cinxiſti me ſtola prima immortalitatis lætitiæ.
Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.) Vt iam non plangat, ſed cantet tibi non humilitas, ſed gloria mea, quia iam ex
G humiſitate exaltaſti me, & non compungar conſcientia peccati, timore mortis, timore iudicij. Domine deus meus in æternum confitebor tibi.) Et hæc eſt gloria mea domine deus meus, vt in æternū confitear tibi, quod nihil mihi ex me, ſed omnia bona ex te.

Præfatio in enarrationem ſecundam eiuſdem Pſalmi.

HOc certe cantauimus, Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me, nec iocūdaſti inimicos meos ſuper me.)
Si nouerimus de ſcripturis ſanctis, qui ſint Ephe.6:
inimici noſtri, cognouimus huius cantici veritatem: Si autem nos fallat carnis prudentia, vt non cognoſcamus aduerſus quos nobis ſit colluctatio, in ipſo Pſalmi huius exordio inuenimus quæſtionem quam ſoluere non poſſumus. Cuius enim putamus vocem eſſe laudantis deum & gratias agentis & exultantis atque dicentis, Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec iocū daſti inimicos meos ſup me? Primo ipſum
H dominum conſyderemus, qui ſecundum id quod homo eſſe dignatus eſt, potuit ſibi per præcedentem prophetiam non incongrue verba iſta coaptare: Ex quo enim homo, ex hoc & infirmus, ex quo infirmus ex hoc & orans. Nam quod modo audiuimus cum euangelium legeretur, quemadmodum etiam in deſertum ſeceſſerit à diſcipulis ſuis, quo eum ſunt conſecuti & inuenerunt eum, Secedens autem Marc.1.
ibi orabat, & dictum eſt à diſcipulis qui eum inuenerunt. Quærunt te homines. At ille reſpondit, Eamus & in alia loca atque caſtella prædicare, Ad hoc enim veni ſi diuinitatem domini noſtri Ieſu Chriſti. cōſyderes, q̄s orat? ad quē orat? quare orat? Orat deus, orat ad æqualē? Cauſam autem orandi quam habet, ſemp beatus, ſem-

pes

per omnipotens, semper incommutabilis, æternus,& patri coæternus? Intuentes ergo quod per Ioannem quasi per quandam nubem suam ipse intonuit dicens,In princi
Ioan. 1. pio erat verbum,& verbum erat apud deū, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil: quod factum est in illo vita erat,& vita erat lux hominum,
I & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nō comprehenderunt. Huc vsque dicentes,nō inuenimus orationem nec causam orandi, nec locum orandi,nec affectum orandi. Sed quoniam paulopost dicit, Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis: habes maiestatem ad quam ores,habes humanitatem quæ pro te ores. Nā hoc dictum est ab Apo
Rom.8. stolo, etiam post resurrectionē domini nostri Iesu Christi, Qui sedet,inquit,ad dexteram dei, qui etiam intepellat pro nobis.
1.Ti.2. Quare interpellat pro nobis? Quia mediator esse dignatus est. Quid est mediatorē esse inter deum, & homines? Non inter patrem, & homines, sed inter Deum, & homines? Quid est Deus? Pater, & filius, & spiritus sanctus: Quid sunt homines? Peccatores,impij,mortales. Inter illam trinitatem,& hominum infirmitatem, & iniquitatem, mediator factus est homo, non iniquus,sed tamen infirmus, vt ex eo quod non iniquus, iungeret te deo: ex eo quod infirmus,propinquaret tibi: atque ita vt inter hominem & deum mediator existe
Ioan. 1. ret,verbum caro factum est,id est,verbum hō factū ē. Nomine.n.carnis appellati sunt homines. Inde est, Et videbit omnis caro
Lucæ.3. salutare dei. Omnis caro dictū est,oēs homi
Ephe.6. nes. Et Apostolus,Nō est nobis colluctatio
K aduersus carnē & sanguinē,id est, aduersus homines, sed aduersus principes & prātes & rectores mundi tenebrarum harum: De quibus in consequentibus,si dominus adiuuerit loquemur. Pertinet enim ista distinctio ad expositionē Psalmi quē in nomine dñi suscepimus enodare sanctitati vestræ. Tñ ad hoc dixi hæc exempla, vt noueritis carnē appellatos esse homines,vt qđ dictū est,Et verbū caro factū est: intelligatis dictū,Et verbū hō factū est. Neq; sine causa hoc dixi. Nouerit sanctitas vestra fuisse quādā hæresim,vel adhuc fortasis hre reli
Apolli- quias quorūdam qui dicti sunt Apollinari-
narista. stæ. Aliqui.n.ipsorū dixerunt hominē quē suscepit sapiētia dei,& in quo expressit persōnā suam, non sicut cæteros homines,sed sicut dictum est in Psalmo, Vnxit te deus Psal.44
tuus oleo exultatiōis p̄ participibus tuis. i. amplius q̄ participes tuos: ne putet sic vnctus Christus qūo cæteri homines,quomodo cæteri iusti,quomodo patriarchæ,pphtæ, Apostoli,& martyres,& quicqd magnū est in genere humano. Quandoq̄dem nihil maius extitit in genere humano q̄ Ioānes Baptista,nec in natis mulierū exurrexit. Si L
q̄ris excellentiā hominis, Ioannes Baptista est. Cuius aūt Ioannes se dicit non esse dignū corrigiā calceamenti soluere,qđ erat il Mat.11
le nisi amplius q̄ cæteri homines, etiā in ip Marc.1
so homine amplius quàm cæteri homines? Luc.7
Nam scđm deum & secundum diuinitatē, & scđm id quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deū,& deus erat ver- Ioan.1
bum: sup̄ omnem creaturam æqualis est patri,sed agimus de homine. Forte putat quispiam vestrū fratres qa homo ille susceptus à sapientia dei,æqualis erat cæteris hominibus. Si in tuis membris multum distat inter caput & cætera mēbra,certe omnia mēbra faciunt corpus vnū, multum tamen interest inter caput & cætera mēbra. Etenim in cæteris membris non sentis nisi tactu, tā gendo sentis in cæteris membris, in capite autem & vides & audis & olfacis & gustas & tangis. Si tanta excellentia est capitis ad membra cætera, quanta excellentia est capitis vniuersæ ecclesiæ. i. illius hominis quē voluit deus mediatorem esse inter deum & homines? Ergo illi hæretici dixerunt,homi 1. Tim.
nem illum quem suscepit verbum, cū ver- M
bum,caro factum est,non habuisse mentem Ioan.1
humanam, sed tantum animam sine intelligentia humana fuisse. Hominem.n.videtis: vnde constat? ex anima & corpore, sed ipsa anima humana habet aliquid quod non habent animæ pecorum. Nam & pecora animam habent,& animalia vocātur. Non.n. vocarentur animalia nisi ab anima, & videmus quia & ipsa viuunt. Sed quid habet amplius homo vnde factus est ad imaginē dei? Genes.1
quia intelligit & sapit,quia discernit bonū à malo,in hoc factus est ad imaginem & similitudinem dei. Habet ergo aliquid quod nō habent pecora, & quia cōtennit in se quo melius est pecoribus, perimit in se vel deserit, & quodāmodo obsolefacit imaginem dei,vt dicat talibus, Nolite esse sicut equus & mulus,

Psal.31. & mulus,quibus non est intellectus. Illi igitur hæretici qui dixerunt dominum nrm Iesum Christum non habuisse mentem humanam & illud quod λογικὸν Græci dicūt, nos dicimus,rationale,vñ hō ratiocinatur, quod non habent cætera animalia, quid dicunt? Ipsum verbum dei, hoc erat in illo homine pro mente. Exclusi sunt isti,respuit illos catholica fides qui hæresim fecerunt, & confirmatum est in catholica fide,homi-
A nem illum quem suscepit sapientia dei nihil mīnus habuisse quam cæteri homines, quantum pertinet ad integritatem naturæ. Quantum autem ad excellentiam persone, aliud quam cæteri homines. Nam cæteri homines possunt dici participes verbi dei, habentes verbum dei, nullus autem eorum potest dici verbum dei,quod dictum est illi
Ioan. 1. cui dictum est, Verbum caro factum est. Non defuerunt etiam alij quidam ex ipso errore venientes, qui non solum mentem dicerent non habuisse illum hominem, me-
1.Tim.2 diatorem Christum inter deū & homines,
Ioan. 1. sed nec animam: sed tantum dixerunt, verbum & caro erat,& anima ibi non erat humana,mens ibi non erat humana. Hoc dixerunt. Sed quid erat? Verbum & caro. Et istos respuit Ecclesia catholica, & expellit eos ab ouibus, & à simplici & vera fide,& confirmatum est,quemadmodum dixi, hominem illum mediatorem habuisse omnia hominis præter peccatum. Si enim multa gessit secundum corpus, ex quo intelligamus quia habuit corpus non in mendacio, sed in veritate: vtputa, quomodo intelligi
B mus quia habuit corpus? Ambulauit,sedit,
Matt.27 dormiuit,comprehensus est, flagellatus est, colaphizatus est,crucifixus est, mortuus ē. Tolle corpus, nihil horum fieri potuit. Quomodo ergo ex his indicijs cognoscimus in euangelio, quia verum corpus ha-
Luc.24. buit, sicut & ipse etiam post resurrectionē dixit,Palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere: quomodo ex his rebus,ex his operibus credimus & intelligimus & nouimus,quia corpus habuit dominus Iesus: sic & ex quibusdam alijs officijs naturalibus quia habuit animam. Esurire,sitire,animæ sunt ista: Tolle animam, corpus hæc exanime non potest. Sed si falsa dicunt ista fuisse, falsa erunt & illa quæ de corpore creduntur. Si autem ex eo verum corpus,quia vera officia corporis: ex eo vera anima, quia vera officia animæ. Quid ergo, quoniam dominus factus est infirmus propter te? O homo qui audis, non tibi compares deum. Etenim creatura es, ille creator tuus. Nec illum hominem tibi conferas, quia propter te homo deus tuus,& verbum filius dei: sed illum hominem tibi præferas tanquam mediatorem, deum autem supra omnem creaturam, Et C
sic intelligas, quia qui homo factus est propter te,non incongrue orat pro te. Si ergo non incongrue orat pro te, non incongrue potuit & ista verba dicere propter te, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me,nec iucundasti inimicos meos super me. Sed istā verba si non intelligamus, nec iucundasti inimicos meos super me, falsa erunt si ipsum dominum Itsum Christū cogitemus. Quomodo enim veeum est, si Christus dominus loquitur, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me? Ex persona hominis, ex persona infirmitatis, ex persona carnis, quomodo verum est, quandoquidem iudāti sunt inimici eius super eum, quando illum crucifixerunt,tenuerunt eum & flagellauerunt,& colaphizauerunt dicentes, Prophetiza nobis Christe? Ista iucunditas eo Mat.26.
rum quasi cogit nos putare falsum esse, qđ dictum est, Nec iucundasti inimicos meos super me. Deinde cum in cruce penderet, & transibant vel stabant & attendebāt & caput mouebant,& dicebant, Ecce filius dei, Mat.27.
alios saluos fecit, seipsum saluare non potest,descendat de cruce,& credemus in eū, Dicentes ista nonne iucundabantur super eum? Vbi est ergo ista vox, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me? Fortasse non D
est ista vox domini nostri Iesu Christi, id est, ipsius hominis, sed vniuersæ Ecclesiæ populi Christiani: quia omnis homo in Christo vnus homo est,& vnitas Christianorum vnus homo. Fortasse ipse homo,id est, vnitas Christianorum ipsa dicit, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me,nec iucundasti inimicos meos super me. Quomodo & hoc verum est de illis? Non sunt comprehensi apostoli, non sunt cæsi, non sunt flagellati,non sunt occisi, non sunt crucifixi,non sunt incensi viui, non ad bestias pugnauerūt, quorum memorias celebramus? Quando autem ista illis faciebāt homines, nonne iucundabantur super eos? Quomodo ergo potest & populus Christianus dicere, Exaltabo te quoniam domine suscepisti

me,nec incundasti inimicos meos sup me? Intelligemus hoc, si videamus primo titulum Psalmi. Habet enim. In fine Psalmus cantici dedicationis domus ipsi Dauid.) In hoc titulo est omnis spes, & vniuersum sacramentum dissoluendæ huius quæstionis. Dedicabitur domus aliquando quæ modo fabricatur. Modo enim fabricatur domus,id est, Ecclesia, postea dedicabitur. In
E dedicatione apparebit gloria populi Christiani,quæ modo latet. Sæuiant modo inimici,humilient, faciant non quicquid volunt,sed sicut desuper permittuntur. Non enim quicquid passi ab inimicis fuerimus hoc inimicis deputandum est & non dño deo nostro. Qũquidem in ipso suo exemplo mediator demonstrauit, quando nobis desuper permittit homines nocere, non voluntatem nocendi desuper dari sed potestatem. Vnusquisque enim malus apud se habet voluntatem nocendi: ut autem possit nocere,non habet in potestate. Vt velit,iam reus est: vt possit,occulta dispensatione prouidentiæ dei,in alium permittitur ad pœnã, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam. Ad pœnã, quomodo permisi sunt ἀλλόφυλοι id est, alienigenæ capere populum Israel,quia peccauerunt in deum. Ad probationem autem permissus est diabolus in Iob. Probatus est autem Iob,confusus est diabolus. Ad coronam vero permisi sunt psecutores in martyres,Occisi sunt martyres,quasi vicisse se arbitrati sunt persecutores. Illi in manifesto falso triumphauerunt,illi in occulto vere coronati sunt. Ergo in quem permittit, occultæ dispensationis est prouidentiæ dei.
F Vt autem velit nocere, iphius hominis est: non enim continuo quem vult occidit. Itaque ipse dñs iudex viuorum & mortuorũ, stans ante hominem iudicem, præbens nobis humilitatis exemplum & patientiæ documentum,non victus,sed militibus pugnãdi exemplum demonstrans,minanti iudici, tumenti superbia & dicenti, Nescis quia potestatem habeo dimittendi & occidendi te: abstulit typhum inflantis, & tanquam rededens exufflationem qua detumesceret, Nõ haberes,inquit,in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Et Iob nempe diabolus occidit filios ipsius, diabolus tulit omnem substantiam ipsius. Et ille quid? Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Non triumphet inimicus,quia ipse fecit. Noui ego,inquit,à quo sit permissus. Diabolo tribuatur nocendi voluntas, dño meo probandi potestas. In ipso vulnere corporis accedit vxor relicta sicut Eua, adiutrix diaboli,non consolatrix mariti, tentat & dicit inter multas increpationes, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Dic aliquod verbum in deum & morere. Et ille Adam in stercore est cautior, quam Adam Iob
in paradiso. Nam Adam in paradiso cõsen Gen
sit mulieri vt de paradiso emitteretur, Adã G
in stercore respuit mulierem, vt ad paradisum admitteretur. Quid ergo ille Adam in stercore,parturiens immortalitatem intrinsecus,vermibus fluescens extrinsecus, quid ait mulieri? Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona percipimus de manu domini, mala autem quare non Iob
sustineamus? Iterum & ille manum domini dixit in se, quòd eum diabolus percusserat, quia non attendebat quis percuteret, sed quis permitteret. Nanq; & ipse diabolus eandem potestatem,quam sibi volebat dari, manum domini appellauit. Nam obijciens crimen iusto viro,cui dñs perhibebat testimonium ait deo, Nunquid gratis Iob colit dñm? Nonne tu vallasti eum ac domum eius,vniuersamq; substantiam eius per circumitum? Operibus manuum eius benedixisti,& possessio eius creuit in terra. Tanta bona illi dedisti,propterea te colit. Sed mitte manum tuam & tange omnia quæ sunt eius, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Quid est mitte manum tuam,cum ipse vellet mittere? Sed quia ipse non posset mittere manum suam,ipsam potestatem quam accepit à deo manum dei appellauit. Quid H
ergo fratres, quia tanta inimici in Christianos fecerunt,& exultauerunt, & iucundati sunt super eos? Sed quando apparebit, quia non sunt iucundati? Quando illi confundentur, illi exultabunt in aduentu domini dei nostri, cum venerit ferens in manu retributiones,damnationem impijs, regnum iustis,societatem cum diabolo iniquis,societatem cum Christo fidelibus. Quando ergo hoc ostendet? Quando stabunt iusti in magna constantia. De scripturis dico,recordamini lectionem de libro Sapientiæ: Tũc 52p.
stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Illi autem dicent inter se pœnitentes,& præ angustia spiritus gementes, Quid nobis profuit superbia,& diuitiarum

diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt.n. omnia illa tanquã umbra, & tãquam nuncius præcurrens. Et tanquã nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, & cætera. Et quid dicent de iustis? Quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? Tũc erit dedicatio domus,quæ modo in tribulationibus fabricatur. Tunc recte dicet populus ille, Exal-
I tabo te domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me. Vera ergo erit vox ista in populo dei, qui populus modo angustiatur,modo tribulatur,tantis tentationibus,tantis scandalis, tantis insecutionibus,tanta pressura. Hæc tormenta animi non sentit in Ecclesia qui non proficit, putat enim quia pax est. Sed inci-
Mat. 13 piat proficere,& tunc uidebit in qua pressu-
Eccle. 1 ra sit, quia cum creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Et qui apponit scientiam, apponit dolorem. Proficiat & uidebit vbi sit, existat fructus
2. Ti. 3. & apparebunt zizania. Vox veridica est per Apostolum, deleri non potest ab initio usque ad finem, sed & omnes qui uolunt, inquit, pie uiuere in Christo persecutionem patiuntur. Maligni autem homines & seductores proficiunt in peius,ip-
Psal. 26. si errantes & alios in errorem mittentes. Et unde sunt verba illa Psalmi, Sustine dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum & sustine dominum? Parum erat semel sustinere dominum, nisi repereret, ne forte sustineret biduo, triduo, quatriduo, & maneret pressura & tribulatio, ideo addidit, uiriliter age,addidit, & confortetur
K cor tuum. Et quia ab initio usque in finem sic erit, quod habet sententia in capite,hoc habet in fine, & sustine dominum. Transient ista quæ te premunt, & ueniet quem sustines, & exterget sudorem.
Iob. 7. Siccabit lacrymam, ultra non flebis. Modo autem gemamus in tribulationibus, sicut dicit Iob, Nonne tentatio est uita humana super terram? Tamen fratres antequam ueniat dies dedicationis domus, videamus quia iam dedicatum est caput nostrum, iam facta est dedicatio domus in capite tanquam dedicatio fundamenti. Caput sursum est, fundamentum deorsum est. Ne forte propterea male dixerimus fundamentum esse, Christum,quia culmen est potius, ascendit in cœlum,sedet ad dexteram patris. Sed puto nos non erasse. Apostolus enim dixit, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Si quis autem superædificauerit supra fundamentum hoc,aurum,argentum,lapides præcio- 4. sen. di.
sos. Qui bene viuunt,qui deum honorant 2. In illo
& laudant,qui patientes sunt in tribulatio- 25. dist.
nibus,qui desyderant patriam ipsi ædificant Vnũ ora
aurũ,argentum,lapides preciosus. Qui aut tionum.
amant adhuc secularia, & negociis terre- L
nis adhuc implicati sunt,& dediti sunt uinculis quibusdam & affectionibus carnis,domibus suis,coniugibus,possessionibus & tamen Christiani sunt, ut cor eorum non recedat a Christo,& nihil præponant Christo,qũo in ædificãdo nihil præponitur fundamento,ædificant quidem i ligna, fœ 1. Cor. 3
num,stipulam. Sed quid secutus est? Vnusquisq; opus quale sit ignis probabit. Ignis multos martyres hic probauit, omne autẽ genus humanum probat in fine. Inuenti sunt martyres qui haberent ista secularia. Quam multi diuites & senatores passi sũt, ædificabant tamen quidam eorum ligna,fœnũ,stipulam in affectionibus carnalibus & secularium curarum: sed tamen quia Christum fundamentum habebant, super quod ædificabant,arsit fœnum & ipsi remanserũt in fundamento Sic dicit Apostolus, Si cuius opus manserit mercedem accipiet, & nihil perdet,quia quod amauit,hoc inueniet. Quid ergo illis fecit ignis tribulationis? Probauit eos. Si cuius opus permanserit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed aliud est igne non lædi, aliud per ignem saluari. Et unde? Propter fundamentum. Non rece M
dat ergo de corde fundamentum. Noli super fœnum ponere fundamentum, hoc est, noli anteponere fœnum fundamento, vt fœnum habeat primum locum in corde tuo,& secundus Christus. Sed si iam non potest ibi esse nisi fœnum,uel primum locum ibi habeat Christus, & fœnum secundum. Ergo fundamentum est Christus. Quomodo dixi dedicatum est caput nostrum, ipsum caput est fundamentum, sed fundamentum deorsum solet esse, caput autem sursum. Intelligat sanctitas vestra quid dicam, fortasis explicabo in nomine Christi. Pondera gemina sunt. Pondus
Pondus enim est impetus quidam cuiusque rei, uelut conantis ad locum suum.

Hoc est pondus, Fers lapidem manu, pateris pondus, premit manū tuam, quia locū suum quærit. Et vis videre quid quærat? Subtrahere manū, & uenit ad terram, quiescit in terra, peruenit quo tendebat, inuenit locum suum. Pondus ergo illud motus erat quasi spōtaneus, sine anima, sine sensu. Sūt aliquæ q̄ rursum uersus petunt locū. Nanq; si aquā mittas super oleum, pondere suo in ima tendit. Locum.n. suum q̄rit, ordinari q̄rit, quia præter ordinē est aqua sup oleū. Donec ergo ueniat ad ordinē suum, inquietus motus est, donec teneat locum suum.

A Contra, oleum funde sub aqua, uerbi grā, quē admodū si uas olei cadat in aquam, in abyssum, in mare, & frangantur, non se patitur oleū subter. Quo aqua super oleū missa, pondere suo ad ima locum suum quærit, sic oleum subter aquam fusum pondere suo ad summa locum suum quærit. Si ergo ita est fratres, quo tendit ignis & aqua? Ignis sursum fertur, locum suum quærit pondere suo. Lapis ima petit, & lignum, & columnæ & terra, unde ædificantur istæ domus. De illo ergo sunt genere rerū, quæ pondere suo deorsum feruntur. Manifestū est ergo ideo deorsum accipere fundamentum, quia pondere suo deorsum uersus ferūtur, & nisi sit quid sustineat totum cadit, quia totum ad terrā uergit. Rebus ergo ad ima tēdentibus in imo ponitur fundamentū. Ecclesia vero dei in imo posita tendit in cœlum. Fundamentum ergo nostrum ibi positum est, dominus noster Iesus Chrs sedens ad dexteram patris. Si ergo intellexit
1.Co.3. Mar.16. sanctitas uestra, quia iam dedicatum est fundamentum nostrū, audiamus breuiter Psalmum, & decurramus.

B

Enarratio secunda.

EXaltabo te dñe quoniā suscepisti me, nec iocūdasti inimicos meos sup me.) Quos inimicos? Iudęos. In dedicatiōne fundamenti, ipsam dedicationē intelligamus domus futurę. Quod.n. dicitur modo ex persona fundamenti, tunc dicitur ex persona vniuersæ domus. Quos ergo inimicos? Iudæos, an potius diabolū & angelos eius, q̄ confusi discesserunt, postquā dñs resurrexit. Præpositus mortis doluit uictā mortē. Et non iocundasti inimicos meos super me, quia teneri apud inferos non potui. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me.) Orauit in monte dñs ante passionem sanauit eū. Quem sanauit qui nunquā ægrotauit? Verbum deum, verbum dinitatem? Non. Sed mortem carnis portabat, uulnus tuum portabat, sanaturus te de uulnere tuo. Sanata est autē caro. Quādo? Cum resurrexit. Audi Apostolum, Vide verā sanitatem. Absorpta est, ait, mors in uictoria. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Ergo exaltatio illa nra tunc erit vocis, Christi modo est exaltatio. Dñe reduxisti ab inferis animam meam.) Non opus est vt exponatur. Saluum fecisti C me a descendentibus in lacum.) Qui sunt qui descendunt in lacū? Omnes peccatores mergentes in profundū. Lacus est enim profunditas seculi. Quæ est ista profunditas seculi? Abundantia luxuriæ & nequitiæ. Qui ergo libidinibus se immergunt & terrenis desyderijs, descendunt in lacū, tales Chrm persecuti sunt. Sed quid dicit? Saluū fecisti me a descētibus in lacum. Psallite domino sancti eius.) Quia resurrexit caput vestrum, hoc sperate membra cætera quod videtis in capite. Hoc sperate membra, q̄ Prou credidistis in capite. Prouerbium est antiquum & verum, Vbi caput, & cætera membra: Christus in cœlum ascendit, quo nos secuturi sumus. Nō remansit apud inferos, resurrexit, iam non moritur. Cum resurrexerimus & nos, iam non moriemur. Has ergo promissiones habentes, psallite domino sancti eius. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius.) Quid est confitemini memoriæ? Obliti enim eratis eum, sed ipse uos nō est oblitus. Quoniam ira in indignatione eius, & vita in uoluntate eius.) Ira in indignatio Gen ne peccatori, Qua die ederitis morte moriemini. Tetigerūt, mortui sunt, dimissi de paradiso, quia ira in indignatione eius, sed D non sine spe, quia uita in uoluntate eius. Quid est in uoluntate eius? Non in viribus nostris, non in meritis nostris, sed quia voluit, saluos nos fecit, non quia digni eramus. Quo enim ē peccator dignus nisi supplicio? Vitam dedit, & si impijs uitam donauit, quid seruat fidelibus? Vspere demorabitur fletus.) Nolite timere, quia dixerat nobis, psallite, & hic gemitus est, in psallendo exultatio, in orando gemitus. Geme de præsentibus, psalle de futuris. Ora de re, psalle de spe. Vespere demorabitur fletus. Quid est vespere demorabitur fletus? Vespera fit quando sol occidit. Occidit sol ab homine,

homine, id est, lux illa iustitiæ præsentia dei. Ideo quando expulsus est Adam, quid
Gen. 3. dictū est in Genesi, cum deambularet deus in paradiso? Ad vesperā deambulabat deus. Iam ille peccator texerat se intra lignum, nolebat uidere faciem dei, ad quam gaudere consueuerat. Occiderat illi sol iustitiæ, non gaudebat ad præscientiam dei. Inde in choata est omnis uita ista mortalis. Vespere demonstrabitur fletus, diu eris in fletu o genus humanū, nasceris.n. de Adā, & sic est factum. Et nos ex Adam sumus, & quotquot E crearunt filios, & creaturi sunt, ex Adam sunt, ex quo & ipsi creati sunt. Vespere demorabitur fletus. Et in matutinum exultatio.) Quando cœperit oriri fidelibus lux, q̄
Mat.28. occiderat peccatoribus. Nam ideo & dominus Iesus Christus in matutino surrexit de sepulcro, ut quod dedicauit in fundamento hoc promitteret domui. In domino nostro vespera fuit, quia sepultus est, & matutinū, quia resurrexit tertia die. Sepultus es & tu vespere in paradiso, & resurrexisti tertio die. Quomodo tertio die? Si seculum cogites, vnus dies est ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia. Quod triduo illo ostendit caput tuum, hoc triduo seculi ostenditur in te, quando in matutino sperandum est, lætandum est, sed perferendum est modo & gemendum. Ego autem dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum.) In qua abundantia dixit homo, Non mouebor in æternum: Intelligimus fratres persona humilis hominis. Quis hic habet abūdantiam? Nemo. Abundātia hominis quæ est? Erumna & calamitas. Sed diuitiæ ha-
F bent abundantiam? Plus egent quanto plus habēt, desyderijs uastātur, cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt. Quæ illis abundantia erat quando constitutus est homo in paradiso, quando nihil deerat illi, quando deo fruebatur, sed dixit, Non mouebor in æternū? Quando dixit, Non mouebor in æternum? Quā do libenter audiuit, gustate & eritis sicut dii: cum deus diceret, qua die ederitis morte moriemini: & diabolus, nō morte morie mini. Credens ergo illi talia suadenti dixit, Non mouebor in æternum. Sed quia verum dixerat dominus, quod ablaturus esset superbo quod dederat humili, quando eum creauit, sequitur & dicit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo uirtutem.) Id est, quia non ex me bonus erā & fortis, sed ex te eram & pulcher & fortis decori meo uirtutem præstiteras ex voluntate tua, qua me feceras. Et ut ostenderes mihi, quia voluntate tua hoc eram, Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.) Auertit ergo faciem suam ab illo, quem emisit foras de paradiso. Iam hic Gen. 3. positus clamet & dicat, Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor.) In paradiso non clamabas, sed laudabas: non gemebas, sed fruebaris. Foris positus geme & clama, propinquat tribulanti, qui deser G uit superbientem. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ad te Iaco. 4. domine clamabo, & ad deum meum depre- 1.Pe.5. cabor. Iam ex persona domini hoc sequitur ipsius fundamenti nostri. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo ad corruptionē? Quid ergo orat? Vt resurgat: Si enim descendero, inquit, in corruptionem, si fuerit corrupta caro mea, quo modo cæterorum hominum? Si enim non modo resurgam, nemini annunciabo, neminem lucrabor. Vt autem alicui annunciem mirabilia tua, laudes tuas, uitam æternam, exurgat caro mea, non erat in corruptionem. Nam si fierit, quomodo cæterorum hominum, quæ vtilitas in sanguine meo? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam?) Confessio gemina est, aut peccati, aut laudis. Quando nobis male est, in tribulationibus cōfiteamur peccata nostra: quando nobis bene est, in exultatione iustitiæ confiteamur laudem deo, si ne confessione tamen non simus. Audiuit dominus & misertus est mei.) Quemodo? Attendit ad dedicationem domus, audiuit & H misertus est. Dominus factus est adiutos meus.) Audi iam ipsam resurrectionem. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum & accinxisti me lætitia.) Quis est saccus? Mortalitas. Saccus de capris conficitur & Mat.25. dæ hœdis, & capræ & hœdi inter peccatores ponuntur. Dominus de numero nostro saccum solum accepit, non assumpsit meritum sacci. Meritum sacci peccatum est, saccus ille mortalis est. Assumpsit propterte mortalitatem, qui meritum mortis non habebat. Meritum enim mortis ille habet qui peccat: Ille autem qui non peccauit, non habuit meritum sacci. Alio loco ipsius est vox dicentis, Ego autem cum mihi molesti essent induebam me cilicio. Quid est

hoc, Induebam me cilicio? Hoc opponebam
Psal.34. persecutoribus quod habeo de cilicio. Vt hominem illi putarent, abscondit se ab oculis persequentium, quia indigni erant persecutores, qui viderent indutum cilicio. Ergo conscidisti saccum meum, & cinxisti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non cõpungar.) Quod in capite est, hoc in corpore. Quid est non compungar? Iam non moriar: compunctus est.n.cum in cruce pẽderet, lancea percussus est, Caput ergo nostrũ
Ioan.19. dicit, Non compungar, iam non moriar.
Nos autem quid dicimus propter dedicationem domus? Non nos compungat conscientia stimulis peccatorum. Dimittentur enim omnia, & tunc liberi erimus, Vt cantet tibi, inquit, gloria mea non humilitas. Si nostra, & Christi, quia corpus Christi nos.
Mat.25. Quare? Quia quamuis Christus sedeat in cœlo, dicturus est quibusdam, Esuriui & dedistis mihi manducare, Et ibi est, & hic. Ibi in se, hic in nobis. Quid ergo ait? Vt cantet tibi gloria mea, & non compugar, Gemit tibi humilitas, mea, cantabit tibi gloria mea. Iam in finem, Domine deus meus, in æternum confitebor tibi.) Quid est, in æternum confitebor tibi? In æternum laudabo te, quia diximus esse confessionem & in laudibus, non tantum in peccatis. Cõfitere ergo modo, quod tu fecisti in deum, & confiteberis quid tibi fecerit deus. Quid fecisti? Peccata. Quid deus tibi confitenti iniquitatem tuam? Dimittit tibi peccata, ut ei postea laudes ipsius confitens, in æternũ non compungaris peccato.

In psalmum 30. enarratio.
In finem psalmus ipsi Dauid ecstasis.

K IN finem Psalmus ipsi mediatori manuforti in persecutionibus. Nam ecstasis quæ addita est titulo, excessum mentis significat, quæ fit vel pauore, vel aliqua reuelatione. Sed in hoc Psalmo pauor maxime apparet perturbati populi dei, persecutione omnium gentium & defectus per orbem fidei. Sed prior loquitur ipse mediator. Deinde redemptus sanguine ipsius populus gratias agit. Ad extremum perturbatus diu loquitur, quod ad ecstasim pertinet: Prophetæ vero ipsius persona bis interponitur, prope finem & in fine. In te domine speraui, non confundar in æternum.) In te domine speraui, nunquam confundar, dum tanquam homini simili cæteris insultabitur. Et in iustitia tua erue me & exime me.) Et in tua iustitia erue me de fouea mortis, & exime me de numero eorum. Inclina ad me aurem tuam.) Humilem me exaudi proximus mihi. Accelera ut eximas me.) Nec differas in finem L
seculi, sicut omnium credentium mihi, segregationem meam a peccatoribus. Esto mihi in deum protectorem.) Protector deus esto mihi. Et in domum refugii ut saluum me facias.) Et tanquam domus quo refugiens saluus fiam. Quia fortitudo mea & refugium meum es tu.) Quia fortitudo mea ad tolerandos persecutores meos, & refugium meum ad relinquendos tu mihi es. Et propter nomen tuum dux mihi eris & enutries me.) Et vt per me innotescas omnibus gentibus, per omnia sequar voluntatem tuam, & paulatim mihi aggregatis sanctis implebis corpus meum & perfectam staturam meam. Educes me de muscipula ista, quam occultauerunt mihi.) Educes me de insidiis istis, quas occultauerunt mihi. Quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum.) Potestati tuæ commendo spiritum meum, cito recepturus. Redemisti me domine deus ueritatis.) Dicat & populus redemptus passione domini sui, & lætus clarificatione capitis sui, Redemisti me domine deus veritatis. Odisti obseruantes vanitatem, superuacue.) Odisti obseruantes falsam beatitudinem seculi. Ego autem in domino speraui, exultabo & iocundabor in tua misericordia.) Exultabo & iocundabor in tua misericordia, quæ me non fallit. Quia respexisti humilitatem meam.) Quia respexisti humilitatem meam, qua me vanitati in spe subiecisti. M
Saluam fecisti de necessitatibus animam meam.) Saluam fecisti de necessitatibus timoris animam meam, vt tibi charitate libera seruiat. Nec conclusisti me in manus inimici) Nec conclusisti me, ut non haberem aditum respirandi in libertatem, & darer in sempiternam potestatem diaboli, cupiditate huius vitę illaqueantis & morte terrentis. Statuisti in loco spatioso pedes meos.) Resurrectione cognita domini mei & mea promissa mihi, spatiatur permanens in latitudinem libertatis ab angustiis timoris educta charitas mea

mea. Miserere mei domine qm tribulor.) Sed quæ est ista insperata persequentiũ crudelitas, magnum mihi pauorem incutiens? Miserere mei dñe: Non enim de morte iã terreor, sed de cruciatibus atque tormẽtis. Conturbatus est in ira oculus meus) Habebam oculum in te, q non me desereres, iratus es & conturbasti eum. Anima mea & venter meus.) In eadem ira conturbata est anima mea, & memoria mea quam tenebam, quid pro me pertulerit & mihi promiserit deus meus. Qm defecit in dolore vita mea.) Qm uita mea est confiteri te, sed defecit in dolore, dum dixisset inimicus, torqueatur donec neget. Et anima mea in gemitibus.) Tempora quæ ago in hoc seculo, A
non mihi morte auferuntur, sed manent atque in gemitibus sunt. Infirmatus est in egestate vigor meus.) Egeo sanitate huius corporis, nec parcitur cruciatibus. Egeo resolutione corporis & parcitur morti, & in hac egestate infirmata est fiducia mea. Et ossa mea conturbata sunt.) Et firmitas mea conturbata est. Super inimicos meos factus sum opprobriũ.) Inimici mei sunt omnes iniqui, & tamen pro sceleribus suis vsq; ad confessionem torquentur. Superaui ergo opprobrium eorum, cuius confessionem non mors sequitur, sed cruciatus insequit. Et vicinis meis nimium.) Nimium hoc vi fum est eis, qui iam appropinquabant cognoscere, & tenere fidem quam teneo. Et timor notis meis.) Et ipsis notis meis exemplo horribilis tribulationis meæ timorem incussi. Qui videbant me, foras fugiebant à me.) Qm non intelligebant interiorem & inuisibilem spem meam, in exteriora & visibilia fugerunt à me. Oblitus sum tãquam mortuus à corde.) Et obliti sunt me tanquã mortuus sim à corde ipsorum. Factus sum tanquam vas perditum.) Visus sum mihi B
perisse visibus domini viuens in hoc seculo, & neminem lucrifaciens cum omnes timerent aggregari mihi. Quoniam audiui vituperationem multorum accolentium in circuitu.) Quoniam audiui vituperantes multos in peregrinatione huius terræ iuxta me sequentes circuitum temporum, & mecum in patriam æternam redire recusantes. Dum congregarentur ipsi simul aduersum me, ut acciperent animam meam consiliati sunt.) Vt consentiret eis anima mea, quæ morte posset de potestate illorum facile exire, excogitauerunt consilium quo nec mori me sinerent. Ego autem in te speraui domine, dixi tu es deus meus.) Non enim mutatus es, aut non saluum facies quæ emendas. In manibus tuis sortes meæ.) In potestate tua sunt sortes meæ. Non enim vllum video meritum, quo de vniuersa impietate generis humani me potissimum elegisti ad salutem. Et si est apud te iustus & occultus ordo electionis meæ, ego tamen quem hoc latet, ad tunicam domini mei sorte perueni. Erue me de manibus inimicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum.) Notum fac hominibus, qui nõ putant me ad te C
pertinere, super me esse intendentem faciẽ tuam, meque tibi seruire. Saluum me fac in tua misericordia domine, non confundar quoniam inuocaui te.) Domine non erubescam insultantibus mihi ex eo quòd te inuocaui. Erubescant impij & deducantur in infernum.) Erubescant potius qui lapides inuocant & vmbris socientur. Mutaefficiantur labia dolosa.) Nota faciens populis sacramenta in me tua, sic fac obstupescere labia fingentium de me falsa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & contemptu.) Quæ loquuntur aduersus Christum iniquitatem, superbientes & contemnentes tanquam hominem crucifixum. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine.) Exclamat hic propheta ista cernens & mirans, quam multis modis copiosa est dulcedo tua domine. Quam abscondisti timentibus te.) Etiam eos quos emendas multum amas, sed ne dissoluta securitate negligentius agant, abscondis ab eis dulcedinem amoris tui, quibus vtile est timere te.
Perfecisti sperantibus in te.) Perfecisti autem hanc dulcedinem sperantibus in te, Non enim subtrahis eis quod vsque in finem perseueranter expectant. In conspectu filiorum hominum.) Non enim D
latet filios hominum iam non secundum Adam, sed secundum filium hominis viuentes. Abscondes eos in abscondito vultus tui.) Quam sedem in perpetuum serues in abscondito notitiæ tuæ sperantibus in te. A conturbatione hominum.) Vt iam nullam humanam conturbationem patiantur. Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum.) Sed hic interim dum eit maledicæ linguæ obstrepunt dicentes,

quis hoc nouit, aut quis, inde venit? proteges eos in tabernaculo fidei earū rerum, quas dñs pro nobis tēporaliter gessit & pertulit. Benedictus dominus qm mirificauit misericordiam suam in ciuitate circunstantiæ) Benedictus dñs, quoniam post emendationem acerrimarum persecutionum, omnibus mirabilem fecit misericordiam suā per orbem terrarum in circumitu societatis humanę. Ego dixi in ecstasi mea.) Vnde ille populus iterum loquens dicit, Ego dixi in pauore meo cum horribiliter in me gentes sæuiunt. Proiectus sum à facie oculorum tuorum.) Non enim si me respiceres, pati me ista sineres. Ideo exaudisti domine
E vocem orationis meæ, cum clamarē ad te.) Ideo modum ponens emendationi, & ostēdens me pertinere ad curam tuam, exaudisti domine vocem orationis meæ, cum clamarem ad te, cum eam tribulationem inimis intenderem. Diligite dominum omnes sancti eius.) Hortatur iterum propheta ista cernens & dicit, Diligite dominum omnes sancti eius. Quoniam veritatem requiret
1.Petr.4 dominus.) Quando si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Et retribuet his qui abundanter faciunt superbiam. Et retribuet his qui nec victi conuertuntur, quia superbiunt. Viriliter agite, &
Psal.26. confortetur cor vestrum.) Vt bonum sine
Galat.6. defectione operantes, tempore proprio metatis. Omnes qui speratis in domino.) Omnes qui speratis in domino, id est, qui eum recte timetis vel colitis, sperate in domino.

Concio prima, de principio eiusdem Psalmi.

PSalmi huius, quem modo cantauimus, quantum possumus secreta rimemur, & inde sermonem exculptum reddamus auribus & mentibus vestris. Titulus eius est, In finem Psalmus ipsi Dauid ecstasis.) In finem quid sit, nouimus, si Chri-
Rom.10 stū nouimus. Dicit enim Apostolus, Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, finis non consumens sed perficiens. Duobus enim modis dicimus finem, vel quo fit vt non sit quod erat, vel quo fit vt perfectum sit quod inchoatum erat. Ergo in finem in Christū Psalmus Dauid ecstasis. Verbum est ecstasis Græcum, Latine quantum datur intelligi, verbo vno exponi potest, si dicatur excessus. Excessus autem mentis proprie solet ecstasi dicis. In excessu vero mentis duo intelliguntur, aut pauor, aut intentio ad superna, ita vt quodam modo de memoria labantur inferna. In hac ecstasi fuerunt omnes sancti, quibus arcana dei mundum istum excedentia reuelata sunt. De hoc mentis excessu, id est, ecstasi Paulus cum loqueretur seipsum insinuans 2.Co
ait, Siue enim mente excesimus deo, siue temperantes sumus uobis, Charitas enim Christi compellit nos, hoc est, si ea tantum agere uellemus, & ea tantum contemplari, quæ mentis excessu intuemur, vobiscum non essemus, sed essemus in supernis tanquam contemptis vobis. Et quando nos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursus compellente nos charitate Christi, qui cum in forma dei esset G Philip
non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & consyderemus nos esse seruos, & non ingrati ei à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt non contemnamus inferiora, & temperemus: nescitis quia non possunt nobiscum videre sublimia? Hoc ergo ait, Siue mente excesimus deo. Ille enim videt quod nos videmus, qui fieri hominem in mentis excessum concedit, ille solus reuelat secreta sua. Quippe ille hoc loquitur qui se dicit raptum esse & adlatum in tertium cœlū, & audiuisse ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Tantus autem fuit ille mentis excessus ut diceret, Siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit. Ergo si hunc excessum mentis, id est, hanc ecstasim significat titulus Psalmi huius, magna profecto & alta quædam sperare debemus dicturum eum qui condidit Psalmum, id est, Prophetam, immo vero per Prophetam spīs sanctum. Si uero hæc ecstasis pauor intelligēdus est, 2.Co
neq; huic significationi verbi deerit huius H
Psalmi contextus. Videtur enim de passione locuturus esse, in qua pauor est. Sed cuius pauor est? vtrum Christi, quia dixit, in finem, & intelligimus finem Christum, an forte noster pauor? Nunquid enim possumus pauperem bene intelligere in Christo propinquante passione, qui propterea uenerat, cum uenisset ad quod venerat? Nunquid pauebat moriturus? Si prorsus ita homo esset, vt non deus esset, nōne magis gauderet resurrecturus, quam paueret morituus?

Phili.2. rus? Veruntamen quia dignatus est assume re formam serui, & in ea nos uestire se, qui non est dedignatus assumere nos in se, nō est dedignatus transfigurare nos in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loqueremur verbis ipsius. Hæc enim mira commutatio facta est, & diuina sunt peracta commercia, mutatio rerum celebrata in hoc mundo à negociatore cœlesti. Venit accipere contumelia, dare honores: venit haurire dolorē, dare salutem: venit subire mortem, dare vitam. Moriturus ergo ex eo quod nostrum habebat, non in se, sed in nobis pauebat, qa & hoc dixit tristem esse animam suam vsq;
Mat.26. ad mortem, & vtique nosipsi omnes cum il
I lo. Nam sine illo nos nihil, in illo autem ip se Christus & nos. Quare? Quia totus Christus caput & corpus. Caput ille salua tor corporis, qui iam ascendit in cœlum:
Ephe.5. corpus autem Ecclesia quæ laborat in terra. Hoc autem corpus nisi connexione charitatis adhæreret capiti suo, vt vnus fieret
Acto.9. ex capite & corpore, non de cœlo quendā persecutorem corripiens diceret, Saule Saule quid me persequeris? Quando eum iam in cœlo sedentem nullus homo tangebat, quomodo eum Saulus in terra sæuiens aduersus Christianos aliquo mō iniuria persequebatur? non ait, quid sanctos meos, qd seruos meos, sed quid me persequeris? hoc est, quid membra mea. Caput pro membris clamabat, & membra in se caput transfigurabat. Vocem nanque pedis suscipit lingua, quando forte in turba contritus pes dolet, clamat lingua calcas me. Nō enim ait, Calcas pedes meum, sed se dixit calcari quam nemo tetigit. Sed pes q calcatus ē, à lingua non separatus est. Ergo etiam sic non incōgrue intellig ī ecstasis, pauor. Quod enim dicamus fratres? Si nullus omnino pauor esset passuris, quid diceretur ipsi Petro, qđ audiuimus natali Apostolorum die, quan-
Ioā.21. do ei dominus prædixit futuram suam pas
K sionem, Cū esses iunior cingebas te & ibas quo volebas: cum autem senior factus fueris, alter te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autē, inquit, dixit significās qua morte moreretur. Ergo si Petrus Apostolus tā ta persecutione quo nollet ductus est, & volens nolens mortuus est, sed nolens coronatus est, quid mirum si est aliquis pauor in passione etiam iustorum, etiam sanctorū? Pauor est ex humana infirmitate, spes ex diuina promissione. Quod paues tuū est, quod speras donum dei est in te: Et melius in pauore tuo agnoscis te, vt in liberatione tua glorifices eum qui te fecit. Paueat humana infirmitas, non in eo pauore deficit diuina misericordia. Denique pauens iste inde cœpit: In te domine speraui non
Psa.70. confundar in ęternum.) Videtis quia et pauet & sperat. Videtis quia pauor iste nō est sine spe, etiam si est aliqua in humano corde conturbatio, non recedit diuina consolatio. Loquitur ergo hic Christus in propheta, audeo dicere, Christus loquitur. Dicturus est quædam in hoc Psalmo, quæ quasi Christo videantur non posse cōgrue Ioan.1.
re, illi excellentiæ capitis nostri, maxime- Phili.2.
que illi verbo quod in principio erat deus L
apud deum: nec ei in forma ſui fortasse vi debuntur quædam hic verba congruere, quam formam serui fuscepit ex virgine: & tamen Christus loquitur, quia in membris Christi Christus. Et vt noueritis, quia vnus dicitur Christus caput & corpus suū, ipse dicit cū de coniugio loqueretur, Erūt Gen.2.
duo in carne vna. Igitur iam non duo, sed vna caro. Sed forte hoc dicat de quocunq; coniugio, Audi Apostolus Paulū: Et erunt duo, inquit, in carne vna. Sacramētum hoc Ephe.5.
magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Fit ergo tanquam ex duobus vna quædā persona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Nam vnitatem personæ huius miram & excellentem, commendat etiam Esaias Propheta. Nam loquens etiam in eo, Christus in prophetia ait, Si Esa.26.
cut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Se dixit sponsam. Quare se sponsum, se sponsam, nisi quia duo in carne vna? Si duo in carne vna, cur nō duo in voce una? Loquatur ergo Christus, quia in Christo loquitur Ecclesia, & in Ecclesia loquitur Christus, & corpus in capite, & caput in corpore. Audi Apostolum hoc ipsum euidentius expri- M
mentem: Sicut enim corpus vnum est & 1.Co.12
membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus, sic & Christus. Loquens de membris Christi, hoc est, de fidelibus, non ait sic, & membra Christi, sed totū hoc quod dixit Christum appellauit. Sicut enim corpus vnum, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: sic & Christus membra multa vnum corpus. Ergo simul omnes

mes nos cum capite noſtro Chriſto, ſine capite noſtro nihil valentes. Quare? Quia nos cum capite noſtro vitis, ſine capite noſtro, quod abſit, ſarmenta præciſa, non alicui operi agricolarum, ſed igni tantummodo deſtinata. Ideo & ipſe in euange-
Ioā.15. lio, Ego ſum vitis, vos eſtis palmites, pater meus agricola eſt: &, Sine me, inquit, nihil poteſtis facere. Domine ſi ſine te nihil, totum in te. Etenim quicquid ille operatur per nos, nos videmur operari. Poteſt ille multum, & totum ſine nobis, & nos nihil ſine ipſo. Ergo in quacunque ecſtaſi loquatur, ſiue pauoris, ſiue exceſſu mentis, congruunt, quæ dicuntur. Dicamus in Chriſto corpore, dicamus omnes quaſi unus, quia omnes unitas. Dicamus, In te domine ſperaui non confundar in æternum. Illam, inquit, confuſionem perhorreſco quæ eſt in æter-
A num. Nam eſt, quædam confuſio temporalis vtilis, perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, reſpectione perhorreſcentis, horrere erubeſcentis, erubeſcentia corrigentis. Vnde dicit & Apoſtolus,
Rom.6. Quam enim gloriam habuiſtis tũc in his, in quibus nunc erubeſcitis? Ergo erubeſcere illos dicit iam fideles, non de præſentibus donis, ſed de præteritis peccatis. Hanc cõfuſionem non formidet Chriſtianus, imo ſi hanc non habuerit, æternam habebit. Quæ eſt æterna confuſio. Quan-
Sepiẽ.5. do fiet illud quod dictum eſt, Et traducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. Et ſit traducentibus ex aduerſo iniquitatibus omnis grex malus ad ſiniſtram, tanquam hœdis ab ouibus ſeparatis, & audient,
Mat.25. Ite in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Quærunt quare? Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare. Contemnebant tunc quando eſurienti Chriſto non dabant cibum, quando ſitienti non dabant potum, quando nudum non ueſtiebant, peregrinum non ſuſcipiebant, ægrotantem non uiſitabant, tunc contemnebant. Cum cœperint
B illis iſta nnmerari, confundẽtur, & hæc cõfuſio in æternum erit. Hãc timens iſte qui pauet, uel cuius ad deũ eſt mentis exceſſus hoc rogat, In te domine ſperaui non cõfundar in æternum.] Et in tua iuſtitia erue me & exime me.) Nam ſi attendas ad iuſtitiam meam, damnas me. In tua iuſtitia me erue. Eſt enim iuſtitia dei, quę & noſtra ſit, cum donatur nobis. Ideo autem de iuſtitia dicitur, ne homo ſe putet à ſeipſo habere iuſtitiam. Sic enim dicit Apoſto-
Rom. lus Paulus, Credenti in eum, qui iuſtificat impium. Quid eſt, qui iuſtificat impium? Qui ex impio facit iuſtum. Deputatur fides eius ad iuſtitiam. Iudæi vero quia ſuis
Rom. viribus ſe putabant implere poſſe iuſtitiã, offenderunt in lapidem offenſionis & petram ſcandali, & gratiam Chriſti non agnouerunt. Acceperunt enim legem, qua fierẽt
Rom. rei, non qua liberarentur à reatu. Denique quid de illis Apoſtolus dicit, Teſtimonium enim perhibeo illis, q̃ zelum dei habent,
Ibid. ſed non ſecundum ſcientiam. Quid eſt qđ dixit, zelum dei habent Iudæi, ſed non ſecundum ſcientiam? Audi quid ſit, non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Si ergo ideo non
C ſecundum ſcientiam zelum dei habent, qui ignorantes iuſtitiam dei, volunt ſuam ſtatuere, qua ſe ex ſeipſis iuſtificant: Ideo gratiam dei non cognouerunt, quia gratis ſaluari noluerunt. Quis eſt qui non ſaluatur gratis? In quo non inuenit ſaluator quod coronet, ſed quod damnet: non inuenit merita bonorum, ſed inuenit merita ſupplicio rum. Si agat tanquam veraciter ex regula legis præpoſita, damnandus eſt peccator. Hac regula ſi ageret quem liberaret? Omnes enim peccatores inuenit, ſolus ſine pec-
Rom. cato venit, qui nos peccatores inuenit. Hoc ait Apoſtolus, Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Quid eſt, Egent gloria dei? Vt ipſe liberet, non tu quia tu te libera re non potes, indiges liberatore. Quid eſt quod de lege & iuſtitia præſumis? Non vides quid intus confligat in te, de te, aduerſus te? Non audis pugnantem & confitentem, & adiutorium in pugna deſyderantẽ? Nõ audis athletam domini ab agonotheta petentem adiutorium pugnæ ſuæ? Non. n. ſic te expectat deus certantem, quomodo te expectat æditor, ſi forte pugnes in amphitheatro. Ille tibi præmium dare poteſt ſi vi ceris, adiuuare te periclitantem non poteſt. Non ſic expectat deus'. Vide ergo, attende
D eum qui dicit, Condelector. n. legi dei, ſe-
Rom. cundum interiorem hominem. Video autẽ aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit de

bit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis dat? Quia merita tua non præceſſerũt, ſed
Rom.3. bñficia dei te puenerunt, illi ergo gloria q nos liberat. Omnes. n. peccauerũt & egent gloria dei. In te ergo dñe ſperaui, nõ in me, non confundar in æternum, quia in eo ſpero qui nõ cõfundit. In tua iuſtitia erue me
Rom.4. & exime me, Quia nõ inueniſti in me iuſtitiam meã, erue me in tua: hoc eſt, illud me eruat quod me iuſtificat, qđ ex impio pium facit, quod ex iniquo iuſtum, quod ex cæco videntem, quod ex cadente ſurgentem, qđ ex flente gaudentem. Hoc me liberat, nõ ego. In iuſtitia tua erue me & exime me. In clina ad me aurem tuam.) Fecit hoc deus, qñ ipſum Chriſtum ad nos miſit, Illum ad nos miſit, qui inclinato capite digito ſcribe
Ioan. 8. bat in terra, quando ei adultera mulier offerebatur punienda, Ille autem inclinauerat
Gene.3. ſe ad terram, id eſt, deus ad hominem, cui dictum eſt, Terra es, & in terram ibis. Nõ. n. quaſi corporalibus locis deus ad nos inclinat autem ſuam, aut membris iſtis corporeis determinatis finitus eſt. Omnino nihil horum cogitent humana phantaſmata, veritas eſt deus. Veritas nec quadra eſt, nec rotunda, nec longa. Vbique præſens eſt, ſi cordis oculus ad eam pateat. Inclinat tamẽ aurem ſuam ad nos deus, miſericordiam deponendo ſuper nos. Quæ maior miſericordia, quam vt vnicum filium ſuam daret nobis non viuere nobiſcum, ſed mori pro nobis? Inclina ad me aurem tuam. Accelera vt eximas me.) Exauditur. n. in hoc cum dicit, accelera. Ad hoc. n. poſitũ eſt, vt hoc totam quod nobis videtur quandiu voluitur ſeculum intelligas punctum eſſe. Non eſt diu quod habet extremum. Ab Adam vſque ad hodiernum diem peractum eſt, & multo vtique plus peractum eſt, quam reſtat peragendum. Si adhuc viueret Adam, & hodie moreretur, quid ei prodeſſet tandiu eſſe, tandiu vixiſſe? Ergo celeritas hæc
F quare? Quia trãſuolant tempora. Et quod tibi tardum eſt, in oculis dei breue eſt. Iam hanc celeritatem iſte intellexerat in ecſtaſi. Accelera vt eximas me. Eſto mihi in deũ protectorem, & in domum refugij vt ſaluũ me facias.) Domus refugij tu mihi eſto deus, protector, domus refugij. Aliquando enim periclitor & volo fugere. Quò fugio? Ad quẽ locum tutus fugio? Ad quem montem? Ad quam ſpeluncam? Ad quę tecta munita? Quam arcem teneam? quibus muris ambiar? quocũq; iero, ſequor me. Quicquid. n. vis potes fugere homo præter conſcientiam tuam. Intra in domum tuam, requieſce in lecto tuo, intra in interiora, interius habere nihil potes quò fugias à cõſcientia tua, ſi rodunt te peccata tua. Quis verò dixit, accelera vt eximas me, & in tua iuſtitia erue me, vt dimittas peccata mea, & ædifices in me iuſtitiam tuam, tu mihi eris domus refugij, ad te confugio. Nam à te quo fugiam? Iratcitur tibi deus, quo fugies? Audi quid dicat in alio Pſalmo, timens iram dei, Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu ibi Pſa.138
es: ſi deſcendero in infernum, ades. Quocũque iero, ibi te inueniam: Et ſi iraſceris, vltorem te inuenio: ſi placatus es, adiutorem. Nihil mihi ergo reſtat, niſi ad te fugere, nõ
G à te. Vt euadas hominem dominum quicunque ſeruus es, fugis in ea loca vbi non eſt dominus tuus. vt euadas deum, fuge ad dominum. Nam non eſt quò fugias deum. Præſto ſunt omnia & nuda omnipotentis oculis. Tu ergo mihi, inquit, eſto domus refugij. Nã ſi ſaluus non fuero, quomodo fugio? Sana me & fugio ad te. Nam ſi me nõ ſanas, ambulare non poſſum, fugere quomodo potero? Quò iret, quò fugeret ſi ambulare non poſſet, ſemiuiuus in via ſauciatus
vulneribus latronum? Quem tranſiens ſa- Luc.10.
cerdos præterijt, tranſiens Samaritanus miſeratus eſt, id eſt, ipſe dominus, qui miſeratus eſt genus humanum. Samarites. n. cuſtos interpretatur. Et quis eſt qui nos cuſtodit ſi ille deſerit? Merito cum Iudæi con- Ioan. 8.
uitiantes dicerent, Nonne verum dicimus quia Samaritanus es & dæmonium habes? vnum reſpuit, alterum amplexus eſt? Ego, inquit, dæmoniũ non habeo. Nõ dixit, nõ ſum Samaritanus, ſic intelligi volens noſtrum ſe eſſe euſtodem. Miſeratus ergo ac- Luc.10.
ceſſit, curauit, ad ſtabulum perduxit, impleuit circa eum miſericordiam. Ille iam poteſt ambulare, poteſt & fugere niſi ad
H deum, vbi fecit ſibi domum refugij? Quia fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris & enutries me.) Non propter meritum meũ, ſed propter nomen tuum: tu glorificeris, non quia ego dignus ſum: dux mihi eris ne aberrem à te. Et enutries me, vt validus ſim ad manducandum eſcam qua

paſcis

pascis angelos. Hic.n.lacte nos nutriuit,q nobis cœlestem cibum promisit,& vsus est materna misericordia.Sicut.n.mater lactás eandem escam cui sumendæ idoneus infans non est,per carnem traijcit,& lac infundit: hoc enim accipit paruulus quod acceptu-
rus erat ad mensam, sed quod per carnem traijcitur congruit paruulo: Si dominus sa pientiam suam vt lac nobis faceret, carne indutus venit ad nos. Ergo corpus Chri-sti loquitur,Et educes me de muscipula ista quam occultauerunt mihi.) Iam passio si-gnificatur, Educes me de muscipula ista quam occultauerunt mihi.Nec sola illa pas sio est qua passus est dominus noster Iesus Christus. Muscipulam suam diabolus ten-dit vsq; in finem: & væ illi qui in illam mu scipulam cadit.Cadit autem omnis qui non
I sperat in deum,qui non dicit, In te domine speraui non confundar in æternum. Et in tua iustitia erue me & exime me. Extenta est & parata muscipula inimici. Posuit in muscipula errorem & terrorem: Errorem quo illiciat,terrorem quo frangat & rapiat. Tu claude ianuam cupiditatis contra error-em,tu claude ianuam timoris contra terro rem,& educeris de muscipula. Huiusmodi pugnæ exemplum ipse tibi imperator tuus, qui propter te etiam tentari dignatus est, in se demonstrauit. Et primo tentatus est illecebris,quia tentata est in illo ianua cupi ditatis, quando eum tentauit diabolus di-
Matt. 4. cens,Dic lapidibus istis vt panes fiant. Ado ra me & dabo tibi regna ista. Mitte te deor sum, quia scriptum est,Quia angelis suis mandauit de te,vt in manibus tollant te,ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Omnia hæc per illecebram cupiditatem tē tant: At vbi clausam ianuam inuenit cupidi tatis,in eo qui tentabatur pro nobis,conuer tit se ad tentandam ianuam timoris, & præ parauit passionem illi. Denique hoc dicit
Luc.4. Euangelista, Et consummata tentatione, diabolus recessit ab eo ad tempus. Quid est ad tempus? Tanquam rediturus & ten-taturus ianuam timoris,quia clausam inue nit ianuam cupiditatis. Totum ergo corpus Christi tentatur vsque in finem. Fratres
K mei, quando iussum est nescio quid contra Christianos mali, simul impingebatur, in hoc corpus totum impingebatur. Vnde di-
Psa.117. ctum est in Psalmo, Tanquam cumulus arenæ maris impulsus sum vt caderem, & dominus suscepit me. At vbi finita sunt il

la quæ totum corpus impingebant vt ca-deret, cœpit tentatio esse per partes. Tentatur corpus Christi, vna Ecclesia non patitur persecutionem, alia patitur. Non patitur furorem imperatoris, & patitur fu rorem mali populi. Quantæ vastationes a plebibus? Quanta mala ingesta sunt Ecclesiæ à malis Christianis ab eis qui capti sunt in illo reticulo? Tam Luc.5.
multiplicati sunt vt premerentur naues in piscatione illa domini ante passionem. Non ergo desunt pressuræ tentationis. Ne mo sibi dicat, non est tempus tentationis. Qui sibi hoc dicit,pacē sibi promittit. Qui sibi pacem promittit securus inuaditur. To tum ergo corpus Christi dicat, Educes me de muscipula ista quam occultauerunt mi-hi: quia eductum est & caput nostrum de muscipula quam absconderunt illi, quibus modo dicebatur in euangelio, quia dicturi Mat.21
erant, Hic est hæres,venite occidamus eū, L & nostra erit hæreditas. Et in se sententiam dixerunt interrogati,Quid faciet ille pater familias colonis malis? Malos male perdet, Psa.111
& vineam suā locabit alijs agricolis. Quid & illud? Non legistis, Lapidem quē repro-bauerunt ædificantes,hic factus est in caput anguli? Quid est.n.Reprobauerunt ædifi-cantes? Hoc ait eiecerunt eum extra vineā & occiderunt. Ergo erutus est & ille,caput nostrum sursum est,liberū est. Hæreamus illi per dilectionem vt melius postea cōglu tinemur ei per immortalitatem,& dicamus omnes, Educes me de muscipula ista quam occultauerunt mihi. Quoniam tu es pro-tector meus.) Audiamus vocem dñi quam dixit in cruce, In manus tuas commendo Luc.23
spiritum meum.) Certe cum verba eius in euangelio de isto Psalmo cognoscimus, ip-sum hic locutum fuisse non dubitemus. Ha bemus hoc in euangelio dictum, In manus tuas commendo spiritum meum, & inclina to capite reddidit spiritum. Non sine causa voluit verba huius Psalmi sua esse, nisi vt te admoneret se locutum esse in hoc Psal-mo. Ipsum hoc quære,cogita quomodo in illo Psalmo se quæri voluit pro susceptione M
matutina, Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea. Ip si vero considerauerunt & conspexerunt me,diuiserunt sibi vestimenta mea, & sup vestem meam miserunt sortem: vt te admo ueret in se hoc esse cōpletū,in voce sua po-suit caput ipsius Psalmi, Deus deus meus

vt quid

vt quid me dereliquisti? Et tamen vocem
Psa.21. corporis in se transfiguraui.Nō enim vni cum suum pater aliquando dereliquit. Re-demisti me dñe deus veritatis.) Faciēs qđ promisisti,non fallens in pollicitatione tua deus veritatis. Odisti obseruantes vanita-tem,superuacue.) Quis obseruat vanita-tem? Qui timendo mori,mentitur: Ti-mendo enim mori mentitur,& moritur antequam moriatur,qui ideo mentiebatur vt viueret. Mentiri vis ne moriaris,& mē tiris & moreris: & cum vitas vnam mortē quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas,vt prius in anima,postea in corpore moriaris. Vnde hoc,nisi quia ob-seruando vanitatem? Quia dulcis est tibi transiens dies, quia dulcia sunt tibi transuo lanti tempora: vnde nihil tenes, & insuper tu teneris. Odisti obseruantes vanitatem, superuacue. Ego autem,) Qui non obser uo vanitatem, In domino speraui.) Speras in pecunia,obseruas vanitatē: speras in ho-
A nore & sublimitate aliqua potestatis hu-manæ,obseruas vanitatem: speras in aliquo amico potente,obseruas vanitatem. In his omnibus cum speras, aut tu expiras, & ea hic dimittis,aut cum viuis omnia pereunt, & in spe tua deficis. Hanc vanitatem com
Esa.40. memorat Esaias dicens, Omnis caro fœ-num, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnum,& flos eius decidit,verbum autem domini manet in æternum. Ego au tem non quomodo illi, qui sperant in vani tates,& qui obseruant vanitates: sed in do-mino speraui,qui non est vanitas. Exulta-bo & iocundabor in tua misericordia.) Nō in mea iustitia. Quia respexisti humilitatē meam, saluam fecisti de necessitatibus ani-mam meam. Nec conclusisti me in manus inimici.) Quæ sunt necessitates vnde saluā volumus fieri animam nostram? Quis has enumeret? Quis digne exaggeret? Quis congrue vitandas fugiendasque commen-det? Primo in genere humano dura necessi tas, nescire cor alterius, male sentire ple-runque de amico fideli,bene sentire plerun
B que de amico infideli. O dura necessitas. Et quid facis vt cor inspicias? Quem ocu lum affers infirma, & plangendo mortali-tas? Quid facis vt videas hodie cor fratris tui? Non habes quid facias. Alia maior necessitas,nec tuum vides quale erit cras. Quid iam dicā de necessitatibus ipsius mor talitatis? Mori necesse est,& nemo vult. Nemo vult quod necesse est. Nemo vult quod erit velis nolis. Dura necessitas,nolle quod non potest euitari. Nam si fieri pos-set, nollemus vtiq; mori. Et effici quidem angeli vellemus, sed commutatione quadā non morte,sicut dicit Apostolus, Aedifica 2.Co.5.
tionem habemus ex deo, domum non ma nufactam æternā in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus habitaculum nr̄m, quod de cœlo est superindui cupientes, si tñ induti & non nudi inueniamur. Etenim q̄ sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Volumus p uenire ad regnum dei, sed per mortem no-lumus. Et tamen dicit tibi necessitas, hae venies,hac venire dubitas homo, cum hac ad te venerit deus? Quæ sunt etiam necessi tates vincendarum vetustissimarum cupi-ditatum,& annosarum malorū consuetudi-num? Vincere consuetudinem,dura pugna, C
nosti. Vides quàm male facies,q̄ detestabi-liter,q̄ infœliciter, & facies tamen. Fecisti heri,facturus es hodie. Si sic tibi displicet cū disputo, quomodo displicet tibi cum cogi-tas? Et tamen facturus es hoc. Vnde rape-ris? Quis te captiuum trahit? An illa lex in membris tuis repugnans legi mentis tuæ? Clama ergo, Infœlix ego homo, quis me li Rom,7.
berabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū: & impletur in te quod modo diximus,Ego autem in domino speraui,exultabo & iocū dabor in tua misericordia, quia respexisti humilitatem meam,saluam fecisti de neces-sitatibus animam meam. Vnde.n.facta est salua de necessitatibus anima tua, nisi quia respecta est humilitas tua? Nisi prius humi liareris non te exaudiret,qui te à necessitati bus liberaret. Humiliatus est, qui dixit, In fœlix ego homo, quis me liberabit de cor-pore mortis huius? Non sunt humiliati,q̄ ignorantes dei iustitiam & suam volentes Rom.10
constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Nec conclusisti me in manus inimici.) Nō vicini tui,non compossessoris tui, non eius cum quo militasti,& eum læsisti, aut forte in tua ciuitate iniuriā ei fecisti. Isti.n.tales sunt,pro quibus orare debemus. Aliū habe mus inimicum,diabolū serpentē antiquū. D
Omnes morientes si bene moriamur, ab eius manibus liberamur. Quicunq;.n.ma-le moriuntur in suis iniquitatibus, in eius manibus cōcludunt, vt cū illo in fide damnentur.

mentur. Liberet ergo nos dominus deus noster de manu inimici nostri: ille.n. nos per cupiditates nostras vult capere. Cupiditates autem nostræ quãdo validæ sunt, & qñ eis seruimus, necessitates vocantur. Liberãte autem deo animam nostram de necessitatibus nostris, quid erit quod in vobis teneat inimicus, vt concludamur in manus ejus? Statuisti in loco spatioso pedes meos.) Certe angusta via est: laboráti angusta est, amanti lata est. Eadem quæ angusta est, lata fit. In spacioso dicit posuisti pedes meos, ne angustiati pedes mei irent in se, & incurrendo in se, deiicerent me. Ergo quod ait, Posuisti in spacioso pedes meos: plane fecisti mihi facilem iustitiã, quæ mihi erat aliqñ difficilis, hoc est, posuisti in spacioso pedes meos. Miserere mei domine, qm tribulor: contristatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus, qm defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.) Sufficiat charitati vestræ, adiuuante dño fortasis implebimus debitum, vt & Psalmo peracto proficiscamur. E

Concio secunda de medio eiusdem Psalmi.

AD Reliqua Psalmi nostra reuertatur intentio, & nosipsos agnoscamus in verbis Prophetæ: Qm si nos inspexerimus in tempore tribulationis, gaudebimus in tempore retributionis. Commendaueram charitati vestræ cum primas partes huius Psalmi exponerem, quod Christus loquatur, & quomodo sit accipiendus Christus totus cum capite & corpore non tacuerim. Testimonijs etiam scripturarum, quãtum mihi videtur, satis idoneis luculentisque firmaueram, ita vt omnino dubitari Esa. 61. non posit Christum esse caput & corpus, Gene. 2. sponsum & sponsam, filium dei & Eccle- Ephe. 5. siam, filium dei factum filium hominis propter nos, vt filios hominum faceret filios dei. Atq; ita essent duo in carne vna in sacramento magno, quia agnoscuntur duo in Prophetis in voce vna. Gratulatio superius expressa est ipsius dicentis, Respexistis humilitatem meam, saluam fecisti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in loco spacioso F pedes meos. Gratulatio est liberati hominis à tribulatione, liberatorũ membrorum Christi ab afflictione & insidijs. Et rursus dicit, Miserere mei dñe, qm tribulor,) In tribulatione vtiq; angustia est. Quomodo ergo posuisti in spatioso pedes meos? Si adhuc tribulantur, quomodo sunt in spatioso pedes? An forte vna quidem vox est, quia vnum quidem corpus, sed in aliquibus membris spatium sentitur, in aliq bus angustia, id est, alij sentiunt facilitatem iustitiæ, alij laborant in tribulatione. Nam si non alia membra illud, alia aliud paterentur, non diceret Apostolus, Si patitur vnum mem- 1.Cor brum, compariuntur omnia membra, & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Aliquæ Ecclesiæ, verbi gratia, pacem habent, aliquæ in tribulatione sunt. In istis quæ pacem habent, in spatioso sunt pedes: illæ quæ in tribulatione sunt, angustias patiuntur. Sed & istos contristat illorum tribulatio, & illos pax istorum consolatur. Sic est enim vnum corpus vt non sit discisio, non autem facit discisionem nisi dissensio. Charitas autem compagem facit, compages complectitur vnitatem, vnitas seruat charitatem, charitas peruenit ad claritatem. Dicat ergo ex quibusdam membris, Miserere mei domine quoniam tribulor, Conturbatus est in ira oculus meus, G anima mea, & venter meus.) Quærimus vnde sit ista tribulatio, quoniam liberatus pauloante gaudere videbatur iustitia quodam infuso sibi à largitore dono dei, & indefacto spatio pedibus suis in latitudine charitatis. Vnde ergo ista existit tribulatio, nisi forte ex illo, quod dominus dicit, Quoniã Mat. 24 abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum? Primo enim commendata paucitate Luc. 6 sanctorum, tanquam missis retibus, multiplicata est Ecclesia, & capti sunt innumerabiles, de quibus prædictum erat, Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super Psal. 39 numerum, Qui etiam nauigia premerent, & retia rumperent, sicut est positum in illa prima piscatione ante passionem domini. Ex his igitur multitudinibus exaggeratis, quibus per pascua sic reficiuntur Ecclesiæ, vt turbas ipsorum parietum recusset angustia. Quomodo autem non tribuletur iste de hac multitudine, quando videt ipsos implere theatra & amphiteatra, qui pauloante Ecclesias impleuerunt? ipsos in nequitijs, qui pauloante in laudibus dei? ipsos blasphemare deum, qui respondebant, amen deo? Permaneat, duret, non deficiat etiam in H multitudine copiosa iniquorum, quia nec Matt. granum deficit in multitudine palearum quo-

quousque post ventilatione mittat in horreum, & ibi sit in societate sanctorum, ne turbulẽti aliquid pulueris patiatur. Perduret ergo, quia & dominus cum dixisset, Mat. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: ne pnunciata ista abũdantia iniquitatis laborarent nutarentque pedes nostri, continuo subiecit, quod fideles erigeret, quod consolaretur atque firmaret dicens, Ibidem. Qui perseueraucrit vsque in finem hic saluus erit. Attende itaque istum, qui quantum mihi videtur, in hac tribulatione constitutus, quandoquidem positus in tribulatione, quasi dolere deberet. Tribulatio enim dolorem habet congruum, iratum se dicit in tribulatiõe, & ait, Miserere mei domine quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus. Si tribularis, quare irasceris? Irascitur iste alienis peccatis. Quis non irascatur videns homines confitentes ore 7.q. 1. deum, negantes moribus? Quis non irascat Ad uersitas. videns homines seculo verbis & non factis renunciare? Quis est qui non irascatur vidẽs frẽs insidiantes fratribus, fidem non seruantes osculo, quod infigunt sacris dei? Et I quis enumeret omnia, quibus irascit corpus Christi, quod intus viuit in spũ Christi, quod gemit tanquam granum inter paleas? Vix enim apparent isti qui sic gemũt, qui sic irascuntur, quomodo vix apparent grana, quando area trituratur. Qui nescit quãtæ spicæ missæ sint, putat totũ paleã eẽ, & ex hoc qd totũ palea putatur, inde mã- Psal. 68. gna massa purgabitur. In his ergo non apparentibus, & gementibus qui irascitur dicit alio loco, Zelus domus tuæ comedit me. Dicit & alibi quandoquidem videt multos Ps. 118. mala facientes, Tædium detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Dicit & alio loco, Vidi insensatos & tabescebam. Hæc aũt ira metuendũ est, ne tãta sit vt in odium vertatur. Ira.n. nondum est odium. Nam irasceris filio, nõ odisti filiũ: ei seruas hæreditatem, qui te sentit iratũ, & ad hoc irasceris ne perdat, quod ei seruaueris, male viuẽs moribus prauis. Ergo ira nondum est odium, nondum odimus eos, quibus irascimur, sed ista ira si manserit et non cito euulsa fuerit, crescit & fit odiũ. Ideo vt recens ira euelleretur, & in odium Ephe. 4. non conuerteretur, hoc nos docet scriptura dicens. Non occidat sol super iracundiã K vestram: Inuenis autem aliquãdo fratrem odium habentem, & reprehendit irascentẽ, in illo est ostium, & in alio culpat iram, Ipse habet trabem in oculo suo, & reprehen- Matt. 7 dit festucam in oculo fratris sui. Sed festuca ista & furculus nisi cito euellatur, trabes futura est. Non ergo ait, Extinctus est oculus meus præ ira: sed, turbatus. Nam si & extinguitur, iam odium est, non ira. Et vide qa extinctus est. Hinc ait Ioánes, Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsq; adhuc. Antequam ergo eatur in tenebris, con- 1. Ioã. 2 turbatur oculus in ira. Sed cauẽdum est ne ira vertat in odiũ, & oculus extinguat. Hoc aũt animaduertat vnusquisq; qui in pace, hoc est, qui in Christo, qui pacem dei cõmẽ Luc. 2. dauit, vocatus est, & in cuius natiuitate summa pax per angelum nunciata est hominibus: si pro aliqua parua vel magna causa in odium proruperit, nullam societatem cum pace, hoc est, Christo habere poterit, nisi p dignam emendationẽ pœnitẽtiæ. Sequitur ergo iste & dicit, Turbatus est præ ira oculus meus. Anima mea & venter meus.) Hoc est, turbata sunt interiora mea. Vẽtrẽ 7.q. 1. pro interioribus posuit. Aliquando.n. inis- Auersiquis & peruersis & à lege deuiãtibus & mastas. le viuentibus irasci licet, clamare non li- L cet. Cum irascimur & clamare non possumus, interiora nostra turbantur. Tanta est enim aliquando peruersitas, vt nec corripi possit. Quoniã defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.) Defecit, inquit, in dolore vita mea. Dicit Apostolus, Nũc viuimus, si uos statis in domino. Quicunque pfecti sunt ex Euãgelio et gratia dei, 1. The. 3 non hic viuunt nisi propter alios. Nam vita eorum in hoc seculo eis iam non est necessaria. Sed quia dispensatio eorum alijs necessaria est, fit in eis quod ait idem Apostolus: concupiscentiam habens dissolui & Phili. 1. esse cũ Christo, Multo.n. magis optimum, manere autem in carne necessariũ propter vos. Quando autem videt homo ex dispensatione sua, ex laboribus suis, ex prædicatione sua nõ proficere homines, infirmatur in egestate vita hominis. Vere mirabilis egestas & fames, quandoquidem eos domino lucramur, quodammodo manducat Ecclesia. Quid est manducat? In corpus suum traijcit. Quicquid enim manducamus, in corpus nostrum traijcimus. Hoc agit Ecclesia per sanctos, esurit quos lucrari vult, & quos lucrata fuerit aliquo modo mãducat quodãmodo. Cuius personã gerebat Pe M trus, quando ei de cœlo submissus est discus-

scus plenus omnibus animalibus quadrupedibus,reptilibus,& volatilibus,quibus gerē tibus omnes gentes significeantur. Præfigurabat dominus Ecclesiam,q̄ omnes gentes erat transuoratura,& in corpus suum conuersura,& ait Petro Macta & manduca. O
Act.10. Ecclesia,hoc est, Petre,quia super hanc pe-
Mat.16. tram ædificabo Ecclesiam meam, macta & manduca. Prius macta,& sic manduca. Occide quod sunt,& fac quod es. Cum ergo p̄dicatur Euangelium, & videt qui prædicat non proficere homines,quare non clamet, quoniam defecit in dolore vita mea,& anni mei in gemitibus? Infirmatus est in egestate vigor meus, & ossa mea conturbata sunt.) Anni nostri isti,quos hic ducimus
Mat.24. in gemitibus sunt. Vnde? Quia abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. In gemitibus non in clamoris vocibus. Quando videt Ecclesia multos in peruersum ire,gemitus suos deuorat apud se,vt di
Psal.37. cat deo, Gemitus meus non est absconditus à te. In alio Psalmo dicit,sed cōgruit hic & hoc dicere gemitus meus,& si absc̄ditus est ab hominibus, à te non est absconditus. Infirmatus ē in egestate vigor meus, & ossa mea cōturbata sunt. De hac egestate
A supra diximus. Ossa vero fortes intelligūtur Ecclesiæ, qui etiam si non conturbantur persecutionibus alienorum, conturbantur tamen iniquitatibus fratrum. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis nimium,& timor notis meis.) Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Iudæi. Omnibus peius viuunt mali Christiani. Vis videre,quam om
Ezec.15 nibus peius viuant mali Christiani? De talibus dicit Propheta Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus, Pone Paganos ligna esse syluatica extra Ecclesiam, adhuc potest inde fieri aliquid, quomodo de lignis fabrilibus est lignum fabro aptum: & si adhuc nodosum & curuum & corticosum, tamen quod doletur, ascietur, deplanetur, & possit venire ad aliquam fabricam vsus humani. De sarmentis autem præcisis fabri nihil facere possunt, ignis ea solus expectat. Attendite fratres cum syluatico ligno vbique præponatur sarmentum manens in vite, quia sarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructum, præciso tamen sarmento de vite si comparetur lignum syluaticum, intelligitur esse melius, quia de illo faber aliquid facere potest: hæc autem nō quærit nisi vt foco ministret. Attendes B itaque multitudinem male viuentium in Ecclesia, Super oēs, inquit, inimicos meos factus sum opprobrium: Peius, inquit, viuunt mali in sarmentis meis, quam qui ad illa nunquam accesserunt. Latine aperte eur non dicamus, vel quando Psalmum exponimus? Et si alijs forte temporibus dicere non audemus, saltem necessitas exponendi habeat libertatem corripiendi. Super omnes, inquit, inimicos meos factus sum
1.Pet. opprobrium. De talibus dicit Apostolus Petrus, Facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius.n. erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato, Cū dicit, melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ: nonne indicauit meliores esse inimicos foris positos, quam intus male viuentes, quibus premitur & grauat Ecclesia? Melius, inquit, illis fuerat non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato. Denique vide quam horribili rei eos comparauit. Contingit illis res veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum. Istis itaque talibus cum sint plene Ecclesiæ, nonne veraciter illic dicunt pauci, C immò ex paucorum voce ipsa Ecclesia, Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium,& vicinis meis nimiū, & timor notis meis? Vicinis meis nimiū opprobriū factus sum, id est, qui mihi iam appropinquabant vt crederent, hoc est, vicini mei nimium deterriti sunt, mala vita malorum & falsorum Christianorū. Quā multos.n. putatis, fratres mei, velle esse Christianos, sed offendi malis moribus Christianorū? Ipsi sunt vicini, qui iam appropinquabāt, & nimium opprobrium illis visi sumus. Timor factus sum notis meis.) Quia cū videt homo multos male viuentes,& de q̄ bus bene sperabatur in multis malefactis inuentos, timet ne tales sint omnes, quos putabat bonos, & veniunt in suspitionem malā propè omnes boni. Qualis vir? Quomodo cecidit? Quomodo inuentus est in illa turpitudine, in illo scelere, in illo facto malo? Putas ne tales sunt omnes? Hoc est timor notis meis, vt & ipsis quibus noti sunt, plerunque in dubium veniamus. Et nisi te consoletur quod es, si aliquid es, nō credis esse alterum talem. Consolatur hominem

minem qualiscunque conscientia, vt dicat sibi homo, q̄ bene viuit, O tu qui modo vereris ne tales sint omnes, tu talis es? Respō
D det cōscientia tua, non sum. Ergo si tu talis nō es, solus es. Vide ne peior sit ista superbia, q̄ illa nequitia. Noli solū te dicere. Nā & Helias aliqū tædio multitudinis impio-
3.Re.19 rū ait, Prophetas tuos occiderunt, altaria
Rom.11. tua suffoderūt, & ego relictus sum solus, & q̄runt animā meam. Sed q̄d dicit illi respō sum diuinū? Reliqui mihi septē milia viro rū, q̄ non curuauerūt genua ante Baal. Ergo fratres inter hæc scādala vnū est remediū, ne male sentias de fratre tuo: Humiliter esto quod vis eū esse, & nō putabis eū esse, q̄d non es. Sed tū fit etiam timor notis expertis. Qui videbāt me foras fugerunt à me.) Ignoscendum esset si foras fugissent à me, q̄ nō videbāt me, etiam qui videbāt me foras fugerūt à me. Sed si qui me nō videbant, foras fugerunt à me, nec dicēdū est foras fugerūt, q̄a intus non fuerunt. Si intus fuissent, vidissent me, id est, cognouissent corpus Christi, cognouissent mēbra Christi, cognouissent vnitatē Christi. Illud est magis gemēdū, illud omnino intolerabile, q̄a multi qui videbant me foras fugerunt à me, id est, q̄ cognouerūt q̄d esset Ecclesia,
E exierūt foras & hæreses & schismata cōtra Ecclesiā fecerunt. Hodie hominē inuenis, verbi grā, natū in parte Donati, nescit q̄d sit Ecclesia, vbi natus est hoc tenet, non illi euellis consuetudinē, quā suxit cū lacte nutricis, Illū illū da q̄ voluit quotidie in scripturis, qui legit, qui prædicat. Itāne tandē
Psal.2. non ibi videt, Postula à me & dabo tibi gē-
Psal.21. tes hæreditatē tuā, & possessionē tuā termi nos terræ? Non ibi videt, Cōmemorabuntur & cōuertent ad dūm vniuersi fines terræ, & adorabunt in cōspectu eius vniuersæ patriæ gentiū. Si vides ibi totius orbis vnitatē, quid foras fugis, vt nō solū ipse patiaris, verū & alijs facias cæcitatē? Qui videbāt me, id est, q̄ nouerāt quid sit Ecclesia, qui eā in scripturis intuebantur, foras fugerūt à me. Putatis.n. fratres mei, quia illi omnes, qui fecerunt hæreses p̄ loca & partes, nō erant in scripturis dei, quia Ecclesia nō est p̄dicata, nisi toto terrarū orbe diffusa. Vere dico charitati vestræ: certe omnes Christiani sumus, vel Chr̄iani omnes dicimur, & oēs Christi signo signamur. Obscurius dixerunt Prophetæ de Chr̄o, quam
F de Ecclesia: puto propterea quia videbant in spiritu, cōtra Ecclesiā homines facturos esse particulas, & de Christo nō tantā litem habituros, de Ecclesia magnas cōtentiones excitaturos. Ideo illud vnde maiores liteæ futuræ erant, planius prædictū & apertius p̄phetatū est, vt ad iudiciū illis valeat, qui viderūt & foras fugerūt. Exempli grā vnū cōmemorabo: Abrahā pater noster fuit nō p̄pter propaginem carnis, sed propter imitationē fidei. Iustus & placens deo, per Gen.21.
fidē suscepit filiū sibi promissum Isaac de Gen.22.
Sara sterili vxore sua in senectute sua, iussus est immolare deo eundē filiū, nec dubitauit, nec disceptauit, nec de iussu dei disputauit, nec malū putauit q̄d iubere optimus potuit. Duxit filiū suū ad immolandum, imposuit ei ligna sacrificij, pertransit ad locū, erexit dexterā vt p̄cuteret, eo p̄hibente de posuit, quo iubente leuauerat. Qui obtemperauerat vt feriret, obtemperauit vt parceret, vbique obediens, nusquam timidus. Vt tamen impleret sacrificium & sine sanguine non discederetur, inuentus est aries hærens in vepre cornibus, ipse immolatus est, peractum est sacrificium. Quære quid sit? Figura est Christi inuoluta sacramētis: denique vt videat discutitur, vt videatur per tractatur, vt q̄d inuolutū est euoluat. Isaac G
tanquam filius vnicus dilectus figuram habēs filij dei, portās ligna sibi, quō Christus crucem portauit. Ille postremò ipse aries Christum significauit. Quid est.n. hærere cornibus, nisi quodāmodo crucifigi? Figura est ista de Chr̄o, cōtinuo prædicanda erat Ecclesia, p̄nunciato capite p̄nunciandum erat & corpus. Cœpit spiritus dei, cœpit deus ad Abrahā prædicare velle Ecclesiā, & tulit figurā. Chr̄m figurate prædicabat, Ecclesiā aperte p̄dicauit: ait.n. ad Abrahā, Quoniam obaudisti vocē meā, & nō peper cisti filio tuo dilecto p̄pter me, benedicens benedicā te, & implēdo implebo semē tuū sicut stellas cœli, & sicut arenā maris, & benedicētur in semine tuo omnes gentes terræ. Et penè vbique Chr̄s in aliquo inuoluto sacramento p̄dicatus est à prophetis, Ecclesia aperte, vt viderent illam, & qui futuri erant contra illam, & impleretur in eis ista nequitia, quam prædixit Psalmus, Qui videbant me, foras fugerunt à me. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Hoc apostolus Ioannes de illis dixit. Oblitus 1.Ioā.2.
sum tanquam mortuus à corde.) Oblitus sum, in obliuionem veni, obliti sunt me il-

li,qui videbant me. Obliti sunt mei, & sic
H mei obliti sunt tanquam mortuus fuerim à
corde ipsorum. Oblitus sum tanquam mor
tuus à corde. Factus sum tanquã vas perdi
tum.) Quid est hoc, Factus sum tanquam
vas perditum? Laborabat iste & nulli pro-
derat, vidit se vas esse & nulli prodesse, & se
tanquam vas perditum dicit. Qm audiui vi
tuperationẽ multorum accolentium in cir-
cuitu.) Multi accolunt in circuitu meo, &
reprehendunt me quotidie. Quanta mala
dicũt in malos Christianos, quæ maledicta
perueniunt ad omnes Christianos? Nun-
quid enim dicit, qui maledicit aut qui re-
prehendit Christianos, ecce quid faciunt
non boni Christiani? Sed ecce quæ faciunt
Christiani, non separat, non discernit. Illi
tamen ista dicunt, qui accolunt in circuitu,
id est, circumeunt, & non intrant. Quare
circumeunt & non intrant? Quia rotã tem
poris amant: Non intrant ad veritatem, qa
non amant æternitatem, temporalibus de-
diti tanquam rotæ constricti, de quibus ali-
Psal.82. bi dicitur, Pone principes eorum vt rotam.
Psal.11. Et alibi, In circuitu impij ambulant. Dum
I congregarentur ipsi simul aduersum me,
vt acciperent animam consiliati sunt.)
Quid est vt acciperent animam meam con
siliati sunt? Vt consentirem prauitatibus
eorum. Illis enim qui maledicunt, & non
intrant, parum est, quia non intrant, & eij
cere hinc volunt vituperando. Si eiecerint
te ds ecclesia, acceperunt animam tuam, id
est, tenuerunt conscientiam tuam, & eris in
circuitu tuo, non in mansione. Ego autem
inter hæc opprobria, inter hæc scandala, in-
ter hæc mala, inter istas seductiones, foris
iniquitates, & peruersitates intus, cum at-
tenderem homines iustos, & quærerẽ quos
imitarer, & deessent, quid feci? quod consi-
lium inueni? Ego autem in te speraui domi
ne.) Nihil salubrius, nihil securius. Volebas
imitari nescio quem, inuenisti illum non
bonum. Tolle imitationem hanc, Alium
quæsisti, nescio quid displicuit tibi. Tertium
quæsisti, & ipse non placuit. Nunquid quia
& ille & ille displicuit, & tu peribis? Tolle
ab homine spem, quia maledictus omnis,
Hier. 7. qui spem suam ponit in homine. Si attendis
adhuc hominem & eum quæris imitari &
ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri, &
fies mammothreptus quales dicuntur pue-
μεμμόθρεπτοι. ri qui diu sugunt, quod non decet. Etenim
lacte vti tanquam per carnem velle sibi ci-
bum traiici, hoc idem est per hominem vi-
uere. Idoneus esto ad mensam, inde cape, vn K
de ille cœpit, aut fortasse non cœpit. Forte
viriliter & in malum incidisti, quem bonũ
putasti, vt in vbere quasi materno amaritu
dinem inuenires, & ea offensione repelle-
reris, & ad cibum validiorem inuitareris.
Faciũt enim hoc nutrices mammothreptis,
vt aliqua amara ponant in papillis suis, qui-
bus offensi paruuli ab vbere resiliant & ad
mensam inhient. Ergo dicit, Ego autem in
te speraui dñe, Dixi tu es deus meus.) Tu
es deus meus, recedat Donatus, recedat Cę
cilianus: nec ille, nec iste meus deus est.
Non ad hominis nomen ambulo, Christi
nomen teneo. Ipsum Paulum audi dicentẽ,
Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, 1.C
aut in nomine Pauli baptizati estis? Peri-
rem si essem de parte Pauli: quomodo non
pereo si fuero de parte Donati? Prorsus re
cedant humana nomina, humana crimi-
na, humana figmenta. In te domine speraui, di-
xi tu es deus meus. Non homo quisquam,
sed tu es deus meus. Vnus deficit, vnus pro-
ficit: deus meus non deficit neque proficit.
Nec habet quo proficiat perfectus, nec ha-
bet vnde deficiat æternus. Dixi dño deus
meus es tu. In manibus tuis sortes meæ.)
Nõ in manibus hominum, sed in manibus
tuis. Quæ sunt istæ sortes? Quare sortes?
Audito nomine sortium, non debemus sor- L
tilegos quærere. Sors.n.non aliquid mali 6.1
est, sed res est in dubitatione humana diui- Sors
nam indicans voluntatem. Nam & sortes
miserunt Apostoli, quando Iudas tradito
dño perijt. Et sicut de illo scriptũ est, Abijt
in locum suum, cœpit quæri quis in locum
eius ordinaretur. Electi sunt duo iudicio
humano, & electus de duobus vnus iudicio
diuino. De duobus consultus est deus, quẽ-
nam ipsorum esse vellet, & cecidit sors su-
per Matthiam. Quid igitur est, in manibus
tuis sortes meæ? Sortes dixit, quantum ego
existimo, gratiam qua saluati sumus. Quæ-
re sortis nomine appellat gratiã dei? Quia
in sorte non est electio, sed voluntas dei.
Nam vbi dicitur, iste facit, iste non facit,
merita consyderantur: & vbi merita consy
derantur electio est, non sors. Qñ autem
deus nulla merita nostra inuenit, sorte vo-
luntatis suæ nos saluos fecit, quia voluit, nõ
quia digni fuimus. Hæc est sors. Merito tu-
nica illa Domini desuper texta q̃ significat
charitatis æternitatem, cum diuidi a perse-
cutoribus

cutoribus non posset, sors super eã missa ẽ:
Matt.27 ad quos peruenit, eos significauit, qui vidẽ-
Marc.13 tur ad sortem peruenire sanctorũ. Gratia
Ioan. 19 salui facti estis p fidem, ait Apostulus, Gra
Ephe. 2. tia salui facti estis per fidem, & hoc non ex
vobis. Vide sortẽ, & hoc non ex vobis, sed
dei donum est, non ex operibus quasi uos
benefeceritis, vt ad hoc accedere digni esse
tis, nõ ex operibus, ne forte quis extollatur.
Ipsius.n. sumus figmentum, creati in Chri
sto Iesu in operibus bonis. Hæc quodam-
modo sors occulta est, voluntas dei in hu-
mano genere sors est: sors veniens dei oc-
Rom.9. culta uoluntate, apud quem non est iniqui
Galat. 2. tas. Non.n. ille personas accipit, sed occulta
illius iustitia tibi sors est. Attendat itaque
charitas vestra, uidete hoc ipsum quonãmo
do firmetur ab Apostolo Petro, cum Simõ
ille Magus baptizatus a Philippo, adhære-
ret ei, credens miraculis diuinis factis in cõ
spectu suo. Venerunt Apostoli ad Samariã
vbi crediderat etiam & ipse Magus & vbi
fuit baptizatus: & imposuerunt Apostoli
Acto. 8. manus hominibus baptizatis, & acceperũt
spmsanctum, & cœperunt linguis loqui.
Admiratus est ille & obstupefactus tanto
diuino miraculo, quod ad impositionẽ hu-
manarum manuum uenit spiritussanctus,
& impleuit homines, & desyderauit istam,
A non gratiam sed pœnitentiam, non unde li-
beraretur, sed unde extolleretur. At ubi de
syderauit hoc, & impleuit superbia cor eius
& diabolica impietas & celsitudo deiicien-
Acto.8. da, ait Apostolis. Quantam uultis pecuniã
a me accipite, ut & ad mearũ impositionẽ
manum accipiãt homines spiritũ sanctum.
Qui quærebat secularia, cui in circuitu oc-
culebat pecunia putauit posse se emere do-
num dei. Qui se putauit pecunia compara-
re spiritumsanctum, etiam apostolos auа-
ros arbitratus est, sicut erat ipse impius &
superbus. Cõtinuo Petrus. Pecunia tua, in
Ibidem. quit, tecum in perditionem, quia existima-
sti donum dei pecuniam comparare. Non
est tibi sors neq; pars in fide hac id est, non
pertines ad istam gratiam, quam gratis om
nes accepimus, qui pecunia te putas posse e-
mere quod gratis datur. Ex eo autem quod
gratis datur, sors uocatur. Non est tibi sors
neque pars in fide hac ista dixi, ne expaue-
scere mus quod ait, In manibus tois sortes
meæ. Quæ sunt enim sortes? Hæreditas Ec
clesiæ. Quousque est hæreditas Ecclesiæ?
Inter quos fines? Vsque ad omnes fines. Da
bo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessio Psal. 2.
nem tuam terminos terræ. Non mihi ergo B
promittat homo nescio quam particulam
deus meus in manibus tuis sortes meæ. Iam
sufficiat charitati uestræ quod restat in no
mine domini arastina die ipso adiuuante
reddemus.

Concio tertia de fine eiusdem Psalmi.

QVod de Psalmo rẽstat, unde duos iã
sermones habuimus, aliquantum est
amplius quam tertia pars, & vide-
mus nobis hodie debitum esse complendũ.
Vnde peto charitatem vestram ut libenter
audiatis nos. In verbis enim eius planiori-
bus non est immorari necesse, sed ea nos te-
neant quorum est necessitas exponendi.
Multa enim sunt animis fidelium sponte
occurrentia, multa quæ breui admonitione
opus habent, quædam nero & ea rariora q.
qus insudandum est ut possint intelligi. Vt
ergo tẽpus sufficiat uiribus & nostris & ue
stris, uidete quam aperta sunt hæc, & nobis-
cum potius agnoscite, & in his nobiscum
deum laudate. Et si orat psalmus, orate. Et
si gratulatur, gaudete. Et si timet, timete.
Omnia enim quæ hic conscripta sunt specu
lum nostrum sunt. Erue me de manibus ini C
micorum meorum, & a persequentibus
me.) Dicamus hoc, & unusquisque de ini
micis suis dicat hoc. Bonum est enim & o-
rare debemus, ut nos deus eruat de mani-
bus inimicorum nostrorũ. Sed intelligendi
sunt inimici pro quibus orandum sit, &
contra quos orandum sit. Inimici homines
qualescunque fuerint non sunt odio haben
di, ne cum odit malus, quem patitur malũ,
sint duo mali. Diligat bonus, & quem pa-
titur malum, vt vel vnus sit malus. Illi
inimici sunt contra quos orandum est, dia-
bolus & angeli eius, ipsi nobis inuident re-
gnum cœlorum, ipsi nolunt vt nos ascen-
damus illic unde illi deiecti sunt: ab his
oremus erui animam nostram. Nam &
quando aduersum nos homines incitãtur,
vasa ipsorum fiunt. Proinde Paulus Aposto
lus admonens nos, quam cauti esse contra Ephe..6
inimicos debeamus, ait seruis dei, qui tri-
bulationes patiebantur, utique seditioni-
bus, improbitatibus, inimicitijs hominum.
Non est vobis colluctatio aduersus car-
nem & sanguinem, id est, non est aduer-
sus homines: sed aduersus principes & pote-

tates & rectores mundi. Cuius mundi? Cæli & terræ? Absit. Huius mundi rector non est nisi creator. Sed quē dicit mundū? Amatores mundi. Deniq; addit & exponit, quod
D dico mundi tenebrarum harum. Quarum
Ephe.6. vtiq; tenebrarum, nisi infidelium & impiorum? Nā ex impijs & infidelibus cū essent facti pij & fideles, sic eos alloquitur idem
Ephe.5. Apostolus, Fuistis. n. aliqñ tenebræ, nunc autem lux in dño, Aduersus spiritalia, inquit,
Ephe.6. nequitiæ in cælestibus, aduersus diabolū & eius angelos dimicatis, hostes vestros non videtis & vincitis. Erue me de manibus inicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra faciem tuā super seruum tuum,) saluū me fac in tua misericordia. Superius dicebamus, si meminit hesternæ disputationis charitas vestra, quicunq; affuistis, qñ illi maxime persequuntur Ecclesiam, qui Christiani nolunt bene viuere. Per hos. n. opprobrium habet Ecclesia, & ab his inimicitias sustinet, qñ corripiuntur, qñ male viuere non permittuntur, quando cum eis vel verbo agitur, ipsi mala in suis cordibus meditantur, & erumpendi occasionem requirunt. Inter hos est gemens iste, & si volumus nos sumus: quoniam plures sunt ipsi, & inter multitudinem eorum vix apparent boni, tanquam grana in arca, de quibus tūc
E purgatis horrea replenda sunt domini. Er-
Matt.3. go inter hos gemens iste ait, Illustra faciem
Lucæ.3. tuam super seruum tuum. Confusio enim quædam putatur cum omnes Christiani dicuntur: & qui bene viuunt: & qui male viuunt, omnes vno charactere signantur, omnes ad vnum altare accedunt, omnes eodem baptismo abluuntur, omnes eandem orationem dñicam proferunt, omnes hisdem mysterijs celebrandis intersunt. Qñ discernūtur, qui gemunt & à quibus gematur, nisi illustret ille faciem suam super seruū suū? Quid est ergo, Illustra faciem tuam super seruum tuum? Appareat, quia pertineo ad te: nec sic dicat & Christianus impius, quia pertinet ad te, ne sine causa tibi in alio psalmo dixerim, Iudica me deus & discerne cau-
Psal.42. sam meam de gente non sancta. Quod ibi dixit, discerne causam meam: hoc dicit hic, Illustra faciem tuam super seruum tuum. Et tunc ne & ipse superbiat, & quasi se iustificare videatur, adiungit & ait, Saluum me fac in tua misericordia.) Hoc est, non in mea iustitia, non in meis meritis, sed in tua misericordia: non quia ego sum dignus, sed quia tu misericors es. Noli me audire sēm F iudiciariam seueritatem, sed sēm misericordissimam bonitatem. Saluum me fac in tua misericordia. Domine non confundar qñ inuocaui te.) Magnam causam dixit, non confundar quoniam inuocaui te. Vis vt confundantur, qui inuocauit te? Vis vt dicantur, vbi est de quo præsumpsi? Quis autem etiam ipsorum impiorum non inuocat deum? Nisi ergo proprio modo quodam diceret, Inuocaui te deum, qui non possit cōmunis esse cum multis, nullo modo de hac inuocatione tantam mercedem auderet exigere. Responderet enim illi deus quodammodo in cogitatione & diceret, Quid à me petis vt non confundaris? Quare? Quia inuocasti me. Nonne quotidie homines, vt impleant forte adulteria quæ concupiscūt, inuocant me? Nonne quotidie homines, vt moriantur illi, à quibus expectant hæreditatem, inuocant me? Nonne quotidie homines, qui fraudem cogitant, vt eam prospero exitu compleant, inuocant me? Quid ergo est quòd pro magna mercede exigis vt dicas, non confundar quoniam inuocaui te? Inuocant quidem illi, sed non inuocant te. Inuocas deum, quando in te vocas deum. Hoc est enim illum inuocare, illū in te vocare quodammodo eum in domum cordis tui inuitare. Non autem auderes tantum pa G
tremfamilias inuitare, nisi nosses ei habitaculum præparare. Si enim tibi dicat deus, ecce inuocasti me, venio ad te, quo intrabo? Tantas sordes conscientiæ tuæ sustinebo? Si seruum meum in domum tuam inuitares, nonne prius eam mundare curares? Inuocas me in os tuum, & plenū est rapinis. Quo inuocatur deus plenum est blasphemijs, plenū est adulterijs plenum est ira & fraudabis, plenū est malis cōcupiscentijs, & insuper plenum est inuidia, & inuocas me? De talibus deniq; quid ait alio loco Psal-
mus? Denm non inuocauerunt. Et vtiq; in
uocauerunt, nec tū inuocauerunt. Breuiter dico, qm nata est quæstio, vt tantā mercedē exigat homo allegans vnum meritum, dicendo, quia inuocaui te: cum videmus a tā multis malis inuocari deum, nata est quæstio, vnde non transeundum est. Dico ergo breuiter homini auaro. Inuocas deū. Quare inuocas deum? Vt det tibi lucrū. Lucrū ergo inuocas non deum: quia hoc lucrum, quod concupiscis, non potes habere per seruum tuum, non potes per colonum tuum,

per clientem tuum, per amicum tuum, per
H satellitem tuū: in vocas deū ministrum lucri tui facis deū. Viluit tibi deus. Vis inuocare deū; Gratis inuoca. Auare, an paruum est tibi si te impleat ipse deus? Deus si ad te ueniat sine auro & argento, non uis illum. Quid ergo tibi de his, quæ fecit deus sufficit, cui deus ipse non sufficit? Merito ergo roget iste, non confundar, qm inuocaui te. inuocate dominum fratres si non uultis cō fundi Confusionem. n. quandam timet iste de qua in superioribus Psalmis locutus est. In te domine speraui nō cōfundar in æternum. Nam ut sciatis, quia istā confusionē timet, quid addidit cum dixisset, Non confundar in æternum, qm inuocaui te: Erubescant impij & deducantur in infernum.) Confusionem utiq; illam in æternū. Muta efficiantur labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & contemptu.) Iustus iste Christus est. Multa labia loquuntur aduersus eum iniquitatē in superbia & contemptu. Quare in superbia & contemptu? Quia contemptibilis superbis apparuit, qui tam humilis uenit. Non uis ut contemnatur ab eis, qui honores amant, ille qui tantas contumelias accepit? Non uis vt contemnatur ab his, qui
magno habent istam uitam, ille qui mortuus est? Non vis ut contemnatur ab eis, q
I quasi damnationem mortem turpem putant, ille qui crucifixus est? Non vis vt contemnatur a diuitibus, ille qui pauperem vitam gesit in mundo, cum esset creator mūdi? Omnia ista, quæ amant homines, quia noluit ille hīe Christus, ut non habendo ostenderet contemnenda, non quia in potestate non habuit possidenda, omnes qui amant hæc, contemnunt illum. Et quicunq; uoluerit seruorum eius sequi uestigia ipsius, vt ambulet & ipse in ea humilitate, in qua didicit ambulasse dñm suū, contemnitur in Christo, quasi membrū Christi: & cū caput & membra contemnuntur, totus ipse Christus contemnitur, quia totus ipse iustus est caput & corpus. Et necesse est vt contemnatur totus ipse Christus a superbis & impijs, ut fiat illis quod dicitur, Muta efficiantur labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & contemptu. Quando efficientur muta labia ista? In hoc seculo nunquam. Quotidie clamant contra christianos, maxime humiles, quotidie blasphemant, quotidie latrant, augent linguis suis pœnas, quibus apud in feros sitiant, & aquæ stillam fine causa de
Luc.16 syderent. Non ergo nunc muta efficiūtur
K Sapi. 5. labia istorum. Sed qñ? Qñ traducent eos ex aduerso iniquitates eorum, sicut dicitur in libro Sapientiæ, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc dicent illi, Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisū & in similitudinē imporperij. Quo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? Nos insensati, uitā illorum æstimabamus insaniā. Tunc efficientur labia eorum muta, qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in cōtemptu. Modo. n. dicunt nobis, Vbi est deus uester? Quid coli-
Psal.113 tis? Quid uidetis? Creditis & laboratis: certum est quod laboratis, incertum est quod speratis. Qñ venerit certum quod speramus, muta efficiētur labia dolosa. Proinde vide quid sequitur. quia muta efficientur labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & contemptu. Attendit iste, qui sic gemit, uidet bona dei intus in spiritu uidet hæc bona, quæ in occulto uidentur, sed ab impiis non videntur. Vi
dete eos propterea loqui aduersus iustum iniquitatem in superbia & contemptu, qa bona huius seculi uidere norunt, bona autem futuri seculi nec cogitare sciunt. Sed vt commendaret ipsa bona futura seculi hominibus, quos iubet tolerare, non amare p-
L sentia, exclamauit & addidit, Quam multa multitudo dulcedinis tuæ dñe.) Hic homo impius si dicat, Vbi est ista multitudo dulcedinis? Respondebo: Quo tibi ostendam multitudinem huius dulcedinis, qui palatū de febre iniquitatis perdidisti? Mel si non nosses, quam bene saperet, non clamares nisi gustasses: palatum cordis non habes ad hæc bona gustanda, quid tibi faciam? Quomodo ostendam? Non est cui dicam, Gustate & uidete quoniam suauis est dominus.
Psal.33 Quam multa multitudo dulcedinis, tuæ domine. Quam abscondisti timentibus te.) Quid est abscondisti illis? Seruasti illis, non negasti, vt soli ad eam perueniant. Bonum est enim quod iustis & impijs non potest esse commune, ut timendo perueniat. Quandiu enim adhuc timent, nondum & ipsi peruenerunt, sed credunt se peruenturos, sed a timore incipiunt. Ni-
Psal.110 hil enim dulcius est immortalitate sapientiæ, sed initium sapientiæ timor domini,

Eccl.1. quam abscondisti timentibus te. Perfecisti autem sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum.) Non perfecisti in conspectu filiorum hominū, sed sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum: id est, eis perfecisti dulcedinem tuam, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominū. Quomodo dicit dominus, Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo. Ergo si speras in domino, corā
Matt.10. hominibus spera, ne forte abscondas ipsam spē tuam in corde tuo, & timeas confiteri, cū tibi pro crimine obijciatur qa Christiānús es. Cui aūt modo obiicit, qa Christianus est? Tam pauci non Christiani remanserūt, vt eis magis obiiciatur, qa Christiani non sunt? ipsi audeāt aliquibus obiicere, quia Christiani sunt. Tū dico vobis fratres mei, incipe quicūque me audis viuere qūo Christianus, & vide si non tibi obiicitur & à Christianis, sed nomine, non vita,
Rom.10 nō moribus. Nemo sentit nisi qui expertus est. Ergo intende, intuere quod audis. Vis viuere vt Christianus? Vis sequi vestigia dñi tui? Obiicitur tibi, erubescis & erubescendo dimittis. Viam perdidisti, videris tibi corde credidisse ad iustitiam, sed perdidisti, ore cōfessio fit ad salutem. Si ergo vis ambulare viam domini, etiam in conspectū hominū
A spera in deum, id est, noli erubescere de spe. tua. Quomodo viuit in corde tuo, sic habitet in ore tuo: qa non sine causa signū suū Christus in frōte nobis figi voluit tanq̄ in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat. Hoc ergo in cōspectu hominū si feceris, si inde corā hominibus nō erubueris, si in conspectu filiorū hominū nec ore nec factis Christū negaueris, spera tibi ipsi dulcedinē dei. Quid sequitur? Abscōdes eos in abscōdito vultus tui.) Qualis est locus iste? Nō dixit, Abscōdes eos in cœlo tuo: nō dixit, abscōdes eos in paradiso: nō dixit, abscondes eos in sinu Abrahæ. Multis.n. fidelibus loca futura sanctorū, in scripturis sanctis posita sunt. Vilescat totū q̄quid præter deū est: qui nos tuetur in loco vitæ huius, ipse post istam vitam, sit locus noster: quia & iste Psalmus, hoc ei ait superius, Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij. Ergo erimus in vultu dei abscōditi. Quis sinus est in facie dei, à me expectatis audire, Pūrgite cor vt ipse illuminet, & quem vocatis intret. Esto domus eius erit domus tua habitet in te, & tu habitabis in eo. Si eum exceperis in hoc seculo in corde tuo, ille post hoc seculum ex- B
cipiet te vultu suo. Abscondes, inquit, eos. Vbi? In abscondito vultus tui. A conturbatione hominum.) Ibi.n. non conturbantur cum abscōduntur. In abscondito vultus tui non conturbantur. Putas est quisquam ita fœlix in hoc mundo, vt cum cœperit audire opprobria hominū, propterea q̄ Christo seruit, fugiat ad deum corde, & incipiat spem habere in dulcedine ipsius, & à conturbatione hominū, à quibus audit opprobria, intret in vultum dei cum conscientia sua? Intret planè, sed si habeat cum quo intret, id est, si non sit onerosa ipsa conscientia, si non illi faciat sarcinam grandem, ad angustam ianuam. Abscondes ergo eos in abscondito vultus tui, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum.) Aliquando abscondes eos in abscōdito vultus tui, à cōturbatione hominum, vt prorsus in eis conturbatio humana deinceps esse non possit. Sed interim cum peregrinantur in hoc seculo, quia multas patiuntur linguas contradicentes, qui tibi seruiūt, quid eis facis? Proteges eos in tabernaculo tuo. Quod est tabernaculum? Ecclesia huius temporis. Tabernaculū ideo dicitur, quia adhuc in hac C
terra peregrinatur. Tabernaculum.n. habitaculum est militum, in expeditione positorum. Ipsa dicuntur tabernacula, Domus nō est tabernaculum. Pugna in expeditione peregrinus, vt saluus factus in tabernaculo, glorioſus recipiaris in domum. Erit.n. in cœlo domus tua æterna, si modo bene in hoc tabernaculo vixeris. Ergo in hoc tabernaculo proteges eos à contradictione linguarum. Contradicunt linguæ multæ, diuersæ hæreſes, diuersa schismata personāt, linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ. Tu curre ad tabernaculum dei, Ecclesiam catholicam tene, a regula veritatis noli discedere, & protegeris in tabernaculo à contradictione linguarum. Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam in ciuitate circunstantiæ.) Qua est ciuitas circunstātiæ? In Iudæa populus dei erat positus, quasi in medio mundo, vbi decebantur laudes deo, eiq; sacrificia offerebantur; vbi prophetia non cessabat canēdo futura, quæ mō videmus impleri. Iste populus quasi in medio gentium erat. Attendit Propheta iste, & vidit futuram Ecclesiā dei, in

dei, in omnibus gentibus. Et quia omnes gentes circum vndique erant, quæ in medio ponebant vnam gentem Iudæorum,
D has vndique circunstantes gentes appellauit ciuitatem circunstantiæ. Mirificasti quidem domine misericordiam tuam in ciuita-
Mat.17. te Hierusalem, ibi passus est Christus, ibi resurrexit, ibi ascendit in cœlum, ibi multa mirabilia fecit, sed maior laus tua est, quia mirificasti misericordiam tuam in ciuitate circunstantiæ: id est, in omnibus gentibus diffudisti misericordiam tuam. Nec vnguē tum tuum in illa Hierusalem, quasi in vase tenuisti, sed tanquam confracto vase, vnguentum per mundum diffusum est, vt imdleretur quod ditiur in scripturis sanctis,
Canti.1 Vnguentum effusum est nomen tuum, Et ita mirificasti misericordiam tuam in ciuitate circunstantiæ. Ascendit enim in cœlum, sedet ad dexteram patris, post decem
Acto.1. & 2. diet misit spiritum sanctum, impleti sunt spiritu sancto discipuli, cœperunt prædicare magnalia Christi, Lapidati, occisi, fugati
Acto.1. sunt, Et cum inde tanquam ex vno loco fugarentur, quasi ligna ardentia igne diuino, totam syluam mundi accensam feruore spiritur & lumine veritatis impleuerunt. Et mirificauit dominus misericordiam suam in ciuitate circunstantiæ. Ego dixi in ecsta-
si mea.) Recordamini titulum Psalmi, ecce
E est illa ecstasis. Videte quid dicat, Ego dixi, inquit, in ecstasi mea. Proiectus sum à facie oculorum tuorum.) In pauore meo dixi, hoc est, dixi in ecstasi mea. Vidit se paguentem intus nescio, qua tribulatione magna, sicut non desunt, attendit cor suum pauidum & trepidum, & ait, Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Si in facie tua essem, non sic timerem, si me attenderes, non
Psal.93. sic trepidarem. Sed quoniam dicit in alio Psalmo, si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me, continuo & hic ail. Ideo exaudisti domine vocem orationis meæ.) Quia confessus sum, quia dixi proiectus sum à facie oculorum tuorum, quia non superbus extiti, sed cor meum accusaui, & in tribulatione mea titubans ad te exclamaui, exaudisti orationem meam, Impletum est ergo quod commendaui de illo Psalmo. Quod.n. est, Ego dixi in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorum meorum: hoc est, in illo Psalmo, Si dicebam motus est pes meus. Et quod est in illo, Misericordia tua domine adiuuabat me: hoc est in isto, Ideo exaudisti domine vocem orationis meæ. Attende illud in Petro. Videt dñm ambulantem in aquis, putat phantasma: exclamat dñs, Ego sum, nolite Matt.14.
timere. Confidit Petrus & dicit, Si tu es, iu- F
be me venire ad te sup aquas. Hinc probo si tu es, si in verbo tuo potuero, quod tu potes. Ait ille, Veni. Et ad verbum iubentis facta est potestas audientis. Veni, inquit. Et descendit. Cœpit ire. Ibat intrepidus tanquam in illo sperās, Videns autem ventum validum timuit. Ego dixi in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Et cum cœpisset mergi clamauit, dñe pereo. Et Iesus porrigens ei manum leuauit eum, dicens, Modicæ fidei quare dubitasti? Dixi ergo in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorum tuorum, & tanquam iam perire incipiens in mari, exaudisti dñe vocem orationis meæ. Exaudisti autem. Cum clamarem ad te.) Clamor ad deum, non est voce sed corde. Multi silentes labijs, corde clamauerunt: multi ore strepentes, corde auerso nihil impetrare potuerunt. Si ergo clamas, clama intus vbi audit deus. Cum clamarē, inquit, ad te exaudisti vocem orationis meæ: Iam ergo expertus quid nos hortatur? Diligite dñm omnes sancti eius.) Tanquam
diceret, Credite mihi, ego sum expertus. Ha- Psal.76.
bui tribulationis, in uocaui, & non sum deceptus, speraui in deū, & non sum cōfusus.
Cogitationes meas illuminauit. trepidatio- G
nem meam firmauit. Diligite dñm omnes sancti eius, id est, vos diligite dominum, qui non diligitis mundum, hoc est, omnes sancti eius. Nam cui dico vt diligat dominum, qui adhuc diligit amphitheatrum? Cui dico vt diligat dominum, quid adhuc diligit mimum? quid adhuc diligit pantomimum? quid adhuc diligit vinolentiam? quid adhuc diligit pompas seculi & vanitates omnes, & inlanias mendaces? Cui dico, disce non diligere, vt discas diligere, auertere vt conuertaris, funde vt implearis? Diligite dominum omnes sancti eius. Quoniam veritatem requiret dñs.) Nostis quia modo multi male fici videntur, nostis quia modo in suis vanitatibus extolluneur, veritatem requiret dominus. Et retribuet his, qui abundanter faciunt superbiam.) Ferte donec efferatis, tolerare donec careatis: necesse est enim vt dominus veritatem requirens, retribuat his, qui abnndanter faciunt superbiam. Iam dicturus es, quando retribuet:

quando vult. Quia retribuet certus sis, de retributione non dubites, de tempore non audeas deo donare consilium. Prorsus veri
M tatem requiret,& retribuet his, qui abundanter faciunt superbiam. Aliquibus & hic retribuet,& vidimus & didicimus, qa retribuit. Etenim qñ humiliantur, qui deum timent,si forte in aliqua dignitate huius seculi refulserant, humiliati non ceciderunt, quia deũ de corde non excluserant,altitudo ipsorũ deus est. Humiliatus videbatur Iob
Iob.1. perdita substantia sua,perditis filijs suis, perditis quæ seruabat, perditis qbus seruabat, remansit sine hæreditate, & quod'est tristius,sine hærede: remansit ad solam vxorem, non suã consolatricẽ, sed diaboli po-
Iob.2. tius a diutricem. Humiliatus videbatur,vide si miser factus est, vide si non erat in abscondito vultus dei. Nudus ait exij de vtero matris meæ, nudus reuertar in terram.
Ibidem. Dominus dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit ita factum est,Sit nomen domini bene dictum. Istæ geminæ laudes dei vnde sunt? Videte foris pauperem,intus diuitem. Istæ geminæ laudes dei non exirent de eius ore, nisi thesaurũ haberet in corde. Qui diuites esse vultis,tales diuitias concupiscite, quas nec in naufragio potestis amittere. Ergo tales quando humiliantur, nolite eos putare miseros. Erratis, nescientes quid intus habeant. Ex vobis coniicitis, qui mundum diligitis,qa vos cũ talia perditis miseri remanetis. Prorsus nolite hoc putare,habent in-
D tus quo gaudeant. Interior est dñator eorum, interior est pastor & consolator ipsorũ. Ipsi sunt qui male cadunt, qui spem suã in hoc seculo ponunt. Aufertur quod nitebat foris,nihil remanet intus nisi fumus malæ conscientiæ. Vnde se consolentur nõ habent,non habent,quo foras exeant, non habent,quo intro redeant,deserti pompa seculari,inanes gratia spiritali, vere humiliantur. Et multis facit deus ista in isto tpe, sed non omnibus. Si.n.nemini faceret, quasi non videretur vigilare diuina prouidẽtia: si omnibus faceret, non seruaretur diuina patientia. Tu tamen Christiane tolerare didicisti, non vindictam retribuere. Vindicari vis Christianus, nondum vindicatus est Christus. An tu passus es improbum,& ille non passus est? Nonne prior pro te passus est,qui non habebat quare pateretur? Nã in te tribulatio fornax aurificis est,si tamen aurum sis & non palea, vt sordibus careas, non in cinerem conuertatis. Diligite dñm omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus,& retribuet his,qui abundanter faciunt superbiam. Sed quando retribuet? O si modo retribueret modo eos volebam videre humiliatos atq, prostratos. K Audite quid sequitur, Viriliter agite.) Nolite lassas manus in tribulationibus dimittere,non nutent genua vestra. Viriliter agite. Et confortetur cor vestrũ.) Ad perpetiẽda & toleranda omnia mala huius secoli cõfortetur cor vestrum. Sed qui sunt,quibus hæc dicit propheta, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum? Nun quid his,qui diligunt mundum? Non. Sed quibus dicit,audite. Omnes qui speratis in domino.

In psalmum trigesimumprimum enarratio. Præfatio

PSalmus gratia dei iustificationi nostræ, nullis præcedentibus meritis nostris, sed præueniente nos misericordia domini dei nostri commendatus, maxime ore apostolico, sicut præcedens hunc Psalmum lectio nobis intimauit, à nostra tenuitate susceptus est, cum vestra charitate tractandus, Vndè primum infirmitatem meam orationibus vestris commẽdo, Sicut dicit Apostolus, Vt detur mihi sermo in apertione Ephe.
oris mei,sic loqui vobis,quemadmodum et mihi dicere periculosum non sit, & vobis audire salutare sit. Anceps.n.animus humanus & fluctuans inter confessionem infir- L
mitatis & audaciam præsumptionis,plerunque hinc atq; inde contunditur, & ita impellitur vt ei in quamlibet partem cadere præcipitium sit. Si.n.se infirmitati propriæ omni ex parte donauerit,& in hanc cogitationem se inclinauerit,vt dicat,quia misericordia dei omnibus peccatoribus, in quibuslibet peccatis perseuerantibus, tantum credentibus, quia deus liberat, deus ignoscit,ita parata est in finem, vt nemo pereat fidelium iniquorum: id est,nemo pereat,eorum,qui sibi dicunt,quicquid vis faciã,quibuslibet facinoribus & flagitijs inquiner, quantumlibet peccem, liberat me deus misericordia sua, quia credidi in eum. Qui ergo dicit neminem perire, talium cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorum, & deus ille iustus, cui cantatur misericordia & iudicium, non sola misericordia, sed & iudicium, inuenit homi- Psal.
nem male

nem male de se psumentem, & ad interitũ suum misericordia dei abutentem, & necesse est vt damnetur. Talis itaque cogitatio præcipiat hominem, qua quisq; terretur,si se in audaciam quandam præsumptionis exercerit,& de suis viribus iustitiaque præ-
M sumpserit, & proposuerit animo implere iustitiã, & omnia quæ pcipiunt in lege ita facere vt in nullo offendat,atq; in ptãte sua se habere vitã suam: vt omnino nusquã labatur,nusquã deficiat,nusquã titubet, nusquam caliget,sibiq; hoc tribuat, & potenta tui volũtatis suæ: et si forte impleuerit omnia, q̃ iusta vidẽtur coram oculis hominũ, ita vt nihil inueniatur in vita eius, qđ possit reprehẽdi ab hominibus, ipsam præsumptionem iactationemque superbiæ dãnat deus. Quid igitur fit,si se homo iustificaue rit,& de iustitia sua præsumpserit? Cadit, Si consyderans & cogitans infirmitatẽ suã & præsumens de misericordia dei, neglexerit vitam suam mundare à peccatis suis, & se omni gurgite flagitiorũ demerserit,& ipse cadit. Præsumptio de iustitia,quasi dexte-
Prou.4. ra est: cogitatio impunitatis peccatorum, quasi sinistra est. Audiamus vocem dei dicẽtem nobis, Ne declines in dexteram aut sinistram, Ne præsumas ad regnum de iustitia tua, ne præsumas ad peccandum de misericordia dei, Ab vtroq; te reuocat præceptum diuinum,& ab illa altitudine, & ab ista profunditate. Illuc si ascenderis præcipitaberis, hac si lapsus fueris demergeris.
A Me, inquit, declines in dexteram aut sinistram. Iterum dico quod breuiter fixo animo teneas,ne præsumas ad regnum de iustitia tua, ne præsumas ad peccandum de misericordia dei. Respõdebis. Quid ergo faciã? Psalmus iste docet nos,quo perfecto atque tractato arbitror adiuuãte misericordia domini,visuros nos uiam vel vbi iam ambulemus,vel quam tenere debeamus. Vnusq; que pro modulo suo audiat,& sicut sibi cõscius fuerit,ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. Si se deuiasse inuenerit,redeat vt in via ambulet: Si se in via inuenerit,ambulet vt perueniat. Nemo sit superbus extra viam,nemo piger in via. Hũc autem Psalmum ad eam gratiam pertinere,qua Christiani sumus,testatus est Apostolus Paulus. Vnde ipsam lectionem vobis legi voluimus. Hoc dixit Apostolus cum commendaret iustitiam, quæ ex fide est,aduersus eos,qui gloriantur de iustitia, quæ est ex operibus,hoc ait, Quid ergo dicimus inuenisse Abraham patrem nostrũ Rom.4.
secundum carnem? Si.n. Abraham ex operibus iustificatus est,habet gloriã, sed non ad deum. Auertat ipse deus à nobis talem gloriam,& illud potius audiamus, Qui glo 1.Co.1.
riatur,in dño glorietur. Multi enim gloriã. B tur de operibus,& inuenis multos paganos ppea nolle fieri Christianos,quia quasi sufficiunt sibi de bona vita sua. Bene viuere opus est ait, q̃d mihi præcepturus est Christus,vt bene viuã? Iam bene viuo,quid mihi necessarius est Christus? Nullum homicidium,nullum furtum,nullam rapinam facio,res alienas non concupisco,nullo adulterio contaminor. Nam inueniatur in vita mea aliquid quod reprehendatur,& qui reprehẽderit,faciat Christianũ. Hẽt hãc gloriam,sed non ad deum. Non autem sic pater noster Abraham. Hæc autem sententia Apostoli ad hoc vult intentionem nostrã dirigere. Quia enim fatemur & ipsa est fides nostra,de sancto patriarcha,qui placuit deo,vt discamus eum & nouerimus ad deũ habere gloriam,ait Apostolus, Certe notũ est nobis & manifestum, quoniam Abraham ad deum habet gloriam. At si ex operibus iustificatus est Abraham,habet gloriã, sed non ad deum. Ad deum autem habet gloriam, non ergo ex operibus iustificatus est. Si ergo non ex operibus iustificatus est Abraham,vnde iustificatus est? Sequitur & dicit,vnde. Quid enim scriptura dicit? C
id est, vnde dicit scriptura iustificatũ Abra Gen.15.
ham? Credidit autem Abraham deo,& re- Rom.4.
putatum est illi ad iustitiam. Ergo ex fide iu Gala.3.
stificatus est Abraham. Iam qui audit,non ex operibus, sed ex fide obseruet illam voraginem,de qua locutus sum. Vides ergo, quia ex fide nõ ex operibus iustificatus est Abraham,faciam ergo quicquid volo, quia & si bona opera non habuero, & tantum credidero in deum, deputabitur mihi ad iustitiam. Si dixit & decreuit,lapsus demersus est: si adhuc cogitat & fluctuat,periclitatur. Scriptura autem dei verusque intellectus, non solum periclitantem à periculo liberat, sed & demersum à profundo eleuat. Respondeo ergo tanquam cõtra Apostolum,& dico de ipso Abraham, quod invenimus etiam in Epistola alterius Apostoli, qui volebat corrigere homines, qui male intellexerant istum Apostolum. Iacobus.n.in epistola sua, contra eos qui nole- Ioan.2.
bant

bant bene operari de sola fide præsumentes,
Rom.4. ipsius Abrahæ opera commendauit, cuius
Paulus fidem, Et nō sunt sibi aduersi Apo-
stoli. Dicit autem Abrahæ opus omnibus
notum, Abraham filium suū immolādum
Ge. 15. deo obtulit. Magnū opus, sed ex fide. Laudo
superædificationem operis, sed video fidei
fundamentum, Laudo fructum boni ope-
D ris, sed in fide agnosco radicē. Si.n. hoc præ-
ter fidem rectam faceret Abraham, nihil il-
li prodesset qualecunque illud opus esset.
Rursum si sic teneret fidem Abraham, vt
cum ei deus imperaret offerre sibi immo-
landū filium suum, diceret apud semetip-
sum, non facio, & tamen credo quia me ēt
contemnentem iussa sua liberat deus, Fides
Iaco. 2. sine operibus mortua esset, & tanquam ra-
dix sine fructu sterilis atque arida remane-
ret. Quid ergo? Debemus nulla opera præ
ponere fidei, id est, vt ante fidem quisquam
dicatur bene operatus? Ea.n. ipsa opera quę
dūr ante fidem, quanuis videantur homini
bus laudabilia, inania sunt, ita mihi videnť
esse vt magna vires, & cursus celerrimus
præter viam. Nemo ergo computet bona
2.sē.dis. opera sua ante fidem, vbi fides non erat, bo
40.ca.1. num opus non erat. Bonum enim opus in-
&.42.c. tentio facit, intentionem fides dirigit. Non
alij vere valde attendas quid homo faciat, sed quid
qui. cum faciat aspiciat, quo lacertos optimę gu
bernationis dirigat. Fac enim hominem
optime gubernare nauim, & perdidisse
quo tendit, quid valet quia antemnam opti
me tenet, optime mouet, dat proram flucti
bus, cauet ne latera infligantur, tantis est
E viribus ut detorqueat nauim quo velit, at-
que vnde velit, & dicatur ei, vsquequo is,
& dicat nescio, aut non dicat nescio, sed di-
cat ad illum portum eo, nec ducat in por-
tum, sed in saxa festinet? Nonne iste quan-
to sibi videtur in naui gubernanda agilior
& efficacior, tanto periculosius eam sic gu-
bernat vt ad naufragium properando per-
ducat? Talis est & qui optime currit præ-
ter viam. Nonne ergo erat melius & tolera
bilius, vt esset gubernator ille aliquāto in-
ualidior, vt cum labore & aliqua difficulta
te gubernacula regeret, & tamē rectum de-
bitumq; cursum teneret: rursumq; ille pi-
grius etiam & imbecillius, tamen uiam am
bularet: q̄ præter viam fortiter curreret?
Optimus ergo ille qui & viam tenet, & be
ne ibi ambulat sequendo spem, qui & si ali
quantulum claudicat, nō omnino errat aut
remanet, sed progreditur & si paulatim.
Fortasse.n.bene sperandum est eum quo
tendit ēt tardius peruenturum. Ergo frēs Rom.
ex fide iustificatus est Abraham, sed si fidē
opera nō præcesserunt, tū secuta sunt. Nū
quid.n. fides tua sterilis erit? Si sterilis non F
es, sterilis non est ipsa. Aliquid mali credi-
disti, & igne malitiæ tuæ radicem tuæ fidei
concremasti, Tene ergo fidem operaturus.
Sed dicis, Non hoc ait Apostolus, imo hoc
ait Paulus apostolus, Fides, inquit, quæ per Gala.
dilectionem operatur. Et alio loco, Plenitu Ro.
do ergo legis charitas. Et alio loco. Omnis Gala.
enim lex in vno sermone impletur, in eo q̄
scriptum est, Diliges proximum tuum tan
quam teipsum. Vide si non vult te operari
qui dicit, Non adulterabis, non homicidiū Ro.
facies, non concupisces: & si quod est aliud
mandatum in hoc sermone recapitulatur,
Diliges proximum tuum tāquam teipsum,
Dilectio ꝓximi malū non operatur, pleni-
tudo autem legis charitas. Nunquid chari
tas permittit aliquid mali te facere quē dili
gis? Sed forte tm̄modo mali nihil facis, non
etiam aliquid boni. Ergo nec charitas ꝑmit
tit te non præstare quicquid potes ei quem
diliges. Nonne illa est charitas, q̄ orat etiā
pro inimicis? Ergo deserit amicum, qui be
ne optat inimico? Itaque si fides sine dile-
ctione sit, sine opere erit. Ne autem multa
cogites de opere fidei, adde illi spem & dile
ctionem, & noli cogitare quid opereris. Ip
sa dilectio vacare non potest. Quid enim
de quoquam homine, etiam male operā,
nisi amor? Da mihi vacantem amorem &
nihil operantem, Flagitia, adulteria, facino- G
ra, homicidia, luxurias omnes, nonne amor
operatur? Purga ergo amorem tuum, aquā
fluentem in cloacam conuerte ad hortum.
Quales impetus habebas ad mundum, ta-
les habeas ad artificem mundi. Non vo-
bis dicitur, nihil ametis. Absit. Pigri, mor
tui, detestandi, miseri eritis, si nihil ametis.
Amate, sed quid ametis videte. Amor dei,
amor proximi, charitas dicitur. Amor mū-
di, amor huius seculi, cupiditas dicitur.
Cupiditas refrænetur, charitas excitetur.
Ipsa enim charitas bene operantis, dat ei
spem bonæ conscientiæ, spem enim gerit
bona conscientia. Quo mala conscientia
tota in desperatione est, sicut bona conscie
tia tota in spe, Et erunt tria hæc de qui- 1.Co.
bus dixit Apostolus, Fides, spes, charitas. 1.Ti.
Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonā cō-
scientiam

scientiam posuit, Finis.n. præcepti est, dixit.
Quid est finis præcepti? Quo perficiuntur
præcepta, non quo consumuntur. Aliter.n.
dicimus, finitus est cibus: aliter dicimus, fi-
nita est tunica quæ texebatur. Finitur vt p
fecta sit. Et hic finis dicitur, & ibi. Non ergo
H hic finem præcepti dixit, quo quasi pe-
reant præcepta, sed quo perficiantur, & con
summantur, non consummantur. Finis er-
go propter tria illa finis, inquit, præcepti est
charitas de corde puro & conscientia bona,
& fide non ficta. Pro spe conscientiam po-
suit. Ille enim sperat, qui bonam conscien-
tiam gerit. Quem vero pungit mala con-
scientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat
nisi damnationem. Vt ergo speret regnum,
habeat bonā cōscientiā: & vt habeat bonam
conscientiam credat & operetur: quia quod
credit fidei est, quod operatur charitatis est.
Illo ergo loco à fide cœpit Apostolus, Fi-
1.Co.13 des, spes, charitas: Alio loco ab ipsa charita-
1.Ti. 1. te cœpit, Charitas de corde puro, & con-
scientia bona, & fide non ficta. Modo nos à
medio cœpimus ab ipsa conscientia & spe.
Qui vult, inquam, habere bonam spem, ha
beat bonam conscientiam. Vt autē habeat
bonam conscientiam credat & operetur. A
medio imus ad initium & finem, credat &
operetur. Quod credit fidei est, quod ope-
ratur charitatis est. Quomodo ergo dicit
Rom.3. Apostolus iustificari hominem, sine operi-
Gala.5. bus ex fide: cum alio loco dicat, Fides quæ
per dilectionem operatur? Non ergo Iaco-
Iaco. 2. bum apostolum Paulo, sed ipsum Paulum
I ipsi Paulo opponamus & dicamus ei, At nos
quodammodo permittis impune peccare,
cū dicis, Credidit Abraham deo, & reputa-
Gen.15. tum est illi ad iustitiam, arbitramur iustifi-
Rom.4. cari hominem per fidem sine operibus. Sed
Rom.3. adhuc dicis, Fides quæ per dilectionem ope
Gala.5. ratur, Quomodo hac quasi securus fio, si
operatus non fuero: hac autem nec spem,
nec ipsam fidem videor habere bonam,
nisi operatus fuero per dilectionem? Te
ipsum audio ō Apostole. Certe fidem mihi
hic sine operibus vis commendare, opus au
tem fidei dilectio est, quia dilectio vacare
non potest, nisi & mali nihil operetur, &
quicquid potest boni operetur. Quid enim
Psal.83. facit dilectio? Declina à malo & fac bonum.
1.Co.13 Hanc ergo fide sine operibus commendas,
& alio loco dicis, Et si fidem habeam, ita vt
montes transferā, charitatē aūt non habeā,
nihil mihi prodest. Ergo si nihil mihi pro-
dest fides sine charitate, charitas autem vbi
fuerit necesse est vt operetur, fides ipsa per
dilectionem operatur. Quo ergo iustifica- Gala. 5.
bitur homo, per fidē sine operibus? Rūdet Rom.3.
ipse Apostolus, Propterea hoc tibi dixi ō
homo, ne quasi de operibus tuis p̄sumere vi
dēreris, & merito operum tuorum te acce-
pisse fidei gratiam. Noli ergo p̄sumere de
operibus ante fidē. Noueris quia peccatorē
te fides inuenit, & si te fides data fecit iustū, K
impium inuenit quem faceret iustum, Cre Rom.4.
denti, inquit, in eum qui iustificat impium,
deputatur fides eius ad iustitiam. Si iustifi-
catur impius, ex impio fit iustus: si ex impio
iustus fit, quæ sunt opera impiorum? Iactet
etiam impius opera sua & dicat, Do paupe-
ribus, nihil alicui aufero, ne vxorem alie
nam concupisco, non quenquam occido,
nulli fraudem facio, depositū apud me nul
lo teste repræsento. Hęc omnia dicat. Quæ
ro vtrum pius sit an impius? Et quo sum
impius, inquit, ista faciens? Quomodo illi
de quibus dictum est, Et seruierunt creatu
ræ potius, quàm creatori, qui est benedi- Rom.1.
ctus in secula. Ecce quomō es impius. Quid
fide his omnibus bonis operibus, aut illud
speras quod sperādum est, sed non ab illo à
quo sperandum est: aut hoc speras, qd' spe
randum non est, etiam ab illo, quo æterna
vita speranda est. Pro bonis operibus spe-
ras tibi terrenam quandam fœlicitatem, im
pius es, Non est ista merces fidei. Chara
res est fides, vili illam addixisti. Impius er-
go es, & nulla sunt ista opera tua. Moueas
licet in bonis operibus lacertos, & videaris
nauim optime gubernare, in saxa festinas. L.
Quid si quod sperandum est speras, id est,
vitam æternam, sed non à domino deo per
Iesum Christum, per quem solum datur vi
ta æterna: si putas te ad vitam æternam pos
se peruenire per militiam cœli, per solem
& lunam, per potestates aeris, & maris, &
terræ, & syderum: impius es. Sed crede in
eum, qui iustificat impium, vt posint & bo Rom.4.
na opera tua esse opera bona. Nam nec bo
na illa appellauerim, quandiu non de radice
bona procedunt. Quid est hoc? Aut vitam
temporalem ab æterno deo speras, aut vitā
æternam à dæmonibus speras. In quamli-
bet partem impius es, corrige fidem, dirige
fide dirige viam, & si habes bonos pedes,
ambula iam securus, curre, viam tenes.
Quanto melius cucurreris, tanto facilius
peruenies. Sed forte claudicas aliq̄tū, saltē
à via

à via noli recedere: & si tardus peruenturus es, noli remanere, noli retro conuerti, noli deuiare. Quid ergo? Qui sunt beati? Nõ in quibus nõ inuenerit deus pctũ, Nã
Rom.3. in omnibus inuenit. Omnes.n. peccauerũt, & egent gloria dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet vt non sint beati, nisi quorũ remissa sunt peccata. Hoc er-
Psal.31. go Apostolus sic cõmendauit, Credidit Abraham deo, & reputatũ est ei ad iustitiã.
Gen.15 Rom.4. Et ei qui operatur. i. de operibus pſumit, & corũ merito sibi dicit datã esse gratiã fidei, mercedes non imputatur scdm gram, sed secundum debitum. Quid est hoc nisi q̃ merces nra gra vocatur? Si gratia est, gratis datur. Quid est gratis datur? Gratis constat. Nihil boni feciſ & datur tibi remissio peccatorum. Attenduntur opera tua, & inueniũtur omnia mala. Si quod debetur illis operi
Rom.6. bus deus redderet, vtiq; damnaret. Stipendium.n. peccati mors. Malis operibus quid debetur nisi damnatio? Bonis quid debeẽ? Regnum cœlorum. Tu aũt in malis operibus inuentus es: si reddatur tibi quod debetur, puniendus es. Quid ergo fit? Non tibi deus reddit debitam pœnam, sed donat indebitam gratiam. Debebat vindictam, dat indulgentiam. Incipis ergo esse in fide per indulgentiam. Iam fides illa assumpta spe & dilectione incipit bene operari. Sed nec tũc glorieris & extollas te. Memẽto à quo
Luc.10. in via positus sis. Memento quia & sanis pe
Rom.4. dibus & velocibus errabas. Memento quia & si languebas, & in via semiuiuus iacebas, leuatus es in iumentũ, & perductus in stabulum, Ei autem, inquit, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed
A secundum debitum. Si vis esse alienus à gratia, iacta merita tua. Ille aũt vidit quid sit
Rom.4. in te, & nouit quid cui debeat. Et vero qui non operatur, quid? Ecce pone aliquem impium peccatorẽ, non operatur, quid autem credit? Credidit autem in eum, qui iustificat impium. Ex eo enim quia non operatur bene, impius est. Et si bona videatur facere, tamen quia facit sine fide, nec bona voca-
Psal.31. da sunt. Credenti autem in eum qui iustifi
Rom.4. cat impium, deputatur fides eius ad iustitiã, sicut & Dauid dicit, beatitudinẽ hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Iustitiam, quam? Fidei, quam bona opera non præcesserunt, quam bona opera consequuntur. Intendite ergo vos, alioqui male intelligẽdo proijcitis vos in illã voragi-

nẽ impune peccandi, & ego liber sum, sicut ipse Apostolus ab omnibus male intelligentibus liber fuit. Libenter.n. male intellexerunt, ne bona opera sequerentur, Nolite esse de numero talium fratres. Dicitur in quodam Psalmo, de quodam homine tali. i. de tali genere, quasi de vno. Noluit, inquit, intelligere vt bene ageret: Non dictum est, Psal.35
non potuit intelligere. Vos ergo oportet vt B
velitis intelligere vt bene agatis. Intellectus enim vobis non deerit manifestus.
Quis est manifestus intellectus? Nemo iactet bona opera sua ante fidem, nemo sit piger in operibus accepta fide. Dat deus ergo indulgentiam omnibus impijs, & eos iustificat ex fide.

Titulus Psalmi est, ipsi Dauid intelligẽtia.

Ipsi Dauid intelligentia, qua intelligitur non meritis operum, sed gratia dei hominẽ lib erari, confitentem peccata sua.

Enarratio prima Psalmi.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.) Et quorum peccata in obliuionẽ ducta sunt.
Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ, 4.sen.
nec est in ore eius dolus.) Nec in ore suo 18. Sed
habet ostentationem iustitiæ cum conscien quæri
tia eius peccatis est plena. Quoniam tacui medio
inueterauerunt ossa mea.) Qm̃ non protu Rom.
li ore confessionem ad salutem, omnis infirmitas mea in infirmitate consenuit. Accla mando me tota die.) Cũ essem impius atq; blasphemus, clamando contra deum quasi defendens, & excusans pctã mea. Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua.) C
Qm̃ continua afflictione flagellorũ tuorũ, Conuersus sum in ærũna mea dũ configeretur spina.) Miser factus sum cognoscendo miseriã meã, cõpunctus mala conscientia. Pctm̃ meũ cognoui, & iniustitiã meã non operui.) Id est, iniustitiã meã nõ occultaui. Dixi, pnunciabo aduersum me iniustitias meas dño.) Dixi, pnũciabo, non aduersum deum, sicut in clamore impietatis qñ tacui, sed aduersum me iniustitiã meã dño. Et tu remisisti impietatẽ cordis mei.) Audiẽs vocem confessionis in corde antequã voce p
ferretur. Pro hac orabit ad te omnis san- 4.sen.
ctus in tpe opportuno.) Pro hac impietate 17.c.
cordis, ad te orabit oĩs sanctus. Non.n. me- oritur.
ritis

ritis suis sancti erunt, sed opportunitate tẽporis, hoc est, in aduentu eius, qui nos à peccatis redemit. Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinqua
1.Pet.3. bunt.) Veruntamen nemo arbitretur cum repente finis venerit, sicut in diebus Noe, remanere confessionis locum per quam ꝓpinquetur ad deum. Tu mihi es refugium à pressura quæ circundedit me.) Tu mihi es refugium à pressura peccatorum, q̃ circũdedit cor meũ. Exultatio mea redime me, à circundantibus me.) In te mihi est gau-
D dium, redime me ab ea tristitia, quam mihi peccata mea faciunt. Intellectum dabo tibi, & statuam te in via hac qua gradieris.) Intellectum dabo tibi post confessionẽ vt non recedas à via, qua ingredieris, ne tuæ potestatis esse velis. Obfirmabo super te oculos meos.) Ita super te faciam firmam dilectionẽ meam. Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.) Ideo se regere volunt. In fræno & chamo maxillas eorum constringe.) Ergo fac illis deus quod sit equo & mulo, vt pœnis eos cogas ferre regimẽ tuum. Qui non propinquãt ad te.) Multum flagellatur, qui non confitens deo peccata sua, seipsum sibi rectorem esse vult. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit.) Qui autem sperat in domino, & ei se subdit regendum, misericordia circunda
bit. Lætamini in domino & exultate iusti.) Lætamini in domino & exultate iusti, non in vobis, sed in domino. Et gloriamini omnes recti corde.) Et in eo gloriamini omnes, qui intellexistis rectum esse illi subdi, vt cæteris præferamini.

Enarratio secunda eiusdem Psalmi.

E
BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ, nec est in ore eius dolus.) Iam Psalmus incipit, & incipit intellectus. Intellectus ergo vel intelligẽtia ipsa est, vt noueris nec ia
ctare te debere de meritis tuis, nec pſumere de impunitate peccati.) Psalmi.n. titulus ita est, Huic Dauid intellectus.) Intelligentia
Gala.5. vocat Psalmus iste. Prima ergo intelligentia, vt te noueris pctõrẽ. Cõsequens intelligentia est, vt cũ ex fide p dilectionẽ bñ cœperis opari, ne hoc viribus tuis, sed gr̃æ dei deputaueris. Ita nõ erit dolus in corde tuo, hoc est, in ore interiore tuo: Nec aliud in labijs habebis aliud in cogitatione. Nõ eris de illis pharisæis de quibus dictũ est, Simi- Mat.23.
les estis monumentis dealbatis, à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis dolo & iniquitate. Qui ergo cũ sit iniquus iustum se prætendit, nonne dolosus est? Non ille Nathanael est de quo do Ioan.1.
minus dicit, Ecce vere Israelita in quo dolus nõ est. Vnde aũt in illo Nathanaele dolus non erat? Cum esses, inquit, sub arbore fici vidi te. Sub arbore fici erat, sub conditio F
ne carnis erat. Si sub cõditione carnis erat, quia impietate propaginis tenebatur, sub illa arbore fici erat in qua gemit Dauid in alio Psalmo, Ecce.n. in iniqtate cõceptus Psal.50.
sum. Sed vidit eũ ille qui venit cum gratia: Quid est, vidit eum? Misertus est eius. Ergo hominem sine dolo sic cõmendat, vt gratiã suã in illo commendet. Cum esses sub Ioan.1.
arbore fici vidi te. Vidi te, quid magnũ est est nisi intelligas aliquo modo dictũ? Quid magnum est videre hominem sub arbore fici? Si non vidisset sub ista ficu genus humanum Christus, aut arescemus omnino, aut quomodo pharisæi, in quibus dolus erat, iustificabant se verbis, factis autem mali erant, folia sola inuenirentur in nobis, non fructus. Nam talem arborem fici qñ vidit Christus, maledixit & aruit. Vidit, inquit, sola folia. i. sola verba absq; fructu, arescat, inquit, vt nec folia habeat. Vt quid & verba Mat.21.
tollit? Arbor arida.n. nec folia põt habere. Sic ergo erant Iudæi, pharisæi arbor illa erant, verba habebant, facta nõ habebãt, Ex sententia dñi ariditatem meruerunt. Videat ergo nos Christus sub arbore fici, videat in carne nostra etiam fructum boni operis, ne eius maledictione arescamus. Et quia totũ Ioan.1.
gratiæ eius imputatur, non meritis nostris, Beati quorũ remissæ sunt iniqtates, & quo G
rum tecta sunt peccata: non in quibus non sunt inuenta peccata, sed quorũ tecta sunt 4.sen.d.
peccata. Cooperta sunt pctã, & tecta sunt, 18.Sed
abolita sunt. Si texit peccata deus, noluit ad quærit.
uertere: si noluit aeuertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere, Beati quorũ remissæ sunt iniqtates, & quorũ tecta sunt pctã. Nec sic intelligatis quod dixit, pctã cooperta sunt, quasi ibi sint & viuant. Tecta ergo pctã quare dixit? Vt nõ viderent. Quid.n. erat dei videre pctã, nisi punire pctã? Vt noueris qa hoc est dei videre

peccata,

Psal. 20. peccata, quod punire peccata, quid ei dicit? Auerte faciem tuam à peccatis meis. Peccata ergo tua non videat, vt te videat. Quō te videat? Quō Nathanaelem. Cū esses sub
Ioan. 1. arbore fici vidi te. Vmbra fici non impedi uit oculos misericordiæ dei. Nec est in ore eius dolus. At vero qui nolunt cōfiteri peccata, laborant sine causa in defensione peccatorum suorum. Et quanto laborant in defensione peccatorum suorum iactantes merita sua, non videntes iniquitates suas, tanto
H plus robor eorum & fortitudo deficit. Ille
2. Co. 12 enim fortis est, qui non in se, sed in deo fortis est. Propter illud ter dūm rogaui vt auferret eum à me, & dixit mihi sufficit tibi gratia mea. Gra mea dixit, non virtus mea. Sufficit, inquit, tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Vnde alio loco ipse ait, Qñ infirmor tunc fortis sum. Ergo qui vult fortis esse velut præsumens de se, & iactans merita sua, qualiacunq; illa sint, erit similis pharisæo illi, qui quod à deo se dicebat accepisse, superbe tamen iactabat, Gratias, inquit, tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines. Attendite fratres mei, quale genus superbiæ cōmendet deus. Vere quale potest subintrare iusto homini, quale potest surripere bonæ spei. Vere gratias ago tibi dicebat. Ergo cum dicebat gratias tibi: fatebatur ab illo se accepisse quod habebat. Quid. n. habes, quod nō accepisti? Ergo gratias tibi ago dixit, gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines raptores, iniusti, adulteri, sicut & publicanus iste, Vnde ergo superbus? Non quia de bonis suis deo gratias agebat, sed quia super alterum se de ipsis bonis extollebat. Attendite fratres, nā
I vnde cœperit dicere similitudinem ipsam dominus, Euangelista præsumit. Cū enim Christus dixisset, putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra: & ne existerent quidam hæretici, qui attendentes & putantes quasi lapsum totum mundum, omnes enim hęretici in paucis & in parte sunt, iactarent se q̄ in ipsis remanserit, q̄ de to-
Luc. 18. to mundo perierit, ibi statim vbi ait dominus, Putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra: subiecit Euangelista & ait, Dixit autem & ad quosdam, qui sibi iusti videbantur & spernebant cæteros, similitudinem hanc, Quidam pharisæus & publica-
Ibidem. nus venerunt in templum orare: & cætera quæ nostis. Pharisęus ergo ille dicebat, Gratias tibi ago. Sed vnde superbus? Quia spernebat cæteros. Vnde probas? In ipsis verbis. Quō? Pharisæus, inquit, ille contempsit de longe stantem, cui deus confitenti propinquabat. Publicanus, inquit, de lōginquo stabat, sed deus ad illum de longinquo non stabat. Quare deus ab illo de longinquo non stabat? Quia alio loco dicitur, Prope Psal. 3
est dominus his, qui obtriuerunt cor. Videte si publicanus iste obtriuerat cor, & ibi videbitis, quia prope est dominus his, qui obtriuerunt cor. Publicanus autem de longin Luc.
quo stabat, & neq; volebat ad cœlum oculos suos leuare, sed percutiebat pectus suū. Tunsio pectoris obtritio cordis. Quid dicebat tūdens pectus? Deus propitius esto mihi peccatori. Et quæ sententia domini? Amē K
dico vobis descendit iustificatus de templo publicanus ille magis, quā ille pharisæus. Quare? Hoc est iudicium dei. Non sum sicut publicanus iste, non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Ille non audet ad cœlum leuare oculos suos, attendit conscientiam suam, longe stat, & iustificatus est magis, q̄ ille pharisæus. Quare? Rogo te domine, expone nobis iustitiam tuam, expone nobis æquitatē iuris tui. Exponit regulam legis suæ. Vultis audire quare? Quia omnis qui se exaltat, Luc.
humiliabitur: & q̄ se humiliat, exaltabitur. Intendat ergo charitas vestra, Diximus nō ausum fuisse oculos ad cœlum leuare publicanum. Quare cœlum non attendebat? Quia se attendebat. Se attendebat vt primo sibi displiceret, & sic deo placeret, Tu autē iactas te, erecta ceruice es. Ait dominus superbo, Non vis ad te attendere, ego attendo, Vis autem vt non attendam, Tu attende. Ideo publicanus non audebat oculos ad cœlum leuare, quia seipsum intuebatur, con L
scientiam suam puniebat, Ipse sibi iudex erat vt ille intercederet, Ipse puniebat vt ille liberaret. Ipse accusabat vt ille defenderet. A deo defensus est, quia dixit pro ipso sententiam. Descendit iustificatus publicanus ille magis, quàm ille pharisæus, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Attendit se, inquit, & nolui ego attendere. Audiui Psal. 49
dicentem, Auerte oculos tuos à peccatis meis. Quis est enim qui illud dixit, nisi qui etiam illud dixit, Quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Itaque fratres mei, erat & pharisæus ille peccator. Non enim quia

quia dicebat, nō sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, neq; quia ieiunabar bis in sabbato, neq; qa decimas dabat, non erat peccator. Quod si sine vllis peccatis esset, ipsa superbia grande crimen erat,
Pro. 30. & tamen ecce illa omnia dicebat. Quis tandem sine peccato? Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis? Habebat ergo ille
M peccata, sed peruersus & nesciens, quo venisset. Erat. n. tanquam in statione medici curandus, sed sana membra ostendebat, vulnera tegebat, Deus ergo tegat vulnera, nō tu. Nam si tu tegere volueris erubescens, medicus non curabit. Medicus tegat & curet, emplastro enim tegit. Sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. Cui celas? Qui nouit omnia. Itaq; hic frēs videte quid dixit, Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea acclamando tota die.) Quid est hoc? Quasi cōtrarium videtur, qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea acclamando. Si acclamando, quō tacuit? Tacuit quiddā, nō tacuit quiddam. Tacuit vnde proficeret, nō tacuit vñ deficeret. Tacuit confessionem, clamauit merita sua. Tacuit. n. dixit, non sum confessus, Ibi oportebat ut loqueretur, taceret merita sua, clamaret peccata sua. Nunc autem peruerse tacuit peccata sua, clamauit merita sua. Et quid illi contigit? Inueterauerunt ossa eius. Intendite quia si clamaret peccata sua, & taceret merita sua, innouarē tur ossa eius: id est, virtus eius esset robusta in domino, quia inueniretur in se infirmus, Modo autem quia in se voluit esse firmus, factus est infirmus, & inueterauerunt ossa eius. Remansit in vetustate, quia noluit cō fitendo amare nouitatem. Qui enim fiunt noui nostis frēs, qa beati quorum remissæ
A sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Noluit iste sibi dimitti iniqtates, exaggeranit, defendit illas, iactauit merita sua. Ergo qm̄s tacuit à confessione, inueterauerunt ossa eius acclamando tota die. Quid est acclamando tota die? Perseuerando tota die in defensione peccatorum suorum. Et tamen videte qualis sit, qui agnoscit se: Erit enim mō intelligentia. Nihil propter se respiciat, & displicebit sibi qui agnoscit se. Modo audietis vt sanemini. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, nec est in ore eius dolus. Quoniā tacui inueteraue runt ossa mea, acclamādo tota die. Qm̄ die ac nocte grauata est super me manus tua.) Quid est grauata est super me manus tua? Magna res fratres. Respicite illam sententiam rectam inter duos, pharisæum & publicanum. Quid dictum est de pharisæo? Luc. 18.
Qm̄ humiliat. Quid dictū de publicano? Qm̄ exaltatur. Quare ille humiliatur? qa exaltauit se. Quare iste exaltatur? quia humiliauit se. Ergo vt exaltantem se humiliet deus, grauat super illum manum suam. Noluit humiliari confessione iniquitatis suæ, humiliatus est pondere manus dei. Quan- B
do ille perferret manum grauem humilian tis, q̄ leuis fuit manus subleuantis, tam gra uis manus humiliātis, ut in illo fortis, & in illo fortis, fortis ad illum premendum, fortis ad illum subleuandum. Ergo, quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Conuersus sum in ærumna mea dum configeretur spina.) Ex ipsa aggrauatione manus tuæ, ex ipsa humiliatione conuersus sum in ærumna mea, factus sum miser, confixa est mihi spina compuncta est conscientia mea. Quid factum est cum configeretur spina? Datus est ei sensus doloris, inuenit infirmitatem suam. Et ille qui tacuerat confessionem peccati sui, ut clamando in defensione peccati sui inueterasceret virtus eius, id est, ossa eius conuerterentur in vetustatem, modo quid fecit confixa spina? Peccatum meum cognoui.) Ergo iā cognoscit, Si ille cognoscit, et ille ignoscit. Audite quid sequitur. Videte si non ip se dicit, Peccatum meum cognoui. Et iniustitiam meam non operui. Hoc iam dudū dicebam, noli operire tu, & operit deus. Beati quorū remissę sunt iniquitates, quorum tecta sunt peccata. Qui tegunt peccata nudantur, iste autem nudauit ut cooperi retur. Iniquitatem meam nō operui. Quid C
est non operui? Iam dudum tacueram, modo quid? Dixi. Quiddam contrarium illi taciturnitati, dixi. Quid dixisti? Pronuncia bo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.)
Dixi. Quid dixisti? Non iam pronunciat, 4. sc̄. dis.
sed promittit se pronunciaturum, & ille 17. hic o-
iam dimittit. Attendite fratres magna res, rit. Con
dixi pronūciabo. Non dixi, pronūciaui, & cor. 17.
tu dimisisti. Dixi pronunciabo, & tu dimisi q. 1. qui
sti: quia eo ipso quod dixit, pronunciabo, bona.
ostendit quia nondum pronunciauerat, sed
corde pnūciauerat. Hoc ipsum dicere pronunciabo, pronūciare est, ideo & tu remisi-

De pœ. dist. 1. ca. magna dis. 3. cap. iudd.

sti impietatem cordis mei. Confessio vero mea ad os nondum venerat. Dixerat enim pronunciabo aduersum me, verumtamen deus audiuit vocem cordis mei. Vox mea in ore nõdum erat, sed auris dei iam in corde erat. Tu remisisti impietatẽ cordis mei, quia dixi pronunciabo & non suffecerat. Non dixit, pronunciabo iniustitiam meã domino: non sine causa dixit, pronuncia aduersum me,& hoc interest. Multi enim pronunciant iniquitatem suam, sed aduersus ipsum dominum deum, quando inueniuntur in peccatis suis dicũt,deus hoc voluit. Si enim homo dicat non feci,aut hoc

D factum,quod arguitis non est peccatũ,non pronunciat nec aduersum se, nec aduersus deum.Si dicat,prorsus feci & peccatum est, sed deus hoc voluit,qd ergo feci? Hoc est pronunciare aduersus deum.Forte dicatis, nemo hoc dicit.Quis est q̃ dicat,deus hoc voluit. Multi & hoc dicunt. Sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt, quid dicunt?Fatum mihi fecit,stellæ me fecerunt. Ita iam per circumitum ad deũ volunt peruenire. Per circumitum volunt peruenire ad deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad deum placandum, & dicunt,Fatum mihi fecit.Quid est fatũ?Stellæ me fecerũt.Quid sunt stellæ?Certe istę quas in cœlo conspicimus. Et quis eas fecit?Deus.Quis eas ordinauit? Deus.Ergo vides quod voluisti dicere,deus fecit vt peccarem. Ita ille iniustus,tu iustus,quia nisi ille feciſſet,tu non peccasses. Tolle istas ex

Psa.140. cusationes in peccatis,memento illius Psalmi, Ne declines cor meum in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Ad hæc enim magni viri sunt,qui prætendunt peccata sua,magni sunt & qui numerant sydera & computant stellas & tempora,& dicunt quis quando vel peccet vel bene viuat,& quando Mars faciat homicidiũ

E & Venus adulterium. Magni docti viri & electi videntur in hoc seculo. Sed quid ait in Psalmo, Ne declines cor meum in verba mala cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum, Dicant illi electos & doctos numeratores syderum,dicant illi sapiẽtes eos, qui quasi digerunt in digitis facta humana, & describũt de stellis mores humanos: Cũ libero arb. me creauit deus, Si peccaui ego peccaui, vt non solum pronunciem iniquitatem meam dño,sed aduersum me,nõ aduersus eum. Ego dixi dñs miserere mei: Clamat æger ad medicum. Ego dixi. Quare ego dixi?Sufficeret dixi. Sed dictum est ego dixi,ego dixi non fatum,non fortuna, non diabolus,quia nec ipse cogit,sed ego psuadenti consensi. Ego dixi dñe miserere mei,sana animam meam quia peccaui tibi. Sic & hic statuit & proposuit,dixi pronunciabo aduersum me iniquitatẽ meam dño, & tu remisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.) Quo tẽpore? Pro hac.Pro q̃ hac?Pro impietate. Pro qua? Pro ipsa venia peccatorum. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tẽpore opportuno. Inde orabit ad te omnis sanctus, quia dimisisti peccata. Nam si non dimitteres peccata,nõ esset sanctus qui ad te oraret. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tẽpore opportuno, q̃ manifestabitur gratia Christi,quod est tempus opportunum.Cũ autem venit plenitudo tẽporis,misit deus filium suũ,factũ ex muliere.i.ex fœmina. Indiscrete enim vocabant hoc antiqui: factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Vnde redimeret?A diabolo,à perditione,à peccatis suis,ab eo cui se vendiderant. Vt eos q̃ sub lege erant,redimeret.Sub lege enim erant, quia premebat eos lex,conditio eos premebat,conuincendo de reatu non saluando,& quidem mala prohibebat. Sed quia illi vires non habebant per seipsos iustificãdi se, clamandum erat,ad illum quomodo clamabat, qui captus ducebatur sub lege peccati, miser ego homo, me liberabit de corpore mortis huius?Erant oẽs homines sub lege, non in lege,iam illa deprimente,illa de reatu conuincente.Demõstrauit.n.pctũ lex. Illa fixit spinam, illa fecit cor compungi. Ipsa admonuit vt reum se quisque cognosceret,& pro venia clamaret ad deum.Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Ergo dicebam de tempore opportuno, cum venit plenitudo temporis, misit deus filiũ suum. Item dicit Apostolus, Tempore acceptabili & placito exaudiui te,& in die salutis adiuui te. Et q̃a hoc de omnibus Christianis prædictum erat à Propheta, subiecit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinquabũt.) Ad eum. Ad quẽ? Ad deũ. Solet.n.personam mutare,qũo est, Dñi est salus,& super populum tuũ benedictio tua. Non dixit,dñi est salus, & super populum eius benedictio eius: Aut,dñe tua est salus, & super populum tuũ benedictio tua. Sed cum inciperet, domini est salus, non ad illum,sed illo dicens, ibi conuersus est ad illum & ait,Et super populum tuum benedictio tua.Sic & hic cum audis primo ad te, deinde ad deum, ne putes alium esse. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntñ in diluuio aquarum multarum, ad eũ non appropinquabunt.

H Quid est in diluuio aquarum multarum? Qui natant in diluuio aquarum multarũ non appropinquant ad deum. Quid est diluuium aquarum multarum? Multiplicitas variarum doctrinarum. Intendite fratres, Multæ aquæ sunt variæ doctrinæ. Dei vna est,non sunt multæ aquæ, sed vna aqua,sicut sacramenti baptismi, siue doctrinæ salu-

Prou.5. taris. De ipsa doctrina qua irrigamur per spiritumsanctũ dicitur, Bibe aquam de tuis

Rom.4. vasis,& de puteorum tuorum fontibus. Ad istos fontes non accedunt impij,sed credentes in eum,qui iustificat impium, iam iusti ficati accedunt. Aliæ equæ multæ doctrinæ inquinant animas hominũ, quod paulo ante dicebam. Alia doctrina est,factum mihi fecit:alia doctrina,casus mihi fecit,fortuna fecit. Si casibus reguntur homines,nulla prouidentia aliquid geritur, & ipsa doctrina est. Alius dixit, Est gẽs tenebrarum cõtraria, quæ rebellauit aduersus deum, ipsa facit peccare homines. In hoc diluuio aqua

Prou. 5 rum multarum ad deum non appropinqua

1 bunt. Quæ est alia aqua? Illa vera,quæ ma

Psal.37. nat de intimo fonte puræ venæ veritatis.

Psal.40. Quæ illa aqua est fratres, nisi quæ docet cõfiteri domino? Quæ est illa aqua, nisi quæ docet bonum est confiteri domino? Quæ est illa aqua,nisi quæ docet hanc vocem,Dixi,pronunciabo aduersum me in iustitiam meam domino. Et ego dixi domine miserere mei,sana animam meam, quoniam peccaui tibi. Hæc aqua confessionis peccatorum, hæc aqua humiliationis cordis,hæc aqua vitæ salutaris,abijcientis se, nihil de se præsumentis,nihil suæ potentiæ superbe tribuentis. Hæc aqua in nullis aliegenarum libris est,non in Epicureis,nõ in Stoicis,non in Manichæis, non in Platonicis.Vbicunq; etiã inueniunt optima præ-

Psal. 3. pinquabũt.) Ad eum. Ad quẽ? Ad deũ. Solet.n.personam mutare,qũo est, Dñi est salus,& super populum tuũ benedictio tua. Non dixit,dñi est salus, & super populum eius benedictio eius: Aut,dñe tua est salus, & super populum tuũ benedictio tua. Sed cum inciperet, domini est salus, non ad illum,sed illo dicens, ibi conuersus est ad illum & ait,Et super populum tuum benedictio tua.Sic & hic cum audis primo ad te, deinde ad deum, ne putes alium esse. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntñ in diluuio aquarum multarum, ad eũ non appropinquabunt.

H Quid est in diluuio aquarum multarum? Qui natant in diluuio aquarum multarũ non appropinquant ad deum. Quid est diluuium aquarum multarum? Multiplicitas variarum doctrinarum. Intendite fratres, Multæ aquæ sunt variæ doctrinæ. Dei vna est,non sunt multæ aquæ, sed vna aqua,sicut sacramenti baptismi, siue doctrinæ salu-

Prou.5. taris. De ipsa doctrina qua irrigamur per spiritumsanctũ dicitur, Bibe aquam de tuis

Rom.4. vasis,& de puteorum tuorum fontibus. Ad istos fontes non accedunt impij,sed credentes in eum,qui iustificat impium, iam iusti ficati accedunt. Aliæ equæ multæ doctrinæ inquinant animas hominũ, quod paulo ante dicebam. Alia doctrina est,factum mihi fecit:alia doctrina,casus mihi fecit,fortuna fecit. Si casibus reguntur homines,nulla prouidentia aliquid geritur, & ipsa doctrina est. Alius dixit, Est gẽs tenebrarum cõtraria, quæ rebellauit aduersus deum, ipsa facit peccare homines. In hoc diluuio aqua

Prou. 5 rum multarum ad deum non appropinqua

1 bunt. Quæ est alia aqua? Illa vera,quæ ma

Psal.37. nat de intimo fonte puræ venæ veritatis.

Psal.40. Quæ illa aqua est fratres, nisi quæ docet cõfiteri domino? Quæ est illa aqua, nisi quæ docet bonum est confiteri domino? Quæ est illa aqua,nisi quæ docet hanc vocem,Dixi,pronunciabo aduersum me in iustitiam meam domino. Et ego dixi domine miserere mei,sana animam meam, quoniam peccaui tibi. Hæc aqua confessionis peccatorum, hæc aqua humiliationis cordis,hæc aqua vitæ salutaris,abijcientis se, nihil de se præsumentis,nihil suæ potentiæ superbe tribuentis. Hæc aqua in nullis aliegenarum libris est,non in Epicureis,nõ in Stoicis,non in Manichæis, non in Platonicis.Vbicunq; etiã inueniunt optima præcepta morũ & disciplinæ, humilitas tamen ista nõ inuenit. Via humilitatis huius alibi de nõ maneat,à Christo venit. Hæc via ab illo est,qui cum esset altus,humilis venit. Quid.n.aliud docuit humiliãdo se, factus obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis? Quid aliud docuit soluẽdo,qd nõ debebat, ut nos à debito liberaret? Quid aliud docuit baptizatus, qui pctũ nõ fecit, crucifixus q̃ reatũ hẽbat? Quid aliud docuit nisi hãc humilitatẽ? Nõ immerito ait, Ego sum via & veritas & vita. In hac ergo humilitate ppinquat ad deũ,quia ppe est dñs his,q obtriderunt cor. In diluuio autẽ aquarũ multarũ extollentium se aduersus deum & docentium superbas impietates, ad deũ non appropinquabũt. Tu aũt qd,q etiã iustificatus es inter medias illas aquas? Vndiq; frẽs mei ẽt cum confitemur peccata,perstrepunt circa nos aquæ illæ diluuij: non sumus in illo diluuio, sed circũdamur ab ipso diluuio. Premunt nos,sed non opprimunt: vrgent nos, sed non demergunt. Quid ergo tu facies, q̃a in medio diluuio es,ambulãs in hoc seculo? Nõ.n.non audit tales doctores,nõ audit tales superbos, aut nõ ex verbis eorum,quotidianas patitur in corde suo psecutiões. Quid ergo dicat iste iã iustificatus & psumens de deo, qui circũdatur diluuio isto? Tu mihi es refugium à pressura q̃ circundedit me.) Refugiant illi, vel ad deos suos, vel ad dœmones suos, vel ad vires suas,vel ad defensionem peccatorum suorum: mihi in isto diluuio nõ est refugium nisi tu, à pressura q̃ circundedit me. Exultatio mea redime me.) Si iã exultas,quid vis redimi? Exultatio mea redime me. Audio vocẽ gaudij,exultatio mea: audio gemitũ,redime me. Gaudes & gemis. Ita,inquit,& gaudeo & gemo. Gaudeo in spe,gemo adhuc in re. Exultatio mea redime me. Spe gaudentes,ait Apostolus. Ergo recte,exultatio mea redime me. Vñ redime me? Sequitur, In tribulatione patientes. Exultatio mea redime me. Iam iustificatus erat & Apostolus. Et quid ait, Non solum,inquit, sed etiã nosipsi primitias habentes spiritus,& ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde redime me. Quia ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Ecce ergo vnde redime me, quia adhuc expectamus in nobis ingemiscẽtes redemptionem corporis nostri. Vnde ergo

exultatio mea. Ibi sequitur idem Apostolus & dicit, Spe. n. salui facti sumus. Spes autē quæ videtur non est spes. Quod. n. videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patiētiam expectamus: si speras, gaudes: si per patiētiam expectas, adhuc gemis: non. n. opus est patientia, vbi nihil mali perpetieris. Tolerantia quæ dicitur, patientia quæ dicitur, sustinentia quæ dicitur, longanimitas quæ dicitur, non est nisi in malis. Vbi premeris, ibi angustia est. Ergo si per patientiam expectamus, adhuc
M dicimus, Redime me à pressura quæ circū dedit me: quia vero spe salui facti sumus, si mul vtrunque dicimus, exultatio mea redime me. Respondetur: Intellectum tibi dabo.) Ipse [illegible] Psalmus intelligentiæ. Intellectum dabo tibi. Et statuam te in via hac quæ gredieris.) Quid est, statuam te in via hac qua gradieris? Vt hæreas ibi, & vt ab ea non aberres. Dabo intellectum vt cognoscas te semper, & semper gaudeas in spe ad deum donec ad illā patriam peruenias, vbi iam non spes, sed res erit. Obfirmabo supte oculos meos.) Non à te auferam oculos meos, quia & tu non auferes à me oculos tuos. Iam iustificatus, iam post remissionē peccatorum leua oculos tuos ad deum. Putruerat. n cor tuum cum esset in terra. Cū hæc audis, sursum cor erige ne putreat. Ergo & tu leua iam oculos tuos semp in deū, vt fitmer super te oculos suos. Sed quid times? Ne cum habeas oculos ad deū offendas, ne non respicias ante te, & forte incurras in laqueū. Noli timere, Ibi. n. sunt oculi ipsius, quos obfirmat super te. Nolite, in-
Matt. 6. quit, soliciti esse. Et Apostolus Petrus, Om-
2. Pet. 5. nem solicitudinē vestram super illū mittite, quia illi cura est de vobis. Ergo obfirmabo super te oculos meos. Tu ergo oculos in illum dirige, & non timebis vt dixi, ne in laqueum incurras. Audi alium psalmū,
A Oculi mei semper ad dominum. Et quasi
Psal. 24. diceretur illi, quid agis de pedibus tuis, cū non ante te attendis: quouiam ipse, inquit, euellet de laqueo pedes meos. Firmabo super te oculos meos. Postquā promisit huic intellectum & protectionem suam, conuertit se ad superbos defendentes peccata sua, & ostendit nobis quid sit intellectus. No
Tobi. 6. lite esse sicut equus & mulus, quibus nō est
Esaiæ. 1. intellectus.) Equus & mulus erecta cerui ce sunt. Non sunt equus & mulus sicut ille bos qui agnouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quid. n. patiuntur tales? In fræno & chamo maxillas eorum constringe, qui non appropinquāt ad te.) Equus & mulus vis esse, vis non habere sessorem, constringetur os tuū, & maxillæ tuæ in fræno & chamo, Ipsum os tuum constringetur, quo iactas merita tua, & taces peccata tua. Maxillās eorum constringe, qui non appropinquant ad te humiliando se. Multa flagella peccatorum.) Non est mirum si adhibito fræno sequuntur flagella. Indomitum. n. animal
B esse cupiebat, domatur fræno & flagello, atque vtinam perdometur. Verendum est. n. ne nimium resistendo indomitum relinqui mereatur, & ire in suam vagam licentiam, vt dicatur de illo, Prodiet tanquam ex adipe iniquitas eorum: sicut de illis, quibus modo sunt impunita peccata. Ergo cum flagelletur, corrigatur, dometur, quia & iste sic se dixit edomitum, equum & mulum se dixerat, quoniam tacuit. Sed vnde dominus est? Flagellis. Conuersus sum, inquit, in ærumna mea, dum cōfigeretur spina. Siue flagella dicas, siue stimulos dicas, domat deus iumentum cui insidet, quia iumento expedit vt insidatur. Non n. defatigatur deus ambulando pedibus, insidet iumento. Aut vero non plenum mysterij est, quod asellus adductus est domino. Populus mitis & mansuetus, portans bene dominum asellus est, & tendit in Hierusalem. Diriget. n. mites in iudicio, sicut dicit alius psalmus, docebit mansuetos vias suas Quos mansuetos? Non erigentes ceruices aduersus domitorem suū, patientes flagella & fræna: postea sic domiti, vt sine flagello ambulent, & sine fræno & chamo viam teneant. Si cathetis isto sessore, tu cades, non ille, quia multa flagella peccatoris. Sperantem autem in do-
C mino misericordia circundabit.) Quomodo est refugium a pressura? Quem primo circundat pressura, postea circundat misericordia: quoniam misericordiam dabit, qui legem dedit, legem in flagellis, misericordiam in consolationibus. Sperantem autem in domino misericordia circundabit. Ergo quid cōcluditur? Lætamini in dño & exultate iusti.) O q lætamini in vobis, ò impij, ò superbi q lætamini in vobis, iā credētes in eum, q iustificat impiū, deputatur fides vestra ad iustitiā. Lætamini in dño & exultate iusti. Et exultate subaudi in dño. Quare? Quia

Quia iā iusti. Vnde iusti? Nō meritis ustis, sed gratia illius. Vū iusti? Quia iustificati. Et gloriamini omnes recti corde.) Quid est recti corde? nō resistentes deo. Intendat ergo charitas uestra, & intelligite rectū cor. Breuiter dico, sed tamē maxime cōmendā dum, deo aūt grās, quod in fine est, inhæreat sentibus vestris. Inter rectum cor & prauū cor hoc interest. Quisquis hō, quicquid patitur præter voluntatem, afflictiones, mœrores, labores, humiliationes, non tribuit nisi voluntati dei iustæ, non illi dās insipiētiam, qđ quasi nesciat quid agat, quia talem flagellat, & talibus parcit, ipse est rectus corde. Peruersi aūt cordesūt & praui & distorti, qui omnia, q̄ patiuntur mala, iniquese pati dicunt dantes illi iniquitatem, per cuius
D voluntatē patiuntur: aut quia nō ei audent dare iniquitatē, auferūt ei gubernationem. Quia ipse, inquit, non pōt facere iniquum: iniquum aūt est vt ego patiar, & ille nō patiatur. Concedo. n. vt sim peccator, certe sunt peiores, qui lætantur & ego tribulor: quia ergo hoc iniquum est, vt etiam peiores me lætentur, & ego tribuler, qui aut iustus, aut minos peccator, quā illi sum, & certū est apud me hoc esse iniustum, & certum est apud me, quia deus non faciet iniustum, Deus nō gubernat res humanas, nec cura est illi de nobis Ergo praui corde. i. distorti
Psal. 13. & 52. corde, tres habent sentētias. Aut non est deus: dixit. n. stultus in corde suo, nō est deus: & fuit dictum de diluuio illo. Non defuit talis doctrina philosophorum, nō defuerūt, qui dicerent non esse deum, qui gubernat omnia & condidit omnia, sed esse multos deos uacantes sibi præter mundum, nō curantes ista. Ergo aut non est deus, sicut dixit impius, cui displicet, quicquid illi accidit præter voluntatem, & alteri non accidit
E cui se præponit. Aut iniustus deus est cui ista placent, & qui hæc facit. Aut non gūbernat deus res humanas, nec cura est illi de hominibus. In istis tribus sententijs magna impietas, aut negare deum, aut dicere iniustum, aut auferre illi gubernationem rerum. Quare hoc? Quia distortus est corde. Rectus est aut deus, & ideo distortum cor
Psal. 72. illi nō acquiescit. Quod in alio psalmo est. Quam bonus deus Israel rectis corde. Et quia talem habebat ipse aliquando de se sētiam, inquiēs, Quomodo sciuit deus, aut si est scientia in altissimo? ideo ibi subiecit, Mei autem pene moti sunt pedes. Quo distortum lignum, & si disponas in pauimento æquali, non colloeatur, non compaginatur, nec adiungitur, sed semper agitatur & nutat, non quia inæquale est ubi posuisti, sed quia distortum est, quod posuisti: Ita & cor tuum quandiu paruum est & distortū, non potest collimari rectitudini dei, & nō potest in illo collocari, ut hæreat illi & fiat rectum. Qui aūt adhæret domino, unus spi 1. Co. 6
ritus est: Ideo recti corde gloriamini dixit. Quo recti corde gloriantur? Audite gloriationē ipsorū. Non solum aūt dicit Apostolus, sed & gloriamur in tribulationibus. Nā nō est magnum gloriari in gaudijs, glo Rom. 5.
riari in lætitijs, rectus corde etiā tribulatione gloriatur. Et audi quo gloriatur in tribulatione, quia non frustra quisq;, non superuacue. Vide rectum cor, Scientes, inquit, quia tribulatio patientiam operatur, patien F
tia aūt probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sic est ergo rectum cor frēs. Cuicunq; aliquid accidit, di-
cat, Dominus dedit, dominus abstulit. Ecce Iob. 1.
rectum cor, sicut domino placuit, ita factū est, sit nomen domini benedictum. Qui abstulit, quid abstulit, cui abstulit, quando abstulit, sit nomē domini benedictum? Et non dixit, dominus dedit, diabolus abstulit. Intendat ergo charitas uestra, ne forte dicatis, hæc mihi diabolus fecit prorsus ad deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat, qui desuper habet potestatem, aut ad pœnam, aut ad disciplinam. Ad pœnam impijs, ad
disciplinam filijs. Flagellat autem omnem Heb. 12
filium, quem recipit. Ne te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exhęredari. Flagellat omnem filium, quem recipit. Itane omnem? Vbi te uolebas abscondere? Omnem & nullus exceptus, nullus sine flagello erit. Quid ad omnem? Vis audire, quem omnem? Etiam vnicus sine peccato, non tū sine flagello. Vnde ipse vni G
cus portans infirmitatem tuam, & p̄figurās in se personam tuam, tanq̄ caput gestans personam tuam, etiā corporis sui, cum appropinquaret passioni ex homine quē gerebat Mat. 26
contristatus est, vt te lætificaret, contristatus est vt te consolaretur. Potuit. n. vtique sine tristitia esse dñs, iturus ad passionem. Si potuit miles, non potuit imperator? Quo potuit miles? Attende Paulum exul-

2.Tim.4. tantem propinquantem passioni, Ego aũt iam,inquit,immolor,& tps resolutionis meæ instat.bonum certamen certaui,cursum cõ summaui,fidem seruaui: decętero supereſt mihi corona iustitiæ, quam mihi dominus reddet in illa die iustus iudex. Non solum aũt mihi,sed & omnibus,qui diligunt aduẽ tum eius. Videte quemadmodum exultat venturus ad passionem. Ergo gaudet coronandus, contristatur coronaturus. Quid igitur portabat? Infirmitatem quorundam, qui,veniente tribulatione uel morte contri-
3.sẽ.dis. 17.Ex af fectu. stantur. Sed uide qũo eos ducit in directionem cordis,Ecce tu uolebas uiuere,non uolebas tibi aliquid accidere, sed deus aliud
H voluit. Duę voluntates sunt, sed voluntas tua corrigatur ad voluntatem dei, non voluntas dei ad torqueatur ad tuam. Praua est enim tua,regula est illa. Stet regula, & qđ prauum est,ad regulam corrigatur. Videte
Mat.26. qũo hoc docet dominus Iesus Christus, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et, Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Ecce ostendit humanam voluntatem. Sed vide rectum cor, Veruntamen non qđ ego volo,sed quod tu uis pater. Hoc ergo fac gaudens in his,quæ tibi accidunt,& si uenerit dies ille ultimus,gaude. Aut si surripit humanæ cuiusdam uoluntatis fragilitas,cito dirigatur in deum,ut sis in eis quibus dicitur,Gloriamini omnes recti corde.

Enarratio Psalmi trigesimisecundi.

EXultate iusti in domino.) Exultate iusti,non in uobis. Non.n.hoc tutum est, sed in domino. Rectos decet laudatio.) Ipsi laudant dominum, qui se subdunt do-
Ro. 12. mino: Aliter enim distorti & praui sunt. Confitemini domino in cithara.) Confite-
Mat.22 mini domino exhibentes ei corpora uestra
I hostiam viuam. In psalterio decachordo psallite ei.) Seruiant mẽbra uestra dilectioni dei & proximi,in quibus tria & septem prędcepta seruantur. Cantare ei canticum nouũ.) Cantate ei cãticũ gratiæ fidei. Bñ cãtate ei in iubilatione.) Bñ cantate ei in lætitia. Quoniã rectus est sermo domini.) Quoniã rectus est sermo domini ad faciendos uos quod p uos fieri non potestis. Et omnia opera eius in fide.) Ne quisquam sementis operũ peruenisse ad fidem putet,cũ in ipsa fide sint omnia opera q̃ diligit deus. Diligit misericordiam & iudicium.) Dili-
git.n.misericordiam quã nunc prærogat & iudicium,quo id quod prærogauerit exigit. Misericordia domini plena est terra.) Per orbem peccata dimittuntur hominib. in misericordia domini. Verbo domini cœli firmati sunt.) Non.n.a seipsis, sed uerbo domini iusti firmati sunt. Et spiritu oris eius omnis uirtus eorum.) Et sancto eius spiritu omnis fides eorum. Congregãs sicut in utrem aquas maris. Congregat populus seculi in confessionẽ mortificati peccati,ne per superbiam libere defluant. Ponens in thesauris.) Et eis occulta sua seruat ad diuitias. Timeat dñm omnis terra.) Timeat omnis peccator,ut peccare desinat.
Ab ipso.n.commoueãtur uniuersa.) Nec K terroribus hominum uel cuiusquam creaturæ,sed ab ipso commoneantur omnes, q̃ habitant orbẽ. Qm̃ ipse dixit & facta sũt.) Non enim ea quæ timeant alius ali quis fecit,sed ipse dixit & facta sunt: Ipse mandauit & creata sunt. Ipse mandauit uerbo suo,& creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium.) Non eius regnum, sed sua q̃rentium regna. Reprobat autem cogitationes populorum.) Beatitudiuem terrenã concupiscentium. Et reprobat consilia principum.) Talibus populis dominari quærẽtium. Consilium uero domini manet in æternum.) Consilium uero domini, quo beatum nõ facit, nisi subditum sibi,manet in æternum. Cogitationes cordis eius in secula seculorum.) Cogitationes sapientiæ eius non sunt mutabiles,sed manentes in seculũ seculi. Beata gens cuius est dñs deus eorũ) Vna gens beata est, pertinens ad cœlestẽ ciuitatem, quæ sibi dñm non nisi deũ suũ elegit. Populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi.) Neq; hæc a seipsa,sed dei munere electa est, vt possidendo eam incultã & miseram esse non sinat. De cœlo respexit dominꝰ, uidit omnes filios ho- L minum.) De anima iusta misericorditer vidit dñs omnes, qui in nouam vitam renasci volunt. De præparato habitaculo suo.) De habitaculo susceptionis humanæ,quod præparàuit sibi. Respexit super oẽs qui inhabitant terrã.) Misericorditer uidit oẽs, qui inhabitant carnem,vt præsit illis in regendo eos. Qui finxit fingillatim corda eorum.) Qui cordibus eorum dono propria spiritaliter tribuit, ut nec totũ corpus oculus,nec totum auditus,sed alius sic,alius aliter sic incorporentur Chro. Qui intelligit omnia

omnia opa eorũ.) Apud illũ intellecta sunt opera eorum. Non saluus fit rex in multitudine uirtutis.) Nõ saluus fit qui carnem suam regit, si in sua uirtute multum præsumpserit. Nec gigas saluus erit in multitudine virtutis suæ.) Nec quisquis militat contra consuetudinem concupiscentiæ suæ, vel cõtra diabolum & angelos eius, saluus erit,si se suæ fortitudini multum cõmiserit.
Mendax equus ad salutẽ,) Fallitur,quisquis putat uel per homines inter homines acceptam se salutem adipisci,uel impetu animositatis suæ defendi a pernicie. In abun-
M dantia aũt uirtutis suæ non erit saluus. Ecce oculi dñi super metuentes eum.) Quia si salutem quæris, ecce oculi domini super timentes eũ. Sperantes super misericordia eius. Et sperãtes nõ in uires suas, sed in misericordia eius. Vt eruat a morte animas eorũ & alat eos in fame.) Vt det eis alimentũ verbi & sempiternę veritatis, quod amiserant dum præsumunt in uiribus suis, & iõ nec ipsas uires hñt a fame iustitiæ. Anima nostra patiens erit dominu.) Vt autem postea saginetur escis incorruptibilibus, interim dum hic est, anima nostra patiens erit domino. Quoniam adiutor & protector noster est.) Adiutor noster est, dum conamur ad deum: & protector dum resistimus aduersario. Quia in ipso lætabitur cor nostrum.) Non enim in nobis ubi magna sine illo inopia est, sed in ipso lætabitur cor nostrum. Et in nomine sancto eius sperabimus.) Et ideo sperabimus uenturos nos ad deum, quia nobis absentibus per fidem misit nomen suum. Fiat misericordia tua domine super nos,sicut speravimus in te.) Fiat misericordia tua domine sup nos:spes enim nõ confundit,quia speravimus in te.

Concio prima,de prima parte eiusdem Psalmi.

A PSalmus iste admonet nos exultare dño. Inscribitur aũt ipsi Dauid.) Qui ergo pertinent ad sacratissimũ Dauid, dñm nr̃m Iesum Chr̃m,quæ mãdauit audlãt & uoce sua dicant,uoce sua exultent in dño. Sic autem incipit: Exultate iusti in dño.) Iniusti exultẽt in seculo: finito isto seculo, finit exultatio iniustorũ. Exultent autem iusti in domino,permanente domino, pertem in domino ita conuenit, ut laudemus illum,qui solus non habet quod nobis displiceat, & nemo tã multa habet quæ infidelibus displicent: & breue præceptum est,ille placet deo,cui placet deus. Nec leue putetis hoc charissimi. Videtis etiã quanti diputant contra deum, q̃ multis displiceant opera eius. Cum enim facere uoluerit contra voluntatem hominum, quia dominus est,& nouit quid faciat, nec tantum attẽdit nostram voluntatem quam vtilitatem: illi qui malunt potius voluntatem impleri q̃ dei,volunt ad suam voluntatẽ flectere deũ, B non suã corrigere ad deum. Talibus hominibus,infidelib. impiis,iniquis, & quod piget dicere,sed tñ dicam: nostis n.quam uerum dicã,facilius placet pãtominus q̃ deus: propterea cum dixisset, Exultate iusti in domino, quia exultare in illo nisi laudando non possumus: eum autẽ laudamus,cui tanto magis placemus quanto magis ipse nobis placuerit, Rectos, inquit, decet laudatio.) Qui sunt recti? Qui dirigunt cor secũ cundũ uoluntatem dei, & si eos perturbat humana fragilitas, diuina consolatur æquitas. Quamuis autem corde mortali priuatim aliquid velint,quo suæ interim causæ uel negocio,uel præsenti necessitati conueniat,ubi intellexerint & cognouerint aliud deum uelle, præponunt voluntatem melioris voluntati suæ, & uoluntatem omnipotentis uoluntati infirmi, & voluntatem dei voluntati hominis. Quantum.n. deus distat ab homine,tantum uoluntas dei a voluntate hominis. Vnde gerens hominem Christus,& regulam nobis proponens,docens nos uiuere & prędstans nobis viuere, ostendit hominis quandam priuatam volũtatem,in qua suã figurauit,& nostram quia caput nostrum est, & ad eũ sicut nostis tanquam membra utique pertinemus, Pater, inquit,si fieri potest transeat a me calix iste. Hæc humana voluntas erat proprium aliquid & tanquã priuatum uolens. Sed quia recto corde uoluit esse hominem,ut quicqd in illo aliquantum curuum esset, ad illum C dirigeret qui semper est rectus: Verum nõ Mat.26. quod ego uolo ait, sed quod tu pater. Sed 3.sẽ.d.7 quid posset mali velle Christus? Quid po- Ex affestremo aliud posset velle quam pater? ctu. Quorum una est diuinitas, non potest esse dispar voluntas. Sed ex persona hominis transfigurans in se suos, quos in se trãs- Mat.25. figurauit,cum ait, Esuriui & dedistis mihi manducare,quos in se transfiguravit, cum

Act.9. furenti & ſanctos perſequenti Saulo clamauit deſuper quem nemo tangebat, Saule Saule quid me perſequeris? oſtendit quandam hominis propriam voluntatem, oſtendit & correxit te. Ecce uide, inquit, te in me, quia potes aliquid proprium velle, vt aliud deus uelit. Conceditur hoc humanæ fragilitati, conceditur humanæ infirmitati. Aliquid proprium uelle, difficile eſt ut nõ tibi contingat: ſed ſtatim cogita qui ſit ſupra te: illum ſupra te, te infra illum: illum creatorem, te creaturam: illum dominum, te ſeruum: illum omnipotentem, te infirmum corrigens te, ſubiugansq; uoluntati

Mat.26. eius ac dicens, Verum non quod ego uolo, ſed quod tu uis pater. Quomodo diſiũctus

D es a deo, qui iam hoc uis quod deus? Eris ergo rectus & te decet laudatio, quoniam rectos decet laudatio. Si autem curuus fueris, laudes deum quando tibi bene eſt, blaſphemas quando tibi male eſt. Quod quidem male, ſi iuſtũ, non eſt male. Iuſtum eſt aũt, quoniam ab illo fit qui iniuſte facere nihil poteſt. Et eris inſulſus puer in domo patris amans patrem ſi tibi blanditur, & odio habens quando te flagellat, quaſi non & blandiens & flagellans hæreditatem paret. Vide autem quemadmodum deceat rectos laudatio. Audi vocem recti laudantis ex alio

Pſal.33. pſalmo, Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Quod eſt in omni tempore, hoc eſt ſemper. Et quod eſt benedicã, hoc eſt laus eius in ore meo. Omni tempore & ſemper, ſiue in proſperis ſiue in aduerſis. Nam ſi in proſperis & non in aduerſis, quomodo omni tempore? Quomodo ſemper? Et audiuimus multas multorum tales uoces, quando illis prouenit aliqua fœlicitas, exultant, gaudent, cantant deo, laudant deum: non ſunt improbandi, immo gaudendum eſt illis, quia multi. Sed iſti qui iam deum laudare ex proſperitatis parte cœperunt, docendi ſunt patrem agnoſcere & flagellantem, nec murmurare aduerſus corrigentis manum, ne ſemper

E praui remanentes exhæredari mereantur. Vt facti iam recti. Quid eſt recti? Vt nihil illis diſpliceat quod fecerit deus, poſſint & in aduerſis deum laudare & dicere, Domi-

Iob.1. nus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domini benedictum. Tales rectos decet laudatio, nõ primo laudaturos, & poſtea vituperaturos. Ergo iuſti recti, exultate in domino, quia vos decet laudatio. Nemo dicat, quis ergo iuſtus? aut quando ero iuſtus? Nolite uos abiicere & deſpare de uobis: homines eſtis, ad imaginem dei facti eſtis, qui uos homines fecit, pro vobis & homo factus eſt: ut multi filii ad hæreditatem ſempiternam adoptarentur. Nempe ſanguis unici pro uobis effuſus eſt. Si uos uobis ex terrena fragilitate uiluiſtis, ex pretio veſtro uos appendite, quid manducetis, quid bibatis, quod ſubſcribamini, tamen digne cogitate. Nũquid hoc vos monemus, ut ſuperbi ſitis, & uobis aliquam perfectionem audeatis arrogare? Sed non iterum ab omni iuſtitia vos putare debetis

F exules fieri. Nolo.n. vos interrogare de iuſtitia ueſtra: fortaſsis.n. nemo ueſtrum mihi audeat reſpondere, iuſtus ſum, ſed interrogo uos de fide veſtra. Sicut nemo veſtrũ audet dicere, iuſtus ſum: ſic nemo audeat dicere, fidelis ſum. Nondum quæro quid uiuas, ſed quæro quid credas, Rũſurus es credere te in Chriſtum: nõ audiſti Apoſtolũ, Iuſtus ex fide uiuit? Fides tua, iuſtitia tua: Ro.

quia utiq; ſi credis caues, ſi autẽ caues conaris: & conatum tuum nouit deus, & uoluntatem tuam inſpicit, & luctam cum carne cõſyderat: & hortatur ut pugnes, & adiuuat vt uincas, & certantẽ inſpectat, & deficientem ſubleuat, & uincẽtẽ coronat. Ergo exultate iuſti in domino. Hoc dixerim, exultate fideles in domino, quia iuſtus ex fide viuit. Rectos decet laudatio. Diſcite gratias agere deo, & in proſperitatibus & in tribulationibus. Diſcite habere in corde quod habet omnis homo in lingua, quod uult deus hoc agat. Ipſa lingua popularis, plerunq; eſt doctrina ſalutaris. Quis non quotidie dicat, quod vult deus hoc agat? Et rectus erit inter eos qui exultant in domino, & quos decet laudatio. Qualẽs alloquitur conſequenter pſalmus & dicit, Confitemini domino in cithara, & pſalterio decem chordarum pſallite ei.) Hoc enim etiam modo cantabamus, hoc ore conſono exprimentes, corda ueſtra docebamus. Nonne id G egit inſtitutio in nomine Chriſti uigiliarum iſtarum, ut ex iſto loco citharæ pellerentur? Et ecce ipſæ iubentur ſonare, Confitemini, inquit, domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite ei.

Nemo conuertat cor ad organa theatrica. Quod ei iubetur, in ſe habeat, ſicut alibi dicitur. In me ſunt deus uota tua, Pſal. quæ reddam laudationes tibi. Meminerunt

De tempe. ſerm. 95 q eſt de decem chordis.

runt qui pridem affuerunt, quando quod interſit inter pſalterium & citharam, ſicut potuimus ſermone diſcreuimus, & ad intellectũ omniũ perducere interim conati ſumus. Quantũ aũt effecerimus viderint qui audierint, & nunc non importune repetimus, vt in iſta diuerſitate duorũ inſtrumentorum muſicorũ, diuerſitatem factorũ humanorũ inueniamus, ſignificatam per hæc, implendam autem per vitam noſtram. Cithara eſt.n. lignum illud concauum tanquã tympanum pendente teſtudine, cui ligno chordæ innituntur vt tactæ reſonent. Non plectrum dico quo tanguntur, ſed lignum illud dixi concauum cui ſuperiacent, cui quodammodo incumbunt, vt ex illo cũ tan

H guntur tremefactæ, & ex illa concauitate ſonum concipientes magis canoræ reddantur. Hoc ergo lignum cithara in inferiore parte habet, pſalterium in ſuperiore. Hæc eſt diſtinctio. Iubemur autem modo cõfiteri in cithara, & pſallere in pſalterio decem chordarum. Non dixit in cithara decẽ chordarum, neq; in hoc pſalmo, neq; ſi non fallor alicubi. Legant & conſiderent melius, & ocioſius filij noſtri lectores: tñ quantum mihi videor meminiſſe, multis locis inueni mus pſalterium decem chordarũ, citharam decem chordarũ nuſquam mihi lectum occurrit. Mementote citharam ex inferiore parte habere quo ſonat, pſalterium ex ſuperiore. Et inferiore vita.i. terrena habemus proſperitatẽ & aduerſitatẽ, vnde deum laudemus, in vtroq;, vt ſemper ſit laus eius in ore noſtro, & benedicamus dñm in omni

Pſal. 33 tpe. Eſt.n. quædam terrena proſperitas, eſt quædam terrena aduerſitas, ex vtroq; laudandus eſt deus vt citharizemus. Quæ eſt terrena proſperitas? Cum ſani ſumus ſecũm carnem, cum abundant omnia quibus viui mus, cum incolumitas noſtra ſeruatur, cum

I oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hæc omnia ad vitam terrenam pertinent. Quiſquis inde nõ laudat deum, ingratus eſt. Nunquid quia terrena, ideo non dei ſunt? Aut ideo alter ea dare cogitandus eſt, quia dantur & malis? Multiplex eſt.n. miſericordia dei, patiẽs eſt & longanimis. Inde magis ſignificat quid ſeruet bonis, cum oſtendit quanta donet & malis. Aduerſitates autem ex inferiore vtique parte de fragilitate generis humani in doloribus, in languoribus, in preſſuris, in tribulationibus, in tentationibus. Vbi que laudet deũ qui citharizat, non attendat quia inferiora ſunt: ſed qa & regi & gubernari non poſſunt, niſi ab illa ſapientia, quæ attingit a fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Non.n. cœleſtia regit & terrena deſerit. Aut non illi dicitur. Quo abibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo Pſa.138 fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Vbi ergo deeſt qui nuſquam non eſt? Ergo confitere dño in cithara: ſiue tibi abundet terrenum aliquid, gratias age illi q dedit: ſiue tibi deſit, ſiue forte damno tibi auferatur aliquid, citharizа ſecurus. Non eſt.n. ille tibi ablatus qui dedit, quanuis tibi ablatum fuerit quod dedit. Etiam ſic inquam citharizа ſecurus, certus in deo tuo, Tange chordas K in corde tuo, & dic tanq; in cithara in inferiore parte bene ſonante, Dominus dedit, Iob.1. dñs abſtulit, ſicut domino placuit ita factũ eſt, ſit nomen domini benedictũ. Iam uero tũ attendis ſupiora dona dei, quid tibi contulerit præceptorum quia doctrina cœleſti te imbuerit, quid tibi deſuper ex illius ueritatis fonte præceperit, conuertere & ad pſalterium, & pſalle dño in pſalterio decẽ chordarũ. Præcepta.n. legis decẽ ſũt. In decẽ præceptis legis habes pſalteriũ. Perfecta res é. Deut. 5. Habes ibi dilectionem dei in tribus, & dile- Cõcor 3 ſtionem proximi in ſeptem. Et utiq; noſti ſẽ.di. 37 domino dicente, quia in his duobus præcep Sed iam. tis tota lex pendet & prophetæ. Dicit tibi Mat.22; deus deſuper, quia dominus deus tuus deus vnus eſt. Habes vnam chordam, Non acci Deut.6. pias inuanum nomen domini dei tui: habes Deut. 5. alteram chordam, Obſerua diem ſabbati Ibidem non carnaliter, non Iudaicis delitijs, qui ocio abutuntur ad nequitiam. Melius enim utique tota die foderent, quam tota die ſaltarent. Sed tu cogitans requiem in deo tuo, & propter ipſam requiem omnia faciens, abſtine ab opere ſeruili. Omnis e- Ioan. 8. nim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, utinam hominis & non peccati. Hæc Cõco. 3 tria pertinent ad dilectionem dei, cuius cogita vnitatem, veritatem, & uolun- ſẽ.di.37. tatem. Eſt enim quædam uoluntas in do Tertiũ mino vbi uerum ſabbatum, vera re- uero. quies. Vnde dicitur, Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quis Pſal:35. enim ſic delectat, quam ille qui fecit omnia quæ delectant? In his tribus charitas dei, in ſeptem alijs charitas proxi-

mi,ne facias alij quod pati non vis. Hono-
Tobi.4. res patrem & matrē: quia vis te honorari à
Matt.7. filijs tuis. Non mœchaberis: quia nec mœ-
Deut.5. chari vxorem tuā post te vis. Non occides:
quia & occidi non vis. Nō fureris: quia fur
tum pati non vis. Non falsum testimoniū
dicas, quia odisti aduersum te falsum testi-
monium dicentē. Non concupisces vxorē
proximi tui: quia & tuam non vis ab alio
concupisci: Non concupisces rem aliquam
proximi tui: quia siquis tuam concupiscit,
displicet tibi: Conuerte & in te linguam,
qñ tibi displicet qui ubi nocet. Hæc omnia
præcepta dei sunt, sapientia dictante data
Matt.7. sunt, desuper sonant. Tange psalterium, im
M ple legem quam dñs deus tuus non venit
soluere, sed adimplere. Implebis.n. amore,
quod timore non poteras. Qui.n. timendo
non facit male, male faceret si liceret. Itaq,
& si facultas non datur, voluntas tenetur.
Non facio, inquit. Quare? Quia timeo.
Nondum amas iustitiam, adhuc seruus es.
Esto filius. Sed ex bono seruo fit bonus fi-
lius. Interim timendo noli facere, disces &
amare non facere. Est enim quædam pul-
critudo iustitiæ, pœna ne deterreat. Habet
iustitia formam suam, oculos quærit, accen-
dit amatores suos. Pro hac martyres secu-
lum calcantes, sanguinem fuderunt. Quid
amabant quādo isti omnibus renunciabāt?
Non enim illi non erant amatores, aut hoc
vobis dicimus, vt non ametis? Qui non
amat friguit, obriguit. Ametur, sed illa pul-
critudo quæ cordis oculos quærit. Ametur,
sed illa pulchritudo quæ laudatur. Iustitia
incendit animos, iustitia accensi promunt
verba, ædunt voces, vndiq; dicūt, bene, opti-
me. Quid viderunt? In quo pulcher est cu-
ruus senex? Non enim si procedat senex iu
stus, est aliquid in eius corpore quod ame-
tur, & tamen amatur ab omnibus: Ibi ama
tur vbi non videtur, immo ibi amatur vbi
corde videtur. Delectet vos ergo & rogate
Psal.84. dominum vt delectet. Dominus enim da-
bit suauitatem, & terra nostra dabit fructū
A suum, vt per charitatem impleatis, quod per
timorem implere difficile est. Quod dico
difficile est, non potest timens adhuc ani-
mus: malle non esse quod præcipitur, si
ad faciendum amore non ducitur, sed ti-
Deut.5. more coarctatur. Noli furtum facere, ti-
me gehennas, mallet non esse gehennam
in quam mitteretur. Quando incipit ama-
re iustitiam, nisi quando mallet furta non
esse, & si gehennæ non essent, in quas futes
mitterentur? Hoc est amare iustitiā. Et ipsa
iustitia qualis est? Quis illam pingit? Sapiē
tia dei quā pulchritudinē habet? Per illam
pulcra sunt omnia, quæ oculis placent. Ad
videndā, complectendam, corda mundanda
sunt. Huius nos amatores profitemur, ipsa
nos cōponit vt ei non displiceamus. Et qñ
nos reprehendunt homines in his rebus, in
quibus ei quam diligimus placeamus, qúo
praui habemur apud reprehensores nros?
Qúo ab illis contemnimur & omnino ni-
hili pendimur? Amatores lubrici & amabi-
les fœminarum, quando amatæ ipsorum cō
ponunt illos secundum oculos suos, si ipsis
placeant, non curant eos quibus displicear,
putantes sibi sufficere quod earum oculis
placent ad quas affectant: & plerunque gra B
uibus displicent, immo semper grauibus di-
splicent, & meliore iudicio reprehenduntur. Non bene tonsus es, vicit vir grauis
lasciuo adolescenti, non te decet cum tali-
bus cincinnis incedere. Nouit autem ille
capillos suos placere nescio cui, Odit te re-
prehendentem vero iudicio, & seruat in se
quod placet peruerso consilio. Inimicum
te putat, quia turpitudinem demis, Fugit
oculos tuos, & omnino non curat qua regu
la iustitiæ reprehendatur. Si ergo illi non
curant reprehensores veraces, vt sint for-
mosi fallaces, nos in his rebus, in quibus pla
cemus sapientiæ dei, non debemus curare
irrisores iniustos, non habentes oculos un-
de videant quod amamus. Hæc cogitantes
recti corde, confitemini domino in cithara,
in psalterio decem chordarum psallite ei.
Cantate ei canticum nouum.) Exuite ve-
tustatem, nostis canticum nouum. Nouus
homo, nouum testamentum, nouum canti-
cum. Non pertinet nouum canticum ad
homines veteres. Non illud discunt nisi ho
mines noui, renouati per gratiam ex vetu-
state, & pertinentes iam ad testamentum
nouum, quod est regnum cœlorum. Et su- C
spirat omnis amor noster, & cantet canticū
nouum. Canter canticum nouum non lin-
gua, sed vita. Cantate ei canticum nouum.
Bene cantate ei.) Quærit vnusquisq; qúo
cantet deo. Canta illi, sed noli male. Non
vult offendi aures suas. Bene cantate fra-
tres. Si alicui bono auditori musico, quan-
do tibi dicitur, Canta placeas ei, & si uis ali
qua instructione musicæ artis cantare, ca-
trepidas ne displiceas artifici: quia quod
in te imperitus non agnoscit, artifex re-
prehendit: quis affert deo bñ cantare, sic iudi
canti de cantatore, sic examinanti omnia,
audienti? Qñ potes afferre tam elegās arti
ficium cantandi, vt tam perfectis auribus
in nullo displiceas? Ecce veluti modum cā
tandi dat tibi, noli quærere verba, quasi ex
plicare possis vnde delectetur. In iubilatio
ne) cane. Hoc est.n. bene canere deo, in iu-
bilatione canta. Quid est in iubilatione ca-
nere? Intelligere, verbis explicare non pos
se quod canitur ore deo. Et enim illi qui cā
tant, siue in messe, siue in vinea, siue in ali-
quo opere feruenti, cum cœperint in ver-
bis canticorum exultare lætitia, ueluti im-
pleti tanta lætitia vt eam verbis explicare
non possint, auertunt se à syllabis verbo-
rum, & eunt in sonum iubilationis. Iubilū
sonus quidem est significans cor parturire
D quod dicere non pōt. Et quem debet ista iu
bilatione nisi ineffabilem deum? Ineffabi-
lis enim est quem fari non potest. Et si eū
fari non potes, & tacere non debes, quid re
stat nisi vt iubiles? Vt gaudeat cor sine ver-
bis, & immēsa latitudo gaudiorū metas nō
habeat syllabarum. Bene cantate ei in iubi-
latiōe. Quia rectus est sermo dñi.) Et om
nia opera eius in fide. In quo etiā displicet
nō rectis, rectus est ille. Et oīa opa eius in
fide.) Tua sint opa in fide, quia iustus ex fi
Rom.1. de viuit, & fides p dilectionem operatur.
Gala.5. Tua sint opa in fide, qa in deum credendo
2.2ē.d.5. fidelis efficeris. Opa qúo pñt eē in fide, qua
26. Nō si & deus ex fide viuat? Inuenimus & desi
est. fidelem, & hoc non verbis nostris dicitur.
1.Co.10 Apostolum audi, Fidelis, inquit, deus qui
vos non permittat tentari supra quam po-
testis ferre, sed faciet cum tentatione pro-
uentum vt possitis sustinere. Audistis fide
2.Ti.1. lem deum, audite & alibi. Si tolerabimus
conregnabimus: si negauerimus, & ipse nos
negabit: si non credimus, & ipse fidelis per
manet, negare semetipsum non potest.
Habemus ergo fidelem deum, distingua-
E mus potius fidelem deum à fideli homine.
Fidelis homo est credens promittenti deo,
fidelis deus est exhibens quod promisit ho
mini. Teneamus fidelissimum debitorem,
quia tenemus misericordissimum promis-
sorem. Neque enim aliquid ei commodaui
mus, aut mutuum commendauimus vt te-
neamus eum debitorem, cum ab illo habea
mus quicquid illi offerimus & ex illo sit
Rom.11. quicquid boni sumus. Omnia bona qui-

bus gaudemus ab illo sunt. Quis enim co-
gnouit sensum dñi, aut quis cōsiliarius eius
fuit, aut quis prior dedit ei, & retribuetur
illi? Quoniam ab ipso, & per ipsum, & in
ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedi-
mus, & tenemus debitorem. Vnde debito-
rē? Quia promissor est. Non dicimus deo,
Dñe redde quod accepisti: sed redde quod
promisisti, qñ rectus est sermo dñi. Quis
est, rectus est sermo dñi? Non te fallit, tu
eum noli fallere, immo tu te noli fallere.
Quis enim fallet omnia scientem? Sed mē
tita est iniquitas sibi. Qñ rectus est sermo
domini, & omnia opera eius in fide. Dili-
git misericordiam & iudiciū.) Fac ita, quia
deus facit ita. Intendite istam misericordiā
& iudicium. Misericordiæ tempus modo
est, iudicij tempus post erit. Vnde est mise
ricordiæ tempus? Vocat modo auersos, do- F
nat peccata conuersis. Patiēs est super pec
catores donec conuertantur. Quandocun-
que cōuersi fuerint, præterita obliuiscitur,
futura promittit. Hortatur pigros, conso-
latur afflictos, docet studiosos, adiuuat di-
micantes, neminem deserit laborantem &
exclamantem ad se, donat vnde sibi sacrifi-
cetur, ipse tribuit vnde placetur. Magnum
misericordiæ tempus, non transeat fratres,
non nos transeat. Venturum est iudicium.
Erit & tunc pœnitentia, sed iam infructuo
sa, Dicent intra se pœnitentiam agentes, &
præ angustia spiritus gementes. Certe ista
scripta sunt in libro Sapientiæ, Quid no- Sapiē.5.
bis profuit superbia, & diuitiarum iactan-
tia quid contulit nobis? Transierunt om-
nia tanquam vmbra. Modo dicamus, Trā
seunt omnia tanquam vmbra, modo fru-
ctuose dicamus, transeunt: ne tunc dicamus
infructuose, omnia transierunt. Hoc est
ergo tempus misericordiæ, erit & iudicij.
Ne putetis autem fratres, quia ista à se pos
sunt in deo aliquo separari modo. Viden
tur enim sibi aliquando contraria, ut qui
misericors est non seruet iudicium: & qui
indicij tenax est, obliuiscatur misericor-
diam. Omnipotens deus, nec in misericor-
dia amittit iudicium, nec in iudicio miseri G
cordiam. Misereatur enim considerat ima
ginem suam, fragilitatem nostram, errō-
rem nostrum, cæcitatem nostram. Vo-
cat auersos à se, & conuersis ad se donat
peccata, non conuersis non donat. Mise
ricors est & iustus. Nunquid autem iudi
cium amisit, aut non debuit iudicare inter
con-

conuersos & non conuersos? An vobis iustum uidetur ut cõuersus & non conuersus æqualiter habeantur, ut eo modo suscipiatur confitens & mẽtiens, humilis & superbus? Ergo habet & iudicium in ipsa misericordia. Rursus in illo iudicio habet misericordiam, in eos vtiq; quibus dicturus est. Mat.25. Esuriui & dedistis mihi mãducare. Etenim dicitur in quadam epistola apostolica, Iudicium enim sine misericordia illi qui non Ioan. 2. fecit misericordiam. Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Matt.5. Ergo in illo iudicio erit & misericordia, sed non sine iudicio. Si enim non in quemlibet, sed in eum erit misericordia qui prærogauit misericordiam, & ipsa misericordia iusta erit, quia confusa non erit. Misericordia est certe vt dimittantur peccata, misericordia est vt tribuatur vita æterna. Matt. 5. Vide ibi iudicium, Dimitte & dimittetur H vobis, date & dabitur vobis, Certe dabitur Matt.7. vobis & dimittetur vobis, misericordia est. Si inde recessisset à iudicio non diceret, In qua mensura mensi fueritis, in ea remetiet vobis. Audistis quemadmodum exhibeat deus misericordiam & iudicium. Exhibe & tu misericordiam & iudicium. An forte ad deum pertinent ista, ad hominem non pertinent? Sed si ad hominem non pertine- Mat. 23 rent non dicetet dominus pharisæis, Relinquite is grauiora legis, misericordiam & iudicium. Ergo pertinent ad te misericordia & iudiciũ. Ne putes q̃ ad te misericordia pertineat, iudicium autem non ad te pertineat. Aliquando audis causam inter duos quorum duorum vnus est diues, & alius pauper, & contingit vt pauper habeat causam malam, diues autem bonam. Iam si tu non es eruditus in regno dei, videris tibi bene facere si quasi pauperem miseratus abscondas, & contegas iniquitatem illius, & velis eum iustificare, vt quasi causam bonã habere uideatur. Et si reprehensus fueris q̃ male iudicasti, quasi de misericordia rũdes. Noui, & ego scio, sed pauper erat, misericordia ei debebatur. Qũo tenuisti misericordiam, & perdidisti iudicium? Et qũo, in I quis, si tenerem iudicium non amitterem misericordiam? Pronunciarem aduersus pauperem, qui unde redderet non haberet. Aut si haberet, cum reddidisset vnde postea viueret nõ inueniret? Ait tibi deus, Exo. 23 Ne accipias personã pauperis in iudicio. Cæterum est ut admoneamur personã discernere. Misericordia domini plena est terra. Quid cœli? Audi quid cœli. Non enim indigent misericordia, vbi nulla est miseria. In terra abundat hominis miseria, superabundat domini misericordia. Miseria hominis plena est terra, & misericordia domini plena est terra. Cœli ergo vbi nulla est miseria, nunquid quia non indigent misericordia, non indigent domino? Omnia indigent domino, & misera & fœlicia. Sine illo miseri non subleuantur, sine illo fœlix non regitur. Ergo ne forte de cœlis quæreres cum audires, Misericordia domini plena est terra: audi quia domino & cœli indigent. Verbo domini cœli solidati sunt.) Nam non à se sibi solidamentum fuerunt, nec ipsi cœli firmitatem sibi propriam præstiterunt. Verbo domini cœli firmati sunt. Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.) Non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementum à B domino perceperunt. Spiritu enim oris eius non pars, sed omnis virtus eorum. Sane fratres videte eadem opera & filij & spiritussancti. Non enim negligenter prætereundum est propter quosdam iniquos discretores & turbulentos confusores. Vtrunque enim male fit. Confundunt enim illi male discernendo creaturam cum creatore, & cum sit creator spiritus dei, inter creaturas eum numerant. Illi discernunt & confundunt, confundantur vt conuertantur. Audi modo vnum opus filij & spiritussancti. Verbum certe dei filius dei est, & spiri- Io.1. tus oris eius spiritussanctus est. Verbo domini cœli solidati sunt. Quid est autem solidatos esse, nisi habere stabilem & firmam virtutem? Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Posset & sic dici, spiritu oris eius cœli solidati sunt, & verbo domini omnis virtus eorum. Quod est enim omnis virtus eorum, hoc est solidati sunt. Hoc ergo facit filius & spiritussanctus, nunquid sine patre? Quis ergo facit per verbum suum & spiritum, nisi cuius verbum est, & cuius spiritus? Trinitatis ergo hæc vnus deus. Hunc adorat qui nouit adorare, hunc vbique habet quo se conuerterit. Non enim q̃ C ritur ab auersis, sed ipse vocat auersos vt impleat conuersos. Sane fratres exceptis illis cœlis superioribus, ignotis nobis in terra laborantibus, & per humanas coniecturas vtcunque ista quærentibus: exceptis ergo illis cœlis, q̃ quomodo sint super inuicẽ, vel quot sint, vel q̃bus modis distincti sint, quibus inco-

vitis non accipere. Hoc omnis homo videt, atq; vtinam sic omnis homo faceret. Illud est vbi fallitur, veluti qui vult placere deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, & dicat, faui pauperi. Immo si teneres vtrunque & misericordiam & iudicium, placeres deo. Primo qualem misericordiam fecisti in eum, cuius iniquitati fauisti? Ecce saccel- Ne lo pepercisti, cor percussisti, pauper iste ini quus remansit, & tanto iniquior, quanto te quasi hominem iustum fauere vidit iniquitati suæ. A te remansit iniuste adiutus, à deo recessit iuste damnandus. Qualem misericordiam præbuisti ei quem iniustum fecisti? Ecce crudelior inueniris quàm misereordior. Quid ergo, inquis, facerem? Iudicares primo secundũ causam, argueres pauperem, flecteres diuitem. Alius est iudicandi, alius petendi locus. Q̃ te ille diues videret tenuisse iustitiam, non erexisse iniqui pauperis ceruicem, sed pro merito peccati K sui obiurgasse te iuste, nonne flecteretur ille potens ad misericordiam petenti, qui lætus redditus erat te iudicante? Quãuis ergo fratres psalmi plura restent, consulendũ est tamen viribus & animæ & corporis propter varietatem audientium, quia & cum reficimur, ex eodem tritico, veluti multi sapores vobis fiunt. Ad detergenda fastidia, hæc vobis sufficiant.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi:

ET in annunciando & in audiendo verbo veritatis, labor est. Quẽ laborẽ fres æquo animo toleremus, si sen- étiæ dominicæ & conditionis nr̃æ meminerimus. Ab ipso.n. nostri generis exordio audiuit hõ nõ ab homine fallace, nec à diabolo seductore, sed ab ipsa veritate ex ore dei, In sudore vultus tui edes panẽ tuũ. Proinde si pa Gen. nis noster est verbũ dei, sudemus in audiendo, ne moriamur in ieiunãdo. Psalmi huius primarũ partiũ pauci versus vigiliarũ nup actarum solennitate tractati sunt: q̃d restat audiamus. Hinc aũt incipit pars quę restat, quã modo cãtabimus. Misericordia dñi plena est terra.) Verbo dñi cœli firmati sunt. Psalm Idipsum est enim, sermone dñi cœli solidati sunt. Dixerat superius, Bene cantate ei in iubilatione. i. ineffabiliter canite, q̃m rectus est sermo domini, & omnia opera eius in fide. Nihil promittit & non reddit, fidelis ille factus est debitor, esto tu auarus exactor. Deinde cum dixisset, Omnia opera eius in fide adiunxit quare, Diligit misericordiam & iudicium. Qui ergo misericordiam diligit, miseretur. Qui aũt miseretur non potest promittere & non dare, quia posset dare etiam si non promittitur. Ergo qa diligit misericordiam, oportet vt exhibeat quod promittit. Et quia diligit iudicium, oportet vt exigat quod dedit. Vnde ipse do Mat.25. minus dicit cuidam seruo, Dares tu pecu- Luc.19. niã meã, & ego veniens cum vsuris exigerem. Quod ideo monemus vt sciamus q̃d modo audiuimus. Ipse.n. dicit alio loco in Ioan.12. euangelio, Ego non iudico quenquam: sermo quem locutus sum eis, ipse iudicabit eos in nouissimo die. Nec se excusset qui audire non vult, ne quasi non sit quod ab illo exigitur. Idipsum.n. exigitur, quia noluit accipere cum daretur. Aliud est enim nõ posse accipere, aliud est nolle. Illic excusatio necessitatis est, hic reatus voluntatis. Ergo om M nia opera eius in fide, diligit misericordiã & iudicium. Accipite misericordiam, & diligite iudicium, ne ille cum venerit exigat à nobis rationem, ita vt inanes nos dimittat. Exigit.n. rationem, reddita ratione, donat Psal.23. æternitatem. Accipite ergo misericordiam fratres, accipiamus omnes: nemo nostrum id accipiendo dormiat, ne ad reddendũ malum excitetur. Accipite misericordiam: Sic ad nos clamat deus, tanq̃ si tempore famis diceretur, accipite frumentum. Quod cum audires tempore famis, profecto ipso stimulo necessitatis concitus, curreres versans te huc atq; illuc, quęrens vnde acciperes, quod dictum est, accipe, Et cum venires, quando te teneres? quam moram interponeres? Sic & nunc dictum est, accipe misericordiam. Diligit.n. misericordiam & iudicium. Cũ acceperis bene vtere, vt bonam rationẽ reddas, cum iudicium venerit eius qui tibi mõ prærogat in ista fame misericordiam. Volo ergo mihi dicas, vnde accipio? Quo eo? Recordare quod cantasti, Misericordia domini plena est terra. Vbi iam non euangelium p̃dicatur? Vbi sermo domini tacet? Vbi salus A cessat? Opus est vt velis accipere, plena sunt horrea. Hæc ipsa plenitudo & abundantia non te venientem expectauerũt, sed ad dormientem ipsa venerunt. Non dictum est, Surgant gentes & eant ad vnum locum, sed annunciata sunt ista gentibus vbi erant, vt adimpleretur exinde prophetia, dicens, Soph. 2. Adorabit eum vnusquisque de loco suo.

bus incolis impleti sint, qua dispositione re
gatur, quomodo ibi vnus quidam hymnus
indeficiens continens ab omnibus ꝓdicet
deū, multū est à nobis inuenire, satagamus
tamē peruenire. Ibi est.n. patria nostra quā
longa fortasse peregrinatione obliti sumus.
Psa. 119. Vox.n. nostra est in illo Psalmo, Heu me
qm̄ peregrinatio mea lōginqua facta est. Er
go de illis cœlis & mihi difficile est disputa
re, sed tamen non impossibile & vobis in-
telligere. Certe qui me in his rebus intelle
ctu prævenit, fruatur quo præcessit, & oret
pro me vt sequar ego. Interim exceptis illis
cœlis, habeo de quibus hic vtcunq; disserā,
nobis proximos cœlos sanctos dei Apostolos, prædicatores verbi veritatis, per quos
cœlos complu- sumus, vt per totum mun-
dum leges Ecclesiæ pullularet: & si cum zizaniis interim cōem bibens pluuiam, sed ta
Mat. 13. & 3. men horreum non habitura cōe. Ergo cum
dictū esset, Misericordia domini plena est
D terra: quasi quæreres vnde impleta est terra misericordia domini? prius missi sunt
cœli qui misericordiam dñi spargerent sup
terram, & hoc super totam terram. Nā vi-
Psal. 18. de quid de ipsis cœlis alibi dicitur, Cœli
enarrant gloriam dei & opera manuū eius
annunciat firmamentum. Quod cœli, hoc
firmamentum. Dies diei eructat verbum, &
nox nocti annunciat scientiam. Non cessa
tur, non tacetur. Sed vbi prædicauerunt, &
quousq; peruenerunt? Nō sunt loquelæ ne
que sermones quorum non audiantur vo-
Acto. 2. ces eorum. Sed hoc pertinet ad id quia om-
nium linguis locuti sunt in vna voce, om-
nium linguis locuti impleuerunt quod dictum est, Non sunt loquelæ neq; sermones
quorum non audiantur voces eorum. Sed
quæro, ipsa vox in omnibus linguis, quous-
que peruenerit quæ impleuerit? Audi ergo
Psal. 18. quod sequitur, In omnem terram exiuit so
nus eorum, & in fines orbis terræ verba eo
rum. Quorum, nisi cœlorum qui enarrant
gloriam dei? Ergo si omnem terram exiuit
sonus eorum, & in fines orbis terræ verba
eorum, quid prædicauerint nobis, indicet
nobis qui illos misit. Indicat plane, fideliter
E indicat, quia & antequam fierent prædixit
futura ille, cuius omnia opera in fide. Re-
Psal. 32. surrexit.n. à mortuis & contrectatis mēbris
Luc. 24. suis agnitus à discipulis suis, ait, Oportebat
pati Christum & resurgere à mortuis ter-
tia die, & prædicari in nomine eius pœnitē
tiam & remissionem peccatorum. Vnde &
quousq; ? Per omnes gentes ait, incipientibus ab Hierusalem. Quam misericordiam
vero omnes expectamus fratres vberiorem
à domino, nisi vt peccata nostra dimittantur ? Cum ergo ea sit magna misericordia
domini remissio peccatorum, & hanc remis-
sionem peccatorum prædixit dominus prædicari per oēs gentes, Misericordia dñi plena est terra. Vnde plena est terra? Misericordia dñi. Quare? Quia vbiq; dimittit peccata deus quia misit cœlos qui terram compluerunt. Et qūo ausi sunt ipsi cœli ire cum
fiducia, & ex hominibus infirmis cœli fieri, nisi qa verbo domini cœli solidati sunt?
Vnde.n. haberent tantam virtutem oues in
ter ludos, nisi quia spiritu oris eius omnis
virtus eorum? Ecce, inquit, mitto vos sicut
oues in medio luporum. O domine miseri Mat. 10
cordissime, certe hoc facis vt misericordia
tua plena sit terra. Si ergo misericors vt im
pleas terram misericordia, vide quos mittis,
vide quo mittis. Quo, inquam, mittis &
quos mittis? Oues in medio luporū. Vnus
lupus si mitttatur in medium innumerabilium ouium, quis ei resistit? Quid non turbat, nisi forte quia satiatur? Nam omnia deuoraret. Mittis infirmos inter sæuos, Mitto, inquit, quia cœli sunt vt terram compluant. Vnde cœli homines infirmi? Sed
spiritus oris eius omnis virtus eorum. Ecce lupi tenebunt & tradent vos, & offerent
potestatibus propter nomen meum. Iam
armate vos. Virtute vestra? Absit. Nolite
cogitare quid loquamini. Non enim vos
estis qui loquimini, sed spiritus patris ve-
stri qui loquitur in vobis, qa spiritus oris
eius omnis virtus eorum: Facta sunt hæc,
missi sunt Apostoli, pertulerunt pressuras.
Nunquid modo tantas ferimus vt audiamus hæc, quantas illis vt seminarent hæc?
Non. Ergo fratres infructuosus est labor
noster? Non. Video constipationem vestrā,
sed & vos videtis sudorem nostrum, si tole
ramus, & conregnabimus. Ecce facta sunt il
la. Ex illis ouibus missis in medio luporū, 2. Tim.
& memorias martyrum celebramus. Lo- Mat. 10
cus iste quando martyris beati corpus per-
cussum est, lupis plenus erat, vicit tot lupos
vna ouis capta, & impleuit locum ouibus
ouis occisa. Sæuiebat tunc mare ingenti- G
bus persequentium fluctibus, ibat in ari-
dam sitientem cœlum dei. Modo autem
per illa quæ illi passi sunt, qui aciem ru-
perunt, glorificatum est nomen Christi,
occupa-

occupauit ēt ipsas potestates ambulans su-
per capita tumentium gurgitum. Et quia
ista facta sunt, modo ēt qui vident nondum
credentes conuenticula nostra, celebratio-
nes, solennitates, laudes iam manifestas &
publicas dei nostri, putatis eos non dolere,
putatis non fremere? Sed nunc impletur
Psal. 111. quod de illis dictū est, Peccator videbit &
irascetur. Quid ergo quia irascetur? Ne ti-
meas ouis lupum. Modo minas eorū & fre-
mitus non timeatis. Irascitur. Sed quid se-
quitur? Dentibus suis frendet & tabescat.
Quia ergo modo falsa maris aqua quæ re-
mansit, in Christianos sæuire non audet, oc
cultū aūt murmur rugit in se, & intra mor-
talem pellem fremit concluſa salsugo, Vide-
te quid sequitur, Congregans sicut in vtrē
aquas maris.) Cū ergo antea mare in mar-
tyribus liberis fluctibus sæuiebat, modo au
tem intra mortalia pectora inclusum ama-
rum est, Ille fecit qui in illis vicit, qui po
Prou. 8. suit tunc mari terminos, vt in se remean-
H tes comminuerentur fluctus eius. Ipse con-
gregauit velut in vtrē aquas maris, vt mor-
talis pellis contegat amaram cogitationem.
Timentes.n. pelli suæ, intus tenent quod nō
audent emittere. Nam eadem est amaritu-
do. Sic oderunt, sic detestantur. Sed quod
tunc aperte sæuiebat, nunc occulte, quid a-
liud dicam q̄ quod dictum est, Frendet &
Psal. 111 tabescet? Eat ergo Ecclesia, ambulet. Facta
est via, strata nostra ab imperitore munita
est. Ferueamus in itineribus bonorum ope
rum, hoc est enim ambulare nostrum. Et si
qñ existunt tentationes pressuræ vnde non
sperabantur, tam congregatis velut in vtrē
aquis maris, intelligamus dñm facere hoc
ad disciplinam, vt excutiat à nobis male p-
uidentem de temporalibus securitatem, &
dirigat uos in regnum suum composito de-
syderio. Quod desyderiū tribulationibus
hinc atq; hinc contundentibus producitur,
vt simus canori auribus domini tanquam
tubæ ductiles, Dictum est enim & hoc in
Psal. 97. Psalmis, & tubis ductilibus laudemus deū.
Tuba ductilis malleo producitur, ita Chri
stianum cor in deum pressurarum plagis
I extenditur. Meminerimus ergo fratres iam
his temporibus quibus congregata est ve-
lut in vtrem aqua maris, non deesse deo vn
de proferat quo nos emendet, cum emenda-
tione nobis opus est. Ideo enim sequitur.
Ponens in thesauris abyssos.) Thesaurus
dei dicit secretū dei. Nouit ille omniū cor.
da, quia ad tempus proferat, vnde proferal,
quātam potestatem tribuat malis in bonos,
ad iudicandos quidem malos, erudiendos āt
bonos. Nouit qūo hæc agat qui ponit in
thesauris abyssos. Fiet ergo quod sequitur:
Timeat dñm omnis terra.) Non glorietur
superba lætitia temeraria exultatione, di-
cens, Iam congregata est velut in utre aqua
maris, quis mihi aliquid facere audebit? Ne
scis quia posuit ille in thesauris abyssos, ne-
scis vnde proferat quod opus est ad flagel-
landum te pater tuus? Qui quidem in di-
sciplinam tuam habet abysi thesauros, qui
bus te erudias ad thesauros cœlorum. Ergo
redi ad timorem qui iam ibas in securita-
tem, Exultet terra, sed & timeat. Exultet,
Quare? Quia misericordia domini plena
est terra. Timeat, Quare? Qui ic congre-
uit in vtre aquas maris, vt poneret in the-
sauris abyssos. Fit ergo in illa qđ alibi bre- psal. 2.
uiter vtrunq; dicitur, Seruite dño in timo- K
re & exultate ei cum tremore. Timeat dñm
omnis terra. Ab ipso autem commoueātur
omnes, qui inhabitant orbem terræ.) Non
timeant alterum pro illo. Ab ipso commo-
ueantur omnes qui habitant orbem terræ.
Fera sæuit, deum time. Serpens insidiatur,
deum time. Homo te odit, deum time. Dia
bolus te impugnat, deum time, Tota enim
creatura sub illo est, quem iuberis timere:
Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse man psal. 148
dauit & creata sunt.) Hoc in Psalmo sequi et Iudith
tur, Cum enim dixisset, Ab ipso cōmouean 16.
tur omnes q̄ui inhabitant orbem terræ, ne
conuerteret se homo ad timendum aliquid
aliud, & auersus à timore dei, timeret pro
illo aliquam creaturam, & adoraret quod
factum est, dimisso qui fecit, cōfirmauit nos
in timore dei, tanquam dicens nobis & allo
quens nos, Quid formidaturus es aliquid
de cœlo, aliquid de mari? Ipse dixit & facta
sunt, mādauit & creata sunt. Qui dixit & fa
cta sunt, mādauit & creata sūt, cū iubet mo 2. sen. di.
uētur cū iubet quiescunt. Cōquiescit & ma 44. Sed
litia hominū, cupiditas hominū. Cupidita plurib.
tē nocendi potest homo habere propriam, L
potestatem autem si ille nō dat, non habet.
Non est enim potestas nisi a deo. Definita
sententia Apostoli est, Non dixit, non est
cupiditas nisi à deo. Est enim mala cupidi Rom. 13
tas quæ non est à deo, sed quia ipsa mala cu
piditas nulli nocet si ille non permittat, nō
est, inquit, potestas nisi à deo. Vnde deus
homo stans ante hominem, Non haberes,
inquit,

inquit,in me potestatem,nisi data fuisset tibi desuper. Ille iudicabat,ille docebat. Cum iudicabatur docebat, vt iudicaret quos docuerat. Non haberes,inquit,in me potestatē,nisi esset data tibi desuper. Quid est hoc? Homo tantum non habet potestatem,nisi cum acceperit desuper? Quid ipse diabolus? Ausus est vel vnam oviculam tollere viro sancto Iob, nisi prius diceret, Mitte manum tuam,hoc est, da potestatem? Ille volebat, sed ille non sinebat. Quando ille permisit,ille potuit. Non ergo ille potuit, sed qui permisit. Ideo bene eruditus ipse Iob, non ait sicut iam commemorare vobis solemus, dominus dedit & diabolus abstulit: sed,dominus dedit & dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita factum est: non sicut diabolo placuit. Videte ergo fratres mei cum tanto labore manducantes salubrē & vtilem panem,videte ne quenquam timeatis nisi dominum. Præter eum ne timeas alium,scriptura tibi dicit. Proinde timeat dominum omnis terra, qui posuit in thesauris suis abyssos. Ab ipso autem commoueantur vniuersa, & omnes qui inhabitant orbem terræ: quoniam ipse dixit & facta sunt,ipse mandauit & creata sunt. Sed iam cessauerūt reges mali,facti sunt boni. Crediderunt & ipsi, signum crucis Christi in fronte iā portant,preciosius signum quàm quęlibet gemma diadematis. Illi qui sæuierunt destructi sunt,sed quis fecit hoc? Forte tu vt extollas te? Dominus dissipauit consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.) Quando dixerunt, Tollamus eos de terra, non erit nomen Christianum si hoc fecerimus, sic occidantur,sic torqueantur,talia & talia illis infligantur. Dicta sunt hæc,& inter hæc creuit Ecclesia, Reprobat cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Consilium vero domini manet in æternū, cogitationes cordis eius in secula seculorum.) Repetitio sententiæ est. Quod ante ait,cōsilium, hoc ait postea,cogitationes cordis: & quod supra ait, manet in æternum, hoc postea,in secula seculorum. Repetitio confirmatio est. Ne autem putetis fratres, quia dixit, cogitationes cordis, quasi sedere deum & cogitare,quid agat,& exquirere consilium faciendi aliquid vel non faciendi. Tuæ sunt istæ ò homo tarditates,vsq; in velocitatem currit verbum eius. Quando potest mora esse cogitationis in illo verbo quod vnum est,& omnia complectitur. Sed dicuntur cogitationes dei, vt tu intelligas, vt secundum te audeas erigere cor, vel ad verba tuæ infirmitati similia, quia res ipsa multum est ad te. Cogitationes cordis eius in secula seculorum. Quæ sunt cogitationes cordis eius, & quod est consilium domini quod manet in æternum? Contra quod consilium vt quid fremuerunt gentes,& populi meditati sunt inania? Quandoquidem dominus reprobat cogitationes populorum,& reprobat consilia principū? Vnde igitur consilium domini manet in æternum, nisi de nobis quos ante præscuit & prædestinauit? Quis tollit prædestinationem dei? Ante mundi constitutionem vidit nos, fecit nos, emendauit nos, misit ad nos, redemit nos, hoc eius consilium manet in æternum, hæc eius cogitatio manet in secula seculorum. Fremuerunt gentes tunc,aperte fluctuātes & sæuientes, contabescant nunc tanquam inclusæ & congregatæ in vtre. Habuerunt liberas audacias, habeant truces & amaras cogitationes. Quando possunt destruere quod ille cogitauit & manet in æternum? Quid est autem hoc? Beata gens.) Quis est qui non hoc audito erigat se? Amant enim omnes beatitudinem, & ideo peruersi sunt homines qui mali volunt esse,miseri nolunt. Et cum sit malitiæ individua comes miseria, isti peruersi non solum mali esse volunt, & miseri nolunt,quod fieri non potest: sed ideo volunt mali esse,ne miseri sint. Quid est hoc quod dixi, ideo volunt mali esse,ne miseri sint? Consyderate hoc paululum in omnibus hominibus qui male faciunt beati semper esse volunt. Furtum facit, quæris quare? propter famem, propter necessitatem. Ergo ne miser sit, malus est, & ideo miserior est quia malus est. Depellendæ ergo miseriæ causa, & acquirendæ beatitudinis causa, faciunt omnes homines quicquid vel boni faciunt vel mali. Semper ergo beati esse volunt. Siue male viuentes, siue bene viuentes,beati esse volunt, & non contingit omnibus quod omnes esse volunt. Omnes enim beati esse volunt,non autem erunt nisi illi, qui iusti esse voluerint. Et ecce nescio quis vt male faciat beatus vult esse. Vnde? Ex pecunia, ex argento & auro, ex prædijs, fundis,domibus, mancipijs, pompa seculi, honore volatico & perituro, habendo aliquid volunt

Iob. 13.

Iob. 1.

Psa. 147

A

M

Iunt beati esse. Quære quid habeas,vt beatus sis. Cum.n.beatus fueris,melior vtiq; eris q̄ cum miser es. Fieri autem non pōt, vt res deterior te faciat meliorem. Homo es, deterius te est quicquid cupis quo beatus esse desyderas. Aurum,argentum quęlibet corpora quibus inhias acquirendis, possidendis,fruendis,inferiora sunt te. Tu melior es,tu fortior es, & vtiq; vis melior esse q̄ es, cum beatus esse vis quia miser es. Melius est.n. vtique beatum esse q̄ miserū. Vis esse melior te & quæris, perquiris per quæ id fiat,deteriora sunt te. Quicqd q̄ieris in terra, deterius est q̄ tu. Hoc omnis homo optat amico suo,sic eum adiurat: sic melior sis,sic meliorem te uideamus, sic de te meliore gaudeamus. Quod optat,hoc & ipse vult. Accipe ergo fideles consilium. Melior te uis esse, nouimus omnes nouimus, omnes volumus: quære quod est melius te,vt inde efficiaris melior te. Intuere nūc cœlum & terram, non tibi sic hęc pulcra corpora placeant,vt eis fieri beatus velis. In animo est quod quæris. Beatus enim esse vis. Ipso animo tuo q̄re quid sit melius. Cum enim duo sint quædā,hoc est,animus & corpus,eo q̄ istis duobus illud melius sit qđ animus dicit,pōt corpus tuū melius fieri per meliorem,quia subiectum est corpus animo. Potest ergo melius fieri corpus tuū per animum tuū, vt cum fuerit iustus animus tuus, si postea immortale etiam corpus tuum. Per animi enim illuminationem mereretur corpus incorruptionem, vt fiat inferioris reparatio per meliorem. Si ergo corporis tui, bonum, animus est, quia corpore tuo melior est, cum quæris bonū tuum, illud quære quod melius est animo tuo. Quid est autem animus tuus attende, ne forte contemnens animum tuum, & putans nescio quid esse uile & abiectum,& uiliora quæras quibus beatificetur animus tuus. In animo tuo est imago dei, mens hominis capit eam. Accepit eam & inclinando se ad peccatum decolorauit eam. Ipse ad eam venit reformator, qui erat eius antè formator: quia per uerbum facta sunt omnia, & per verbum impressa est hæc imago. Venit ipsum uerbum,vt audiremus ab Apostolo, Reformamini in noui tate mentis vestræ. Iam ergo supereſt, ut quæras quid sit melius quàm animus tuus. Quid erit obsecro, nisi deus tuus? Non inuenis aliquid melius animo tuo, quia cū fuerit perfecta natura tua,angelis æquabit. Iam supra non est nisi creator. Erige te ad illum,noli desperare, noli dicere, multum est ad me. Magis multum est ad te,habere aurum quod quæris. Aurum et si uolueris, forte nō habebis,deū cū volueris habebis: quia & antequam velis venit ad te,& cum auersa voluntate esses vocauit te,& cū cōuersus esses terruit te,& cū territus confitereris,consolatus est te. Iste qui tibi præstitit omnia,iste qui fecit vt esses, qui his qui tecum sunt ēt malis præstat solem,præstat pluuiam,præstat fructus,fontes,vitam,salutem,tantas consolationes, seruat tibi aliqd quod nō det,nisi tibi. Quid est aūt quod tibi seruat,nisi se? Pete aliud si melius inuenerit,se tibi seruat deus. Quare quid ihias cœlo & terræ? Melior est qui fecit cœlum & terram,ipsum visurus, ipsum habiturus es. Quæris vt tua sit illa villa, & transiens per illam dicis, Beatus cuius est possessio ista. Hoc dicunt quàm multi qui transeunt per illam, & tamen cum dixerint & transeunt per illam, possunt caput agitare & suspirare,nunquid & possidere? Sonat cupiditas,sonat iniquitas,sed non concupiscas rem proximi tui. Beatus cuius est villa illa, cuius est domus ista, cuius est ager iste. Compesce iniquitatem,audi veritatē. Beata gens cuius est. Quid? Iam nostis qd dicturus sum. Ergo desyderate vt habeatis, tunc demū beati eritis. Hac sola beati eritis, re meliore quam vos estis meliores eritis. Deus est,inquam,melior te qui fecit te. Beata gēs cuius est dūs deus eorum.) Hoc ama,hoc posside,hoc cum vis habebis,hoc gratis habebis. Beata gens cuius est dominus deus eorum. Noster deus,cuius enim non est deus? Non plane omnium eodem modo. Noster magis, noster qui uiuimus ab illo tanquam de pane nostro. Ipse sit hæreditas nostra,possessio nostra. An forte temere dicimus faciendo nobis deum possessionem, cum sit dominus, cum sit creator? Non est ista temeritas, affectus est desyderij & dulcedo spei. Dicat anima omnino secura,dicat,deus meus es tu,qui dicit animæ nostræ,salus tua ego sum. Dicat secura dicat:non faciet iniuriam cum hoc dixerit,imo faciet si non dixerit. Arbores velebas habere quibus beatus esses. Audi scripturam dicentem de sapientia,Lignum vitæ est omnibus possidentibus eam. Ecce possessionem nostrā dixit esse sapientiam, sed

Matt. 5.

Deut. 5

Psal. 34.

Prou. 3.

B

C

D

E

F

G

sed ne putes ipsam sapientiã, quia possessionem tuam dixit scriptura, aliquid esse quod si te inferius, sequitur & adiungit. Et incũbentibus in eam velut in domo tuta. Ecce dominus tuus est tibi quasi baculus: securus homo incumbit, quia ille non succũbit. Dic ergo securus, possessio tua est, possidẽtibus eam scriptura dixit, impleuit fiduciam, remouit dubitationem. Dic securus, ama securus, spera securus. Tua etiam illa verba sint

Psal. 15. in Psalmo, Dominus pars hæreditatis meę. Ergo vnde beati erimus? Deum possidẽdo. Quid ergo? Nos possidebimus eum, & ille non nos possidebit? Vnde ergo Esaias, Domine posside nos? Possidet ergo & possidebitur, & totum propter nos. Vt.n. nos ex illo beati simus, possidetur à nobis: vt autem ille beatus sit, non possidet nos. Et possidet nos, & possidetur à nobis, non ob aliud nisi vt nos beati simus. Possidemus eũ & possidet nos, quia colimus eũ & colit nos. Colimus eum tanquam dominum deum, colit nos tanquam terram suam. Quia colimus eum nemo dubitat, quia colit nos, quis no-

H bis indicat? Ille qui ait ego sum vitis, vos

Ioã. 15. estis sarmenta, pater meus agricola. Ecce & in isto Psalmo vtrunque nobis indicat? Iam dixi quia possidemus eum, beata gens, cuius est dominus deus eorum. Cuius est fundus iste? Illius, Cuius est iste? Illius, Cuius est iste? Dicamus de deo, dicamus cuius est. Et quomodo nobis responderi, quando de fundis & de prædijs aliquibus amplis atque amœnissimis quærimus, Est quidam senator, & illud aut aliud vocatur, cuius est ista possessio, & dicimus beatus ille homo. Sic quæramus, cuius est deus iste? Est quædi beata gens cuius est, nam dominus deus eorum est: & non sicut senator ille possidet fundum suum, non autem possidetur à fundo suo, sic & deus gentis huius possidet eã vt & ipsa eũ possideat, vnde vt eius simus, laborare debemus, sed alterutrum se possident. Audisti quia gens possidet eum, beata gens, cuius est dominus deus eorum. Audi quia & ille possidet illam. Populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi.) Beata gens possessione sua, beata hæreditas possessore suo, populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi. De cœlo respexit domi

I nus, vidit omnes filios hominum.) Omnes hic ita accipe vt gentes illius omnes intelligas, illam hæreditatem tenentes, vel illa hæreditas existentes. Hæreditas est.n. dei ipsi omnes, & ipsius omnes. De cœlo respexit dominus, & vidit eos ille qui ait, Cum esses sub arbore fici vidi te. Vidit.n. eum qui miseratus est eum. Vnde plerunque egentes misericordia dicimus homini vide me, & de illo qui te contemnit quid dicis? Nõ me videt. Est ergo quædam visio miserãtis cordis, non visio punientis. Illa visio ad peccata, animaduersio est. Quia illa peccata non vult videri, qui dicit, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Quod vult ignosci, non vult agnosci. Auerte, inquit, faciem tuam à peccatis meis. Cum ergo auertit faciem suam à peccatis tuis, non videbit te. Vnde alibi dicit, Ne auertas faciẽ tuam à me. Ergo auertat à peccatis tuis, non auertat à te. Videat te, misereatur tui, subueniat tibi. De cœlo respexit dominus, vidit omnes filios hominum pertinẽtes ad filium hominis. De præparato habitaculo suo.) Quod sibi præparauit. Vidit nos de apostolicis, vidit nos de prædicatoribus veritatis, vidit nos de angelis quos ad nos misit. Hæc omnia domus eius, hæc omnia habitaculũ eius, quia hæc omnia cœli qui enarrant gloriam dei. Vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo suo. Respexit super omnes qui habitant terram.) Ipsi sunt sui, sunt gens illa beata cuius est dominus deus eorum, populus ille est quem elegit dominus in hæreditatem sibi, quia per omnes terras est, & non est in parte. Respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum. (Manu gratiæ suæ, manu misericordiæ suæ finxit corda, plasmauit corda nra, finxit singillatim, singula quædam dans nobis, quæ tamen nõ dirimant vnitatẽ. Quomodo singillatim mẽbra formata sunt, omnia singillatim habent opera sua, & tamen in vnitate corporis viuunt: manus facit qđ oculus non facit, auris id valet qđ nec oculus nec manus valet. omnia tamen vnitatẽ operantur, & manus & oculus & auris diuersa faciunt, nec sibi aduersantur. Sic & in Christi corpore singuli homines, tanquam membra singula donis suis gaudent, quia ille qui elegit populum in hæreditatem sibi, finxit singillatim corda eorum. Núquid.n. omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes dona habent sanitatum? Nunquid omnes linguis loquũtur? Nunquid omnes interpretantur? Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ,

alij

Con. 89 dist. cap. Singula. alij fides secundum eundem spiritum, alteri dona curationum. Quare? Quia finxit singillatim corda eorum. Qũo autem in mẽbris nostris diuersa sunt opera, sed sanitas vna: sic in omnibus membris diuersa munera, sed charitas vna. Qui finxit singillatim corda eorum. Qui intelligit omnia

Psal. 7. opera eorum.) Intelligit quid est? Secretius & interius videt. Habes in psalmo, intellige clamorem meum. Non enim quasi vocibus opus est, vt perueniat aliquid ad aures dei. Occultus visus, intellectus vocatur. Expressius dixit, quam si diceret, videt omnia opera eorũ. Tunc putares videri opera ista, qñ & tu vides opus hominis. Homo factũ hominis motu eius in corpore videt, deus autem in corde videt. Quia ergo intus videt, dictum est, intelligit omnis opera eorũ. Dant duo pauperibus, vnus sibi mercedem quærit cœlestem, alius humanam laudem. Tu in duobus vnam rem vides, deus duas

M intelligit: intus.n. intelligit & intus agnoscit, fines ipsorum videt, intentiones ipsas videt, Qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluus fiet rex per multitudinem virtutis suæ.) Ad dominum omnes, in deo omnes. Spes tua deus sit, fortitudo tua deus sit, firmitas tua deus sit, exoratio tua ipse sit, laus tua ipse sit: finis in quo requiescas ipse sit, adiutorium cum laboras ipse sit. Audi veritatem. Non saluus fiet rex per multitudinem virtutis suæ. Nec gigas saluus erit in multitudine virtutis suæ.) Gigas superbus aliquis est, extollens se aduersus deum, velut quia ipse aliquis in se & per se. Non sit iste saluus in multitudine virtutis suæ. Sed equum habet magnum, fortem, validũ, velocem, potest si aliquid ingruerit cito illum de periculo liberare. Non, fallitur, Audiat quid sequitur, Mendax equus ad salutem.) An intellexistis quid dictum sit, mendax equus ad salutem? Non tibi promittat equus tuus salutem, si tibi promiserit mẽtietur. Si enim deus volueris liberaberis, si deus voluerit cadente equo altius cades. Non ergo putetis dictum, Mendax equus ad salutem, quasi mẽdax iustus ad salutem, quod velut iusti ad salutem mentiantur. Non est enim scriptum æquus quod ab æquitate dicitur, sed equus animal quadrupes, hoc Græcus codex indicat. Et redarguuntur homines, qui sibi quærunt mala inuenta occasiones mendaciorum, cum scriptura dicat, Os quod mentitur, occidit animam: & perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quid est ergo mendax equus ad salutem? Mẽtitur tibi equus quando promittit salutem. Nunquid equus alicui loquitur & promittit salutẽ? Sed cum tu vides equũ bene formatũ, bonis viribus, magno cursu ꝑditum, ista omnia velut promittunt tibi de illo salutẽ, sed fallunt si deus non tuetur, quia mendax equus ad salutem. Equum accipe etiam figurate quamlibet amplitudinẽ seculi huius, quemlibet honorem in quem superbus ascendis, quo altius ingrederis, te non tantum celsiorem, sed etiam tutiorem falso putas. Quomodo.n. te deiiciat nescis, tanto elisum grauius, quanto sublimius ferebaris. Mendax equus ad salutem. In abũdantia aũt virtutis suæ non erit saluus.) Et vnde erit saluus? Nõ de virtute, non de viribus, non de honore, non de gloria, non de equo. Vnde, quo ibo? Vbi inueniam, vnde saluus sim? Noli diu quærere, noli longe. Ecce oculi dñi super timentes eum.) Videtis quia ipsi sunt quos protexit de habitaculo suo. Ecce oculi dñi super timentes eum.

Sperantes super misericordia eius.) Non E de meritis suis, non de virtute, non de fortitudine, nõ de equo, sed de misericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum.) Vitam æternã promittit. Quid in ista peregrinatione? Nunquid deserit? Vide quid sequtur, Et alat eos in fame.) Tempus famis est modo, tempus saturitatis, post erit. Qui nos in fame huius corruptionis non deserit, immortales factos quo satiabit? Sed quãdiu est tempus famis, tolerandum est, durandũ est, perseuerandũ est vsq; in finem. Iã currẽda sunt omnia, quia & via est plana, & cogitan- Mat. 10.
dum est quid portemus. Adhuc quidem spectatores in amphiteatro forte insaniunt & Videtur
in sole sedent, & nos si stamus tũ in vmbra Aug. lo-
culo sumus, & vtiliora & pulcriora sunt q̃ quẽs po
spectamus, spectemus pulcra, & a pulcro pulo cõ-
spectemur. Spectemus nos mente ea quæ fudisse di
dicuntur in sensibus diuinarum scriptura- scrimen
rum, & gaudeamus tali spectaculo. Specta- spectãdi
tor autem noster quis est? Ecce oculi dñi su & expe-
per timentes eum, sperantes in misericordia ctandi.
eius, vt eruat à morte animas eorũ, & alat C
eos in fame. Sed propter peregrinationis tolerantiam quandiu fames est, expectemus
in via refici ne deficiamus. Quid nobis imponit, vel quid profiteri debemus? Anima
nostra patiens erit domino.) Secura expectans misericorditer promittentem, miseri-

corditer & veraciter exhibentem. Et donec exhibeat qd agamus? Anima nostra patiẽs erit dño. Sed quid si in ipsa patientia nõ durabimus? Immo planè durabimus. Quoniam adiutor & protector noster est.) Adiuuat in pugna, protegit ab æstu, non te deserit, tolera dura, qui perseueraverit vsque Mat.10. in finem hic saluus erit. Et quid cum perduraueris, cum patiens fueris, cum vsque ad finem perueneris, quid tibi erit? Qua mercede toleras? Vt quid tanta dura tandiu pateris? Quoniam in ipso lætabitur cor nostrũ, & in nomine sancto eius sperabimus.) Spera hic, vt leteris ibi: esuri & siti hic, vt epuleris ibi. Hortatus est ad omnia, implevit nos gaudio spei, proposuit nobis quid amemus, in quo solo, & de quo solo præsumamus. Post hæc fit oratio breuis & salubris. Fiat misericordia tua domine super nos.) Et quo merito? Sicut sperauimus in te.) Fui quibusdam onerosus, sentio. quibusdam autem etiam cito terminaui sermonem, & hoc sentio. Ignosant infirmi fortioribus, & pro infirmis deprecẽtur fortiores.

D In vno corpore omnia membra simus, à capite nostro vegetemur, & in illo spes nostra est, & in illo fortitudo nostra est. Non dubitemus exigere de domino deo nostro misericordiam vult omnino exigi. Non enim turbabitur dum exigitur, aut omnino angustabitur, quomodo ille à quo petis quod nõ habet, aut quod parum habet, & timet dare ne minus habeat. Vis nosse, quomodo tibi eroges deus misericordiam? Tu eroga charitatẽ. Videamus si finis dum erogas. Quãta est ergo opulentia in ipsa summitate, si potest tanta esse in imagine? Ergo fratres ad hanc maxime exhortamur vos charitatem non solum in vosipsos, sed in eos etiam qui foris sunt, siue adhuc pagani, nondum credentes in Christo, siue diuisi à nobis, nobiscum caput confitentes & à corpore separati doleamus illos fratres tanquam fratres nostros: velint nolint fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri, si Matt.6. desinent dicere, pater noster. Dixit de quibusdam Propheta: his qui dicunt nobis, nõ estis fratres nostri, dicite, frẽs nostri estis. Circunspicite de quibus hoc dicere potuerit. Nunquid de paganis? Non. Neq; enim

E dicimus eos fratres nostros secundum scripturas, & ecclesiasticum loquendi morem. Nunquid de Iudæis qui in Christum non crediderunt? Legite Apostolum, & videte quia fratres quando dicit Apostolus sine aliquo additamento, non vult intelligere nisi Christianos. Nõ est autem subiectus, 1.Co inquit, frater aut soror huiusmodi: cum diceret de cõiugio. Fratrem & sororem dixit Ro Christianum vel Christianam. Iterum dicit, Tu autem quid iudicas fratrem tuũ, aut 1.Co tu quid spernis fratrem tuum? Et alio loco, Vos, inquit, iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratribus. Isti ergo qui dicunt, non estis fratres nostri, paganos nos dicũt. Ideo enim & rebaptizare nos volunt, dicentes nos non habere quod dant. Vnde cõsequens est error ipsorum, vt negent nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit Prophe ta, Vos dicite illis fratres nostri estis, nisi quia non in eis agnoscimus quod non repetimus? Illi ergo non agnoscendo baptismũ nostrum, negant nos esse fratres: nos autem non repetendo ipsorum, sed agnoscendo nostrum dicimus eis, fratres nostri estis. Dicunt illi, quod nos quæritis, qd nos vultis? Respondemus, fratres nostri estis. Dicunt, ite à nobis, non nobiscum habemus rõnem. F Nos prorsus vobiscum rationẽ habemus, vnum Christum confitemur, in vno corpore, sub vno capite esse debemus. Quid ergo me quæritis, ait, si perij? Magna absurditas, magna væsania. Quid me quæritis, si perij? Quare quærerem, nisi quia peristi? Si ergo perij, inq̃t, quomodo sum frater tuus? Vt dicatur mihi de te, frater tuus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Adiuramus ergo vos fratres per ipsa viscera Luc charitatis, cuius lacte nutrimur, cuius pane solidamur, per Christum dñm nostrum, p mansuetudinem eius adiuramus vos. Tempus est enim ut impendamus in eos magnã charitatem, abundantem misericordiam in deprecando deum pro illis, vt aliquãdo det illis sensum sobrium, vt resipiscant & videant se, quia non habent omnino quod dicant contra veritatem. Non eis remanſit, nisi sola infirmitas animositatis, quæ tanto est languidior, quanto se maiores vires habere existimat. Pro infirmis, pro carnaliter sapientibus, pro animalibus & carnalibus, tamen pro fratribus nostris eadem sacramenta celebrantibus, & si non nobiscum eadem, tamen vnum amen respondentibus, & si non nobiscum vnum amen, hortamur medullas charitatis vestræ, fundatis ad deum preces pro eis.

Aliquid enim pro salute ipsorum egimus G in concilio,

in concilio, quod explicari vobis hodie iam tps non sufficit, Vnde exhortamur vos vt alacriores & numerosiores, Audient.n. a vobis frẽs nostri qui nunc non assunt, conueniatis crastino die ad basilicam tricliarũ.

In Psalmum trigesimum tertium enarratio Præfatio.

PSalmus iste nihil quidem obscurum, & qd expositione indigeat, uidetur hre in textu suo. Titulus autem eius intentos facit, & pulsantes desyderat. Sed quẽadmodum hic scriptum est, quia beatus uir qui sperat in eũ, speremus oẽs quod pulsantib. aperturus est, Nõ.n. hortaretur nos vt pulsaremus, si nollet aperire pulsantibus. Si.n. aliquando contingit, ut qui disponebat sedere, tædio cõpulsus ad manum pulsantis contra dispositionem suam suam surgat & aperiat, ne diu pulsantem patiatur: quanto magis sperare debemus citius aperturum il

Matt. 7. lum, qui ait, Pulsate & aperietur uobis. Pul

Luc. 11. sa ergo nunc intentione cordis ad dominũ deum, vt dignetur nobis hoc mysterium reuelare. Pulset mecum & charitas vestra in H tentione audiendi, & humilitate orandi pro nobis. Est enim, quod fatendum est, arcanũ & grande mysterium, Sic enim se habet titulus Psalmi.

1.Re.21 Psalmus Dauid cum mutauit vultum suũ coram Abimelech, & dimisit eum & abijt. Concio prima.

Psal. 3. QVærimus in scripturis secundum res gestas, quę nobis de Dauid cõscriptæ sunt, qñ sit factũ quemadmodũ inuenimus titulum Psalmi, cum fugeret Dauid a facie Absalon filij sui. Legimus enim

2.Re.15 in Regnorum libris & inuenimus, quando Dauid fugeret a facie filij sui Absalon. Et uerisimum est, quia contigit, quod scriptũ est. Et quanuis titulus Psalmi in mysterio sic scriptus sit, tamẽ ductus est de re quę gesta est. Sic crede & quod hic scriptum est,

1.Re.21 Cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Scriptum est, sed in Regnorum libris, vbi omnia nobis scripta sunt, quæ pertinent ad res gestas Dauid, sed non inuenimus hoc, & tamen aliquid inuenimus unde appareat hoc esse tractũ. Nã scriptum est, Quia cũ fugeret Dauid persecutorem Saul, cõtulit se ad Achis regem Geth, id est, ad regem cuiusdam I gentis vicinæ regno Iudæorum: tibi latita- 1.Re.17 bat, ut persecutionẽ Saulis euitaret. Recens aũt erat gloria eius, unde pro benefacto meruit inuidiã, qñ Goliã interfecit, & una pugna gloriam securitatemq́; regno & regi & populo comparauit. Saul aũt cum prouocãte Golia æstuaret, prostrato Golia hostis esse cœpit ei, per cuius manum hostem deus necauerat, & induit gloriæ Dauid: maxime 1.Re.18 quia populus in exultatione constitutus, & &.21. choro iã facto mulieres cãtauerũt gloriam Dauid, q̃ Saul percussisset in milibus, & Dauid in denis milibus. Hinc ille cõmotus q̃ cœperat hre maiorem gloriam per unã pugnã puer, & iam in laudibus omnium regi præponebatur, vt se habet, silentiã liuoris & superbia seculi, inuidere ei cœperat & eum persequi. Tunc ille se, ut dixi, cõtu 1.Re.21 lerat ad regem Geth, qui vocabatur Achis. Suggestum est autẽ regi ipsi, q̃ illum apud se haberet qui magnam gloriam habere cœperat in populo Iudęorum, & dictum est illi: Nonne iste est Dauid, cui chorum fecerunt mulieres Israelitæ, dicentes, Saul percussit in milibus, & Dauid i denis milibus? Si autẽ propter hanc gloriam inuidere illi cœperat Saul, nonne metuendum erat Dauid, ne & ille rex, ad quem confugerar, uellet opprimere eum quem posset de uicino K hostem habere, si saluum seruaret? Timuit & illum, & sicut scriptum est, Mutauit vultum suum corã ipsis, & affectabat & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & ferebatur in manibus suis, & procidebat ad ostia portæ, & saliuæ decurrebãt super barbã eius. Vidit eũ rex ille apud quẽ latebat, & ait suis, Vt quid mihi arreptitiũ adduxistis? Nunqd nã intraturus est in domũ meã? Et sic illũ dimisit, ejecis illũ & recessit inde Dauid incolumis per istã figurationem furoris. Videtur ergo ad ipsam historiam ptinere qđ hic scriptum est, Psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & di 1.Re.21 misit eum, & abijt. Sed ille Achis erat, non Abimelech. Nomen enim solum non videtur conuenire. Nam res gesta proprie ipsis verbis pariter designata est in Psalmis, sicut scriptum est in Regnorum libro. Ideo magis mouere nos debet ad quærendum sacramentum, quia nomen mutatum est. Nã neque illud sine causa factum est quãuis sit factum, sed quia aliquid figurabat: neq; hoc sine causa scriptum est, nomine commuta-

Leo. Videtis certe frēs profunditatē sacrorū.
1.Re.17 Si non est in mysterio, q̄ a puero Golias oc
1.Re.21 cisus est, non est in mysterio, quia immuta-
uit uultū suū, & affectabat, & tympaniza
bat, & cadebat ad ostia ciuitatis & ad ostia
portæ, saliuæ decurrebant super barbā eius
vnde fieri pōt, ut nō hoc aliquid significare
1.Co.10 quādo quidem aperte dicit Apostolus. Hæc
aūt in figura cōtingebant illis, Scripta sunt
autem pp nos, in quos fines secuiorū obue
nit. Si nihil significat manna, de quo dicit
Apostolus, Et cibum spiritalē manducaue-
runt, Si nihil significat, qđ diuisum est ma-
Exo.14. re, & p medium ductus est populus, ut eua
1.Co.10 derēt persecutionē Pharaonis, cū dicat A-
postolus Nolo.n.uos ignorare fratres, qa
patres nr̄i oēs sub nube fuerunt, & oēs
in Moyse baptizati sunt sub nube & in ma-
ri: Si nihil significat quod percussa petra a-
qua profluxit, cum dicat Apostolus. Petra
autem erat Christus. Si ergo illa nihil signi
ficant quamuis sint gesta, si nihil deniq; si-
gnificant duo filii Abrahæ nati secūdū or-
dinē nascendi hominē, & non tñ ipsos duos
filios duo testamenta appellat Apostolus,
Gala. 4. vetus & nouum, & dicit, Hæc sunt duo te-
M stamenta, q̄ sunt in allegoria. Si ergo illa ni
hil significant, q̄ uidetis authoritate aposto
lica in mysterio futurarum rerū gesta esse,
debemus arbitrari nihil significare etiā hoc
qđ vobis ex libro Regnorū de Dauid pau-
loante narrauimus. Non ergo nihil signifi
cat, & quod nomen mutatū est, & quod hic
1.Re.21 dictum est curam Abimelech, ibi coram A-
chis. Intendite mecum. Omnia.n.quæ di-
xi modo quasi ad manum pertinēt pulsan-
Matt. 7. tis, nondum apertum est. Pulsauimus cum
ista diceremus, pulsatis & uos cum ista au
diretis, adhuc pulsemus orando ut dominus
aperiat nobis. Nominum Hebræorum ha-
bemus interpretationem. Non defuerunt
docti viri qui nobis nomina ex Hebræo in
Græcam linguam, & inde in Latinam trās
ferrent. Consulentes ergo nomina ista, inue
1.Re.21 nimus interpretari, Abimelech, patris mei
regnum, & interpretari Achis, quomodo
est. Hæc nomina attendamus, inde incipit
nobis aperire pulsantibus. Si quæris quid
est Achis? Respōdetur, quomodo est. Quo
modo est, verbum est admirantis, & non
intelligentis. Abimelech patris mei regnū.
Dauid, manu fortis. In figura Christi Da
uid, sicut Golias in figura diaboli: & quod
1.Re.17. Dauid prostrauit Goliam, Christus est qui
occidit diabolum. Quid est autem Chri- A
stus qui diabolum occidit? Humilitas occi Mat
dit superbiam. Cum ergo Christum omni-
no, fratres mei, maxime nobis humilitas cō
mendatur. Viam enim nobis fecit per humi
litatem, quia per superbiam recessēramus a
deo, redire ad eū nisi per humilitatem non
poteramus, & quem nobis præponeremus
ad imitandum, non habebamus. Omnis.n.
mortalitas hominum superbia tumuerat, Et
si existeret aliquis humilis uir, in spiritu, si
cut erant prophetæ, patriarchæ, dedignabat
genus humanū imitari humiles homines.
Ne ergo dedignamue homo imitari homi-
nem humilē, deus factus est humilis, vt vel
sic superbia generis humani non de digna-
retur seq̄ vestigia dei. Erāt aūt, vt nostis sa-
crificium Iudæorum antea secundū ordi-
nem Aaron in victimis pecorū, & hoc in
mysterio. Nondū.n.erat sacrificium corpo
ris & sanguinis dñi, quod fideles norunt, &
qui euangelium legerent, quod sacrificium
nunc diffusum est toto orbe terrarū. Pro-
ponite ergo vobis ante oculos duo sacrifi-
cia, & illud secundum ordinem Aaron, & P
hoc secundum ordinem Melchisedech. Scri Heb
ptum est.n.Iurauit dominus & non pœni-
tebit eum, tu es sacerdos in æternum secun-
dum ordinem Melchisedech. De quo dici- B
tur, Tu es sacerdos in æternum secundum
ordinē Melchisedech? De dño nostro Iesu
Christo. Quis erat Melchisedech? Rex Sa
lem. Salē ciuitas fuit antea illa, quæ poste-
ficut docti prodiderunt, Hierusalem dicta
est. Ergo antequam ibi regnarent Iudæi,
ibi erat ille sacerdos Melchisedech, qui scri
bitur in Genesi, Sacerdos dei excelsi. Ipse Go
occurrit Abrahæ, quando liberauit Loth
de manu persequtēium, & prostrauit eos a
quibus ille tenebratur, & liberauit fratrem.
Post liberationem fratris, occurrit ei Mel-
chisedech. Et tantus erat Melchisedech, a
quo benediceretur Abraham. Protulit pa-
nem & vinum, & benedixit Abraham, &
dedit ei decimas Abraham. Videte quid p
tulit ei quā benedixit. Et dictum est ei post P
ea, Tu es sacerdos in æternum secundū or-
dinem Melchisedech. Dauid hoc in spiritu
dixit longe post Abraham. Temporibus
autem Abrahæ fuit Melchisedech. De quo
alio dicit, Tu es sacerdos in æternum secū
dū ordinem Melchisedec, nisi de illo cuius
nostis sacrificium? Sublatum est enim sacri
ficium Aaron, & cœpit esse sacrificium se-
cundum

cundum ordinem Melchisedech. Ergo mu
tauit, nescio quis vultum suum. Quis est
Ciste? Nescio quis nō sit, & scio quis. Notus
est.n. dominus noster Iesus Christus, In
corpore & sanguine suo voluit esse salutem
nostram. Vnde autem commendauit cor-
Mat.26. pus & sanguinem suum? De humilitate sua.
Nisi enim esset humilis, nec māducaretur,
Ioan. 1. nec biberetur. Respice altitudinem ipsius,
In principio erat verbum, & verbum erat
apud deum, & deus erat verbum. Ecce ci-
bus sempiternus, sed manducant angeli, mā
ducant supernæ virtutes, manducant cœle
stes spiritus, & manducant & saginantur, &
integrū manet quod eos satiat & lætificat.
Quis autem homo posset ad illum cibum?
Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportet-
bat ergo vt mensa illa lacteſceret, & ad par-
uulos perueniret. Vnde autē fit cibus lac?
Vnde omnibus in hac conuertitur, nisi per
carnem traiiciatur? Nam mater hoc facit,
quod manducat mater, hoc manducat in-
fans. Sed quia minus idoneus est infans qui
pane vescatur, ipsum panē mater incarnat,
& per humilitatem mammillæ & lactis suc
cum, de ipso pane pascit infantem. Quomo
Ioan. 1. do ergo de ipso pane pauit nos sapiētia dei?
Quia verbum caro factum est, & habita-
uit in nobis. Videte ergo humilitatem, quia
panem angelorum manducauit homo, vt
D scriptum est, Panem cœli dedit eis, panem
Psal.77. angelorum manducauit homo: id est, ver-
bum illud quo pascuntur angeli sempiter-
num, quod est æquale patri, manducauit ho
Phili. 2. mo: quia cum in forma dei esset, non rapi-
nam arbitratus est esse se æqualem deo. Sa-
ginantur ergo illo angeli. Sed sempiternum
exinaniuit, vt manducaret panem angelo-
rum homo, formam serui accipiens in simi
litudinem hominum factus, & habitu inuē
tus vt homo, humiliauit se, factus obediens
vsque ad mortem, mortem autem crucis: vt
iam de cruce commendaretur nobis, & ca-
1.Re.21 ro & sanguis domini: nouum sacrificium,
quia mutauit uultum suum coram Abi-
melech, id est, corā regno patris. Regnū.n.
patris, regnum erat Iudæorum, Quomodo
regnum patris? Regnum Dauid, regnum
Abrahæ. Nam regnum dei patris, magis Ec
clesia quam populus Iudęorum, sed secun-
dum carnē regnum patris populus Israel.
Dictum est.n. Et dabit ei deus sedē Dauid
Lucæ.1. patris eius. Demonstratur ergo secundum
carnem pater domini esse Dauid, secūdnm
diuinitatem autem Christus, non filius, sed
dominus Dauid. Indæi vero Christum se-
cūdum carnem norunt, secundum diuini-
tatem non norunt. Ideo fecit illis quæstio- E
nem & dixit, Cuius filiū esse dicitis Chri Mat.22.
stum? Et responderunt, filium Dauid. Et il Psa.109.
le. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat
eum dominum, vbi ait, Dixit dominus do-
mino meo, sede ad dexteram meam, donec
ponam omnes inimicos tuos sub pedibus
tuis? Si ergo Dauid in spiritu vocat eum
dominum, quomodo filius eius est? Et non
potuerunt illi respondere, quia non noue-
rant in domino Christo, nisi quod videba
tur oculis, non quod corde intelligebatur.
Si autem intus haberent oculos sicut habe
bant foris, ex eo quod foris vid-bant, intelli
gerēt filium Dauid: ex eo quod intus intel
ligebant, intelligerent dominum Dauid.
Mutauit ergo vultum suum coram Abi-
melech. Quid est ergo coram Abimelech?
Coram regno patris. Quid est coram re-
gno patris? Coram Iudæis. Et dimisit eum
& abiit. Quem dimisit? Ipsum popolum Iu 1.Re.21.
dęorū dimisit & abiit. Quęris modo Chri
stum apud Iudæos & non inuenis. Vnde
dimisit & abijt? Quia mutauit vultū suū.
Hærentes.n.illi sacrificio secundum ordi-
nem Aaron, non tenuerunt sacrificium se Heb.7.
cundum ordinem Melchisedech, & amise-
runt Christum, & cœperunt eum habere F
gentes, quō non miserat ante præcones.
Nam ad illos præcones miserat, ipsum Da
uid, Abraham, Isaac & Iacob, Esaiam, Hie
remiam, & cæteros prophetas miserat, &
pauci inde cognouerunt, & ipsi pauci in cō
paratione pereūtium: nam multi erant. Mi
lia.n.legimus fuisse. Scriptum est, Reliquiæ Rom.9.
saluæ fient. Sed quæris modo circunciſos
Christianos, & non inuenis. Erant autem
de circuncisione recentibus temporibus fi-
dei multa milia Christianorum. Quæris
modo & non inuenis. Merito non inuenis,
Mutauit vultum suum coram Abimelech,
& dimisit eum, & abijt. Et coram Achis i.Re.21.
mutauit vultum suum, & dimisit eum &
abiit. Ideo.n.mutata sunt nomina, vt ad
mysterij significationem nos excitaret mu
tatio nominum, ne putaremus non narrari
aut commemorari in scripturis Psalmorū,
nisi quod in libris Regnorum gestum inue
nitur, & non hic quæreremus figuras futu
rorum, sed tanquā res gestas acciperemus.
Cum ergo nomina mutātur quid tibi dici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eur? Clausum est hic aliquid,pulsa:noli hæ
rere in litera, qa litera occidit:sed desydera
spm,spiritus.n.viuificat. Intellectus spirita
lis credentem saluũ facit. Qũo ergo dimisit
G Achis regem,attendite fratres. Achis dixi
interpretari,qũo est. Recordamini Euange
liũ. Qñ loquebatur dñs noster Iesus Chri
Ioan. 6. stus de corpore suo,ait: Nisi quis manduca
uerit carnem meã,& biberit sanguinẽ meũ
non habebit in se vitã æternã. Caro.n.mea
vere est esca, & sanguis meus vere potus ẽ.
Et discipuli eius qui eũ sequebantur expa-
uerunt & exhorruerunt sermonem: & non
intelligentes,putauerunt nescio quid durũ
dicere dominum nostrũ Iesum Chm, q
carnem eius quam uidebant, manducaturi
erant,& sanguinem bibituri,& non potue-
runt tolerare,quasi dicentes,qũo est? Error
1.Re.21 enim & ignorãtia & stultitia in persona re
gis Achis. Vbi.n.dicitur,qũo est, non intel
ligitur: vbi non intelligitur, tenebræ igno-
rantiæ sunt. Erat ergo in illis regnum igno
rantiæ,quasi rex Achis,id est,regnum erro
Ioan. 6. ris eis dominabatur. Ille autem dicebat, Ni
si quis manducauerit carnẽ meam,& bibe-
rit sanguinẽ meũ: Quia mutauerunt uul-
tũ suum. Quasi furor iste & insania videba
tur,dare carnẽ suã manducandam homini
bus,& bibendum sanguinem. Ideo quasi in
1.Re.21 sanus putatus ẽ Dauid,qũ dixit ipse Achis,
H arreptitium hunc mihi adduxistis. Nonne
videtur insania, manducare carnem meam
Ioan. 6. & bibite sanguinem meũ, Et quicunq; non
manducauerit carnem meam & nõ biberit
sanguinem meum,non habebit in se uitam?
Quasi insanire videbatur. Sed regi Achis
insanire videbatur,id est stultis & ignoran
tibus,ideo dimisit eos & abijt. Fugit corde
eorum intellectus,ne eum possint com pre-
hendere. Et quid dixerunt illi? Quasi, qũo
est,quod interpretatur Achis. Dixerunt.n.
Qũo potest hic nobis dare manducare car
nẽ suam? Arreptitium putabant dominũ,
& nescire quid loqueretur & insanire. Ille
autem qui nouerat quod dicebat in illa mu
tatione vultus sui, & quasi furore & insa-
nia,sacramenta prædicabat, & affectabat,
& tympanizabat ad ostia ciuitatis. Quæren
dum est quid sit,& ipse affectabat, & ad o-
stia tympanizabat? Non sine causa dic-
tum est,procidebat ad ostium portæ: non
sine causa dictum est, & saliuæ decurrebãt
1.Re.21 super barbam eius: non frustra dicta sunt,
sed indigent intelligentia. Diuturnus ser-
mo onerosus esse non debet. Nostis fratres
Iudæos ipsos, coram quibus ille mutauit
vultũ suum,& dimisit eos & abiit,hodie va
care. Si illi qui Christum amiserint,quos di
misit & abijt, habent inanem vacationem,
nos habemus fructuosam vacationem, vt
intelligamus Christum, qui illos dimisit &
venit ad nos. Omnia non frustra facta sũt,
& in illo furore Dauid,quod dicitur affecta
bat & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & se
rebatur in manibus suis, & procidebat ad o-
stia portæ, & saliuæ decurrebant super bar
bam eius. Affectabat ille. Quid est affectа-
bat? Affectũ habebat. Quid est affectum ha
bere? Quia compassus est infirmitatibus no
stris,& ideo voluit ipsam carnem suscipere,
in qua mortem occideret. Compassus ergo
nobis affectasse dictus est. Ideo reprehendit
Apostolus eos qui duri sunt & sine affectu.
Reprehẽdens.n.quosdam,ait, Sine affectu,
sine misericordia. Vbi est affectus ibi est mi
sericordia. Vbi misericordia est? Miseratus
est nos de supernis. Si exinaniri se noluit,
manens in ea forma, in qua æqualis erat
patri sempiternus, in morte remãsissemus:
sed vt nos de morte tempiterna liberaret,
quo nos peccatum superbiæ perduxerat,hu
miliauit se factus subditus vsque ad mor-
tem, mortem autem crucis. Ergo affectа-
uit quia peruenit usque ad mortem crucis.
Et quoniam qui crucifigitur,in ligno exten
ditur: vt autem tympanum fiat caro, id est,
corium in ligno extenditur: dictum est, &
tympanizabat,id est,crucifigebatur, in li-
gno extendebatur. Affectabat,id est,affe-
ctum in nos habebat,vt animam suam po-
neret p ouibus suis. Tympanizabat. Quo-
modo? Ad ostia ciuitatis. Ostium nobis est
quod aperitur vt credamus in deum. Clau
seramus ostia contra Christum,& aperue-
ramus diabolo. Contra uitam æternam
clausum cor habebamus, ille autem domi-
nus deus noster, quia clausum cor habeba-
mus homines aduersus vitam æternam,nec
poteramus uidere uerbum quod vident an
geli,cruce aperiebat corda mortalium, hoc
est,tympanizabat ad ostia ciuitatis, Et fere
batur in manibus suis. Hoc uero frẽs quo-
modo posset fieri in homine, qs intelligat?
Quis enim portatur in manibus suis? Ma-
nibus aliorum potest portari homo, manib
bus suis nemo portatur. Quomodo intelli-
gatur in ipso Dauid secundum literam non
inuenimus, in Christo autem inuenimus.

Fereba-

Ferebatur enim Christus in manibus suis,
Mat.26. qñ commendans ipsum corpus suum, ait,
Hoc est corpus meum. Ferebat.n.illud cor
pus in manibus suis, ipsa est humilitas do-
mini nostri Iesu Christi,ipsa multum com
L mendatur hominibus. Ad ipsam nos horta-
tur fratres vt uiuamus,id est, humilitatem
1.Re.13 eius imitemur, vt percutiamus Goliam, &
1.Re.21 tenentes Christum, vincamus superbiam.
Procidebat enim ad ostiũ portæ. Quid est
procidebat? Ad humilitatem se ipse deicie-
bat. Quid est ad ostia portæ? Ad initium
fidei quo salui efficimur. Nemo enim inci-
pit nisi ab initio fidei, sicut dicitur in Can-
ticis canticorum, Venies & pertransies: ab
initio fidei peruenturi sumus facie ad faciẽ,
1.Ioã.3. sicut scriptum est, Dilectissimi filij dei su-
mus,& nondum apparuit quid erimus. Sci
mus quia cũ apparuerit, similes ei erimus,
quoniam videbimus eum sicuti est. Videbi-
mus. Quando? Cum ista transierint. Audi
1.Co.13 etiam Paulum Apostolum, Videmus nunc
per speculum in ænigmate, tunc autem fa-
cie ad faciem. Antequam ergo videamus fa
cie ad faciem, verbum quod vident angeli,
Phili.2. opus nobis est adhuc ostiis portæ, ad quæ
1.Re.21 procidit dominus humilians se vsque ad
mortem. Quid est quod saliuæ decurrebãt
super barbam eius? Innocens enim immu-
tauit vultum suum coram Abimelech vel
Achis,& dimisit eum & abiit. Non intelli-
M gentes dimisit. Ad quos abijt? Ad gentes.
Ergo nos intelligamus quod ipsi non potue
runt. Decurrebant super barbam Dauid
saliuæ. Quid sunt saliuæ? Quasi verba in-
fantilia. Saliuæ enim currunt infantibus.
Nonne erant tanquam infantilia verba,mã
Mat.26. ducate carnem meam, & bibite sanguinem
Ioan. 6. meum? Sed ista infantilia verba tegebant
1.Re.21 virtutem ipsius. Virtus enim in barba intel
ligitur. Saliuæ igitur decurrentes super bar
bam eius, quid sunt, nisi verba infirma
virtutem eius tegentia? Intellexit,vt arbi
tror, sanctitas vestra titulum Psalmi hu-
ius. Si velimus iam Psalmum exponere,
timendum est ne illa quę audistis labantur
de cordibus vestris. Titulum psalmi huius
exposuimus in nomine domini nostri Iesu
Christi. Quoniam crastinus dies domini-
cus est,& debemus vobis sermonem, diffe-
ramus in crastinum, vt etiam Psalmi tex-
tum libenter audiatis.

Concio secunda de eodem Psalmo.

QVi hesterno die affuistis,non dubito
quòd meministis pollicitationis no-
stræ. Tempus enim iam est in no-
mine domini debitum soluere. Ipse qui in-
spirauit vt promitteremus, ipse dabit vt sol
uamus, semper existentes debitores chari-
tatis. Ipsa est enim quæ semper redditur &
A semper debetur,sicut dicit Apostolus, Ne- Rom.13
mini quicquam debeatis, nisi vt inuicẽ vos
diligatis. Psalmi huius titulum heri expo-
suimus,cuius expositio cum nos diutius re-
tineret, eiusdem Psalmum exponendũ di-
stulimus. Audiamus ergo quid spiritus san-
ctus per os Prophetæ sancti sui dicat in isto
sermone Psalmi,quod congruo titulo, quẽ
hesterno die tractauimus. Qui non affue-
runt tamen & hoc debitum petunt,ne forte
pro alijs tantas mores facientes fraudemus
eos,quibus iam reddendum est quod debe-
mus, breuiter commemoratum agnoscant
quantum possunt qui hodie affunt & heri
non affuerunt. Si quid autem eos mouet qđ
diligentius interrogare debeant, patientes
aures nostras inuenient in nomine Christi
alijs temporibus,ne isti modo occupentur.
Diximus scriptum esse in libro Regnorũ,
q Dauid cum fugeret Saul, latere voluit 1.Re.21
apud regem quẽdam Geth,nomine Achis.
Sed cum gloria eius ibi fuisset commemora
ta,ne per liuorem idem rex,ad quem confu
gerat,aliquid in eũ machinaretur,finxit in-
saniam,& quasi furore correptus, mutauit
vultũ suum. Et sicut legimus, Affectabat,&
B tympanizabat ad ostia ciuitatis, & ferebat
in manibus suis, & procidebat ad ostiũ por
tæ. Et dixit rex Achis, Quid huc mihi ad-
duxistis istũ? Nunquid arreptitio ego opus
habeo? Et sic eum dimisit, vt impleatur qđ
hic scriptum est: Mutauit vultum suum &
dimisit eum & abijt. Dimisit autem regem
Achis. Hic vero dictum est q mutauit vul
tum suum coram Abimelech,& dimisit eũ
& abijt. Diximus aũt nomina mutata esse,
vt sacrm ostenderetur,ne si idem nomen re
petitum esset in titulo Psalmi,nõ nobis pro-
phetasse aliquid in sacramento,sed quasi ge
sta narrasse videretur. Vtrunq; ergo nomẽ
magnum continet sacrm. Nam Achis in- 1.Re.21
terpretatur,qũo est: Abimelech interpreta
tur,patris mei regnum. In illo verbo quod,
quomodo est,dicitur, ignorantia significa-
tur, vt verbum mirantis & non agnoscen-

tis intelligas. In isto aũt quod dicitur, Abimelech, regnũ Iudæorum significatur. Ex Chr̃i.n. persona põt dici patris mei regnũ, quia pater ipsius secundũ carnẽ Dauid: & regnũ Dauid erat in gente Iudæorũ. Corã regno ergo patris sui mutauit vultũ suũ, & dimisit eũ & abijt: quia erat ibi sacrificium
C scd̃m ordinem Aaron. & postea ipse de cor-
psal.109. pore & sanguine suo instituit sacrificiũ secundum ordinem Melchisedech. Mutauit ergo vultum in sacerdotio, & dimisit gentẽ
Heb. 7. Iudæorum, & venit ad gentes. Quid est ergo affectabat? Affectu plenus erat. Quid.n.
1.Reg.21 tam plenum affectu, q̃ misericordia dñi nostri Iesu Christi? Qui videns infirmitatem nostram, vt nos à sempiterna morte liberaret, tpalem mortem cum tanta iniuria contumeliaq; suscepit. Et tympanizabat, quia tympanum non fit nisi cum coriũ in ligno extenditur. Et tympanizabat Dauid, significans q̃ crucifigendus esset Chr̃s. Tympanizabat autem ad ostia ciuitatis. Quæ sunt ostia ciuitatis, nisi corda nostra q̃ clauseramus contra Chr̃m, qui de tympano crucis aperuit corda mortaliũ? Et ferebatur in manibus suis. Quomodo ferebatur in manibus suis? Quia cum commendaret ipsum corpus suũ et sanguinẽ suum, accepit in manus suas, quod norunt fideles, & ipse se portabat quodammodo cũ diceret, hoc est corpus meum. Et procidebat ad ostia portæ, id
Mat.26. est, humiliauit se. Hoc est.n. procidere vsq; ad initium fidei nostræ. Ostium.n. portæ,
1.Reg.21 initium fidei, vnde incipit Ecclesia, & peruenit ad speciem, vt cum eredit ea quæ nõ
D vider, mereatur perfrui, cum facie ad faciem videre cœperit. Sic se habet titulus Psalmi. Breuiter audiuimus, audiamus iã ipsa verba affectantis & tympanizantis ad portam ciuitatis.

Expositio Psalmi.

BEnedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.) Dicit Christus, dicat & Christianus, quia & Christianus in corpore Christi est. Et propterea Christus homo, vt possit Christianus esse angelus, qui iam dicat, Benedicam domino. Inquis, Quando benedicam dominum? Ait tibi aliquis, Quando tibi bene facit, qñ abundant secularia, quando multũ abundat frumenti, olei, vini, auri, argenti, mancipiorum, pecorum, falusq; ista martalis inuulnerata & incorrupta persistit, ea q̃ nascuntur, crescunt omnia, nihil imatura morte subtrahitur, fœlicitas tota abundat in domo, circunfluunt omnia, tunc benedices dñm. Non, Sed in omni tempore. Ergo & tunc, & quando ista secundum tps, & secundum flagella dñi dei nostri turbantur, auferuntur, minus nascuntur, iam nata dilabuntur, Fugiunt.n. hæc, Et inde sequitur penuria, egestas, labor, dolor & tentatio. Sed tu, qui cantas tibi, Benedicam dñm in omni E tpe, semper laus eius in ore meo, & qñ ista dat, benedic: & quando ista tollit, benedic. Quia ille dat, ille tollit, sed seipsum à benedicente se nõ tollit. Quis est autem qui benedicit dñm in omni tempore, nisi humilis corde? Ipsam enim humilitatem docuit dñs noster in corpore & sanguine suo, quia cũ commendaret corpus & sanguinem suum, humilitatem suam commendat. In eo quod in ipsa historia scriptum est, in illo quasi furore Dauid, quod prætermisimus, & saliuæ decurrebant super barbã eius: cũ legeretur Apostolus, audistis ipsas saliuas, sed decurrentes super barbã. Dicit aliquis, Quas saliuas audiuimus? Nõne modo lectus est Apostolus cum diceret, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt? Modo lectũ est, Nos aũt prædicamus, inquit, Chr̃m crucifixum. Tunc.n tympanizabat Iudæis quidem scandalũ, gentibus aũt stultitiam, ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis, Chr̃m dei virtutem & dei sapientiã: quia quod stultũ est dei, sapiẽtius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est q̃ homines. Saliuæ.n. significant stultitiam, saliuæ significãt infirmitatam. Sed si quod stultum est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est quam homines, non tanquã saliuæ offendant, sed attende, quia super barbam decurrunt. Qũo enim saliuis infirmitas sic barba virtus ostenditur. Texit ergo uirtutẽ suam corpore infirmitatis suæ. Et quod forinsecus infirmabatur, tanquam in saliua apparebat, intus autẽ diuina virtus tanquam barba tegebatur. Ergo humilitas nobis cõmendatur. Esto humilis, si vis benedicere dñm in omni tpe, & semper laus eius sit in ore tuo: quia & Iob non tm benedixit dñm, quando abundabant illi omnia, quibus eum legimus diuitem fuisse & fœlicem, & pecore, & seruis, & domo, fœlicem filijs, & omnibus rebus. Ablata sunt omnia vno tempore, & impleuit quod in hoc Psalmo scriptum est, dicens: Dñs dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Ecce habes exemplum benedicentis in omni tẽpore. Quare aũt benedicit dñm homo in omni tẽpore? Quia humilis est. Quid est esse humilem? Nolle in se laudari. Qui in se vult laudari, superbus est. Qui superbus non est, humilis est. Nõ uis ergo esse superbus vt possis esse humilis, dic quod dictum est, In dño laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur.) Ergo qui non in domino volunt laudari, non sunt mãsueti, sed
G truces, asperi, elati, superbi. Iumẽta mãsueta vult habere dñs. Esto iumentum dñi, id est, esto mansuetus. Sedet ille super te, ipse regit te, noli timere ne offendas, & eas in pceps. Infirmitas quidem tua est, sed attẽde quis tibi pfideat. Pullus asini es, sed Chri-
Matt. 21 stũ portans: Nã & ipse in pullo asini venit ad ciuitatẽ, & fuit illud iumentum mansuetũ. Nũquid laudabatur iumentum illud? Nunquid iumento dicebatur, osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Asellus portabat, sed ille qui portabatur, à pcedentibus & consequentibus laudabatur. Et dicebat forte iumentum, In dño laudabitur anima mea, audiant mansueti et lætentur. Nunquam illud dixit ille asinus frẽs sed dicat illud populus qui imitatur iumentum illud, si vult portare dñm suum. Irascitur populus, quia comparatur asello, in quo sedit dñs. Et dicent mihi aliqui superbi & elati, Ecce asinos nos fecit. Sit asinus dñi quisquis hoc dicit, ne sit equus &
Psal.31. mulus, quibus non est intellectus. Nostis enim Psalmum vbi dicitur, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Equus enim & mulus erigunt ceruicem aliqñ, & sua ferocitate excutiunt à se
H sessorem suum. Domantur frænis, chamo, verberibus, donec discant subijci, & portare dominum suum. Tu autem antequam frænato tundantur ora tua, esto mãsuetus, & porta dominum tuum. Noli in te velle laudari, sed laudetur ille qui super te sedet, & dicees, In dño laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Nam qñ audiunt nõ mansueti, non lætantur, sed irascuntur, & ipsi sunt qui dñt q̃ asinos eos fecerimus. Qui autem mansueti sunt, dignentur audire, & esse quod audiunt. Sequitur, Magnificate dominum mecum.) Quis est iste qui exhortatur, vt magnificemus cum illo dominum? Quisquis est frẽs in corpore Chri-
Ibid. sti, ad hoc debet dare operam, vt magnificetur cum illo dñs. Amat.n. dñm quisquis est iste. Et qũo illũ amat? Vt non inuideat coamatori suo. Quisquis.n. amat carnaliter, necesse est vt cum zelo pestifero amet. Si quis forte mãgonũ uiderit rem quã pestifero amore desyderauit, nunquid vult vt uideat illam & alius? Necesse est vt zelo & liuore faucietur, si alius eã viderit. Et sic seruatur, vt ille solus ea uideat, & q̃libet alius non videat, aut nec ipse. Nõ sic est sapientia dei. Videbimus illam facie ad faciem, & I
oẽs videbimus, & nemo sa ibi zelabit. Omnibus se exhibet, & integra est & casta est 1.Co.13
omnibus. Illi mutãtur in eã, & ipsa in eos nõ mutat. Ipsa est veritas, ipsa est deus. Nũquid aliqñ audistis frẽs, quod potuerit cõmutari deus noster? Superemin ẽs omnibus veritas est, vt verbũ dei est, sapiẽtia dei est, p quẽ facta sunt omnia hẽt amatores suos. Sed quid dicit amator ipsius? Magnificate dñm mecũ. Nolo solus magnificare dñm, nolo solus amare, nolo solus amplecti. Nõ.n. si ego amplexus fuero, non hẽt alius vbi manus ponat. Latitudo tanta est in ipsa sa- Ioan. 1.
pientia, ut oẽs animæ amplectantur & perfruantur. Et quid dicam frẽs de illis qui sic amant deũ, vt inuideant alijs? Aurigã perditi hominis amant, & quisquis amauerit aurigam aut venatorem, vult vt totus populus cum illo amet, & hortatur & dicit, amate mecũ illũ pãtomimũ, amate mecũ illã turpitudinem. Clamat ille in populo, ut ameẽ cũ illo turpitudo: & Christianus nõ clamat in Ecclesia, vt ameẽ cũ illo veritas dei. Excitate ergo in vobis amorem frẽs, & clamate vnicuiq; vestrorũ, et dicite, Magnificate dñm mecũ, Sit in vobis iste feruor. Quare vobis recitanẽ ista & exponuntur? Si amatis deũ, rapite oẽs ad amorem dei, q̃ K
uobis iunguntur, & omnes qui sunt in domo vestra. Si amatur à vobis corpus Christi. i. vnitas Ecclesiæ, rapite eos ad fruendũ, & dicite, Magnificate dñm mecum. Et exaltemus nomen eius in idipsum.) Quid est, exaltemus nomen eius idipsum? Hoc est, in vnum. Nam multi codices sic habent, Magnificate dñm mecum, & exaltemus nomẽ eius in vnũ. Siue in idipsum dicatur, siue in vnũ, hoc idẽ dicit. Ergo rapite quos potestis, hortando, portando, rogãdo, disputando, rõnem reddendo, cũ mansuetudine, cũ lenitate. Rapite ad amorem, vt si magnificant dominum, in vnum magnificent. Et pars Donati videtur sibi magnificare dñm.

Quid

Quid eos offendit orbis terrarū? Dicamus illis, Frēs magnificate dūm mecū, & exultemus nomē eius in vnum. Quare in præcisione vultis magnificare dūm? Ille vnus ē, quare duos populus vultis facere deos? Qua re vultis disipare corpus Christi? Certe enim ipse pendebat in cruce quando tympanizabat. Et cum penderet in cruce emisit spm̄, & venerunt illi qui eum suspenderāt, & inuenerunt eum emisisse spm̄, & non illi fregerunt crura. Latronibus autem adhuc in cruce viuentibus fregerūt, vt per ipsum dolorē compendio mortis ab illo cruciatu liberarentur, quomodo solebat crucifixis fieri. Ergo venit persecutor, inuenit dominum: quiete deposuisse spiritū, quia ipse dixit, Potestat̄ habeo ponēdi animā meā. Pro quibus posuit animam suam? Pro vniuersa plebe sua, pro toto corpore suo. Venit persecutor & non fregit crura Christi: venit Donatus & dirupit Ecclesiā Xpi. Integrum corpus in cruce inter manus persecutorum est, & inter manus Christianorū non est integrum corpus Ecclesiæ. Clamemus ergo fratres cum gemitu quantum possumus, dicentes: Magnificate dominum mecū, & exaltemus nomen eius in vnū. Ecclesia.n. illis clamat. Vox est Ecclesiæ clamās illis q se p̄cipitauerūt. Vnde.n. dirupti sunt? Per superbiā. Decet aūt Christus humilitarē cū cōmēdat corpus & sanguinem suū, qđ diximus sanctitati vræ in hoc Psalmi textu agi & celebrari, vbi commēdatur corpus & sanguis Christi, vbi commendatur humilitas Christi, quam pro nobis suscipere dignatus est. Inq̄siui dūm, exaudiuit me.) Vbi exaudiuit dominus? Intus. Vbi dat? Intus. Vbi exaudiris, ibi beatificaris. Orasti intus, exauditus es. Beatificatus es, & nō scit q̄ iuxta te stat. Gestū est à te totū inocculto, sicut dominus in Euāgelio dicit, Intra in cubiculum tuum, claude ostium tuum, & ora in occulto, et pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Cum ergo intras in cubiculum tuum, intras cor tuum. Beati qui gaudent qū intrant ad cor suum, & nihil mali ibi inueniūt. Attēdat sanctitas vestra qūo nolūt intrare domos suas, qui habēt malas vxores, qūo exeunt ad forum & gaudent, cœpit hora esse qua intraturi sunt in domū suam, & contristantur. Intraturi sunt.n. ad tędia, ad murmura, ad amaritudines, ad euersiones, quia nō est domus composita vbi inter virum & vxorē pax nulla est. Et melius illi est foris circuire. Si ergo miseri sunt qui cum redeunt ad parietes suos, timent ne aliquibus suorū p̄turbationibus euertantur: quāto sunt miseriores, qui ad cōsciētiā suā redire nolunt, ne ibi litibus p̄tōrū euertantur? Ergo ut posſis libēs redire ad cor tuū, munda illud: Beati.n. mūdicordes, qū ipsi deū videbūt. Auser inde cupiditatū sordes, auser labem auaritiæ, auser trabē superstitionū, auser scrilegia & malas cogitationes, odia, non dico aduersus amicum, sed etiā aduersus inimicum. Auser ista omnia, intra cor tuū, & gaudebis ibi. Cū ibi cœperis gaudere, ipsa munditia cordis delectabit te, & faciet orare: quō si venias ad aliquē locū, silentiū est tibi, forte quies est ibi, mūdus est locus, oremus hic dicis, & delectat te compositio loci, & credis, quòd ibi te exaudiat deus. Si ergo loci visibilis te delectat munditia, quare te nō offendit immūditia cordis tui? Intra, munda oia, leua oculos tuos ad deū, & statim te exaudiet, Clama & dic. Inq̄siui dominū & exaudiuit me. Et ex oībus tribulationib. meis eripuit me.) Quare? Quia cū fueris illuminatus, cum cœperis hic habere bonam conscientiam, restant tribulationes, quia restat aliquid infirmum. Donec mors absorbeatur in victoria, & mortale hoc induat immortalitatem, necesse est vt in hoc seculo flagelleris, necesse est vt aliquas tētationes suggestionesq; patiaris. Mundabit deus omnia, eruet te ab omni malo et tribulatione, ipsum quære. Et inquisiui dūm, & exaudiuit me. Qui ergo non exaudiuntur, non dūm quærūt. Intēdat sanctitas vestra, Non dixit, inquisiui aurum à dño & exaudiuit me, Inq̄siui à dño senectutē & exaudiuit me, Inq̄siui à domino hoc aut illud et exaudiuit me. Aliud est aliqd inquirere à dño, aliud ipsum dūm inq̄rere. Inq̄siui, inquit, dūm & exaudiuit me. Tu aūt qū oras & dicis, Occide illū inimicū meū, nō dūm inquiris, sed quasi facis te iudicē super inimicum tuum, & facis quæstionarium deū tuum. Vnde scis, ne melior te sit cuius mortem quæris? Eo ipso forte, quia ille nō quærit tuā. Ergo noli aliquid à domino extra illum quęrere, sed ipsum dominum quęre, & exaudiet te, & adhuc te loquente dicet, ecce assum. Quid est, ecce assum? Ecce præsens sum, quid vis? quid à me quæris? Quicquid tibi dedero, vilius est q̄ ego, meipsum habe, me fruere, me amplectere:

plectere: nondū potes totū, ex fide contingere, & inhærebis mihi. Hoc tibi deus dicit: Cætera onera tua ego a te deponam, ut totus mihi inhæreas, cum hoc mortale tuum 1.Co.15 ad immortalitatem conuertero: vt sis æqualis angelis meis, & semper videas faciē meā & gaudeas: & gaudiū tuū nemo aufert a te, Mat.22. quia inquisisti dūm & exaudiuit te, & ex Ioa.16. omnibus tribulationibus eruit te. Diximus C quod esset exhortatus amator ille, qui vult amplecti qđ amat, & dicit, Accedite ad eū & illuminamini,) Dicit.n. quod ipse probauit. Spiritalis.n. quidā in corpore Christi, vel etiam ipse dominus noster Iesus Christus secundū carnem caput exhortans mēbra cætera, quid dicit? Accedite ad eum & illuminamini. Aut potius Christianus aliqs Decōse. spiritalis ad ipsum dominū nām Iesū Chridi. 3. ca. stum inuitat vt accedamus ad eum. Sed acAccesse- cedamus ad eum vt illumine mur, non qūo runt ad ad eum accesserunt Iudei vt tenebrarent. Iesum. Accesserunt enim illi ad illum vt crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixū & bibendo illuminamur. Accedite ad eū & illuminamini, ecce ad gentes dicitur. Crucifixus Christus inter Iudæos erat sæuientes & videntes, gentes absentes erant. Ecce illi accesserunt qui in tenebris erant, Quomodo viderunt? Illuminati sunt. Vnde accedunt gentes? Fidē sectando, corde in Mat.22. hiando, charitate currendo. Pedes tui, charitas tua est. Duos pedes habeto, noli eē claudus. Qui sunt duo pedes? Duo præcepta dilectionis, dei & proximi. Istis pedibus curre ad deū, accede ad illum: quia & vt curreres, ipse exhortatus est, & ipse suum lumen D asperſit sic, ut magnifice & diuine se sequi posſitis. Et vultus uestri non erubescent.) Accedite, inquit, ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Non erubescet vultus nisi superbi. Quare? Quia elatus uult esse, & quando fuerit passus contumeliam, aut ignominiam, aut casum seculi, aut aliquam afflictionem, erubescit. Sed noli timere, accede ad eum & nō erubesces. Quicquid fecerit tibi inimicus, uidetur te superior esse apud homines, sed tu apud deum superior illo es. Ego cœpi ego ligaui ego interfeci: quam superiores sibi videntur, quia ista dicunt, quam superiores uidebantur sibi iudæi quando dūm colaphiza-
bant, qū spuebant in faciem eius, & de cana percutiebant caput, qū spinis coronabāt, quādo tunica ignominiosa circundabant? Quam superiores erāt, & ille uidebatur in 2.Re.21 ferior, quia procidebat ad ostium portæ, sed ille non erubescebat. Lumen.n erat verum Ioan.1. qđ illuminat oēm hominem venientem in hunc mundū. Sicut.n. lumen non potest cōfundi, sic & illuminatum confundi non finit. Accedite ergo ad eum & illuminamini, E & vultus vestri non erubescent. Sed dicit aliquis, Qūo ad eū accedo? Tātis malis, tātis peccatis oneratus sū, tāta scelera clamāt de cōsciētia mea, qūo audeo accedere ad eū? Qūo? Si humiliaueris te p pœnitētiā. Sed erubesco, ais, pœnitētiā agere. Accede ergo ad eum & illuminaberis, & vultus tuus nō erubescet. Si.n. timor erubescēdi reuocat te a pœnitētia, pœnitētia aūt facit te accedere ad deū, nō vides quia pœnam gestas in vultu, quia ideo erubuit vultus tuus, quoniam non accesit ad dominum? Ideo non accessit, quia non vult agere pœnitentiam, sicut attestatur Propheta. Ille inops clamauit, & dominus exaudiuit eum.) Docet te qūo exaudiaris. Ideo non exaudiris, quia diues es, forte clamaueras, & non exaudiebaris. Audi quare iste inops clamauit, & dominus exaudiuit eum. Inops clamat & exaudit dominus. Et quomodo clamabo inops? Vt & si habes aliquid non inde præsumas de viribus tuis, vt intelligas te indigentem, vt intelligas te tandiu esse pauperem, quandiu non habes illum qui facit te diuitem. Quomodo autem dominus exaudiuit eum? Et ex omnibus, inquit, tribulationibus eius saluum fecit eum. Et quomodo saluos facit ab omnibus tribulationibus? Immittit angelus domini in circuitu timentium eum, & eruet F eos.) Sic scriptum est, fratres non quomodo habent aliqui mēdosi codices, Immittet angelum dominus in circuitu timentium eum, & eruet eos: sed sic, Immittit angelus domini in circuitu timētium eum, & eruet eos. Quem hic dixit angelum domini, qui immittit in circuitu timētium eum, & eruet eos? Ipse dominus noster Iesus Christus in prophetia dictus est magni consilij angelus, magni consilij nuncius. Sic illum dixerunt Prophetæ. Ipse ergo magni consilij angelus, id est nuncius, immittit in eos qui timent dominum & eruet eos. Noli ergo timere ne lateas. Vbicūque dominum timueris, nouit te ille angelus, qui immittit in circuitu, & eruet te. A pte mō de ipso sacramē-
to vult-

Universidad de Bibliotecas

1.Re.21 to vult dicere, quod ferebatur in manibus
suis. Gustate & videte quoniam suauis est
dñs.) Nonne aperit se Psalmus,& ostẽdit
tibi illam quasi insaniam & furorem cõstã
tem, sanam insaniam & sobriã ebrietatem
Ibidem. illius Dauid,qui figurate facẽm dñicũ osten
debat,quando illi miseri coram rege Achis
dixerunt,qũo est? Quando dicebat dñs:Ni
si quis manducauerit carnẽ meã, & biberit
sanguinem meũ, non habebit in se vitam.
Et illi in quibus regnabat Achis.i.error &
ignorantia,quid dixerunt? Qũo iste pote-
G rit nobis dare carnem suam manducare? Si
gnoras,gusta & vide,q̃ suauis est dominus:
si autem non intelligis,rex es Achis. Immu
tabit faciem suã Dauid & recedet à te, & di
mittet te & a[b]iet. Beatus vir qui sperat in
eum.) Hoc quid opus est diu exponi? Quis
quis non sperat in domino,miser est. Quis
est qui non sperat in dño? Qui in se sperat
aliqñ. Quod peius est,fratres mei attendi-
te,aliquando homines nolunt sperare in se,
sed in alijs hominibus. Salua salute ait,eius,
nihil mihi potes facere. Et forte loquitur de
homine iam mortuo in ista ciuitate. Dicit,
salua salute illius. Et ille in alijs locis forte
mortuus est. Et quàm cito dicunt homines
hoc,& non dicunt,credo deo meo,quia nõ
te permittit nocere mihi: Non dicunt,cre-
do deo meo, quia & si te permiserit ad ali-
quid meum, ad animam meam non te per-
mittet. Sed cum dicũt salua salute illius: nec
ipsi volunt habere salutem, & illos grauãt
per quos putãt habere salutem. Timete do-
minum omnes sancti eius, quia nihil deest
timentibus eum.) Multi.n.p̃pea volunt ti
mere dominum,ne famem patiantur. Dici
tur illis: Nolite fraudem facere. Et dicunt,
H vnde me pasco? Non potest ars sine impo-
stura esse, non potest negociũ esse sine frau
de. Sed fraudem punit deus, Time deũ. Sed
si timuero deum non habeo vnde viuam.
Timete dominum oẽs sancti eius,qm̃ nihil
deest timentibus eum: Copiã promittit,tre
pidat & dubitat ne si forte timuerit domi-
num, desyderet ille superflua. Pascebat te
dominus contemnentem se, & deseret te ti
mentem se, Attẽde & noli dicere, ille diues
est, & ego pauper sum: ego timeo dm̃, ille
non timendo q̃tum acquisiuit,& ego timen
do nudus sum: Videte quid sequitur, Diui-
tes eguerũt & esurierunt, inquirentes autẽ
dominũ non minuentur omni bono.) Si ad
literã accipias,vr̃ te fallere. Respicis.n.mul-
tos diuites iniquos mori in diuitijs suis, nõ
factos fuisse pauperes cum viuunt: vides il-
los senescere, p̃duci ad vltimum vitę inter
magnas copias diuitiarum,celebrari eis pũ
pam funeris in magnis effusionibus,perdu-
ci vsq; ad sepulcrũ diutem, q̃ & expirauit
in lectis eburneis,circumflente familia suo-
rum: & dicis in animo tuo,si forte nosti ali-
qua & peccata & scelera ipsius: ego noui q̃-
ta fecerit iste hõ,ecce senuit,mortuus est in
lecto suo,deducunt illum sui,pompa tanti
funeris celebratur: agnoui quæ fecerat,dece I
pit me scriptura & fefellit vbi audio & can
to,diuites eguerunt & esurierunt. Qñ iste
inops fuit? Qñ esuriuit? Inquirentes aũt do
minum non minuentur omni bono. Quo-
tidie ad basilicam surgo, quotidie genu fle-
cto,quotidie inquiro dominum,& nihil bo
ni habeo,iste non inquisiuit dominũ, & in-
ter tanta bona defunctus est. Sic cogitantẽ
suffocat laqueus scandali. Escam.n.mortalẽ
q̃rit in terra, & veram mercedem non q̃rit
in cœlo, & mittit caput in laqueum diabo-
li, constringuntur ei fauces, & tenet diabo-
lus ad malefaciendum, & sic imitatur illã
diuitem quem videt in tanta copia defun-
ctum. Noli ergo sic intelligere. Et qũo in-
telligã? In bonis spiritalibus. Sed vbi sunt?
Non videntur oculis,sed corde. Nõ video
ipsa bona. Videt illa qui amat. Iustitiam nõ
video. Non.n.aurum est,non argentũ est: si
aurum esset, videres: quia fides est,non vi-
des: & si non vides fidem,quare amas seruũ
fidelem? Interroga teipsum, qualem seruũ
diligis. Forte habes seruum formosum, sta-
turosum,bene cõpositum: sed furẽ, nequã,
fraudulẽtũ. Habes aũt aliũ forte paruũ sta
tura,deformẽ facie,colore tetrũ: sed fidelẽ,
parcũ,sobriũ: attende rogo te,quem istorũ
duorũ diligis? Si oculos carnis interrogas, K
vincit apud te pulcher iniustus: si ocu-
los cordis, vincit deformis fidelis. Vides er-
go,quod vis, vt exhibeat tibi alter,id est,fi-
dẽ,exhibe illi & tu. Quare gaudes ad eũ q̃
fidem tibi exhibet, & laudas eũ de his bo-
nis,quę non videntur nisi oculo cordis? Cũ
repletus fueris spiritalibus diuitijs, pauper
eris? Et ille diues ideo fuit,quia habebat le
ctũ eburneũ: & tu pauper es,cuius cubicu-
lum cordis plenũ est tantis gẽmis virtutũ,
iustitiæ,veritatis,charitatis,fidẽ patiẽtiæ &
tolerãtiæ? Explica diuitias tuas,habes illas,
& cõpara diuitijs diuitũ. At ille in merca-
to iuenit multas p̃ciosas,& emit eas. Si fidẽ
inuenires

inuenires venalem, quantũ p̃o illa dares,
quam te voluit deus gratis hr̃e, & ingratus
es? Egent ergo illi diuites,egent, & qd̃ est
grauius,pane egent. Ne forte putetis,quia
auro egent & argento, q̃ q̃ & hoc egeant.
Quãtũ habuit quidã,& quis eũ satiauit? Sic
mortuus est egẽs, qa plura volebat acqui-
rere q̃ tenebat. Egent & pane. Quare egẽt
Ioan: 6. & pane? Si intelligas panẽ, ille.n.dixit: Ego
Matt. 5. sum panis viuus qui de cœlo descendi: Et,
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, qm̃ ip-
si saturabunt̃. Inquirentes aũt dñm nõ mi-
nuentur omni bono. Sed quo bono? Iã dixi
L mus, Venite filij, audite me, timorẽ dñi do
cebo vos.) Putate fratres, quia ego dico, pu
tate quia Dauid dicit, putate quia Apostо-
lus dicit, immo putate quia ipse dñs nr̃ Ie-
sus Chr̃s dicit, Venite filij, audite me. Au-
diamus illũ simul, audite illũ per nos: doce
re.n.vult ille humilis, ille tympanizans, ille
affectans, docere nos vult. Et quid dicit? Ve
1.Re.21 nite filij audite me, timorẽ dñi docebo vos.
Doceat ergo, præbeamus aurem, p̃beamus
cor. Non aperiamus aures carnis, & cordis
claudamus: sed sicut ipse dixit in Euange-
Mat.11. lio, Qui habet aures audiendi, audiat. Quis
1.Pet.3. nouit audire docentẽ Christũ per Prophe-
tam? Quis est homo qui vult vitam, & dili
git dies videre bonos?) Interroga, Nonne
omnis in vobis respondet, ego? An quisquã
est in vobis qui non diligit vitam. i. qui nõ
vult vitam, & non diligit dies videre bo-
nos? Nonne quotidie hoc murmuratis, &
hoc dicitis: quandiu ista patimur, quotidie
peiora & peiora? Apud parẽtes nostros fue-
runt dies lætiores, fuerunt dies meliores. O
si interrogares ipsos parentes tuos, similes
tibi de parentibus murmurarent. Fuerunt
beati patres nostri, nos miseri sumus, malos
M dies habemus. Dñatus est ille, putabamus
quia illo mortuo posset aliquod refrigeriũ
dari, deteriora venerunt. O deus ostende
nobis dies bonos. Quis est homo qui vult
vitam, & diligit videre dies bonos? Non hic
quærat dies bonos. Bonam rem quærit, sed
non in regione eius illã quærit. Qũo si ali-
quem iustum quæreres, sed in ea patria vbi
non habitaret, diceretur tibi, bonum virum
q̃ris, magnum virum quæris, quære illum,
sed noli hic. Superfluo hic eum q̃ris, nũquã
eum inuenturus es, Dies bonos q̃ris, si mul
eos q̃ramus, nolite hic. Sed habuerunt illos
patres nr̃i. Fallimini. Omnes hic laboraue-
rũt. Legite scripturas, iõ, voluit deus vt seri-
berentur, vt nos consolaremur. Tempori-
bus Helisei fuit fames, pasi sunt eã patres
nostri. Capita iumentorum mortuorũ au-
ro vẽdebantur, occiderunt suos, & comede 4.Re.6.
runt eos. Et duæ mulieres statuerunt inter
se vt occiderent filios suos & manducarẽt.
Occidit vna filiũ suũ, & manducauerũt eũ
ambæ: alia nolebat occidere filiũ suũ, & exi-
gebat illa quæ prior occiderat filiũ suum, &
talis rixa venit ante regem. Adduxerunt se
ante regẽ, contendentes de interfectione fi-
liorũ. De talibus cibis auertat deus ea quæ Gene.12
legimus. Semp dies mali in seculo, sed sem- &. 26.
per dies boni in deo. Habuit dies bonos A- A
braham, sed intus in corde. Habuit dies ma
los qũ à fame mutauit regionẽ, & q̃rebat ci
bum. Sic oẽs quæsierũt. Paulus habuit dies
bonos, qui dicit: In fame & siti, in frigore & 2.Co.11
nuditate? Sed non irascantur serui. Ipse do-
minus nõ habuit dies bonos in hoc seculo,
contumelias, iniurias, crucem, & tanta mala
patiebatur. Non ergo Christianus murmu
ret, & videat cuius vestigia sequatur. Sed si
dies bonos amat, audiat docentem & dicen-
tem: Venite filij, audite me, timorem domi-
ni docebo vos. Quid vis? Vitam & dies bo-
nos, Audi & fac. Contine linguam tuam
à malo.) Fac illud. Nolo, dicit homo miser,
& linguam meam nolo continere à malo,
& vitam volo & dies bonos. Si operarius
tuus tibi diceret, vasto istam vineam, & exi
go à te mercedem meam, Adduxisti me ad
vineam vt faltitem illam & putem, concido
omnia ligna vtilia, præcidam ipsa robora vi
tium, vt non hic habeas, quod colligas, &
cum fecero ista, redditurus es mihi laborẽ
meum: nonne insanum illum diceres? Non
ne illum de domo tua repelleres, antequam
mitteret manũ ad falcem? Tales sunt homi-
nes qui & facere volunt mala, & iurare mẽ-
dacium, & blasphemare contra deũ, & mur B
mura, & fraudem facere, & inebriari, & liti-
gare, & adulterari, & ligaturas adhibere, &
ire ad sortilegos, & dies bonos videre. Dici-
tur illi: Non potes male faciens quærere bo 1.Pe.3.
nam mercedem. Si tu iniustus es, iniustus
erit & deus? Ergo quid faciam? Quid vis?
Vitam volo, dies bonos volo. Contine lin- Psal.36.
guã tuã à malo, Et labia tua ne loquantur
dolum.) Id est, nulli fraudem facias, nulli
mendacium. Sed quid est, Declina à malo?)
Parum est, nulli noceas, nullum occidas, nõ Deut.5.
fureris, non adulteres, non fraudem facias,
non falsum testimonium dicas, declina à
malo.

malo. Cum declinaueris,dicis,securus sum, perfeci omnia,habebo vitã, videbo dies bonos. Non solum declina à malo:sed, Et fac bonum.) Parũ est vt non expolies vestitũ, vesti nudũ. Si non expoliaueris,declinasti à malo,sed non facies bonũ, nisi cũ peregrinum susceperis in domũ tuã. Ergo sic declina à malo,vt facias bonũ. Quære pacẽ & sequere eam.) Nõ tibi dixit habebis hic potestatem,q̃re illã & sequere eã, Quo illam
et. 3. sequor? Quo p̃cesit? Dñs.n.est pax nostra, resurrexit & ascendit in cœlũ. Quære pacem & sequere illam, quia & tu cũ surrexeris,hoc mortale mutabitur, & amplecteris
C pacẽ,vbi tibi nemo molestus erit. Ibi est p fecta pax,vbi non esuries. Nã hic tibi pacẽ facit panis,subduc panẽ, & vide quale bellum erit intra viscera tua. Ipsi iusti qũo gemunt hic fratres, vt sciatis quia quærimus hic pacẽ, consequemur aũt in fine? Sed ex parte hic habeamus, vt ex toto illic habere
Mat.22. mereamur. Quid est ex parte? Concordes simus,sic diligamus proximum qũo nos. Sic dilige fratrem quomõ teipsum,habe cum il
Acto.15 lo pacem. Sed non possunt nisi existere rixę aliquæ,quomodo inter fratres & inter sanctos extiterunt,inter Barnabã & Paulum, sed non quæ occiderent concordiam,non q̃ interimerent charitatem. Nam & tibiipsi resistis aliqñ,& tũ non te odisti. Omnes.n. quem pœnitet aliquid,rixatur secum. Peccauit,redit,irascitur sibimetipsi hoc feciſſe,illud commisisse. Rixam ergo secum habet, sed ista rixa ad concordiam tẽdit. Vide quomodo secum rixetur, & dicat quidam iu-
Psal. 41. stus, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in domino, qm̃ adhuc confitebor illi. Cum dicit animæ suæ,quare conturbas me: vtiq; turbat illum. Volebat forte ipse pati pro Christo, & anima ipsius contristabatur. Et ille qui sciebat & di-
D cebat, Quare tristis es anima mea,& quare corturbas me, pacem adhuc non secum habebat,sed ex mente hærebat Christo, vt sequeretur illum anima eius, & non illũ cõturbaret. Ergo quærite pacem fratres, dñs
Ioã. 16. dixit,hæc loquor vobis, vt in me habeatis pacem. Pacem in terra vobis non promitto. In ista vita pax vera non est, nec tranq̃litas. Gaudium immortalitatis,societas an-
1.Pet.3. gelorum promittitur. Sed quisquis non illam cum hic est quæsierit, nec illam habebit cum venerit. Oculi domini super iustos.) Noli ergo timere,laboras,oculi dñi super te sunt. Et aures eius ad preces eorũ. Quid vis amplius? Si murmurantem seruũ in domo magna non audiret paterfamilias, quæreretur & diceret: Quanta nos hic patimur,& nemo nos audit? Nunquid dicis illud de deo, quanta hic patior, & nemo me audit? Si audiret me,forte dicis,tolleret mihi tribulationem, Clamo & tribulor. Tũ tu tene vias eius,& quando tribularis, audit te. Sed medicus est, adhuc putre habes nescio quid, Clamas, Sed adhuc secat,& nõ tollit manum,nisi secuerit quantum videt. Etenim medicus crudelis est q̃ exadiat hominem,& parcit vulneri & putredini. Ma-E tres qũo, fricãt in balneis ad salutem filios? Nonne paruuli clamant inter manus earũ? Illæ ergo crudeles sunt vt non parcant,nõ exaudiant lacrymas? Nonne plenę sunt pietate? Et tamen clamant pueri,& non eis parcitur. Sic & deus noster plenus est charitate: sed ideo videtur non exaudire, vt sanet & parcat in sempiternum. Oculi domini sup iustos,& aures eius ad preces eorum. Forte dñt mali, Ergo securus facio mala, quia nõ super me sunt oculi domini. Iam deus ad iustos attendit,me non vides, & quicquid fecero,securus facio. Statim subiecit videns ad cogitationes hominum spiritusſanctus, & ait oculi: Oculi dñi super iustos,& aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti,& dñs exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum eruit eos.) Iusti erant tres pue- Dani
ri,de camino clamauerũt ad dñm,& in laudibus eorum ignes friguerunt. Accendere & lædere flamma non potuit laudãtes deũ innocentes,& iustos pueros, & eruit eos de flamma. Dicit aliquis, Ecce vere iusti qui exauditi sunt,sicut scriptum est: Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum eruit eos. Ego autem clamaui, & non me eruit: aut ego non sum iustus, aut non facio quæ mihi iubet, aut forte me ille non videt. Noli timere,tm̃ fac quod iubet: & si te non eruit corporaliter,eruet spiritaliter. Ille.n.qui tu
lit de flamma tres pueros,nunquid tulit de 2. Mac.
flãma Machabæos? Nonne illi in ignibus hymnizabãt illi in ignibus expirabat: deus trium puerorum,Nonne ipse est & Machabæorum? Illos eruit,& illos non eruit,immo vtrosq; eruit. Sed tres pueros sic eruit, vt & carnales confunderẽtur. Machabæos autem

aũt ideo non sic eruit,vt illi q̃ persequebãtur,in pœnas maiores irent,cum putabant se oppressisse martyres dei. Eruit Petrum q̃n venit ad illum angelus cũ esset in vincu
Acto.12 lis,& dixit illi: Surge & exi:& subito soluta sunt uincula,& secutus est angelũ, & eruit illum. Nunquid Petrus perdiderat iustitiã, quando nõ illum eruit de cruce? Nõ eruit nunc,& eruit tunc. An ideo diu vixit vt iustus fieret? Forte plus eum exaudiuit postea,q̃ prius,qñ illũ vere de omnibus pressuris eruit. Nam qñ primum illum eruit, quanta ille pertulit postea? Illud enim misit postea,vbi nihil mali pati potuisset. Iux-
G ta est dominus his qui obtriuerunt cor, & humiles spũ saluos faciet. Altus est deus, humilis est Christianus. Si vult vt altus deus vicinetur illi,ille humilis sit. Magna mysteria fratres, Deus sup omnia est. Eri gis te,& non nullum tangis, Humilias te, & ipse ad te descendit. Multæ tribulationes iustorum.) Nunquid dicit ideo sint Christiani iusti,ideo audiant verbum meum,vt nihil tribulationis patiantur? Nõ hoc promittit,sed dicit: Multæ tribulationes iustorum. Magis si iniusti sunt, pauciores habẽt tribulationes: Si iusti sunt, multas habent. Sed post paucas tribulationes aut nullas,illi venient ad tribulationem sempiternam uñ nunquã eruenẽ. Iusti autem post multas tribulationes venient ad pacem sempiternã, vbi nunquã aliquid mali patientur. Multæ tribulationes iustorũ, Et de omnibus his eruet eos. Custodit dñs omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.) Et hoc frẽs non accipiamus carnaliter. Ossa sunt firmamenta fidelium. Qũo.n.in carne nr̃a ossa faciunt firmamẽtũ, sic in corde Christiano fides facit firmamentum. Patiẽtia ergo q̃ est in fide, ossa sunt interius.
H Ipsa sunt quæ frangi non possunt. Custodit dñs omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Si de dño deo nr̃o Iesu Chr̃o dixisset hoc, Custodit dñs omnia ossa filij sui, vnum ex his non conteretur: sicut etiã alio loco p̃figuratur de illo, quoniam agnus
Exo. 12. ductus est mactãdus, & dictum est de illo, Os eius noli frangere, impletum est in do-
Ioã. 12. mino: quia cum penderet in cruce, expirauit antequã venirẽt illi ad crucem, & inuenerunt iam corpus exanime, & noluerunt orura eius frangere, vt impleretur qd̃ scriptũ est, Os nõ cõminuetis ex eo.) Sed pro misit illud & cæteris Christianis. Dñs custodit omnia ossa eorũ, vnũ ex his nõ cõteretur. Ergo frẽs si uiderimus aliquẽ sanctũ tribulationes pati,& forte vel à medico fic secari, vel ab aliquo persecutore sic cædi, vt eius ossa frãgãtur, nõ dicamus, nõ erat iustus iste, nã dñs hoc p̃misit iustis suis, de q̃ bus ait: Custodit dñs omnia ossa eorũ, vnũ ex his nõ cõteretur. Vis videre, q̃a alia ossa dixit, q̃ diximus firmamenta fidei, id est, patientiam & tolerantiam in omnibus tribulationibus? Ipsa.n.sunt ossa q̃ nõ frangũtur. Audite,& in ipsa passione dñi inspicite qd̃ dico, Dñs erat in medio crucifixus, iuxta illum duo latrones, unus insultauit, I alter credidit: vnus dãnatus est, alter iustificatus est. Vnus habuit pœnam suam & hic & in æternũ: alteri aũt dixit dominus, Amẽ Luc.33.
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et tamen illi qui venerant, dñi ossa non fregerunt, latronum autem fregerunt. Sic fracta sunt latronis ossa qui blasphemauit, qũo latronis qui credidit. Vbi est ergo quod dictũ est: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur? Ecce cui dixit: Hodie mecum eris in paradiso: non potuit ossa eius custodire? Respondet tibi dominus, immo custodiui, nam firmamentum fidei, ipsius frangi non potuit illis ictibus', quibus crura sunt fracta.
Mors peccatorum pessima.) Attendite fra Ioã. 19
tres; nõ propter illa q̃ dicebamus, Vere magnus dominus,& misericordia eius vera, q̃ nobis dedit mãducare corpus suum, in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere. Quomodo respicit mala cogitantes & dicentes, ille male mortuus est? Cum iustus esset, à bestijs consumptus est. Non erat ille iustus, ideo male perijt. Nam non periret si iustus esset. Ergo ille iustus est, qui in domo sua & in lecto suo moritur. Hoc est ergo, inquis, Quod miror quia noui peccata & scelera ipsius,& bene moruus est, in domo sua, intra lumina sua, nulla pegrinatio nis iniuria fuit illi, nulla vel immatura ætate. Audi deum, Mors peccatorum pessima. K Quæ tibi videtur bona, pessima est, si intus videas. Vides foris iacentem in lecto, nunquid vides intus raptum ad gehennam? Audite frẽs & ex Euangelio inspicite, quid sit mors peccatorum pessima. Nunquid non duo erant in isto seculo, diues qui indueba Luc.16.
tur purpura & byssо,& epulabaẽ quotidie splendide: alter paup qui iacebat ad ianuã eius vlcerosus,& canes veniebant & lingebant

bant vlcera eius, & desyderabat saturari de micis q̃ cadebant de mensa diuitis? Cõtigit autẽ mori inopem illum, iustus erat ille inops,& deferri ab angelis in sinum Abrahę: Qui viderat corpus illius tacere ante limen diuitis, & non esse qui sepeliret, quanta forte diceret? sic moriatur ille inimicus meus,& ille qui me persequitur: sic illum videam. Excreatur corpus sputo, putent vulnera,& ille in sinu Abrahę requiescit. Si Christiani sumus,credamus: si non credimus frēs, nemo se fingat Christianũ. Fides nos perducit. Quo illa dixit dñs,sic sunt. An verum dicet tibi mathematicus, & verum nõ est quod dixit tibi Christus? L Quali autem morte mortuus est ille diues? Qualis mors esse potuit in purpura & bysso,q̃ sumptuosa,q̃ pomposa? quæ exequiæ funeris ibi erant? quãtis aromatibus sepultum est illud cadauer? Et tñ cum apud inferos in tormẽtis esset,desyderauit ex illius contempti pauperis digito instillari aquæ guttam ardenti linguæ suæ, neq; impetrauit. Discite ergo quid sit mors peccatorum pessima. Et nolite interrogare stratos pretiosis vestibus lectos, & carnem multis diuitijs obuolutam, lamentationis pampam exhibentes,plangentem familiam, turbam obsequentium præcedentem ac sequentẽ, cum corpus effertur,marmoratas, auratasq́ memorias. Nam si hæc interrogatis, respondent vobis falso,quod multorum nõ leuiter peccatorum, sed omnino sceleratorũ mors optima est,qui sic plangi,sic condiri, sic contegi, sic efferri, sic sepeliri meruerunt. Sed interrogate Euangelium, & ostendet fidei vestræ, in pœnis ardentem animam diuitis,quam nihil adiuuerunt omnes honores & obsequia quæ mortuo corM pori eius viuentium vanitas præbuit. Sed quia multa sunt genera peccatorum, & nõ esse peccatorem difficile est, aut fortasse in hac vita non possibile,subiecit statim cuius generis peccatorum esset mors pessima. Et qui oderunt iustum,inquit,delinquent.) Rom.4. Quem iustum,nisi eum qui iustificat impium? Quem iustum,nisi dominum Iesum Christum,qui est etiam propiciatio peccatorum nostrorum? Qui ergo hũc oderũt, mortem pessimam habent,quia in peccatis suis moriuntur, qui per eum deo nostro non reconciliantur. Redimet enim dominus animas seruorum suorum.) Secundum animam enim intelligenda est mors peccatorum pessima aut optima, non secundum corpora,aut contumelias, aut honores quos homines vident. Et non delinquent omnes qui sperant in eum.) Iste est modus humanæ iustitiæ, vt vita mortalis quamtumlibet proficiat, quia sine dilecto esse non potest,in hoc non delinquat,dum sperat in eum, in quo est remissio delictorum, Amen.

In Psalmum trigesimum quartum Enarratio. Præfatio.

PSalmum istum nobis à iubentibus fratribus & coepiscopis meis impositum esse ad tractãdum,nouerit charitas vestra, qui voluerunt vt hinc omnes incominus aliquid audiamus. Ab illo enim omnes audiuimus, à quo pariter discimus, & in cuius schola condiscipuli sumus. Titulus ipsius moram nobis nõ facit, breuis est enim ad intelligẽdum,maxime nutritis in Ecclesia dei,non est difficilis. Habet enim. Ipsi Dauid.) Dauid interpretatur fortis manus,vel desyderabilis. Psalmus ergo manu forti & desyderabili,qui nostrã mortem vicit,qui nobis vitam promisit. In hoc.n. est manu fortis,quia mortẽ nostrã vicit. In hoc desyderabilis,quia vitam æternam promisit. Quid.n. fortis manu hac,q̃ tetigit loculũ & mortuus resurrexit? Quid fortius manu hac, quæ mundum vicit, non ferro armata,sed ligno transfixa? Quid aũt desyderabilius eo quem nõ videntes martyres mori voluerunt,vt ad illum venire mererentur? Ergo psallamus illi, illi cor nostrum,illi lingua nostra digna cantet,si tamẽ ipse dignabitur donare qđ cãtet. Nemo illi cãtat digna nisi qui ab illo acceperit qđ cantare possit. Deniq; hoc modo cantamus,spiritu eius dictum est per Prophetam eius, & in ei verbis vbi nos agnoscimus & ipsum. Nec iniuriam facimus, quia dicimus, nos & ipsum, quoniam cum esset in corlo, sic clamauit, Quid me persequeris? eum eum nemo tangeret, & nos in terra laboraremus. Ergo vocẽ eius audiamus,nũc corporis,nũc capitis. Est.n. Psalmus iste invocans deum contra inimicos in tribulationibus huius seculi: & vtique ipse est Christus,tribulato tũc capite, & tribulato nunc corpore: tamen per tribulationes omnibus membris suis dans vitam æternam, quam promittendo desyderabilis factus est.

Concio

Concio prima de prima parte Psalmi.

Rom.8. IVdica,inquit,domine nocentes me, expugna impugnantes me.) Si deus pro nobis,quis contra nos? Et vnde hoc nobis præstat deus? Apprehende,inquit,arma et scutũ,& exurge in adiutorium mihi.) Magnũ spectaculũ est,videre deum armatum pro te. Et quod eius scutũ,quæ arma? Dñe, Psal.5. inquit alio loco hõ iste qui & hic loquitur, vt scuto bonæ volũtatis tuæ coronasti nos. Arma aũt eius quibus non solum nos muniat,sed ẽt percutiat inimicos, si bene profecerimus & nos erimus. Sicut.n. nos vt armemur, ab illo habemus, ipse armatur de nobis. Sed ipse sic de his armatur quos fecit, C nos ab his armamur quæ de ipso accepimus qui nos fecit. Dicit hæc quodam loco arma nostra Apostolus,scutũ fidei, & galeam salutis,& gladium spũs,quod est verbum dei. Armauit nos talibus armis, qualibus auditis,laudabilibus & inuictis, insuperabilibus & splendidis,spiritalibus sanè atq; inuisibilibus,quibus & hostes inuisibiles expugnamur. Si vides hostẽ tuum, videantur arma tua. Armamur earũ rerum fide,quas nõ videmus,& sternimus hostes quos non videmus. Veruntũ charissimi,arma ista ne putetis sic esse, vt quasi quod scutũ est, semper scutum sit: aut quod galea est,semper galea sit: aut quod lorica est, semper lorica sit. Instis.n. armis corporalibus ita est, quanquã & de ferro quæ fiunt mutari possint, vt ex gladio fiat securis: tamen ipsum Apostolum videmus dixisse,scutum fidei. Ergo ipsa fides,& lorica potest esse & scutum fidei. Ergo ipsa fides,& lorica potest esse & scutum. Scutum ergo est,quia tela inimicorum excipit & repellit. Lorica est,quia interiora tua transfigi non sinit. Hæc arma nostra sunt Gala.6. dei, quod legimus quodã in loco, Eripe ab 1.The.5 impijs animam meam, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Quod superius dixit, ab impijs, hoc sequenti versu, ab inimicis manus tuæ,& quod superius dixit,animam meam,hoc sequenti versu, frameam tuam: id est,gladiũ tuum. Ergo frameam dei,dixit D animã suã. Erue,inquit,ab impijs animam Psal.16. meã: id est,ab inimicis manus tuæ erue frameam tuam. Apprehẽdis enim animã meã & debellas inimicos meos. Et quid est anima nostra,quanuis splendida, quanuis producta,quanuis acuta,quanuis vncta, quanuis luce sapientiæ & coruscationis vibrata? Quid est ipsa anima nostra,aut quid potest nisi deus illam teneat & pugnet de illa? Nã quælibet optime facta framea, si nõ habeat bellatorem,iacet. Dixeramus aũt & armis nostris, non quasi aliquid fixum accipi debere,vt quod res vna, ipsa aliud esse nõ possit: sic & in armis dei inuenimur. Ecce animam iusti dixit frameã dei. Iterũ dicit animam iusti esse sedẽ dei, Animam iusti sedẽ sapientiæ. Ergo quicquid vult,facit de anima nostra. Cum in manu eius est, vtatur ea quẽadmodum vult. Exurgat ergo,sic enim inuocatus est, Apprehende arma,exurge in adiutorium nobis. Vnde exurgat? Alio loco Psal.43 etiam dicitur illi ipsa voce,Exurge, quare obdormis dñe? Et quando ille dicitur dormire,nos dormimus: & qñ ille dicitur exurgere,nos excitamur. Nam & dominus dormiebat in naui,& ideo fluctuabat nauis, qa E dormiebat Iesus. Nam si illic vigilaret Ie- Matt.8. sus, non fluctuaret nauis. Nauis tua, cor tuum. Iesus in naui,fides in corde. Si memnisti fidei tuæ, non fluctuat cor tuum. Si oblitus es fidem tuam,dormit Christus,obserua naufragium. Veruntamẽ quod restat fac, vt si dormierit excitetur: dicas illi,Domine exurge perimus: vt increpet ventos,& fiat tranquillitas in corde tuo. Recedent.n. omnes tentationes,aut certe nihil valebũt, quando Christus,hoc est, fides tua vigilauerit in corde tuo. Exurge ergo q̃d est? Innotesce,appare,sentire. Exurge ergo in adiutorium mihi. Effunde frameã & conclude aduersus eos qui me persequuntur.) Qui sunt qui te persequuntur? Forte vicinus tuus,aut ille quem læsisti,aut cui fecisti iniuriam,aut qui vult auferre res tuas,aut contra quem prædicas veritatem, aut cuius peccatum obiurgas, aut quem male viuentem bene viuendo lædis. Sunt quidem & isti inimici nostri & persequuntur nos. Sed alios docemur inimicos nosse, contra quos inuisibiliter dimicamus, de quibus nos admonet Apostolus dicens: Non est nobis col Ephe.6. luctatio aduersus carnem & sanguinem: id est, aduersus homines, non aduersus eos quos videtis,sed aduersus eos quos non vi- F detis,aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harum. Cum diceret enim rectores mundi (dicebat quippe de diabolo & angelis eius) cauendũ erat ne male intelligerent homines, & putarent à diabolo & dæmonibus eius mundum regi. Sed quia mundus dicitur hæc fabrica

quam videmus: & in peccatoribus dicitur
mundus,& in eis qui diligunt mundum,de
Ioan. 1. quibus dictum est,Et mundus eum non co
1.Ioā.5. gnouit:& de quibus dictum est,Totus mū
dus in maligno positus est:exposuit Aposto
lus cuius mundi essent rectores, Tenebra-
Ephe.7. rum,inquit,harum. Rectores mundi dico,
rectores tenebrarum harum. Rursus cogit
nos intelligere quid dixerit,tenebrarum ha
rum. Quarum tenebrarū rectores sunt dia-
bolus & angeli eius? Omnium infidelium,
omnium iniquorum,de quibus dictum est,
Ioan. 1. Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non
comprehenderunt. Denique ex ipsorum
numero credentibus multis,quid dicit idē
Ephe.5. Apostolus? Fuistis.n aliquando tenebræ,
nunc autem lux in domino. Non vis regi à
diabolo migra ad lucem. Et vnde migrabis
ad lucem,nisi effundat ille frameā, & eruat
te ab inimicis tuis,& à persequentibus te?
Quomodo effundit frameam? Quoniam
iam audiuimus quid sit framea ipsius? Ani
G ma iusti est, Abundent iusti & effunditur
framea, & concluditur aduersus inimicos.
Nā de ipsa effusione frameæ monens Apo
Titū. 2. stolus vt iuste viuamus,in consequenti ait:
vt aduersarius reuereatur, nihil habens de
nobis dicere prauum. Cōclusum est aduer-
sus eum, quia quid loquatur aduersus san-
ctos,non potest inuenire: & vnde erit iu-
stus? Aut quid dicunt inimici qui nos perse
quuntur? Inuisibiles illi qui dicunt inimi-
ci? Isti nihil? Maxime suggeritur humano
cordi ab inuisibilibus expugnantibus ini-
micis, quia deus nobis non est adiutor,vt
requirentes alia adiutoria,inueniamur in-
ualidi,& ab inimicis ipsius capiamur. Hoc
ergo suggeritur. Contra istas voces maxi-
me vigilare debemus, quæ in alio Psalmo
Psal.3. ostenduntur, Multi insurgunt aduersum
me,multi dicunt animæ meæ,non est salus
illi in deo eius. Contra istas voces quid hic
dicit? Dic animæ meæ,salus tua ego sum.)
Cū dixeris animæ meæ,salus tua ego sum,
iuste viuet, vt neminē in adiutoriū pter te
q̄ram. Et qd sequitur? Cōfundātur & re-
uereant requirētes animā meā.) Ad hoc n.
illā requrunt,vt pdant. Nam vtinam bene
Psal.39. q̄rāt. In alio qppe Psalmo hoc reprehēdit
&.69. in omnibus, qa non erat qui requreret ani-
H mā ipsius, Perijt fuga à me, & nō est qui
Psal.41. requirat animā meā. Quis est ille q dicat,
Psal.21. Nō est qui requirat animā meā? Nūquid
forte ille est,de quo tanto antè prædictum
est,Foderūt manus meas & pedes meos,di
numerauerūt omnia ossa mea: ipsi vero cō
syderauerūt & conspexerūt me: diuiserunt
sibi vestimenta mea, & sup vestem meam
miserunt sortem? Iam omnia ista ante ocu
los eorū fiebant, & nemo erat qui require-
ret animam eius. Inuocemus cū ergo fra-
tres,vt dicat animæ nr̄æ,salus tua ego sum:
& aperiet aures,vt audiamus,dicentem,sa-
lus tua ego sum,Dicit n.sed quidam obsur
descūt: vnde audiunt potius persequentes
inimicos in tribulatione constituti. Si ali-
quid deest,si in angusto est anima, in inop
pia tpalium, quærit auxilium pleruque à
dæmonibus,arreptitios dæmonū vult con
sulere,sortilegos q̄rit: persecutores illi ho-
stes inuisibiles adierunt,intrauerunt,expu
gnauerūt,captiuauerūt, vicerunt,dicendo.
Nō est salus illi in deo eius. Obsurduit cō
tra vocē dicentem,Salus tua ego sum. Die
animæ meæ salus tua ego sum,vt confundā
tur & reuereantur requirētes animā meā,
cui dicis tu,salus tua ego sum. Audiam de I
cētem mihi,Salus tua ego sum. Aliā salutē
nō requirā præter dūm deū meū, De crea-
tura mihi salus suggerit̄,ab ipso ē:& si leuo P
oculos meos in mōtes vnde veniat auxiliū
mihi,nō tū à mōtibus,sed auxiliū meum à
dño q fecit cœlū & terram. In ipsis tpāli-
bus angustijs p hominē subuenit deus, sa-
lus tua ipse est. Per angelū subuenit deus,
salus tua ipse est. Omnia illi subiecta sunt:
& ad istā qdem vitā tpalem subuenit, alij
inde, alij inde, æternā vitā nō dat nisi de
se. Sed ecce in angustijs tibi constituto, nō
subest qd q̄ris,sed adest quē q̄ris. Et illum
q̄re q deesse nūquā pōt. Subtrahunt q̄ de-
dit,nūq̄d subtrahit q dedit? Reddāt q dede
rat,nunq̄d ipsæ sunt diuitiæ cū reddita fue
rint illa, & non ille q subtraxerat proban-
do,& reddidit cōsolādo? Cōsolat̄.n.qui no-
bis ista nō desunt, consolat̄ tāquam in via:
sed si nos intelligamus viam,quia tota ista
vita & omnia quibus vteris in hac vita,hic
tibi debēt esse tanquam stabulum viatori,
non tanq̄ domus habitatori. Memēto pe-
gisse te aliq̄d,restare aliq̄d,diuertisse te ad
refectionē,nō ad defectionem. Sunt q dīt
deus bonus magnus,summus,inuisibilis &
æternus, incorruptibilis, vitam æternam
nobis daturus est, & illam incorruptionē
quam in resurrectione promisit. Ista vero
secularia & temporalia ad dæmones perti
nent,& ad ptātes illas harū tenebrarū. Di-
cendo

cendo hæc, qñ amore implicantur harū re-
rum,dimittunt deū,quasi ad quē ista nō p-
tineant,& quærunt nephādis sacrificijs, ac
nescio qbus remedijs, aut nescio qua homi-
nū illicita persuasione prouidere sibi quod
tpale est, ueluti pecuniā, vxorē, filios, & si
qua sunt quæ humanā vitā, aut consolātur
transeuntē, aut impediunt ambulantē. Con
tra istā opinionē diuina prouidentia vigila
uit, vt ostēderet deus ad se pertinere ista o-
mnia,& in sua esse potestate, non solū æter-
na q̄ in futurū promisit, uerumetiā tpalia,
quæ in terra dat,quibus voluerit,& qñ vo-
luerit opportune,sciens cui der,cui non det,
tanquā medicus medicamenta, sciēs melius
morbū ægroti q̄ ipse ægrotus. Vt ergo deus
hæc ostenderet, distribuit tpa veteris & no
ui testamenti. In ueteri testō promissiones
sunt rerū terrenarum,in nouo aūt regni cę
lorum. Pleraq; sunt præcepta deū colendi
& recte viuendi,ipsa sunt & ibi & hic. Sed
quia promissio ibi alia videtur, alia hic,iu-
L bentis imperium & obediētia seruientis ea-
Dan. 13. dem est, sed merces quasi non est eadem.
Etenim illis dictum est, Accipietis terram
promissionis,vt in illa regnetis,vt inimicos
vestros superetis,vt ab eis nō subiugemini,
vt omnia vobis abundent in hac terra, vt
filios procreetis. Hæc terrena ꝓmissa sunt,
sed tū figurata. Fac aliquos sic illa accipere
quo promissa sunt,& vere multi sic accepe
rūt. Nā data est terra filijs Israel,datæ sunt
diuitiæ, dati sunt filij, & sterilibus & anicu
lis rogantibus deū & de ipso solo præsumē
tibus,& aliū sibi adiutorē nec ad ista quærē
Iob.1. tibus, quæ vocem dñi in corde audierunt,
salus tua ego sum. Si ad æterna, quare non
ad tpalia? Ostendit hoc deus in causa viri il
lius sancti Iob, quia & ipse diabolus auferē
di hæc non habet potestatē, nisi cū acceperit
à summa illa potestate. Inuidere potuit san
cto, nunq̄d nocere potuit? Accusare potuit,
damnare nunquid potuit? Nunquid valuit
aliquid tollere? Nunquid vel vnguem? nun
quid vel capillum lædere, nisi deo diceret,
Mitte manum tuam? Quid est mitte manū
tuam? Da potestatē. Accepit. Ille tentauit,
ille tentatus est. Tentatus tamen vicit, ten-
M tator victus est. Deus enim qui diabolo p-
miserat, vt illa tolleret, ille seruum suū inre
rius non deseruerat, & ad ipsum diabolum
superandū, animā serui sui frameā sibi fece-
rat. Quantū valet hoc de homine dico, Vi-
Gene.3. ctus in paradiso, victor in stercore. Ibi vi-
ctus est à diabolo per mulierē, hic vicit dia
bolū & mulierē. Locuta es,inquit, tanquā Iob.2.
vna ex insipientibus mulieribus. Si bona
percepimus de manu dñi, mala quare non
sustineamus? Quā bene audierat,salus tua
ego sum. Confundant̄ & reuereantur requi
rentes animā meam.) Respice ad homines,
Orate,inquit,pro inimicis vestris. Sed hic
prophetia est, Et q̄ figura optandi dūr,ani- Matt. 5.
mo prophetandi explicantur. Illud fiet,&
illud fiet,nihil est aliud, q̄ hoc & hoc futu-
rum est. Sic ergo audite prophetiā, Confun
dantur & reuereantur tequirentes animā
meam. Quid est confundantur & reuerean
tur? Confundentur & reuerebuntur. Fa-
ctum est ꝛ. Multi salubriter confusi sunt,
multi reueriti à persecutione Christi,& ad
societatem membrorum eius deuota pieta-
te transierunt,& non fieret hoc nisi cōfun-
derentur & reuererētur. Ergo bene illis op
tauit. Sed quia duo sunt genera eorum qui
vincuntur. Duobus n.modis vincūtur: aut
ad hoc vincuntur,vt conuertātur ad Chri-
stum: aut ad hoc vincuntur, vt damnentur
à Christo: explicata sunt & hæc duo ipsa ge A
nera obscura quidē, sed intellectorem desy-
derant. De his qui conuertuntur, accipe qd
dictū est: Confundantur & reuereantur re-
quirentes animā meā. Auertantur retror-
sum.) Non pcedant, sed sequantur, non dēt
consiliū sed accipiant. Nam Petrus præce-
dere voluit dñm, quando dñs de passione
sua futura diceret, consiliū illi quasi salutis
voluit dare, consilium salutis æger saluato
ri. Et quid ait dño de illa futura sua passio- Mat. 16.
ne confirmāti? Absit à te domine, propitius
tibi esto, non fiet istud. Præcedere volebat,
vt dominus sequeretur. Et ille, inqt, Vade
retro satanas, Præcedendo satanas es, sequē
do discipulus eris. Hoc ergo & istis, auer-
tantur retrorsum. Et confundantur, qui co
gitant mihi mala.) Cum enim cœperunt
retrorsum sequi, iam non cogitabunt mala,
sed desyderabunt bona. Quid illi? Non.n.
omnes sic sequūtur, vt conuertantur & cre
dant. Multi in pertinacia remanent, multi
spiritus præcedendi seruant in corde, & si
non exerunt, tamen parturiunt, & vbi locū
inuenerint, pariunt, De talibus quid sequi-
tur? Fiant tanquam puluis ante faciem ven
ti.) Non sic impij non sic, sed tanquam pul Psal. 1.
uis, quem proiicit ventus à facie terræ. Ven B
tus tentatio est, puluis iniquus. Qñ vene-
rit tentatio, tollitur puluis, nec stat, nec re-

fistit. Fiant tanquam puluis ante faciem vẽ
ti. Et angelus domini tribulans eos, Fiant
viæ eorum tenebræ & lubricum.) Horren
da via. Tenebras solum quis non horreat?
Lubricum solum quis non caueat? In tene
bris & lubrico quà is, vbi pedem figis? Sunt
ista mala magnæ pœnæ hominum, tenebræ
est ignorantia, lubricum est luxuria. Fiant
viæ eorum tenebræ & lubricum. Et ange-
lus domini persequẽs eos.) Vt non possint
stare. Nam vnusquisque in tenebris & lu-
brico cum non viderit, & si pedem moue-
rit, labitur, & lux illi ante pedes non est.
vel hoc facit, vt expectet diẽ donec luceat,
sed ibi est angelus dñi persequẽs eos. Hæc
eis futura p̃dixit, nõ quasi vt euenirẽt opta
uit: tanq̃ & Propheta in spiritu dei sic ea di
cat, quõ illa deus facit, certo iudicio, bono,
iusto, sancto, tranq̃llo, non perturbatus ira,
non amaro zelo, non animo inimicitiarum
exercendarũ, sed iustitia vitiorum puniendorũ, veruntñ prophetia est. Vnde autem
tanta mala ista? Quo merito? Audi quo me
C rito. Qm̃ gratis absconderũt mihi muscipu
lã corruptionis suæ.) In capite ipso nr̃o at-
tẽdite, hoc fecerunt Iudæi, absconderũt mu
scipulæ suæ corruptionẽ. Cui absconderũt
muscipulam? Qui videbat corda abscondẽ
tium. Sed tũ erat inter illos ignorãti similis
quasi fallerẽ, cum illi deciperentur eoipso,
quo eũ illi falli arbitrabant. Ideo.n. ille tan
quã fallebatur inter illos viuens, qa nos in
ter tales sic victuri eramus, vt sine dubio fal
leremur. Ille videbat traditorẽ suum, & ele
git illũ magis ad opus necessarium. Illius
malo magnũ bonum operatus est, & tñ in-
Ioã. 12. ter duodecim electus est, ne ipse duodena-
&.13. rius tam exiguus numerus esset sine malo.
hoc ad exemplum nostræ patientiæ, qm̃ ne
cesse erat vt inter malos viueremus. Et qa
necesse erat vt malos, siue scientes, sine ne-
scientes toleraremus, exẽpium patientiæ p̃-
buit ne deficias, cũ cœperis inter malos vi-
uere. Et qa illa schola Christi in duodecim
nõ deficit, quanto magis nos firmi esse de-
bemus, cum implentur in Ecclesia maga,
quæ de malorum permixtione p̃dicta sunt.
Neque.n. videbat ipsa schola redditum se-
Gen.17. mini Abrahæ qđ erat promissum, & ipsam
Matt.3. aream vnde massa quæ implebit horreum,
processura est. Quare igitur non cum tri-
turat, in ea digne palea toleratur, donec vl-
D tima ventilatione purgetur? Hoc.n. futurũ
est malis quod audistis. Sed tamen quid fa-
ciendum est? Græcis absc͂derunt mihi cor
ruptionẽ muscipulæ suæ. Quid est gratis?
Quibus nihil mali feci, quibus nihil nocui.
Vano exprobra uerunt animam meam.)
Quid est vano? Falsa dicentes, nihil probã
tes. Veniat illis muscipula quam ignorãt.)
Magnifica retributio, ni hil iustius. Illi ab-
sconderũt muscipulam, vt ego ignorarem,
illis veniat muscipula quam ignorant. Nã
ego scio muscipulam ipsorum. Quæ autem
muscipula illis ventura est? Illa quam igno
rant. Audiamus ne forte dicat, illa veniat
illis muscipula quam ignorant. Forte aliã
illi absconderunt, alia illis ventura est. Nõ.
Sed quid? Criniculis peccatorum suorum
vnusquisque constringitur. Inde decipiũ-
tur, vnde decipere voluerunt. Inde illis no
cebit, vnde nocere conati sunt. Sequtur.n.
Et captio quam occultauerunt comprehẽ-
dat illos.) Tanquam si quisquam veneni
calicem præparet alicui & oblitus bibat. Et
tanquam si foueam fodiat quisquam, in quã
quisque inimicus eius in tenebris incidat,
& ille oblitus quod foderat, ambulãs ea via
prius illuc cadat. Prorsus fratres mei ita ẽ
credite, ita certi estote, ita ſ est in vobis ex
cellentior prudentiæ ratio videte atque p-
spicite, Nemo malus qui non sibi prius no
ceat. Sic.n. esse putate malitiam, quo ignem,
Incẽdere vis aliqd aliud, illud qđ admo-
ues, prius ardet, nisi ardeat nõ incẽdit. Facu
la est, hanc faculam apponis, vt aliquid in-
cendat, nunquid non ipsa facula quam appo
nis prior ardet, vt aliquid possit incendere?
Malitia autem procedit ex te, & quẽ prius
vastat nisi te? Quò profundit ramũ lædit,
vbi radicem habet non lædit? Equidem di-
co q malitia tua vt alteri non noceat fieri
potest, vt autem tibi non noceat, fieri non
potest. Nam quid nocuit sancto viro Iob,
de quo prælocuti sumus? Quomodo in alio
Psalmo dicitur, Sicut nouacula acuta fecis-
ti dolum. Quid fit de acuta nouacula?
Capilli, res superfluæ deciduntur. Quid er-
go facis ei quem vis nocere? Si nequaq̃ tibi
ad malum cõsentiat cui vis nocere, nõ ma
litia tua ei nocitura est sed sua. Si aũt intus
ipse malitia careat, & cor mundũ subdat il-
li voci dicenti, Salus tua ego sum, forinse-
cus oppugnas, interiorem hominem nõ ex
pugnas, malitia tamen tua ab interiore tuo
procedit, te prius inanem reddit. Tu putris
es intus, vnde iste vermis processit, intus ſ
nihil integrũ dereliquit. Et catuio quẽ occul-

cultauerunt cõprehendat eos. Et in muscipula incidant in ipsa.) Nũquid putabas for
te paulo ante cũ audires, ueniat illis muscipula quã ignorant, id est, quasi aliquid aliud
ex occulto incuitabile? In qua ergo? In ipsa
iniquitate quam mihi absc͂derunt. Nõne
hoc factũ est Iudæis? Dñs eorũ iniquitatẽ
vicit, illi iniquitate sua victi sunt. Ille surre
xit pro nobis, illi mortui sunt in se. Hæc er
go malis nocere mihi uolentibus. Mihi qd?
Anima aũt mea exultabat in domino.) Tã
quam in eo a quo audierit, salus tua ego sũ,
tãquam non quærens alias extrinsecus diui
tias, tanquam non quęrens circunfluere vo
luptatibus bonisq; terrenis, sed coniugem
verum gratis amans, non ab illo volens ac-
cipere quod delectet, sed ipsum solum sibi
proponens a quo delectetur. Quid.n. me-
lius deo dabitur mihi? Amat me deus, amat
te deus. Ecce proposuit, pete quod vis. Si ti-
bi Imperator diceret, pete quod vis, quos
tribunatus comitatusue ructares? Quanta
tibi proponeres & accipienda & alijs lar-
gienda? Deo tibi dicente, pete qđ vis, quid
E petiturus es? Excute mentem tuam, exerce
auaritiã tuam, protende quantum possit &
dilata cupiditatem tuã, non quicunque sed
omnipotẽs deus dixit, pete quod uis. Si pos-
sessionum es amator, desyderaturus es totã
terram, vt omnes qui nascuntur, coloni tui
aut serui tui sint. Et quid cum totam terrã
possederis? Mare periturus es, In quo uiue-
re tamen nõ poteris. In hac auaritia te pi-
sces superabunt. Sed forte insulas possede-
bis. Transcende & hæc, pete & aerem quã
uis uolare non possis: porrige cupiditatem
tuã usq; ad cœlũ, dic tuũ esse solem, lunam,
stellas, quia ille qui fecit omnia dixit, pete
quod uis: tũ nihil inuenies carius, nihil in-
uenies melius quã ipsum qui fecit omnia.
Ipsum pete qui fecit, & in illo & ab illo ha-
bebis omnia quæ fecit. Omnia cara sunt,
quia omnia pulcra sunt, Sed quid illo pul-
crius est? Fortia sunt, Sed quid illo fortius?
Et nihil magis vult dare q̃ se. Si aliquid in-
ueneris melius, pete. Si alia petieris, iniuriã
facies illi, & damnum tibi, præponendo illi
quod fecit, cum velit seipsum tibi dare qui
Psal.72. fecit. In hoc amore dixit illa anima quædã,
Nunquid ipse es pars mea dñe? Id est, tu es
pars mea. Eligant sibi qui volunt quid pos
H sideant, faciant sibi partes de rebus, Pars
Psal.15. mea tu es, te mihi elegi. Et iterum, Do-
minus pars hæreditatis meæ. Possideat te
vt possideas illũ, eris p̃dium ipsius, eris do
mus ipsius. Possidet ut prosit, possidetur vt
prosit. Nunquid ut aliquid ei tu prosis? Nã
dixit domino, deus meus es tu, quoniã bo-
norũ meorũ non eges. Anima aũt mea ex
ultabit in dño. Delectabitur sup salutare
eius.) Salutare dei, Chrs est. Qm̃ viderunt Luc. 2.
oculi mei salutare tuũ. Omnia ossa mea di
cent, dñe quis similis tibi?) Quis digne de
his verbis aliquid dicat? Ego puto tm̃ pro-
nuncianda esse, non exponenda. Quid quæ
ris illud aut illud? Quid simile dño deo, ip
sum habes ante te. Omnia ossa mea dicent,
Domine quis similis tibi? Narrauerunt mi Ps. 118.
hi iniusti delectationes, sed non ita, vt lex
tua domine, Fuerunt persecutores qui dice-
bant, Adora Saturnum, adora Mercurium.
Non colo, inquit, idola. Dñe quis similis ti-
bi? Illi oculos hũt, & non vident, aures ha-
bent & non audiunt. Dñe qui similis tibi, Ps. 133.
qui fecisti oculum ad videndũ, aures ad au-
diendũ? Sed non colo, inquit, idola, quia fa-
ber fecit. Cole arborem & montẽ. Et hoc
nunquid faber fecit? Et hic, Dñe quis simi- I
lis tibi? Terrena mihi ostendũtur, tu terræ
creator es. Et hinc forte aduerterunt ad su-
periorem creaturã, & dicunt mihi, Cole lu
nã, cole istũ solem: quia luce sua tanquam
magna lucerna de cœlo efficit diẽ. Et hic
plane dico, Dñe quis similis tibi? Lunã &
stellas tu fecisti, solẽ diei tu accepisti, cœlũ
tu cõposuisti. Sũt multa inuisibilia meliora
Sed forte & hic dr̃ mihi, Angelos cole, an-
gelos adora. Et hic dicã, Domine quis simi-
lis tibi? Et ipsos angelos tu creasti, Nihil
sunt angeli nisi videbo te. Melius est cum
ipsis possidere te, q̃ ipsos adorando cadere
a te. Omnia ossa mea dicẽt, Domine quis si
milis tibi? O corpus Christi sancta Eccle-
sia, omnia ossa tua dicant, Domine qs simi-
lis tibi? Et si carnes meæ persecutioni cesse-
runt, omnia ossa mea dicant, Domine quis Psal.35.
similis tibi? De iustis.n. dictum est, Diligit
dominus, omnia ossa corũ, vnum ex illis nõ
confringetur. Quã multis iustis in persecu Rom.1.
tione ossa confracta sunt? Postremo, iustus Rom.4.
ex fide viuit, & Christus iustificat impium.
Quõ autem iustificat impium, nisi creden
tem & confitentem? Qui a corde creditur Ro. 10.
ad iustitiam, ore autem confessio fit ad sa- Luc.23.
lutem. Ergo & ille latro quãuis ex latroci
nio ductus sit ad iudicem, & a iudice in cru K
cem, tamen in ipsa cruce iustificatus est.
Corde credidit, ore confessus est. Neque

enim iniusto & non iam iustificato diceret dñs: Hodie mecũ eris in paradiso, & tñ ossa eius confracta sunt. Nam qñ ventum est vt corpora deponerentur causa imminẽtis sab
Ioã.19. bati, inuentus est dñs iam exanimis, & non sunt ossa eius comminuta. Illi aũt qui viuebant vt deponerentur, cõfracta eis sunt crura, vt hoc dolore mortui, possent sepeliri. Nunquid vnius latronis qui perseueraverit impius in cruce, confracta sunt ossa, & non ẽt illius qui corde credidit ad iustitiam, ore
Rom.10 confessus est ad salutem? Vbi est ergo hoc
Psal.33. quod dictum est, Custodit dñs omnia ossa eorum, vnum ex his nõ conteretur: nisi qa ossa dñr in corpore domini oẽs iusti, firmi, corde fortes, nullis persecutionibus & tentationibus cedentes ad consentiendũ malũ. Et vnde possent: nullis tentationibus cedere, nisi cum persecutores dixerint, Ecce ille deus, ecce qualis deus, veniat ille, neget tibi. Ecce est hic nescio quis in monte magnus sacerdos. forte ideo pauper es, quia non te adiuuat ille deus, supplica illi & adiuuat. Forte ideo ægrotas quia illi non supplicas, sup-
L plica illi & conualesces. Forte ideo filios nõ habes, supplica illi & habebis. Hic vero si in corpore domini de ossibus est, repellit oẽs istas voces, & dicet, Domine qs similis tibi? Da si vis dare, & in hac vita qđ quæro, si autem non uis, tu esto vita mea quẽ semper quæro. Hinc ad te qũo libera fronte exeam, si alium adorauero & te offendero? Cras forte moriturus sum, qua fronte te videbo? Magna misericordia ipsius, & monuit vt bene viuamus, & diem nobis nouissimũ mortis nostrę abscondit, ne nobis de futuro aliquid promittamus. Facio hodie & viuo, cras non facio. Quid si te non inuenit cras? Dic ergo inter ossa Christi, Dñe quis similis tibi? Omnia ossa mea dicunt, Dñe, quis similis tibi? Eruens inopẽ de manu fortioris eius, egenũ & pauperem à diripiẽtibus eum,) Hucusque Psalmus lectus est hodie, hucusq; tractandus est, ne in fastidiũ veniãt quæ dicta sunt, dum volumus & alia dicere. Sufficiant ergo hodie hæc, Eruens inopẽ de manu fortioris eius. Quis eruens nisi q manu fortis est? Ille Dauid eruet inopem
M de manu fortioris eius. Fortior enim fuerat
Mat.12. diabolus ad tenendum te, quia ipse vicit cui cõsensisti. Sed qđ fecit manu fortis? Nemo intrat in domum fortis vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. Potestate sua sacratissima, magnificẽtissima alligauit diabolum, effundendo frameam ad concludendum eũ, vt eruat inopem & egenũ cui non P
erat adiutor. Quis enim adiutor tibi, nisi dominus cui dicis? Domine adiutor meus & redemptor meus? Si de tuis viribus præsumere volueris, inde cades vnde præsumpseris. Si de alterius, dñari vult, non subuenire. Ille ergo vnus qrendus est, qui & redemit & liberos fecit, & sanguinem suum, vt eos emeret dedit, & seruos suos frẽs fecit.

Concio secunda de secunda parte eiusdem Psalmi.

AD reliqua Psalmi intẽdamus animũ, dominumq; & deum nostrum, & de sanitate intelligendi, & de fructu bene agendi deprecemur. Quousq; hesterno die disputatum sit, credo meminisse charitatem vestram, ex ipso loco hodie sumamus exordium. Intelligimus enim hic vocem Christi, vocem scilicet capitis & corporis Christi. Christum cum audis, noli sponsum à sponsa separare, & intellige magnum illud sacramentum, Erunt duo in carne vna: si duo in carne vna, quare nõ & in voce vna? Non enim tẽtationes caput hic pertulit, & corpus non perfert. Aut vero fuit causa patienti capiti, nisi vt corpori præberet exẽplum? Dominus enim voluntate passus, est nos necessitate. Ille miseratione, nos conditione. Proinde illius voluntaria passio, nostra est necessaria consolatio: vt quando talia forte perpetimur, intueamur caput nostrum, vt eius exemplo commoniti dicamus nobis, Si ille, quid nos? Et quemadmodum ille, ita & nos. Quantumlibet enim sæuierit inimicus, vsq; ad mortem corporis accedere potuit, quod corpus nec ipsum extinguere potuit in domino, quia tertia die resurrexit.

Quod in illo factum est die tertio, hoc in nostro fiet in fine seculi. Spes resurrectionis nostræ differtur, nunquid auferetur? Cognoscamus hic ergo voces Christi charissimi, & separemus eas a vocibus impiorum. Voces sunt enim corporis persecutionem angustiasq; & tentationes in hoc seculo patientis. Sed qm multi hic patiuntur, & pro peccatis & pro sceleribus suis, magna vigilantia discernenda est causa, non pœna. Scelleratus.n. potest habere martyris similem pœnã, sed tñ dissimilẽ causam. Tres erant in cruce, vnus saluator, alter saluãdus, alius damnandus, omnium par pœna, sed impar causa.

causa. Dicat ergo caput nrm, Insurgentes te stes iniqui, quæ ignorabam interrogabant
B me.) Nos autẽ dicamus capiti nro, Dñe qd ignorabas? Itane tu aliquid ignorabas? Nõ ne & in te insurgentium corpa noueras? Nonne eorum dolos ante prospexeras? Nõ ne in eorum manus te sciẽs dederas? Nonne vt ab eis patereris veneras? Quid ergo ignorabas? Ignorabat peccatũ, Et hoc peccatũ ignorabat, non quasi non iudicando, sed non cõmittendo. Sunt hmõi locutiones ẽt quotidianæ, cũ dicis de aliquo, Non nouit stare, hoc est quia nõ stat. Et non nouit benefacere, quia nõ benefacit. Nõ nouit male facere, quia non malefacit. Quod alienum est ab opere, alienum est a conscientia. Quod alienum est a conscientia, alienum uidetur & a scientia. Ita dicitur deus nescire quomodo ars non nouit uitia, & tamẽ per artem cognita diiudicantur. Hoc ergo nobis eaput nostrũ interrogantibus ex ipsius Euangelii sui veritate respondet, cũ dixerimus, Dñe quid ignorabas? Quid tu potuisti interrogari quod nesciebas? Respondit, Iniquitates ignorabam, de iniquitatibus interrogabar. Habes in Euangelio, Si non
Matt.7. me credis ignorare iniquitates, qa & ipsos
C iniquos ignoro, quibus in fine dicturus sũ, Non noui vos, recedite a me qui operamini iniquitatem. Nunquid nõ nouerat quos damnabat? Aut potest iuste damnari, nisi q malus cognoscit? Et tñ bonus cognitor nõ est mentitus, dicendo, Non noui vos, id est, non coaptamini corpori meo, non hæretis regulis meis, vitiis hæsistis, ego autẽ ars ipsa sum quæ non hẽt vitium, & in qua quisque non discit, nisi non facere vitium. Insurgentes testes iniqui quæ ignorabam interro
Mat.26 gabant me. Quid sic ignorabat Christus, quam blasphemare? Hinc interrogabatur a persecutoribus, & quia verum dixit, blasphemasse iudicatus est. Sed a quibus? De quib. sequitur. Retribuebant mihi mala pro bonis, & sterilitatem animæ meæ.) Ego attuli fœcunditatẽ, ipsi retribuebant sterilitatem. Ego vitã, ipsi mortẽ. Ego honorem, ipsi cõtumelias. Ego medicinam, ipsi vulnera, &
Mat.21 in his omnibus quæ retribuebant utiq; sterilitatis erat. Hanc sterilitatem in arbore maledixit, vbi fructũ cũ qreret nõ inuenit. Folia erãt & fructus nõ erãt. Verba erãt & facta nõ erant. Vide in verbis numerositatẽ, & in factis sterilitatẽ. Qui pdicas nõ furãdũ furaris, q dicis nõ adulterãdũ adulte-
Rom.2. ras. Tales erãt, qui Chrm q ignorabat interrogabãt. Ego aũt cũ mihi molesti essent, induebã me cilicio.) Docemur quidẽ frẽs, D
qa ptinemus ad corpus Chri, quia sumus mẽbra Chri, & admonemur in omni tribulatione nra, nõ cogitare quẽadmodũ rũdeamus inimicis nris, sed quẽadmodũ orando deũ propitiemus, & maxime ne tentatione vincamur. Deinde, vt ẽt illi qui nos persequũtur, ad sanitatẽ iustitię cõuertant. Nullũ maius, nullũ melius negociũ est in tribulatione, q̃ recedere ab eo strepitu qui fortis est, & ire in interiora mẽtis secretaria. Ibi deũ inuocare, ubi nemo videt gementẽ & Matt.6.
subuenientẽ. Illius cubiculi aduersus oẽm extrinsecus illatã molestiam, ostiũ claude re, humiliare seipsum in cõfessione peccati, magnificare & laudare deũ, & corripientẽ & cõsulẽte: Prorsus hoc omnimõ tenẽdum est. Verumtñ in corpore hoc dixerimus, id est, in nobis. In dño aũt Iesu Chro, quid tale agnoscimus? Euãgelio perspecto & diligẽtissime pscrutato, non inuenimus dñm in aliqua passione & tribulatiõe sua induisse se cilicio. Ieiunasse quidẽ eũ legimus postea q̃ baptizatus est. Ciliciũ ibi nullum au Matt.4.
diuimus, nullũ legimus. Ieiunasse aũt nondũ Iudęis persequentibus, sed diabolo tẽtãte. Non eo tpe dico ieiunasse dñm, qñ eum Mat.26
interrogabant q̃ ignorabat. & quando retri &.27.
buebant mala pro bonis, insectando, persequendo, tenendo, flagellando, vulnerando, occidendo. Sed tamẽ his omnibus frẽs, si aliquantulum pia curiositate leuemus, & interiora huius scripturæ oculo cordis intento timemur, inuenimus & hoc feciſſe domi nũ. Ciliciũ fortasse appellat carnis suæ mortalitatẽ. Quare cilicium? Propter similitu-
Rom.8. dinem carnis peccati. Apostolus.n. dicit, Mi sit deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatũ in carne: hoc est, filiũ suum induit cilicio. de cilicio damnaret hœdos. Non quia peccatum erat, non dico in verbo dei, sed nec in ipsa quidem dico anima sancta, & mente hominis, quem sibi ad vnitatem personæ verbum dei & sapientia coaptauerat: sed nec
Rom.5. in ipso corpore peccatum vllũ erat: sed similitudo carnis peccati erat in domino, quia mors non est nisi de peccato, & vtique corpus illud mortale erat. Nam nisi mortale esset, non moreretur: si non moreretur, non resurgeret: si non resurgeret, exemplum uitæ æternæ nobis nõ demonstraret. Ergo sic di

citur mors pctm, quę facta est peccato, quo dī lingua Græca, lingua latina, non ipsum mēbrū carnis, sed quod sit per membrū car
F nis. Nā lingua in mēbris nostris vnū est de cæteris, sicut oculi, natus, aures &c. Lingua aūt Græca, verba Græca sunt, nō quia verba lingua, sed quia verba per linguā. Dicis de aliquo, agnoui facié ipsius, de mēbro corporis loqueris. Et dicis ēt, agnoui manū ipsius absentis, non manū in corpore, sed scripturā quæ facta est per manum quæ erat in corpore. Sic ergo pctm dñi quod factū est de peccato, quia inde carnem assumpsit, de massa ipsa quę mortē meruerat ex peccato. Etenim vt celerius dicam, Maria ex Adam mortua pp pctm Adæ, Adam mortuus est pp peecatum, & caro dñi ex Maria mortua est propter delenda peccata. Hoc cilicio se induit dñs, & ideo non est agnitus, quia sub cilicio latebat, Cum mihi, inquit, molesti essent, induebam me cilicio: id est, illi sæuiebāt, ego latebam. Si.n. latere nollet, nec mori posset: qñquidem vno temporis puncto stillam quandam potestatis suæ, si vera stilla dicenda est, exeruit: quando eum tenere voluerunt, & ad vnam eius interrogationē,
Ioā. 18. Quem quæritis, redierunt oēs retro & ceciderunt. Tantam potestatem in passione nō humiliaret, nisi sub cilicio lateret. Ergo induebam me cilicio. Et humiliabā in ieunio animam meam.) Iterum si intellexerimus
G cilicium, qūo intelligimus ieiunium? Man-
Mat. 21. ducare volebat Christus, qñ poma quærebat in arbore, & si inueniret manducaret. Bibere volebat Christus, quando dixit mu-
Ioan. 4. lieri Samaritanæ, Da mihi bibere, Dixit in cruce, sitio. Quid esuriuit, quid sitiuit Christus nisi bona opera nostra? In illis enim crucifigentibus & persequentibus, quia nulla bona opera inuenerat, ieiunabat: tribuebant.n. sterilitatē animæ ipsius. Nam quale ieiunium ipsius fuit, qui uix inueni: vnum latronem quem in cruce gustaret? Apostoli enim fugerant & se in turba absconderant.
Luc. 23. Et ille Petrus qui se vsque ad mortem dñi
Mat. 26. perseueraturum esse promiserat, iam ter negauerat, iam fleuerat, & adhuc in turba latebat, adhuc timebat ne agnosceretur. Postremo illo viso mortuo, omnes de salute ipsperauerunt: quos desperantes inuenit post resurrectionem, & locutus cum eis inuenit eos dolentes & lugentes, nihil iam sperantes. Nam & ita sunt quidam eorum cum eo locuti cum diceret, quid loquimini inter vos, Illi enim de illo loquebātur, Tu solus, inquiunt, peregrinus es in Hierusalē, & nō Luc.
cognouisti quæ fecerunt sacerdotes & principes nostri de Iesu Nazareno, qui erat po H
tens in factis & dictis, quo eum crucifixerunt & occiderunt? Nos autē sperabamus, quia ipse erat redempturus Israel. In magno ieiunio dominus remanserat, nisi reficeret quos vocaret. Nam refecit eos, consolatus est eos, cōfirmauit eos, & in corpus suū conuertit eos. Fuit ergo & hoc modo in ieiunio dñs noster. Et oratio mea, inquit, in sinum meum conuertetur.) In hoc plane uersu magnus sinus est, & præstet dominus vt penetrabilis nobis fiat. In sinu enim secretum agnoscitur. Et quidem fratres & nos orare sic bene admonemur in sinu nostro, vbi deus videt, ubi deus audit, quo nullus Mat.
oculus humanus penetrat, quo non videt Mat.
nisi qui subuenit. Vbi orauit Susanna, & cū Dan.
eius vox ab hominibus nō audiretur, a deo tamen audita est. Et hoc bene admonemur, sed in domino nostro aliquid plus debemus intelligere, quia & ipse orauit. Et quidem cilicium eius non agnoscimus in Euangelio secundum literam. Nec ieiunium eius
Psal.
tpe passionis secundum literam, atq, ea exposuimus, in allegoria & similitudine dicta, ut potuimus, Orationem vero eius & de I
cruce audiuimus, Deus meus deus meus, vt Mat.
quid me dereliq̄sti? Sed & ibi nos oramus. Quando eum dereliquit pater à quo nunquam discessit? Legimus etiam in monte Mat.
orasse solum Iesum, legimus pernoctasse in Luc.
oratione, etiam sub tēpus ipsius passionis. In sinum ergo meum conuertetur oratio mea. Nescio quid melius intelligam de domino, interim nunc quod occurrit: forte melius aliquid postea occurret, vel mihi, vel cuiquam meliori: in sinum meum conuertetur oratio mea, hoc intelligo dictū, quia in sinu suo habebat patrem. Deus enim
2. Cor.
erat in Christo, mundum reconcilians sibi. In se habebat quem deprecaretur, non erat ab illo longe, quia ipse dixerat, Ego in patre, Ioā.
& pater in me est. Sed quia oratio ad ipsum magis hominem pertinet: secundum enim quod verbū est Christus, nō orat sed exaudit, & non sibi subuenire quærit, sed cum patre omnibus subuenit: qd est oratio mea in sinum meum conuertetur: nisi, in meip- Rom.
so humanitas in meipso interpellat diuinitatem? Sicut proximum quasi fratrem nostrum ita complacebam, Tanquam lugens & contristatus ita humiliabar.) Ad corpus suum respicit, iam nos hic videamus. Quā do gaudemus in oratione, quādo mens nostra serenatur, non prosperitate seculi, sed luce veritatis. Qui sentit hanc lucē, nouit
K qđ dico, & videt hoc agnoscitq; quod dictū
Acto. 17 est, Sicut proximum, sicut fratrem nostrū, ita complacebam. Si.n. anima placet deo, nō longe posita, in illo, inquit, mouemur & sumus, quasi fratri, quasi propinquo, quasi amico. Si aūt non est talis, vt posit sic gaudere, sic propinquare, sic adhærere, & videt lō ge se inde faciat quod sequitur, Tanquam lugens & contristatus ita humiliabar. Vt fratrem nostrum ita complacebā: propinquans dixit. Vt lugens & contristatus sic humiliabar: remotus & longe positus dixit. Quid enim luget, nisi quod desyderat & non habet? Et nonnunquam in vno homine vtrū que contingit, vt aliquando propinquet & aliquando longe fiat: propinquat luce uerita tis, longe ht nubilo carnis. Neq;.n. fratres deo qui vbiq; est, & nullo continetur loco, aut per loca propinquamus, aut ab illo per loca remouemur. Propinquare illi, est similem illi fieri: recedere ab illo, dissimile m illi fieri. Nonne cum vides duas res prope similes, dicis, propinquat hæc illi: & quando tibi dissimilia demonstrantur, quanuis uno loco & plerunque vna manu teneantur, di
L eis, longe est hęc species ab illa? Ambas tenes, ambas adiungis & dicis, longe est hæc res ab illa, nō utique loco, sed dissimilitudine. Si ergo vis appropinquare, similis esto: si non uis esse similis, longinquabis. Sed cum similis es gaude, & cum dissimilis es geme, vt gemitus excitet desyderium, imo desiderium excitet gemitum, & per gemitum propinques, qui cœperas longinquare. Nonne Petrus ppinquauit quando dixit, Tu es Christus filius dei uiui? Et rursum ipse longe factus est dicendo, Do
Mat. 16. mine absit a te, non fiet istud. Denique tanquam proximus quid dixit propinquanti? Beatus es Symon Bariona. Tanquam longinquanti & dissimilis quid dixit? Redi retro satanas. Illuc propinquanti dixit, Nō tibi reuelauit caro & sāguis, sed pater meus qui in cœlis est. Illius lux te perfudit, illius luce fulge. Quando autem longe factus contradixit passioni domini futuræ pro salute nostra, non sapis, inquit, quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Meritō ambas res res ponens quidem in Psalmo

ait, Ego dixi in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorum tuorū. In ecstasi nō dice- Psal. 30.
ret, nisi propinquaret. Ecstasi.n. mentis excessus est. Effudit sup se animā suā & propinquauit deo, & per quandā nubem pon- M
dusq; carnis rursus in terram proiectus, recolens vbi fuisset, & videns vbi esset dixit, Proiectus sum à facie oculorum tuorū. Ergo sicut proximū, sicut fratrē nostrū, ait complacebam, præstet vt fiat in nobis. Qñ aūt non fit vel hoc fiat, tanquam lugēs & cōtristatus ita humiliabar. Et aduersum me lætati sunt & conuenerunt in vnū.) Illi læti, ego tristis. Sed modo audiūimus in Euangelio, Beati qui lugent, miseri qui ri- Matt. 5.
dent. Aduersus me lætati sunt & conuenerunt. Cūgregati sunt in me flagella & ignorauerunt. Qm quæ ignorabam interrogabant me, & ipsi ignorauerunt quem interrogarent. Tentauerunt me & subsannauerunt me subsannatione.) Id est, irriserunt me, insultauerunt mihi: hoc capiti, hoc corpori. Attendite frēs ad gloriam Ecclesiæ q̄ Mat. 27.
nūc est, respicite opprobria eius præterita, respicite aliqū vndique fugatos esse Christianos, & vbicunque inuentos, illusos, cæsos, occisos, bestijs obiectos, incensos, lætatos, homines aduersus illos. (Quod capiti, hoc & corpori. Sicut enim dño in cruce, sic corpori ipsius in omni illa, quæ iam facta est persecutione, nec desinunt etiam nunc persecutiones ipsorum. Vbicunque inuenerint Christianū solent insultare, exagitare, A
irridere, vocare hebetem, insulsum, nullius cordis, nullius peritiæ. Quicquid faciant, Christus in cœlo est: quicquid faciant, honorauit ille pœnam suam, iam crucem suā in omnium frontibus fixit: impius insultare permittitur, sæuire non permittitur, sed tamen ex eo quod lingua promit; intelligitur quid gestet in corde. Striderunt in dentibus suis. Domine qñ respicies, restitue animam meam ab astutijs eorum, à leonibus vnicam meam.) Nobis enim tardum est, & ex persona nra hoc dictū est, quando respicies. i. qñ videbimus vindictam de his qui Luc. 18.
nobis insultant, quādo illā viduā iudex tardio victus exauditurus est. Verunetiam iudex noster nō tædio, sed amore differt salutem nostram, ratione non inopia, non quia nō potest & modo subuenire, sed vt numerus omnium nostrum vsque in finem possit impleri. Et tū nos ex desyderio quid dicimus? Dñe quando respicies, restitue animam.

mam meam ab astutijs eorum, à leonibus vnicam meam: id est, Ecclesiá meá à sæuié tibus potestatibus. Deniq; vis nosse quid sit illa vnica? Lege sequentia. Confitebor
B tibi domine in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te.) Planè in Ecclesia multa cõfitebor tibi, in populo graui laudabo te. Fit.n. cõfessio in omni multitudine, sed nõ in omnibus deus laudatur. Tota multitudo audit confessionem nostram, sed non in omni multitudine laus dei est. In istaenim omni multitudine, id est, in Ecclesia, q̃ toto
Matt. 3. orbe terrarum diffusa est, palea est & frumentum. Palea volat, frumentum manet, ideo in populo grauí laudabo te. In graui populo quem ventus tentationis non aufert, in his deus laudatur. Nã in palea blasphematur semper. Quando palea nostra ut tenditur, quid dicitur? Ecce quomõ viuunt Christiani, ecce quid faciunt Christiani. Et fit quod scriptum est, Quoniam nomẽ meum per vos blasphematur in gentibus.
Rom. 2. Inique, inuide, aream inspicis, qui totus in palea es, non tibi facile grana occurrunt: q̃re & inuenies populum grauem, in quo dominum laudes. Vis inuenire? Esto talis, nã si non fueris talis, difficile est vt non omnes tales ibi videantur, qualis es. Et compa
1. Ti. 1. rantes ait Apostolus, semetipsos sibimetipsis non intelligunt, neq; quæ loquũtur neque de quibus affirmant. In populo graui laudabo te. Non insultent mihi qui aduersantur mihi inique.) Insultant enim mihi
C de palea mea. Qui oderunt me gratis:) Hoc est quibus nihil nocui. Et annuentes oculis.) Hoc est, hypocritæ simulati. Quoniam mihi quidẽ pacifice loquebantur.) Quid est annuentes oculis? pronunciantes vultu quod in corde non gestant. Et annuentes oculis qui sunt? Quoniá mihi quidem pacifice loquebantur. Et insuper irã dolose cogitabant. Et dilatauerũt in me os suum.) Primo annuentes oculis, leones illi quærentes rapere & deuorare, primo blandientes pacifica loquebantur, & super iram
Mat. 22. dolose cogitabant. Quæ pacifica loquebantur? Magr̃ scimus quia nullius personam accipis, & in veritate viam dei doces, licet dare tributum Cæsari, an non licet? Mihi quidem pacifica loquebantur. Quid ergo? Eos tu non agnoscebas, & fallebant te oculis annuentes. Imo agnoscebat, ideo ait,
Ioã. 16. Quid me tentatis hypocritæ? Postea dilatauerunt in me os suum, clamantes, crucifige crucifige. Dixerunt euge euge viderũt oculi nostri.) Hoc iam insultando euge, Mat.
propheriza nobis Christe. Quo simulata erat pax ipsorũ, qñ tentabant de numo, fiiã insultatoria laus eorũ. Dixerunt euge viderunt oculi nr̃i, id est, facta tua, mirabilia Mat.
tua: hic est Christus, si ipse est Chr̃s descẽ D
dat de cruce & credimus ei, alios saluos fe-
cit, seipsum saluũ facere non põt. Viderunt
oculi nr̃i.) Hoc est totũ quod se iactabat,
quod se filium dei dicebat. Dũs aũt patiens
hærebat in cruce, non potentiam perdide-
rat, sed patientiam demonstrabant. Quid Ioã.
.n. illi erat magnum de cruce descendere,
qui potuit postea de sepulcro resurgere?
Sed cessisse videt insultãtibus: & hoc oportebat, vt resurgens suis se oñderet, & non
illis in magno sacro, quia resurrectio ipsius
vitam nouam significabat, vita autẽ noua
amicis nota est, non inimicis. Vidisti domi
ne ne fileas.) Quid est ne fileas? Iudica. De
iudicio etenim dicit quodã loco. Tacui, nũ Psal.
quid semper tacebo? Et de dilatione iudicij
dicitur peccatori, Hæc fecisti & tacui, suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis.
Quo tacet qui loquit per prophetas, qui loquitur ore suo in Euangelio, qui loquitur
per Euangelistas, q̃ loquitur per nos qũ ve-
rũ dicimus. Quid ergo silet? A iudicio
nõ à præcepto, non à doctrina. Hoc aũt iudicium ipsius vocat quodãmõ Propheta & p̃
dicit, Vidisti dñe ne tacueris. i. quia nõ file
bis, quia necesse est vt iudices. Dño ne discE
das à me.) Donec veniat iudicium ne discedas à me, sicut promisisti, Ecce vobiscum
sum vsq; in cõsummationem seculi. Exurge dñe & intende iudicio meo.) Cui iudi- Mat.
cio? Quia tribulatus es, q̃a laboribus & do-
loribus cruciatus es. Nonne ista ẽt multi
mali patiuntur? Cui iudicio? Ideo iustus,
q̃a ista pateris? Nõ. Sed quid? Iudicio meo.
Quo seq̃t intẽde iudicio meo. Deus meus
& dñs meus in causam meam.) Nõ in pœnã meã, sed in causam meã. Nõ in id quod Mat.
meum habet latro cõe, sed in illud quo bea Dei
ti qui pſecutionẽ patiuntur pp iustitiam. scã.
Hæc.n. causa discreta est. Nã pena similis Bapt.
est bonis & malis. Itaq; martyres non facit mi.
pœna, sed cã. Nam si pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena eẽnt,
omnes catenæ martyres traherent, omnes
q̃ gladio feriũtur coronarẽtur. Ergo discernat cã, Nemo dicat, quia patior iustus, sum,
quia ipse qui primo passus est, ideo magnã
exce-

Matt. 5. exceptionem addidit, Beati qui persecutionem patiuntur pp iustitiam. Nam hũtes bonam causam faciunt persecutionẽ, & hũtes malam causam patiuntur persecutionẽ. Si.n. persecutio non posset fieri bene, nõ diF ceretur in Psalmo, Detrahentem proximo
Psa. 100. suo occulte, hũc persequebar. Deinde frẽs, pater bonus & iustus, nonne persequitur filiũ luxuriosum? Persequitur vitia eius, non ipsum, non quod genuit, sed quod ille addidit. Medicus nempe q̃ ad salutẽ adhibetur, nonne ferro plerunq; armatur? Sed contra vulnus, non cõtra hominẽ, secat vt sanet: & tamen cũ secat ægrotũ, dolet ille, clamat, refistit, & si forte febre mentẽ perdiderit, etiã mediũ cædit: nec tamen ille desistit à salute ægrotantis, quod nouit facit, illũ maledicentem, conuiciantẽ non curat. Nõne exci tantur cuncti lethargici ne somno graui pmãtur in mortẽ? Et hoc patiũtur à filijs suis quos charissimos genuerunt. Et nõ est charus filius, nisi fuerit dormiẽti pñi molestus. Lethargici excitãtur, phrenetici ligãtur, sed tamen vtriq; amantur. Nemo ergo dicat, pſecutionẽ patior: non ventilet pœnam, sed probet cãm: ne si cãm non probauerit, numeretur cũ iniquis. Ideo q̃ vigilanter, quã optime hic cõmendauit, Domine intende iudicio meo, non pœnis meis, deus meus & dominus meus in cãm meã. Iudica me domine sc̃dm iustitiã meã.) Hoc est, in cãm meam. Non sc̃dm pœnam meam, sed sc̃dm iustitiam meã. Domine deus meus. i. sc̃dm
G hoc me iudica. Et non insultent in me inimici mei. Non dicant in corde suo euge euge animæ nostræ.) Id est, fecimus quod potuimus, occidimus, abstulimus. non dicant,
Psa. 123. ostende qui nihil fecerunt: non dicãt, absorbuimus eũ. Vnde illi martyres dicunt, nisi quia dominus erat in nobis fortasse viuos absorbuissent nos. Quid est absorbuissent nos? In corpus suum traiecissent nos. Hoc enim absorbes, qđ in corpus tuũ traijcis. Vult te mundus absorbere, tu absorbe mũdũ, & traijce illum in corpus tuũ, macta & Acto. 10.
mãduca. Qđ Petro dictũ est, Macta & mãduca, occide in eis quod sunt, fac eos quod tu es. Illi aũt contra si tibi persuaserint impietatem, absorberis ab eis, non quando per sequuntur te ab his absorberis, sed quando tibi persuadent quod sunt. Nec dicant ab
Exo. 32. sorbuimus eum.) Tu absorbe corpus Paganorũ? Vult te norum. Quare corpus Paganorũ? Vult te absorbere, fac illi quod vult tibi facere. Ideo fortasse vitulus ille comminutus in aquam missus, & populo datus est, vt absorberetur ab Israel corpus impiorũ. Erubescãt & reuereãtur simul, qui gratulãtur malis meis. Induantur confusione & verecundia.) Vt nos illos absorbeamus erubescentes & confusos. Qui maligna loquuntur aduersum me.) Illi erubescant, illi confundaũ. Quid tu? Iam caput cum membris? Exultent & lẽtentur qui volunt iustitiam meam.) Qui H
hæserint corpori meo. Et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem seruí eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.) Et cuius lingua durat meditari tota die laudem dei? Ec
ce modo paulo longior sermo factus est, fatigamini, tota die deum laudare quis durat? Suggero remedium, vnde tota die laudes deum si vis, quicquid egeris bene age, & laudasti deum. Quando cantas hymnum, laudas deum. Lingua tua quid agit, nisi laudet cõscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis vt reficiaris, noli inebriari, & laudasti deũ. Discedis vt dormias, noli surgere ad malefaciendum, & laudasti deum. Negocia agis, noli fraudem facere, & laudasti deum. Agrum colis, noli fraudem facere, & laudasti deum. Agrum colis, noli litem mouere, & laudasti deum. In innocẽtia operum tuorum præpara te ad laudandum deum tota die.

In Psalmum trigesimumquintũ enarratio.

INtendat charitas vestra paululum textum & mysteria Psalmi huius, & pcurramus eũ, q̃a in multis locis aptus est. Vbi I
aũt obscuritatis necessitas nos immorari coegerit, tolerabitis fructu discendi. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, nõ est timor dei ante oculos eius.) Non vnũ homi
nẽ, sed genus hominũ iniquorũ dicit, q̃ sibi aduersantur, nõ intelligẽdo vt bene viuãt, In. 2. sc.
non quia non possunt, sed q̃a nolunt. Aliud est.n. quando quisq; conatur aliq̃d intelligere, & p infirmitatẽ carnis non põt, sicut dicit quodã loco scriptura, Quia corpus qđ corrũpit aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Aliud aũt quando pernicios̃ius agit aduersum seipsũ cor humanũ, vt qđ possit intelligere, si bona volũtas accederet, nõ intelligat, nõ q̃a difficile ẽ, sed q̃a volũtas aduersa ẽ. Hoc aũt fit dũ amãt pctã sua, oderũt p̃ceptа

pta dei. Sermo.n.dei aduersarius tuus est,si tu amicus sis iniquitatis tuæ. Si autē tu aduersarius sis iniquitatis tuæ,sermo dei amicus tuus est,& aduersarius iniquitatis tuæ. Si ergo odisti iniquitatem tuam, iungis te sermoni dei, & eritis duo aduersus illā pericendā,tu & sermo dei. Tu.n.per te ex viribus tuis nihil potes, adiuuat te ille qui tibi sermonem misit,& vincitur iniquitas: Si tu K illā odisti,& deus dimisit & eris liber:Si autem ipsam diligas, contrariū est tibi intelligere quicquid contra illā dr. Fac hominem q̄rere quō sit æqualis filius patri, credidit, q̄rit,intelligere nō dū pōt. Magna.n.res est, & vires maiores desyderat vt possit capi,& est initiū fidei quod custodit animā donec roboret. Lacte nutritur vt perueniat ad habitudinem & firmitatem cibi solidioris, vt
Ioan. 1. possit intelligere, In principio erat verbū, & verbum erat apud deū,& deus erat verbū. Anteq̄ hoc possit,nutritur in fide,& conatur intelligere vt intelligat quantū deus dederit. Nunquid & quod cū conatu intel-
Tobi.4. ligit? Quod tibi fieri nō vis,alij ne feceris: vt quia non vis pati iniquitatem,non facias iniquitatem: quia non vis pati dolū & insidias,non insidieris alteri. Hoc autem cū nō vis intelligere,volūtati tuæ tribuitur. Ideo dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Proposuit delinquere,sed nunquid qui proponit delinquere publice hoc dicit, & non in semetipso? Quare in semetipso? Quia hō illum non videt. Quid ergo, quia hō non videt? In ipso corde vbi sibi dicit, vt delinquat,deus ibi non videt? Videt ibi deus,sed quid sequitur? Non est timor dei ante oculos eius. Ante oculos timor hominum est, Non audet.n.publice profiteri iniquitatē, ne vel reprehendatur,vel dānetur ab homi L nibus. Discendit aūt à conspectu hominū. Quo? Ad semetipsum ducit se intro,& nemo illum videt,vbi meditatur dolos & insidias,& delicta nemo videt. Posset & nec ibi apud se meditari, si cogitaret quia deus illū videt: sed quia nō est timor dei ante oculos eius,cum discesserit à conspectu hominum ad cor suū, ibi quē timeat? Nunquid nō ibi est præsens deus? Sed nō est timor dei in cō spectu eius. Medi tat ergo dolos & seq tur. Forte latet illū,quia deus ibi videt,& iā oī dit quod dicere cœperā. Latet illū sed volē tē,quia cōtra se fecit nolēs intelligere. Q̄m dolose egit in cōspectu eius.) In cuius conspectu? Cuius timor nō est añ oculos eius qui dolose egit. Vt inueniret iniquitatē suā & odisset.) Iste sic egit vt nō inueniret. Sūt enim homines qui quasi conātur q̄rere iniquitatē suā,& timent illā inuenire: quia si illā inuenerint,dr illis,recedite ab illa. Hæc fecisti anteq̄ scires,iniquitatem fecisti cū esses in ignorātia. Dat deus veniā,mō cognouisti eā, dimitte illā vt possit facile ignorā-
tiæ tuæ venia dari,vt libera frōte dicas deo, Psal.
Delicta iuuentutis meæ, & ignorātiæ meæ M
ne memineris. At illam quærit ac timet ne
inueniat illam,dolose.n q̄rit. Non sciebam quia pctm est. Quando dicit hō? Cū videbit,quia pctm est, & destiterit facere ipsum peccatū,quod ideo faciebat,quia ignorabat. Vere sic voluit nosse iniquitatem, vt inueniret & odisset. Nunc aūt multi dolose agūt, vt inueniant iniquitatē suam,Id est,non ex animo agunt inuenire & odisse. Sed quia in ipsa inquisitione dolus est,in inuentione defensio iniquitatis erit. Cum.n.inuenerit iniquitatem,ecce iam manifestū est illi q̄ iniquitas est,noli illam facere. Et ille qui dolo
Mat.25. se agebat vt inueniret, iam inuenit,& non odit. Quid.n.dicit? Quā multi hoc faciūt, & quis hoc non facit? Et nunquid oēs perditurus est deus? Aut certe hoc dicit: si nolet deus illam fieri, viuerent homines qui ista cōmittunt? Vides quia dolose agebas ad inueniendam iniquitatē tuam. Nā si nō dolose,sed synceriter ageres, iam inuenisses & odisses,modo inuenisti & defendis. Dolose ergo agebas cum quæreres. Verba oris eius iniquitas & dolus,noluit intelligere vt bene ageret.) Videtis quia voluntati illud tribuit, quia sunt homines qui volunt intelligere & non possunt. Sunt autem homines A
qui nolunt intelligere,ideo non intelligūt.
Noluit intelligere vt bene ageret. Iniqui
tatem meditatus est in cubili suo.) Quid dixit in cubili suo? Dixit iniustus, vt delinquat in seipso. Quod dixit superius in semetipso,hoc hic dixit in cubili suo. Cubile nostrum est cor nostrum, ibi tumultum patimur malæ conscientiæ, & ibi req̄escimus, quando bona conscientia est. Qui amat cubile cordis sui,aliquid boni ibi agat, Ibi est
cubile vbi nos dominus Iesus Christus iu- M
bet orare. Intra in cubiculū tuum, & clau-
de ostium tuum. Quid est claude ostium tuum? Noli talia expectare de deo q̄ foris secus sunt, sed ea quæ intrinsecus sunt. Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Quis est qui nō claudit ostiū? Qui talia petit

lia petit à deo pro magno, & ibi constituit omnes preces suas, vt accipiat ea quæ sunt huius seculi bona. Patet ostiū tuū,turba vi
det cū oras. Quid est claudere ostiū tuum? Vt hoc petas à deo quod solus deus nouit
Esai.64. quō tibi det. Quid est hoc pp quod claudis
1.Co.2. ostium & petis? Quod oculus nō vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et forte non ascēdit in ipsum cubile tuū. i. B in cor tuum. Sed deus nouit quid tibi daturus est. Quando aūt erit? Q̄n reuelabit dominus,quādo apparebit iudex. Quid.n.ma
Mat.25. nifestius quam qd dicturus est ad dexterā positis, Venite benedicti patris mei,percipite regnum quod vobis paratum est ab origi
Sapiē.1. ne mūdi. Audient hæc illi qui ad sinistram erant,& gement infructuosa pœnitentia,qa cum ita viuerent eam fructuose noluerunt
Mat.25. agere. Quō gement? Quia non est illis locus correctionis. Audient autem & ipsi, Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Iste ost auditus malus. Nam iusti ad auditum bonum gaudebunt.
Psa.111. Sic enim scriptum est, In memoria æterna erit iustus, ab auditu malo non timebit. A
Ephe.3. quo auditu malo? Quem audituri sunt illi, Ite in ignem æternum. Deus.n.qui potest supra quam petimus, aut intelligimus facere,occultum gemitum nostrum quærit, vt in conspectu eius placeamus,& nō nos qua si de iustitia nostra ante homines iactemus. Qui.n.de iustitia sua placere vult homini-
bus,non eo fine vt homines qui eum videt C
deum laudent,sed ea intentione vt ipse lau-
Matt.6. detur, non claudit ostium contra strepitū, quia patet ostium in illo strepitu,& non audit deus quomō audire vult in cubili. Cubi
le ergo,id est,cor nostrum,laboremus mundare, vt ibi possit nobis bene esse. Nouit charitas vestra quàm multa multi patiuntur in publico,in foro,in iurgijs,in iniurijs, in contentionibus & molestijs negociorū. Quomodo quisque fatigatus negocijs foris, currit ad domum suam vt ibi req̄escat, & dat operam cito finiri negocia, quæ foris sunt,& tollere se ad requiem in domū suā. Ideo enim vnusquisque domum suam habet, quia ibi requiescit. Si vero & ibi molestias patiatur, vbi potest requiescere? Quid ergo bonum est? Vt vel in domo sua requiē habeat. Si autem patitur foris inimicos, intus forte malam vxorem, procedit in publicum. Cum vult requiescere ab his quæ foris sunt, ītrat in domū. quādo vero ne cibi requiescit, nec foris requiescit, vbi erit requies? Saltem in cubili cordis, vt tollas te ad interiora conscientiæ tuæ. Si tibi inueni sti forte coniugem, q̄ tibi non faciat amaritudinem sapientiā dei, cū ipsa coniungere, quiesce intus in cubili tuo, nō inde te eiiciat fumus malæ conscientiæ. At ille vt meditaretur dolos, illuc se tollebat, de quo loquitur ista scriptura, vbi homines non vident, & talia ibi meditabatur, vt nec in ipso cor-
de requiesceret. Iniquitatem meditatus est D
in cubili suo. Astitit omni viæ non bonæ.)
Quid est astitit? Perseueranter peccauit.
Vnde & de quodam pio & bono dicitur, Et
in via peccatorum non stetit. Quō ille nō Psal.1.
stetit, sic iste astitit. Malitiā aūt non odio habuit.) Ibi est finis, ibi fructus, si non potest non habere malitiam, vel oderit illam. Cum enim odisti illam, vix tibi surrepit vt aliquid mali facias. Est enim peccatum in mortali corpore. Sed quid dicit Apostolus? Rom.6.
Non regnet pctm in vestro mortali corpore, ad obediendum desyderijs eius. Quādo incipit non esse? Q̄n complebitur in nobis quod ait, Cum corruptibile hoc induerit in 1.Co.15
corruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Antequam hoc fiat est delectatio iniquitatis in corpore, sed maior est delectatio voluntatis, Verbis sapientiæ præceptis dei, vince pctm & voluptatem eius. Peccatum & iniquitatem oderis vt iungas te deo qui tecum illud oderit. Iam coniunctus mente lēgi dei, mente serui legi dei. Et Rom.7.
si carne propterea seruis legi peccati, quia sunt in te delectationes q̄dam carnales, tūc nullæ erunt q̄n iam nō pugnabis. Aliud est non pugnare, & esse in pace vera atq; perpetua: aliud pugnare & vincere, aliud pugnare & vinci, aliud nec pugnare sed trahi. E
Sunt.n.homines prorsus qui non pugnant, qualis est iste de quo loquitur, Cum.n.dicit, Malitiam non odio habuit, quō pugnat contra eam quam non odit? Iste à malitia trahitur nec pugnat. Sunt aūt qui pugnare incipiūt, sed quia de viribus suis præsumūt, vt ostendat illis deus, quia ipse vincit si se homo subiungit deo, & pugnantes vincuntur, & cum quasi cœperint tenere iustitiam, fiunt superbi & eliduntur. Isti pugnant, sed vincuntur. Quis est autem qui pugnat & non vincitur? Qui dicit, Video aliam legē in membris meis repugnātem legi mentis meæ. Videt repugnanté legem legi mentis Rom.7.
suæ. Videt repugnantem sed non de viribus

suis

suis præsumentē, iste ideo victor erit. Quid enim sequitur? Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Chr̃m dn̄m nr̃m. Præsumit de eo qui iussit vt puguet & vincat hostem, adiutus ab adiuuante. Iste aūt malitiā odio habuit. Dn̄e in cœlo misericordia tua, & ve
F ritas tua vsq; ad nubes.) Nescio quam misericordiam ipsius dicit quæ in cœlo est. Est enim misericordia domini & in terra. Ha-
Psal. 32. bes scriptum, Misericordia dn̄i plena est terra. De qua ergo misericordia loquitur cum dicit, Dn̄e in cœlo misericordia tua? Munera dei partim temporalia sunt atq; terrena, partim æterna & cœlestia. Qui ꝓpter hoc colit deum, vt terrena ista atq; temporalia accipiat q̄ omnibus præsto sunt, quasi adhuc vt pecus est, Vtitur quidem misericordia dei, sed non illam quam expectaturus est, q̄ non dabitur nisi solis iustis, sanctis, bonis. Quæ sunt munera q̄ omnibus abundant? Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu-
Mat. 5. stos. Quis non habet istam misericordiam dei? Primo vt sic discernatur à pecoribus, vt rationale sit animal quo possit deum intelligere: deinde frui ista luce, isto aere, pluuia, fructibus, diuersitate tēporū, solatijs terrenis, salute corporis, affectu amicorū, salute domus suæ. Omnia ista bona sunt, & dei munera sunt. Ne putetis fratres ꝙ aliquis illa poterit dare, nisi vnus deus. Quicunque ergo non expectant ista nisi à domino, multum interest inter hos & eos qui illa q̄rūt, aut à dæmonibus, aut à sortilegis, aut a mathematicis. Isti enim duobus modis miseri sunt, quia & terrena sola bona desyderant, & non ab eo petunt qui dat omnia bona.
G Qui ergo ista bona desyderant, & in his bonis sœlices esse volunt, & ista sola petunt à deo, hoc quidem meliores sunt, quia à deo ea petunt sed adhuc periclitantur. Dicit aliquis, Quare periclitantur? Aliquādo enim consyderant res humanas, & vident ista omnia bona terrena, quæ desyderant habere atq; abundars impios & iniquos, & putant quia perdiderūt mercedē colendi deū: quia id quod mali habent, aut ipsi non hūt, cum ipsi colunt deum quem non colunt illi: aut aliquando illi qui colunt non habēt, & illi habent qui blasphemant: ergo in periculo sunt adhuc. Hic autem vere intellexit quam misericordiam deprecetur à deo. Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. i. misericordia q̄dā quam donas sanctis tuis cœlestis est, non terrena: æterna est, temporalis non est. Et quō illā potuisti annunciare hominibus? Quia veritas tua vsq; ad nubes. Nam quis posset nosse cœlestem misericordiam dei, nisi annunciaret deus hominibus? Quō illam annunciauit? Mittendo veritatem suam vsque ad nubes. Quæ sunt nubes? Prædicatores ver-
H bi dei. Vnde quodam loco deus iratus est Hi cuidam vineæ: intelligit. n. quantum puto charitas vestra, audiuit istum Esaiam Prophetam, vbi dicit de quadam vinea, Expectauit vt faceret vuam, fecit autem spinas. Et ne quis putaret de vinea ista visibili dicere, sic concluſit, Vinea aūt dn̄i sabaoth, domus Israel est: & homo Iuda, nouellum dilectum. Ergo ipsam vineam increpabat, quā dominus expectauit vt faceret vuam, fecit autem spinas. Et quid ait? Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Iratus deus hoc dixit, Mandabo nubibus meis ne pluāt super eam: & vere factum est. Missi sunt. n. prædicatores Apostoli, sic habemus in actibus Apostolorum, quia Apostolus Paulus volebat prædicare Iudæis, & inuenit ibi nō vuam, sed spinas. Cœperunt enim pro bonis mala reddere, & persequi. Et ait tanquā implens quod dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam: Ad vos mi
I si eramus, sed quia respuit is verbum dei, ecce conuertimur ad gentes. Ergo impleram est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Vsque ad nubes veritas tua veni-
ideo nobis per nubes potuit nunciari misericordia dei quæ in cœlo est, & non in terra. Et reuera fratres, nubes sunt prædicatores verbi veritatis. Quando minatur per prædicatores deus, tonat per nubes. Quando miracula facit per prædicatores deus, coruscat per nubes, terret per nubes, & irrigat per pluuiam. Prædicatores ergo isti, per quos prædicatur Euangelium dei, nubes dei sunt. Speremus ergo misericordiam, sed illam quæ in cœlo est. Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua sicut abyssus multa.) Qui sunt montes dei? Quæ sunt iudicia tua multa sicut abyssus? Qui sunt montes dei? Qui dicti sunt nubes, ipsi sunt & montes dei, magni prædicatores montes dei. Et quomodo quando oritur sol, prius luce montes illustrat, & inde lux ad humilima terrarum descendit: sic quando venit dn̄s noster Iesus Chr̃s, prius radiauit in alti-

tudinem Apostolorū, prius illustrauit montes, & sic descendit lux eius ad cōuallē
Psa. 20. terrarū: & iō quodā loco dicit in Psalmo, Leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxiliū mihi. Sed noli putare, quia ipsi mōtes tibi dabunt auxilium. Accipiunt enim quod dent, non de suo dant. Et si remanseris in montibus, nō erit firma spes tua: sed in illo qui illuminat montes, spes tua & p̄sumptio tua debet esse. Auxilium ât ueniet
K tibi de mōtibus, quia scripturæ per montes tibi ministratæ sunt, per magnos prædicatores veritatis. Sed noli in illis figere spē tuā. Audi quid dicat consequenter, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Quid ergo? Montes tibi dabunt auxilium? Non Audi sequentia, Auxiliū meū à domino, qui fecit cœlum & terram. De montibus veniet auxilium, sed non à montibus. Et à quo? A dn̄o qui fecit cœlum & terram. Erant montes alij, per quos vnusquisq; cum duceret nauim, naufragium faciebat. Emerserūt enim principes hæresum & montes erant. Arrius mons erat, Donatus mons erat, Maximinianus modo quasi mons factus est. Multi in istos montes attēdentes & terram desyderantes, cum de fluctibus volunt liberari, ad saxa cōpulsi sunt,
Psal. 10. & naufragium in terra fecerunt. A talibus montibus non seducebatur ille qui ait, In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Nolo sit spes mea in Arrio, nolo in Dona-
Psa. 120. to: auxilium meum a domino, qui fecit cœlum & terram. Discite quantum præsumatis de deo, & quantum tribuatis homini-
Hier. 17. L bus, quia, Maledictus omnis qui spem suā ponit in homine. Modestissime & humiliter sanctus Apostolus Paulus zelans vere
1. Co. 1. Ecclesiam, sed sponso, non sibi, & horrens illos qñ voluerunt dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, suā personam potius assumpsit, quā calcaret & cōtemneret, vt Christū glorificaret. Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Repellit eos à se, sed vt mittat ad christum. Non vult à spōsa amari pro sponso, sed pro amico sponsi. Amici enim sponsi Apostoli. Huic enim sponso et ille humilis
Ioan. 3. Ioannes, qui putabatur Chr̃s zelabat. Vnde ait, Non sum ego Chr̃s, sed q̄ post me venit maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamēti soluere. Vere quia tm̄ se humilians, oñdit se non esse spōsum, sed amicum spōsi, & ideo ait, Qui habet sponsam sponsus est, amicus aūt sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet ꝓp vocē spōsi. Et si amicus sponsi mons est, non tñ à se habet lucem mons, sed audit, & gaudio gaudet ꝓp vocem sponsi. Nos, inquit, de plenitudi Ioan. 1. ne eius accepimus. De cuius plenitudine? Illius qui erat lumen verū quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mū dum. Huic ergo zelabat & Ecclesiam Apostolus dicens, Sic nos existimet homo quasi ministros Christi & dispensatores my- M steriorum dei: hoc est, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Sic nos existimet hō quasi ministros Chr̃i, & dispensatores mysteriorum dei. Sed ne ite- 1. Co. 4. rum spes tua figatur in mōtibus, & non sit in deo: audi; Ego plantaui, Apollo rigauit, 1. Co. 3. sed deus incrementum dedit. Et neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Iam ergo dixisti, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Sed quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: dicas, Auxiliū meum à dn̄o, qui fecit cœlum et terram: Et iustitia tua sicut montes dei: id est, montes implētur iustitia tua. Iudicia tua sicut multa abyssus. Abyssum dicit profunditatem peccatorum, quo quisq; peruenit contemnendo deum, sicut quodam loco dicit, Dedit illos in cōcupiscentias cordis eorum, facere quæ non conueniunt. Intendat charitas vestra, Magna res est, Magna res agit. Quid est hoc? Dedit illos deus in concupi- Rom. 1. scentias cordis eorum, facere quæ non cōueniunt? Ergo si deus illos dedit in concupiscētias cordis eorū, facere q̄ nō cōueniūt, iō faciūt tanta illa mala. Quasi aliquis ꝓponat qōnē, Si deo hoc facit, vt faciāt q̄ nō cōueniunt, quid ipsi fecerunt? Occultū est qđ A audisti, dedit illos deus in concupiscentias cordis eorum. Ergo fuit cōcupiscentia quā vincere noluerunt, non cui traderentur iudicio dei, sed qua digni haberentur qui traderentur in concupiscentias reliquas. Vide 1. sē. dis. quid de illis superius dixit, Qui cū cogno- 36. c. Et uissent deum, non vt deum glorificauerūt, ideo. aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorum. Vnde? De superbia. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Inde iam sequitur, Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum. Quia ergo fuerūt superbi & ingrati, digni habiti sunt qui trade-

traderentur in concupiscentias cordis sui, & facti sunt abyssus multa: vt non solũ peccarent, sed ẽt dolose agerẽt, ne intelligerẽt iniquitatem suam & odissent. Ista profunditas est malitiæ, vt nollent inuenire & odisse. Sed ad istã profunditatẽ qũo quisque peruenit, vide, Iudicia dei abyssus multa. Sicut montes dei iustitia eius, qui per grã ipsius fiunt magni, sic & per iudicia ipsius fiunt in profundo qui mergũtur in vltima. Hac ergo delectent te mõtes, hac auertere
B ab abysso, & cõuertere ad id quod dicitur, Auxilium meum à dño. Sed vnde? Quia leuaui oculos meos in montes. Quid est hoc. Latine dicã, In Ecclesia Christi inuenis abyssum, inuenis et montes. Inuenis ibi pauciores bonos, quia montes pauci sunt, abyssus lata est. i. multos male uiuentes ab ira dei, quia sic egerunt vt tradẽtur in cõcupiscentias cordis sui, vt iam defendãt peccata sua, & non cõfiteantur, sed dicãt, Quare? Quid feci? Et ille illud fecit, & ille hoc fecit. Iam etiam defendere volunt quod ar
Prou.18 guit sermo diuinus, abyssus est. Ideo quodã loco ait scriptura, Audi abyssum, Peccator, inquit, cum venerit in profundũ malorũ, cõtẽnit. Ecce iudicia tua sicut abyssus multa. Sed nondum es mons, nondum es abyssus. Fuge abyssum, attende in montes, sed nec remaneas in montibus. Auxilium. n. tuum à domino qui fecit cœlum & terram. Homines & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata ẽ misericordia tua deus.) Quia dixit misericordia tua in cœlo, vt & in terra esse sciatur, ait, Homines & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Magna est miseri
C cordia tua, & multiplex misericordia tua deus, & hanc das & hominibus & iumẽtis, salus enim hominum à quo? A deo. Nunquid salus iumentorum à deo non est? Qui enim fecit hominem, ipse fecit & iumenta: quia utrũque saluat, sed salus iumentorum temporalis est. Sunt autem qui pro magno hoc petũt à deo quod dedit iumentis. Multiplicata est misericordia tua deus, vt non solum hominibus sed & iumentis detur.

Quæ datur hominibus? ista carnalis & tẽporalis. Ergo homines non habent aliquid apud deum exceptum quod iumenta non mereantur, & quo iumenta non perueniant? Habent planè. Et vbi est quod habent? Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt.) Attendat charitas vestra dulcissimam sententiam. Homines & iumenta saluos facies. Iam dixit homines & iumenta, deinde autem filij hominum, quasi alij sint homines, alij autẽ filij hominum. Aliquando in scripturis filij hominũ dicuntur generaliter homines, aliquando ꝓprie quodãmodo dicũtur filij hominũ, propria quadam significatione, vt non oẽs homines intelligantur, maxime qñ habet distinctionem. Non enim sine causa ibi positum est, Homines & iumẽta saluos facies domine, filij autem hominum, quasi Ps
his sequestratis custodit seiunctos filios ho D minũ. Seiunctos à quibus? Nõ solũ à iumẽtis, sed & ab hominibus qui salutem iumentorum quærunt à deo, & pro magno hoc desyderant. Qui sunt filij hominum? Qui sub tegemine alarũ eius sperant. Illi enim homines cum iumentis gaudent in re, filij autem hominum gaudẽt in spe. Illi præsentia bona sectantur cum iumentis, isti futura bona sperant cum angelis. Quare ergo cum distinctione illi vocantur homines, & & isti vocãtur filij hominũ? Nã & quodã loco sic ait scriptura, Quid est hõ qm̃ memor es eius, aut filius hominis qm̃ visitas eum? Quid est hõ q̃ memor es eius? Memor es quasi absentis, filium autem hominis visitas præsentem. Quid est, memor es hominis? Homines & iumẽta saluos facies dñe, quia & ipsis malis das salutem, & ipsis qui non desyderant regnum cœlorum. Tuetur enim illos, & nõ illos deserit secũdum modum suum tanquam pecora sua: & non illos deserit, tamen tanquã absentium eorum est. At vero quem visitat, filius hominis est, & dicitur ei, Filij autem hominũ
sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Et si vultis discernere ista duo genera hominũ duos hoies primo attendite, Adã & Chm̃. Audi Apostolum, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Nascimur de Adam vt moriamur, resurgemus per Christum vt semper viuamus. Quando portamus imaginẽ terreni hominis, homines sumus: quando portamus imaginem cœlestis hominis, filij hominis sumus, quia Christus filius hominis dictus est. Etenim Adã homo erat, sed filius hominis non erat: ideo illi pertinent ad Adam qui desyderant carnalia bona, & salutem istam temporalem. Hortamur illos vt filij sint hominum, qui sub tegmine alarum eius sperant, & misericordiã illam

illam desyderant, quæ in cœlo est, & quæ annunciata est per nubes. Sed si non possunt adhuc, interim vel temporalia bona non desyderent nisi ab vno deo, & sic in veteri testamento seruiant, vt ad nouũ perueniant. Nam & populus ille terrena bona desyderauit, regnũ Hierusalem, subiectionem inimicorum suorum, abũdantiam fructuum, salutem propriam, salutem filiorũ
F suorum. Talia desyderabãt, & talia accipiebant, sub lege custodiebantur. Desyderabant à deo bona quæ dat & iumentis, quia nondum ad illos venerat filius hominis vt essent filij hominum, tamen iam habebant
Psal.35. nubes annunciantes filium hominis. Venerunt ad illos Prophetæ, annunciauerunt Christum: & erant ibi quidem qui intelligebant, & spem futuram habebant, vt acciperent misericordiã quæ in cœlo est, Erãt ibi qui non nisi carnalia desyderarẽt & terrena, temporalemq; fœlicitatem. Ipsis labentur pedes ad facienda vel adoranda idola. Quando. n. illos admonebat, & flagellabat in his omnibus quibus delectabantur, & auferebat ea, patiebantur famem, bella, pestilentias, morbos, & conuertebantur ad idola. Talia bona quæ pro magno à deo desyderare debebãt, ab idolis desyderabãt, & dimittebant deum. Attendebant. n. ipsis bonis quæ quærebant abundare impios & sceleratos, & putabant se frustra deum colere, quia non dabat mercedem terrenam. O homo operarius es dei, postea est tẽpus mercedem accipiendi. Quid iam flagitas mercedem antequam opereris? Si venerit operarius ad domum tuam, nunquid dabis mercedem ante, nisi perfecerit opera sua? Nam peruersum eum existimabis si dixerit, prius accipiam mercedem & tunc operabor. Irasceris. Quare autem irasceris?
G Quia non habuit fidem homini mendaci. Quomodo deus non irascetur, cum tu fidem non habeas ipsi veritati? Quod tibi ꝓmisit, daturus est, nõ fallit, quia veritas est qui promisit. Sed times ne forte nõ habeat quod det. Omnipotens est, noli timere ne non sit quod det. Immortalis est, non timeas, ne succedatur ei. Perpetuus est, securus esto. Si vis in re p̃sumer̃ tota die opera rium tuum, crede & tu deo tora via tua, qa vita tua momentum temporis est ad deũ. Et eris, quid? Filij. n. hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ.) Nescio quid nobis magnum promittit, vult illud dicere & non dicit: non potest ad id animus, nõ capimus. Audeo dicere fratres mei, etiã de sanctis linguis & cordibus, per quas nobis veritas annunciata est: nec dici potest quod annunciabant nec cogitari: Res. n. magna est & ineffabilis, & ipsi ex parte videbant in ænigmate: sic dicit Apostolus, Vi 1.Co.13.
demus nunc ex parte in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ecce in ænigmate, Videntes sic eructabant, quales erimus cum viderimus facie ad faciem, quod ipsi partu H
riebant corde, & lingua parere non poterãt vt caperent homines? Quæ. n. necessitas fuerat ut diceret, Inebriabuntur ab vberta te domus tuæ? Quæsiuit verbum vnde loqueretur de rebus humanis quod diceret. Et quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate, accipere autem vinum immoderate, & mentem perdere: vidit quid diceret, quia cum accepta fuerit illa ineffabilis læti tia, perit quodammodo humana mens & fit diuina, & inebriatur, ab vbertate domus dei. Vnde & in alio Psalmo dicitur, Calix Psal.22.
tuus inebrians q̃ præclarus est. Hoc iam ca lice inebriati erãt martyres, quãdo ad passionem euntes, suos non agnoscebãt. Quid tam ebrium, quam non agnoscere vxorem flentem, non filios, non parentes? Nõ agnoscebant, non eos ante oculos esse arbitraban tur. Nolite mirari, ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte, Acceperũt calicem vnde inebriarentur. Vnde & ille gratias deo agit dicens, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris Psal.115.
accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Ergo fratres simus filij hominum, & speremus sub tegmine alarum eius, & inebriemur ab vbertate domus eius. Quomodo potui di I
xi, & quomodo possum video, & quomodo video, dicere non possum. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos.) Torrens dicitur aqua veniens cum impetu. Impetus erit misericordia dei, ad irrigandos & inebriandos qui modo ponunt spem sub vmbra alarum eius. Voluptas illa quæ est? Quasi torrens inebrians sitientes. Modo ergo qui sitit, spem ponat, qui sitit habeat spem, inebriatus habebat rem, antequam habeat rẽ, sitiat in spe. Beati qui esuriunt & sitiunt iu M att.5.
stitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quo ergo fonte irrigaberis? Et vnde currit tantus torrens voluptatis eius? Quoniam

apud te est,inquit,fons vitę.) Quis est fons vitæ,nisi Christus? Venit ad te in carne,vt irrigaret fauces tuas sitientes. Satiabit sperãtem,qui irrigauit sitientem. Quoniã apud te est fons vitæ. Et in lumine tuo videbimus lumen.) Hic aliud est fons, aliud lumen:ibi non ita. Quod.n.est fons, hoc est & lumen:& quicquid vis illud vocas, quia non est quod vocas,quia nõ potes congruũ nomen inuenire, non remanet in vno nomine.Si diceres, quia lumen est solum diceretur tibi: sine causa ergo mihi dictum est vt esuriam & sitiam. Quis.n.est qui man-
K ducet lumen? Illud plane recte mihi dictũ
Matt. 5. est,Beati mundicordes,quoniam ipsi deum videbunt.Si lumen est,oculis meis paret:paret & fauces, quia illud quod lumen est, & fons est. Fons quia satiat sitientes, lumen ꝙa illuminat cæcos.Hic aliqñ alibi lumen,alibi fons. Aliquando.n currunt fontes & in tenebris, & aliquando in eremo pateris solẽ, non inuenis fontem. Hic ergo possunt ista duo esse separata: ibi non fatigaberis, quia fons est:non tenebraberis, quia lumen est.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.) Quod sæpe diximus,illi sunt recticordes, qui sequuntur in hac vita voluntatem dei. Voluntas dei est aliquando vt sanus sis, aliqñ vt ęgrotes. Si aliquãdo sanus es,dulcis est voluntas dei, & quando ægrotas,amara est voluntas dei,non recto corde es. Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem dei, sed dei vis curuare ad tuã. Illa recta est, sed tu es curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te, & rectum habebis cor. Bene est in hoc seculo,vt benedicatur
L deus qui consolatur laboratur in seculo: benedicatur deus quia emendat & probat: &
psal. 33. eris recto corde dicens, Benedicam dominum omni tempore,semper laus eius in ore meo.Non veniat mihi pes superbiæ.) Certe iam dixit sub vmbraculo alarum eius sperabunt filij hominum,& inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.Cum cœperit quisque isto fonte vberius irrigari,caueat ne superbiat.Non enim inerat Adæ primo homini, sed venit illi pes superbiæ, & mouit illum manus peccatoris,id est, manus diaboli su-
Esa. 14. perbia. Quomodo ille qui eum seduxit,dixit,Ponam sedem meam ad Aquilonem:sic illi persuasit.Gustate & eritis sicut dij. Su-
Gene.3. perbia ergo lapsi sumus,vt ad istam mortalitatem perueniremus. Et quia nos superbia vulnerauerat,humilitas sanos fecit.Venit humilis deus, vt à tanto superbiæ vulnere curaret hominem. Venit,quia verbum Ioan
caro factum est & habitauit in nobis. Comprehensus est à Iudæis, insultatum est ei. Audistis cum euangelium legeretur, quid dixerunt,& cui dixerũt, dæmoniũ habes:& ille non dixit,dæmonium habetis vos,quia Ioan
vos in peccatis vestris estis,& diabolus possidet corda vestra. Non hoc dixit, quod si M diceret,verum diceret:sed non erat tempus vt hoc diceret,ne non veritatem prædicare, sed maledictum reddere videretur.Dimisit quod audiuit,quasi non audisset. Medicus enim erat,& phreneticum curare venerat. Quomodo medicus non curat quicquid audiat à phrenetico, sed quomodo conualescat & fiat sanus phreneticus: nec si & pugnum ab illo accipiat curat:ille illi facit noua vulnera, ille veterem febrem sanat: sic & dominus ad ægrotum venit,ad phreneticum venit, vt quicquid audiret, quicquid passus esset contemneret, hocipso eos docens humiliratem,vt humilitate docti,sanarentur à superbia,de qua iste liberari deprecatur dicens, Non veniat mihi pes superbiæ, Et manus peccatorum non moueat me.)Si enim venerit pes superbiæ, mouebit manus peccatoris. Quæ est manus peccatoris?Male suadentis operatio. Si factus es superbus,cito te corrumpit qui male suadet. Satage humilis fieri in deo, & non valde curres quid tibi dicatur.Hinc est quod alibi dicitur, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Quid est,ab occultis meis? Non veniat mihi pes superbiæ. Quid est,& ab alienis parce seruo tuo?Neque manus peccatorum moueat me. Seruauod intus est, & non timebis foris. Quare autem valde hoc times? Quasi dicere- A tur, Illi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem.) Vt venirent ad illam abyssum de qua dictum est, Iudicia tua sicut abyssus multa: vt ad illud profun- Psal
dum peruenirent, vbi peccator qui contemnit cecidit. Ceciderunt. Vbi primo ceciderunt? In pede superbiæ. Audite pedem superbiæ. Qui cum cognouissent Rom
deum,non sicut deum glorificauerunt, Venit illis pes superbiæ, vnde venerunt in profundum, tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum facere quæ non conueniunt. Radicem peccati & caput

peccati

peccati timuit qui dixit, Non veniat mihi pes superbiæ. Quare illũ pedẽ dixit? Quia superbiẽdo deũ deseruit & discessit,& pedẽ ipsius,affectũ ipsius dixit. Non ueniat mihi pes superbię,& manus peccatoris nõ moueant me,id est, opera peccatoris non moueant me,vt imitari illos velim. Quare autẽ cõtra superbiam hoc dicit, Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatẽ? Quia ꝙ iniqui
Gen. 3. sunt,in superbia ceciderunt.Ideo cum cautam faceret dominus Ecclesiã ait, Illa tuũ, inqt,obseruabit caput,& tu eius calcaneũ.
B Serpens obseruat calcaneum,quãdo tibi ueniat pes superbiæ,qñ labaris ut deijciat.Tu autem caput eius obserua. Initium omnis
Eccl.10 peccati superbia.Ibi cæciderunt qui operantur iniquitatem.Expulsi sunt nec potuerũt
Ioan. 8. stare.) Primo ille in veritatem non stetit,
Gen. 3. deinde per eum illi quos dimisit deus de pa-
Ioan. 1. radiso.Vnde ille humilis qui nõ se dicit di-
&.3. gnum soluere corrigiam calciamenti,nõ est expulsus,sed stat & audit eum, & gaudio gauder pp vocem sponsi, non proprer suã, ne ueniat ei pes superbiæ,& expellatur,nec posit stare. Et si cum labore aliquibus vestrũ tædio fuerimus, finiuimus psalmum, trãsiuit tædium & gratulabimur,quia psalmus totus expositus est. In medio autem timens ne onerarem vos, dimissurus eram: sed cogitaui quia intentio uestra præcidere tur,& non sic rediret ad dimidium qũo si exponeremus totum,& malui vobis grauis esse,quam in re imperfecta reliquias seruare.Debetur.n.vobis etiã crastinus sermo, orate pro nobis,ut valeamus exhibere,& afferte fauces esurientes & corda deuota.

Cõcio prima,de prima Psalmi. XXXVI.

C NOuissimus dies terribiliter uenturus auditur eis, q̃ securi esse bene viuẽdo nolunt,& male viuere diu volũt.Vtiliter autem deus latere voluit illum diem, vt semper sit paratum cor ad expectandum quod esse venturum scit, & quando ventu-
rum sit nescit.Quia vero dominus noster Iesus Christus magister nobis missus est,ẽt filiũ hominis dixit nescire illũ diẽ, quia in
Mat.24 a nobis.Neqs.n aliquid scit pater qđ filius
nescit, cum ipsa scientia patris ille sit, qui
1.Co.1. sapientia est eius. Est autem sapientia eius, filius eius,verbum eius. Sed quia nobis scire non proderat, quod quidem ille nouerat qui nos docere uenerat,non tamen hoc qđ nobis nosse non proderat, non solum sicut magr aliquid docuit,sed sicut magr aliquid non docuit. Tanquam magister enim sciebat & docere quod proderat,& non docere quod oberat. Sic autem quodam genere locutionis nescire filius dicitur quod nõ docet,ideo nescire dicitur quod nescire nos facit,quomodo quotidie loqmur,modo quodam locutionis vt dixi. Lætum.n.diem dicimus quia lætos nos facit, & tristem diem, quia tristes nos facit,& frigus pigrum,quia pigros nos facit. Quomodo contra dicitur D
a domino,nũc cognoui. Dictum est Abra Gen.22
hæ,nũc cognoui ꝙ timeas deum, hoc deus nouerat, & ante illam probationem. Nam illa probatio ideo facta est,vt nos nossemus quod deus iam nouerat, & propter nos docendos conscriberetur,quod ante documentum ille nouerat: & fortasse & ipse Abraham nõdum nouerat quas uires haberet fides eius. Vnusquisque enim se tentationem tanquam interrogatus agnoscit, sicut Petrus quas vires haberet fides eius vtique nesciebat,quando dixit domino, Tecum paratus sum usque ad mortem. Dominus au- Luc.22.
tem qui nouerat eum, prædixit vbi deficeret, prænuncians illi infirmitatem eius, tanquam tacta vena cordis eius. Proinde Petrus qui ante tentatiouem præsumpsit de se,in tentatione didicit se. Sic ergo non absurde sentimus & patrem nostrum Abraham cognouisse vires fidei suæ, vbi iussus Gen.22
immolare vnicum filium suum, non dubitauit nec trepidauit et offerre qui dederat, quia quemadmodum nesciuit vnde daturus erat nondum natum, sic credidit posse reparare immolatum. Dixit ergo deus, Nunc cognoui quod intelligimus, nunc cognoscere te feci, secundum locutiones E
quas commendauimus, Pigrum frigus, quod pigros faciat, & lætum diem, quod lætos faciat, sic cognoscens quod cogno- Deu.13
scentes faciat. Vnde est illud, Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligatis eum. Dabis enim profecto domino deo nostro, deo summo, deo vero magnam ignorantiam, quod vtique sacrilegum esse intelliges, si sic acceperis, Tentat vos dominus, vt sciat tanquam ipse de nostra tentatione concipiat scientiam in quo erat ante ignorantia, Sed quid est, tentat vos vt sciat? tentat uos vt scire vos faciat. Accipite ergo a contra-

sio regulam intelligentiæ:& quemadmodũ cum deum auditis dicere,cognoui,intelligitis cognoscere uos feci:sic & cum auditis de filio hominis,id est,de Christo dici,qđ illũ diem nesciat,intelligite dici quod nescire faciat. Quid est autem nescire faciat? Occultas vt nesciatur quod nobis prodi non prodest. Hoc est quod dixi magistrum bonum nosse quid prodat,nosse quid tegat,sicut q̃dã eum legimus distulisse. Vnde intelligimus non omnia promenda esse quæ capere
F Ioan.16 non possunt hi quibus promuntur. Dicit enim alibi, Multa habeo vobis dicere,sed nõ potestis illa portare modo. Dicit & Apostolus, Non potui loqui vobis quasi spiritalibus,sed quasi carnalibus, quasi paruulis in
1. Co.3. Christo, lac vobis potum dedi,non escam. Neque.n. poteratis,sed nec adhuc quidem potestis. Quo proficit iste sermo? Vt quoniam diem nouissimum scimus venturum: vtiliter autem scimus venturum,& utiliter ignoramus quando venturus sit: paratum cor habeamus bene viuendo,& non solum non timeamus venturum illum diem, sed & amemus. Dies q̃ppe ille sicut infidelibus laborem auget,sic fidelibus finit. Quid autem horum duorum esse velis, antequam veniat nunc est in potestate, cum uenerit non erit. Elige cum tempus est, quia deus quod misericorditer occultat, misericorditer differt. Iam vero quia in quocunque genere vitæ quod hẽtur aliquã professionem non oẽs inueniũtur probi, non omnes inueniuntur reprobi,ex hoc apparet: quia de quibusdã hominum generibus,q̃p similitudines in Euãgelio mõ ꝓposita audiuimus, sic concluditur, Vnus assumetur, & vnus
Mat. 22 relinq̃tur. Assumetur bonus, relinquetur malus. Videntur duo in agro,eadẽ ꝓfessio est,sed non idem cor. Professionẽ videt ho
G mines,cor nouit deus. Quodlibet ergo ager significet,vnus assumetur,& vnus relinquetur:non quasi dimidia pars assumetur, & dimidia relinquetur, sed gña hominũ duo dicit. Et si aliud eorum sit in paucis, aliud in multis vnus assumetur,& vnus relinquetur:hoc est vnũ genus assumetur,& alterũ relinquetur. Sic in lecto,sic in molendino. Expectatis fortasse quid ista sint, videtis tecta esse,& similitudinibus quibusdã inuoluta. Potest mihi aliud videri,alteri aliud:sed neque ego quod dixero præscribo alteri ad meliorem intellectum,nec ille mihi, an vtrunque cum fide accipiendum sit,si vtrunque cum fide concordat. Videntur.n. mihi in agro laborare qui præsunt ecclesijs, sicut Apostolus dicit,Dei agricultura,dei ædificatio estis. Nam & architectorem se dixit,cum dicit, Vt sapiens architectus fundamentum posui. Et agricolam,cum dicit, Ego plantaui,Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. In molendino ergo duas dixit,non duos. Credo q̃p hæc figura ad plebes pertineat,quia propositi regunt, plebes
H reguntur. Et molendinum puto dictum mundum istum, quia rota quadam temporum voluitur, & amatores suos conterit. Sunt etiam qui de actionibus mundi non recedunt,sed tamen & ibi alij bene operantur,alij male. Alij sibi faciunt amicos de mã Luc
mona iniquitatis,a quibus recipiantur in tabernacula æterna,quibus dicetur, Esuriui & dedistis mihi manducare. Alij ista negligunt, quibus dicetur, Esuriui & non dedistis mihi manducare. Proinde, quia de his qui uersantur in negociis & operibus huius mundi, alij diligunt benefacere indigentibus,alij negligunt: tanquam de duabus in molendino,vna assumetur, & vna relinquetur. Lectum autem positum arbitror pro quiete: quia sunt qui neque actiones mundi pati uolunt,sicut sunt coniugati homines
I tes domos,familias, filios. neque aliquid in Ecclesia agunt, sicut præpositi, velut in agricultura laborantes, sed velut ad hæc infirmi secedunt ad ocium & quieti esse diligunt,veluti memores infirmitatis suæ, non se committentes magnis actionibus, & quodammodo in strato infirmitatis suæ rogantes deum. Et hæc professio habet bonos, fictos. Proinde etiam ex his vnus assumetur, & vnus relinquetur. Ad quamcunq; professionẽ te conuerteris,para te pati fictos: alioquin si te non paraueris,inuenies quod non sperabas,& deficies aut perturbaberis. Ad
K omnia ergo te paratum facit qui tibi loquitur,cum tempus est,& illi loquendi, nondum iudicandi, & tibi audiendi, nondum frustra pœnitendi. Et enim modo pœnitentia non frustra, erit tunc frustra. Etenim tunc pœnitebit homines male vixisse, sed nullo modo illis iustitia dei reuocat, quod sua iniustitia perdiderunt. Iustum enim est apud deum, vt modo impertiatur misericordiam, tunc exerceat iudicium. Ideo tunc non tacetur. An tacetur? Arguat quisque, murmuret, si non per totum orbem hæc scriptura recitatur atque cantatur, si cessat etiam venalis ferri per publicũ. Sed reuera hoc te perturbat hominẽ Christianum,quia vides male viuentes fœlices, rerũ istarum copia circumfluere,sanos esse, superbos,dignitatibus eminere, incolumen habere domum, gaudia suorum, obsequia clientum, excellentissimas potentias, nihil triste interpellare vitam ipsorum, mores nequissimos vides,facultates copiosissimas respicis.& dicit cor tuum nullum esse diui
L num iudicium,omnia casibus fieri,& fortuitis motibus uentilari. Nam si deus,iniquis, res humanas respiceret, non floreret illius iniquitas,& mea innocentia laboraret. Omnis morbus animæ habet in scripturis medicamentũ suum. Qui ergo sic ægrotat, vt ists dicat in corde suo,bibat potionem Psalmi huius, Quid est? Iterũ aspiciamus. Quid dicebas? Quid dicebam,inquis, nisi qđ vides? Mali florent,boni laborant. Quomodo ista videt deus? Accipe,bibe. Ipse tibi hãc de quo ista murmuras temperauit potionẽ, tantum ne recuses saluberrimum poculũ,ac commoda per aurem os cordis,& bibe quod audis. Noli æmulari in malignantibus,neque æmuleris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum cito arescent, & sicut olera prati cito cadent.) Quod tibi longum videtur,cito est deo, subiunge te deo, & tibi cito erit. Quod ait fœnum,hoc intelligimus,olera prati,vilia quædam sunt & superficiem terræ tenentia,altam radicem nõ hñt,proinde per hyemen uirent, at ubi sol æstatis feruescere cœperit, arescent. Modo ergo tempus est hyemis, gloria tua nondũ apparet, sed si alta radix est charitatis tuæ, sicut multarum arborum gloria per hyemem,transit frigus,venit æstas,id est,iudicij dies,tunc arescet viror fœni,tunc appa-
Colo.3. rebit arborum gloria. Mortui enim estis, L ait Apostolus, quomodo uidentur arbores per hyemem,quasi aridæ,quasi mortuæ. Ergo quæ spes si mortui sumus? Intus est radix. Vbi radix nostra, ibi & vita nr̃a. Ibi enim charitas nostra. Et vita vestra,inquit, abscondita est cum Christo in deo. Quando arescit qui sic habet radicem? Quando autem erit ver nostrum? Quando ægritas nostra? Quando nos circunuestit dilectat. Quando hoc erit? Audi quod sequitur, Cum Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Quid ergo modo? Noli æmulari in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatem, Quoniam tanquam fœnum cito arescent, & sicut olera prati cito cadent. Quid ergo tu? Spera in dominum.) Illi enim sperant non in dominum, spes Illorum mortalis, spes illorum caduca, fragilis, volatica, transitoria, inanis erit. Spera in dominum. Ecce spero, Quid agam? Et fac bonitatẽ.) Noli facere malitiam, quam respicis in illis male florentibus, fac bonitatem. Et in habita terram.) Ne forte bonitatem extra inhabitationem terræ facias. Terra enim domi- M
Ioa.15. ni, Ecclesia eius est, ipsam rigat, ipsam colit, ille agricola, ille pater. Multi enim quasi exercent bona opera, sed quia non inhabitant terram, non pertinent ad agricolam. Ergo fac bonitatem, non extra terram, sed inhabita terram. Et quid habebo? Et pasceris in diuitijs eius.) Quæ sunt diuitiæ eius terræ? Diuitiæ eius dominus eius, diuitiæ eius deus eius. Ipse est ille cui dicitur, Pars mea domine. Ipse est ille de quo dicitur,
Psal.17. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Recenti sermone commendauimus
Psal.15. charitati uestræ, & deum esse possessionem nostram, & nos esse possessionem dei. Audi,quia diuitiæ terræ huius ipse est. Vide quid sequitur, Delectare in domino.) Tanquam quæsieris & dixeris. Ostende mihi diuitias terræ illius,in qua me iubes habitare. Delectare,inquit,in domino. Et dabit tibi petitionem cordis tui.) Signanter accipe petitionem cordis tui, discerne petitionem cordis tui a petitionib. carnis, discerne quãtum potes. Nec frustra dictum est in quodam Psalmo, Deus cordis mei, Ibi.n. sequitur & dicit, Et pars mea deus meus in secu-
Psal.72. la. Verbi gratia, Cæcus est corpore, rogat ut illuminetur. Esto, Roget, quia & ista dous præstat, sed rogant hæc etiam mali. Petitio hæc carnis. Infirmatur, rogat se saluum fieri, saluus fit moriturus. Et ista petitio car
A nis est: & si qua sunt talia. Petitio cordis quę est? sicut petitio carnis est, uelle sibi præparari oculos, vtique ad uidendam istam lucẽ quæ talibus oculis uideri potest, illa petitio cordis ad illam lucem pertinet. Beati enim mundi corde, quoniam ipsi deum videbunt. delectare in domino, & dabit
Matt. 5. tibi petitionem cordis tui. Ecce desydero, rogo, uolo, ego ne implebo? Non. Quis ergo? Reuela ad dominum uiam tuam & spera in eum,& ipse faciet.) Indica illi qđ patiaris, indica illi quid velis. Quid enim

pateris? Caro concupiscit aduersus spiritū,
& spiritus aduersus carnē. Quid ergo vis?
Gala. 5. Infelix ego homo, quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Et quia ipse faciet cum
Rom. 7. reuelaueris ad eum viam tuā, vide quid se-
quitur, Gratia dei per Iesum Christum do
minum nostrum. Quid ergo facturus est,
quia dictum est, Reuela ad dominum viā
tuam & spera in eum & ipse faciet? Quid
faciet? Et educet sicut lumē iustitiam tuā.)
Modo enim abscondita est iustitia tua, in fi-
de res est, nondum in specie. Aliquid credis
vt facias, nondum uides quod credis. Cum
autem cœperis videre quid credidisti, edu-
B cetur in lumine iustitia tua, & iustitia tua
Abac. 2. erit fides tua. Iustus enim ex fide viuit.
Rom. 1. Et educet velut lumen iustitiam tuam. Et
iudicium tuum sicut meridiem.) Hoc est
clarum lumen: parum erit dicere vt lumē.
Lumen enim iam dicimus, & cū albescit: lu
men dicimus & cum sol oritur, sed nūquā
est clarior lux, q̄ medio die. Non solum er
go educet sicut lumen iustitiam tuam, sed
erit iudicium tuum tanquam meridies.
Modo enim iudicas sequi Christum, hoc
proposuisti, hoc elegisti, hoc est iudicium
tuum, nemo tibi ostendit quod promisit.
Promissorem adhuc tenes, exhibitorem au
tem expectas. In iudicio ergo fidei tuæ ele-
gisti sequi quod non vides. In abscondito
est iudicium tuum, adhuc reprehenditur &
irridetur ab infidelibus. Quid credidisti?
Quid tibi Christus promisit? Quia immor-
talis eris, & dabit tibi vitam æternam: Vbi
est hoc? Q̄n dabit? Q̄n fieri potest? Iudicas
tu magis sequi Christum promittentem,
quod non vides, quam impium reprehen-
dentem, credidisse te quod nondum vides.
Et hoc est iudicium tuum. Et quale sit iu-
dicium tuum, adhuc non apparet: in isto se-
culo quasi nox est. Q̄n ergo educet iudiciū
tuum, uelut meridiem? Cū Christus appa
C ruerit vita vestra, tunc & vos cum ipso ap
parebitis in gloria. Cū venerit iudicij dies,
& venerit Christus, & congregauerit om-
Colo. 3. nes gentes iudicādas, quid erit tūc? Impius
vbi abscondet perfidiam suam, cum videro
fidem meam? Ergo modo quid? Angustiæ
& tribulationes & tentationes, & beatus,
qui perdurat quia qui perseueraverit vsq;
in finem, hic saluus erit. Ne cedat insulta
Ioā. 10. toribus, ne eligat hic florere, vt ex arbore
fœnum fiat. Quid igitur debeo? Quid de-
beas audi. Subditus esto domino, & obse-
cra eū.) Hoc est, sit vita tua obedire præce
ptis eius. Hoc est subditum illi esse, & ob-
secrare donec det quod promisit. Perseue-
ret bonum opus, perseueret & oratio. O-
portet enim semper orare & non deficere.
In quo appares subditus? In faciendo q̄d Lu
præcepit. Sed mercedem nondum accipis,
forte quia capere nōdum potes. Iam enim
ille potest dare, sed tu non potes accipere.
Exerce te operibus, labora in vinea: finito
die, pete mercedem, fidelis est qui te addu-
xit ad vineam. Subditus esto domino & ob M
secra eum. Ecce facio, subditus sum dño &
obsecro eū. Sed quid tibi videtur? Vicinus
ille nequam male agens & florens est: furta
eius, adulteria eius, rapinas eius ego noui; D
in omnibus elatus, superbus, per iniquitatē
exaltatus non me dignatur agnoscere. In
his quomodo durabo? Morbus ille est, bibe
contra. Ne subæmuleris eum, qui prospe-
ratur in via sua.) Prosperatur, sed in via
sua: laboras, sed in via dei. Illi prosperi-
tas in via est, in peruentione infœlicitas,
tibi labor in via, in peruentione fœlicitas,
quoniam iter impiorum peribit. Nouit
dominus vias iustorum, & inter impio-
rum peribit. Has vias ambula quas nouit D
dominus. Et si ambulas in eis, non te fal
lunt. Via vero impiorum, fœlicitas tran-
sitoria: finita via, peracta est fœlicitas. Qua
re? Quia via illa lata est, finis eius in pro-M
fundum inferni perducit. Via vero tua an-
gusta est, & pauci ingrediuntur per eam:
sed ad quam latitudinem perueniāt, debes
cogitare, ne subæmuleris eum, qui prospera
tur in via sua. In homine faciente iniquita
tem. Desine ab ira & derelinq; furorem.)
Quid stomacharis? Quid per iracundiam
& indignationem ista aut blasphemas, aut
propè blasphemas? In homine faciente ini-
quitatem, desine ab ira, & derelinque furo-
rem. Nescis quo te prouocet ira ista? Di-
cturus es deo, quia iniquus est, illuc pergis, E
Ecce ille quare fœlix est, & ille infœlix es?
Vides quid pariat, offoca malam conceptio
nem. Desine ab ira & derelinque indigna-
tionem, vt iam respiscens dicas, Turbatus
est præ ira oculus meus. Quis oculus nisi
fidei? Interroga oculum fidei tuæ, credi-
disti in Christum. Quare credidisti?
Quid tibi promisit? Si fœlicitatem seculi
huius tibi promisit Christus, murmura ad
uersus Christum, murmura aduersus illū
quando vides infidelem fœlicem. Quid pi-

bi promisit fœlicitatis? Quid nisi in resur-
rectione mortuorum? Quid aūt in hac vita
pateris quod non ipse, in qua magis dedi-
Ioan. 13. gnaris serue, discipule, quam dñs, quam ma
gister? Nonne ab ipso audis, non est seruus
maior dño suo, & non est discipulus super
magistrum? Ille pro te dolores, flagella, op-
probria, crucem, mortem passus est. Et quid
horum iusto debebatur? quid non tibi pec-
catori debebatur? Ergo tene directum ocu-
lum tuū, ne turbetur præ ira, desine ab ira,
& derelinque indignationem. Ne subæmu-
leris, vt maligne facias.) Quasi imitando
eum, qui maligne faciendo floret ad tēpus.
F Ne subæmuleris, vt maligne facias. Q̄m
qui maligne agunt exterminabuntur.) Sed
fœlicitatem eorum video. Credę illi qui di-
cit, exterminabuntur, quia melius ille videt
q̄ tu, cuius oculum turbare ira non potest,
Q̄m qui maligne agunt exterminabuntur.
Sustinentes autem dominum.) Nō enim
aliquem fallacem, sed vtiq; ipsam veritatē.
Non enim aliquem minus valentem, sed
vtique omnipotentem. Sustinentes autem
dominum, Ipsi hæreditate possidebunt ter-
ram.) Quam terram, nisi illam Hierusa-
lem, cuius amore qui exardescit, perueniet
ad pacē? Sed quandiu peccator floret? quā-
diu sustinebo? Festinas, Cito erit quod tibi
diu est. Infirmitas facit diu videri quod
cito est. Quomodo inueniuntur desyderia
ægrotorum? Nihil tamdiu, quam vt calix
sitienti præparetur. Vtiq; festinatur à suis,
ne forte offendatur infirmus. Quando fiet?
quando coquitur? quando dabitur? Celeri-
tas est in illis qui tibi seruiunt, sed infirmi-
tas tua diuturnum putat quod cito agitur.
Ergo videte medicum nostrum blandientē
infirmo dicenti. Quandiu durabo, quandiu
erit? Et adhuc pusillum & non erit pecca
tor.) Inter peccatores certe gemis, de pecca
tore gemis, pusillum & non erit. Ne forte
quia tibi dixi, Sustinentes autem dominum
ipsi hæreditate possidebunt terram, ne su-
G stinentiam istam longissimam putes: mo-
dicum sustine, sine fine accipies quod susti-
nes. Adhuc pusillum modicum, & non erit
peccator. Recole annos ab Adam vsque in
hodiernum diem, percurre scripturas, heri
penè Adam ille de paradiso lapsus est. Tot
secula emensa voluta sunt. Vbi sunt præteri
ta tempora? Sic pauca quæ restant vtique
transibunt. Si toto illo tempore viueres, ex
quo Adam de paradiso dimissus est vsque
in hodiernum diem, certe videres vitam
tuam non fuisse diuturnam, quæ sic auolas-
set. Vnius autem cuiusque hominis vita
quanta est? Adde quantoslibet annos, duc
longissimam senectutem, quid est? Nonne
aura est matutina? Ergo longe sit dies iudi-
cij, quando erit retributio iniustorum & iu
storum. Tuus certe dies vltimus longe abes
se non potest. Ad hunc te præpara. Qualis
enim exieris de hac vita, talis redderis illi
vitæ. Post uitam istam parum nondum
eris, vbi erunt sancti quibus dicetur, Veni-
te benedicti patris mei, percipite regnum Mat 25.
quod vobis paratum est ab initio mundi.
Nondum ibi eris, quis nescit? Sed iam po-
teris ibi esse, vbi illum quondam vlcerosum
pauperem, diues ille superbus & sterilis in H
medijs suis tormentis vidit à longe requie Luc. 15.
scentem. In illa requie positus, certe secu-
rus expectas iudicij diem, quando recipias
& corpus, quando immuteris vt angelo
æqu eris. Ergo quantum est quod festina-
mus & dicimus, quando erit? Tardum erit,
hoc dicturi filij nostri, & hoc dicturi nepo
tes nostri. Et cum singuli quique sibi succe
dentes hæc dicturi sunt, sic transit quod ad-
huc pusillum futurum est, quemadmodum
transit totum quod iam præteritum est. O
infirme, adhuc pusillum, & non erit pecca-
tor. Et quæres locum eius & nō inuenies.)
Ostendit quid dixit, non erit, non quia om
nino non erit, sed quia ad nullos vsus esse
poterit. Si enim omnino non erit, nec tor-
quebitur. Iam ergo securitas data est pecca
tori vt dicat, Faciam quicquid volo quam-
diu uiuo, postea non ero. Non erit qui do-
leat non erit qui torqueatur. Et vbi est, Ite Mat. 25.
in ignem æternum, qui paratus est diabolo
& angelis eius? Sed forte missi in ignem il-
lum non erunt & consumentur? Non illis
diceretur, Ite in ignem æternum, quia non
futuris non esset æternus. Et tamen quid il-
lic futurum sit, eis futurum sit, vtrum om-
nino consumptio, an dolor & cruciatus, nō I
tacuit dominus dicens, Ibi erit ploratus & Matt. 8.
stridor dentium. Qūo ergo plorabunt &
stridebunt dentibus, si non erunt? Quomo
do ergo adhuc pusillum & non erit pecca-
tor, nisi quomodo in consequenti uersu ex-
posuit, & quæres locum eius, & non inue-
nies? Quid est locum eius? Vsum eius.
Habet enim aliquem vsum peccator? Ha-
bet. Hic vtitur illo deus ad probandum iu- Iob. 1.
stum, quomodo vsus est diabolo ad pro-

Mat.26. bandum Iob, qũo vſus eſt Iuda ad tradendum Chm. Eſt ergo in hac vita quod agatur de peccatore. Hic eſt ergo locus eius, qũo eſt in fornace aurificis locus paleæ, Ardet palea vt aurum purgetur, Sic ſæuit impius vt iuſtus probetur. Sed cum tranſierit tps probationis noſtræ, qũ non erunt qui probentur, non erunt per quos probentur. Nunquid quia diximus, non erunt q probentur, non erunt ipſi? Sed quia iã nõ opus erit peccatoribus, per quos iuſti probentur, & quæres locum eius, & non inuenies, Modo quære locũ peccatoris, inuenies. De peccatore fecit deus flagellum, dedit ei & honorem, dedit ei & poteſtatem. Aliquando n. facit hoc, dat peccatori poteſtatem, flagellãtur inde res humanæ, emẽdantur inde pij, peccatori illi hoc redditur quod debetur, & tñ factum eſt de illo vnde proficiat pius, vn de deficiat impius. Quæres locum eius, & non inuenies. Manſueti autem hæreditate poſsidebunt terram.) Terra eſt illa, de qua ſæpe locuti ſumus, Hieruſalem ſancta, quæ liberabitur de peregrinatione iſta, & in æternum viuet cum deo & de deo. Ergo hæreditate poſsidebunt terram. Quæ erunt diuitiæ ipſorum? Et delectabuntur in multitudine pacis. Delectet hic impius ille in multitudine auri, in multitudine argenti, in multitudine mancipiorum, in multitudine poſtremo opum diuerſarum, vinolentiæ, latiſſimorum & luxuriolorum conuiuiorum. Hæc eſt potentia cui inuides, iſte flos eſt q te delectat. Nõne & ſi ſemper ſic eſſet, plangendus eſſet? Quæ erunt autem delitiæ tuę? Et delectabuntur in multitudine pacis. Aurum tuum pax, argentum tuum pax, prædia tua pax, vita tua pax, deus tuus pax. Quicquid deſideras, pax tibi erit, quia aurũ quod eſt, non poteſt tibi eſſe argentum: quod vinum eſt, non poteſt tibi eſſe panis: quod tibi lux eſt, non poteſt eſſe potus, deus tuus totũ tibi erit. Manducabis eum ne eſurias, bibes
K eum ne ſitias, illuminaberis ab eo ne ſis cæcus, fulcieris ab eo ne deficias, poſsidebit te totum integrum, totus integer. Auguſtias non ibi patieris cum eo, cum quo totum poſſides. Totum habebis, totũ & ille habebit, quia tu & ille vnum eritis, quod vnum eritis, quod vnum totum & ille habebit, qui nos poſsidet. Hæ ſunt reliquiæ homini pacifico. Hoc & cantabimus, qui verſus longe quidem eſt in iſto Pſalmo ab his tractatis verſibus. Sed quia ipſum cantabimus, ad ipſum claudere debemus. Tu tantum ſecurus eſto, cuſtodi innocentem, preciosa res eſt. Furari aliquid, credo, vt acquiras, vide quo manum mittis & vnde tollis. Hac vis acquirere, hac perdes. Acquiris pecuniam, perdis innocentiam. Euigilet potius cor tuum, qui volebas acquirere pecuniam, & perdis innocentiam: perde potius pecuniam, cuſtodi innocentiam, & vide directionem, quia diriget te deus, vt omnia quęcunque vult, velis & tu: ipſa enim eſt directio. Nam ſi tu nolis quod deus vult, curuus eris, & prauitas tua non te permitret planari recto. Cuſtodi ergo innocentiam, vide directionem, & noli putare quia finita eſt iſta vita, finitus eſt homo, quia ſunt reliquiæ homini pacifico.

M

Concio ſecunda, de ſecunda parte eiuſdem Pſalmi.

DE Pſalmo iſto loq charitati veſtræ, & iuſsi ſumus, & obtemperare debemus. Voluit. n. dominus propter imbrium nimietatem retardare profectionem noſtram, & imperatum eſt nobis, ne vacaret hic erga vos lingua noſtra, cum cordis noſtri negocium ſemper ſcitis, ſicut & noſtri. Commendaremus autem iam voluntatem dei in iſto Pſalmo, quid nos uelit docere, quid admonere, contra quid cautos eſſe, & quid tolerare, & qd ſperare. Duo nt genera hominũ iuſtorum, & iniquorum in hac terra & in hac vita cõmixta ſunt. Hũt ſingula iſta genera proprias intẽtiones cordis ſui. Genus iuſtorũ conatur in ſublimia per humilitatẽ, Genus iniquorum præponderat ad inferiora per elationẽ. Hoc tãtum ſe deprimit vt ſurgat, illud ſe extollit vt cadat. Ex eo fit vt vnũ genus toleret, alterum toleretur, Propoſitumq; ſit iuſtis, ipſos etiã iniquos in vitã æternam lucrari: propoſitũ autem iniquis reddere mala pro bonis, & eos qui ſibi vitam æternam volunt, ſi fieri poteſt, ẽt vita temporali priuari. Aegre. n. A
ferт & iniuſtus iuſtum, & iuſtus iniuſtum: oneri ſibi ſunt. Nemo dubitat qđ iſti duo alterutrum ſibi oneri ſunt, ſed diuerſis intentionibus. Ad hoc. n. iuſtus iniuſto oneri eſt, quia iniuſtum eum eſſe non vult, ſed eũ iuſtũ fieri, & optat votis, & conatur factis. Iniuſtus autem ſic odit iuſtum, vt nolit eũ eſſe, non vt bonum velit eſſe. Quãto enim bonus eſt, tanto magis oneri eſt iniquitati illius. Et laborat quidẽ ſi fieri poteſt, vt eum iniuſtum faciat: ſi autẽ nõ poteſt, de medio tollat, & a ſuo tædio moleſtiaq; remoueat. Sed & ſi eum fecerit iniuſtum, nihilominus oneri illi erit. Non. n. iuſtus tantũ iniuſto oneri eſt, ſed & duo iniuſti vix ſe patiuntur. Et quando ſe videntur diligere, conſcientiam ſibi debent, non amicitiã. Tunc autem ſecum concordant, quando in perniciem iuſti conſpirant, nõ qa ſe amãt, ſed quia eum, qui amandus erat ſimul oderunt. Contra hoc genus hominum indicit nobis dominus deus noſter, tolerantiam & affectum illum charitatis, quem nouimus
Matt. 5. in Euangelio, præcipiente nobis domino & B
dicente, Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderũt vos. Sic & Apoſtolus,
Rom.12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Contende cum malo, ſed de bonitate. Ipſa eſt. n. vera contentio, vel potius certamen ſalubre, vt ſit bonus contra malũ, non vt ſint duo mali. Etgo ad Pſalmum reſpicite. Primæ partes iam tractatæ ſunt, ſequuntur hæ. Obſeruabit peccator iuſtum, & ſtridebit ſuper eũ dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum.) Quem? Vtique peccatorem ſtridentem ſuper iuſtum dentibus ſuis. Vnde autem dominus irridet eum? Quoniã proſpicit, quod veniet dies eius.) Acerbus videtur cũ minatur iuſto neſciens horam ſui craſtinam, dominus autem vi-
Mat.16. det & proſpicit diẽ eius. Quẽ diem? Quo
Rom.2. reddet vnicuique ſecũdum opera ſua. Thesaurizat. n. ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei. Sed dominus proſpicit, tu autem non proſpicis: indicabit tibi quid proſpicit. Tu diem iniuſti quo pœnas paſſurus eſt ignorabas, ſed qui ſcit non te celabit. Non parua pars ſcientiæ eſt, ſcienti cõiungi. Ille habet oculos cognitionis, tu habeto credulitatis. Quod videt deus, crede tu. Veniet. n dies iniuſti quem proſpicit C
deus. Qui dies? Eius vindictæ. Neceſſe eſt tamẽ vt vindicetur in impium, vindicetur in iniuſtum, ſiue conuertat ſe, ſiue non ſe conuertat. Si. n. ſe conuerterit, hoc ipſum in illo vindicatur, quod perijt iniquitas. Non
Acto.1. ne irriſit dominus proſpiciens dies iniquo-
Acto.9. rum duorum, & Iudæ traditoris & Saulis perſecutoris? Vnius diem proſpexit ad pœnam, alterius ad iuſtitiam. In vtrunq; vindicatum eſt. Ille eſt gehennæ ignibus deputatus, iſte cœleſti voce proſtratus. Ergo & tu quem pateris iniquum, per oculos fidei proſpice cum deo dies eius: & cum eum videris in te ſæuientem, dic tibi. Iſte aut correctus meus erit, aut perſeuerans mecum non erit. Quid. n? Iniuſtitia iniuſti tibi nocet, & illi non nocet? Vnde fieri poteſt, vt non iniquitas eius quæ per eius indignationem & odium procedit ad lædendũ te, non prius ipſum vaſtet intus, quam te tentet foris? Tuum corpus premit aduerſitas, illius animum putrefacit iniquitas. Nam & quicquid in te profert, in illum redit. Eius. n. perſecutio te facit purgatum, illum reum: cui ergo plus nocet? Ecce ſæuiendo expoliauit te. Quis damno grauiore percutitur, qui amittit pecuniam, an qui amittit fidẽ? Norunt dolere damna iſta qui habent oculum interiorem. Multis enim fulget aurum, quibus fides non fulget. Habent quippe oculos vnde aurum videant, vnde fidẽ videant non habent. Nam ſi haberent & viderent, D
vtique plus amarent: & tamen quando eis frangitur fides, clamant, inuidiam faciunt, & dicunt, O fides, vbi eſt fides? Amas eam vt exigas, ama vt exhibeas. Ergo quia omnes qui perſequuntur iuſtos, grauiore damno feriuntur, & grauiore pernicie afflictantur, cum in eis vaſtatur ipſe animus, ſequitur, & oſtendit hoc Pſalmus. Gladium eduxerunt peccatores, intenderũt arcum ſuũ. Vt deiiciant inopem & pauperem, & trucident rectos corde. Framea eorum intret in corda ipſorum.) Facile eſt vt framea eius, id eſt, gladius eius pueniat ad corpus tuũ. Sicut peruenit gladius perſecutorum ad corpora martyrum, ſed percuſſo corpore, cor manſit illæſum. Illius autem cor qui gladium eduxit in corpus iuſti, non planè manſit illæſum. Hoc Pſalmus iſte teſtatur, Framea eorum non intret dixit in corpus eorum, ſed framea eorum intret in cor ipſorum. In corpore occidere voluerunt, in anima moriuntur. Illos. n. quorum corpora interficere voluerũt, ſecuros dominus
Matth10. fecit, dicens eis. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Quale eſt autem ſæuire gladio, E
nec poſſe occidere niſi corpus inimici, & poſſe occidere animam ſuam? Deſipiunt, contra ſe ſæuiunt, inſaniunt, non ſe videt, tanquam ſi uellet aliquis per corpus ſuum ferreum traiicere, vt concideret tunicam alterius. Attendis qua peruenisti, & non attendis qua traiecisti. Illius concidiſti veſtem, tuam carnem. Conſtat ergo plus eſſe quod

quod se lædunt inquit,& quod sibi nocent, q̃ quod sibi videntur nocere illis quos oderunt. Framea ergo eorum intret in cor ipsorum.Sententia dñi est, aliter fieri non potest. Arcus eorum cõteratur.) Quid est arcus eorũ conteratur? Insidiæ ipsorum frustrentur. Superius.n.dixerat,gladium eduxerunt peccatores,intenderunt arcũ suũ. Gladij eductionem, intelligi voluit apertã oppugnationẽ. Arcus autem intensionẽ, occultas insidias intelligi voluit. Ecce gladius eius peremit eum,& dispositio insidiarum eius frustratur. Quid est frustratur? Nihil nocet iusto. Quo ergo nihil ei nocuit,verbi gra,quẽ sic expoliauit,cui tollendo res suas ad angustias perduxit ? Habe quod cantet.Melius est modicum iusto super diuitias pctõrũ multas .) Sed potentes inquit,& multa faciunt , & suppetit eis rerum effectus,agẽdi celeritas,iussionũ obedientia sequitur. Nũquid semper sic? Qm brachia peccatorum conterentur.) Brachia ergo eorum,potentia eorum . Quid facturus est in gehenna ? An quod fecit ille dives,qui apud superos epulabatur,apud inferos torquebatur? Brachia ergo eorum conterẽtur.Confirmat autẽ iustos dominus.) Quo eos confirmat? Quid eis dicit? Quod dicitur in alio Psalmo, Sustine dñm,viriliter age,& confortetur cor tuum,& sustine dominum.Quid est hoc sustine dñm? Ad tempus laboras, in æternum nõ laborabis: Breuis est molestia tua,æterna erit beatitudo tua.Ad modicum doles,sine fine gaudebis.Sed inter molestias incipis labi, proponitur & exemplum passionum Christi. Vide quid propter te pertulit, qui quare perferret non habebat . Quantacunque patiaris,non peruenies ad illas insultationes , ad illa flagella, ad illam ignominiosam vestẽ , ad illam spineam coronam,ad illam postremo crucem non peruenies , quia iam & de pœna generis humani sublata est . Cum.n. sub antiquis scelerati crucifigerentur , modo nullus crucifigitur . Honorata est & finita est.Finita est in pœna,manet in gloria. A locis suppliciorum fecit transitũ ad frontes imperatorum . Qui tm honorum dedit pœnis suis,quid seruat fidelibus suis ? His ergo rebus,his verbis, his allocutionibus, hoc tali exẽplo confirmat iustos dominus . Sæuiant quantum voluerint , & quantum permisi fuerint peccatores , confirmat iustos dominus. Quicqd acciderit iusto,voluntati diuinæ deputet, nõ potestati inimici.Sæuire ille põt, ferire si ille noluerit nõ põt, Et si ille voluerit vt feriat , nouit suũ quẽadmodum excipiat . Quẽ.n.diligit dñs corripit,flagellat autem omnem filium quẽ recipit.Quid sibi ergo plaudit iniquus,qa flagellum de illo sibi fecit pr meus? Illũ assumit ad ministerium , me erudit ad patrimonium. Nec attendere debemus quantũ permittat iniustis , sed quantum seruet iustis.Sed debemus optare etiã illis, per quos flagellamur, vt conuertantur & flagellent . Sic enim suos fideles erudiebat,qui de Saulo flagellum sibi fecerat.Sed postea conuertit & Saulũ. Et cum Ananiæ sancto,à quo baptizatus est Saulus,diceret dñs, illum suscipiẽdum esse Saulũ, quia vas esset electionis, Rũdit Ananias, timens & exhorrescés audita fama Saulis persecutoris . Domine audiui,inquit,ego de viro isto quantas per H secutiões sanctis tuis fecit in Hierosolymæ & nunc acceptis literis vadit vt vbicunque inuenerit inuocantes nomen tuũ, trahat & ad pontifices adducat. Et contra dominus , Sine, inquit , Ego illi ostendam,quæ illum oporteat pati pro nomine meo.Reddam illi,inquit, vindicabo me de illo, & patietur pro nomine meo,qui sequit in nomen meũ. Erudio vel erudiui per eum alios, erudiam & ipsum per alios. Factum est hoc,& nouimus quanta sustinuerit Saulus, multo plura q̃ fecerat: quasi auarus exactor cum vsuris recepit quod dederat . Sed vide vtrum in illo impletum sit quod modo Psalmus dicit, Confirmat autem iustos dominus . Non solum,inquit, idem Paulus cum multa mala pateretur,sed & gloriamur in tribulationibus, sciens quia tribulatio patientiã operatur, patientia probationem,probatio spem:spes aũt non confundit,quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm sanctum,qui datus est nobis.Bene plane iã iustus,iam confirmatus . Quomõ ergo iusto isti iã confirmato nihil nocebant, qui illum infectabantur,sic nec ipse illis quos p I sequebatur . Confirmat autẽ,inquit,iustos dominus . Audi alias voces confirmati iusti. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an fames, an nuditas,an persecutio ? Quo hærebat,q rebus talibus non separabatur ? Confirmat autem iustos dominus. Descenderunt quidã prophetæ de Hierosolyma, & impleti spiritu sancto prophetauerunt eidem Paulo, q multa

multa passurut esset in Hierusalem, ita vt quidam eorum, Agabus nomine soluta zona religaret se quemadmodũ solet fieri , vt his iudicijs rerũ,futura demonstraret prophetа,dicens,Sicut alligatum me videtis,sic oportet alligari hominẽ hunc in Hierosolymis. Fratres aũt responso admonitũ Saulũ iam Paulum,ne se tantis periculis committeret cœperunt de terrere, & monendo & rogando reuocare ne iret in Hierosolymam. Ille autem qui iam ineorum numero erat de quibus dictum est . Confirmat autem iustos dñs,quid,inquit, confringitis cor meum? Non facio animam meã precio sam mihi: quia iam dixerat eis quos parturierat in euangelio,& ipse impẽdar pro animabus vestris.Ego.n.inquit, non solũ alligari,sed etiã mori paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Confirmat ergo iustos dñs.Quomodo eos confirmat? Nouit dñs vias immaculatorum.) Qñ patiuntur mala,vias mala ambulare credũtur ab ignorantibus , ab his qui non nouerunt videre vias immaculatorum. Ille qui eas nouit, scit per quam rectam ducat mãsuetos suos. Vnde dixit in Psalmo, Diriget mites in iudicio,docebit mansuetos uias suas.Quomodo putatis detestando homines transeuntes ulcerosum pauperem iacentem ante diuitis ianuam? Quo? Forte hunc elausis naribus conspuebant, Nouerat autem dominus illi seruare paradisum . Quomodo autem sibi optabant vitam illius qui induebatur purpura & byssõ,& epulabatur quotidie splendide? Dominus autem qui prospiciebat dies illius,nouerat eius futura tormenta, & sine fine tormenta. Ergo nouit dominus uias immaculatorum . Et hæreditas eorum in æternum erit.) Hoc in fide habemus, Deus nunquid in fide? Deus nouit illa , nunquid in tanta manifestatione, in quanta non possumus dicere, cum vel æquati fuerimus angelis? Non enim nobis tam manifesta erũt, quæ erunt manifesta, quam sunt manifesta illi qui nec commutari potest : tamen & de nobis quid dictum est? Dilectissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus . Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus , quoniam videbimus eum sicuti est.Seruatur ergo nobis, nescio quod dulce spectaculum omnino: etsi cogitari ex aliqua parte in ænigmate & per speculum potest, dici tamen nullo modo potest pulchritudo illius dulcedinis,quam seruat deus timentibus se,perficit autem sperantibus in se. Illuc parantur corda nostra in omnibus vitæ huius tribulationibus & tentationibus.Noli mirari , quia in laboribus pararis , & ad magnum aliquid pararis.Vnde vox illa iusti confirmati, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram,gloriã quæ reuelabitur in nobis. Quæ erit futura gloria nostra,nisi æquari angelis & videre deum? Quantum præstat cæco,qui illi oculos sanauerit,vt videant hanc lucem ? Cum sanus factus fuerit ille , nec inuenit quid dignum rependat sanatori suo. Quantumlibet.n.ille det, quid dabit tale quale ille præstitit? Vt plurimum det,aurũ dabit,& multum aurum dabit, ille lucem præstitit: Vt nouerit ille, quia nihil dat , videat in tenebris quod datur . Quid ergo dabimus nos medico illi,oculos interiores nostros sanati, ad videndam quandam lucem æternam, quo est ipse? Quid illi dabimus? Quæramus,inueniamus si possumus , & in angustiis inquisitionis nræ exclamemus. Quid retribuam domino pro omnibus,quæ retribuit mihi? Et quid inuenit? Calicem salutaris accipiam , & nomen domini inuocabo. Potestis,inquit,bibere calicem quem ego bibiturus sum? Inde Petro, Amas me ? Pasce oues meas,pro quibus biberet calicem domini. Confirmat autem iustos dominus , Nouit dominus vias immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit . Non confundentur in tempore malo.) Quid est non confundentur in tempore malo? In die tribulationis, in die angustiarum non confundentur, sicut confunditur quem fallit spes. Quis est qui confunditur? Qui dicit , quod sperabam non inueni. Non immerito.Sperabas.n.de te,aut sperabas de homine amico.Maledictus autem qui spem suam ponit in hominem. Confunderis , quia fefellit te spes,fefellit spes in mendacio,Omnis enim homo mendax.Si autem ponas spem tuam in deo tuo,non cõfunderis, quia ille in quo spem posuisti falli non potest. Vnde & ille quem pauloante commemoraui,iustus,confirmatus,positus in tempore malo in die tribulationis, quia non confundebatur, quid ait? Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur,patientia probationem,probatio spem,spes autem non confundit. Vnde spes non confunditur? Quia in deo posita est. Ideo sequitur, Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris,

Pfal.26. Mat.26. &. 27. Luc.16. Pfal.14 Luc.16. Pfal.36 1.Co.13 1.Ioã.3. Act.20. Act.20. Act.20. Rom 8. Mat. Pf. 115 Mat.20. Ioan.21 Hie.15 Pf.115 Rom.5.

nostris,per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Iam datus est nobis spiritus sanctus, quomodo nos fallit cuius tale pignus tenemus? Non confundentur in tempore malo. Et in diebus famis saturabuntur.) Est.n.q̃dam hic saturitas eorum. Nam dies famis vitæ huius sunt, alijs esurientibus illi saturantur. Nam ille vnde gloriaretur dicens, Gloriamur in tribulationibus,si egestatem intus pateretur? Videbãtur foris angustiæ, sed intus latitudo erat. Quid autem facit malus homo cum cœperit tribulari? Foris nihil habet,ablata sunt omnia:in conscietia nullum solatium est, non est quo exeat,qa dura sunt: non est quo intret,qa mala sunt. Merito ei fit quod sequitur. (Qm̃ peccatores peribunt.) Quibus.n.locus nusquã est, quomodo non peribunt? Consolatio non est in externis,nõ est in internis. Extra sunt
B enim a nobis,de quibus cõsolatio nulla est. Et vniuersos qui deum non habẽt,pecunia, amicitia, gloria, facultates mundi,serui,& quæcunque bona sunt corporalia,non possunt consolari intrinsecus,quomodo conso
Iob. 1. labatur ille plenus sagina interiore,& de ipsa sagina ructans,Dominus dedit,dominus abstulit, sicut domino placuit ita factũ est, sit nomen domini benedictum. Ergo illis peccatoribus non est locus in his,quæ foris sunt, quia ibi patiuntur tribulationes, vbi conscientia illos non consolatur. Non est bene illis secum, quia bene esse cum malo non potest. Quisquis autem malus est,male secum est. Torqueatur necesse est,sibiipsi tormentum est. Ipse est enim pœna sua, quem torquet conscientia sua. Fugit ab inimico quo potuerit,à se quo fugiet? Ita quidam ex parte Donati venerat ad nos, accusatus & excõmunicatus à suis,hic quærens, quod ibi perdiderat. Sed quia suspici non potuit, nisi eo loco quo debuit. Non.n.deseruit illam partem, quasi integer apud ipsos, vt appareret eum non delectatione sed necessitate fecisse, Quia ibi ergo habere nõ potuit,quod quærebat: quærebat autem va
C nam elationem,& falsum honorem.& quia non inuenit quod ibi perdidit,& ipse pijt. Gemebat saucius & non cõsolabatur. Erãt enim in conscientia eius aculei horribiles taciti. Tentauimus consolari eum de verbo dei,sed ille nõ erat de sapientibus formicis, quæ sibi æstate collegerunt vnde hyeme viuerent. Cum enim res sunt tranquillæ,tũc homo sibi colligere debet verbũ dei, & recondere in intimis cordis sui, quemadmodum formica abscondit in cauernosis pene tralibus labores æstatis. Per æstatem enim Prou. 6
vacat hoc agere. Venit autem hyems.i.superuenit tribulatio, & nisi intus inuenerit quod edat,necesse est vt fame dispereat. Iste enim sibi non collegerat verbum dei,super uenit hyems, non hic inuenit quod quærebat,consolari nisi inde non poterat, de verbo autem dei nullo modo. Intus apud se nihil habebat, foris quod quærebat non inue niebat: ardebat indignationum & dolorum facibus,agitabatur mens eius violenter, & tam diu occulte, donec etiam erumperet in quosdam gemitus, ita vt inter fratres sonaret,& se audiri nesciret. Videbamus & dole bamus vehementer, deus scit, tantam pœnam animæ,tantas cruces,tantas gehennas, tanta tormenta. Qui pluribus apparuit im
D patiens loci huius,si appareret humilis,pos fit ei esse locus salubris. Talis apparuit vt etiam proiiceretur. Neq; hinc desperare debemus fratres de alijs,qui forte elegerint veritatem,& non secuti fuerint necessitatem. Vsqueadeo enim de cæteris desperandum non est, vt nec de isto desperem, quamdiu viuit. De nullo enim viuente desperandum est. Hoc ergo fratres ex occasione hac scire debuit charitas vestra, ne quis forte aliud vobis dicat. Nam subdiaconus eorum,qui cum ei nulla quæstio commoueretur,elegit catholicam pacem & vnitatem,& illis dimissis venit,venit reuera sicut eligens quod bonum est,non sicut repudiatus à malis, sic aceptus est vt de eius conuersione gaudeamus, & eum vestris orationibus commendemus. Potens est enim deus,qui eum faciat etiam atque etiam meliorem. Cæterum de nullo pronunciandum est in aliquã partem,siue in bonam,siue in malam. Quã diu enim hic viuitur,crastinus dies ignoratur. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur,qm̃ peccatores peribunt. Inimici autem domini statim vt gloriabuntur & exaltabuntur, deficiẽtes sicut fumus deficient.) Ex ipsa similitudine rem quam insinuauit agnoscite. Fumus à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipsa elatione in globum magnum intumescit. Sed quanto fuerit globus ille grandior,tanto fit vanior. Ab illa enim magnitudine non fundata & solidata, sed pendente & inflata, it in auras atque dilabitur, vt videas ipsam ei obfuisse magnitudinem.

Quanto

Quanta.n.plus erectus est,tanto extentus: quanto diffusus vndiq; in maiorẽ ambitũ, tanto fit vanior, tanto fit exilior & deficiẽs & non apparens. Inimici autem dñi statim vt gloriabuntur & exaltabuntur, deficiẽtes
1.Ti. 3. sicut fumus deficient. De talibus dictũ est, sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi,sic & isti resistunt veritati,homines mẽte corrupti,reprobi circa fidem. Vnde autẽ resistũt veritati, nisi inflatione tumoris sui, euntes in ventos, extollentes se quasi iustos & magnos? Quid autem de illis ait tanquã de fumo? Sed vltra non proficient. Demen tia.n.eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Inimici autem domini statim vt gloriabuntur & exaltabuntur, deficientes sicut fumus deficient. Fœneratur peccator & non soluet.) Accipit & non reddit,quid est? Non reddit gratiarũ actionẽ.
F Quid.n.à te vult deus, aut q̃d exigit deus, nisi quod tibi promisit? Et quanta accepit peccator,pro quibus non soluit? Accepit vt fit,accepit vt sit homo, multumque interfit inter ipsum & pecus. Accepit corporis formam, accepit in corpore distinctionem sensuum:ad videndum oculos, ad audiendum aures,ad odorandum nares, ad gustandum palatum,ad contrectandum manus, ad ambulandum pedes,salutemq; ipsam corporis. Sed adhuc ista & cum pecore habemus cõmunia. Accepit etiam amplius.i.mentem qua posit intelligere,qua posit capere veritatem,qua posit iustum ab iniusto discernere,qua posit indagare, desyderare,creatorem laudare,& inhærere illi. Hæc omnia accepit & peccator, sed non bene viuendo, nõ reddit quod debet. Ergo fœneratur peccator & non soluit,non reddit ei à quo accepit,non agit gratias:imo vero rependit mala pro bonis,blasphemias, murmur, aduersus deum indignationem: ergo ille fœneratur & non soluit. Iustus autem miseretur & commodat.) Ille ergo nihil habet,iste habet,Videte egestatem, videte diuitias, Ille accepit,& non soluit,iste miseretur & commodat. Abundat illi. Quid si paup est? Etiã sic diues est, Tu tm̃ ad diuitias eius pios
G oculos intende. Respicis enim arcam inanẽ, conscientiam deo plenam non respicis. Nõ habet extrinsecus facultatem, sed habet intrinsecus charitatem. De charitate quanta erogat & non finitur? Etenim si habet foris facultatem, dat ipsa charitas ex deo qd habet. Si autem non inuenit foris quod det, dat beneuolentiam,præstat consilium si potest,præstat auxilium si potest. Ad extremũ si nec consilio, nec auxilio adiuuare potest, vel voto adiuuat,vel orat pro cõtribulato, & forte magis ipse exauditur, q̃ qui porrigit panem. Habet semper vnde det,cui pleHnum pectus est charitatis. Ipsa est charitas quæ dicitur & volũtas bona. Plus à te deus non exigit,q̃ quod tibi intus dedit. Vacare enim non potest voluntas bona. Non.n.habes voluntatem bonam,& si numus tibi superfit,& non porrigis pauperi: ipsi inter se pauperes præstant sibi de voluntate bona, non sunt inter se infructuosi. Vides cæcum duci à vidente, qa nũmos non habuit quos daret egens, commodauit oculos non hñti. Vnde hoc factum est,vt membra sua commodaret ei qui non habet,nisi quia intus in erat voluntas bona, thesaurus pauperum? In quo thesauro dulcissima requies, & ve- H
ra securitas: ad ipsum amittendum nec latro admittitur, nec naufragium metuitur. Seruat secum quod intus habet, nudus euadit,& plenus est. Iustus ergo miseretur & commodat. Quoniam benedicentes eũ,hæreditate possidebunt terram.) Sicut illũ iustum, vere solum iustum & iustificantem, qui & pauper hic fuit,& diuitias magnas attulit,quibus faceret diuites eos, quos inuenit pauperes. Ipse est.n.qui spiritu sancto ditauit corda pauperũ, & exinanitas animas confitendo peccata, impleuit opulentia iustitiæ:qui potuit diuitem facere piscatorem, Matt. 4.
dimittendo retia sua quod habebat contemnentem,quod non habebat haurientem. In firma.n.mundi elegit deus, vt confunderet 1.Co.1.
fortia: Et non de oratore piscatorem,sed de piscatore lucratus est oratorem, de piscatore lucratus est senatorem,de piscatore lucratus est imperatorem. Qm̃ benedicentes eũ possidebunt terram hæreditate, erunt eius cohæredes: terram illam terram viuẽtium, de qua dicitur in alio Psalmo, Spes mea es Psa. 141
tu,portio mea in terra viuentium. Tu es ipsa portio mea,inquit deo, & non dubitauit deum sibi facere portionem. Hæreditate possidebunt terram. Maledicentes autem I
eum,disperient.) Vt autem benedicantur q benedicunt,præstitum est eis: nam ventum est ad maledicentes, & facti sunt benedicentes:& iam sic disperierunt maledicentes cũ cum eius munere facti sunt benedicentes: quem & malo suo maledicebant,in bono autem ipsius benedicunt. Videte quid sequitur.

tur. A dño gressus hominis dirigentur, & viam eius volet.) Ipse homo vt velit viam domini, ab ipso dño dirigũtur gressus eius. Nam si dominus non dirigeret gressus hominis, tam praui erant, vt semper per praua irent, & semitas curuas sequendo redire non possent. Venit. n. ille & vocauit & redemit, & sanguinẽ fudit. Hoc precium dedit, hæc bona fecit, & mala passus est. Attende quæ deus fecerit, deus est: attende q̃ passus sit, homo est. Quis iste deus homo? Si tu ò homo non dimitteres deum, non fieret pro te deus homo. Parum tibi. n. erat ad remuneratorem vel ad domum eius, quia & hominem te fecit, nisi & homo pro te fieret. Ipse est. n. qui direxit gressus nostros, vt viã eius vellemus, A domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. Iam cum sequeris viam Christi, non tibi seculi prosperitates promittas. Per dura ambulauit, sed magna promisit. Sequere, Noli tñ attende
K re qua iturus es, sed & quo venturus sis. Tolerabis dura temporalia, sed ad lætitiam peruenies sempiternam. Si vis sustinere laborem, attende mercedem. Nam & operarius in vinea deficeret, nisi attenderet quid accepturus esset. Cum autem attẽderis qd sis accepturus, omnia tibi erunt vilia q̃ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias. Miraberis tantum dari pro tanto labore. Nam vtiq; fratres pro æterna requie, labor æternus subeundus erat. Aeternã fœlicitatem accepturus, æternas passiones sustinere deberes. Sed si æternum sustineres laborem, quando venires ad æternam fœlicitatem? Ita fit, vt necessario temporalis sit tribulatio tua, qua finita venias ad fœlicitatem infinitam. Sed plane fratres posset esse longa tribulatio pro æterna fœlicitate. Vere gratia, vt quoniam fœlicitas nostra finẽ non habebit, miseria nostra, & labor noster, & tribulationes nostræ diuturnæ essent. Nam & si mille annorum essent, appetẽdę mille annos contra æternitatem, quid appẽdis cum infinito quantumcunq; finitum? decem millia annorum, decies centena milia, si dicendum est, & milia milium, quæ finem habent, cum æternitate comparari nõ
L possunt. Huc accedit, quia non solum temporalem voluit laborem tuum deus, sed etiã breuem. Paucorum dierum est tota vita hominis, etiam si læta duris non misererentur, quæ plura & longiora sunt certe, q̃ dura: & ideo breuiora & pauciora sunt dura, vt durare possimus. Si ergo per totam vitã suã homo in laboribus & in ærumnis esset, in doloribus & in tormentis, in carcere & in plagis, in fame & siti omnibus diebus horis omnibus, per totam vitam suam vsq; ad ętatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis: quo labore transacto, veniet regnum æternum, veniet sine fine fœlicitas, veniet æqualitas angelorum, veniet hæreditas xpi, veniet cohæres Christus: pro quanto labore quantam mercedem accipimus? Veterani homines, qui laborant in malitia, & vertantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare, à iuuentute, exeunt senes: vt habeant paucos dies quietos senectutis suæ, quando eos iam ipsa ætas incipit grauare, quos bella non grauant, quanta dura tolerant, quæ itinera, q̃ frigora, quos soles, quantas necessitates, q̃ vulnera, quæ pericula: & non attendunt patiẽtes hæc omnia, nisi pau M
cos dies quietos illos senectutis, ad quos vtrum perueniant nesciunt? Ergo à domino gressus hominis dirigentur, & viã eius volet. Hinc dicere cœperam, viam Christi si vis, & vere Christianus es: ipse est. n. Christianus, qui non aspernatur viam Christi, sed vult viam Christi sequi per passiones ipsius: noli per aliam viam velle ire, quam per illam qua ipse iuit. Dura videtur, sed ipsa est tuta via: alia forte delicias habet, sed latronibus plena est. Et viam eius volet. Cum ceciderit iustur non conturbabitur, qm̃ dñs firmat manus eius.) Ecce quid est velle viã Chri. Contingat illi vt aliquã tribulationẽ patiatur, aliquã exhonorationẽ, aliquã cõtumeliã, aliquã afflictionẽ, aliquã damna, & cætera quæcunq; abundant in vita ista generi humano. Proponit sibi dñs suum, quanta genera tẽtationum passus est, & non conturbabitur cum ceciderit, quia dñs confirmat manum eius, quia prior passus est. Quid. n. timebis ò homo cuius directi sunt gressus, vt velles viam dñi? Quid timebis? Dolores? Flagellatus est Chris, Contumelias timebis, Audiuit dæmoniũ habes, qui dæmonia excludebat. Forte factionem & conspirationem malorum? Cõspiratum est aduersus illum. Non potes ostendere forte conscientiam tuam bonam, in aliqua accusatione, & vim pateris q̃ aduersus te falsi testes audiuntur. Contra ipsum falsum testimonium dixerunt, non solum ante mortem, sed etiam post resurrectionem. Inducti sunt falsi testes, vt à iudicibus dã-

narretur:

narretur: accesserunt falsi testes custodes ad sepulcrũ. Resurrexit ille cum tanta miraculo commota terra prodidit dñm resurgẽtem. Erat illic & terra custodiens terrã, sed terra durior mutari non potuit. Núciauit vera, sed seducta est à falsa. Dixerũt enim illi custodes Iudæis, q̃ viderant, & quid factum est, Acceperunt pecuniam & dictum
Mat. 28. est eis, Dicite quod vobis dormientibus venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum. Ecce falsi testes & contra resurgentẽ. Quãta autem cæcitas in falsis testibus, quãta cæcitas frẽs. Solent hoc. n. pati falsi testes, vt excæcentur, & contra se dicant nescientes vnde appareat, quia falsi sunt testes. Quid enim illi contra se dixerunt? Cum dormirent venerunt discipuli eius, & abstulerũt eum. Quid est hoc? Quis est qui dicit testimonium? Qui dormiebat. Talibus ergo narrantibus non crederem, nec si somnia B
sua mihi indicarent. Stulta insania, si vigilabas, quare permisisti? si dormiebas vnde scisti? Sic & isti filij eorum vsque huc, sicut meministis, & prætermittendum ex occasione non est. Tanto magis enim debemus commemorare vnitatem eorum, quanto magis quærimus salutem eorum. Ecce corpus Christi patiẽ falsos testes, sustinet corpus, quod præcessit in capite. Non mirum est, & modo non desunt corpori Christi diffuso, non desunt per totum orbem terrarũ qui dicant, progenies traditorum. Falsum testimonium dicis, ibi te conuinco falsum testem, secutus pauca verba, Tu dicis mihi, traditor es, ego tibi dico, mendax es: sed traditionem meam nusquam & nunquam probas, ego mendacium tuum hic in istis ipsis verbis tuis modo probo. Certe ibi dixisti, quia nos acuimus gladios nostros, recito gesta tuorum Circumcellionum. Certe ibi dixisti, quia prætermittis ablata, recito gesta vbi procurationem ad exigenda fecisti. Certe ibi dixisti, Nos sola offerimus euangelia, recito tot iusiones iudicum, quibus à te diuisos persecutus es. Recito preces ad apostatam imperatorem, cui dixisti, quia sola iustitia apud eum habet locum. An forte apostasia Iuliani, pars euangelij tibi vi- C
detur. Ecce mẽdacem te teneo, quid de me dixisti? quod credi debeat. Etiam si non inuenirem vnde ostenderem falsum te dicere, sufficit vt ostendam te mendacem esse. Quid dicis? Qualis tu, tales & cæteri. Nã merito talia verba omnibus misisti, abundare voluisti societate mendacium, ne tu solus erubesceres de mendacio. Sed valet, inquit, in Cæcilianum iudicium patrum nostrum. Quare valebit? Quia epi iudicauerunt. Sed valeat & in te, quod Maximinianistæ iudicauerũt. Prius. n. quod credo vos nosse epi consentientes cum Maximiniano adhuc diacono ipsius, venerunt ad Carthaginem, sicut se habet tractatoria, quã ẽt gestis allegauerunt, cum litigarent de domo cum procuratore illius, qui prætermittit ablata. Ergo primo tractatoriam de illo miserunt, conquerentes, quia noluit ad illos exire, Hoc enim maxime conquesti sunt. Vide quomodo illis deus reddidit, qd̃ de Cæciliano dixerunt. Mira similitudo, voluit deus post tot annos renoluere illis in faciẽ, quod gestum est, vt omnino vnde dissimulent, & quo effugiant non inueniant. Oblitos se dicerent, quæ gesta sunt ante, non eos deus finit obliuisci, atque vtinam valeat ad salutem. Nam misericordia sua fecit hoc deus, si consyderent quid sit factum. Poni D
te ergo vobis ante oculos fratres, vnitatem tunc orbis terrarum, vnde se isti diuiserũt aduersus Cæcilianũ. Ponite & modo partem Donati vnde se Maximinianistæ diuiserunt, aduersus Primianũ. Quod tunc illi Cæciliano, hoc nunc isti fecerunt Primiano. Propterea se & veriores Donatistis dicunt Maximinianistæ, quia reuera facta maiorum suorum ipsi mutauerunt. Sic. n. erexerunt Maximinianum aduersus Primianum, quomodo illi erexerunt Maiorinum aduersus Cæcilianũ, & sic questi sunt isti de Primiano, quomodo illi de Cæciliano. Nã si meministis, hoc dixerunt illi, qd̃ ad eos exire noluerit Cæcilianus, memor cõscientiæ suæ. Ille autẽ nouerat factionẽ eorum. Sic & isti conquerunt̃, quia noluit ad illos exire Primianus. Quare Primiano conceditur, nosse factionem Maximinianistarũ, & Cęciliano non conceditur nosse factionem Donatistarũ? Nondum erat ordinatus Maximinianus, crimina dicebantur de Primiano. Venerunt epi, voluerunt vt ad eos exiret, non est egressus, sicut eorũ indicat tractatoria actis inserta. Nõ est egressus, non improbo, imo & laudo. Si aliquã E
factionem vidisti, non debuisti ad factiosos procedere, sed seruare causam tuam meliori iudicio partis tuæ. Restabat enim magna pars Donati, vbi se posset purgare Primianus: propterea ad illos, qui

iam

tam in factionem conspirauerũt, exire noluit. Vides qũo laudamus consilium tuum aduersus Maximinianistas, bene attende & causam Cæciliani. Non vis vt fratri, qũo extraneo iudicare. Noluisti exire, quid tibi dicent? Isti factionem conspirauerunt contra salutem meam, corrupti sunt aduersum me, si me illis commisero, facio præiudiciũ causæ meæ. Non ad eos exibo, seruetur causa mea melioribus, & anthoritate grauioribus. Bonũ consiliũ. Quid si hoc dixit Cæcilianus? Quanquã laborabis tu, vt ostendas quæ aduersus te istos alia Lucilla corrupit, & forte non inuenturus, quod ille tũc vsqueadeo nouerat vt postea gestis aperiretur. Sed vidisti nescio quod occultũ, renũciatum est tibi aliquid metuendũ. Concedo timori tuo cautelã istam. Recte fecisti, ad tales non procedere debebas. Erant.n. aliq̃ qui de te poterant iudicare. Attende nunc Cęcilianũ. Tu tibi seruasti Numidiam, ille orbem terrarum. Sed si valere vis aduersus
F illum sententias tunc Donatistarũ, valeant nunc aduersus te sententiæ Maximinianistarum. Epi illum damnauerunt, & te: quare postea egisti causam tuam, & obtinuisti ibi Maximinianistas, sicut ille postea egit causam suam, & obtinuit ibi Donatistas. Quod ergo tunc factum est, videtur ante oculos miro manifesto exemplo reuolutũ, talia Maximinianistas conqueri de Primiano, qualia omnes isti conquesti sunt de Cæciliano. Mirum est fratres, qũo moueor, qũo deo gratias ago, qa vere misericordia dei ad istos si sapiant illuminandos formauit exemplum. Proinde si placet paululum fratres, qa & hoc nobis deus in manus dedit, audite concilium Maximinianistarum.

Conci. Et cum tractaret, idem recitauit conciliũ Maximinianistarum. Sanctissimis fratribus

Auguſt. atque collegis per vniuersam Africam. Et cum recitaret idem dixit, Tota vnitas ipsorum per Africam. Sed hic cum illis est catholica. In alijs autem orbis partibus ipsi

Conci. non sunt cum catholica. Et cum tractaret, idem sequentia recitauit iterũ. Sanctissimis fratribus atq; collegis per vniuersam Africam, hoc est, per prouinciam proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Bizacenam, & Tripolim constitutis. sed & presby
G teris, & diaconibus, vniuersis plebib. in veritate euangelij nobiscum militantibns, Victortnus, Fortunatus & Victorianus, Migginus, Saturninus, Constantinus, Candorius, Innocentius, Cresconius, Florentinũ, Saluius, alius Saluius, Donatus, Geminius, Prætextatus. Et cum recitaret idem dixit, Ipse est Assuritanus, quem postea recepe-
runt, eum qui in se dixit sententiam, rece-
pit eam postea. Et cum tractaret idem sequẽ
tia recitauit, Maximinianus, Theodorus, Anastasius, Donatianus, Donatus, alter Donatus, Pomponius, Pancratius, Ianuarius, Secundinus, Pascasius, Cresconius, Rogatianus, alius Maximianus, Benenatus, Gainus, Victorinus, Gunsasius, Quintasius, Felicianus. Et cum recitaret idem dixit, Iste est Musticanus qui adhue viuit, sed forte alius est aliunde. Postea subscribentes dicunt & loca vnde quisq; erat. Et cum tractaret idem sequentia recitauit. Saluius, Migginus, Proculus, Latinus, & cæteri qui in concilio apud cauernam Susis fuimus, in dño æternam salutem. Nemo q̃ nesciat fratres dilectissimi de sacerdotibus dñi, non tantummodo propriæ voluntatis, sed diuinæ legis impulsu: tam in reos sententiam dicere, quàm innocentibus inflictam, iure
ab eis ac merito submouere debet. Non leui.n. periculo subiacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem confiteri pertentarit, maxime cum scriptum sit, Innocẽtem & iustum non occides, & purgatione non purgabis reum. Hoc igitur edicto legis admoniti necesse nos fuerat Primiani cãm, quem plebs sancta Carthaginensis Ecclesiæ, eẽm fuerat in ouile dei sortita, seniorũ literis eiusdem Ecclesiæ postulantibus audire atq; discutere sub eo, vt explanatis omnibus, aut innocẽtem, quod optabile fuerat, purgaremus, aut nocentem certe ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum.n. nobis fuit, vt plebes sancta Carthagi. Ecclesiæ, eo se lætetur Episcopo sublimatam, qui in omnia sanctus & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea vtique talem esse oportet domini sacerdotem, vt quod populus pro se quod deum non ualuerit, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare, quia scriptum est. Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos, Si autẽ sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Et cum legeret idem tractans dixit, Etiã Apostoli scripserunt plebibus vt orarent pro se, & Apostoli orantes dicebant, Dimitte nobis debita nostra. Et Apostolus Ioannes dixit, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio pro

tio pro peccatis nostris. Sed illud de illo sacerdote scriptum est, quem isti non intelligũt, vt admoneretur populus, in prophetia talem se debere agnoscere sacerdotem, pro
Rom.8. quo nullus posset orare. Quis est autẽ pro quo nullus orat, nisi ille qui pro omnibus interpellat? Quia ergo tunc sacerdotiũ erat Leuiticum, vbi sacerdos intrabat in sancta & offerebat hostias pro populo: habebat autem imaginem non veritatem futuri cuiusdam sacerdotis: tunc enim & ipsi sacerdotes peccatores erant, sicut cæteri homines: volens deus per prophetam admonere populum, iam talem desyderandum esse sacerdotem, qui interpellaret pro omnibus, & pro
1.Re.2. eo nullus oraret: designans talem admonuit & dixit, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Itaque o popule talem elige sacerdotem, pro quo non cogaris ora-
re, sed de cuius oratione pro te securus esse
1.Ti.2. possis. Ipse est dominus noster Iesus Christus, vnus sacerdos, vnus mediator dei &
K hominum, homo Christus Iesus. Et cum
Conci. tractaret idem, sequentia recitauit: Scandala igitur Primiani, & ipsius nequitia singularis, sic in se cœleste iudicium prouocauit, vt horum criminum authorẽ necesse esset
Auguſt. penitus amputare, qui recens ordinatus impietatem schismatis facere non metuit. Et
Conci. cum recitaret idem tractator dixit, I amiam crimina ipsius dicuntur. Et cum tractaret idem sequentia recitauit: Presbyteros supradictæ plebis, ad coniurationem impiæ conspirationis impellens, hoc ab eis velut precario iure postulauit: vt ad damnandos quatuor diaconos, viros egregios ac singularibus meritis approbatos, Maximinianũ scilicet Rogatianum, Donatum, itemq̃ Salgamum, consentirent. Et cum recitaret idem tractans dixit, in his quatuor erat ille author schismatis, præcidens de fructu fructum, & non se dolens ab integritate præcisum. Et cum tractans idem dixit, sequentia recitauit, vt incunctanter ei promitterẽt
Auguſt. accommodare sensum. Et cum recitaret idem tractans dixit, Hoc cum illis egit, illi noluerunt ei promittere, sed tacuerunt. Ille
Conci. per seipsum cogitatum scelus non dubitauit implere. Et cum tractaret, idem recitauit. Cuius illi mala præsumptione stupefacti, cum rem silentio refellissent, per se cogitatum scelus non dubitauit implere, vsqueadeo vt in Maximianum diaconum virum, sicut omnibus notum est, innocentem, sine causa, sine accusatore, sine teste absentem, ac lecto cubantem, sententiam putaret esse promendam. Et cum recitaret idem tractans dixit, Videte crimen. Et cum tra Auguſt.
ctaret idem sequentia recitauit: Quia iam Conci.
pridem clericos non dissimili furore damnaret, Nam cum incestos contra legem decretaq̃; omnium sacerdotum communioni sanctæ adiungeret, cumq̃ obsistente maxima parte plebis, etiam seniorum nobilissimorum literis conueniretur, vt per se corrigeret quod admiserat, sua temeritate possessus emendare contempsit. His itaq; permoti seniores Ecclesiæ supradictæ, ad vniuersum chorum leteras ligatosq̃; miserunt, quibus non sine lachrymis deprecati sunt, vt ad se feruentius veniremus, quo perpenso libramine intentionibus exceloratis, existimatio Ecclesiæ purgaretur. Ad hanc proinde cum secundum memoratorum literas veniremus, nota sua ille ratione, feruescens aduentum nostrum penitus declinauit. Et cum recitaret idem tractans dixit, Quid illi M
obijciatur scitis, quia pars iam Donati ince Auguſt.
sta facta est. Hoc erat in regula. Quales fuerint cum quibus fuerit communicatum, tales dicunt fieri omnes, & vniuersam massam. Itaque si verum isti dicunt, incesta est iam pars tota Donati. Exeant planè Numidæ & dicant, ad nos non pertinet. Stylus incestus est, nescio quos ad communionem tuam admisisti, obesse potuit tam longe positis. Si ergo vobis obesse non vultis qui in Numidia estis, quod Carthagini fit: quod in Africa fit, potuit obesse vniuerso orbi terrarum? Semper inde se defendunt, inde se excusant, & nos accusant. Et cum tractans Conci.
idem sequentia, recitauit. Aduentum nr̃m
penitus declinauit. Et cum legeret idem di Auguſt.
xit, Quid illi questi sunt de Cæciliano. Et Conci.
cum retractaret, sequentia recitauit, Qui vsquequaque rebelli animo recalcitrans, in malo permansit, vt conducta multitudine perditorum. Et cum recitaret idem dixit, Iam hoc plus est. Hæc de Cæciliano nõ dixerunt illi, videte quæ. Et cum tractaret idem sequentia recitauit. Atque impetratis officialibus basilicarum ianuas obsedissent.

Et cum recitaret idem dixit, Ne intrarent Auguſt.
episcopi. Et cum tractaret idem sequentia Conci.
recitauit. Qui ingrediendi nobis atq; agendi solennia interdicerent facultatem. Iam A
hoc plus est. Hæc de Cæciliano non dixe-

runt illi. Hæc si Episcopũ conuenit facere, si Christianis licet admittere, si hoc euangelia protestantur, probet aut iudicet quisquis amator aut assertor est veritatis Hoc enim nobis inflixit frater aliquando proprius,

Auguſt. quod nunquam faceret alienus. Et cum legeret idem dixit, Quid opus est pluribus? Dicunt multa & damnant hominem, sed dã

Conci. nationem iam ipsam legamus. Et cum tractaret idem recitauit. Decreuimus omnes sacerdotes dei, præsente spiritu sancto, hunc eundem Primianum: primo quia super viuos episcopos alios subrogauit: ꝙ incestos cum sanctorum communione miscuerit: ꝙ presbyteros ad coniurationem in eadẽ constringere pertentarit: ꝙ Fortunatũ presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum ægrotantibus baptismo succurrisset: ꝙ communionem Demetrio presbytero denegauit, vt cogeret filium abdicare: ꝙ idem presbyter obiurgatus sit, quòd episcopos hospitio suscepisset: ꝙ supradictus Primianus multitudinem miserit, quæ Christianorum do

B mos euerteret: ꝙ obsessi sunt episcopi simul & clerici, & postea ab eius satellitibus lapidati sunt: quòd in basilica cæsi sunt seniores, quòd indigne ferrent Claudianistas ad communionem admitti: ꝙ innocentes clericos putauerit esse condemnandos: ꝙ se nobis audiendum noluerit exhibere, cum basilicarum fores ne ingrederemur multitudine & officialibus intercluserit: ꝙ legatos a nobis ad se missos iniurioſe reiecerit: quòd loca multa, vi primò, dehinc authori-

Auguſt. tate iudiciaria vsurpauit. Et cum legeret idẽ

1. Co. 6. dixit, quòd prætermissor oblatorum fuit, cum Paulus apostolus dicat, Audet quis vestrum aduersus alium negocium habens iudicari apud iniustos, & non apud sanctos? Videte quale illi crimen obiecerint, quia nõ apud episcopos agere voluit de locis, sed

Conci. apud iudicem. Et cum tractaret idem sequentia recitauit, Præter alia illicita eius admissa, quæ pro honestate styli nostri silnimus, a sacerdotali choro perpetuo esse dãnatum, decreuimus, ne eo palpato, dei Ecclesia, aut contagioue, aut aliquo crimine

1. The 3 maculetur. Quod idipsum Paulus apostolus exhortatur & admonet, Præcipimus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt discedatis ab omni fratre

C inordinate ambulante: atque adeo non immemores puritatis Ecclesiæ, conducibile existimauimus, omnes sanctos consacerdotes & omnes clericos & omnes populos, qui se Christianos meminerunt, hac nostra tractatoria commoneri, vt omnes eius cõmunionem, utpote damnati, diligenti cura horreant. Ipse.n. de suo interitu rationem reddet, qui hoc nostrũ decretum non audiendo tentauerit violare. Placuit sanè nobis & spiritui sancto, quod tps tardis ad conuertendum reseruetur sub eo, vt quiq; consacerdotum vel clericorum suæ salutis immemores a die dãnationis supradicti Primiani, id est, a die octaua kalendarũ Ianuariarũ minus a Primiani damnati cõmunione recesserint, tali sententia constringantur. Laici quoq; nisi se a supradicto die damnationis illius, intra diem paschæ futuræ ab eius se consortio separauerint, non posse quenquam nisi per pœnitẽtiam, si quidem meminerint Ecclesiæ, reformari. Victorinus Munacianensis episcopus subscripsi. Fortunatus Dionysianensis eps subscripsi. Victorianus Carcabinensis episcopus subscripsi. Florentinus ab Adrumento episcopus subscripsi. Miggi-

nus Belephantariæ episcopus subscripsi. Innocentius Thebaltensis episcopus subscripsi. Miggin pro collega meo Saluiano Presidio

D sitano episcopo subscripsi. Saluius Ausanensis episcopus subscripsi. Donatus Subratensis episcopus subscripsi. Gemelius Anathabeis episcopus subscripsi. Et cum legeret Aug idem dixit, Et ipsis condemnatoribus subscripsit & Prætextatus Assuritanus, & Felicianus Musticanus. Et cum tractaret sequentia recitauit, Prætextatus Assuritanus episcopus subscripsi. Maximianus Sabatensis episcopus subscripsi. Dacianus Camicetensis episcopus subscripsi. Donatus Fiscianensis episcopus subscripsi. Theodorus Vsulensia episcopus subscripsi Victorianus iubente collega Agnosio episcopo subscripsi. Donatus Cebresutanus episcopus subscripsi. Nathalicus Thelensis episcopus subscripsi. Pomponius Macrianensis Episcopus subscripsi. Pancratius Balianensis episcopus subscripsi. Ianuarius Aquenensis episcopus subscripsi. Secundus Iacondianẽsis episcopus subscripsi. Pascasius a vico Augusti episcopus subscripsi. Creso Coniustitanẽsis Episcopus subscripsi. Rogatianus Epscopus subscripsi. Maximianus Erumminensis episcopus subscripsi. Benenatus Tugucianẽsis episcopus subscripsi. Ritanus episcopus subscripsi. Gaianua Tigualensis episcopus subscripsi. Victorinus Leptimagnensis epsg subscripsi.

subscripsi. Guntasius Benesensis eps subscripsi. Quintasius Capiensis eps subscripsi. Felicianus Musticanus eps subscripsi. Victorianus ex delegatione subscripsi. Magginus eps subscripsi. Latinus Mugiensis eps subscripsi. Proculus Girbitanus episcopus subscripsi. Donatus Sabratensis Eps ero fratre & collega meo Marratio subscripsi. Proculus Girbitanus pro collega meo Gallono subscripsi. Secundianus Prisianensis eps subscripsi. Helpidius Tusdritanus eps subscripsi. Donatus Samurdacensis episcopus subscripsi, Getulicus Victorianensis eps subscripsi. Annibonius Robautensis episcopus subscripsi. Item Annibonius petitus a colega meo Augendiarẽsi episcopo subscripsi. Tertullus Abitẽsis eps subscripsi. Primilianus eps subscripsi. Secundinus Arusianensis episcopus subscripsi. Maximus Pitanensis eps subscripsi. Crescentianus Murrensis episcopus subscripsi. Donatus Belmensis episcopus subscripsi. Perseuerantius Teberti nus eps subscripsi. Faustinus Binensis epi-

Auguſt. scopus subscripsi. Victor Altiburinanus episcopus subscripsi. Omnes numero quin-

F quaginta tres. Et cum recitaret idem tractans dixit, Paululum dignamini aduertere. Hæc est damnatio tua dicimus illi. Quid vis, habeat boni pondus an nõ habeat? Ego faueo. Prorsus dico, quia isti omnes falsa in te dixerunt: & audi unde credam, quia apud alios iudices obtinuisti causam tuam, & isti damnati sunt. Si ergo te propterea credo innocentem, quia non exiẽs ad factiosos, alibi ostendisti innocentiam tuam, vt illi qui te damnauerunt, damnationem mererẽtur: dignare acceptare Cęcilianum innocentẽ damnatũ, quia noluit exire ad maiores tuos & sic seruauit causam suã orbi terrarũ, quo tu obseruasti concilio Numidarum. Si innocentem te reddidit sedes Bagaitana, quanto potius illum sedes apostolica? Aut uis vt valeant, qui primo damnauerunt? Si valent, contra te valent. Nam illi contra Cæcilianum nec valent nec valebunt, tamen quid contra te iudices, attende. Iam hic audent dicere, Sed nos qui postea damnauimus Maximinianistas, plures eramus. Valeat ergo sententia nostra in Felicianum, & valeat illorum in Cæcilianum, vbi Bagaitanum cõcilium fecerunt, & iam Felicianum damnauerunt. Modo iniustus est Felicianus, aut nocens, receptus est, aut innocens damnatus est. Si ergo nocentem recipis pro pace Donati, cede omnibus gentibus pro pace G Christi. Si autem per errorem vestrum innocens damnatus est, errare potuerunt trecenti decem damnantes Felicianum, & non potuerunt errare septuaginta damnantes Cæcilianum? Quid ergo dicitis, Cum audieritis vobis dici, prius vos damnauerunt. Maximinianistæ, recurritis & dicitis, sed nos plures eramus qui damnauimus Maximinianistas. Ad vtrunq; vobis cito respõdetur, quia & illi vestri priores damnauerunt Cæcilianum. Si priores valent, cedant Primianistę concilio Maximinianistarum: si plures valent, cedant Donatistæ orbi terrarum, nihil esse arbitror iustius. Pauci sunt Maximinianistæ, sed priores sunt. Reus reum non facit. Si hoc putas quomodo damnatus damnare potuisti, quia & inter damnatores & ipse scriptus est, nec seruauerunt illi locum causam dicendi, Aliter autem Cæcilianus. Seruatus est illi locus hominis causam dicentis, sicut habet ipsa sententia, quia nec in communionem receptus est nisi purgatus. Iste autem inuenitur hic H a iudicibus damnatus, illic inter iudices damnans, Sed fuerit ista æquitas Bagaitani concilij. Prorsus totum concedimus. Male te damnauerunt Maximinianistæ, Male dãnauerunt & illi priores vestri Cæcilianũ. Tu purgasti te apud Bagai, purgauit se ille in transmarino iudicio. Consensit huic iudicio vniuersus orbis terrarum. Quid dicturus es? Plures nos sumus quam Maximinianistæ, Estote plures. De numero ergo agamus. Videte quantum intersit. Absentem te damnauerunt Maximinianistæ, cum ad eos exire noluisses. Hoc quidem si mile, sic & illi damnauerunt absentem Cæcilianum, cum factionem eorum deuitasset: sed tu rursus in absentes illos fecisti dici sẽtencias in concilio Bagaitano. At vero Cæcilianus præsens aduersario præsente purgatus est. Deinde alia magna differentia. Iudices Numidas apud quos te purgares, tuipse adisti, tu constituisti, Maximinianistæ illos non petierunt. Apud eos aũt a Cæciliano Donatus uictus est, quos pars Donati iudices postulauerat. Respondent tibi modo Maximinianistæ & iure dicunt, Nos primo uenimus ad te de prouincia tua, de dioceſi ad te pertinentis episcopi, & voluimus audire causam tuam, Cõtempsisti nos, non ad nos existi. Si timuisti nostrum iudicium, vel simul iudices eli- I

geremus,non ires ad quos tu velles. Quã-
ti interſit videre. Tũc aũs ipſi Donatiſtæ
liberis ſuis imperatorem petierũt, vt decer-
neret iudices. Improbauerũt eos apud quos
victi ſuſit,quos antequã vincerentur poſtu
lauerunt: dati ſunt alii ad eorum petitum,
& ibi victi ſunt. Appellauerũt ad imperato
rẽ,& ibi victi ſunt.Semel victus eſt abſens
Maximinianiſta & tacet, & ter victus præ-
ſens Donatiſta nõ tacet?Sed de numero cõ
tẽdis cum Maximinianiſtis. Vt dixi, faueo
tibi, Trecenti decẽ,plures ſunt q̃ centũ, vel
quot fuerunt,qui damnauerunt a patre Ma
ximiniani Primianũ. Milia epiſcoporum
p orbẽ terrarum qui dãnauerunt a parte
Cæciliani Donatum nihil põderis apud te
habere putas?Sed dicturus es mihi,Nunq̃d
Donatiſtas milia epiſcoporũ dãnauerũt de
toto orbe terrarũ? Optime non dãnarunt.
Quare non damnarunt? Quia iudicio non
interfuerunt? ſi iudicio non interfuerunt,
propterea non dãnauerunt, quia cauſam il
lam penitus neſcierunt, Ab innocentibus
quare te ſeparaſti? Venit huc ad te de orbe
terrarum baptizatus quem uis rebaptizare:
& te iam letale myſterium exercentem, &
volentem iterare quod ſemel datur & non
K amittitur,addit cum magna voce & gemitu
& dicit tibi,Quid eſt quod uis facere,rebap
tizare me? Ait neſcio quis Meſopotamenus,
neſcio quis Syrus,neſcio quis Ponticus vel
longius conſtitutus. Reſpondes,quia non
habes baptiſmum. Dicit ille, Quare? Lege
epiſtolas Pauli Apoſtoli ad me datas. Venit
neſcio quis de Galatia,de Ponto, Venit ne
ſcio quis de Philadelphia,ad quas Eccleſias
Apoc.1 Ioannes ſcripſit. Venit a Coloſſis, venit a
Col. 1. Philippis, a Theſſalonica,& dicit Ego non
habeo baptiſmum,ad quem ſcripſit Apoſto
lus,per quem tu habes? Audes legere epiſto
lam meam,qui deteſtaris pacem meam?

Concio tertia de tertia parte eiuſdẽ pſalmi.

PArs nouiſsima Pſalmi huius indiſcuſſa
nobis & intractata remanſerat. Proinde
ſicut video,non quidem ſecundũ diſpo
ſitionem noſtram,ſed tamen non præter diſ
poſitionem ſuam, ad reddendum debitum,
nos dominus reuocauit. Intenti ergo eſto-
te fratres,vt ſi poſſumus deo adiuuante, uel
modo ſoluamus quod nos debere cogno-
ſcimus. Quis eſt qui dicit quod modo can-
tauimus? Iuuenis fui & ſenui,& non uidi iu
ſtum derelictum, nec ſemen eius quærens
panem.) Sic quaſi vnus homo loquitur.
Quam multum tempus eſt ætas vnius ho- L
minis? Et quid magnum eſt,vt hõ poſitus in
vna aliqua parte terrarũ per totam uitam
ſuã tã breuẽ,q̃ humana vita breuis eſt,quã
uis ad ſenectutẽ a iuuentute peruenerit,nõ
viderit iuſtum derelictum, nec ſemen eius
quærens panẽ. Non eſt mirandum. Potuit
enim fieri, vt ante vitam ipſius fuiſſet ali-
quis iuſtus quærens panẽ, potuit fieri vt in
alia parte terrarum nõ vbi ipſe eſſet. Dein-
de aliud quod mouet,audite, Ecce unuſquiſ
que in nobis,qui forte iam ſenuit,reſpicies
curſus ætatis ſuæ iam peractos ſibi,ubi co-
gitatione verſatus fuerit in his quos nouit,
forte non ei occurrit iuſtus q̃rens panẽ,aut
filius iuſti quærens panem: ſi tũ reſpicit ad
ſcripturas diuinas & inuenit anguſtatum,
Abraham iuſtum, & famẽ paſſum in regio Gen
ne ſua,mutaſſe aliam regionẽ: inuenit & ſi Gen
liũ ipſius Iſaac eiuſdem famis cauſa in alias
iſſe regiones quærens panem. Et qũo erit
verum, Nunquã vidi iuſtum derelictum,
nec ſemen eius quærens panem? Et ſi uerũ
hoc inuenit in ſpatio vitæ ſuæ,aliter tamen
inuenit in lectione diuina, quę fidelior eſt M
quã vita hominũ. Quid ergo facimus? Ad-
iuuẽt nos pia ſtudia veſtra, vt inſpiciamus
in his uerſibus Pſalmi voluntatẽ dei, quid
nos intelligere uelit, Metus eſt enim ne v-
nuſquiſq; infirmus,non capiens ſpiritaliter
intelligere ſcripturas, eat in exempla huma
na, vide atque aliquando bonos ſeruos dei
eſſe in neceſsitate aliqua & inopia quæren
di panes,maxime Paulum apoſtolũ cogites 1.C
q̃ dicit,In fame & ſiti, in frigore & nudita-
te,& ſcandalizetur apud ſeipſum dicẽs,Cer
te verum eſt quod cantaui,certe verum eſt
quod in Eccleſia ſtans deuota voce perſo-
nui,Nunquam uidi iuſtum derelictum,nec
ſemen eius quęrens panem: Fallunt nos ſcri
pturæ,dicat apud ſe,& diſſoluantur omnia
eius membra ab opere bono, quibus mem
bris intrinſecus,quod eſt grauius, & in in-
teriore homine reſolutis, iam deſiſtat ab
opere bono & dicat ſibi, Vt quid bene ope- Mat
ror? Vt quid panem meum frango eſurien-
ti,& nudum veſtio, & ſine tecto induco in
domum meam,attendens ad id quod ſcrip-
tum eſt, Nunquam vidi iuſtum derelictũ,
nec ſemen eius quærens panem: cum vi-
deant tot homines bene uiuentes, plerun-
que fame laborantes? Sed ſi forte erro ego,
vt

vt,tam illum qui bene uiuit,quam illum q̃
male uiuit,putem bene uiuere, & aliter il
G lum nouit deus,id eſt,iniquum eſſe, quem
ego iuſtum puto, quid facio de Abraham,
quẽ iuſtũ ipſa ſcriptura cõmendat. Quid fa
1.Co.4. cio de ipſo apoſtolo Paulo qui dicit, Imita
1.Co.11 tores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti? An vt
ẽt ego ſim in malis qualia ille pertulit, in fa
me & ſiti,in frigore & nuditate? Ita cogitã
tem,& ut dixi,diſſolutis membris omnibus
interioribus a facultate operis boni, poſſu
musne fratres tanquam paralyticum tolle-
re,& aperire tectum ſcripturæ huius, & eũ
Luc.5. ſubmittere ad dominum? Videtis.n.quia ob
ſcurum eſt. Porro ſi obſcurum eſt, tectum
eſt,& paralyticum animo quẽdam intueor,
& hoc tectum uideo,& ſub hoc tecto video
& Chriſtum latere agnoſco, Faciam quan-
tum poſſum,q̃d laudatum eſt in illis,qui a-
perto tecto ad Chriſtũ paralyticum ſubmi
Ibidem. ſerunt,vt diceret illi,Conſtans eſto fili, re-
miſſa ſunt.n.tibi peccata tua. Sic.n.fecit inte
riorem hominem ſaluũ paralyſi, remitten-
do peccata ſua,& conſtringendo fide. Sed e-
rant ibi homines,qui non habebant oculos
ad uidendum interiorem paralyticum iã
eſſe ſanatum & medicum curantem puta-
H uerunt blaſphemantẽ. Quis eſt,inquiũt,q̃
pctã dimittit Blaſphemat iſte. Quis põt di
mittere pctã niſi ſolus deus? Et qa ille erat
deus,talia cogitantes audiebat. Hoc uerbũ
de deo cogitabant, ſed deum præſentem nõ
videbant. Fecit ergo ille medicus aliquid,
& in corpore paralytici, vt & illorum qui
talia dixerunt, interiorem paralyſim ſana-
ret. Fecit.n.quod viderent,& dedit quod cre
derent. Eia ergo quisquis es tam infirmus
& languens corde,vt attendens humana ex
empla,uelir s bonis operibus deſiſtere,& pa
ralyſi quadam interiore diſſolutus es. Hũc
ergo ſi poſſumus, aperto iſto tecto ſubmit-
tamus ad deum. Dominus.n.ipſe in corpo-
re ſuo quod eſt Eccleſia,iunior fuit primis
temporibus,& ecce iã ſenuit. Noſtis, & a-
Colo.5. gnoſcitis,& intelligitis,quia in hoc poſiti e-
3.tẽ.di. ſtis, & ita credidiſtis, quia caput noſtrum
25.ca.1 Chriſtus eſt, corpus capitis illius nos ſu-
mus. Nunquid ſoli nos, & non etiam il-
li qui fuerunt ante nos? Omnes qui ab
initio ſeculi fuerunt iuſti, Chriſtum ha-
bent. Illum enim venturum eſſe cre-
diderunt, quem nos veniſſe iam credi
mus, & in eius fide & ipſi ſanati ſunt
in cuius & nos: vt eſſet & ipſe totum caput
ciuitatis Hieruſalem,omnibus connumera
tis fidelibus,ab initio uſque in finẽ, adiun-
ctis ẽt legionibus & exercitibus angelorũ, I
vt ſiat illa vna ciuitas ſub uno rege, & una
q̃dam prouincia ſub uno imperatore,fœlix
in perpetua pace & ſalute,laudans deũ ſine Colo.5.
fine,beata ſine fine. Corpus aũt Chriſti
quod eſt Eccleſia,tanquam unus quidã ho-
mo primo iunior fuit, & ecce iam in ſine ſe
culi eſt in ſenecta pingui, quoniã de illa di- Pſal.65
ctum eſt, Adhuc multiplicabitur in ſenectã
pingui: multiplicata eſt ſuper oẽs gentes, &
ipſius vox eſt attendentis quaſi unius homi
nis primam ætatem ſuam, & iſtam nouiſsi
mam reſpicientis per omnia, quia omnes
ætates notas habet per ſcripturas,& ait ex-
ultans & monens, Iunior fui primis tempo
ribus ſeculi,& ecce ſenex ſum, etiam nouiſ
ſimis temporibus ſeculi, & nunquam uidi
iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærẽs
panem. Agnouimus hominem iuniorem
& ſenem,& tanquam aperto tecto peruenimus ad Chriſtum. Sed quis eſt iuſtus, qui
non eſt uiſus derelictus,nec ſemen eius q̃-
rens panem? Si intelligis panem, intelligis
illum. Panis eſt.n.uerbum dei,quod nunq̃
ab ore iuſti diſcedit. Nam & in capite ſuo Matt. 4.
iuſtus iſte tẽtatus,hoc reſpondit. Quando K
enim ipſi domino eſurienti, & famen patiẽ
ti diabolus ait, Dic lapidibus iſtis ut panes
fiant, Reſpondit, Non in ſolo pane uiuit ho Deut.8.
mo,ſed in omni uerbo dei. Deinde fratres
mei attendite, quando faciet iuſtus volun-
tatem dei? Semper enim facit,& ſecundũ vo
luntatem eius viuit. Voluntas dei de corde
eius non recedit,quia uoluntas dei, ipſa eſt Pſal.1.
lex dei. Et quid dictum eſt de tali? Et in le-
ge eius meditabitur die ac nocte. Panẽ iſtũ
manducas vna hora, & dimittis panem il-
lum verbi die ac nocte. Quando enim au-
dis,aut quando legis, manducas, quando Leui.1.
inde cogitas, ruminas, ut ſis animal mun-
dum,non immundum. Quod ſignificat etiã
ſapientia per Salomonẽ dicens. Theſaurus
deſyderabilis requieſcit in ore ſapientis. Prou.21
vir autem ſtultus glutit illum. Quid enim
glutit? Vt non in illo appareat quod uora-
uit,oblitus eſt quod audiuit. Qui autem nõ
eſt oblitus, cogitat, & cogitando ruminat,
ruminando delectatur. Vnde dicitur, Cogi
tatio ſancta ſeruabit te. Et ecce ſi ſeruat te
in ruminatione panis huius ſancta cogita-
tio, nunquam vidiſti iuſtum derelictum,
nec ſemen eius querens panẽ. Tota die mi

Universidad de Deusto Biblioteca

feretur & fœneratur.) Fœneratur quid est? Latine dicitur,& qui dat mutuũ,& qui accipit. Planius; hoc autem dicitur, si dicamus fœnerat. Quid ad nos quid grammatici velint? Melius.n.in barbarismo nro vos intelligitis, q̃ in nostra disertitudine vos deserti eritis. Ergo iustus iuste tota die miseretur & fœnerat: Sed non gaudeant fœneratores. Inuenimus.n. quendam fœneratorem, sicut inuenimus quendã p anẽ, vt vbiq; aperto tecto perueniamus ad Christum. Nolo sitis fœneratores,& ideo nolo, quia deus non vult. Nam si ego nolo,& deus uult,agite. Si autem deus non uult,etiam si ego uelẽ, malo suo ageret qui ageret. Vnde apparet deum hoc nolle? Dictum est alio loco, Psal.14 Qui pecuniam suam non dedit ad vsurã. Et quam detestabile sit, & quam odiosum, q̃ execrandum, puto quia & ipsi fœneratores nouerunt. Rursus aũt ego ipse, immo deus noster, qui tibi prohibet esse fœneratorẽ, iubet te esse fœneratorẽ, & dicitur tibi, Fœnera deo: si fœneras homini, habes spẽ. & si 14.q.3.Si fœneras deo, spem non habebis? Si fœnera fœnera- ueris homini, id est, mutuam pecuniã tuam ueris. dederis, a quo aliquid plus quã dedisti, expe Et.3.sẽ. ctes accipere: non pecuniam solam, sed ali- di 37. c. quid plus quã dedisti, siue illud triticũ sit, Quartũ siue vinum, siue oleum, siue quodlibet a- autem. liud, si plus q̃ dedisti expectas accipere, fœ M neratores es, & in hoc improbandus non laudãdus. Quid ergo, inquis, facio ut sim utilis fœnerator? Attende quid facit fœnerator. Minus vult dare certe,& plus accipere, hoc fac & tu, Da modica, accipe magna. Vide quã late crescat fœnus tuũ. Da tẽporalia accipe æterna: da terrã, accipe cœlum. Et cui dabo? forte dicis, Ipse dñs procedit quẽ fœneres, qui tibi iubebat ne fœnerator sis. Audi scripturam, qũo fœneres dñm, Fœnerat, inquit, dñm qui miseretur pauperis. Pro.19. Non enim eget a te dominus, sed habes aliũ qui a te egeat, Illi porrigis, ille accipit. Nõ enim habet pauper quod tibi retribuat,& tũ ipse uult retribuere,& non inuenit quid, sola in illo remanet beneuolẽtia orandi pro te. Cum autem pauper orat pro te, tanquam deo dicit, Domine mutuum accepi, in fide suscipe me. Proinde & si non tenes pauperem redditorem, idoneum tenes fideiussorem. Ecce deus tibi de scriptura sua dicit, Da, securus esto, reddam. Quomodo solent dicere fideiussores? Quid dicunt? Ego reddo, ego accipio, mihi das. Putamus ne et hoc dicit deus ego accipio, mihi das? Planè si deus Christus, Mat. qđ nõ dubitatur, ipse dixit, Esuriui & dedistis mihi mãducare. Et cũ illi dicerent, Q̃n te vidimus esuriẽtẽ, vt oũderet se panem, perum fideiussorem, omnium membrorũ G suorum sponsorem, quia ille caput, illi mẽbra: & cũm accipiunt membra, caput accipit: cum vni, inquit, ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Eia auare fœnerator, vide q̃d dedisti, vide q̃d accepturus es. Si dedisses paucam pecuniam, & ille cui dederas pro parua pecunia tua, daret tibi magnam villam, incomparabiliter amplius valentẽ, q̃ tu pecuniam dederas, quãtas gratias ageres, quãta lætitia tollereris? Audi quam posfessionem det quem fœnerasti, Venite benedicti patris mei, percipite. Quid? Quod dedistis? Absit. Terrena dedistis, quæ si non dedissetis, in terra putrescerent. Quid.n. inde facturus esses si non dedisses? Quod periturum erat in terra, seruatũ est in cœlo. Ergo quod seruatum est, hoc accepturi sumus. Seruatum est meritum, factus est thesaurus tuus, meritum tuum. Nam videquid sis accepturus, Percipite regnum qđ vobis paratum est ab initio mundi. Cõtra illi qui fœnerare noluerunt, quid audient? Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Et qui vocatur regnũ quod accipimus? Attendite sequentia, Isti ibunt in cõbustionem æternam, iusti autẽ H in uitã æternam. Ad hoc ambite, hoc emite, ad hoc fœnerate: habetis Christum in cœlo sedentem, in terra perentem, inuenimus quomodo fœneret. Iustus tota die miseretur & fœnerat. Et semen eius in benedictione erit.) Et hic non occurrat carnalis cogitatio. Videmus multos filios iustorum fame morientes, quomodo ergo semen eius in benedictione erit? Semen eius reliquiæ eius, vnde hic seminat & postea metet. Nanque Apostolus dicit, Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus, ait, operemur bonum, ad omnes. Hoc est semen tuum, quod erit in benedictione. Terræ committis, & tanto amplius colligis: Christo committis, & perdes? Vide ipsum semen expressius nominatum ab Apostolo, cum de eleemosynis diceret: hoc enim ait, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictione, de benedictionibus & metet. Sed laboras forte cum seminas, & doles cũ misereris, quia miseros vides. Melius.n. aliquando non habebimus quibus ista demus, Cum omnes in incorruptionem commutabuntur, nullus esuriet cui porrigas Mat.25. panem, nullus sitiet cui des potum: nullus nudus erit quẽ vestias: nullus peregrinus quem suscipias. Hic autem inter ærumnas, tentationes, dolores, gemitus, mittimus semen. Sic respice ad Psalmum alium, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Psa.125. Attende quia semen eius in benedictione erit. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Vide ergo quod sequitur,& noli esse piger. Declina Gal.33. à malo,& fac bonum.) Noli tibi putare suf 1.Pet.3. ficere si non expoliasti vestitum: non expoliando.n. vestitum, declinasti à malo, sed noli arescere & sterilis esse, sic noli spoliare vestitum, vt vestias nudum. Hoc est n. declinare à malo,& facere bonũ. Et quid inde habebo, dicturus es? Iam tibi commendauit ille quem fœneras, quid tibi dabit? Vitã æternam dabit tibi, da illi securus. Audi & id quod sequitur, Declina à malo,& fac bonum. Et inhabita in seculum seculorũ.) Et noli putare cum das q̃ nemo te videat, aut quia deserit te deus, quando forte dederis pauperi, & consecutũ fuerit aliq̃d dãnũ aut aliqua tristitia rei amissæ,& dicas tibi, Quid profuit bona me fecisse opera? Puto nõ amat deus homines, qui bene faciũt. K Vnde ista vestra fit murmuratio, vnde iste strepitus, nisi quia abundant istæ voces? Vnusquisque modo cognoscet has voces, aut in ore suo, aut in ore vicini sui, aut in ore amici sui. Deleat illas deus, & extirpet spinas de agro suo, plantet frugem bonam,& arborem fructiferam. Quid enim contristatus es ò homo, quia dedisti paupe ri,& alia perdidisti? Nonne vides quia per didisti quod non dedisti? Quare non respicis ad deum tuum? Vbi est fides? Quare sic dormit? Excita illam in corde tuo. Atten de quid tibi dixerit ipse dominus, quando Luc.12. te ad huiusmodi bona opera exhortabat, Facite vobis sacculos, non veterascentes, thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur non accedit. Hoc ergo commemora qñ plangis in damno. Quid ploras stulte prae ui cordis, aut non sani cordis? Quare perdisti, nisi quia mihi non commodasti? Quare perdidisti? Quis tibi abstulit? Respondebis, fur. Nonne hoc te præmoueram, ne

ibi poneres quò fur posset accedere? Si ergo dolet qui perdidit, hoc doleat quia non ibi posit vnde perire non potuit. Quo niam dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos.) Quando patiun tur labores sancti, nolite putare quia non iudicat deus, aut peruerse iudicat. Qui te monet vt iuste iudices, ipse peruerse iudicaturu s est? Amat ille iudicium,& non derelinquet sanctos suos. Sed quomodo? Sic absc ondita elt apud illum vita sanctorum, vt qui modo laborant in terra, quasi tempore hyemis arbores non habentes fructum & folia, illo apparente tanquam nouo sole exorto, illud quod in radice viuebat, in fructibus appareat. Amat ergo ille iudicium,& non derelinquet sanctos suos. Sed laborat sanctus in fame. Non illum derelinquet deus, flagellat autem omnem filium quem recipit. Cõ Heb.12. temnis illum quando flagellatur, expauescis quando ditatur. Vnde.n. flagellantur? Pressuris temporalibus. Quando ditabitur? Quando audiet, Venite benedicti pa- Mat.23. tris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mũdi Noli ergo piger esse flagellari, vt sis inter eos qui merentur recipi. Vsqueadeo ille amat iudiciũ, vt non derelinquat sanctos, quos flagellat ad tempus. Et quoniam flagellat omnem filium, Heb 12 quem recipit, nec vnico pepercit in quo de Rom.8. lictum non inuenit. Quoniam dominus 2. Pe. 2. amat iudicium,& non derelinquet sanctos M suos. Quia ergo non derelinquet eos, forte hoc eis dabit quod hic amas, multos annos viuere, senescere. Non attendis, quia si senectutem optas venire, hanc optas, de qua cũ venerit conqueraris. Non tibi ergo dicat anima, vel mala, vel infirma, vel paruula, quomodo verum est, dominus amat iudicium,& non derelinquet sanctos suos? Reuera non derelinquet, vt tres pueros in camino laudantes, non eos tetigit ignis. Nun Dani.3. quid sancti eius. Machabæi non erant, qui 2.Mat.7 in ignibus defecerunt carne non fide? Sed hoc, inquis maiorem quæstionem habet, quia cum fide illi non defecerint, ille illos deriquerit. Audi quod sequitur. in æternum conseruabuntur.) Tu paucos annos eis optabas, quos eis si daret dominus, nõ derelinqueret sanctos suos. Visibiliter non dereliquit tres pueros, occulte non dereliquit Machabæos. Illis etiam dedit vitam tẽporalem ad confundendos infideles illos autem occulte coronauit ad iudicandũ im-

pietatem perſecutoris. Nec illos tamen, nec illos dereliquit, quia non derelinquet ſanctos ſuos. Et nihil magnum acceperũt tres pueri, ſi non in æternum conſeruarentur: in æternum cõſeruabuntur. Iniuſti autem punientur, & ſemen impiorum peribit.) Quo
A ſemen illius in benedictione erit, ſic ſemen impiorum peribit. Semen enim impiorum, opera impiorũ. Nam inuenimus rurſum filiũ impij florere in ſeculo, & aliqñ fieri iuſtum, & florere in Chriſto. Vide ergo qũo
Lucę. 5. accipias, vt tectum aperias, & ad Chriſtum peruenias. Noli carnaliter, nam decipieris de ſemine impiorum, Omnia opera impiorum peribunt, fructum non habebunt. Ad tempus. n. aliquid valent, poſtea quærent & non inuenient quod operati ſunt. Nã perdentium quod operati ſunt, vox erit illa,
Sapiẽ. 1 Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? Tranſierũt omnia illa tanquam vmbra. Ergo ſemen impiorũ peribit. Iuſti hæreditate poſsidebunt terram.) Rurſus auaritia non ſubrepat, nec tibi aliquã villam magnam promittat, nec quod hic iuberis contẽnere, ibi ſperes. Terra eſt quædã illa viuorum, regnũ ſanctorũ.
Pſ. 141. Vbi dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra viuorum. Nam & ſi vita tua illa eſt, intellige qualem terram accepturus ſis. Illa eſt terra viuẽtium: hæc eſt autem terra morientium, receptura mortuos quos nutriuit viuos. Qualis ergo illa terra, talis & ipſa
B vita. Si æterna uita, æterna terra. Et quomõ æterna terra? Et inhabitabunt in ſeculũ ſeculi ſuper eã.) Alia ergo terra erit vbi inhabitabimus in ſeculum ſeculi. Nã de iſta dictum eſt, Cœlũ & terra tranſibunt. Os iu-
Mat. 24. ſti meditabitur ſapientiã.) Ecce ille panis, videte qñ libenter manducet iuſtus iſte, qũo verſet in ore ſuo ſapientiã. Et lingua eius loquetur iudiciũ. Lex dei eius in corde ipſius.) Ne forte putares eum in ore habere quod in corde non habet, ne forte computares eum cum illis de qbus dictum eſt, Po-
Eſa. 29. Mat. 15. pulus hic labijs me honorat, cor aũt eorum longe eſt à me. Et lingua eius loquetur iudiciũ, lex dei eius in corde ipſius. Et qd illi prodeſt? Et non ſupplantabuntur greſſus eius.) Liberat à laqueo verbũ dei in corde: liberat à via prana verbum dei in corde: liberat à lapſu verbum dei in corde. Tecum verbum à te non recedit. Corde aũt quid mali patitur quem cuſtodit deus? Cuſtodẽ ponis in vinea, & contra fures ſecurus es: & poteſt dormire cuſtos ille, & ipſe cadere, & furem admittere. Non autem dormit neq; dormitabit qui cuſtodit Iſrael. Lex dei eius
Ibidem. in corde ipſius, & non ſupplantabuntur C greſſus eius. Viuat ergo ſecurus, & inter malos viuat ſecurus, & inter impios viuat ſecurus. Quid. n. mali iuſto põt impius facere? Ecce vide quid ſequitur, Conſyderat peccator iuſtũ, & quærit mortificare eum.) Dicit. n. quod in libro ſapientiæ dicere prædictum eſt, Grauius eſt nobis etiã ad videndũ, qm diſſimilis eſt alijs vita ipſius. Quærit ergo mortificare, quem dñs cuſtodit: qui cũ illo habitat, qui de ore ipſius, qui de corde nõ recedit, dimittit eũ? Vbi eſt qđ ſuperius dictũ eſt, Et non derelinquet ſanctos ſuos? Ergo conſyderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus aũt nõ derelinquet eũ in manibus eius.) Quare non dereliquet martyres in manibus impiorum? Quare fecerunt illis quæcunq; voluerunt? Alios gladio percuſſerunt, alios crucifixerunt, alios beſtijs tradiderunt, alios ignibus cremauerunt, alios in catena ducentes tabe diuturna confecerunt. Certe non derelinquet dñs ſanctos ſuos. Dñs autem derelinquet eum in manibus eius. Poſtremo ipſum filium ſuum, quare dimiſit in manibus Iudæorum? Et hic tectũ aperi, ſi vis omnia interiore mẽbro cõſtringi, pueni ad dñm, atque di quid dicat alia ſcriptura, dñm præuidens paſſurum ab impijs: quid ait? Terra tradita
D eſt in manus impij: Quid eſt, terra tradita eſt in manus impij? Caro tradita eſt in manus perſequentiũ. Nõ ibi autem dimiſit iuſtum ſuum deus, de carne capta ceducit animam inuictã. Dimitteret deus iuſtum ſuũ in manibus impij, ſi illum feciſſet conſentire impio. Contra quod malum orat in alio Pſalmo & dicit, Ne tradas me domine à de[ſ]yderio meo peccatori. Opus eſt vt a deſyderio tuo non tradaris peccatori, ne cum deſyderas vitam præſentem, & irruas in illam, & perdas æternam. A quo deſyderio non debet tradi peccatori? Ab illo de quo item dicitur, Et diem hominis non concupiui, tu ſcis. Qui enim deſyderat & concupiſcit diem hominis, qñ illi minatus fuerit aduerſarius, quòd tollat illi diem humanum, quia occidet eum, & perdet hanc vitam, qui non ſperat aliam vitam deficit & conſentit inimico: qui autem audit dominum dicentem, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occi-
dere: & ſi

dere: & ſi tradaẽ terra in manus impij, capta terra ſpũs euadit: ſpiritu euadẽte, & terra reſurget. Spũs mutabitur ad dñm, terra mutabitur in cœlum. Non. n. aliquid de ipſa terra perit, quę ad tempus traditur in manus impij, Capilli capitis veſtri numerati
E ſunt. Ergo eſt ſecuritas, ſed ſi intus ſit deus. Si autem expellatur diabolus, admittitur deus. Dñs aũt non derelinquet eum in manibus eius. Nec dãnabit eum cũ iudicabit illi.) Habent aliqua exemplaria, Et cum iudicabit eum, iudicabit illi. Illi autem dictũ eſt, cum iudiciũ ſit de illo. Poſſumus. n. ſic loqui, vt dicamus homini illi, Iudica mihi: .i. audi cauſam meam. Cũ ergo cœperit au-
2. Co. 5. dire cãm iuſti ſui deus, qm oportet omnes exhiberi ante tribunal Chriſti & ſtare, vt illic recipiat vnuſquiſq; quæ per corpus geſſit, ſiue bonũ ſiue malum. Qũ ergo ventũ fuerit ad illud iudicium, nõ eũ damnabit: et ſi ad tẽpus videatur dãnari ab homine. Et
11. q. Et ſi dixit ſententiam procõſul in Cyprianũ, ſi ad tps alia eſt ſella terrena, aliud tribunal cælorũ. Ab inferiore accepit ſententiã, à ſuperiore coronam. Nec dãnabit eũ cũ iudicabitur ille: Sed qñ erit? Noli modo putare, tps laboris eſt, tempus ſeminis eſt, tps frigoris eſt. Et ſi inter ventos, & ſi inter pluuias ſemina, noli eſſe piger. Aeſtas veniet q̃ te lætificet, in qua te gaudeas ſeminaſſe. Quid er-
F go facio modo? Expecta dñm.) Et cum expecto qd ago? Et cuſtodi vias eius.) Et ſi
Mat. 25. cuſtodiero quid accipio? Et exaltabit te vt hæreditate poſsideas terram.) Quã terrã? Iterũ ne aliqua villa occurrat animo, illam de qua dicitur, Venite bñdicti patris mei, p cipite regnum qđ vobis paratum eſt ab initio mundi. Quid de illis qui nos anguſtiauerunt, inter quos gemuimus, quorum ſcã dala tolerauimus, pro quibus fœuientibus fruſtra orauimus: quid de illis erit? Sequiẽ. Cũ pereunt peccatores videbis.) Et cũ de proximo videbis, tu eris ad dexterã, ille ad ſiniſtram. Hoc aũt ad fidei oculos pertinet. Quos fidei oculos qui non habent, delectãtur fœlicitate impiorũ, & putant ſe ſine cã eſſe iuſtos, quia vident hic florere impios. Qui aũt hẽt oculum illũ fidei, quid dicit, Vidi impium ſuperexaltari, & eleuari ſuper cedros Libani.) Et puta quia ſuperexaltatus eſt, puta quia eleuatus eſt. Quid ſequitur? Et tranſiui, & ecce non erat, & qſiui eũ & nõ eſt inuentus locus eius.) Quare non erat, & non eſt inuentus locus eius? Quia tranſiſti. Si aũt adhuc carnaliter cogitas, & iſta terrena fœlicitas tibi videtur, nondum tranſiſti. Aut æqualis illi es, aut infra es. Profice & trãſi, & cũ ꝓficiendo trãſieris, attendis cũ fide. Vides nouiſsima ipſius, & dicis tibi, Ecce non eſt iſte qui ſic tumue- G
rat, quomodo ſi trãſires iuxta fumum. Nã & hoc dictum eſt in iſto pſalmo ſuperius, Deficientes velut fumus deficient. Erigit in altum fumus, & in globum tumidũ pergit: quanto magis attollitur, tanto amplius intumeſcit. Sed cum tranſieris attende poſt te: poſt te. n. fumus, ſi eſt ante te deus. Noli poſteriora ex deſyderio attendere, ſicut at-
tendit vxor Loth, & remanſit in via: ſed re Ge. 19.
ſpice ex deſpectu, & videbis impiũ nuſquã eſſe, & q̃res locũ eius. Quis eſt locus eius? Quo nũc habet poteſtatem, habet diuitias, habet quendam ordinem ſuum in rebus humanis, vt multi ei obſequant, vt iubeat & audiatur. Iſte locus non erit, ſed tranſit, vt tu poſsis dicere, tranſiui, & ecce non erat. Quid eſt tranſiui? Profeci, perueni ad ſpiri Pſal. 72.
talia, intraui in ſanctuarium dei, vt intenderem in nouiſsima, & ecce non erat: & q̃ſi ui eum, & non eſt inuentus locus eius. Cuſtodi innocentiam.) Tene, quomodo cum auarus eſſes, ſaccellum tenebas Quomodo tenebras ſaccellum ne tibi extorqueretur à fure, ſic cuſtodi innocẽtiam ne tibi extorqueatur à diabolo. Sit illa certum patrimonium tuum, de qua ſunt diuites & pauperes. Cuſtodi innocentiam. [Quid tibi pro H
deſt lucrum auri, & damnum innocentiæ? Cuſtodi innocentiam. Et vide directionẽ.) Habeto occulos directos, vt videas directionem, non prauos, quibus malos videas et diſtortos, vt diſtortus tibi & prauus videatur deus, quia fauet impijs, & perſequitur fideles. Non vides q̃ tortũ videas, corrige oculos tuos, & vide directionẽ. Quã directionẽ? Noli ad ꝑſentia attendere. Et quid videbis? Qm̃ ſunt reliquiæ homini pacifico.) Quid eſt, ſunt reliqæ? Cũ mortuus fueris, nõ eris mortuus, hoc ẽ, ſunt relqæ. Erit illi aliquid & poſt hanc vitam, hoc eſt, illud ſemen quod in benedictione erit. Vnde domi Ioã. 11.
nus, Qui credit in me, inquit, licet moriaſ, videt. Quoniam ſunt reliquię homini pacifico. Iniuſti autem diſperiunt in idipſum.) Quid eſt, in idipſum? In ſempiternum, vel omnes ſimul in vnum. Reliquiæ impiorum interibunt.) Sunt autem reliquiæ homini pacifico. Ergo qui non ſunt pacifici,

fici,impij sunt. Beati enim pacifici,quia ip-
Matt. 5. si filij dei vocabuntur. Salus autem iustorũ
à domino,& protector eorum est in tempo
re tribulationis. Et adiuuabit eos dominus
& eruet eos & eximet eos à peccatoribus.)
Tolerent ergo modo peccatores iusti,tole-
I rent frumenta zizania, toleret triticum pa
leam,quia veniet tps separationis,& exime
tur semen bonum ab eo quod igni consu-
metur. Illud in horreum mittetur,illud au
tem in æternam conflationem, quia ideo si
mul fuerunt primo iustus, vt ille supplan-
taret, ille probaretur: postea autem ille
damnaretur,ille coronaretur. Deo gratias
fratres,reddidimus debitũ in nomine Chri
sti, sed nos charitas debitores semper te-
net. Illa enim vna est, quæ & si quoti
die redditur,semper debetur. Multa dixi-
mus aduersus Donatistas,multa vobis re-
citauimus,multas chartas,multa præter ea
nonum scripturam,illis cogentibus. Nam
& si reprehenderent nos hi,quia vobis ta-
lia legimus, nos reprehendamur cum vos
instruamini. Possumus enim eis et in hac
parte sic respondere,Factus sum insipiens,
1.Co.11. vos me coegistis. Tamen fratres ante om-
nia custodite hæreditatem nostram,de qua
securi sumus,nos in testamento patris no-
stri esse, non in aliqua charta friuola alicu-
ius hominis, sed in testamento patris nr̃i.
Inde securi sumus,quia qui fecit testamen-
tum,viuit in æternum. Qui fecit testamen
tum hæredi suo,ipse iudicabit de testamen.
to suo. In rebus humanis alius est testator,
alius iudex:sed tũ qui tenet testamentum,
K vincet apud iudicem alterum, non apud al
Rom.5. terum iudicem mortuum. Quã ergo secura
est nr̃a victoria,cum ille iudicabit qui te
status est? & si enim mortuus est Christus
ad tempus,sed iam viuit in æternum. Lo-
quãtur ergo aduersus nos quicquid volũt,
nos diligamus illos,& nolentes Nouimus
enim fratres,nouimus linguas eorum: pp
quod eis non irascamur, patienter ferte no
biscum. Vident enim in causa se nihil habe
re,& linguas conuertunt in nos,& incipiũt
de nobis dicere mala multa,quæ sciũt,mul
ta quæ nesciunt: quæ sciunt, præterita nr̃a
Ad Ti.1 sunt:fuimus enim aliqñ sicut dicit Aposto
lus,stulti & increduli,& ad omne opus bo-
nũ reprobi, in errore peruerso desipientes
& insanientes fuimus, nõ negamus:& quã
tum pteritũ nr̃m nõ negamus,tanto magis
deũ,q nobis ignouit,laudamus. Quid ergo
hæretice dimittis cãm,& is ad hominem?
Quid.n.ergo sum? Quid sum? Núquid Ec
clesia catholica ego sum? Nunquid hæredi
tas Christi diffusa per gentes ego sum? Suf
ficit mihi vt in ea sim. Vituperas mala mea
præterita,quid magnũ facis? Seuerior sum
ego in malo meo q̃ tu:quod tu vituperasti,
ego damnaui. Vtinam velles imitari, vt er-
ror tuus fieret aliqñ pteritus. Ista sunt ma-
la præterita q̃ nouerũt, maxime in ista ciui
tate. Hic enim male viximus,quod ego cõ-
fiteor:& quãtum gaudeo de gr̃a dei, tm̃ de
meis præteritis timeo. Quid dicã? Dicam
doleo? Dolerẽ si adhuc sic essem. Sed quid
dicam? Gaudeo? Nec possum dicere. Vtinã
enim nunquã fuissem, q̃ quid tm̃ fui in no-
mine Christi pteritũ est. Quod autem mõ
reprehendunt, non norunt. Sunt adhuc q̃
in me reprehendant,sed tm̃ multum est ad
illos vt hoc nouerint. Multa enim ago in
cogitationibus meis,pugnans aduersus ma
las suggestiones meas, & habens conflicta-
tionem diuturnã,& propè cõtinuã vim cũ
tentationibus inimici subuertere me volen
tis. Gemo ad deũ in infirmitate mea,& no-
uit quid parturit cor meum, ille qui nouit
partum meũ. Mihi autẽ minimum est,vt à
vobis diiudicer,aut ab humano die, aic A-
postolus,sed neq; ego meipsũ iudico. Me
lius.n.me ego noui q̃ illi,sed melius deus q̃
ego. Nõ ergo vobis insultẽt de nobis:nõ,fa-
ciat xps. Dñt.n.& q̃ sunt? & vñ sũ? malos
hic illos nouimus,vbi baptizati sunt. Si nos
bñ nouerũt,sciunt, q̃a & nauigauimus ali-
qñ,sciũt q̃a & pegrinati sumus,sciũt quia
alij imus,& alij redimus. Nõ hic baptiza-
ti sumus: sed vbi baptizati sumus, Ecclesia
est nota vniuerso orbi terrarũ:& multi fra
tres nr̃i sũt, q̃ nouerũt q̃a baptizati sumus,
& nobiscũ baptizati sũt: Facile ẽ ergo hoc
nosse, si q̃s fratrũ ẽ inde solicitus. Illis aũt
satisfacturi sumus, & demõstraturi aliq̃d
de testimonio Ecclesiæ cui non cõicant?
Merito non nos norũt trans mare baptiza
tos in Chr̃o, q̃a & trans mare non habent
Christum. Ille enim Christũ & trans ma-
re habet,qui & trans mare communicatio-
nem vniuersæ Ecclesiæ tenet. Quomodo
potest cognoscere ubi sim ego baptizatus,
cũ communio ipsius vix transit mare? Ve-
runtamen fratres mei,quid eis dicam? Su-
spicamini quod vultis de nobis. Si boni fu-
mus,in Ecclesia Christi,frumẽta sumus:si
mali sumus,in Ecclesia xp̃i,palea sumus,sed
ab

ab area non recedimus. Tu qui vento ten-
Matt.3. tationis foras volasti,quid es? Triticũ? Nõ
id tolleret ventus ex area. Ex eo ergo vbi
es,agnosce quod es. Sequitur,Sed tu,inquit,
quis es qui contra nos dicis tanta? Quicun
que sim,quod dr̃ attende,non à quo dr̃. Sed
Psal.49. peccatori,inquit,dicis dominus, Vt quid tu
A assumis testm̃ meum per os tuum? Dicat er
go dominus hoc peccatori, Forte est genus
peccatorum cui hoc recte dicat dominus.
sed in quolibet dicat hoc dñs, ideo dicit, q̃a
peccatori non prodest quando legem dei lo
quitur. Nunquid & auditoribus non pro-
dest? Vtrunq; genus nos habemus in Eccle
sia,domino dicẽte,& bonorum & malorũ.
1.Co.1. Boni enim cum prædicãt,quid dicunt? Imi
1.Ti.4. tatores mei estote, sicut & ego Christi. De
nobis quid dicitur? Sed forma estote fide-
lium. Hoc nos esse elaboramus. Quid au-
tem simus,ille nouit,ad quem gemimus. De
malis tamen dictum est aliud, Super cathe-
Mat.23. dram Moysi sederunt scribæ & pharisæi,
quæ dicunt facite,quæ autem faciunt, face-
re nolite. Vides quia in cathedra Moysi,cui
successit cathedra Christi sedent & mali,&
tamen dicendo bona non obsunt auditori-
bus. Quare tu propter malos ipsam cathe-
dram dimisisti? Redi ad pacem,redi ad con
cordiam, quæ te non offendit. Si bona lo-
quor,& bona facio, imitare me. Si autem
non facio quod dico, habes consilium domi
ni,quæ dico fac,quæ autem facio, noli face-
re,tamen à cathedra catholica noli discede-
B re. Ecce in nomine Christi ituri sumus,&
multa dicturi sunt. Quis finis? Cito contẽ-
nite causam nostram. Non illis dicatis nisi,
Fratres,ad rem respõdere. Augustinus Epi
scopus est in Ecclesia catholica, sarcinam
suam portat, rationem redditurus est deo.
In bonis eum noui, si malus est ipse nouit.
Si bonus est,nec sic spes mea est. Hoc ante
omnia didici in catholica, vt spes mea non
sit in homine. Merito ergo vos homines re
prehenditis, quia spem vestram in hominẽ
posuisti. Certe cum reprehenderint nos,cõ
temnite & vos. Nouimus enim qualem lo-
cum habemus in corde vestro, quia scimus
qualem locum habetis in corde nostro. No
lite pro nobis certare aduersus illos: quic-
quid de nobis dixerint,cito transire, ne la-
borantes causa defensionis nostræ,dimitta-
tis causam vestram. Hoc enim agunt astu-
te,nolentes & timentes,vt de ipsa causa di-
camus. Ingerunt nobis quo nos auocent,vt
cum intendimus purgare nos, sileamus ab
ipsis conuincendis. Nam prorsus qui me di
cis malum,dico & ego alia innumerabilia:
cito aufer de medio, fini causam meam, de
re age Ecclesiæ,causam attende, vbi sis vi-
de. Veritas tibi vndelibet loquatur,esuriẽs
accipe; ne nunquam ad te perueniat panis,
dum semper quid reprehendas in vasculo
fastidiosus & calumniosus inquiris.

C

In Psalmum trigesimũseptimũ Enarratio. Psal.50.

OPportune ad id quod cãtauimus, ini
quitatem meam ego pronuncio, &
curam gero pro peccato meo, respon
dit hæc mulier de lectione Euangelij. Iniq
tates enim eius intuens dominus,canem ap
pellauit dicens, Non est bonum,panem fi- Mat.15
liorum mittere canibus. At illa quæ nouer
at iniquitatem suam pronunciare, & curã
gerere pro peccato suo, non negauit quod
veritas dixit,sed miseriam confessa, miseri-
cordiam potius impetrauit, curam gerens
pro peccato suo. Nam & curari petierat fi
liam suam, fortasis in filia significans vitã
suam. Psalmum ergo totum quantum pos-
sumus,dum consyderamus & pertractamus
aduertit. Asit dñs cordibus nostris, vt sa-
lubriter hic inueniamus voces nostras, &
qũo inuenerimus proferamus, nec difficul
ter inueniendo, nec imperite proferendo.

Titulus eius est:
Psalmus ipsi Dauid in recordatio-
nem sabbati.

Rom.1.

QVærimus quæ nobis scripta sunt de
sancto Dauid Propheta,ex cuius se-
mine dñs noster Iesus Christus se-
cundum carnem: & inter bona quæ de illo
nobis nota sunt per scripturas, non inueni- D
mus eũ aliqñ recordatũ sabbati. Quid.n.
ita recordaret. scdm illã obseruationẽ Iu-
dæorũ qua obseruabant sabbatũ. Quid ita
recordaretur quod inter septẽ dies necessa-
rio ueniebat. Obseruandum ergo erat,non
sic recordandũ. Nemo autem recordatur,
nisi quod in præsentia non est positũ,verbi
gratia, In hac ciuitate recordaris Carthagi
nem,vbi fuisti aliqñ: & hodierno die recor
daris hesternum diem, vel prioris anni,vel
quẽlibet anteriorem, & aliquod factũ tuũ
qd̃ iam feci sti,aut aliquid vbi fuisti,vel cui
rei interfuisti. Quid sibi vult ista recorda-
tio sab-

tio sabbati fratres mei? Quæ anima sic recordatur sabbatum. Quod est hoc sabbatũ. Cum gemitu.n.recordatur. Et cũ Psalmus legeretur, audistis, & modo cum retexerimus audietis, quantus sit mœror, quantus gemitus, quantus fletus, q̃ miseria Sed fœlix est, qui sic miser est. Vnde & dñs in Euan-
Matt. 5. gelio beatos appellauit quosdã lugentes. Vnde beatus si lugens? Vnde beatus si miser? Immo miser esset, si lugens non esset. Talẽ ergo & hic accipiamus sabbatum recordantem, nescio quẽ lugentẽ, & vtinã nos simus
E ipse nescio quis. Est.n.hic quidã dolens, gemens, lugẽs, recordãs sabbatum. Sabbatum requies est. Sine dubio iste nescio qua in in quietudine erat, q̃ tã cum gemitu requiem recordabatur. Ipse itaq; inquietudinem quã patiebatur narrat & commẽdat deo, nescio quid grauius timens, q̃ erat vbi erat. Nam quia in malo est aperte dicit, nec interprete opus est, nec suspitione, nec coniectura: in quo malo sit, non dubitetur ex eius verbis, nec opus est vt quæramus, sed vt qđ dicit intelligamus: & nisi peius aliquid timeret,
Psal. 6. q̃ erat illud quo tenebatur, non sic inciperet: Domine ne in indignatione tua arguas me, neq; in ira tua emendes me.) Futurum est enim vt quidam in ira dei emendentur, & in indignatione arguantur. Et forte non omnes qui arguuntur emendabuntur, sed tamen futuri sunt in emendatione quidam
1.Co.3. salui. Futurum est quidem quia emendatio
Mat.25. nominata est: sic tamen quasi per ignem. Futuri autem quidam qui arguentur & non emendabuntur. Nam vtiq; arguet eos quibus dicet, Esuriui, & non dedistis mihi mãducare, sitiui & non potastis me: & cœtera quæ ibi prosequens, quandam inhumanitatem & sterilitatem increpat, dicẽs malis ad
F sinistrã cõstitutis, quibus dicet, Ite in ignẽ æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Hæc iste grauiora formidans, excepta vita ista, in cuius malis plangit & gemit, rogat & dicit, Domine ne in indignatione tua arguas me. Non fim inter illos quibus dicturus es, Ite in ignem æternum qui para-
11.Co.3. tus est diabolo & angelis eius. Neq; in ira
25. dist. tua emendes me, vt in hac vita purges me &
Qui i a- talem me reddas cui iam emendatorio igne
liud. Et non opus sit, propter illos qui salui erunt, de pœn. sic tamen quasi per ignem. Quare, nisi quia
d.7. Nul hic ædificant supra fundamentum, ligna, fœ
lus.circ. num, stipulam? Si ædificarent autem aurũ, sinem. 4 argentum, lapides precioſos, & de vtroquẽ

igne securi essent: nõ solum de illo æternõ, qui in æternum cruciaturus est impios: sed sed etiam de illo qui emendabit eos, qui p ignẽ Sed salui erũt. Dicitur.n. Ipse autẽ saluus erit, cum sic tamẽ quasi per ignem. Et quia dẽ, saluus erit, contemnitur ille ignis Ita plane quan- de uis salui per ignem: grauior tamen erit ille & ignis, quàm quicquid potest homo pati in hac vita. Et nostis quanta hic passi sunt martyres in confessione Christi? Ista ergo q̃ hic sunt mala, multa faciliora sunt: & tamen videte quemadmodum ea homines ne patiantur, quicquid iusseris faciunt. Quanto melius faciunt quod iubet deus, ne illa grauiora patiantur? Quare autem petit iste ne in indignatione arguatur, neq; in ira emendetur, tanquam dicens deo, qm̃ iam ista quæ patior multa sunt, magna sunt, quæso vt sufficiant? Et incipit illa numerare satisfaciẽs deo, offerens illa quæ petitur, ne peiora patiatur. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuã. Non est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ.) Iam hæc dicebat, quæ hic patiebatur, & tamen hoc iam de ira domini, quia & de vindicta domini. De qua vindicta? Quam Go excepit de Adam. Non enim in illum non est vindicatum, aut frustra dixerat deus, morte morieris: aut aliquid patimur in ista vita, nisi ex illa morte quam meruimus pri mo peccato. Etenim portamus corpus mortale plenum tentationibus, plenum solicitudinis, obnoxium doloribus corporalibus, obnoxium indigentijs, mutabile & languidum cum sanum est, quia vtique nondum plene sanum. Nam vnde dicebat, Non est sanitas in carne mea: nisi q̃ ista quæ huius vitæ dicitur sanitas, bene intelligentibus & sabbatum recordantibus, non est vtique sanitas? Si enim non mandu caueris, inquietat fames. Ista fames, naturalis quidam morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primo hominẽ quod erat pœna, natura nobis est. Vnde dicit Apostolus, Fuimus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. Natura filij iræ, id est, portantes vindictam. Sed quare dicis, fuimus? Quia spe iam nõ sumus, nã re adhuc sumus. Sed illud melius dicimus quod spe umus, q̃a certi sumus de spe. Nõ.n. incerta est spes

Rom.8. est spes nostra, vt de illa dubitemus. Audi ipsam gloriam in spe. In nobismetipsis, inquit, ingemiscimus adoptionem, expectãtes redẽptionẽ corporis nostri. Quid n.? Non dum redẽptus es ò Paule? Nondum pro te preciũ persolutũ est? Nonne sanguis ille iã fusus est? Nonne ipsum est preciũ omnium
Rom.8. nostrũ? Plane ipsum. Sed vide quid ait, Spe enim salui facti sumus. Spes autem q̃ vĩ nõ est spes. Quod n. videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quid autẽ expectat
I per patiẽtiam? Salutem. Cuius rei salutem? Ipsius corporis, quia hoc dixit redemptionẽ corporis nostri. Si salutem corporis expectabat, non erat salus illa quam habebat. Esuris, sitis interficit, si subuentum non fuerit. Medicamẽtum.n. famis est cibus, & medicamentum fatigationis est somnus. Detrahe ista medicamenta, vide si nõ interficiũt illa quæ exiſtunt. Si sepositis istis non sunt morbi, est sanitas. Si autẽ habes aliquid qđ te posit interficere, nisi manducaueris, noli gloriari de sanitate, sed gemens expecta redemptionẽ corporis tui, Gaude te redẽptũ, sed nondum re, spe securus esto. Etenim si nõ gemueris in spe, non peruenies ad rem. Hoc est ergo, non est sanitas: ait, Non est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ. Vnde ergo sagittæ infixæ? Ipsam pœnam, ipsam vindictam, & forte dolores quos hic necesse est pati, & animi & corporis, ipsas dicit sagittas. De his.n. sagittis & sanctus Iob fecit commemorationem, & cum esset in illis doloribus, dixit sagittas dñi infixas sibi. Solemus tñ & verba dei sagittas accipere. Sed nunquid ab his posset iste sic dolore se percutere? Verba dei tanq̃ sagittæ excitant amorẽ nondũ excitatum nõ dolorem. An quia & ipse amor non põt esse sine dolore? Quic-
K quid.n. amamus & nõ habemus, necesse est vt doleamus. Nam ille amat & non dolet, qui habet quod amat. Qui autem amat, vt dixi, & nondum habet quod amat, necesse
Cant.2. & 5. est vt in dolore gemat. Inde illud in persona Ecclesiæ sponsa Chri in Canticocãtico rũ. Qm̃ vulnerata charitate ego sum. Vulneratum se dixit charitate: amabat.n. quidẽ, & nondũ tenebat, dolebat quia nondũ habebat. Ergo si dolebat, vulnerata erat, sed hoc vulnus ad veram salutẽ rapiebat. Qui hoc vulnere non fuerit vulneratus, ad verã sanitatem non potest peruenire. Nunquid ergo vulneratus semper erit in vulnere?

Possumus itaq; etiam sic infixas sagittas accipere. i. verba tua infixa cordi meo: & ex ipsis verbis tuis factum est vt recordarer sabbatum: & ipsa recordatio sabbati, & non dum retentio, facit me nondum gaudere, & agnoscere, nec sanitatem esse in ipsa carne, neq; dici debere: quum comparo istam sani 1.Co.15.
tatem illi sanitati, quam habebo in requie sempiterna: vbi corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatem: & video quia in illius sanitatis cõ
paratione, ista sanitas morbus est. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.) Quæri solet cuius sit vox: & aliqui
L accipiunt Christi, propter quædam quæ hic dicuntur de passione Christi, ad quæ paulopost veniemus, & agnoscemus, q̃ de passione Christi dicuntur. Sed non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorũ, qũo diceret qui nullum peccatum habebat? Co- 1.Pet.2.
arctat nos ergo intelligendi necessitas ad cognoscẽdum tanquam plenum & totũ Chri Luc. 2.
stum. i. caput & corpus. Cum enim Christus loquitur, aliquando ex persona solius capitis loquitur, quod est ipse saluator, natus ex Maria virgine. Aliquando ex persona corporis sui, quod est sancta Ecclesia, diffusa toto orbe tarrarum. Et nos in corpore ipsius sumus, si tamen fides nostra syncera sit in illo, & spes nostra certa, & charitas nostra accensa, sumus in corpore ipsius, & mẽbra ipsius, & inuenimus nos ibi loqui, Apo
stolo dicẽte, Quoniam membra sumus cor Ephe.5.
poris eius. Et multis locis dicit hoc Apostolus. Nam si dixerimus verba non esse Chri
sti, non erunt & illa verba Christi, Deus meus deus meus, vt quid me dereliquisti? Psal.21.
Et ibi.n. habes. Deus meus deus meus, vt quid me dereliquisti, longe à salute mea verba delictorum meorum. Qũo hic habes, à facie peccatorum meorum: sic & ibi habes, verba delictorum meorum. Et si Christus M
vtique sine peccato & sine delicto, incipimus nõ putare verba illa psalmi illius esse. Et valde durum & contrarium est, vt ille psalmus non pertineat ad Chrm, vbi habebus statim tã apertam passionem eius, tanquam ex Euangelio recitetur: Ibi.n. habemus, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quid quòd ipse dominus in cruce pendẽs, primum versum psalmi ipsius ore suo protulit, & dixit, Deus meus deus meus vt q̃d me dereliquisti? Quid voluit intelligi, nisi illum

illum psalmum totum ad se pertinere, quia caput ipsius ipse pronunciauit? Vbi autem sequitur & dicit, verba delictorum meorũ, non est dubium quia vox Christi est. Vnde ergo peccata, nisi de corpore quod est Eccle
Gene.2. sia? Quia loqtur corpus Christi & caput.
Ephe.1. Quare tanquam vnus loquitur. Quia erũt duo, inqt, in carne vna. Sacrm hoc magnũ est, ait Apostolus, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Vnde etiam cum ipse loqueretur in Euangelio, respondens eis, qui quæstionem intulerunt de vxore dimitten
Mat.10. da, ait, Nõ legistis quod scriptũ est, qꝓ deus ab initio masculum & fœminam fecit eos, & relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Igitur iam non duo, sed vna est caro.
A Si ergo ipse dixit, iam non duo sed vna est caro: quid mirũ si vna caro, vna lingua, eadem verba, tanquam vnius carnis, capitis & corporis? Sic audiamus tãquam vnum, sed tamen caput tanquam caput, & corpus tanquam corpus. Nõ diuiduntur personæ, sed distinguitur dignitas, quia caput saluat, saluatur corpus. caput exhibeat misericordiã, corpus defleat miseriam. Caput est ad purganda peccata, corpus ad confitenda peccata, vna tamen vox: vbi non scriptum est, qñ dicat corpus, quando caput, sed nos in audiendo distinguamus, ille autem tanquam
Mat.25. vnus loquitur. Quare. n. non dicat, peccatorum meorum, qui dixit, Esurjui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes fui, & non recepistis me: infirmus fui, & in carcere, & non visitastis me? Certe dominus nõ fuit in carcere. Quare non hoc diceret, cui cum dictum esset, quando te vidimus esurientem & sitiẽtem, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Respondit sic, & ex persona capitis sui indicans se dixisse, Cum vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Quare
B non dicat, à facie peccatorum meorum: qui
Actũ.9. dixit Saulo, Saule, Saule, quid me persequeris? Qui vtiq; in cœlo iam neminem persecutorẽ patiebatur. Sed quomodo ibi caput loquebatur pro corpore, sic & hic caput dicit voces corporis, cum & capitis voces auditis. Sed neq; cũ corporis voces audiretis, separetis caput: neque cum capitis voces audiretis, separetis corpus, quia iam non duo, sed vna caro. Non est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ. Sed fortasse iniuste tibi
Gene.2. deus iratus est ò Adam, ò genus humanũ, iniuste iratus est deus: quia ergo dixisti ei agnoscens ipsam pœnam tuam in corpore Christi constitutus homo, Non est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ: expone iustitiam iræ dei, ne te excusare videaris, illum accusare: sed quære & dic, Vnde ira domini? Non est sanitas in carne mea, à vultu iræ tuæ non est pax ossibus meis. Repetiuit id quod dixit, Non est sanitas in carne mea, hoc est enim non est pax ossibus meis. Non autem repetiuit à vultu iræ tuæ, sed causam dixit iræ dei. Non est pax, inquit, ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ sustulerunt caput meum, sicut fascis grauis grauatæ sunt super me.) Et hic causam præmisit, & effectum subiecit: quid vnde contigerit dixit. Iniquitates meæ sustulerunt caput meum. Nemo enim superbus, nisi iniquus cui sustollitur caput. Sursum tollitur, qui erigit caput aduersus deum. Audistis cum lectio legeretur libri Ecclesiastici, Initium superbiæ hominis, apostatare à deo. Ille qui prior noluit audire præceptum, sustulit iniquitas ipsius caput aduersus deum. Et quia iniquitates sustulerunt caput eius, quid illi fecit deus? Sicut fascis grauis grauatæ sunt super me. Leuitatis est erigere caput, quasi nihil portat qui erigit caput. Quia ergo leue est quod potest erigi, accipit pondus vnde ponatur. sit comprimi. Conuertetur enim labor eius in caput eius, & iniquitas eius in verticem eius descendet. Sicut fascis grauis grauatæ sunt super me. Computruerunt & putruerunt liuores mei.) Iam qui liuores habet, non est sanus. Adde quia ipsi liuores computruerunt & putruerunt. Vnde putruerunt? Quia computruerunt. Iam quomodo hoc explicetur in vita humana, quis hoc non nouit? Habeat aliquis fanum olfactum animæ, sentit quomodo putescat peccata. Cui putori peccatorũ contrarius erat odor ille, de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Vt qui salui fiunt. Sed vnde nisi de spe? Vnde, nisi de recordatione sabbati? Aliud enim plangimus in hac vita, aliud præsumimus in illa vita. Quod plangitur putet, quod præsumitur fragrat. Ergo nisi esset ille tis odor qui nos inuitaret, nunquam sabbatum recordaremur. Sed quia habemus de spiritum ipsum odorem vt dicamus sponso nostro, Post odorem vnguentorum tuorum curremus, auertimus à putoribus nostris olfactum

olfactũ, & conuertentes nos ad ipsum aliCant.1. quantulũ respiramus. Sed nisi ad nos oleãt & mala nostra nunq̃ istis gemitibus confitemur. Conputruerunt & putruerunt liuores mei. Vnde? A facie insipiẽtiæ meæ.) Vnde dixit supius, A facie peccatorũ meorum: inde nũc, à facie insipientiæ meæ. Miserijs afflictus sum & curuatus sum vsque in finẽ. Vñ curuatus est? Quia elatus erat. Si fueris humilis, erigeris: si fueris elatus, curuaberis: nõ. n. deerit deo põdus vnde te curuet. Illud erit pondus, fascis peccatorũ tuorum, hoc replicabitur in caput tuum & curuaberis. Quid est autem curuari? Non se posse erigere. Talem inuenit dominus mulierem ꝑ decem & octo annos curuã,
Luc.13. E non se poterat erigere. Tales sunt q in terra cor habẽt. At vero quia inuenit mulier illa dominum, & sanauit eã, habeat sursum
Sapi.9. cor. In quantũ tũ curuatur, adhuc gemit. Curuatur. n. ille qui dicit, Corpus. n. quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. In his gemat vt illud accipiat: recordeꝰ sabbatũ, vt ad sabbatũ peruenire mereatur. Quod. n. celebrabãt Iudæi, signũ erat. Cuius rei signum? Quam iste recordaꝰ qui dicit, Miserijs afflictus sum & curuatus sum vsque in finẽ. Quid est vsque in finẽ? Vsq; in mortem. Tota die contristatus ambulabã.) Tota die, sine intermisione. Hoc dicit tota die, tota vita. Sed ex quo cognouit? Ex quo sabbatum recordari cœpit. Quandiu. n. recordatur qđ nondum habet, nõ vis vt cõtristatus incedat. Tota die cõtristatus ambulabam. Qm̃ anima mea cõpleta est illusionibus, & nõ ẽ sanitas in carne mea.) Vbi ergo est totus hõ, anima & caro est. Anima cõpleta est illusionibus, caro sanita tẽ non habet, qd remanet vnde sit lætitia? Nonne oportet vt cõtristetur? Tota die cõ
F tristatus ambulabã. Tristitia nobis sit, donec & anima nostra exuatur illusionibus, & corpus nostrũ induat suauitate. Illa. n. vera sanitas quę est? Immortalitas. quantæ sint aũt illusiones animæ si voluero dicere, tempus qñ sufficit? Cuius. n. anima ista nõ patitur? Breue est qđ admoneo, qũo anima nra completa est illusionibus. A facie ipsarum illusionum, aliquando vix orare permittimur. De corporibus cogitare non nouimus, nisi imagines: & sæpe irruunt quas non quærimus, & volumus ex hac in hanc ire, & ab illa in illam transire: & aliquando vis redire ad id quod cogitabas, & dimitte re vnde cogitas, & aliud tibi occurrit. Vis recordari quod oblitus eras, & non tibi venit in mentem, & venit potius aliud quod nolebas: vbi erat quod oblitus eras? Nam quare postea venit in mentem cum iã non q̃reret? Cũ ãt q̃reret occurrerũt pro illo innumerabilia q̃ nõ quęrebãtur. Rẽ dixi breuem fratres, aspersi nescio quid vobis, quo accepto cætera vosipsi cogitantes, inueniatis quid sit plangere illusiones animæ nostræ. Accepit ergo pœnam illusionis, amisit veritatem. Sicut. n. pœna est animæ illusio, sic præmium animæ veritas. Sed in his illasionibus constituti cum essemus, venit ad nos veritas, & inuenit nos coopertos illusionibus: suscepit carnem nostram potius à nobis, id est, à genere humano. Aperuit G oculos carnis, vt per fidem sanaret eos, qui bus veritatem fuerat monstraturus, vt sanato oculo veritas pateſceret. Inde. n. est veritas, quam nobis promisit, eum caro eius videretur, vt fides inchoaretur, cuius præmium veritas esset. Nõ. n. seipse Christus demonstrauit in terra, sed demonstrauit carnem suam. Nam si seipsum demonstraret, viderent illum Iudæi & cognoscerent. Sed si cognouissent, nunquam dominum 1.Co.2. gloriæ crucifixissent. Sed forte discipuli vi- Ioã.14. derunt, quando illi dicebant, Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Et ille vt ab eis se non visum esse monstraret, subiecit, Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem. Si ergo Christum videbant, quomodo adhuc patrem quærebant? Qui. n. videret Christum, videret & patrem. Nondum itaque Christum videbant, qui patrem sibi ostendi cupiebant. Audi quia nondum videbant. In præmio illud promisit alio loco dicens, Quid diligit me, mandata Ieã.14. mea custodit: & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et tanquam diceretur ei, quid illi dabis, diligens eum? Et ostendam, inquit, meipsum illi. Si ergo diligentibus eum hoc in H præmio promisit, quia ostendet seipsum illis, manifestum est, quia illa visio veritatis talis nobis promittitur, quia visa iam non dicamus, impleta est anima mea illusionibus. Infirmatus sum & humiliatus sum vsque nimis.) Qui recordatur altitudinem sabbati, ipse videt quantum sit humiliatus. Nam qui potest cogita

se quæ-

re quæ sit illa quietis altitudo,nõ videt vbi
Psal.30. nũc sit.Propterea alius Psalmus dicit,Ego
dixi in ecstasi mea proiectus sum à facie
oculorum tuorum. Assumpta enim mente
vidit nescio quid sublime, & quod vidit
nondum ibi totus erat, & quandam si dici
potest quasi coruscationem factam lumi
nis æterni,vbi sensit non se ibi esse,qđ po-
tuit vtcunque intelligere. Vidit vbi esset,&
quemadmodum malis humanis infirmatus
& coarctatus esset,& ait,Ego dixi in ecstasi
mea, proiectus sum à facie oculorum tuo-
rum. Tale est nescio quid quod vidi in ec-
stasi, vt inde sentiam quam longe sum qui
2.Co.12 nõdũ ibi sum. Iã ibi erat qui dixit, Assum-
ptus sum in tertium cœlum,& ibi audiebat
ineffabilia verba quæ non licet homini lo-
qui. Sed reuocatus est ad nos,vt gemeret
I prius perficiendus in infirmitate, & sic po
stea indueretur virtute: animatus tamẽ, qa
vidit aliquid rerum illarum pro dispensa-
tione officij sui,adiecit dicẽs, Audiui inef-
fabilia verba quæ non licet homini loqui.
Iam ergo quid opus est,vt à me aut à quo
quam quæratis quæ nõ licet homini loqui,
si illi non licuit loqui,cui licuit audire? Plã
gamus tamen & gemamus in confessione,
agnoscamus vbi simus, recordemur sabba-
tum,& patienter expectemus quod ille pro
misit, qui nobis in seipso exemplum patien
tiæ demonstrauit. Infirmatus sum & humi
liatus sum vsque nimis. Rugiebam à gemi
tu cordis mei.) Attenditis plerũque inter
pellare gemitibus seruos dei, & quæritur
causa:& non apparet nisi gemitus alicuius
serui dei,si tamen ad aures hominis circa il
lum positi peruenerit. Est.n.gemitus oc-
cultus qui ab homine non auditur: tamen
si tanta occupauerit cor cogitatio desyde-
rij cuiusdam, vt voce clariore exprimatur
vulnus interioris hominis,quæritur causa.
& dicit homo apud semetipsum,forte illud
est vnde gemit, & forte illud illi factũ est.
Quis põt intelligere,nisi ille in cuius ocu
lis & auribus gemit? Propterea rugiebam,
inquit,à gemitu cordis mei: quia homines
si quando audiũt gemitum hominis, ple-
runque gemitum carnis audiunt,gementẽ
à gemitu cordis non audiunt. Abstulit ne-
scio quis res huius,rugiebat,sed non à gemi
K tu cordis: alius,quia abstulit filium: alius,
quia vxorem: alius,quia grandinata est vi-
nea,quia cuppa acuit,quia diripuit iumen-
tum ipsius nescio quis: alius,qa dãnum ali-

quod passus est: alius,quia timet hominem
inimicum. Omnes isti à gemitu carnis re
giunt. At vero seruus dei,quia ex recorda-
tione sabbati rugit,vbi est regnum dei,qđ
caro & sanguis non possidebunt: rugiebã,
inquit,à gemitu cordis mei. Et quis cogno-
scebat vnde rugiebat? Subiecit. Et ante te
est omne desyderium meum.) Non.n.ante
homines qui cor videre non possunt,sed an
te te est omne desyderium meum, Sit desy-
derium tuum ante illum,& pater qui videt
in occulto,reddet tibi. Ipsum.n.desyderiũ
tuum, oratio tua est: et si continuum desy-
derium,continua oratio. Non.n.frustra di-
xit Apostolus,Sine intermissione orantes.
Nunquid sine intermissione genu flectimus,corpus prosternimus,aut manus leuamus,vt dicat,Sine intermissione orate? Aut
sicut dicimus nos orare,hoc puto sine inter
missione non possumus facere. Est alia in-
terior oratio sine intermissione. Oratio illa
quæ est? Desyderiũ. Quicquid aliud agas,
si desyderas illud sabbatum, non intermit-
tis orare. Si non vis intermittere orare,no
li intermittere desyderare. Continuum de
syderium tuum,continua vox tua est. Ta-
cebis si amare destiteris,quia tacuerunt de
quibus dictum est, Quoniam abundauit
iniquitas, refrigescet charitas multorum.
Frigus charitatis, silẽrium cordis est: flagra
tia charitatis,clamor cordis est. Si semp ma
net charitas, semper clamas, si semper cla-
mas,semper desyderas: si semper desyderas,
requiem recordaris. Et rugitus cordis tui
ante quem sit,oportet vt intelligas. Iã qui-
le desyderium debeat esse ante oculos de
cõsydera. Nunquid vt moriatur,inimicus
noster, quod quasi iuste optant homines?
Nam aliquando oramus quod non debe-
mus. Illud quod quasi iuste orant homi-
nes, videamus. Non orant vt moriatur ali-
quis,& ad illos hæreditas veniat. Sed & illi
qui orant vt moriantur inimici, audiant
dominum dicentem, Orate pro inimicis ve-
stris. Non ergo hoc orent vt moriantur
inimici,sed hoc orent vt corrigant,& mo-
tui erunt inimici. Iam.n.correcti non erunt
inimici. Et ante te omne desyderiũ meum.
Quid si desyderium ante illum est,& ipse
gemitus non est ante illum? Vnde fieri po-
test quando ipsum desyderium vocẽ suam
habet gemitum? Ideo sequitur, Et gemi-
tus meus non est absconditus à te.) A te
non est absconditus,à multis autem homi-

nibus absconditus est. Videtur aliquãdo hu
milis seruus dei dicere,& gemitus meus nõ
est absconditus à te. Videtur aliquando &
ridere seruus dei, nunquid desyderium il-
lud mortuum est in corde? Si autem inest
desyderium,inest & gemitus. Non semper
peruenit ad aures hominum, sed nunquam
recedit ab auribus dei. Cor meum contur-
batum est.) Vnde conturbatum est? Et de-
seruit me fortitudo mea.) Plerunq; irruit
nescio quid repentinum, fit conturbatio
cordis,contremiscit terra, tonitruus datur
de cœlo,horribilis fit impetus vel strepitus,
leo forte videtur in via,fit conturbatio: la-
trones insidiantur,fit turbatio cordis,paue
tur,vndiq; solicitudo incutitur. Vnde hoc?
Quia deseruit me fortitudo mea. Si enim
maneret illa fortitudo,quid timerẽt? Quic-
quid nunciaretur,quicquid frenderet,quic-
quid sonaret, quicquid caderet, quicquid
horreret non terreret. Sed vnde illa pertur
A batio? Deseruit me fortitudo mea. Vnde de
Gene.3. seruit fortitudo? Et lumen oculorum meo-
rum non est mecum.) Latuerat ergo Adam
lumen oculorum ipsius. Nam lumen ocu-
lorum ipsius ipse deus erat,quem cũ offen-
disset,fugit ad vmbram, & abscondit se in-
ter ligna paradisi,pauebat a facie dei,& q̃si-
uit vmbram arborum. Iam inter arbores lu
men oculorum non habebat, ad quod gau-
dere consueuerat. Si ergo ille in origine,&
1.Co.5. nos de propagine,& redeunt ad illum scdm
vel nouissimum Adam membra ista, quia
nouissimus Adam in spiritu viuificante, &
clamant de corpore eius in ista confessione,
Et lumen oculorum meorum non est me-
cum: iam confitens iam redemptus, iam in
corpore Christi est,& lumen oculorum ip-
sius non est cum ipso? Plane non est cum
ipso,sed est quidem tanquam adhuc recor-
dantium sabbatum, tanquam cernentium
Ioã.14. in spe: sed nondum illud est lumen, de quo
1.Ioã.3. dicitur,Ostendam meipsum illi. Est quidda
luminis,quia filij dei sumus, & vtique hoc
in fide retinemus,sed nondum est illud lu-
men quod videbimus. Nondum enim ap-
paruit quid erimus. Scimus quia cũ appa-
uerit, similes ei erimus, quoniã videbimus
2.Co.5. eum sicuti est. Nam modo lumen fidei &
B corpore,peregrinamur à domino. Per fidẽ
Rom.8. enim ambulamus,non per speciẽ. Et quan
diu quod non videmus speramus, per pa-
tientiam expectamus. Voces sunt ergo istæ

peregrinantium,nondum in patria consti-
tutorum. Et recte dicit, & vere dicit,& si
non sit dolosus veraciter confitetur, & lũ-
men oculorũ meorum non est mecũ. Hæc
patitur homo intus sibi,secum,in seipso,&
ad seipsum, de nemine ad neminem præter
se. Hæc sibiipsi pœna sua esse meruit, quic-
quid superius enumerauit. Sed nunquid
hoc solũ est quod patitur homo? Patitur.n.
ex se intrinsecus,forinsecus aũt ex eis,inter
quos viuit. Patitur mala sua,cogitur pati &
aliena. Inde sunt illæ duæ voces, Ab occul- Psal.18.
tis meis munda me dñe, & ab alienis parce
seruo tuo. Iam de occultis suis cõfessus est,
à quibus se cupit mundari. Dicat & de alie
nis,à quibus sibi vult parci. Amici mei.)
Quid dicam iam de inimicis? Amici mei,&
proximi mei, aduersum me appropinqua-
uerunt & steterunt.) Hoc quod ait,aduer-
sum me steterunt,intellige, Si.n.aduersum
me steterunt,aduersus se ceciderunt. Amici C
mei & proximi mei aduersum me appro-
pinquauerunt & steterunt. Iã intelligamus
capitis voces,iã incipiat illucescere caput no
strum in passione. Sed rursum cum cœperit
caput dicere,noli inde separare corpus. Si
caput noluit se separare à vocibus corporis,
corpus se audeat separare à passionibus ca
pitis? Patere in Christo,quia tanquam pec
cauit in infirmitate tua Christus. Modo.n.
peccata tua tanquam ex ore suo dicebat sua.
Dicebat enim à facie peccatorum meorum,
quæ non erant ipsius. Quo ergo peccata
nostra sua esse voluit propter corpus suũ,
sic & nos passiones eius nostras esse vel-
mus propter caput nostrum. Non enim il-
le ex amicis passus est inimicos,& nos non,
Immo & ad hoc paremus in eodem conui-
uari,talem calicem non respuamus, vt cel-
situdinis eius desyderium per humilitatem
eius inueniamus. Respondit enim celsitu-
dini eius hærere volentibus, qui eius ad-
huc humilitatem non cogitabunt, & ait il- Mat.20.
lis, Potestis bibere calicem quem ego bibi-
turus sum? Ergo & illæ passiones domini,
passiones nostræ sunt:& vnusquisque si be-
ne seruiat deo,bene seruet fidem, exhibeat
quod debet, & versetur inter homines iu-
ste,volo videre si non patitur, etiam quod
hic enumerat in passione sua Chrs, Amici
mei & proximi mei aduersum me appro- D
pinquauerunt & steterunt. Et proximi à
longe steterunt.) Qui proximi appropin-
quauerunt,& qui ꝓximi a lõge steterunt?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proximi erant Iudæi, quia cognati erant,
Luc.23. Appropinquauerunt, qñ crucifixerũt. Proximi erant & Apostoli, & tñ ipsi a lõge steterunt, ne cum illo paterẽtur. Potest etiam hoc sic intelligi, Amici mei, id est, qui se finxerũt amicos meos. Amicos.n. se finxerunt
Mat.22. quando dixerunt, Scimus quia in veritate viam dei doces: qñ illum tentare voluerũt, vtrum soluendum esset tributum Cæsari, qñ illos conuicit ore ipsorum. Amici videri volebant, sed non illi erat opus vt quis-
Ioan. 2. quam ei testimonium perhiberet de homine. Ipse.n. sciebat de homine: adeo vt cum amica verba dixissent, respõderet eis, Quid me, inquit, tentatis hypocritæ? Ergo amici
Mat.22. mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & proximi à longe steterunt. Nostis quid dixi, Proximos dixi qui appropinquauerunt, & tamen à longe steterunt. Appropinquauerunt.n. corpore, sed longe steterunt corde. Qui tam propinqui corpore, q̃ qui in crucem leuauerunt? Qui tam longe corde, q̃ qui blasphemauerunt? Audite istam longinquitatem ab Esaia Propheta, Videte istam propinqui
Esa. 29. tatem & longinquitatem. Populus hic la-
Mat.15. bijs me honorat: ecce propinquat corpore, cor aũt eorum longe est à me. Idem propinqui, idem longinqui. Propinqui labijs, longinqui corde. Veruntamen quia longe steterunt timẽtes Apostoli, absolutius & planius de illis accipimus, vt alios ꝓpinquasse, alios
Mat.26. longe stetisse intelligamus: qñquidem & Petrus qui audacius secutus fuerat, ita adhuc longe erat, vt interrogatus & perturbatus, ter negaret dñm, cum quo se moriturum esse promiserat. Qui postea ex longinquo vt
Ioã. 21. propinquus fieret, audiuit post resurrectionem, Amas me? & dicebat, Amo. Et dicẽdo propinquabat, qui negando longe factus erat, donec trina voce amoris, solueret trinan vocem negationis. Et proximi mei à longe steterunt. Et vim faciebant qui quærebant animam meam.) Iam manifestum est qui quærebant animam ipsius, qui non habebant animam eius, qui non erant in corpore eius. Qui quærebant animam eius, longe erant ab anima eius, sed quærebant vt occiderẽt eam. Quæritur enim anima eius & bene. Nam alio loco arguit quosdam dicens, Et non est qui requirat animam meã.
F Arguit quosdam non quærentes animam
Psal.41 eius, & rursus arguit aliios quærentes animam eius. Quis est qui quærit bene animã ipsius? Qui eius passiones imitatur. Qui sunt qui quærebant male animã eius? Qui ei vim faciebant, & crucifigebant eum. Sequitur. Qui quærebant mala mea locuti sunt vanitatẽ.) Quid est qui quærebãt mala mea? Multa quærebant & nõ inueniebãt, Forte hoc dixerit, quærebant crimina mea. Quæsierunt.n. q̃ in illũ dicerent, & nõ in- M
11.q.3. & si ad. ueniebant. Quærebant.n. mala de bono, q̃rebant scelera de innocente. Quando inuenirent in eo qui nullum peccatum habebat? Sed quia peccata quærebant in eo qui peccata non habebat, restabat vt fingerent qd non inueniebant. Ideo qui quærebant mala mea, locuti sunt vanitatem, non veritatem. Et dolum tota die meditabantur.) Hoc est, fallaciam sine cessatione meditabantur. Nostis quanta falsa testimonia dicta sunt in dominum antequam pateretur. Nostis quanta falsa testimonia dicta sunt etiam cum resurrexisset. Nam illi milites custodes sepul In
chri, de quibus Esaias dixit, Ponam malos hpro sepultura eius. Mali.n. erant, & veritatem dicere noluerunt, & corrupti mendacium seminauerunt, attendite qualem vanitatem locuti sunt. Interrogati sunt ẽt ipsi & dixerunt, Cum dormiremus venerunt di- M
scipuli eius, & abstulerunt eum. Hoc est loqui vanitatem, Si enim dormiebant, vnde sciebant quod gestum erat? Ergo ait, Ego aũt velut surdus non audiebã.) Qui ad ea quæ audiebat non respondebat, tanquã non audiebat. Ego autem velut surdus non audiebam. Et sicut mutus nõ aperiẽs os suũ.) Et repetit eadem. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.) Quasi non esset quod illis diceret, quasi non esset vnde illos argueret. Nonne iam antea multa increpauerat, multa dixerat, & dixerat, Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, & multa talia? Tamen quando passus est nihil horum dixit, non quia non habebat quod diceret, sed expectabat vt complerent illi omnia, & implerentur omnes prophetiæ de illo, de quo dictũ erat, Et sicut ouis coram tondente se non aperuit os suum. Oportebat ergo vt taceret in passione, non taciturus in iudicio. Iudicandus.n. venerat, qui postea iudicaturus veniret: & ideo cum magna potestate iudicaturus, quia cum magna humilitate iudicatus. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me dñe deus meus.) Tanquam si ei diceretur, quare nõ aperuisti os tuum, quare non dixisti parcite, quare non in cruce pendens iniquos arguisti? Sequitur & dicit, Qm in te domine speraui tu exaudies domine deus meus. Mouit te quid facias, si forte incurrerit tribulatio.
Psal.36. Quæris.n. te defendere, & forte nemo accipit defensionem tuam. Iam tu perturbaris, quasi perdideris causam tuam, quia nullius
11.q.3. & si ad. habes defensionem aut testimonium. Custodi intus innocentiam tuam, ubi nemo opprimit causam tuam. Præualuit in te falsũ testimonium, sed apud homines, Nunquid apud deum valebit, vbi causa tua dicenda est? Quando deus iudex erit, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iudicem iustum & conscientiam tuam, neliti mere nisi causam tuam. Si causam malam non habueris, nullum accusatorem pertimescas, nullum falsum testem refelles, nullum verum requires. ¶Tu tantum bonam cõscientiam, affer vt possis dicere, Quoniã in te domine speraui, tu exaudies domi-
I ne deus meus. Quia dixi nequando exultent in me inimici mei, & dum cõmouẽtur pedes mei in me magna locuti sunt.) Iterũ redit ad infirmitatem corporis sui, & rursus caput illud attendit pedes suos, Non sic est in cœlo, vt deferat quod habet in terra. Attendit plane & videt nos. Aliquando.n. vt est ista vita, commouentur pedes nostri, & labuntur in aliquo peccato, ibi exurgũt linguæ neqssimę inimicorum. Hinc ergo intelligimus etiam cum tacebant quid quærebant. Quia erant tũc asperi, immites, gaudent se inuenisse quod dolere debuerunt. Et dixi, ne aliquando exultent in me inimici mei. Dixi hoc, & tamen forte ad emendationem fecisti eos magna loqui de me, dum cõ mouerentur pedes mei, id est, elati sunt, multa mala dixerunt cum commouerer.
Gala.6. Misereri enim debuerunt infirmis, non insultare, quomodo Apostolus dicit, Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hmõi in spiritu mansuetudinis. Et complectitur quare, intendena, inquit, teipsum, ne & tu tenteris. Non erant isti tales de quibus dicit, Et dum commouerentur pedes mei, in
K me magna locuti sunt: sed erant tales de quibus alibi dicit, Qui me premunt exultabũt, si motus fuero. Quoniam ego in flagella paratus sum.) Omnino magnifice tanquam diceret, ab hoc natus sum ut flagella sufferam. Non enim nascerer nisi de

Adã, cui flagella debentur. Sed aliquando peccatores in hac vita aut non, aut minus flagellantur, quia iam desperata est intentio eorum. Aut vero illi quibus paratur uita sempiterna, necesse est vt hic flagellent, q̃ a vera est illa sententia, Fili ne deficias in disProu.3.
ciplina dñi, neq; fatigeris cum ab illo increHeb.12.
paris. Quẽ.n. diligit dñs, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Ideo ergo non insultent inimici mei, nõ magna loquantur, & si flagellat me pater meus. In flagella paratus sum, quia mihi hæreditas ꝓparatur. Non uis flagellum, non tibi datur hæreditas. Omnis enim filius necesse est vt flagelletur. Vsqueadeo omnis flagella- Rom.8.
tur, vt nec illi pepercerit qui peccatum 1.Pet.2.
non habuit. Quoniam ego in flagella paratus sum. Et dolor meus ante me est semper.) Quis dolor? Forte de flagello. Et vere frẽs mei uere dicam uobis, Flagella sua dolent homines, quare flagellantur non dolent. Non erat iste sic. Audite fratres mei, nescio qui si damnum patitur procliuior est, ut dicat indigne passus sum, quam ut cõ
sideret quare passus sit, dolens damnum pe- L
cuniæ nõ dolens iustitiæ. Si peccasti, thesaurum tuum interiorem dole, Nihil habes in domo, sed forte manior es corde. Si autem plenum est cor bono suo deo tuo, quare nõ
Iob.1. dicis, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomẽ domini benedictũ? Vnde ergo iste dolebat? De flagello quo flagellabatur? Absit. Et dolor meus, inquit, ante me est semp. Et quasi diceremus, quis dolor, vnde dolor? Quoniam iniquitatem meam pronunciabo, & curam geram pro peccato meo.) Ecce vnde dolor. Non de flagello dolor, de vulnere non de medicina. Nam flagellum medicamentũ est contra peccata. Audite fratres, Christiani sumus: & tamen plerunq; si filius cuiusquam moriatur, plangit illum: si peccet, non illum plangit. Tunc plangit illum: si peccet, non illum plangit. Tunc plangeret, tunc doloret, cum peccatum videret: tunc modum imponeret, tunc normam uiuẽdi doceret, disciplinam daret. Aut si feciM
& ille non audiuit, tũc erat plangendus, tũc peius mortuus luxuriose uiuens, q̃ moriẽdo luxuriã finiẽs. Tũc ergo qñ ista faciebat í domo tua, nõ solũ mortuus erat, sed & putebat. Hæc dolẽda sũt, illa sustinẽda, illa ferẽda, ista plãgẽda. Plãgẽda ãt, qũo audistis plãgere istũ, qñ iniqtatẽ meã ego ꝓnũcio,

& curam geram pro peccato meo. Ne ſecurus ſis cũ confeſſus fueris peccatum, tanq̃ ſemper præparatus ad confitendum & cõmittendum peccatum. Sic pronũcia iniquitatem tuam, & curam geras pro peccato tuo. Quid eſt curam gerere pro pct̃o tuo? Curam gerere pro vulnere tuo. Si diceres curam gerã pro vulnere meo, quid intelligeretur niſi dabo operam ut ſanetur? Hoc eſt enim curam gerere pro delicto, ſemper niti, ſemper intendere, ſemper ſtudioſe & ſedulo agere, vt ſanes peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, ſed forte lacrymæ currunt & manus ceſſant. Fiãt eleemoſynæ, redimantur peccata, gaudeat indigens de dato tuo, vt & tu gaudeas de dato dei. Eget ille, eges & tu: eget ille ad te, eges & tu ad deum. Tu contemnis egentẽ tui, deus non contemnit egentem ſui. Ergo impleto tu egentis inopiam, ut impleat deus interiora tua. Hoc eſt, curam gerã pro peccato meo, faciam omnia quæcunque facienda ſunt ad abluendum & ſanandum peccatum meum. Et curam geram pro peccato meo. Inimici autem mei viuent.) Bene eſt eis gaudent in ſeculi fœlicitate, vbi ego & laboro & rugio a gemitu cordis mei. Quo viuent inimici illius, quia iam dixit, de illis quoniam locuti ſunt uanitatem? Audi in alio Pſalmo, Quorum filij ſicut nouellæ conſtabilitæ. Sed ſuperius dixerat, Quorũ os locutum eſt vanitatem, filiæ eorum compoſitæ ſicut ſimilitudo templi; cellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc, boues eorum craſſæ, oues eorum fœcundæ multiplicantes in exitibus ſuis, non eſt ruina ſepis, neque clamor in plateis eorum. Viuãt ergo inimici mei, hæc vita eſt, hanc laudãt, hanc amant, hanc malo ſuo habẽt. Quid enim ſequitur? Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Quid autem tu qui curam geris pro peccato tuo? Quid tu qui pronunciás iniquitatem tuam? Beatus, inquit, populus cuius eſt dominus deus ipſius. Inimici autem mei viuent. Et confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui me oderũt inique.) Quid eſt qui oderunt inique? Bona ſibi volentem oderunt, qui ſi redderent bona pro bonis ingrati eſſent, reddũt autem mala pro bonis qui oderunt, inique.

Pſ. 127. Pſa. 143.

A

B Tales fuerunt Iudæi, venit ad illos Chriſtus cum bonis, reddiderunt illi mala pro bonis. Cauete hoc malum fratres, cito ſubintrat, quia diximus tales erant Iudæi, ne putet unuſquiſque veſtrum longe ſe excep tum. Corripiat te aliquis frater tuus bonũ tibi volens. oderis illum & talis es. Et uide te quam cito fiat, quam facile, cuitate tam magnum malum, tam agile peccatum. Detrahebant mihi qui retribuunt mala pro bonis, quoniã perſecutus ſum iuſtitiam.) Ideo mala pro bonis. Quid eſt perſecutus ſum iuſtitiam? Non dimiſit. Ne forte perſecutionem ſemper in malo intelligas, perſecutus dixit, perfecte ſecutus ſum iuſtitiam. Quoniam perſecutus ſum iuſtitiam. Et audi caput noſtrum euidens in paſſione. Et proiecerunt me dilectum tanquam mortuum abominatum. Parum erat mortuum, quare abominatum? Quia crucifixum. Et enim hæc mors crucis magna apud eos abominatio erat, non intelligentes in prophetis Deut. dictum eſſe, Maledictus omnis qui pẽdet in Gala. ligno. Non enim ipſe attulit mortem, ſed hic inuenit de maledicto primi hominis pagatam, & eandem mortem noſtram ſuſcipiens in ligno ſuſpendit, quæ venerat de C peccato. Ergo ne putarent aliqui, ſicut putant quidam hæretici, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum falſam carnem habuiſſe, & non veram mortem in cruce ſoluiſſe, intendit hoc Propheta, & ait, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Oſtendit ergo quia & filius dei vera morte mortuus eſt, quæ mortali carni debebatur, ne non maledictum putares, non vere mortuum. Quia vero illa mors non erat falſa, ſed ex illa pro pagine deſcenderat, quæ uenerat de maledicto, cum diceret deus, Morte morieminis, omnino & ad ipſum peruenit vera mors, vt ad nos perueniret vera vita, etiam ad ipſum peruenit mortis maledictio, vt ad nos Rom perueniret vitæ benedictio. Et proiecerunt me dilectum, tanquam mortuum abominatum, Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris à me.) Dicamus in illo, dicamus per illum, ipſe enim interpellat pro nobis, & dicamus, Ne derelinMat quas me domine deus meus, & tamen dixerat, Deus meus deus meus vt quid me dereliquiſti? & dicit, Deus meus ne diſceſſeris a me. Si a corpore non recedit, receſsit a capite? Cuius ergo vox erat niſi primi hominis? Ex illo ergo ſe oſtendens veram carnem portare, dicit, Deus meus deus meus vt quid me dereliquiſti? Non illum dimiſit deus. Si te non dimittit credentem in ſe, Chriſtũ dimitteret pater & ſi D

lius & ſpiritus ſanctus unus deus? Sed perſonam in ſe transfiguraverat primi hominis. Scimus dicẽte Apoſtolo, quia uetus homo nr̃ confixus eſt cruci cum illo. Non autem careremus vetuſtate, niſi crucifigeretur in infirmitate. Ad hoc enim venit vt renouemur in illo, quia deſyderando eum & paſsionem eius imitando renouamur. Ergo vox erat infirmitatis, vox etat noſtra quadictũ eſt, Quare me dereliqſti? Inde ibi dictum, eſt, Verba delictorum meorum: tanquam diceret, hæc verba ex perſona peccatoris in me tranfigurata ſunt. Ne diſceſſeris a me. Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meæ.) Ipſa eſt ſalus fratres, de qua ſalute exquiſierunt Prophetæ, ſicut dicit Apoſtolus Petrus, & non accepe runt qui exquiſierunt, ſed inquiſierunt, & venimus nos & inuenimus quod illi exquiſierunt. Et ecce nos nondum accepimus, & naſcentur poſt nos, & inuenient quod nec ipſi accipient & tranſiẽt, & omnes ſimul in Mat. 10 fine diei cum Patria rẽhis, Prophetis & Apoſtolis denarium ſalutis accipiemus. Et enim noſtis mercenarios uel operarios diuerſis temporibus ductos ad uineam, mercedem tamen pariter acceperunt. Et Prophetæ ergo & Apoſtoli, & martyres, & nos, & qui poſt nos erunt vſq; in finem ſeculi, in ipſo fine accepturi ſumus ſalutem ſempiternam, vt contemplantes gloriam dei, & eius faciem intuentes eum laudemus in æternũ ſine defectu, ſine aliqua pœna iniquitatis, ſine aliqua peruerſitate peccati: laudantes deum & non iam ſuſpirantes, ſed inhærentes illi, cui vſq; in finem ſuſpiramus, & in ſpe lætati ſumus. In illa. n. ciuitate erimus, vbi bonum noſtrum deus eſt, lumen deus eſt, panis deus eſt, vita deus eſt, quicquid eſt bonum noſtrum, a quo peregrinantes laboramus, in illo inuenimus. In illo erit quies, quum modo recordantes neceſſe eſt vt doleamus. Illud enim ſabbatum recordamur, in cuius recordatione tanta dicta ſunt, & nos tanta dicere debemus, & dicentes nunquam tacere, non ore ſed corde: quia ſic ore tacemus, vt corde clamare poſsimus.

Finis.

In Pſalmum trigeſimum octauum enarratio.

Carthagine ad menſum ſancti Cypriani & cætera. Sermo habitus.

E

PSalmi huius quem modo cantauimus & tractandum ſuſcepimus, Titulus eſt: In finem pro Idithum canticum ipſi Dauid.) Cuiuſdam ergo qui vocatur Idithũ eo voces expectandæ ſunt, & ſi eſſe vnuſquiſq; noſtrum potuerit Idithum, in eo quod cantat, inuenit ſe & audit ſe. Viderint enim qui tunc fuerunt quis vocatus fuerit Idithum ſecundum hominum priſcam natiuitatem. Nos autem audiamus quid interpretetur hoc nomen, & in ipſa interpretatione nominis quæramus intelligentiam veritatis. Sicut ergo inquirentes reperire potuimus in eis nominibus, quæ nobis a ſtudioſis literarum diuinarum ex Hebræo eloquio in Latinum interpretata ſunt, Idithũ interpretatur tranſiliens eos. Quis eſt ergo iſte tranſiliens? vel quos tranſiliuit, quia trã ſiliens non vnde poſitum eſt ſed tranſiliẽs eos. Tranſiliendo enim cantata cantando tranſilit. Siue tranſiliendo cantet ſiue cantando tranſiliat, tranſilientes tamen canticũ pauloante cantauimus, vtrũ & nos ſimus trãſiliẽtes, viderit deus cui cãtauimus. Sed ſi quis trãſiliens cãtauit, gaudeat ſe eſſe qđ cãtauit. Si quis autem terræ adhuc inhærens cantauit, optet eſſe quod cantauit. Quoſdã G enim inhærentes humo, curuatos in terram ea quæ ima ſunt cogitantes, in rebus tranſeuntibus ſpem ponentes, tranſiliuit iſte qui vocatur tranſiliens eos. Quos. n tranſiliuit niſi remanentes? Noſtis quoſdam Pſalmos inſcribi canticum graduum, & ibi quidẽ in Græca lingua ſatis euidens eſt, qui dicat ἀναβαθμῶν. Anabathmi enim gradus ſunt, ſed aſcendentium non deſcendentium. Latinus quia non potuit proprie dicere, generaliter dixit: & quoniam gradus appellauit, ambiguum reliquit vtrum aſcendentium eſſent, an deſcendentium. Sed quia nõ ſunt Pſal. 18 loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum, exponit ſequentem lingua præcedens, & fit certum in alia, qđ ambiguum erat in alia. Quomodo ergo ibi aſcendens quidam cantat, ſic & hic tranſiliens. Eſt autem hæc aſcenſio, & iſta tranſilitio, non pedibus, non ſcalis, non pennis, & tamen ſi interiorem hominem attendas, & pedibus, & ſcalis, & pennis. Nam ſi non

anabathmus.

pedibus,quomodo dicit homo interior,nō
Psal 25 veniat mihi pes superbiæ? Si non scalis, qd
Gen 28 sunt quas uidit Iacob,vbi erant ascendentes
angeli & descendentes?Si non pennis,quis
psal.54 est qui dicit, Quis dabit mihi pennas sicut
H columbæ, & volabo & requiescam? Sed in
rebus corporalibus,aliud sunt pedes ,aliud
scalę,aliud pennę,Intus autem & pedes, &
scalæ,& pennæ,affectus sunt,& bonę volū-
tates. His ambulemus,his ascendamus, his
volemus. Cum ergo audit quisque transi-
lientem hunc & imitari eligit, non quærat
leuitate corporis transilire fossas,aut ali-
qua altiuscula præuolare saliendo:sed quod
psal.79. ad corpora attinet dico, Nam fossas etiam
transilit,succensa igni & effossa, quæ ab in-
crepatione vultus tui peribunt. Quæ sunt
enim succensa igni & effossa quæ ab incre
patione domini peribunt, nisi peccata? suc
censa igni sunt,quæ facit male ardens cupi-
ditas,& effossa sunt quæ facit male iacens ti
miditas. Hinc enim peccata omnia, aut cu-
piendo, aut timendo. Transiliat ergo iste
omnia quibus teneri posset in terra, erigat
scalas suas,exerat pennas suas: uideat vtrū
quisquam agnoscat hic se,imo vere in do-
mini gratia multi se agnoscunt,qui forte iā
vilem habentes mundum,& omnia quæ de
lectant in mundo, eligunt recte uiuere dū
hic viuunt in gaudijs quibusdā spiritalibus
Et hæc vnde erunt adhuc ambulantibus su
per terram,nisi ex diuinis eloquijs, ex ver
I bo dei,ex parabola aliqua scripturarū scru-
tata & inuestigata ,tex dulcedine inuentio-
nis,quam præcesit labor inquisitionis?Sūt
quædam delitiæ sanctæ & bonæ in libris.
Neq; enim sunt in auro & argento,in epu
lis atq; luxuria, in venationibus & piscatio
nibus, in ludo & ioco, in theatricis nugis,
in affectandis & apprehendendis ruinosis
honoribus, Neq; n.uera sunt gaudia in his
omnib. & in his libris nulla sunt,imo vero
anima illa ima trāsiliens,& in his delectata
ps. 118. dicat,quia verum dicit & secura dicit,Nar-
rauerunt mihi iniusti delectationes,sed nō
sicut lex tua domine. Veniat adhuc iste Idi
thum,trāsiliat eos qui delectantur imis: &
delectetur in his,& gaudeat in verbo domi
ni,in delectatione legis altissimi. Sed quid
dicimus? Et hinc transiliendum est in aliud,
Amhucusque habet quo transiliat qui tran
silire desyderat? Voces potius eius audia-
mus. Iam enim iste transiliens uidetur mi
hi quod habitabāt in eloquijs dei, & ibi di-
cit hæc quæ auditurus sumus. Dixi custo-
diam vias meas, vt non delinquam in lin-
gua mea.)Credas quod legendo, disserendo,prædicando,monendo,obiurgando,hor
tando,cum versaretur in opere,cum exerce
retur in difficultatibus quibusdam huma-K
nis,homo agens inter homines,quauis iam
transiliens eos qui non delectantur his quia
difficileest vt quisquam lingua non labatur
& peccet,& qui lingua non peccauit,vt ferē
ptum est,hic perfectus est vir: aliqua forte la
pœnitenda dixerat, & lapsa erant ab ore q̄
vellet reuocare nec posset. Non enim lin-
gua frustra in vdo est, nisi quia facile labitū
Videns ergo quam esset difficile vt necessi-
tatem loquendi haberet homo, & in loquē
do non aliquid diceret quod se dixisse nol-
let,& tædio affectus ex his peccatis, quæsi-
uit euitare talia. Patitur hanc difficultatem
transiliens, non me iudicet q̄ nondū est trā
siliens,trāsiliat & experiatur quod loquor.
Tunc enim erit & testis,& filius veritatis.
Cum ergo hæc ei contigissent,statuerat nō
loqui,ne aliquid diceret quod locutum se ef
se pœniteret. Et hoc indicant prima verba
eius, Dixi custodiam vias meas, ut non de-
linquam in lingua mea. Custodi ergo vias
tuas o Idithum, & noli delinquere in lin-
gua tua:perpende quod dicturus es,exami
na, consule interiorem veritatem, & sic
profer ad exteriorem auditorem. Quæris
ista plerunque in perturbatione rerum, in
occupatione animorum: dum ipsa infirmi-L
tas animæ,quam aggrauat corpus quod cor
pus quod corrumpitur,& audire vult & di-
cere,audire intus,dicere foras:aliquando p
turbata studio dicendi, deficit in diligentia
agnoscendi, & in his dicit aliquid quod for
te non esset dicendum. Contra hæc remē-
dium optimum,est silentium.Stat enim pec
cator, propria quadam nota peccator super
bus quisquam & invidus: audit loquentem
transilientem, captat verba, proponit la-
queos, difficile est ut non inueniat ali-
quid non ita dictum vt dici debuisset, nec
audiendo ignoscit, sed calumniatur inui-
dendo. Contra hos iste Idithum transi-
liens eos silere delegerat, vnde ita canta-
uit, Dixi custodiam vias meas, vt non de-
linquam in lingua mea. Quandiu ca-
pior a calumniosis aut captor, & si non
capior, custodiam uias meas, vt non de-
linquam in lingua mea, quamuis transi-
lierim delectationes terrenas,quamuis non

me capiant tpalium rerū volatici affectus,
quanuis iam hæc ima despiciā & ad melio-
ra consurgam, in ipsis tñ melioribus suffi-
cit mihi delectatio intelligentiæ corā deo.
Quid mihi opus est captanda loqui, & da-
re auditū calumniantibus? Dixi ergo custo
M diam vias meas, vt non delinquā in lingua
mea. Posui ori meo custodiā.) Hoc quare?
Propter pios, pp studiosos, pp fideles &
sanctos? Absit. Illi sic audiunt vt quod pro-
bant laudent: quod aūt improbant inter illa
forte quæ laudant veniā dant potius,q̄ ca-
lumniam parent. Propter quos ergo vis cu-
stodire vias tuas, vt nō delinquas in lingua
tua,& ponis ori tuo custodiam? Audi. Cum
consistit aduersus me peccator.) Non sistit
ad me,sed consistit aduersus me. Quid di-
Ioan. 2. cturus postremo, vnde satisfaciam carnali
1.Co.7: de spiritalibus. Loquor foris videnti & au
Eccl. 25 dienti,intus surdo & cæco? Animalis.n.ho-
mo non percipit quæ sunt spiritus dei. Nisi
aut animalis inueniretur,quo calumniare-
Esa. 53. tur? Beatus qui narrat verbum auri audien
ti,non auri peccatoris astantis aduersum se.
Tales enim multi circunstabant,& circum
fremebant, qñ ille velut ouis ad immolan-
dum ductus est, & sicut agnus coram ton-
dente sine voce, sic non aperuit os suum.
Quid.n.dicas,turgidis,turbidis,calumnio-
sis,litigiosis,verbosis? Quid dicas sancto &
pio,& de religione transilienti eos,qñ ipsis
libenter audientibus, discere cupientibus,
veritatis cibo inhiantibus, auide accipienti
Ioan. 16 bus,dñs ait, Adhuc multa habeo vobis dice
re,sed non potestis illa portare modo? Et
1.Co.3. A Apostolus,Non potui vobis loqui quasi spi
ritalibus,sed quasi carnalibus: non tū despe
rāndis sed nutriendis. Sequitur.n. Tāquam
paruulis in Christo Iac vobis potum dedi,
non escam,nondum.n.poteratis. Ergo vel
nunc dic, sed neq; adhuc quidem potestis.
Noli ergo festinare audire quod nō capis,
sed cresce vt capias. Sic paruulum alloqui-
mur, in sinu matris Ecclesiæ pio lacte nu-
triendum,& ad escam mensæ dñicæ idoneū
faciendum. Quid aūt vel tale dicam pecca-
tori astanti aduersus me, idoneum se putan
ti aut fingenti,ad ea quæ non capit: vt cum
ei dixero, & ille non cœperit, non se putet
non cepisse,sed me defecisse? Ergo propter
hunc peccatorem astantem aduersus me po
sui ori meo custodiam. Et quid secutū est?
Obsurdui & humiliatus sum, & silui à bo-
nis.) Patitur enim difficultatem iste tran-
siliens in quodam gradu quo iam transili-
uit,& quærit & inde transilire ad vitandam
hanc difficultatem. Peccare metuebā vt nō
loquerer,vt silentium mihi imponerē. Hoc
enim dixeram,custodiam vias meas, vt nō
delinquam in lingua mea. Et dum timeo lo
qui ne peccē, obsurdui & humiliatus sum, B
& silui a bonis. Dum nimis timeo ne loquar
aliqua mala,tacui omnia bona, obsurdui &
humiliatus sum,& silui à bonis. Vnde enim
dicebam bona,nisi quia audiebam? Auditui Psal.60.
enim meo dabis exultationem & lætitiam. Ioan. 3.
Et amicus sponsi stat & audit eum, & gau-
dio gaudet pp vocem non suam,sed sponsi. Ioan. 8.
Vt vera dicat,audit quę dicat. Nam qui lo
quitur mendaciū,de suo loquitur. Quiddā
ergo triste & molestę passus est iste, & hac
sua confessione,id quod passus est, cauendū
admonet non imitandum. Timendo.n.ni-
mis,vt dixi,ne diceret aliqua non bona,sta-
tuit sibi nulla dicere vel bona. Et quoniam
statuit tacere,cœpit nō audire. Stās enim si
transiliens es, expectas à deo audire quid
dicas hominibus. Inter diuitem deū,& ino-
pem quærentem quid audias,intercurris tu
transiliens,qui possis & hinc audire, & hic
dicere,Si eligis hic non dicere, non mereba
ris hic audire. Contemnis pauperem, con-
temneris à diuite. Oblitus es seruum te esse,
quem constituit dñs super familiam suam
dare cōseruis cibaria. Quid ergo quæris ac Mat.24.
cipere,quod piger es erogare? Merito ergo
quoniam quod acceperas dicere noluisti,im
pediris ne accipias quod accipere cupiebas.
Aliquid.n.volebas, aliquid habebas,da qđ C
habes,vt merearis accipere quod non ha-
bes. Ergo cum quasi posuissem ori meo cu-
stodiam,mihiq; indixissem silentium, quia
videbam vbiq; periculosum eloquium: fa-
ctum est,inquit,in me quod nolebam, ob-
surdui & humiliatus sum, non me humilia
ui,sed humiliatus sum. Obsurdui & humi-
liatus sum,& silui à bonis. Cœpi non dice-
re bona,cum timeo ne dicam aliqua mala,
& reprehendi consilium meum. Silui.n.a
bonis. Et dolor meus renouatus est.) A do-
lore quippe quodam, quem mihi inflixe-
rant calumniatores & reprehensores tan-
quam requieueram in silētio, & cessauerat
dolor ille qui factus est à calumniantibus:
sed vbi silui à bonis, renouatus est dolor
meus:cepi plus dolere tacuisse me q̄ dicere
deberem,q̄ doluerā dixisse quæ dicere non
deberem. Renouatus est dolor meus, &

Ps. 118. in meditatione mea exardescat ignis.) Cœ-
Psal. 64. pit esse inquietum cor meũ, videbã insensa-
Ioan. 2. tos & tacebã, non arguebã, & me sic tacen-
Mat 25. tem zelus domus tuæ comedebat. Respexi
ergo ad dñm meum dicentem, serue nequã
& piger, dares pecuniã meã nummularijs,
& ego veniens cum vsuris exigerẽ. Et qđ
sequitur, auertat deus à dispẽsatoribus suis:
D proiiciatur in tenebras exteriores ligatis
manibus & pedibus seruus, non euersor ad
perdendũ, sed piger ad erogandũ. Quid ex-
Psal. 102 pectare debent qui cum luxuria consumpse
runt, si dãnantur qui cum pigritia seruauer-
unt? In meditatione mea exardescat ignis:
& positus in hac fluctuatione dicendi & ta
cendi, inter eos qui calumniari parati sunt,
& eos qui affectant instrui, inter abundan-
tes & inopes factus opprobriũ his qui abun
dabant, & despectio superbis, respiciens eos
beatos, qui esuriunt & sitiunt iustitiã: labo-
rans, in vtroq;, afflictus in vtroq;, periclitãs
Matt. 5. ne proiiciat margaritas ante porcos, pericli
tans ne eroget cibaria cõseruis. In hoc æstu
quæsiuit alium meliorem locum ab hac di-
spensatione, in qua sic laborat homo & pe-
riclitatur, & suspirans in finem quendam,
vbi ista non erat passurus. In illum, inquã,
Mat. 25. finem quo dicturus est bono prærogatori
dñs, intra in gaudium domini tui. Locutus
sum, inquit, in lingua mea.) Inter æstus, in-
ter pericula hęc, Inter difficultates, quia ita
delectat lex dñi, vt tamen pp abundantiã
scandalorum refrigescat charitas multorũ.
Inter hos ergo æstus locutus sum, inquit, in
Mat. 25. lingua mea. Cui? Non auditori quem volo
E erudire, sed exauditori à quo volo erudiri.
Locutus sum in lingua mea, illi a quo intus
audio, si quod bonũ, si quod verum audio.
Quid locutus es? Notũ, inquit, mihi fac do-
mine finem meum.) Transiliui. n. quædam
& veni ad quædam, & ea in quæ veni melio
ra sunt eis à quibus transiliui, sed restat ad-
huc quod transiliendum sit. Non. n. hic re-
manebimus, vbi tentationes, vbi scandala,
vbi auditores & calumniatores patimur.
Finem meum notum mihi fac. Finem qui
mihi deest, non cursum qui mihi adest. Fi-
nem illum dicit, quem currens intuebatur
Apostolus, & de sua imperfectione confite
batur, aliud in se intuens, aliud alibi quæ-
Phili. 3. rens. Ait enim. Non quia iam acceperim,
aut iam perfectus sim, fratres, ego meipsum
non arbitror apprehendisse. Et ne diceres,
si non apprehendit Apostolus, ego appre-
hendi: si perfectus non est Apostolus, ego
perfectus sum: vide quid agas, attende quid
dicat. Quid ergo ais Apostole? nondum ap
prehendisti, nondum perfectus es? Quid
ais? Ad quam actionem me hortaris? Quid
mihi imitandum sequendumq; proponis?
Vnum aũt, inquit, quæ retro sunt oblitus,
in ea quæ ante sunt extentus, scđm intentio
nem sequor ad palmã supernæ vocationis
dei in Christo Iesu: scđm intentionem, nõ
secundum peruentionem, nondum scđm
apprehẽsionem, Non relabamur vnde iam
transilimus, nec remaneamus in illis in quę
iam venimus. Curramus, intendamus, in
via sumus: nec tam sis securus ex eis quæ
transisti, quàm solicitus pro eis ad quæ nõ-
dum pueneris. Quæ retro, inquit, oblitus,
in ea quæ ante sunt extentus, scđm inten-
tionem sequor ad palmam supernæ vocatio
nis dei in Christo Iesu. Ipse est enim finis.
Vnum autẽ, hoc est, illud vnum, Domine
ostende nobis patrẽ & sufficit nobis. Vnum
autem quæ & vna dicitur in alio Psalmo,
Vnam petij à domino, hanc requirã. Quæ
retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus,
vnam petij à dño, hanc requiram, vt inha-
bitem in domo domini per omnes dies vitæ
meæ. Propter quid? Vt contempler delecta-
tionem domini. Ibi. n. gaudebo de socio, nõ
timebo de aduersario. Ibi enim contempla-
tor mecum erit amicus, non calumniator
inimicus. Hoc desyderauit iste Idithum, no
tum fieri sibi cum hic esset, vt sciret quid
sibi deesset, & non tam gauderet de his ad
quæ peruenerat, quàm & desyderaret ea ad
quæ nondum peruenerat. Sed & quibusdã
quæ nondum peruenerat. Sed & quibusdã
iam transilitis, non remaneret in via, sed
desyderio raperetur in superna: vsquequo
ille qui quædam transilierat, omnia transili
ret, & ab irroratione quadam guttarũ dñi-
carum de scripturarum nube venientium,
veniret sicut ceruus ad fontem uitæ, & in
illo lumine videret lumen, & abscõderetur
in vultu dei à conturbatione hominum: vbi
diceret, bene est, vltra nihil volo, omnes hic
amo, neminem hic timeo. Bonum desyde-
rium, sanctum desyderium: qui iam hoc ha
betis, congaudete nobis & orate vt perseue
ranter habeamus, ne inter scandala defi-
ciamus. Nam & nos pro vobis hoc idem
rogamus. Non enim nos digni qui pro vo
bis oremus, & vos indigni qui pro nobis
oretis. Auditoribus suis quibus prædi-
cabat verbum dei, se commendabat Apo-
stolus.

stolus, Orationi instantes, vigilantes in
Colo. 4. illa. Orantes simul & pro nobis vt deus
aperiat nobis ostium verbi ad loquendum
mysteriũ eius, vt manifestẽ illũ sicut opor
tet me loq. Orate ergo pro nobis frẽs, vt
& qđ videndũ est bñ videamus, & qđ dicẽ
dum est bñ dicamus. Certũ hoc desideriũ
H noui in paucis esse, nec me optime intelli-
gunt, nisi qui gustauerint vnde loquor. Lo
quimur tũ omnibus & habentibus tale de-
syderium & nondum habentibus: Haben-
tibus, vt nobiscum illa suspirent: non hat ẽ
tibus vt pigritiã excutiant, ima transiliant,
ad dulcedinẽ legis dñicæ veniãt, non in de
lectationibus iniquorũ remaneant. Narrãt
.n. multa multi, & laudant multa multi, ini
Ps. 118. qua iniqui. Et reuera & illa iniqua habent
delectationẽ, sed nõ sicut lex tua domine,
Dicant ergo nobiscum qui credunt hæc di-
cere & nos. Negocium. n. hoc intus est, nul
lis verbis ostẽdi potest. Sed qui hoc agit, cre
dat esse & in alio, non solũ se putet accepis
se quod dei est. Dicat ergo in his Idithum,
notum fac mihi domine finem meum. Et
numerũ dierum meorum qui est.) Nume-
rum dierum quæro qui est. Sic possum di-
cere, sic possum intelligere numerum sine
Ps. 101 numero, qũo possunt dici anni sine annis.
Vbi. n. anni vtiq; quasi numerus, sed tñ tu
idẽ ipse es, & anni tui non deficient. Nume
rũ dierũ meorum mihi notum fac, sed qui
est. Quid ergo? Iste numerus in quo tu es
non est? Planè si attendam bene, non est: si
I hæream, quasi est: si transiliam, non est. Si
ab istis me excutiens superna contempler,
si transeuntia manẽtibus comparem, video
quid verum sit. Quid autem magis videat
nõ esse, quam si dicturus sim esse istos dies
meos? Hos, inquam, dies esse dicturus sum:
Exod. 3. & tam magnum hoc verbum, huic cursui
rerum labentium, temere dabo? Ita ergo, ip
se deficiens penè non sum, vt exciderit mi-
hi qui dixit, Ego sum qui sum. Est ergo ali
quis numerus dierum? Vere est, & sine fine
est. In his autem diebus dicam aliquid esse
si teneo, de quo die me interrogas. Tenes
vel interrogas me, Tene vnde me inter-
rogas. Tenes diem istum? Si tenuisti he-
sternum, tenes & hodiernum. Sed hester-
num, inquis, non teneo, quia iam non est,
istum autem teneo in quo sum, & qui me-
cum est, Itane de isto excidit tibi iam quan
tum à prima luce transierit? Nonne iste
dies a prima hora cœpit? Da mihi primam
horã eius: da mihi & secũdam eius, qua fe
te & ipsa transuolauit. Tertiam, inquis, da-
bo tibi, forte. n. in ipsa nunc sumus. Certe
ergo sunt isti dies, & est tertia dies. Et si
tertiam dabis, non diem sed horam dabis.
Verumtamen nec hoc quidem tibi concedo
si mecum vtcunque ista transiliisti. Da mi K
hi vel horam, tertiam ipsam mihi da in qua
es. Si enim aliqua eius iam præterijt, & ali-
quid eius adhuc restat: nec quod præterijt
aliquid mihi potes dare, quia iam non est,
nec quod restat quia nondum est: quid mi-
de hora ista q̃ nunc peragitur dabis? Quid
de illa mihi dabis? Cui committam hoc ver
bum vt dicam, est? Cũ dicis ipsum, est, cer-
te vna syllaba est, & momẽtum vnum est,
& tres literas habent in ipso ictu. Ad secũ
dam huius verbi literam non peruenis, ni-
si prima finita fuerit. Tertia non sonabit,
nisi cum & secunda transierit. Quid mihi
de hac vna syllaba dabis, & tenes dies qui
vnam syllabam non tenes? Momentis tran
suolantibus cuncta rapiuntur. Torrens re-
rum fluit, de quo torrente ille in via bibit
Ps. 119. pro nobis qui iam exaltauit caput. Isti
ergo dies non sunt, ante abeunt penè q̃ ve
niant, & cum venerint stare non possunt.
Iungunt se, sequuntur se, & non se tenent.
Nihil de præterito reuocatur, quod futu-
rum est transiturum expectatur, nondum
habetur dum non venit, non tenetur dum
venerit. Numerum ergo dierum meorum
qui est non istum qui non est, & quod me
difficilius & periculosius pturbat, & est &
non est: necesse possumus dicere quod non
stat, nec non esse quod venit & transit. Est L
illud simplex quæro, est verum quæro, est
germanum quæro, est quod est in illa Hie-
rusalem sponsa dñi mei: vbi non erit mors,
non erit defectus, non erit dies transiens,
sed manens, quia nec hesterno præceditur,
nec crastino impellitur. Hunc, inquam, nu
merum dierum meorũ qui est, notum mi-
hi fac, Vt sciam quid desit mihi.) Hoc. n.
mihi deest hic laboranti, & quandiu mihi
deest, non me dico perfectum: quãdiu hoc
non accipio, non dico quia acceperim, aut
iam perfectus sim: sequor autem ad palmã
supernæ vocationis dei, hanc accipiam pro
mercede cursus mei, Mansio quædam erit Phili. 3.
finis currendi, & in ipsa mãsione patria si-
ne peregrinatione, sine seditione, sine ten-
tatione. Ergo notum fac mihi hunc nume-
rum dierum meorum qui est: vt sciam qđ
desit.

desit mihi,quia nondum ibi sum:ne superbiam ex eo,in quo iam sum, vt inueniar in illo non habens meam iustitiam. In comparatione enim illius qđ est attendens ista q̃ non ita sunt, & plus mihi videns deesse q̃ adesse,ero humilior ex eo quod deest,q̃ elatior ex eo quod adest. Nam qui putant se
M aliquid habere cum hic viuunt, superbiẽdo non accipiũt quod deest, quia magnum pu-
Gala. 6. tant esse qđ adest. Qui.n.putat se aliquid cũ nihil sit,semetipsum seducit, nec isti ex hoc magni sunt.Nam & inflatio & tumor imitatur magnitudinem, sed non habent sanitatem. Iã ergo iste transiliens,agens quid dam in corde occultum, qđ non nouit nisi qui pariter agit: tanquam noto sibi facto fine suo impetrans quod rogauit,noto sibi facto numero dierum suorũ, nõ q trãsit,sed qui est:attendit ad hæc quæ trãsiliuit,& cõparauit noticiæ superiori. Et tanquã diceres ei, quare desyderasti numerum dierum tuorum qui est, Quid.n.de diebus istis dicis,& de illo alio,attẽdens hæc,ait, Ecce ve-
2.Co.5. teres posuisti dies meos.) Veteraſcunt.n.hi, ego nouos volo,nouos nunquã veteraſcentes, vt dicã vetera trãsierũt, ecce facta sunt noua,nunc in spe,tunc in re. Innouati.n.side et spe,quanta adhuc vetera agimus? Nõ .n.sic Chro induti sumus, ut ex Adã iã nihil portemus. Vide veteraſcentẽ Adã,& in
2.Co.4. nouari Chm in nobis. Et si exterior,inqt, hõ nr corrũpitur,sed interior renouatur de die in diẽ. Ergo pctm̃,ad mortalitatẽ,ad pteruolãtia tempora,ad gemitũ & laborem, & sudorem Adæ,ad ætates succedentes nõ manentes, ab infantia vsque ad senectu-
A tem,sine sensu transeuntes:ad hæc attendẽtes, videamus hic veterem hominem,uetere rem diem,vetus canticum,vetus testm̃. Cõuersi ãt ad interiora,ad ea q̃ innouã da sunt p̃ his q̃ immutabunt̃, inueniamus hominẽ nouũ,diẽ nouũ, canticũ nouum testm̃ nouũ,& sic amemus istã nouitatẽ,vt nõ ibi timeamus vetustatem. Nũc ergo in hoc cursu transimus a veteribus ad noua: ipse transitus agitur cum corrumpuntur exteriora, & innouantur interiora:donec etiam hocip sum quod exterius corrumpitur,reddat debitum naturæ,veniat in mortem, renouetur,& hoc in resurrectione:tunc fient reuera omnia noua, reliqua quæ nunc sunt,in spe sunt. Agis ergo aliquid nũc à ueteribus te exuendo,& in noua currendo. In noua ergo curreas iste,et in ea quæ ante sunt ex-

tentus,Notum,inquit, domine fac mihi finem meum,& numerũ dierum meorũ qui est,vt sciam quid desit mihi? Ecce trahat ad Phil. 3.
huc Adã,& sic festinet ad Christum. Ece,inquit,veteres posuisti dies meos. Veteres dies ex Adã,veteres illos posuisti,veteraſcunt quotidie, & sic veteraſcunt vt aliquando ẽt consumentur. Et substãtia mea tanquam nihil ante te.) Ante te domine tã B
quam nihil substantia mea, ante te qui vides hoc,& ego cũ hoc video ante te video, añ homines nõ video. Quid.n.dicã? Quibus verbis oñdam, nihil esse quod sum in comparatione eius quod est? Sed intus dicitur,intus vtrunq; sentitur,ante te dñe,vbi oculi tui sunt, non vbi oculi humani sunt. Quid vbi oculi tui sunt? Substantia mea tã quam nihil. Verũtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.) Veruntamen quid enim iam dicebat? Iam ecce transiliui mortalia omnia, & ima contempsi, calcaui terrena, ascendi ad delectationem legie domini, fluctuaui in dispensatione numerorum dominicorum,desyderaui etiam finem illũ cuius non est finis. Desyderaui numerum dierum meorũ qui est,quia numerus dierũ istorum non est. Ecce iam talis sum, tanta transiliui,in ea quæ stant sic inhio. Verun-
Iob 7. tamen sic quomodo hic sum, quandiu carnem mortalem porto,quandiu tentatio vita humana est super terram,quandiu interscandala suspiro, quandiu timeo ne cadam qui sto,quandiu mihi incerta sunt & mala mea, & bona, vniuersa vanitas omnis homo viuens. Omnis, inquam, & hærens C
& trãsiliẽs, & ipse Idithũ ad vniuersam va
nitatẽ adhuc ptinet,q̃a oĩa vanitas,et vanitas vanitãtiũ:q̃ abũdantia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? Nun qd et Idithũ sub sole adhuc est? Hẽt aliqd sub sole,habet aliquid vltra solem. Sub sole habet euigilare, dormire,manducare,bibere,esurire,sitire,vigere,fatigari,puerascere, inuenescere,senescere, incerta hre quæ optat & timet:hæc omnia sub sole habet,& ipse Idithũ,ẽt ipse trãsiliens eos. Vnde ergo trãsiliẽs illos? Desyderio. Notũ fac mihi domine finẽ meũ. Hoc.n desyderium vltra solem est, non est sub sole. Sub sole omnia visibilia. Quicquid visibile non est, sub sole non est. Non est visibilis fides, non est visibilis spes, non est visibilis charitas,non est visibilis benignitas,non est visibilis postremo timor ille castus pmanẽs in

seculũ seculi. In his omnibus dulcedinẽ hẽs consolationẽ q̃; Idithũ,& vltra solẽ conuersans, q̃a conuersatio eius in cœlis est,ex his q̃ adhuc hẽt sub sole, gemit, & ista cõtẽnit & dolet,in illa inardescit q̃ desyderat. Locutus est illis,loquat & de istis, Audistis concupiscenda,audite contemnenda, Veruntũ vniuersa vanitas omnis hõ viuens. Quanquã in imagine ambulet hõ.) In qua imagi
D ne nisi illius qui dixit, Faciamus hominẽ ad
Gene.1. imaginẽ & similitudinẽ nram, quanquã in imagine ambulet hõ. Ideo.n quanquã,quia magnũ aliquid imago hæc. Et hoc quãquã, secutũ est tñ:vt illud qđ audistis,quanquã, vltra solẽ sit:hoc aũt qđ sequitur,tñ,sub sole sit:& illud pertineat ad veritatem,hoc ad vanitatẽ. Quanquam ergo in imagine ambulet hõ,tñ vane conturbatur.) Audi conturbationẽ eius, & vide si non est vana,vt calces eã,transilias eã,& habites in excelsis, vbi non est ista vanitas. Quæ vanitas? The
Psal.39. saurizat, & non cognoscit cui congregabit ea.) O insana vanitas. Beatus cuius est dñs spes eius, & non respexit in vanitates & insanias mẽdaces. Delirare tibi videor auare cũ hæc loquor,anicularia tibi videntur hæc verba. Tu.n.videlicet hõ magni consilij,magnæq̃; prudentiæ,excogitas quotidie gña ac rendæ pecuniæ, de negocio,de agricultura,fortalsis & de eloqo,de iuris cõsultatione,de militia,addis & de fœnore. Hõ cordatus nihil pteritis omnino, vñ numus
E sup numũ,& in occulto diligentius acquiratur. Dpdaris hominẽ,caues dpdatorẽ: quod facis times ne patiaris, & in eo qđ pteris non te corrigis. Sed nõ paterris. Prudẽs enim hõ es, bene seruas,non solũ bene colligis. Habes vbi ponas,cui cõmittas,qũo nihil pereat ex eo qđ congregasti. Interrogo cor tuũ,discutio prudẽtiã tuã. Ecce collegisti,ecce ita seruasti, vt nihil possis amittere eorũ q̃ seruasti,dic mihi cui seruas? Nõ tecũ ago,nõ cõmemoro, non exaggero qcqd mali hẽt auaritia vanitatis tuæ:hoc vnũ pono,hoc discutio, qđ mihi dat occasionẽ lectionis huius Ps. Prorsus colligis,thesauras:nõ dico ne forte dũ colligis colligaris: nõ dico ne forte cũ vis cẽ pdo sis pda: hoc aptius loq̃r. Fortasis.n.cæcus auaritia nõ audisti aut itellexisti:nõ dico,inquã,ne forte cũ vis esse pdo minoris, sis pda maioris. Nõ.n.sẽtis cẽ te ĩ mari,nec cernis minores pisces à maioribus deuorari. Nõ dico ista, nõ dico difficultates & pericula in ipsa cõquisitione pecunię:quãta patiant̃ q̃ eã colligũr,q̃ in omnibus pclitent̃, in oĩbus penè morte videant,trãseo hæc omnia. Prorsus colligis nullo cõtradicẽte,seruas nullo auferẽte, excute cor tuũ ad prudẽtiã tãtã, qua me derides,qua me insipientẽ putes,hæc loF
quente me,dic mihi, Thesaurizas,cui congregabis ea? Video qd velis dicere,q̃si qđ vis dicere huic nõ occurrerit,dicturus es,filijs meis seruo,Hæc ẽ vox pietatis, excusatio iniqtatis. Filijs meis,ĩqt,seruo. Etiã ser Lib 50.
uas filijs tuis, ita ne hoc non nouerat Idi- homi.
thũ? Nouerat ea planè,sed ĩ dieb9 veterib9 homili.
computabat, & ideo contemnebat,quia ad 47.
nouos dies festinabat. Nam ecce discutio te cũ filijs tuis, seruas transiturus transituris, imo vero trãsiẽs transeuntibus. Nam transiturum te sic dixi,quasi nunc maneas. Ipsum hodie, ex quo loqui cœpimus vsque ad hoc momentum,sentis, quia senuimus. Neq; n.cernis & ĩcremẽta capillorũ tuorũ,& nũc cũ stas, cũ hic es,cũ agis aliqd, cũ loq̃ris,ĩ te crescunt capilli tui. Neq; n.repẽte creuerũt,vt tõsorẽ q̃reres. Agit ergo ætas trãsuolãs & intelligẽtibus & in nõ sentiẽtibus,& in aliud male occuparis:trãsis tu & seruas trãseunti filio tuo. Primo hoc à te q̃ro,Scis cũ possessurũ cui seruas, aut si nõdũ natus est,scis nãsciturũ? Seruas filijs, incertum est an futuris, an possessuris, nec reponis thesaurũ vbi reponendus Matt. 6.
est. Nõ.n.dominus tuus seruo tuo tale cõsilium daret,vt peculiũ suum perderet. Pecu-
liosus se tuus es cuiusquam magni patrisG
familias. Quod amas q̃ & habes ipse tibi dedit, & non vult vt perdas quod tibi dedit,qui & seipsum tibi dabit. Sed nec hoc, inquam, quod tibi ad tempus dedit vult vt perdas. Multũ est,exuperat,supergreditur vires necessitatis tuæ. Iã certe superfluum deputãt,nec hoc volo vt pdas,ait dominus tuus. E quod facio? Migra,vbi posuisti nõ est tuus locus. Certe seruare vis auaritiæ, vide, forte & ipsi auaritiæ congruat consiliũ meum. Habere.n.vis quod habes & nõ perdere, ostendam tibi locum vbi ponas: Ne thesaurizes in terra, nescies cui congregas ea,& postea quemadmodum cõsumpturus sit qui posidebit,qui tenebit. Forte enim possessus posidebit te, quod à te habebit non tenebit. Forte cum ei seruas, antequã ille veniat tu perdes. Solicitudini Matt. 6.
tuæ cõsiliũ do, Thesaurizate vobis thesaurũ in cęlo. Hic in terra si velles seruare di-

nitias,

nitias,quæreres horreum:non forte crederes domui tuæ propter domesticos tuos, cõmendares ad vicũ argentarium:difficilis est.n.ibi casus,fur non facile accedit, bene Homnia seruantur. (Quare ista cogitas, nisi quia non habes melius vbi serues? Quid si dabo melius? Dicam tibi,noli commẽdare huic minus idoneo,sed est quidam idoneus illi commenda. Hẽt magna horrea,vbi perire non possint diuitiæ, magnus super oẽs diuites diues est. Iam forte dicturus es. Et qñ audeo tali commendare? Quid si ipse te hortatur? Agnosce illum,non solũ paterfamilias est,sed & dñs tuus est. Nolo,inquit,serue meus perdas peculiũ tuũ,agnosce vbi ponas. Quare ibi ponis vbi possis amittere,vbi & si non amittas,ibi permanere perpetuo tu non potes? Est alius locus quo te transferam. Præcedat te quod habes, noli timere ne perdas: dator ego eram,custos ego ero: dicit tibi hoc dominus tuus. Fidem tuam interroga,vide si velis illi credere. Dicturus es,perditum habeo qđ non video,hic illud volo videre. Dum vis hic videre,nec hic videbis, & ibi nihil habebis, Nescio quos thesauros habes absconditos in terra, cum procedis non eos tecum portas. Venisti ad audiẽdum sermonem,ad colligendas interiores diuitias, cogitas de exterioribus, nunquid eas huc tecum adduxisti? Ecce nec nunc eas vides. Credis te hẽre in domo,quod scis te posuisse,nunquid scis te non perdidisse. Quam multi redierũt ad domos suas, & quod posuerant non inuenerunt:Hinc fortasse expauerunt corda cupidorum, & qm̃ dixi multos sæpe ad domũ suam redisse, & quod posuerant non inuenisse,dixit quisq, in corde suo, Absit Episcope,bonum opta,ora pro nobis. Absit vt contingat,absit vt ita fiat. Credo in deum,qm̃ quod posui saluum inuenio,Credis in deũ, & non credis ipsi deo. Credo in Christum, quia saluum erit quod posui,nemo accedat, nemo auferat.Securus vis esse credendo in Christum,vt nihil perdas de domo tua: securus eris potius credendo Christo, vt ibi ponas vbi consilium dedit. An securus es de seruo tuo,& solicitus es de domino tuo? Securus es de domo tua,& solicitus de cœlo?Sed ego,inquis, quomodo pono in cœlo? Dedi tibi consilium,vbi pœnas,quomodo perueniat ad cœlum nolo scias pone in manibus pauperum,da indigentibus: quid ad te quomodo perueniat?Non perdes,qđ ego accipio. An oblitus es,cum vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis? Si haberet quispiam amicus tuus quosdam lacus vel cisternas, & quæq; receptacula fabricatum ad seruandum aliquem liquorem, vel vini vel olei: quæreres vbi absconderes vel seruares fructus tuos,& diceret tibi, Ego tibi seruo: haberetq; ad illa receptacula occultos quosdam canales & transitus, vt p hos clanculo iret,quod palam funderetur: & diceret tibi,quod habes hic funde. Videres autem tu non esse illum locum vbi ponere cogitabas,& timeres fundere:ille q sciret machinamenta quædam occulta locorum suorum tibi diceret,funde securus,hinc illuc p ueniet. Non vides,quia:sed crede mihi q mãsiones fabricaui. Fabricaui ergo per quẽ facta sint omnia,mãsiones omnibus nobis: illuc vult præcedere quod habemus,ne hoc in terra perdamus. Cum autem seruaueris in terra,dic mihi cui congregabis ea? Filios habes,vnum plus numera, & da aliquid & Christo, thesaurizat & non cognoscit cui congregabit ea,vane conturbatur. Et nunc quoniam,inquit,iste Idithum respiciens vanitatem quandam,suspiciens veritatem quãdam, in medio positus quiddam sub se habet, quiddam supra se. Sub se habet vnde transiliuit, supra se habet quo se extendit. Qualis iste?Iam magnus. Et nunc ait,qũo quiddam transiliui, qũo multa calcaui,qũo temporalibus iam non teneor?Nondũ sum perfectus,nondum accepi. Spe.n.salui facti sumus, Spes autẽ quæ videtur nõ est spes. Quod.n.videt quis,quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patiẽtiã expectamus. Ergo & nunc quæ est expectatio mea. Nonne dominus?) Ipse est expectatio mea, qui dedit omnia ista quæ contemnam: ipse mihi dabit & se,qui est super omnia, & per quem facta sunt omnia, & à quo factus sum inter omnia, ipse est expectatio mea dominus. Vidistis Idithum fratres,videte quomodo expectat,Nemo ergo se dicat perfectum hic,decipit se,fallit se,seducit se,non potest hic habere perfectionẽ, Et quid prodest,quia perdit humilitatẽ? Et nũc quæ expectatio mea?Nõne dominus? Cum venerit iam non expectatur, tũc erit illa perfectio. Nunc autem quantuncunq; transilierit Idithum adhuc expectat. Et substantia mea ante te est semper.) Iam proficiens,iam ad ipsum tendens,& esse aliquantum incipiens,ante te est semper substantia mea. Subſtantia autẽ ista & ante hominẽ est. Aurum habes,argentum habes,mancipia,prædia,arbores,pecora, seruos,hæc videri ab hominibus possunt,est quædam substantia. Subſtantia mea ante te est semper. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.) Multa trã siliui,multa quidem trãsiliui, sed si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, nosipsos decepimus, & veritas in nobis nõ est. Multa trãsiliui,sed adhuc tũdo pectus, & dico,Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostri. Tu ergo expectatio mea,finis meus. Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credenti. Ab omnibus non solum ab eis, ne reuoluar in ea, quæ transiliui: sed ab omnibus omnino pp quæ mihi modo pectus tundens dico, Dimitte nobis debita nostra. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, ita sapientem & tenentem,quod ait Apostolus, Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus. Cum.n. se diceret nondum esse perfectum,ibi continuo securus ait, Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus. Quid est,quotquot perfecti sumus? Iam dudum tu dixeras,nõ qa iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequere ordinem dictorum. Vnum autem q retro oblitus,in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supnæ vocationis dei in Christo Iesu Ideo nondum perfectus, quia sequitur ad palmã supernæ vocationis dei,quam nondũ inuenit,ad quam nondum peruenit. Si autẽ non est perfectus qui non illuc peruenit, quis nostrum perfectus est? Tamen sequitur & ait:Quotquot.n.perfecti hoc sapiamus. Tu non es perfectus ò Apostole, & nos perfecti? Sed excidit vobis, quia se modo perfectum dixit. Non.n.ait, Quotquot estis perfecti hoc sapietis, sed quotquot,inquit,perfecti hoc sapiamus: cum pauloante dixisset, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Aliter ergo hic nõ potes esse perfectus, nisi scias hic te non esse posse perfectũ. Hęc ergo erit perfectio tua,sic te quædam transiliſſe,vt ad quædam properes: sic quædam te transiliſſe,vt restet aliud ad quod omnibus transactis transiliendum est. Hæc tota fides est. Nam quisquis se iam peruenisse putat,in alto se ponit vt cadat. Quia ergo ita sapio, quia me & imperfectum dico & perfectum. Imperfectum quidem,quia nõ dum aliquid accepi qđ volo. Perfectũ aũt, quia scio hocipsum quod mihi desit: quia ergo sic sapio,quia humana contemno,quia lætari in rebus pereuntibus nolo, quia irrideor ab auaro iactante se ꝙ sit prudens, & me irridente ꝙ desipiam,quia sic ago, quia hanc viam carpo. Opprobrium,inquit,insi pienti dedisti me.) Inter eos me viuere voluisti, inter eos prædicare veritatem qui amant vanitatem,& non possum nisi irrideri ab eis:quia spectaculum facti sumus huic mundo,& angelis & hominibus:angelis laudantibus,hominibus opprobrantibus: immo & angelis laudantibus & vituperantibus, & hominibus laudantibus & vituperantibus. A dextris & à sinistris habemus arma,in quibus militamus, per gloriam & ignobilitatem,per infamiam & bonam famam,vt seductores & veraces. Hæc apud angelos, hæc apud homines: quia & apud angelos sunt sancti angeli quibus bene viuendo placemus,& sunt præuaricatores angeli, quibus bene viuendo displicemus. Et inter homines sunt sancti viri,quibus placeat vita nostra: sunt nequissimi homines qui irrident bonam vitã nostrã. Et hæc & hæc arma sunt,illa dextra, illa sinistra,vtraque tamen arma sunt. Vtrisque armis & dextris & sinistris vtor, & laudantibus & vituperantibus, & honorem deferentibus, & ignominiam irrogantibus. In his vtrisq; armis confligo cum diabolo, vtrisq; cum ferio,prosperis si non corrumpor, aduersis si non frangor. Dedisti ergo opprobrium insipienti. Obsurdui & non aperui os meum.) Sed contra insipientem obsurdui & nõ aperui os meum. Cui enim dicerem quod agitur in me? Audiam enim quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacẽ populo suo,sed non est pax impijs dicit dominus. Obsurdui & non aperui os meum. Quoniam tu es qui fecisti me.) Ideo non aperuisti os tuum,quia deus est qui fecit te. Mirum est,si tibi deus non fecit ad loquendum? Qui plantauit aurem non audit? qui finxit oculum non videt? Os tibi deus ad loquendum dedit, & dicis: Obsurdui & non aperui os meum, quoniam tu es qui fecisti me:an quoniam tu es qui fecisti me, ad posteriorem versum pertineat? Quoniam tu es qui fecisti me. A moue à me flagella tua.) Quoniam tu es qui fecisti me,noli exterminare me, tantum cæde vt proficiam non vt deficiam: tantum tunde vt perducar, non vt comminuar. Quoniam tu es qui fecisti me, amoue à me flagella tua.

A forti-

1.Co. 4.

2.Co. 6.

Pſal. 84.

Esai. 48.

Pſal. 93.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in argutionibus.) Hoc est,cum argueres me,defeci. Et arguere tuum quid est,nisi quod sequitur? Pro iniquitate erudisti hominem, & contabescere fecisti sicut araneam animam meam.) Multum est quod intelligit Diste Idithum, si quis cum illo intelligat, si quis cum illo transiliat. Dicit enim in argutionibus dei defecisse, & vult à se moueri flagella,quoniam ipse est qui fecit illum. Quod fecit, ipse reficiat:& qui creauit,ipse recreet.Sed tamen qui ita defecit,vt non velit se & recreari & reformari, sine causa putamus fratres factum fuisse. Pro iniquitate,inquit,erudisti hominem. Totum quod defeci,quod infirmus sum,quod de imo clamo,hoc totum pro iniquitate:& in hoc erudisti,non damnasti, pro iniquitate erudisti hominem. Audi hoc planius ex alio Psalmo, Bonum est mihi quia humiliasti me,vt Psa.118. discam iustificationes tuas. Et humiliatus sum,& bonum est mihi:& pœna est,& gratia est. Quid seruat post pœnam, qui per gratiam exhibet pœnam? Ipse enim est de Psa.114. quo dictum est: Humiliatus sum, & saluũ Psal.93. me fecit. Et bonum est mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Pro iniquitate erudisti hominem. Et quia scriptum est: Qui fingis dolorem in præcepto, deo dici non nisi à transiliente potuit, quia non nisi à transiliente videri potuit. Fingis, inquit,dolorem in præcepto, de dolore præceptum mihi facis. Formas ipsum dolorem E meum. Non enim relinquis informem,sed formas illum: & formatus dolor meus infli ctus à te, præceptum mihi erit vt liberer à te.Fingis enim dictum est,dolorem,formas dolorem, plasmas dolorem,non simulas dolorem: quomodo fingit artifex,vnde & figulus dicitur à fingendo, Ergo pro iniquitate erudisti hominem. Video me in malis,video me in pœna, & apud te non video iniquitatem.Si ergo ego in pœna sum,& apud te iniquitas non est,nonne restat vt pro iniquitate erudias hominem? Et quomodo erudisti? Dic ipsam eruditionem,O Idithum qũo eruditus es? Et tabescere fecisti sicut araneam animam meam.Hæc est eruditio. Quid tabidius aranea animal ipsum dico: quanquam & ipsis telis aranearum quid tabidius? Attende & ipsum animal quàm tabidum est: pone supra leuiter digitum,ruina est,nihil omnino tabidius. Talem fecisti animam meam, inquit, erudiendo me pro iniquitate. Quando eruditio infirmum fecit,quædam fortitudo erat vitium. Videos quosdam præuolasse & intellexisse,sed à celerioribus non sunt deserendi tardiores, vt pariter viam sermonis carpant. Hoc dixi, hoc intelligite,si eruditio iustis dei,hanc infirmitatem fecit,fortitudo quædam erat vitium. Fortitudine quadã displicuit homo, vt erudiretur infirmitate:quia superbia quadã displicuit,vt erudiretur humilitate. Fortes esse dicuntur omnes superbi,infirmi humiles. Ideo hanc vicerunt multi ab Oriente & Occidente venientes,vt recumbant cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Quare vicerunt? Quia fortes esse noluerunt. Quid est,fortes esse noluerunt? Dese præsumere timuerunt. Iustitiam suã non constituerunt,vt iustitię dei subjcerentur. Deniq; quando dixit dominus hoc, Multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum:dixit etiam,Filij autẽ regni, id est Iudæi,ignorantes iustitiã dei, & suã volentes statuere,ibunt in tenebras exteriores.Recordamini fidem illam Centurionis vnius ex populo gentium: ita in se infirmi, ita non fortis vt diceret, Non sum dignus vt sub tectum meum intres. Non erat dignus vt Christum domo reciperet, & iam corde receperat. Etenim magister ille humilitatis, filius hominis iam inuenerat in eius pectore vbi caput reclinaret. Ad hoc verbum Centurionis dominus respiciens,ad sequentes se dixit,Amen dico vobis, in nullo inueni tantam fidem in Israel. Hunc infirmum inuenit, Israelitas fortes inuenit, inter vtrosque diceret,Non est opus medicus sanis,sed male habentibus. Propter hoc ergo,id est,propter hanc humilitatem,multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ecce mortales estis, ecce carnem putrescentem portatis, Et sicut vnus ex principibus cadetis, sicut homines moriemini,& cadetis sicut diabolus. Quid vobis prodest medicina mortalitatis? Superbus diabolus tanquam angelus, non habet carnem mortalem: tu autem qui accepisti mortalem carnem, & nec hoc tibi prodest,vt tanta infirmitate humilieris, sicut vnus ex principibus cades. Ipsa est ergo gratia beneficij dei prima, redigere nos ad confessionem infirmitatis, vt quicquid boni possumus,quicquid potentes sumus,

1.Co.1. in illo simus:vt qui gloriatur,in dño glo-
2.Co.12 rietur. Qñ infirmor,inquit,tunc potẽs sum. Pro iniquitate erudisti hominẽ. Et tabesce re fecisti sicut araneã animam meam.Verũ tamẽ vane cõturbatur omnis hõ viuens.) Redit ad illud quod pauloante commemorauit,quanuis hic proficiat,vane conturba-
Psal.54. tur omnis homo viuens, viuens vtique in incerto. Quis.n.vel de ipso bono suo securus est? Vane conturbatur. Iactet in domi num curã suã, in illũ iactet quicquid solicitus est,ipse nutriat,ipse custodiat. Quid.n. in hac terra certũ est nisi mors? Cõsydera-
Mo te omnia omnino, vel bona vel mala vitæ huius,vel in ipsa iustitia, vel in ipsa iniquitate,quid hic certum est, nisi mors? Profeci sti,qui sis hodie scis, quid facturus sis crastino nescis. Peccator es,qd sis hodie scis, quid sis crastino nescis. Speras pecuniam, incertũ est an proueniat.Speras vxorẽ,incertum est an accipias,vel qualẽ accipias. Speras filios, incertum est an nascantur. Nati sunt,incertum est an viuant.Viuunt, incertum est an proficiant, an deficiant. Quacunque te verteris,incerta omnia: sola mors certa. Pauper es,incertum est an diteſcas. Indoctus,incertum est an eruditus.Imbecillis,incertum est an conualescas. Natus es,certũ est quia morieris: & in hoc ipso quia mors certa est,dies mortis incertus est. Itaque hæc incerta, vbi sola mors est certa,cuius ẽt hora incerta: & sola multum cauetur quæ nullo modo deuitatur.
I Omnis homo viuens vane conturbatur. Ergo inter hæc iam transiliens, iam in quibusdam superioribus agens, hæc ima contẽnens,inter hæc positus, Exaudi,inquit,oratio-
nem meam.) De quibus gaudeã,de quibus gemã? De transactis gaudeo,pro his q restant gemo. Exaudi orationem meam, Et deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas.) Nunquid enim quia tanta transiliui,quia tanta transcendi,iam non fleo? Nonne multo magis fleo,quia qui apponit scientiam,apponit dolorem? Nonne
Eccle.1. quanto magis quod abest desydero, tanto magis donec ueniat gemo, tanto magis do-
Mat. 24 nec veniat fleo? Nonne quanto magis cre-
Hier. 9. scunt scandala, quanto magis abundat iniqui tas,tanto magis refrigescit charitas multorum, dico, Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarum? Exaudi orationem meã & deprecationem meã, auribus percipe lacrymas meas. Ne sileas à me,ne obsurdescam in æternum.) Ne sileas à me vt audiam te. Occulte enim dicit deus, multis in corde loquitur, & magnus ibi sonus,in magno silẽtio cordis, qñ magna voce dicit,Salus tua ego sum. Dic, Psa. 34.
inquit,animæ,salus tua ego sum. Ab hac voce,quia dixit deus animæ,Salus tua ego sum:optat ne fileat ab illo. Ne sileas à me. Quoniam inquilinus ego sum apud te.) K
Sed apud te inquilinus: apud diabolum cũ essem inquilinus eram, sed malam dominum habebam. Nunc autem iam quidem apud te,sed adhuc inquilinus. Quid est inquilinus? Vnde migraturus sum non vbi perpetuo mansurus. Vbi perpetuo sum mãsurus, dicatur domus mea: vnde migraturus sum qualis iste, iã magnus inquilinus sum: sed tamen apud deum meum sum inquilinus, apud quem domo accepta mansurus sum.Sed quæ domus est? quo migrãdum est ex hoc inquilinatu? Recognoscite illam domum,de qua dicit Apostolus, Habitationem habemus ex deo, domum non manu factam,æternam in cœlis. Si domus 2.Ch.5.
hæc æterna est in cœlis, cum ad eam venerimus, inquilini non erimus. Quomodo enim eris inquilinus in æterna domo? Hic autem vbi dicturus est dominus domus, migra: et quando dicturus est nescis, paratus esto. Desyderando autem domum eternam paratus eris,nec succenseas ei,quia cũ vult dicit migra, Non enim cautionem tibi fecit,& placito quodã se obstrinxit:& cõductor domus accessisti certa pensione ad certum tempus, quãdo vult dominus eius L.
migraturus es.Iõ.n.gratis manes, qa inquilinus ego sum apud te. Et pegrinus.) Ergo ibi patria,ibi domus,inquilinus apud te, & pegrinus. Et hic subaudit apud te. Multi .n.peregrini sunt cũ diabolo:qui aũt iã crediderunt & fideles sunt, peregrini quidem sunt:quia nẽdum ad illam patriam domũque venerunt,sed tũ apud deũ sunt. Quãdiu.n.sumus in corpore, peregrinamur à Ibidem.
deo,& ambimus, siue hic manẽtes siue peregrinantes placere illi. Et peregrinus & inquilinus.Sicut omnes patres mei.) Si ergo sicut omnes patres mei, dicturus sum me non emigraturum cum illi migrauerint? Alia conditione mansurus sum q̃ illi manserunt? Quid ergo restat vt petam, quia hinc sine dubio migraturus sum? Dimitte me vt refrigerer priusquã eam.) Vide inde

de Idithum quos modos habeas remittendos tibi: qbus remissis refrigerari vis priusquam eas. Habes.n. aliquos æstus, à quibus vis refrigerari, & dicis, remitte mihi. Quid remittet tibi, nisi forte illum scrupulum,
Matt.6. vbi dicis, & vnde dicis, Dimitte nobis debita nostra? dimitte mihi priusquam eam.
M Et amplius iam non ero.) Immunem me fac à peccatis priusquam eam, ne cum peccatis eam. Remitte mihi vt requiescam in conscientia mea, vt exonerata sit æstu solicitudinis: qua solicitudine curam gerã pro peccato meo. Remitte mihi, vt refrigerer ante omnia priusquam eam, & amplius iã non ero. Si.n. mihi non remiseris vt refrigerer, ibo & non ero priusquam eam. Quia si ero, iam non ero, remitte mihi vt refrigerer. Est quæstio oborta quomodo iam nõ erit. Ecce non it ad requiem, quod auertat deus ad Idithum. Ibit.n. planè Idithum ad requiem ibit. Sed fac aliquem iniquum nõ Idithum, non transilientem, hic thesaurizãtem, incubatorem, iniquum, superbum, iactãtẽ, elatũ, pauperis ante ianuã iacẽtis cõteptorẽ. Nõne & ipse erit? Quid est ergo nõ ero? Si.n. dixes ille nõ erat, quis é qui ar-
Luc.16. debat? Quis est qui guttam aquæ de digito Lazari stillari in linguã suã desyderabat? Quis est qui dicebat, Pater Abraham, mitte Lazarum? Vtique qui loqueretur erat, & qui arderet erat, & qui resurgat in finẽ, & qui cum diabolo æterno igne damnetur. Quid est ergo, non ero, nisi respiciat iste Idithũ? quid est esse & nõ esse? Videbat.n. illum finem quo corde poterat, qua mentis acie valebat, quem sibi ostendi desydera
A erat, dicens: Notum fac mihi domine finẽ meum. Videbat numerum dierum suorum qd est? Attendebat infra omnia quæ sunt, in comparatione illius esse non esse, & se non esse dicebat. Illa.n. permanent, ista mutabilia sunt mortalia, fragilia: & dolor ipse æternus, plenus corruptionis adhuc non finitur, vt sine fine finiatur. Respexit ergo beatam illam regionem, beatam patriam, beatam domum, vbi participes sunt sancti uitæ sempiternæ atque incommutabilis veritatis: & timuit extra ire vbi non est esse, ibi desyderans esse, vbi est summum esse. Propter hanc ergo comparationem interutrunque constitutus, adhuc timens dicit, Remitte mihi vt refrigerer priusquã eam, & amplius iã non ero. Si.n. mihi non remiseris peccata, ibo in æternũ abs te. Et à quo ibo in æternũ? Ab illo qui dixit: Ego sum qui sum. Ab illo qui dixit: Dic filijs Israel, Exo
qui est misit me ad vos. Ab eo ergo qui vere est, qui in contrarium pergit, ad non esse pergit. Itaque fratres mei, & si onerosus fui labori corporis vestri, certi sitis, quia & ego laboraui, & vere dico, quia istum laborem vos vobis facitis. Si.n. sentirem vos fastidire quod dicitur, cito tacerem.

In Psalmum trigesimum nonum. B
Enarratio.

OMnia quæ prædixit dominus noster Iesus Christus, partim facta cognoscimus, partim futura speramus: cũcta tũ complebuntur, quia veritas hæc dicit, & q̃ fideliter dicit, tam fideles inquirit. Qui credit, venientibus lætabitur: qui non credit, veniẽtibus confundet. Venient tũ illa siue volẽtibus hominibus, siue nolentibus, siue credẽtibus, siue non credentibus, sicut ait Apostolus, Si negauerimus, & ipse f. T
nos negabit: si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Præcepteris tñ fratres hoc memẽtote breue, & hoc tenete qd modo ex Euangelio omnes audi Mat
stis. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic & saluus erit. Iam patres nostri traditi sunt in concilia, dixerunt causas apud inimicos quos diligebant, præstiterunt eis, & quantã potuerunt correptionẽ, & quantam valuerũt dilectionem: & sparsus est sanguis iustus, & illo sanguine tanquam semine: per totum mundũ facta seges surrexit Ecclesiæ. Consequens autem tempus est scandalorum & simulationis & tentationũ per eos qui dicunt, Ecce hic est Christus, C
ecce illic. Hostis ille noster, tunc leo fuit cum aperte sæuiebat: modo draco est, cum occulte insidiatur. Ille autem cui dictum Psa
est: Conculc abis leonem & draconem, quoniam corpus eius & membra eius sumus: sicut conculcauit leonem pedibus patrum nostrorum aperte sæuientem, & ad passiones martyres attrahentem: ita modo draconem conculcabit, ne nobis insidietur. De quo dracone nos cautos faciens Apostolus ait, Aptaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo: timeo autem ne sicut ser. 1. Co
pens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à castitate quæ est in Christo Iesu. Serpens ergo iste adultes antiquus, virginitatem corrumpendã, non carnis

carnis sed cordis inquirit. Sicut aũt adulter homo lætatur in nequitia sua, cum carnem corrumpit, sic & diabolus lætatur qũ mẽtẽ corrumpit. Si aũt patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, sic nobis aduersus draconẽ vigilantia. Persecutio tũ siue à leone siue à dracone nunquam cessat Eccle
siæ, & magis metuendus est cum fallit q̃ cũ sæuit. Illo tpe cogebat Christianos negare Christum: isto autem tempore docet Christianos negare Chr̃m. Tunc cogebat, nunc docet. Tunc ergo ingerebat violentias, nũc insidias. Videbatur tunc fremens, lubricus
D nunc & oberrans difficile videtur. Qũo ãt tunc cogebat Christianos negare Christũ, apertum est. Attrahebantur.n. vt negarent Christũ, & confitentes Christum coronabantur. Nunc autẽ docet negare Christũ, & ideo fallit: quia qui docetur negare Christũ, quasi non sibi videtur recedere à Christo. Modo.n. quid dicitur ab hæreticis hominibus Christiano catholico? Veni, esto Christianus. Ad hoc dr̃, esto, vt dicat, non sum. Aliud longe est. Veni, esto Christianus: aliud veni, nega Christum. Apertum malum fremitus leonis, à longe auditur, à longe cauetur. Applicat se lubricus draco occultis lapsibus, serpens leni tactu surrepens, astuto sibilo immurmurans, & nõ dicit nega Chr̃m. Nam eum coronatis martyribus quis audiret? Sed dicit, Esto Chri-
stianus. Et ille mirabili voce percussus, si nondũ veneno penetratus est, respõdet, plane Christianus sum. Si aũt mouetur, & dẽ
te draconis captus est, respondet, Quare mihi dicis, esto Christianus? Quid.n. Non sum Christianus? Et ille, Non. Ergo non
E sum? Nõ. Ergo nũc fac me Chr̃anum si nõ sum. Veni. Sed cum interrogari cœperis ab Epo quis sis, noli dicere Christianus sum, aut fidelis sum: sed dic te non esse vt possis esse. Cum.n. audierit confessionẽ Christiani fidelis, rebaptizare non audet. Cum aũt audierit quod non sit, dat illi tanquam quod non habebat: vt quasi ipse sit extra culpam, quia secũm vocem eius facit. Vbi quæro abs te hæretice, cur te extra culpã putas? Quid has voces audio, quia non tu negas, sed ille negat? Si habet culpam qui negat, quis est qui docet negare eum qui negat? Itane vero tu extra culpam es, qui facis docendo Christianus, quod faciebat minando paganus? Et quid agis? Nunquid tollis quod habet, quia negauit quod habet? Non facis vt non habeat, sed vt ad pœnã habeat. Quod enim habet, habet. Baptismus ille tanquam character infixus est, ornabat militẽ, cõuincit desertorẽ. Quid enim facis? Christũ imponis super Chr̃m. Si simplex esses, Chr̃m non duplicares. Deinde quæso te, obliuis es quod lapis est Christus, & lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in Psal. 117
caput anguli. Si ergo lapis est Christus, & Marc. 9.
Chr̃m vis imponere super Christum, exci 1. Pet. 2.
dit tibi quod audiuisti in Euangelio, quia Mat. 24.
lapis super lapidem non stabit. Tm̃ autem F
valet iunctura charitatis, vt quanuis multi lapides viui in structurã tẽpli dei cõueniãt, vnus lapis ex omnibus fiat. Tu autem discidisti te, ab ædificatione reuocas, ad ruinã vocas: & abundant hæ insidiæ, & non quiescunt: & videmus & toleramus, & quantum possumus reprimere conamur, disputando, conuincendo, conueniendo, terrendo, tamẽ omnes diligendo. Et cum hæc nobis agentibus perseuerant in malo, & cor nostrum de fraternis mortibus contabescit, cum eis qui foris sunt dolet, his qui intus sunt timet, per angustias multiformes & inceſſabiles tentationes, qbus abundat hæc vita, quid facturi sumus? Ex abundantia.n. iniquitatis fit quidam torpor charitatis, qm̃ abundauit iniqui
tas, refrigescit charitas multorum. Et quid Mat. 24.
sumus facturi, nisi quod sequitur, si tamen ipso adiuuante possimus, qui perseueraue
rit vsq; in finem, hic saluus erit? Ergo dica- Mat. 10.
mus quod iste Psalmus. Sustinens sustinui & 24.
dñm.) Sustinens sustinui, non quemlibet hominem promissorem qui posset fallere & falli, non quemlibet hominem consolatorem, qui potest tristitia sua ante tabescere q̃
me reficere. Consolatur me fratres homo cum tristis est mecum, simul gemamus, simul fleamus, simul oremus, simul sustinea
G mus. Quem nisi dñm qui promissa non aufert, sed differt? Exhibebit profecto, exhibebit, quia multa iam exhibuit: & nihil de dei veritate formidare deberemus, etiam si nihil adhuc exhiberet. Ecce iam putemus ita, omnia promisit, nondum aliquid dedit, idoneus promissor est, fidelis redditor, tu tantum esto prius exactor, & si paruulus, & si infirmus exige misericordiam. Non vides perbreues agnos capitibus pulsare vbera matrum, vt lacte satiẽtur? Sustinens, inquit, sustinui dominum. Et quid ille? An auertit se à te, an sustinentem contempsit, an forte nõ vidit? Non planè ista, sed quid?

Et attendit mihi. Et exaudiuit deprecationem meam.) Attendit & exaudiuit. Ecce non frustra sustinuisti, super te oculi eius,
Psal 33. ad te aures eius. Oculi enim domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quid ergo cum male faceres, cum eum blasphemares, non videbat? non audiebat? Et vbi est quod in alio Psal. dictum est, Vultus autem domini super facientes mala? Sed vt quid? Vt perdat de terra memoriã eorum. Ergo & cum malus esses attendebat te, sed dominus attendebat tibi. Proinde iste qui sustinens sustinui dñm, parum ei fuit dice-
H re, Attendit me, sed attendit mihi, inquit, id est, consolando attendit vt mihi prodesset. Quid attendit? Et exaudiuit deprecationẽ meam. Et quid tibi præstitit? quid tibi fecit? Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto limi.
Et statuit supra petram pedes meos, & dire-
Psal. 68. xit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Magna bona præstitit & adhuc debitor est: sed qui hæc reddita iam tenet, de cæteris credat, quæ credere debuit, & antequam ali quid sumeret. Rebus etiam ipsis persuasit nobis dominus noster fidelem se esse promissorem, largum datorẽ. Quid ergo nunc fecit? Eduxit me de lacu miseriæ. Quid est lacus miseriæ? Profunditas iniquitatis, ex carnalibus concupiscentijs. Hoc est enim & de luto limi, vnde te eduxit de profundo quodam. Vnde in alio Psalmo clamabas.
Psal. 129 De profundis clamaui ad te domine, Et qui iam de profundo clamant, non penitus in profundo sunt, clamor ipse iam leuat. Sunt alij profundius in profundo, qui nesciunt nec sentiunt se esse in profundo. Tales sunt superbi contemptores, nõ pij deprecatores, non lachrymosi clamatores: sed tales quales
I alio loco scriptura designat, Peccator cum
Prou. 18 venerit in profundum malorum, contemnit. Cui enim parum est esse peccatorem, nisi etiam non sit peccatorum suorum confessor, sed defensor, altior in profundo est. Ille autem qui de profundo exclamauit, iam ab imo profundi caput vt clamaret leuauit. Auditus est, eductus est de lacu miseriæ, & de luto limi. Iam habet fidem quam non habebat: habet spẽ sine qua erat in Christo ambulat q in diabolo errabat. Ideo. n. Posuit, inquit, supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.) Petra autem erat Christus. Simus super petram, dirigantur gressus no
1. Co. 10 stri: opus est tũ adhuc vt ambulemus, vt ad aliquid perueniamus. Nam Paulus Apostolus, iam super petram, iam directis pedibus Pe-
Pe. trus, iam super petram, iam directis pedibus quis quid dicebat? Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Fratres, ego non arbitror me apprehendisse. Quid ergo tibi præstitum est, si non apprehendisti? Vnde gratias agis cum dicis, Sed misericordiam consecutus sum? Quia directi sunt pedes, quia iam supra petrã ambulat. Quid. n. ait? Vnum autem quæ retro oblitus. Quæ retro? Lacus miseriæ. Quid est retro? Limus luti concupiscentiæ carnales, tenebræ iniquitatum, quæ retro oblitus, in ea quę ante sunt extentus. Non se diceret extentum, si iam peruenisset. Extenditur. n animus de
Phil. 3 syderio rei concupitæ, non lætitia cõsecutæ. In ea quæ ante sunt, inquit, extẽtus, sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Currebat, sequebatur ad palmam. Et alio loco iam proximus palmæ, cursum, inquit, cõsumaui. Q ergo dicebat, Sequor ad palmam supernæ vocationis, quia iam pedes eius in petra directi erant, iam viam bonam ambulabat: habebat vnde gratias ageret, habebat quod peteret, gratias agens de acceptis, petens dimitti debita. De quibus acceptis? De indulgentia peccatorum, de illuminatione fidei, de robore spei, de flamma charitatis. Vnde autem adhuc dñm debitorem tenebat? De cætero, inquit, superest mihi corona iustitiæ. Adhuc ergo mihi aliquid debetur. Quid debetur? Corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Primo benignus pater vt eruat de lacu miseriæ, vt donaret peccata, vt liberaret de luto limi: postea iustus iudex reddens bene ambulanti quod promisit, cui primo vt bene ambularet donauit. Reddet ergo iustus iudex. Sed quibus? Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Im-
Mat. 10 misit in os meum canticum nouum.) Q canticum nouum? Hymnum deo nostro. Dicebas forte hymnos dijs alienis, veteres hymnos, quia vetus homo dicebat non nouus homo. Fiat nouus homo, discat canticum nouum. Innouatus amet noua, nouus quibus renouetur. Nam quid antiquius deo, qui est ante omnia, & sine fine, & sine initio? Tibi fit nouus redeunti, quia discendo factus eras vetus, & dixeras, Inueraui in omnibus inimicis meis. Dicamus ergo hymnum deo nostro & ipse hymnum liberet nos. Laudans enim inuocabo dñm, & ab inimicis meis saluus ero. Hymnus est enim

enim canticum laudis. Laudans inuocas, non reprehendens. Quando enim inuocas deum vt premat inimicum tuum, quando alieno gaudere vis, & ad hoc malum inuocas deum, participem eum facis malitiæ tuæ. Non ergo laudans inuo-
Psal. 49 cas, sed reprehendens. Talem enim putas deum qualis tu es. Vnde tibi in alio loco dicitur. Hęc fecisti & tacui, suspicatus es inique qp ero tibi similis. Laudans
Matt. 5. ergo inuoca dominum, noli eum putare similem tibi, vt similis fias illi. Estote. n. sicut pater vester perfecti, qui solem suum oriri
M facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sic ergo lauda dominũ vt nolis male inimicis tuis. Et quanti eis, inquis, velim bonum? quantum tibi: nõ. n. de tuo accepturi sunt vt boni sint, aut quod illis dabitur, tibi minuetur? Inimicus tuus
Psal. 16. qa malus est, inimicus est, sit bonus, & ami-
Psal. 49. cus erit: vt simul velis possidere quod amas, iam frater erit. Laudans ergo inuoca, hymnum dic deo tuo, sacrificium laudis ait, glorificabit me. Et quid? Maior gloria erit deo, quia glorificas eum. Aut addimus gloriam deo quando ei dicimus, Glorifico te deus meus, aut sanctiorem eum facimus quando dicimus, Benedico te deus meus? Ipse quãdo nos benedicit, facit nos sanctiores, facit nos fœliciores: quando nos glorificat, facit nos glorioſiores, facit nos honoratiores, quando eum glorificamus, nobis prodest non illi. Quomodo enim eum glorificamus? Glorioſum dicendo, non faciendo. Proinde quid secutus ait cum diceret, Sacrificium laudis honorificabit me, ne putares te aliquid præstare deo offerendo illi sacrificium laudis, & ibi est via, inquit, ubi ostendam illi salutare meum. Vides quia tibi proderit laudare deum, non deo. Laudas deum
Ibidem. ambulas uiam: reprehendis deum, perdidisti viam. Et immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Forte quærit aliquis quæ persona loquatur in hnc Psalmo, Breuiter dixerim, Christus est. Sed si-
Ephe. 5. cut nostis fratres, & sæpe dicendũ est, Christus aliquando loquitur ex se, id est, ex capite nostro. Est enim ipse saluator corporis, ca-
Rom. 8. put nostrum, filius dei natus ex uirgine, passus pro nobis, resurgens ad nos iustificandos, sedens ad dexteram dei ad interpellandum pro nobis, retributurus omnia in iudicio bona bonis, mala malis. Caput nostrũ ille caput dignatus est corporis fieri, carnem assumendo a nobis, in qua moreretur pro nobis, quam etiam resuscitauit propter nos, vt in illa carne resurectjonis nubis præberet exemplum, ut sperare disceremus qđ desperabamus, & haberemus iam pedes in petra, ambularemus in Christo. Loquitur ergo aliquando ex capite nostro, loquitur aliquando & eũ nobis, id est, ex membris Mat. 25
suis, quia etiam quando dixit, Esuriui, & de Acto. 9
distis mihi manducare ex membris suis loquebatur, non ex se. Et quando dixit, Saule Saule quid me persequeris? caput pro membris clamabat, & tamen non dixit, quid per sequeris membra mea: sed, quid me perse- B
queris. Si in nobis ipse patitur, & nos in illo coronabimur. Hæc est charitas Christi, qđ huic comparari potest? Huius rei hymnum immisit in os nostrum, & dicit hoc ex mẽ- Abac. 2.
bris suis, Videbunt iusti & timebunt.) Et Rom. 1.
sperabunt in deum. Videbunt iusti. Fideles: quia iustus ex fide viuit. Etenim in Ecclesia iste ordo est, alij præcedunt, alii sequuntur. Et qui præcedunt, exemplum se præbent sequentibus: & qui sequuntur imitantur præcedentes. Sed & illi qui se exemplum præbent sequentibus nunquid neminem sequuntur? Si neminem sequuntur, errabunt, sequuntur ergo & illi aliquem, ipsum iam Christum. Meliores quique in Ecclesia quibus non remansit iam homo quẽ imitentur quia omnes proficiendo superauerunt, ipse Christus eis remanet quem usque in finem sequantur. Et cernitis ordina- 1. Cor. 1
tos gradus per Paulum Apostolum dicen- 1. Ti. 4.
tem, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ergo qui iam directos gressus habent in petra, forma sint fidelibus. Sed forma, inquit, estote fidelibus. Ipsi fideles sunt iusti, qui attendentes eos, qui se in bono præcedunt, imitando sequuntur, Quomodo se- C
quuntur? Videbunt iusti & timebunt, uidebunt & timebunt sequi vias malas, cum uident quosque meliores iam elegisse vias bonas, & dicunt in animo suo, quemadmodũ solent dicere viatores, attendentes alios cum præsumptione ambulantes in uia ipsi adhuc incerti uiæ, & quasi fluctantes quo eant: dicunt sibi, Non frustra illi hac eunt, quando illi eũt quo nos ire uolumus. Et quare cum magna fiducia hac eunt, nisi quia illac ire perniciosum est? Videbunt ergo iusti & timebunt. Angustam uiam Matt. 7.
vident hac, latam viam vident illac: Hac vident paucos, illac multos. Sed si iu-

ſtus es,noli numerare,ſed appende,ſtaterã affer æquam non doloſam, quia iuſtus appellatus es. Videbunt iuſti & timebuut,dictum eſt de te.Noli ergo numerare turbas hominum incedentes latas vias,implentes craſtinũ circũ, ciuitatis natalem clamando celebrãtes,ciuitatẽ ipſam male viuẽdo turbãtes.Noli ergo illos attẽdere,multi ſunt. Et quis numerat? Pauci autem per viã anguſtam. Proſer,inquã,ſtateram,appende: vide contra pauca grana quantam paleam leues: Hoc agant fideles iuſti qui ſequunt, quid illi qui præcedunt? Non ſuperbiant, non ſe exaltent, non decipiant ſequentes.

Quomodo poſſunt decipere ſequẽtes? Pro
D mittendo illis in ſe ſalutem. Quid ergo debent illi qui ſequuntur? Videbunt iuſti & timebunt. Et ſperabũt in dñm.) Nõ in eos à quibus p̃ceduntur:ſed attendendo p̃cedẽtes ſe,ſequuntur quidem & imitantur, ſed cogitãt à quo acceperint illi vt præcedãt, & in eum ſperant. Quãuis ergo iuſtos imitentur,ſpem ſuam tũ in illo ponunt à quo & iſti acceperunt vnde tales ſunt, Videbũt iuſti & timebunt & ſperabunt in dominũ,

Pſa.120 quemadmodũ in alio Pſalmo,Leuaui oculos meos in montes, intelligimus montes, claros quoſque & magnos Eccleſiæ ſpiritales viros, magnos ſoliditate non tumore. Per ipſos nobis ſcripura omnis diſpenſata eſt: Propheræ ſunt,euangeliſtæ ſunt,doctores boni ſunt, illuc leuaui oculos meos in

Ibidem. montes,auxilium veniet mihi. Et ne humanum putares auxilium,ſequitur & dicit, Auxilium meum à domino qui fecit cœlũ & terram. Videbunt iuſti & timebunt & ſperabunt in domino. Eia qui volũt ſperare in dño,qui vident & timent, timeant ambulare vias malas,vias latas,eligant viã

Matt. 7. anguſtam vbi iam ſupra petram quorundã
E directi ſunt greſſus. Quid facere debeant audiant modo, Beatus uir cuius eſt nomen dñi ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias mẽdaces.) Ecce qua volebas ire, ecce turba viæ latæ, non fruſtra ipſa ducit ad amphitheatrum, non fruſtra ipſa ducit

Ibidem. ad mortem. Via lata mortifera eſt,latitudo eius delectat ad tempus, finis eius anguſtus in æternum, Sed turbæ ſtrepunt,turbæ feſtinant, turbæ colluctantur,turbæ concurrunt. Noli imitari, noli auerti,vanitates ſunt & inſaniæ mendaces.Si dominus deus tuus ſpes tua, non aliud aliquid à domino deo tuo ſperes, ſed ipſe dominus tuus ſit ſpes tua.Nanque multi de deo ſperant pecuniam, multi de deo ſperant honores caducos & perituros, aliud quodlibet à deo præter ipſum deum: ſed tu ipſum deũ tuũ pete. Immo vero cõtemptis alijs perge ad illum,obliuiſcens alia memento illius: relinquens retro alia,extendere in illum. Ipſe certe auerſum correxit,ipſe ducit rectũ. Ergo ſit ipſe ſpes tua, q̃ ducit & perducit. Quò ducit,& quò perducit terrena auaritia? fundos quærebas, terram poſsidere cupiebas,vicinos excludebas, illis excluſis,a- F lijs vicinis inhiabas:& tandiu tenebas auaritiam donec ad littora peruenires. Peruenies ad littora inſulas concupiſcis, poſſeſſa terra,cœlũ forte vis prehẽdere. Relinque omnes amores, pulchrior eſt ille qui fecit cœlum & terram. Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius,& nõ reſpexit in vanitates, & inſanias mendaces. Vnde enim inſaniæ mendaces? Inſania mendax,ſanitas verax. Quæ vides bona putas,falleris:ſanus non es, nimia febre phreneticus factus es,verum non eſt quod amas. Laudas aurigam, clamas aurigæ, inſanis in auriga. Vanitas eſt,inſania mendax eſt. Non eſt,ait, nihil melius,nihil delectabilius. Quid facio febrienti? Si eſt in vobis miſericordia, orate pro talibus:quia & ipſe medicus plerunq; in diſperatione conuertitur ad eos q circunſtant lachrymantes in domo, qui pẽdent ex ore eius audire ſententiã de ægroto & periclitante.Stat anceps medicus, nõ videt bonum quod promittat, timet malũ pronunciare ne terreat, modeſtam tamen planè iſte concipit ſententiam, Bonus deus omnia poteſt,orate pro illo. Quem itaque comprehendam iſtorum inſanorum? Quis me audiat,quis eorum nos non miſeros dicat? Quia cum eis non inſanimus,amiſiſſe nos putant magnas & varias voluptates in quibus ipſi inſaniunt,nec vident quia mendaces ſunt. Quando illi ouum inuito, vel calicem ſalutarem porrigo ſaucio: & quo modo reficiam? Quid inuenio ne inedia deficiat,& ad ſanitatem perueniat? Horror vt reficiat, pugnos parat, fæuire vult in me dicum. Et ſi percuſſerit,diligatur: & ſi iniuriam fecerit, non relinquatur: redit rus eſt ad mentem,gratias acturus. Quam multi hæc agnoſcunt, vident ſe inuicem, & loquuntur de ſe in Eccleſia dei: in Eccleſiæ ſanctæ gremio attendunt ſtudia ſua iam bona circa verbum dei, circa obſẽ-

cia & obſequia charitatis, ad frequentandum gregem Chriſti non recedere de Eccleſia, vident & loquuntur ad inuicem de inuicem. Quis eſt iſte circiſſarius? Quis eſt iſte amator & laudator illius venatoris,illius hiſtrionis? De alio loquitur, & ille de ipſo. Certe iſta ſunt,certe gaudeamus de talibus. Si gaudemus de talibus,nõ deſperemus de talibus. Oremus pro ipſis fratres chariſsimi,inde creſcit numerus ſanctorum,de numero qui erat impiorum.Et non reſpexit in vanitates & inſanias mendaces. Ille vincit talem,& cum vincit pronunciat,quaſi diuinus vult eſſe. Affectat H diuinitatem amittendo fontem diuinitatis, & ſæpe pronunciat,& ſæpe fallitur. Quare hoc? Quia inſaniæ mendaces ſunt. Quare autem aliquando proueniunt quæ dicunt? Vt adducant inſanos, vt amando ibi ſpeciẽ veritatis,incurrãt laqueum falſitatis: retro Colo.3. ſint,relinquantur,amputentur.Si membra noſtra erant,mortificentur, Mortificate, inquit,membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Sit ſpes noſtra,deus noſter: qui fecit omnia melior eſt omnibus:qui pulchra fecit, pulchrior eſt omnibus: qui fortia,fortior eſt:qui magna,maior eſt:quicq̃d amaueris,ille tibi erat. Diſce amare in creatura creatorem,& in factura factorẽ, ne teneat te quod ab illo factum eſt,& amittas eum à quo & ipſe factus es. Ergo beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias mendaces. Forte nobis dicturus eſt, qui verſu iſto perculſus corrigi voluerit, & quem occupauerit timor ille iuſtitiæ fidei, & volens cœperit Matt. 7. ambulare anguſtam uiam, dicturus eſt nobis,ambulare non durabo, ſi nihil expecto. Quid ergo facimus fratres? Dimiſſuri eum ſumus? Sine ſpectaculo morietur,non ſubſiſtet,non nos ſequetur. Quid ergo faciI mus fratres? Demus pro ſpectaculis ſpectacula. Et quæ ſpectacula daturi ſumus Chriſtiano homini, quem volumus ab illis ſpectaculis reuocare? Gratias ago domino deo noſtro: ſequenti verſu pſalmi oſtendit nobis quæ ſpectatoribus ſpectare volentibus, ſpectacula præberemus,& oſtendere debeamus. Ecce auerſus fuerit à circo,à theatro, ab amphitheatro,quærat qđ ſpectet,proruſus quærat: non eum relinquimus ſine ſpectaculo. Quid pro illis dabimus? Audi quid ſequitur, Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua.) Miracula hominum intuebatur, intendat mirabilia dei. Multa fecit dominus mirabilia ſua,hæc reſpiciat. Quare illi viluerunt? Aurigam laudas regentem quatuor equos, & ſine lapſu atq; offenſione currentes. Forte talia mirabilia ſpiritalia non fecit dominus. Regat luxuriam,regat ignauiam,regat iniuſtitiã, regat imprudentiam, motus iſtos qui nimiũ lapſi hæc vitia faciunt, regat & ſubdat ſibi, & teneat habenas,& non rapiat,ducat quo vult,non trahatur quo non vult: aurigam laudabat, aurigam laudabit. Clamabat, vt auriga veſte cooperiretur,immortalitate veſtiretur. Hæc munera,hæc ſpectacula dedit deus,clamat de cælo,ſpecto vos:luctamini, adiuuabo:vincite,coronabo. Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua.Et co K gitationibus tuis rem̃ eſt qui ſimilis ſit tibi.) Nunc ſpecta hiſtrionem. Didicit enim homo magno ſtudio in funẽ ambulare, & pendens te ſuſpendit. Illum attende æditorem maiorum ſpectaculorum. Didicit iſte in funẽ ambulare,nunquid fecit in mari ambulare? Obliuiſcere theatrum tuum, attendo Petrum noſtrum non in funẽ ambulantem,ſed vt ita dicam in mari ambulãtem. Ambula & tu non in illis aquis vbi Mat.14. Petrus,aliquid ſignificans, ambulauit, ſed in alijs, quia hoc ſeculum mare eſt.Habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempeſtates tentationum. Habet homines velut piſces de ſuo malo gaudentes,& tanquam ſe inuicem deuorantes. Hic ambula, hoc calca.Spectare vis, eſt ſpectaculum. Ne deficias, vide præ- 1.Co.4. cedentem & dicentem, Spectaculum facti ſumus huic mundo,& angelis & hominibus. Calca mare ne mergaris in mari. Non ibis, non calcabis, niſi ille iuſſerit qui prior in mari ambulauit. Sic enim ait Petrus, Si tu es, iube me venire ad te Mat.14. ſuper aquas. Et quia ipſe erat, audiuit petentem, tribuit deſyderanti: vocauit ambulantem, erexit mergentem. Hæc mi- L rabilia fecit dominus,ipſa intuere. Oculus ſpectanctis fides fit, & fac tu talia: quia & ſi venti turbauerint, & ſi fluctus infremuerint,& te humana fragilitas ad aliquam dubitationem tuæ ſalutis adduxerit:habes clamare,dicis: Domine pereo. Non ſinit ille perire, qui iuſsit te ambulare. Quia enim iam in petra ambulas, nec in mari times:ſi ſine petra fueris & in mari mergeris:quia in tali petra ambulandum eſt quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in mari non mersa est. Vide mirabilia dei. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.) Est numerus, sunt super numerum. Numerus certus est pertinens ad illam cœlestem Hierusalem. Nouit.n.dominus qui sunt eius, Christianos
2. Ti. 2. timentes, Christianos fideles, Christianos præcepta seruantes, dei vias ambulantes, à peccatis abstinentes, si ceciderint confitentes, ipsi ad numerum pertinent. Sed nunqd soli sunt? Sunt & super numerum. Nam & si modo pauci sunt, pauci in comparatione multitudinis malarum frequentiarum: quâtis turbis implentur Ecclesiæ, stipantur parietes, pressuris se vrgent, propè se suffocãt
M multitudine. Rursus ab eis ipsis, si minus est curritur ad amphitheatrum: isti super numerum sunt. Sed ad eos ista dicimus, vt in numero sint, quia non assunt, quia non audiunt à nobis, sed cum exieritis audiant à vobis. Annũciaui, inquit, & locutus sum, Christus dicit annunciauit ipse ex capite nostro, ipse annunciauit ex membris suis, ipse misit annunciatores, ipse misit Aposto-
Psal. 18. los, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quanti fideles agglomerantur, quantæ turbæ concurrunt, multi vere conuersi, & multi falso conuersi: & pauciores sunt vere conuersi, plures falso conuersi, quia multiplicati sunt super numerum. Annunciaui & locutus sum & multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti.) Hæc miracula dei sunt, hæ cogitationes dei sunt, quibus nemo est similis: vt spectator ille abducatur à curiositate, & quærat ista nobiscum meliora, fructuosiora, de quibus inuentis gaudebit: & sic gaudebit, vt non timeat, ne ab eo vincatur quem amat: amat enim aurigam: quo victo insultationes ferat. Quando vincit auriga, ipse vestitur, nunqd pauper qui illi clamat? Victor ipse vestitur, pro victo illi insultatur. Quare
A pro illo percipis reprehensionem, cum quo non diuidis vestem? Hic aliud in spectaculis nostris: omnes quidem currunt, Paulus
1. Co. 9. Apostolus dixit, in illo stadio, in illo spectaculo, vnus tamen accipit brauium, cæteri victi discedunt, & perseuerauerunt in currendo. Sed cum acceperit vnus remanent cæteri qui similiter laborauerunt. Hic nõ est sic, quotquot currunt, perseueranter currant, omnes accipiunt: & qui prior venerit expectat, vt cũ posteriore coronetur. Agonem quippe iustum non cupiditas, sed charitas facit: omnes currentes amant se, & ipse amor cursus est. Sacrificium & oblationem noluisti, ait Psalmus deo. Antiquin. quando adhuc sacrificium verum quod fideles norunt in figuris prænunciabatur, celebrabant figuras futuræ rei, multi scientes sed plures ignorantes. Nam Prophetæ & sancti Patriarchæ nouerant quod celebrabant. Cætera autem multitudo iniqua carnalis sic erat, vt fieret de illa quod significaret posteriora ventura & venit sublato illo sacrificio primo, sublatis holocaustis arietũ, hircorum, vitulorum, cæterarumq; victimarum: noluit illa deus. Quare illa noluit? quare primo voluit? Quia illa omnia quasi verba erant promittentis: & verba promissiua, cum venerit quod promittunt, non iã enũciantur. Tandiu quisque promissor est donec det, cum dederit mutat verba: non dicit adhue, dabo, quod se daturum diceba-
batur, tũc dicebatur: cum autem datum est quod promissum est, ablata sunt verba promissiua, data sunt completiua. Sacrificia ergo illa, tanquam verba promissiua, ablata sunt. Quid est, quod datum est completi-
uum? Corpus quod nostis, quod non omnes nostis, quod vtinam qui nostis omnes non ad iudicium noueritis. Videte quando dictum est, Christus enim ille est dominus noster, modo loquens ex membris suis, modo loquens ex persona sua. Sacrificium, inquit, & oblationẽ noluisti? Quid ergo? Non iam hoc tempore sine sacrificio dimisi sumus? Absit. Corpus autem perfecisti mihi.) Ideo illa noluisti vt hoc perficeres: illa voluisti antequã hoc perficeres. Perfectio promissorum abstulit verba promittentia. Nam si adhuc sunt promittentia, nondum impletum est qđ promissum est. Hoc pro figmittebatur quibusdam signis: ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, huius corporis participes sumus, quod accipimus nouimus, & qui non nostis noueritis, & cũ didiceritis vtinam non ad iudicium accipiatis. Qui.n.manducat & bibit indigne, iudi-
cium sibi manducat & bibit. Perfectum.n. est nobis corpus, perficiamur in corpore. Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem

autem perfecisti mihi. Holocausta etiam pro delicto non petisti, tunc dixi ecce venio.) Nunquid exponendum est sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi, holocausta etiam pro delicto non petisti? Et quæ petebat antea. Tunc dixi, ecce venio. Tempus est vt veniant, quæ promittebantur, quia auferun ea quæ promittebant. Et vere fratres mei attendite illa ablata, hæc impleta. Det mihi modo gens Iudaica sacerdotem. Vbi sunt sacrificia illorum? Certe perierunt, certe ablata sunt. Nunquid tunc reprobaremus ea? Reprobamus modo, quia
D si modo velis facere intemporale est, non est opportunum, non congruit. Adhuc promittis, iam accipe. Remansit illis quod dam quod celebrent, ne omnino sine signo remanerent. Cain enim maior frater qui occidit minorem fratrem, accepit signum
Gene. 4. ne quis eum occideret, sicut scriptum est in Genesi: Posuit deus Cain signum vt nemo eum occideret. Proinde & ipsa gens Iudæa manet per omnes gentes subdita iuri Romano. In ius Romanum confluxerũt, superstitiones cõmunicauerunt. Postea inde cœperunt per gratiam domini nostri Iesu Christi separari, illa vero sic manfit cum signo suo, cum signo circunci-
sionis, cum signo azymorum sic manfit: nõ
Ibidem. est occisus Cain, non est occisus, habet signum suum. Maledictus est à terra, quæ aperuit os suum excipere sanguinem fratris eius de manu eius. Ille.n.fudit sangui-
nem, non excepit. Ille fudit, alia terra ex cepit: & ab ea terra, quæ os aperuit & excepit, ille maledictus est: & ipsa terra quæ ore excepit sanguinem, Ecclesia est. Ab hac ergo ille maledictus est, & ille sanguis clamat de terra ad me. De hac enim terra dixit dominus, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Clamat, in-
E quit, ad me de terra. Clamat ad me, sed surdus est qui sanguinem fudit, quia non bibit. Illi ergo ita sunt, tanquam Cain cum signo. Sacrificia vero, quæ ibi fiebant ablata sunt, & quod eis remansit ad signum Cain, iam perfectum est & nesciunt. Agnum occidunt, azyma comedunt. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ecce agnosco agnum occisum, quia immolatus est Christus. Quid de azymis? Itaque, inquit, diem festum celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & malignitatis: ostendit quid sit vetus fermentum, vetus farina est & acuit: sed in azymis synceritatis & veritatis. In vmbra remanserunt, solem gloriæ ferre non possunt. Iam nos in luce sumus, tenemus corpus Christi, tenemus sanguinem Christi. Si habemus nouam vitam, cantemus canticum nouũ, hymnum deo nostro. Holocausta pro delicto non petisti, tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me ut face-
Hcb. 10. rem voluntatem tuam, deus meus volui legem tuam in medio cordis mei.) Ecce ad membra respexit, ecce ipse fecit voluntatem patris. Sed in quo capite libri scriptũ est de illo? Fortasse in capite huius libri F Psalmorum. Quid enim longe petamus, aut alios libros inquiramus. Ecce in capite Psal. 1. libri huius Psalmorum scriptum est, Beatus vir qui non abiit in cõsilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiarum non sedit: sed in lege dñi volvtas eius fuit, hoc est, deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei hoc est, & ĩ lege eius meditabit die ac nocte. Bene nũciaui iustitiã tuã in Ecclesia magna.) Alloquit membra sua, hortatur qđ fecit vt faciant. Annunciauit, annunciemus: passus est, compatiamur: glorificatus est, conglorificabimur. Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna. Quam magnam? Toto orbe terrarum. Quam magna? Gen. 12. In omnibus gentibus. Quare in omni- &. 24. bus gentibus? Quia semen est Abra- Gala. 3. hæ in quo benedicentur omnes gentes. Quare in omnibus gentibus? Quia in omnem terram exiuit sonus eorum. In Ecclesia magna. Ecce labia mea non prohibebo domine tu cognouisti.) Labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. Labia mea loquuntur, non ea prohibebo loqui. Sonant quidem labia mea ad aures hominum, sed tu cognouisti cor meum. Labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. Aliud audit homo, aliud cognoscit Deus. Ne in labijs solis esset annunciatio, & diceretur de nobis, quæ dicũt G vobis facite, quæ autem faciunt facere no- Mat. 23: lite. Aut ipsi populo, laudanti Deum ore non corde, diceretur, Populus hic labijs Mat. 15. me honorat, cor aũt eorum lõge est à me: sona labijs, ppinqua corde. Corde n.creditur ad iustitiam, ore aũt confessio fit ad sa- Ro. 10. lutem. Qualis ille latro inuentus est pen-

Mans in cruce cum domino, agnoscés in cru
ce dñm. Alij non cognouerunt miracula fa
cientem, agnouit ille in ligno pendentem.
Erat ille confixus omnibus mẽbris, manus
clauis inhærebant, pedes transfixi erant, to-
tum corpus adiungebatur ligno, corpus il-
lud non vacabat cæteris mẽbris, lingua va-
Luc.23. cabat, & cor. Corde credidit, ore confessus
est. Memento mei, inquit, dñe, cum veneris
in regnum tuum. salutem suam longe futu-
ram sperabat, & post longum tps accipere
contentus erat. In longũ sperabat, dies non
est dilatus. Ille dixit, Memento mei cum ve
neris in regnũ tuum. Ille respondit, Amen
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ho
die mecum, inquit, in paradiso. Paradisus
habet ligna fœlicia, hodie mecum in ligno
Ibidem. crucis, hodie mecum in ligno salutis. Ecce
H labia mea non prohibebo domine, tu cogno
uisti ne credat corde, & præ timore labia
prohibeat annunciare quod credidit. Sunt
enim christiani, habent fidem in corde, &
inter paganos amaros, misere vrbanos, sor-
didos, infideles, ineptos, insultatores, si exa-
gitari cœperint, quia christiani sunt, habent
in corde fidem, & timent confiteri per la-
bia, prohibent labia sua sonare quod norũt,
sonare quod intus habent: sed reprehendit
hos dominus. Qui me confessus non fuerit
coram hominibus, confundar de illo coram
patre meo, id est, non eum cognoscam, quia
erubuit me confiteri coram hominibus, nõ
eum confitebor coram patre meo. Dicant
ergo labia quod habet cor, hoc contra timo
rem habeat cor quod dicunt labia, hoc con-
tra similitudinem habeant labia quod cre-
dit cor. Aliquando enim timor est, & non
audes dicere, quod nosti, quod credis: ali-
quando simulatio est, dicis, & non habes in
corde. Consentiant labia tua cordi tuo.
Quærens pacem à deo, tibiipsi esto pacatus:
non sit inter os tuum & cor tuum mala rixa, Ecce labia mea non prohibebo, domine
tu cognouisti. Quomodo ille? Quid cogno
uit? Dominus intus in corde, vbi non videt
I homo, ideo & illud credidit. Ecce cor habet
iam, habet quod videat Deus, non prohi-
beat labia sua non prohibet. Quid enim di-
Psal.115. cit? Credidi propter quod locutus sum. Et,
2.Co.4. quia locutus est quod tradidit, quærens
quid retribuat domino pro omnibus quæ
retribuit ei, adiungit, Calicem salutaris ac-
cipiam, & nomen domini inuocabo. Non
exhorruit dominum dicentem, Potestis bi-
bere calicem quem ego bibiturus sum? Cõ-
fitetur enim per labia quod habebat in cor
de, peruenit ad passionem. Et quia peruenit
ad passionem, hostis quid nocuit? Nempe
pretiosa in conspectu domini mors iustorũ
eius. Mortes in quas pagani sæuierunt, in
illis hodie reficimur. Natalem martyrum
celebramus, exempla martyrum nobis pro
ponimus, attendimus fidem, quomodo inuẽ
ti, quomodo attracti, quomodo steterunt ac
te iudices, in ecclesia catholica nihil haben-
tes simulationis, compaginati iunctura vni-
tatis, confessi sunt Christum, caput quod
præcesserat, sicut membra sequi concupie-
runt. Sed qui concupierunt? In tormentis
patientes, in confessione fideles, in sermone
veraces, laculabuntur enim in ora interfa-
gantium. se sagittas Dei, & vulnerabunt
ad iram, sed & multos vulnerauerunt ad sa-
lutem. Hæc omnia proponimus nobis, &
intuemur illa, & optamus imitari. Hæc
sunt spectacula Christiana, hæc videt de-
super Deus, ad hæc hortatur, ad hæc adiu-
uat, his certaminibus præmia proponit, &
donat. Ecce labia mea non prohibebo. Vide
ne timeas, & prohibeas labia tua. Domine
tu cognouisti, quia est & in corde quod fo-
nat & in labijs. Iustitiam tuam non ab-
scondi in corde meo.) Quid ad iustitiam
tuam? Fidem meam, quia iustus ex fide
vjuit, vtpote interroget sub pœna persecu-
tor quod eis licuit aliquando. Quid es?
pagaanus an christianus? Christianus. Ip-
sa est iustitia eius credidit, ex fide viuit.
Non abscondit in corde suo iustitiam suã.
Non dixit apud se, Credo quidem in Chri-
stum, sed huic persecutori meo sæuienti &
minanti non dicam quod credidi: nouit
Deus meus intus in corde meo, quia cre-
do, ipse scit, quia non illi renuncio. Ecce
hoc dicis te intus habere in corde, in labijs
quid? Non sum Christianus. Contra
cor tuum testimonium dicunt labia tua.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo.

Veritatem tuam & salutare tuum dixi.) Christum tuum dixi, hoc est, veritatem
tuam & salutare tuum dixi. Vnde veri-
tas Christus? Ego sum veritas. Vnde sa-
lutare ipse Christus? Simeon agnouit infan-
tem in manibus matris, in templo, & dixit,
Quia viderunt oculi mei salutare tuum.
Agnouit infantem senex, factus in puero,
puer innouatus fide. Acceperat enim re-
sponsum & dixit hoc, dixerat ei dominus,
quia non

quia non exiturus erat de hac vita, priusq̃
videret salutare dei. Hoc salutare dei bonũ
est, vt ostendatur hominibus, sed clament,
Psal.84 Ostende nobis domine misericordiam tuã,
& salutare tuum da nobis. Salutare autẽ do
mini in omnibus gentibus, quia cum dixis-
Psal.66 set quodam loco, Deus misereatur nobis &
benedicat nos, illuminet vultum suum sup
nos, vt cognoscamus in terra viam tuam, a-
diecit, In omnibus gentibus salutare tuum.
Primo dixit vt cognoscamus in terra viam
tuam, & secutus est, in omnibus gentibus sa
lutare tuũ. Quasi diceretur ei, quæ est via
quam cupis agnoscere? Homines ad viam
veniunt, nũquid via venit ad homines? Via
nostra venit ad homines, inuenit errantes,
vocauit ad se extra ambulantes. In me, in-
Ioa.14. quit, ambulate & non errabitis. Ego sum
M via & veritas & vita: ne diceres vbi est via
dei, ad quam regionem ibo, quem montem
ascẽdam, quos campos inquiram? Viam dei
inquiris, salutare dei est via dei, & vbiq; est
hæc, quia in omnibus gẽtibus salutare tuũ.
Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Nõ
celaui misericordiam tuam & veritatem
tuam, a congregatione multa.) Ibi simus, in
hoc corpore numeremur & nos, non cele-
mus misericordiam domini, & veritatẽ do-
mini. Vis audire misericordiam domini? Re
cede a peccatis, condonabit peccata. Vis au-
dire veritatem domini? Tene iustitiam, co-
ronetur iustitia. Modo enim misericordia
tibi prædicatur, postea veritas exhibebitur.
Non enim si est deus misericors ut iniu-
stus sit, nec sic iustus est vt misericors non
sit. Parua ne misericordia tibi est? Non im-
putabit priora omnia, male vixisti vsque in
hodiernum diem, adhuc uiuis, bene uiue ho
die, hanc misericordiã nõ celabis. Si hæc est
misericordia, quæ ueritas? Congregabũtur
ante eum omnes gentes & diuidet eas sicut
pastor diuidit oues ab hædis, oues ponet ad
dexteram, hædos ad sinistram. Ouibus
Mat.25. quid? Venite benedicti patris mei, percipite
regnum quod vobis paratum est. Hædis
A quid? Ite in ignem æternum. Ibi penitentiæ
locus non est. Quia misericordiam dei
contempsisti, veritatem senties: si autẽ non
contempsisti misericordiam, veritate gau-
debis. Tu autem domine ne elonginqua-
ueris misericordias tuas a me.) Respexit
ad membra sua saucia. Quia misericor-
diam tuam & veritatem tuam non celaui a
congregatione multa, ab Ecclesia vnitatis
orbis terrarum, Attende membra saucia, at
tende delictores & peccatores, & noli remo
uere misericordias tuas. Misericordia tua
& veritas tua semper susceperunt me.)
Non auderem conuerti, nisi securus de re-
missione. non auderem perseuerare, nisi se-
curus de promissione. Misericordia tua &
veritas tua semper susceperunt me. Atten-
do quia bonus es: attendo quia iustus es: a-
mo bonum, timeo iustum. Amor & timor
perducunt me, quia misericordia & veritas
tua semper susceperunt me. Quare ipsa su-
scipiunt, & ab eis oculos auertendi locus
non est? Quoniam circundederunt me ma-
la quorum non est numerus.) Quis nume
rat peccata? Quis numerat iniquitates alie-
nas & proprias? Sub quo cumulo gemebat Psal.18.
qui dicebat, Ab occultis meis mũda me do B
mine, & ab alienis parce seruo tuo, Parua
erant nostra, imponuntur aliena. Timeo mi
hi, timeo bono fratri, tolero malum fratrẽ.
Et sub isto cumulo quid erimus, si cesset mi
sericordia dei? Tu autem domine ne elon- Psal.34
ginquaueris, prope esto. Cui prope est do-
minus? his qui obtriuerunt cor, Longe a su- Ps.137.
perbis, prope ad humiles. Excelsus est enim
dominus, & humilia respicit. Sed non se pu
tent latere qui superbi sunt, excelsa enim a
longe cognoscit, Cognoscebat a longe iactã
tem se Pharisæũ, subueniebat proximo con
fitenti Publicano. Iactabat ille merita sua, Luc.18
& tegebat vulnera sua: non iactabat ille me
rita sed offerebat vulnera. Ad medicum, ve
nerat, sciebat se sanandum. Oculos ad cœ-
lum leuare nõ audebat, pectus percutiebat,
sibi non parcebat ut ille parceret, se agno-
scebat vt ille ignosceret, se puniebat ut ille
liberaret. Tales hic voces sunt, audiamus
eas pie, & amemus pie, corde, lingua, omni
bus medullis nostris hæc dicamus, Nemo
se putet iustum, viuit qui loquitur, viuit, &
vtinam viuat. Adhuc hic viuit, adhuc cum
morte viuit: & si spiritus vita est propter iu
stitiam, corpus tamen mortuum est prop-
ter peccatum. Et corpus quod corrumpi- Rom.8.
tur aggrauat animam, & deprimit terre- C
na inhabitatio sensum multa cogitantem. Sapi. 9
Pertinet ergo ad te clamare, pertinet geme
re, pertinet confiteri, non te exaltare, nõ
te iactare, non de tuis meritis gloriari, quia
& si habes aliquid gaudendum, quid est 1. Co. 1
quod non accepisti? Quoniam circundede
runt me mala quorum non est numerus.
Comprehenderunt me iniquitates meæ, &
non

nó potui vt viderem.) Est aliquid quod videamus, quid premit, vt non videamus? Nónne iniquitas oculum tuum, ne istam lucem videre posses, premebat? Fortassis humor istruens premebat, fortasse fumus, puluis, aliquid iniectum, eleuare oculum saucium non poteras ad istam lucem. Quid ergo? Cor saucium leuabis ad dominum? Nonne prius sanandum est vt videas? Nónne superbus inueneris cum dicis, primo videam & sic credam? Nónne quis dicit? Quis enim visurus dicit, videam & sic credam? Lucem ostensurus sum, imo vero ipsa lux ostendere se vult. Cui? Cæco non potest, non videt. Vnde non videt? Grauatur oculus multis peccatis. Quid enim ait? Comphenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Remoueantur ergo iniquitates, dimittantur peccata, leuetur pondus ab oculo, sanetur quod saucium est, adhibea

D tur mordax præceptum quasi collyrium.

Matt.5. Prius effice quod tibi præcipitur, sana cor,
Luc. 8. munda cor, dilige inimicum tuum. Et quis diligit inimicum suũ? Hoc iubet medicus, amarum est, sed salubre. Quid tibi faciam, inquit? Ita vexatus es vt inde saneris. Et dicit, sanato, non erit onerosum, voluptuose diliges inimicum sanatus corde, conare tu, vt saneris amplius. In tribulationibus, in angustiis, in tentationibus fortis esto, perdura, medici manus est, non latronis.

Ecce, inquit, præceptis acceptis, & fide retenta, prius sicut iubes sanabo cor vt dicis, sanato corde, & mundato cor-
Matt.5. de quid videbo? Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hoc modo, inquit, non possum, Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt sup capillos capitis mei.) Capillos capitis ad nũeri multitudinẽ reuocat. Quis numerat capillos capitis sui? Multo minus pc̃i q̃ excedũt numerũ capillorũ.
Deut 5. Minuta videtur, sed multa sunt. Præcauisti magna, iam non facis adulterium, iam non facis homicidium, non rapis res alienas, nõ blasphemas, non dicis falsum testimonium, Emoles istæ sunt peccatorum. Magna præca-
De pæniuisti, de minutis quid agis? An non ti-
di. 1.ca. mes minuta? Proiecisti molem, vide ne are
Tres sũtna obruaris. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Et cor meum dereliquit me.) Quid mirum est si cor tuum desertum est a deo tuo, quando seipsum deseruit? Quid est cor meum dereliquit me? Non est idoneum cor meum ad cognoscendũ se, hoc dixit, Cor meum dereliquit me. Cor de meo dominum volo videre, & non possum præ multitudine peccatorũ meorum. Parum est ne cor meum se comprehendat. Nemo enim se comprehendit, nemo desuo cor suum Petrus qui dixit, Tecum vsque ad mortem ero? In corde erat præsumptio falsa, corde latebat timor verus, & non erat idoneum cor ad comprehendendum, Cor ægrotum latebat, sed medico patebat. (Quod de illo latebat pronunciatum est, hoc impletum est. Nouerat in illo deus quod ipse in se non nouerat, quia cor eius dereliquerat eum. Cor eius latebat cordi eius, & cor meum dereliquit me. Quid ergo? Quid clamamus, quid dicimus? Placeat tibi domine, erue me.) Tanquam diceret, Si vis potes me mundare. Placeat tibi domine, erue me. Domine in adiuuandum mihi respice. Membra pœnitentiæ, membra in doloribus posita, membra sub ferramentis medici clamantia, sed sperantia. Domine in adiuuandum mihi respice. Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam ut auferãt eam.) Quodam enim loco accusat & dicit, Aspiciebam in dexteram, & videbam, & non erat qui requireret animam meam, id est, non erat qui me imitaretur. Christus in passione loquitur. Et attendebam ad dextrã, id est, non ad impios Iudæos, sed ipsam dexteram ad ipsos Apostolos. Et non erat qui requireret animam meam, Vsqueadeo non erat qui requireret animã meam, vt qui præsumpserat negaret animam meam. Sed quia duobus modis quæritur homo, aut quo fruaris, aut quem persequaris, ideo hic alios dicit, quos uult confundi & reuereri qui quærunt animam eius. Sed ne sic intelligeres quomodo conquerentur de non nullis querentibus animam suã vt ut auferant eam, id est, ad mortem quærunt animam meam: adiecit, Confundantur & reuereantur. Et vere multi quæsierunt animam ipsius, & confusi & reueriti sunt, quæsierunt animam ipsius, & sicut illis visum est, abstulerunt animam ipsius: sed ille potestatem habuit ponendi animam suam, & potestatem habuit recipiendi animam suam: ergo illi gauisi sunt cum posuit, confusi sunt cum recepit. Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Conuertantur retrorsum & reuereantur, qui volunt mihi mala.) Conuertantur retrorsum. Ne hoc in malum accipiamus, bene illis optat: sed vox
Luc.23. illius est qui dixit de cruce, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quare illos ergo dicit, vt retrorsum redeant? Quia qui ante superbi erant vt caderent retro, humiles facti sunt vt resurgant. Quãdo enim ante sunt præcedere volunt dominum, meliores volunt esse quàm dominus: si autem retro sunt, ipsum agnoscunt meliorem, ipsum priorem, se posteriores, vt ille præcedat, illi sequantur. Proinde Petrum male sibi dantem consilium, sic redarguit. Patiturus enim dominus erat pro salute nostra, & de ipsa passione quæ futura erit prædicabat, &
Mat.16. ait Petrus, Absit domine, ꝓpitius tibi esto,
Mar.18. non fiet hoc. Præcedere volebat dominum,
H & consilium dare magistro. Dominus autẽ vt non eum faceret præcedentem, sed sequẽtem, redi, inquit, retro satanas. Ideo, inquit, satanas, quia vis antecedere eum quem debes sequi: si enim retro fueris, & secutus fueris, iam non eris satanas. Quid ergo? Super
Mat.16. hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Conuertantur retrorsum & reuereantur, qui volunt mihi mala. Maleuoli sunt, qui etiã cum benedicunt, quantum in corde eorum est maledicunt. Dicis alicui, esto Christianus: sed sis & tu Christianus: bonam rem dixit, sed non illi imputatur quod dixit, sed quo animo dixit: quomodo imputatum est & Iudæis, quando ille ex cæco nato factus est videns, cum eum premerent insultationibus & arguerent, ait illis, Nunquid & vos
Ioan. 9. discipuli eius vultis esse? Et illi maledixerunt ei. Hoc ait Euangelista: Maledixerunt ei dicentes, Tu sis discipulus eius. Illis male dicentibus dominus benedixit. Fecit quod illi dixerunt, retribuit autem illis quod maledixerunt. Conuertantur retrorsum, & reuereantur, qui volunt mihi mala. Sunt autem alij non boni qui bona volunt, & ipsi cauendi. Quomodo enim illi maledicunt, & dicunt bona nostra, sed malo animo, sic I multi mala nostra bono animo. Hoc dico, Qui dixerit tibi, tu sis Christianus, bonum tuum dicit malo animo. Qui autem tibi dixerit, tanto melior nemo sit in factis malis,
Psal.9. quoniam laudatur peccator in desyderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur: mala tua dicit laudans. Quomodo ille bona tua dicebat maledicens, sic iste mala tua

benedicens, sed vtrunque genus hostis fuge, vtrunque caue. Ille sæuit, iste blanditur, vterque malus: ille iracundus est, & iste in laude subdolus: ille reprehensor est, iste laudator: sed & ille in reprehensione inimicus est, & ille in laude subdolus. Caue vtrunque, contra vtrunque ora. Qui enim orauit, conuertantur retrorsum & confundantur qui volunt mihi mala: respexit ad aliud genus dolose maleuolum, & falso benedicum. Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge.) laudant falso, magnus vir, bonus vir, literatus, doctus, sed quare Christianus? Ea tua laudant, quæ nolis laudari, illud reprehendunt vnde gaudes. Sed si forte dicis, quid in me laudas ò homo, quia vir bonus, quia vir iustus sum: si hoc putas, Christus me hoc fecit, ipsum lauda. At ille, absit, noli tibi iniuriam facere, tu teipsum talem fecisti. Confundantur qui dicunt mihi euge euge. Et quid sequitur, Exultent & iocundentur ℣ omnes qui te quærunt domine.) Non quærunt me, sed quærunt te, non mihi euge euge dicunt, sed in illo & in te glorificare vident: si quid habeo gloriæ. Qui 1.Co.1.
enim gloriatur, in domino glorietur. Exultent & iocundentur omnes qui te quærunt domine, Et dicant semper magnificetur dominus.) Quia & si ex peccatore fit iustus, da gloriam illi qui iustificat impium. Si
ue ergo peccator sit, laudetur qui ad in- Rom.4.
dulgentiam vocat: siue quis iam ambulet in via iustitiæ, laudetur qui ad coronam vocat. Semper magnificetur dominus ab his, Qui diligunt salutare tuum Ego autem.) Cui quærebant mala. Ego autem cuius animam quærebant, vt auferrent eam. Sed conuerte te ad aliud genus hominum. Ego autem cui dicebant, euge euge, Egenus & pauper sum.) Non est quod in me laudetur. Discindat ille sac-
cum meum, cooperiat me stola sua. Vi- Gala.5.
uo ergo iam non ego, viuit autem in me Christus. Si viuit in te Christus, & totum quod boni habes Christi est, totũ qđ habebis Christi est, tu per teipsum quid es? Ego egenus & pauper, Ego autem non diues, quia non sum superbus. Diues erat ille
qui dicebat, Gratias tibi ago domine, quia L
non sum sicut cæteri homines: publicanus Luc.18.
autem erat pauper, qui dicebat, Domine propitius esto mihi peccatori. Ille de

saturitate

saturitate ructabat, ille de fame plorabat. Egenus & pauper sum. Et quid facturus es ò egene & pauper, mendica ante ianuā dei, pulsa & aperietur tibi. Ego autem egenus
Psal.36. & pauper sum. Dñs curā habebit mei.) Iacta in dñm curam tuā, & spera in eū, & ipse faciet: Quid tibi curaturus est? quid tibi prouisurus? Habeat tui curā qui fecit te: q habuit tui curam antequam esses, qūo non habebit curam cum iam hoc es quod voluit vt esses? Iam.n. fidelis es, iā ambulas in via
Matt. 5. iustitiæ: curam tui non habebit, qui facit solem suū oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: te iam iustum ex fi-
Rom.1. de viuentē negliget, deseret, dimittet? Imo vero & hic fouet, & hic adiuuat, & hic necessaria subministrat, & noxia resecat. Dādo consolatur vt permaneas, feriendo corripit ne pereas. Dñs curā habet tui, securus esto, ille proteget qui te fecit. Ab artificis tui manu noli cadere, si ceciderit iam à manu arti
M ficis, frangeris. Vt autem permaneas in manu artificis, bona voluntas facit. Dic deus meus voluit, & portabit ipse & tenebit ipse. Iacta te in illum, noli putare inane esse, vt quasi præcipiteris. Nō ita tibi videatur.
Hie.23. Ille dixit, Cœlum & terram ego impleo: nusquam tibi deest, tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse. Dominus curam habet mei. Adiutor meus & protector meus tu es, deus meus ne tardaueris.) Inuocat, implorat, ti-
Mat.24. met, ne deficiat. Ne tardaueris. Quid est, ne tardaueris? Nisi breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro. Modo lectum est, de diebus tribulationum. Quasi.n. vnus homo rogat deum, mēbra Christi, corpus Christi vbiq; diffusum, vnus mendicus, vnus pauper, quia & ille pauper q̄ diues pau
1.Co.8. per factus est, de quo ait Apostolus, Cum diues esset, pauper factus est, vt ipsius paupertate vos ditaremini: veros pauperes ditat, sal
Psal.66. sos diuites pauperat. Clamat ad eum à finibus terræ, ad te clamaui, cum tæderet animam meam. Veniēt dies tribulationum, & malorum tribulationes venient, sicut dicit scriptura, & quantum accedunt dies, augentur tribulationes. Nemo sibi promittat, q̄d Euangelium non promittit. Fratres mei ob
A secro vos, attendite scripturas nostras, si aliquid fefellerunt, si aliquid dixerunt, & aliter accidit quàm dixerunt: necesse est vt vsque in finē sic fiāt omnia quēadmodū dixerunt. Nō nobis p̄mittunt scripturæ nīæ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tētationum. Ad ista nos p̄cipue paremus, ne imparati deficiamus, Væ prægnantibus & mammantibus: modo audistis. Prægnantes sunt qui spe intumescunt, mammantes autem. i. lactantes, qui iam adepti sunt quod concupierant. Etenim mulier prægnans in spe tumet filij, nondum videt filium: quam autem lactat, amplectitur quod sperabat. Ergo similitudinem, verbi gratia, ponamus. Bona est ista villa vicini, O si mea esset, ad iungerem illam & facerem de isto fundo & de illo vnitatem. Amat & auaritia vnitatē, quod amat bonum est, sed vbi amādum sit, nescit. Ecce concupiuit villam proximi, sed iste proximus diues est, non indigens, habens honorem, habes ēt potentiam, à cuius forte etiam potentia tibi metuendum sit, nō de illius fundo aliquid sperādum. Nihil spe rans non concipit, non est prægnās anima. Si vero iuxta vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est vt possit vēdere, vel premi potest vt cogatur vendere, iniicitur oculus, speratur villa, imprægnata est anima, sperat se posse adipisci villulam & possessionem vicini pauperis. Et cum patitur iste pauper necessitatem, venit ad ditiorem vicinum suum, cui forte obsequi solet, cui deferre, cui venienti assurgere, quem inclinato capite salutare: da mihi, rogo te, patior necessitatem, vrgeor à creditore. Et ille, nō habeo modo in manibus, si velit vendere, haberet. Agnoscimus hoc. Fuerunt in nobis, iam non sint in nobis. Nonne hesterno viximus, & hodie viuimus? Est corrigē di locus, nondum facta est illa disiunctio, aliorum ad dexteram, aliorū ad sinistram: nondum apud inferos sumus, vbi diues ille fuit, sitiens & stillā desyderans. Audiamus cum viuimus, corrigamur, non speremus res alienas, & imprægnati tumeamus, nec perueniamus ad illas, & eas adipiscendo ēt quam filios osculemur. Væ enim prægnantibus & mammantibus in illis diebus. Mutandum est cor, leuandum est cor, non hic habitandum corde. Hæc mala regio est. Sufficiat quod adhuc carne hic esse necesse est, quod non est necesse non fiat: sufficiat diu malitia sua, sursum corda habeamus. Si resurrexistis cū Christo, dicit fidelibus, quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt quærite, non

Ibidem. quæ super terram. Mortui.n. estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Nō enim apparet quod vobis promissus est, & iam paratum est, sed nō videtis. Imprægnari vis, hinc imprægnare, ipsa sit spes tua: certus erit partus tuus, non erit abortiuus, non temporalis, amplecteris quod pepereris in
Esa.26. æternum. Sic.n. per Esaiam dicitur, Concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Ergo retro est, & non datur modo, sed dabitur. Quanta data sunt fratres mei, quis illa numerat secūdum scripturas? Ibi scriptum est de Ecclesia, & videtur quia est: ibi scriptum est de idolis, quia non erunt, & videtur quia non sunt: ibi scriptum est, quia perdituri erant Iudæi regnum, & videtur: ibi scriptum est de hæreticis, quia futuri erant, & videtur: ibi scriptum est & de die iudicij, ibi scriptum est & de præmio bonorum, & de pœna malorum. In omnibus deum fidelem inuenimus, in vltimo deficiet & fallet?
D Dominus curā habebit mei. Adiutor meus
Mat.24. & protector meus tu es, deus meus ne tardaueris. Nisi minorarentur dies illi, nulla caro perduraret, sed propter electos breuiabuntur. Dies illi erunt tribulationis, sed nō tam longi quàm sperantur. Cito illi transibunt, requies veniens non transibit, quanquam longum fieri debuit malum pro infinito bono.

In Psalmum quadragesimum enarratio. Præfatio.

QVoniam solennis dies martyrum illuxit, propter gloriam passionis xpi Imperatoris martyrum: qui sibi nō pepercit militibus imperans pugnam, sed prior pugnauit, prior vicit, vt pugnātes exēplo suo hortaretur, & maiestate sua adiuuaret, & promissione coronaret: audiamus aliquid in isto Psalmo quod pertineat ad eius passionem. Commendamus autem sæpius, nec nos piget iterare quod vobis vtile est retinere, dominum nostrū Iesum Christum plerunq; loqui ex se, id est, ex persona sua, quod est caput nostrum: plerunque ex persona corporis sui quod sumus nos & Ecclesia eius: sed ita quasi ex vnius hominis ore sonare verba, vt intelligamus caput
E & corpus in vnitate integritatis consistere, nec separari ab inuicem: tanqnam coniugium illud, de quo dictum est: Erunt duo in
Gene.2. Ephe.5. carne vna. Si ergo agnoscimus duos in carne vna, agnoscamus duos in voce. Primo quod legenti respondentes cantauimus, quā quam de medio Psalmi sit, hinc tamen sermonis ducamus exordium. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius. Persona est hæc domini nostri Iesu Christi, sed videte si non ibi intelliguntur & membra. Dictum est & hoc cum ipse dominus noster hic in terra in carne ambularet. Cum enim viderent multitudinem sequi authoritatem eius, & diuinitatem & maiestatem miraculis præsentatam: cum hunc viderent Iudæi, de quibus ipse dominus similitudinem posuit, quia dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum Mat.21.
& nostra erit hæreditas: dixerunt apud semetipsos, id est, inter se: vnde pontificis illius Caiphæ vox est, Videtis quod turba Ioan.11
multa cum sequitur, & seculum post illum abiit: si dimiserimus eum viuere, venient Romani & tollent nobis & locum & gentem: expedit vt vnus moriatur homo quàm F
tota gens pereat. Euangelista autem verba nescientis quid diceret, exposuit nobis & ait, Hoc autem non à se dixit, sed cum esset Ibidem.
pontifex prophetauit, quia oportebat eum mori pro populo & gente. Tamen illi cum viderent populum post illum ire dixerunt, quando morietur & peribit nomen eius? id est, cum occiderimus eum, iam nomen eius non erit in terra, nec seducet aliquos mortuus. Sed ipsa eius interfectione intelligent homines, quia hominem sequebantur, quia non erat in eo spes salutis, & deserent nomen eius & non erit. Mortuus est & nō perijt nomen eius, sed seminatum est nomē Ioā.12.
eius. Mortuus est, sed granum fuit, quo mortificato seges continuo exurgeret. Glorificato ergo domino nostro Iesu Christo, cœperunt multo magis, multoq́, numerosius credere in illum, & cœperunt membra eius audire quod caput audiebat. Iam ergo domino nostro Iesu Christo in cœlo constituto, & ipso in nobis in terra laborante, dixerunt adhuc inimici eius, quando morietur & peribit nomen eius. Hinc enim persecutiones diabolus in Ecclesia concitauit ad perdendum nomen Christi: nisi forte putatis fratres, quia illi Pagani, quando sæuiebant in Christianos, non hoc sibi dicebant, delere nomen Christi de terra: vt morere G
tur iterum Christus, non in capite sed in corpore suo, occisi sunt & martyres. Ad multiplicandum Ecclesiam, valuit sanctus sanguis

sanguis effusus seminatiõe:accesit & mors
Psal.115. martyrum, preciosa in conspectu domini mors iustorum eius. Multiplicati sunt magis magisq; Christiani,& non est impletũ quod dixerunt inimici, quando morietur & peribit nomen eius. Adhuc & modo dicitur. Sedent Pagani & computant sibi annos,audiunt phanaticos suos dicẽtes:aliqñ Christiani non erunt, & idola illa coli habent, quemadmodum antea celebrantur. Adhuc dicunt, quando morietur & peribit nomen eius? Bis victi,vel tertio sapite. Mortuus est Christus, non periit nomen eius: mortui sunt martyres, multiplicata est magis Ecclesia, crescit per omnes gentes nomen Christi. Qui de morte sua & de resurrectione sua prædixit quidem mortibus sanctorum martyrum & corona prædixit, ipse & de Ecclesia sua futura prædixit. Si verum dixit,bis,tertio mentitus est? Vanum est quod creditis contra illum, melius est vt credatis in illum, vt intelligatis super egenum & pauperem:quoniam pauper factus est cum dives esset,vt ipsius, in-
1.Co.8. quit, paupertate vos ditaremini. Nunc autem quia pauper factus est contemnitur & dicitur,Homo erat,q̃d erat? Mortuus est, crucifixus est. Hominem colitis,in hominem spem habetis,mortuum adoratis. Falleris. Intellige super egenum & pauperẽ.) Vt illius paupertate dives efficiaris. Quid est intelligere super egenum & pauperem? Vt ipsum Christum egenum & pauperem
Psal.39. accipiat,dicentem in alio Psalmo: Ego autem egenus & pauper sum, dominus curã habet mei. Quid est intelligere super egenum & pauperem? Quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in simili-
Phili.2. tudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Dives apud patrem, & pauper apud nos. Dives in cœlo,pauper in terra,Dives deus, pauper homo. Hoc te ergo turbat,quod hominem vides,quod carnem intueris,nunc mortem respicis,quod crucem irrides,hoc te turbat? intellige super egenum & pauperem. Quid est hoc? Intellige,quia vbi tibi exposita est infirmitas, ibi latet diuinitas. Dives, quia sic est.
1.Co.1. Pauper quia tu sic eras. Sed tamen paupertas ipsius,diuitiæ nostræ sunt, Quomodo stultum ipsius,sapientia nostra est, Quo-
I modo infirmitas ipsius, fortitudo nostra est: Quomodo mortalitas ipsius, immortalitas nostra est: Qui sit pauper attende,

Non eum ex aliorum paupertate metiaris. Implere venit pauperes,qui pauper effectus est. Propterea aperi sinum dei,suscipe pauperem, ne pauper remaneas.

Enarratio.

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dominus.) Veniet.n.dies mala. Velis nolis,veniet. Dies iudicij aderit,mala dies si non intellexeris super egenum & pauperem. Quod.n.modo nõ vis credere,manifestum erit in fine. Sed non foris cum fueris manifestũ,quia nõ credis,cum est occultũ. Inuitaris vt quod non vides credas, ne cũ videris erubescas. Intellige ergo super egenũ & pauperem,id est,super Christum. Intellige in eo occultas diuitias,quem pauperem vides. In eo sunt.n.omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hic.n.te in Die mala liberabit, ex eo quod deus est. Ex eo autẽ quod homo est, & illud quod in illo humanũ resuscitabit te,& in melius commutet,in cœlũ leuabit. Ille autem q̃ deus est,qui vnam personam habere in homine & cum homine,voluit, nec decrescere nec crescere potuit, nec mori nec resurgere. Mortuus est ex infirmitate hominis, cæterum deus non moritur. Nam quod verbũ dei non moritur ne mireris, quando non moritur anima in martyre. Modo non audiebamus ipsum dominum dicentem: Nolite timere eos qui corpus occidunt,animã autem non possunt occidere? Ergo morientibus martyribus animæ martyrum mortuæ non sunt,& moriente Christo mortuum erat verbum? Vtique verbum dei multo amplius est,quam anima hominis, quia anima hominis facta est à deo. Et si facta est à deo,per verbum facta est,quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo nec moritur verbum cum non moriatur anima facta per verbum. Sed quomodo recte dicimus,mortuus est homo, & si anima ipsius non moriatur: sic recte dicimus,mortuus est Christus, & si diuinitas eius non moriatur. Mortuus vnde? Quia egenus & pauper. Non te perstringat mors ipsius, & auertat te à contuenda diuinitate, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Respice pauperes, egẽtes, esuriẽtes & sitiẽtes, peregrinãtes, nudos, ægrotos, in carcere cõstitutos,

tutos, Intellige super talem pauperem, qa
Mat.25. & si super talem intelligis, super illum intelligis qui dixit, Esuriui, sitiui, nudus, peregrinus, æger, in carcere fui: ita in die maligna eruet te dñs. Et uide beatitudinẽ tuã. Dñs conseruet eum.) Propheta bene optat homini intelligenti super egenũ & pauperem. Ista optatio promissio est, securi expectant qui hoc agunt, Dñs conseruet eum. Et viuificet eum.) Quid est, conseruet eũ & viuificet eum? Quo pertinet, viuificet eum? Ad futurã vitam, Viuificatur enim qui mortuus erat. Nunquid autem potest mortuus intelligere super egenum & pau-
Rom.8. perem? Sed viuificationẽ nobis illam promittit, de qua dicit Apostolus, corpus quidem mortuum pp pctm̃, spiritus autem vita est pp iustitiam. Si autem qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Hęc est ergo uiuificatio quæ promittitur intelligenti
1.Ti.4. super egenum & pauperem. Sed quia dicit M Apostolus ad Timotheum, Promissionem habens vitæ præsentis & futuræ, ne putarent illi qui intelligunt super egenũ & pauperem recipiẽtes quidem se esse in cœlum, sed negligi in terra: & non sperabunt nisi quod futurum est in æternum, quod autẽ præsens est putarent deum non curare in sanctis & fidelibus suis: vbi dixit quid maxime expectare debemus, dominus conseruet eum & viuificet eũ, respexit & ad istã vitam. Et beatum, inquit, faciat eum in terra.) Erige ergo oculos in hæc promissa, Christiana fide, non te deserit deus in terra, & aliquid promittit in cœlo. Multi.n. mali Christiani inspectatores ephimeridarum, & inquisitores atqne obseruatores temporum & dierum, cum cœperint ibi obiurgari à nobis, vel quibusdã bonis melioribusque Christianis, quare ista faciant, respondent, Hæc propter tempus hoc necessaria sunt, Christiani autem sumus propter vitam æternã. Propterea in Christum credimus ut det nobis vitã æternam, nam vita ista temporalis in qua verlamur, ad curam ipsius non pertinet. Relinquitur vt hoc breuiter dicant, vt ppter vitam æternam deus, & propter vitam præsentem diabolus colatur. Respondet illis
Matt.6. ipse Christus, Non potestis duobus dominis seruire, & alium colis propter id quod expectas in cœlo, & alium colis propter id quod expectas in terra, quanto melius vnũ A colis qui fecit cœlum & terram? Qui curauit vt esset terra, imaginem suam non negligit in terra. Ergo conseruet eum dominus, & viuificet eum intelligentem super egenum & pauperem, Insuper quanuis in æternum viuificet beatũ faciat eum in terra. Et nõ tradat eũ in manus inimici eius.) Inimicus ille diabolus est. Nemo attendat inimicũ suum hominem, quãdo audit verba ista. Iam forte de vicino suo cogitabat, de illo qui cũ illo litem in foro habebat, de illo qui illi vult auferre possessionem, qui illum vult premere vendat illi domũ suã: Nolite ista cogitare, sed illum inimicũ co- Mat.13. gitate, de quo dicit dominus. Inimicus homo hoc fecit. Ipse est enim qui suggerit vt propter res terrenas colatur, quia non potest euertere nomẽ Christianum inimicus iste: videt enim se victum fama & laudibus Christi, videt in eo quod occidit martyres Christi, illos coronatos,& se triumphatũ: & cœpit non posse hoc persuadere homini bus, quod nihil sit Christus, Et quia vituperando Christũ, iam difficile decipit: laudando Christum conatur decipere. Antea quid dicebat? Quem colitis? Iudæum mor B tuum crucifixum, nullius momenti hominem, qui non potuit à se mortem depellere. Vbi in nomine eius vidit currere genus humanum, vidit quia in nomine crucifixi tẽpla subuertuntur, idola franguntur, sacrificia extinguuntur, & hæc omnia prædicta in prophetis attenduntur, hominibus admiratione stupentibus & laudantibus, iam ad uersus vituperationem Christi cessauit, & induit se laudibus Christi, & cœpit à fide alio modo deterrere. Magna lex est Christiana, potens lex illa, diuina, ineffabilis, sed quis illam implet? Impletur in nomine sal Psal.90. uatoris nostri, calcantis leonem & draconem. Aperte reprehendendo fremebat leo, astute laudando insidiatur draco. Veniant ad fidem qui dubitãt, non dicant quis hoc implet? Si de viribus suis præsumunt, non implebunt. Præsumendo de gratia dei credant, præsumendo veniant, adiuuandi veniant, non iudicandi. Viuunt omnes fideles in nomine Christi, quisque pro gradu suo implens præcepta Christi, siue coniuges, siue cœlibes & virgines. Viuunt quantũ donat dominus eis viuere, neq; de suis viribus præsumunt, sed nouerunt se in C illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Co.4. illo debere gloriari. Quid.n.habes quod
non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Noli dicere mihi,quis illud implet? Ille in me implet qui venit diues ad pauperem, pauper quidem ad pauperem, sed plenus ad inanem, Hæc cogitans quia intelligit super egenum & pauperem, & non aspernatur paupertatem Christi,intelligens diuitias Christi,sit beatus in terra, & non tradetur in manus inimici sui volentis ei persuadere,vt deus non colatur nisi propter cœlestia,diabolus colatur propter terrena. Non tradat eum in manus inimici eius. Dominus opem ferat illi.) Sed vbi? Forte in cœlo,forte in vita æterna,vt restet colendus diabolus propter inopiam terrenam,propter necessitates huius vitæ? Absit. Promissionem habes vitæ
1.Ti.4. præsentis & futuræ, ille ad te venit in terram,per quem factum est cœlum & terra. Denique attende quid dicat, Dominus opẽ ferat illi. Super lectum doloris eius.) Lectus doloris,infirmitas est carnis. Ne dicatis non possum tenere & portare & frænare carnem meam:adiuuaris vt possis. Domi
nus opem ferat tibi super lectum doloris
Matt.9. tui. Portabat te lectus,non tu portabas lectum,sed paralyticus intus eras, adest qui
D dicat tibi, tolle grabatum tuum & vade in
Marc.2. domum tuam. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Et tanquam quæreretur, Quare ergo cum opem ferat nobis deus,tanta mala patimur in ista vita,tãta scandala,tantos labores, tãtam inquietudinem carnis & seculi? Cõuertit se ad deũ, & tanquam consilium medicinæ eius nobis exponẽs. Totum stratum eius,inquit, vertisti in infirmitate eius,) Quid est,totũ stratum eius vertisti in infirmitate eius? Per stratum intelligitur aliquid terrenum. Omnis anima infirma in hac vita quærit sibi aliquid terrenum vbi requiescat, quoniam intentionem laboris, & mentis extẽtæ in deum difficile potest perpetuo tolerare,aliquid sibi in terra conquirit vbi requiescat, & quodammodo pausatione quadam recumbat, veluti sunt ista quæ diligunt & innocentes. Neque.n.de cupiditatibus malorum nunc loquendum est,quia multi acquiescunt in theatris,multi acquiescunt in circo,in amphitheatro, multi acquiescunt in alea,multi in luxuria popinarum,multi in libidine adulteriorũ,multi in violentijs rapinarum, multi in dolo & insidijs fraudum. Acquiescũt in his omnibus hominẽtes. Quid est acquiescunt? Delectãtur illic. Sed E remoueamus hæc omnia, ad innocentem hominem veniamus. Acquiescit in domo sua,in familia sua,in cõiuge,in filijs,in paupertate,in prædiolo suo, in nonalia manibus suis consita, in ædificio aliquo suo fabricato. Acquiescunt innocentes in his, sed tamen deus volens nos amorẽ non habere,nisi vitæ æternæ, & istis velut innocentibus delectationibus misceat amaritudines, vt & in his patiamur tribulationes, & vniuersum stratum nostrum vertit in infirmitate nostra. Vniuersum stratum eius vertisti in infirmitate eius. Non ergo hoc conqueratur,quando in his quæ innocenter habet,patitur aliquas tribulationes. Doceatur amare meliora per amaritudinem inferiorum,ne viator tendens ad patriam,stabulum amet pro domo sua. Vniuersum stratum eius vertisti in infirmitate eius. Sed quare ista? Quia flagellat omnem filium quem recipit. Quare ista? Quia peccanti homini dictũ est: In labore vultus tui edes panem tuum. Ergo quia correptiones istas, in quibus vniuersum stratum nostrũ vertitur in infirmitate nostra,agnoscere debet homo propter peccata se pati, conuertat se & dicat quod sequitur, Ego dixi, domine miserere mei,sana animam meam quia peccaui tibi.) O domine in tribulationibus meis me exerces,flagellandum iudicas omnem filium quem recepturus es, qui nec vnico pepercisti. Ille quidem sine peccato flagellatus est, Ego autem dico, miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Si vstus est qui putredinem non habebat:si medicina ipsa nostra ignem medicinalem non respuit,patiẽter ferre debemus vrentem medicum & secantem,id est, omnibus tribulationibus nos exercentem & a peccato sanãtem. Planè committamus nos medici manui: non.n.errat vt sanum putre secet. Nouit qđ inspicit,nouit vitium quia ipse fecit naturam,quid ipse condidit, quid de nostra cupiditate accesserit, discernit. Scit se sano homini præceptum dedisse, ne languorem incurreret, dixisse in paradiso hoc manduca,& hoc noli. Non audiuit illius medici præceptum vt non caderet, aut vt surgat, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam,quia peccaui tibi. In factis meis,in peccatis meis non accuso fortunam, non dico hoc mihi fa-

G facit fatum,non dico, adulterum me fecit. Venus,& latronem me fecit Mars,& auarum me fecit Saturnus, Ego dixi,domine miserere mei,sana animam meam,quia peccaui tibi. Nunquid hoc Christus? nũquid
Psal.98. hoc caput illud nostrum sine peccato? nun-
Psal.87. quid ille qui ea quæ non rapuit exoluebat? nunquid ille solus in mortuis liber? Liber
Ioan.8. enim in mortuis, quia sine peccato, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Nunquid ergo ipse, immo ipse ex membris suis,quia vox membrorum ipsius,vox
Mat.26. ipsius,quia & vox capitis nostri vox nostra.
Ioã.20. In illo.n.eramus, qũ dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Non.n.timebat mori,qui venerat mori: aut recusabat mori, qui potestatem habebat animam suam ponendi, & potestatem habebat iterum sumẽdi eam.sed loquebantur membra in capite, & loquebatur caput pro membris. In illo ergo vocem nostram inuenimus, sana animam meam qm̃ peccaui tibi. In illo enim eramus cum dixit, Deus meus deus meus
Psal.21. vt quid me dereliquisti? In ipso enim Psalmo vbi in capite hic versus est,cõsequẽter dicitur,verba delictorum meorum. Quorũ
Rom.6. delictorum in illo,nisi quia vetus homo noster simul crucifixus est eum illo,vt euacuH retur corpus peccati,& vltra nõ seruiamus peccato? Ad illum & in illo dicamus, Ego dixi,domine miserere mei, sana animã meã quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomẽ eius.) Iam ista diximus, & hinc cœpimus, vt & alia dicamus. Non opus est iterare, quod tam recenti sermone impressum est auribus & cordibus vestris. Et ingrediebãtur vt videret.) Quod passus est Christus, patitur & Ecclesia: quod passum est caput, patiuntur & membra. Nunquid enim seruus est maior domino suo, aut discipulus
Mat.10. super magistrum? Si me, inquit, persecuti sunt,& vos persequẽtur. Si patremfamilias
Ioan.6. Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ingrediebantur vt videret. Iudas ille ad caput nostrum erat, ad caput nostrum ingrediebatur vt videret, id est, vt exploraret, non vt haberet quod crederet, sed vt inueniret quod proderet. Ecce ingrediebatur ille vt videret, & hoc exemplum in capite nostro propositum est. Quid illa membra post assumptionem capitis nostri? Nonne dicit Apostolus Paulus: Propter sub-
Gala.2. introductos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram? Ergo & isti I ingrediebantur vt viderent. Sunt enim hypocritæ,simulatores mali,adiungentes se ficta charitate,captãtes omnes motus,omnia verba sanctorum, in omnibus laqueos inqrẽtes. Et quid illis sit? Videte quid sequitur.

Vana locutum est cor eorum.) Id est,loquuntur quasi ficta dilectione. Vanum est quod loquuntur, verum non est,solidũ nõ est. Et quia captant vnde inueniant accusationem,quid ait? Congregauerunt iniquitatem sibi.) Parantes enim calumnias inimici, quasi magni sibi videntur, quia habent quod accusent. Sibi congregauerunt iniquitatem. Sibi,inquit,non mihi. Quo Iudas Ioan.6.
sibi non Christo,sic & simulatores Ecclesiæ sibi nõ nobis,quia de illis & alibi dicitur, Et mentita est iniquitas sibi, congregauerunt Psal.26.
iniquitatem sibi, & quia intrauerunt vt viderent, Egrediebantur foras, & loquebantur.) Ille qui intrauit vt videret,egrediebatur foras & loquebatur. Vtinam intus esset & vera loqueretur, non exiret foras vbi falsa loquitur. Traditor & prosecutor est,egressus foras loquitur. Si ad membra Christi pertines,veni introeas ad caput. Tolera zizania,si triticum es,tolera paleam si frumen Mat.13.
tum es,tolera pisces malos intra retia si piscis bonus es. Quare ante tempus ventilationis auolasti? K Quare ante tempus messis etiam frumenta eradicasti tecum? Quare antequam ad littus venires,retia dirupisti? Egrediebantur foras & loquebantur. In idipsum aduersum me susurrabunt omnes inimici mei.) Aduersum me omnes in idipsum, quanto melius mecum in idipsum. Quid est aduersum me in idipsum? Vno consilio,vna conspiratione. Christus ergo loquitur eis:consensistis aduersum me,consentite mihi. Quid aduersum me,quare nõ mecum? In idipsum si semper haberetis, nõ vos in schismata diuideretis: Apostolus.n. 1.Co.1.
dicit:Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. In idipsum aduersum me susurrabant omnes inimici mei. Aduersum me cogitabãt mala mihi.) Sibi potius, quia congregauerunt iniquitatem sibi. Sed ideo mihi, quia ex animo suo pendendi sunt. Non enim quia nihil facere potuerunt, nihil facere voluerunt. Nam & diabolus Christum extinguere concupiuit,& Iudas Christum occidere voluit. Occiso autem Christo & re- Ioan.6.
surgente,nos viuificati sumus: diabolo au- Mat.26.

tem & Iudæ merces malæ voluntatis reddi
L tur,non noſtræ ſalutis. Nam vt noueritis
ex animo quenque pendendum ad retribu
tionem vel premij vel pœnæ, inuenimus
hominem bonum dixiſſe cuidam, & tale
bonum quale nos optamus:& tamen male
dictus appellatur, quando cæco illi quon
dam, iam illuminato & corpore & corde,
conuitiabantur Iudæi videntes corpore &
corde cæci. Ait illis idem iam videns,Nun
Ioan: 9. quid & vos diſcipuli eius uultis eſſe? Et il
li,inquit Euangeliſta,maledixerunt ei,dicẽ
tes,tu ſis diſcipulus eius. Hoc nobis omni
bus eueniat, qđ ibi maledicendo dixerunt,
Maledictio iſta appellata eſt ex maleuolo
errore dicentiũ,non ex aliquo malo verbo
rum. Quo animo dixerint,non quod dixe
runt attẽdis, qui eos maledixiſſe narrauit.
Aduerſum me cogitabant:mala mihi. Et q̃
mala Chriſto,quæ mala martyribus?Om
nia in bonum vertit deus. Verbum ini
quum diſpoſuerunt aduerſus me.) Quale
verbum iniquum?Ipſum caput attende. Oc
Mat.21. cidamus eum,& noſtra erit hæreditas.Stul
ti quomodo veſtra erit hæreditas,quia occi
diſtis eum? Ecce & occidiſtis eum,& veſtra
non erit hæreditas, Nunquid qui dormit
non adiiciet vt reſurgat?) Qñ vos exulta-
M ſtis occidiſſe eum,ille dormiuit. Dicit.n.in
alio Pſalmo, Ego dormiui. Illi ſæuierunt &
Pſal.3. occidere voluerunt,ego dormiui. Nam ſi
voluiſſem,non dormiſſem. Ego dormiui,
quia poteſtatem habeo ponendi animam
meã, & poteſtatem habeo iterum ſumendi
eã. Ego dormiui & ſomnum cœpi,& exur-
Ibid. rexi. Sæuiant ergo Iudæi,terra tradatur in
Iob.9. manus impij,caro permittatur in manibus
perſequentium,ſuſpendant in ligno,clauis
tranſfigant,lancea perfodiant,nunquid qui
dormit non adijciet vt reſurgat? Vt quid
Rom. 5. dormiuit? Quia Adã forma erat futuri, Et
Gene.2. Adam dormiuit,quãdo de latere eius, Eua
facta eſt. Adam in figura Chriſti, Eua in fi
gura Eccleſiæ,vnde eſt appellata mater vi
uorum. Quando fabricata eſt Eua? Dum
dormiret Adam. Quando de latere Chriſti
ſacramenta Eccleſiæ profluxerunt? Cum
dormiret in cruce. Nunquid qui dormit
non adiiciet vt reſurgat? Et vnde dor-
miuit? Ex illo qui ingreſſus eſt vt videret,
& congregauit iniquitatem ſibi. Ecce
enim homo pacis meæ in quem ſperaui,
qui edebat panes meos ampliauit ſuper
me calcaneum.) Erexit ſuper me pe-
dem,conculcare me voluit. Quis eſt ille ho
mo pacis ipſius? Iudas. Et in illũ Chriſtus
ſperauit quia dixit,in quem ſperaui? Nõne
illum ab initio nouerat? Nonne antequam
naſceretur futurũ ſciebat? Nonne omnibus A
diſcipulis ſuis dixerat, Ego vos duodecim Ioa.
elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Quo
ergo in illum ſperauit,niſi quia in membris
ſuis ipſe eſt, & quod multi fideles de Iudæ
ſperauerunt, hoc in ſe transfigurauit dñs?
Quando.n.videbant Iudam multi, qui cre
diderunt in Chriſtum ambulare inter duode-
cim apoſtolos, ſperabant in illum aliquid,
qa talis erat quales & cæteri. Chriſtus aũt,
quia in membris ſuis erat hoc ſperantibus,
quomodo in illis eſt eſurientibus & ſitienti-
bus,quomodo dixit,eſuriui, ſic dixit ſpera-
ui. Proinde ſic hic illi dicamus, domine,qñ
ſperaſti: quomodo illi dictum eſt, domine,
quando eſuriſti: quomodo nobis ibi dixit,
cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi fe-
ciſtis:ſic poteſt dicere, cum vnus ex mini-
mis meis ſperauit,ego ſperaui. In quem ſpe-
raui? Homo pacis meæ, in quem ſperaui.
Qui edebat panes meos.) Quomodo ip-
ſum oſtẽdit in paſsione de iſtis verbis pro-
phetiæ? Per bucellam illum deſignauit, vt
appareret de illo dictum, qui edebat panes
meos. Rurſus qñ venit vt traderet eum,
oſculum illi dedit, vt appareret de illo dic-
tum,homo pacis meæ. Tu autem domine
miſerere mei.) Hoc ex forma ſerui,hoc ex
perſona inopis & pauperis. Beatus enim q
intelligit ſuper egenum & pauperem. Mi-
rere mei. Et reſuſcita me & reddam illis.)
Videte quando dictum eſt,iam factum eſt.
Occiderunt enim Chriſtum Iudæi ne per-
derent locum. Illo occiſo perdiderunt lo-
cum,eradicati à regno,diſperſi ſunt. Suſcita
tus reddidit illis retributionem, reddidit ad
admonitionem,nondum ad damnationem.
Ciuitas enim illa, in qua fremuit populus
tanquam leo rapiens & rugiens, exclamãs,
crucifige crucifige, eradicatis inde Iudæis,
Chriſtianos habet, à Iudæo nullo inhabi-
tatur. Plantata eſt ibi Eccleſia Chriſti, va-
de eradicatæ ſunt ſpinæ ſynagogæ. Proinde
vere ignis eorum exarſit, ſicut in ſpinis, do-
minus autem tanquam lignum viride erat.
Hoc ipſe ait qñ plangebant quædam mulie-
res veluti moriturum Chriſtum, Nolite
flere ſuper me ſed ſuper voſipſas flete, & ſu-
per filios veſtros: & hoc prædicens, ſuſci-
ta me & reddam illis. Si enim in viridi li-
gno

gno hæc faciunt,in arido qui d fiet? Quãdo
poſsit uiride lignum conſumi ab igne ſpina
rũ? Exarſerũt.n.velut ignis in ſpinis. Ignis
qui ſpinas conſumit, cuicunq; viridi ligno
adhibetur,difficile accendit. Humor enim
C ligni reſiſtit flammæ lentæ & marcidæ, tñ
idoneæ ad conſumendas ſpinas. Et ſuſcita
me & reddam illis. Ne forte ſane fratres mi
nus potentem filium,quã patrẽ putetis, ex
eo,quia dixit,ſuſcita me, q̃ ipſe ſe ſuſcitare
non poſsit, hoc enim ſuſcitauit, quod mori
poterat,id eſt,caro mortua eſt,caro ſuſcita-
ta eſt. Ne tñ putetis quia deus pater Chriſti
potuit ſuſcitare Chriſtum,id eſt,carnem ſi-
ij ſui,& ipſe Chriſtus,cum verbum ſit Dei
Ioan.2. æquale patri,non poterat carnem ſuam ſu-
ſcitare,audite ex euãgelio,Soluite templum
hoc,& in triduo ſuſcitabo illud. Hoc autem
euangeliſta ne etiam inde dubitaremus, di-
cebat,inquit,de tẽplo corporis ſui. Et reſu-
ſcita me & reddã illis. In hoc cognoui quo
niam uoluiſti me, quoniam non gaudebit
inimicus meus ſup me,) Quia gauiſi ſunt
Iudæi,quando uiderunt Chriſtum crucifi-
xum,impleſſe ſe arbitrati ſunt voluntatem
nocendi, effectum fructus ſæuitiæ ſuæ vide
Mat.27 runt, Chriſtum in cruce pendentem, agita-
uerunt caput, Si filius, dei eſt, deſcendat
de cruce. Non deſcendebat qui poterat,nõ
D potentiam demonſtrat, ſed patientiam do-
cebat. Si enim hęc illis dicentibus de cruce
deſcenderet,quaſi inſultantibus ceſſiſſe uide
retur, & victus opprobria tolerare non po
tuiſſe crederetur, magis manſit in cruce il-
lis inſultantibus,fixus illis nutantibus. I-
deo enim & caput agitabant,quia vero ca-
piti non inhærebant. Doeuit nos plane ille
patientiam,Nam quod eſt fortius fecit,qui
noluit facere quod Iudæi prouocabant.
Multo enim potentius de ſepulcro ſurge-
re,quam de cruce deſcendere. Quoniam
non gaudebit inimicus meus ſuper me. Ga
uiſi ſunt ergo,tũc reſurrexit Chriſtus,glo
rificatus eſt Chriſtus. Vident modo in no-
mine ipſius conuerti genus humanum, mo
do inſultent,modo caput agitent, imo iam
caput ſigant, aut ſi agitant caput, ſtupen-
do & mirando agitent. Modo enim di-
Iſa. 53. cunt, nunquid forte ille eſt, quem dixe-
runt Moyſes & prophetæ? De illo enim di
xerunt, Sicut ouis ad immolandum du
ctus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe
ſine uoce,ſic non aperuit os ſuum,volneri
bus eius ſanati ſumus. Eidemus enim quia
crucifixus, iſte ducit poſt ſe genus huma-
num, & ſine cauſa dixerunt patres noſtri,
occidamus eum,ne ſeculum poſt illum per-
gat. Forte non poſt eum pergeret, ſi non eſ
Ioa.14. ſet occiſus. In hoc cognoui quoniam uolui-
ſti me, quoniam non gaudebit inimicus E
meus ſuper me. Me autem propter inno-
centiam meam ſuſcepiſti.) Vere innocen-
tiam, vbi integritas ſine peccato, redditio
eſt ſine debito, flagella ſine merito, Propter
innocentiam meam ſuſcepiſti me. Et cõn
firmaſti me in conſpectu tuo in æternum.)
Confirmaſti me in æternum, infirmaſti ad
tempus. Confirmaſti in conſpectu tuo, in
firmaſti in conſpectu hominum? Quid er-
go? Laudes illi, gloria illi. Benedictus domi
nus deus Iſrael.) Ille eſt enim deus Iſra-
el, deus noſter, deus Iacob, deus minoris
filii, deus minoris populi. Nemo dicat de
Iudæis hoc dixit, Non ſum ego Iſrael. Ma
gis Iudæi non ſunt Iſrael. Maior enim fi-
lius, ipſe eſt maior populus reprobatus, mi-
nor populus dilectus. Maior ſeruiat mino Mala.1.
ri. Modo impletus eſt, modo fratres nobis
ſeruiũt Iudæi, tanq̃ capſarij noſtri ſunt, ſtu Gene.2
dentibus nobis codices portant. Audite in
quo nobis Iudæi ſeruiunt,& non ſine cauſa.
Cain ille frater maior, qui occidit minorẽ Gene.4
fratrem, accepit ſignum ne occideretur, id
eſt, vt maneat ipſe populus. Apud illos
ſunt prophetę & lex, in qua lege & in F
quibus prophetis Chriſtus prædicatus eſt.
Quando agimus cum paganis, & oſten-
dimus hoc euenire modo in Eccleſia Chri
ſti, quod ante prædictum eſt de nomine
Chriſti, de capite & corpore Chriſti, ne pu
tent nos finxiſſe illas prædictiones ex his
rebus, quæ acciderunt, quas exiſtimant
nos conſcripſiſſe quaſi futuræ eſſent, pro-
ferimus codices Iudæorum. Nempe Iu-
dæi inimici noſtri ſunt, de chartis ini-
mici conuincitur aduerſarius. Omnia er-
go dominus diſtribuit, omnia pro ſalute
noſtra ordinauit. Prædixit ante nos,
impleuit hoc tempore noſtro. Et quæ non
dum impleuit, impleturus eſt. Itaque te-
nemus redditorem, vt credamus debi-
torem, quia & illa, quæ nondum de-
dit, dabit, ſicut ea, quæ nondum dederat,
dedit. Si quis probare vult vbi ſint ſcrip-
ta, legat Moyſen & prophetas. Si ali-
quis perſtrepit inimicus & dicit, vos vobis
prophetias finxiſtis, proferantur codices
Iudæorum, quia maior ſeruiet minori.

ibi legant ista prædicta quæ modo uidemus impleta, & dicamus omnes, Benedictus dominus deus Israel, A seculo & in seculum, & dicet omnis populus fiat.

In psalmum quadragesimum primum enarratio.

OLim desiderabat anima nostra in uerbo dei gaude re uobiscum, & in illo uos salutare qui est nostrum adiutorium & salutare. Quod ergo dominus dat audite per nos, & in illo exultate nobiscū in sermone eius, & in ueritate & in charitate eius. Psalmum enim suscepimus, de quo loquendum est uobis congruum desyderio uestro. Cœpit enim iste psalmum a sancto quodam desyderio, & ait, qui sic cātatur. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarū, ita desyderat anima mea ad te deus. Quis ergo est qui sic cantat? Si volumus, nos sumus. Et quid quæras extra quis nā sit, cum in tua potestate sit esse quod quæri s? Tamen non unus homo est, sed v- Colo.1. num corpus est: corpus autem Christi Ecclesia est. Nec in omnibus qui intrant Ecclesiam inuenitur tale desyderium: sed tamen quicunq; suauitatem domini gustauerunt, & quod eis sapit agnoscunt in cantico non putent se solos esse, sed talia semina sparsa credant in agro dominico, toto orbe terrarum, & cuiusdam unitatis christianæ

H esse vocem hanc. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, sic desyderat anima mea ad te deus. Et quidē nō male intelligitur vox esse eorum, qui cum sint catechumeni, ad gratiam sancti lauacri festināt. Vnde & solenniter cantatur hic psalmus, vt ita desyderent fontem remissionis peccatorum, quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum. Sit hoc, habeatq; locum intellectus iste in Ecclesia & veracem & solēnem. Veruntamen fratres, videtur mihi etiam in baptismate fidelibus nondum esse satiatum tale desyderium, sed fortasis sinorunt vbi peregrinentur, & quo eis transeundum sit, etiam ardentius inflammātur. Denique titulus eius est: In finem intellectus filius Chore, Psalmus.) Filios Chore inuenimus & in aliis psalmorum titulis, & iam tractasse nos meminimus, & locutos es- Num.26 se quid sibi hoc nomen velit. Ita tamen non commemorandus est iste titulus, ut nō nobis quasi præiudicet quod iam diximus, ut deinceps non dicamus: non enim vobis cum diximus omnes affuerunt. Chore aliquis homo fuerit sicut fuit, habueritq; filios qui appellarentur filij Chore, nos tamen arcanum sacramenti scrutemur, vt nomen hoc in mysterio quod grauidum est pa[illegible] riat. Magni enim sacramenti res est vt christiani appellarentur filij Chore. Vnde filij Chore? filij sponsi, filij Christi. Dicuntur enim christiani, filij sponsi. Quare ergo Chore Christus? Quia Chore interpreta tus Caluaria. Multo remotius est hoc. Quæ rebam quare Chore Christus, intentius quero quare Christus Caluarium pertinere uideatur. Nonne iam occurrit in loco Caluariæ crucifixus? Occurrit omnino. Ergo filij sponsi, filij passionis illius, filij redempti sanguine illius, filij crucis illius portantes in fronte quod inimici in loco Caluariæ fixerunt, appellantur filij Chore, illis cantatur iste psalmus. Intellectu itaq; excitemur & si nobis cantatur, intelligamus. Quid intellecturi sumus? Inquem intellectum psalmus iste cantatur? Audeo dicere, Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Eia fratres, auiditatem meam capite, desyderium hoc mecum communicate, simul acmemus, simul in hac siti exardescamus, simul ad fontem intelligendi curramus. Desyderemus ergo uelut ceruus fonte, exceptio illo fonte quē propter remissionē peccatorum desiderant baptizandi: & iam baptizati desyderemus illum fontem, de quo scriptura alia dicit, Quoniam apud te est fons vitæ, Ipse enim fons & lumen est, quoniam in lumine tuo videbimus lumen. Si & fons est, & lumen est, merito & intellectus est: quia & satiat animam auidam scientia, & omnis qui intelligit, luce quadam nō corporali, non carnali, non exteriore, sed interiore illustratur. Est ergo fratres quædam lux intus, quam non habent qui non intelligunt. Vnde iam eos qui desyderant hunc fontem vitæ, & inde aliquid carpunt, alloquitur Apostolus obsecrans & dicit, Non iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati intelligentia, alienati a vita dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Si ergo illi obscurati sunt intelligentia, id est, quia non intelligunt obscurantur, ergo qui intelligunt illuminantur. Cur

Curre ad fontes, desydera aquarum fontes, Apud deum est fons vitæ, & ineficcabilis fons, in illius luce lumen inobscurabile. Lumen hoc desydera, quendam fontem, quod dam lumen, quale non norunt oculi tui, cui lumini uidendo oculus interior præparatur, cui fonti hauriendo sitis interior inar- L descit. Curre ad fontem, desydera fontem, sed noli utcunque, noli vt qualecunque animal currere, ut ceruus currere. Quid est vt ceruus? Non sit tarditas in currendo, impigre curre, impigre desydera fontem. Inueniemus enim insigne uoluntatis in ceruo. Sed forte non hoc scriptura solum nos in ceruo consyderare voluit, sed & aliud audi. Quid aliud est in ceruo? Serpentes necat, & post serpentium interemptionem maiore siti inardescit, peremptis serpentibus ad fontes acrius currit. Serpētes uitia tua sunt, consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desyderabis fontem veritatis. Auaritia forte in te tenebrosum aliquid sibilat, & sibilat aduersus verbum dei, sibilat aduersus præceptum dei. Et quia tibi dicitur, contem ne aliquid ne facias iniquitatem, si mauis facere iniquitatem quam aliquod commodū temporale contemnere, morderi magis eligis a serpente, quam pertinere serpentē, Cum ergo adhuc faueas uitio tuo, cupidita ti tuæ, auaritiæ tuæ, serpenti tuo, quando in te inuenietur tale desyderium, quo curras ad fontem aquarum? Quando concupiscis fontem sapientiæ, cum adhuc laboras in ue M neno malitiæ? Interfice in te quicquid contrarium est ueritati, & cum te uideris tanquam vacare a cupiditatibus peruersis, noli remanere quasi non sit quod desyderes. Est enim aliquid quo te tollas, si iam egisti in te, ut non sit impeditor contra te. Discurrus enim es forte iam mihi, si ceruus es, deus nouit, non me iam auarum, non me iam cuiusquam rem concupiscere, nō adulterij cupiditate flagrare, non cuiusquam odio inuidiaque tabescere, & cætera huiusmodi: dicturus es non habeo hæc, & quæris forte unde delecteris, desydera unde delecteris. Desydera ad fontes aquarum, habet deus vnde te reficiat, & impleat uenientem ad se sitientem post interemptionem serpentium tanquam velocem ceruū. Est aliud quod animaduertas in ceruo. De ver. Traduntur cerui, & a quibusdam etiam ui Apostol. si sunt, non enim de illis tale aliquid scribe- Ia ser.21. retur nisi antea uideretur, dicuntur ergo cerui uel quando in agmine suo ambulant, uel quando natando alias terrarum partes petunt, onera capitum suorum super se inuicem ponere, ita ut unus præcedat, & sequantur qui supra eum capita ponant, & supra illos consequentes, & deinde alii donec agmen finiatur. Ille autem vnus qui pondus capitis in primatu portabat, fatigatus A redit ad posteriora, ut alius ei succedat qui portet quod ille portabat, atque ille fatigationem suam recreet posito capite sicut & cęteri ponebāt. Ita vicissim portādo quod graue est, & uiam peragunt, & inuicem se non deserunt. Nonne quosdam ceruos allo quitur Apostolus dicens, Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Gala.6. Christi? Talis ergo ceruus in fide constitutus, nondum uidens quod credit, cupiens intelligere quod diligit, patitur contrarios ceruos, non solum obscuratos in intelligentia, in tenebris interioribus constitutos, vitiorum cupiditate cæcatos: insuper insultantes & dicentes homini credenti, & quod credit non ostendenti, ubi est deus tuus?

Quid ergo iste ceruus fecerit contra hæc verba, audiamus, vt & ipsi si possumus faciamus. Primo expressit sitim suam, quem admodum, inquit, ceruus desyderat anima mea ad te deus. Quid si ceruus ad fontes aquarum lauandi causa desyderat? Vtrum ergo bibendi aut lauandi, nescimus: audi quid sequitur, & noli quærere, Sitiuit anima mea ad deum viuum.) Quod dico quē B admodum ceruus desyderat ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus, hoc dico, sitiuit anima mea ad deum uiuum. Quid sitiuit? Quando ueniam & apparebo ante faciem dei.) Hoc est quod sitio, uenire & apparere. Sitio in peregrinatione, sitio in cursu, satiabor in aduentu. Sed quando ueniam? Et quod citius est deo, tardum est desyderio. Quando ueniam & apparebo ante faciam dei? Et illo desyderio est & hoc ex quo clamabatur alibi, Vnam petii a domino, hanc Psal.26. requiram, vt inhabitem in domo domini per omnes dies uitæ meæ. Quare hoc? Vt contempler, inquit, delectationem domini. Quando veniam & apparebo aute faciem domini. Interim dum meditor, dum curro, dum in uia sum, antequam veniam, antequam appaream: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cū dicitur mihi per singulos dies

vbi est deus tuus.) Fuerunt mihi, inquit, la-
quit, lachrymæ meæ, non amaritudo, sed
panes suaues erant ipsæ lachrymæ, sitienti
C mihi illum fontem, quem quia bibere non
dum poteram, auidus meas lachrymas mã-
ducabam. Non enim dixit, Factæ sunt
mihi lachrymæ meæ potus, nec ipsa desyde-
rasse uideretur sicut fontes aquarum, sed
seruata illa siti qua rapior, seruata illa siti
qua inardesco ad fontes aquarum, panes mi
hi factæ sunt lachrymæ meæ dum differor,
& utique manducando lachrymas suas, si-
ne dubio plus sitit ad fontes. Die quippe
ac nocte facti sunt mihi lachrymæ meæ pa
nes. Cibum istum qui panis dicitur, die
comedunt homines, nocte dormiunt: pa-
nis autem lachrymarum & die & nocte co
meditur: siue totum tempus accipias diem
& noctem, siue diem intelligas pro huius
seculi prosperitate, noctem uero pro hu-
ius seculi aduersitate. Siue, inquit, in pro-
speris rebus seculi, siue in aduersis rebus se
culi, ego desyderii mei lachrymas fundo,
ego desyderii mei aniditatem non desero.

Et cum in mundo bene est, mihi male est
antequam apparebo ante faciem dei. Quid
ergo dicis? quasi gratulari me cogis, si ali-
qua huius seculi prosperitas arriserit, non-
ne deceptoria est? nonne fluxa, caduca,
mortalis? nonne temporalis, uolatica, tran
sitoria? Nonne plus habet deceptionis
quam delectationis? Cur ergo non & in ip-
sa fiant lachrymæ meę panes? Si quidem
D & cum fœlicitas seculi circunfulget, quan-
diu sumus in corpore, peregrinamur a do
mino, & dicitur mihi quotidie, vbi est de-
2.Co.5. us tuus? Quia paganus si hoc mihi dice-
ret, nonne illi & ego possum dicere, v-
bi est deus tuus? Deum quippe suum di-
gito ostendit. Intendit enim digitum ad
aliquem lapidem & dicit, ecce est deus
meus, vbi est deus tuus? Cum lapidem
irrisero & erubuerit qui demonstrauit,
tollit oculum a lapide, suspicit cœlum, &
forte in solem digitum intendens, iterum di
cit, ecce deus meus, vbi est deus tuus?
Inuenit ille quod ostenderet oculis car-
nis: ego autem non quasi non habeam
quem ostendam, sed non habet ille ocu-
los quibus ostendam. Potuit enim ille
oculis corporis sui ostendere deum suum
solem, quibus ego oculis ostendam solis
creatorem? Veruntamen audiendo quo-
tidie, vbi est deus tuus, & in lachrymis
meis quotidianis pastus, die ac nocte me-
diatus sum quod audiui, vbi est deus
tuus. Quæsiui etiam ego ipse deum me-
um, vt si possem, non tantum crederem E
sed aliquid & viderem. Videt enim quæ Psa
fecerit deus meus, non autem uideo ipsum
deum meum qui fecit hæc. Sed quoniam Ro
sicut ceruus desyderat ad fontes aquarum,
& est apud eum fons vitæ, & in intelle-
ctu scriptus est psalmus filiis Chore, & in-
uisibilia dei per ea quæ facta sunt intelle-
cta conspiciuntur: quid agam vt inueniam
deum meum? Consyderabo terram, fe-
cta est terra. Est magna pulchritudo
terrarum, sed habet artificem. Magna
miracula sunt seminum atque gignentium,
sed habent ista omnia creatorem. Ostea-
do magnitudinem circunfusi maris, stupeo,
miror, artificem quæro, cœlum suspicio
& pulchritudinem syderum, admiror splen
dorem solis exercitio diei sufficientem, lu
nam nocturnas tenebras consolantem. Me-
ra sunt hæc, laudanda sunt hæc, vel e-
tiam stupenda sunt hæc. Neque enim ter
rena, sed etiam cœlestia sunt hęc, non-
dum ibi stat sitis mea. Hæc miror, hæc
laudo, sed eum qui fecit hęc, fitio. Re
deo ad meipsum, & quis sim etiam ipse
qui talia quæro, perscrutor, inuenio me
habere corpus & animam, unum quod re-
gam, aliud quo regar, corpus seruire, a-
nimam imperare. Discerno animam me-
lius esse aliquid quam corpus ipsum inqui
sitorem taliu rerum nõ corpus sed animam
uideo, & tamen hæc omnia quæ collustra
ui, per corpus ea me collustrasse cogno-
sco. Terram laudabam, oculis cogno-
ueram: mare laudabam, oculis cogno-
ueram: cœlum, sydera, solem, lunam
que laudabam, oculis cognoueram. Ocu-
li membra carnis sunt, feneſtræ sunt me-
tis, interior est qui per hæs videt, quan-
do cogitatione aliqua absens est, fra-
oculis videō, non istis oculis est inqui-
rendus. Aliquid etiam per seipsum a-
nimus ipse conspicit, vtrum sit ali-
quid quod non per oculos sentiat, qua-
si colores & lucem, non per aures, qua-
si cantum & sonum, non per nares, qua-
si odorum suauitatem, non per pala-
tum & linguam, quasi saporem, non
per totum corpus, quasi duritiam &
mollitiem, rigorem atque feruorem, aſſ-
ritatem lenitatem q̃: sed pertractem utrum
sit aliquid intus quod uideam. Quid est in-
tus? Videamus quod neq; color sit, neq; so-
nus, neque odor, neq; sapor, neque calor, aut
frigus, aut duritia, aut mollitudo. Dicatur
ergo mihi, quem colorem habeat sapientia?
Cum cogitamus iustitiam, qua eius intus
in ipsa cogitatione pulchritudine fruimur:
quid tanquam sonus ad aures? quid tanquã
vaporeum surgit ad nares? quid odori in-
G fertur? quid manu tractatur & delectat? Et
intus est & pulchra est, & laudatur & vide-
tur: & si in tenebris sunt oculi isti, animus
illius luce perfruitur. Quid est illud quod
Tobi.4. Tobias videbat, qñ videnti filio cæcus con-
silium vitæ dabat? Est ergo aliquid quod
animus ipse corporis dominator, rector, ha
bitator videt, quod non per oculos corpo-
ris sentit, non per aures, non per nares, non
per palatum, non per corporis tactum, sed
per seipsum. Et vtiq; melius quod per seip
sum quàm quod per seruum suum quod
est corpus. Seipsum.n. per seipsum videt, &
animus ipse vt norit se, videt se. Sed nec
vtique vt videat se corporalium oculorum
quærit auxilium, immo vero ab omnibus
corporis sensibus, tanquam impedientibus
& perstrepentibus abstrahit se à se, vt vi-
deat se in se, vt nouerit se apud se. Sed nun-
quid aliquid tale deus ipsius est, qualis est
animus? Non quidem videri deus nisi ani-
mo potest, nec tamen ita vt animus videri
potest. Aliquid enim quærit animus iste
quod deus est, de quo illi non insultent qui
dicunt, vbi est deus tuus. Aliquam quærit
incommutabilem veritatem sine defectu
H substantia. Non est talis ipse animus, de-
ficit, proficit, nouit, ignorat, meminit, obli-
uiscitur, modo illud vult, modo non vult.
Ista mutabilitas non cadit in deum. Si dixe
ro mutabilis est deus, insultabunt mihi qui
dicunt, vbi est deus tuus? Quærens ergo
deum meum in rebus uisibilibus & corpo-
ralibus & non inueniens: quærẽs eius sub-
stantiam in meipso, quasi aliquid sit qualis
ego sum, neque hoc inueniens, aliquid su-
per animam esse sentio deum meum. Er-
go vt eum animi intellectu tangerem.

Hæc meditatus sum, & effudi super me
animam meam.) Quando anima mea con-
tingeret quod super animam meam quæ-
ritur, nisi anima mea super seipsam effun-
deretur? Si enim in seipsa remaneret, nihil
aliud quàm se videret. Et cum se videret,

non vtique deum suum videret. Dicant
iam insultatores mei, vbi est deus tuus: di-
cant, ego quandiu non video, quandiu dif- Psal.41.
fero, manducabo die ac nocte lachrymas
meas. Dicant illi adhuc, vbi est deus tuus?
Quæro ergo deum meum in omni corpo-
re, siue terrestri, siue cœlesti, & non inue-
nio. Quæro substantiam eius in anima
mea, & inuenio. Meditatus sum tamen in- I
quisitionem dei mei, & p̃ ea quæ facta sunt Rom.1.
inuisibilia dei mei, cupiens intellecta con-
spicere, effudi super me animam meam, &
iam non restat quem tangam nisi deum
meum: Ibi enim domus dei mei, super ani-
mam meam habitat, inde me prospicit, inde
me creauit, inde me gubernat, inde mihi cõ
sulit, inde me excitat, inde me vocat, inde
me dirigit, inde me ducit, inde me perducit.
Ille enim qui habet altissimam in secreto
domum, habet etiam in terra tabernacu-
lum. Tabernaculum eius in terra, ecclesia
est adhuc peregrina. Sed hinc quærendus
est, quia in tabernaculo eius inuenitur via
qua peruenitur ad domum. Etenim cum
effunderem super me animam meam, ad
attingendum deum meum, quare hoc feci?

Quoniam ingrediar in locum taberna-
culi.) Nam extra locum tabernaculi erra-
bo quærens deum meum. Quoniam ingre
diar locum tabernaculi. Admirabilis vs-
que ad domum dei.) In locum tabernaculi
ingrediar, admirabilis tabernaculi vsque ad
domum dei. Iam enim multa admiror in
tabernaculo. Ecce quanta admiror in ta-
bernaculo: Tabernaculum enim dei in ter-
ra, homines sunt fideles: admiror in eis ip-
sorum membrorum obsequia, quia non in
eis regnat peccatum ad obediendum desy- K
derijs eius, nec exhibent membra sua arma Rom.6.
iniquitatis peccato, sed exhibent deo viuo
in bonis operibus: animæ seruienti deo,
membra corporalia militare admiror.

Respicio & ipsam animam obedientem
deo, distribuentem opera actus sui, frę-
nantem cupiditates, pellentem ignoran-
tiam, extendentem se ad omnia aspera,
& dura toleranda iustitiam, & charita-
tem impendentem cæteris. Miror &
istas virtutes in animam, sed adhuc in lo-
co tabernaculi ambulo. Transeo & hæc,
& quanuis admirabile sit tabernaculum,
stupeo cum peruenio vsque ad domum dei.

De qua domo dicitur in alio Psalmo,
cum proposuisset sibi quandam duram,

& difficilem quæstionem, quare in ha terra plerunque bene est malis, & male est bo
Psal.72. nis, ait, Suscepi cognoscere, hoc labor est an te me, donec eam in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. Ibi est enim fons intellectus in sanctuario dei, in domo dei. Ibi intellexit iste in nouissima, & soluit quæstionem de fœlicitate iniquorũ, & labore iustorum. Quo soluit? Quia mali cum hic differuntur, ad pœnas sine fine reseruãtur: & boni cum hic laborant, exercentur vt in fine hæreditatem consequantur. Et hoc ille
L à sanctuario dei cognouit, in nouissima intellexit, ascendens tabernaculum, peruenit ad domum dei. Tamen dum miratur membra tabernaculi, ita perductus est ad domũ dei: percepit quandam dulcedinem, sequendo interiorem nescio quam & occultam voluptatem, tãquam de domo dei sonaret suauiter aliquod organum. Et cum ille ambularet in tabernaculo, audito quodam interiore sono, ductus dulcedine, sequens quod sonabat, abstrahens se ab omni strepitu carnis & sanguinis, peruenit vsq; ad domum dei. Nam viam suam & ductum suum sic ipse commemorat, quasi diceremus ei, Miraris tabernaculum in hac terra, quomodo peruenisti ad secretum domus dei? In voce, inquit, exultationis & confessionis, soni festiuitatem celebrantis.) Festa cum hic homines celebrant, suæ luxuriæ, consuetudinem habent constituere organa ante domos suas, aut ponere symphoniam, vel quæcunque musica ad luxuriam seruientia & illicientia, & vbi audita fuerint hæc, quid dicimus qui transimus? Quid hic agitur? Et re
M spondetur nobis aliqua esse festa. Natalitia, inquit, celebrant, nuptiæ hic sunt: vt non videant inepta illa cantica, sed excusetur festiuitate luxuria. In domo dei festiuitas sempiterna est. Non enim aliquid ibi celebratur & transit. Festum sempiternum, chorus angelorum, vultus præsens dei, lætitia sine defectu. Et dies illic festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudatur. De illa æterna & perpetua festiuitate, sonat nescio quid canorum & dulce auribus cordis, sed si non perstrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo admirabili dei, & miracula dei in redẽptione fideliũ cõsyderãti, mulcet aurem sonus festiuitatis illius & rapit ceruũ ad fontes aquarum. Sed quia fratres,
Psal.41. quãdiu sumus in corpore hoc, pegrinamur
2.Co.5. à domino, & corpus quod corrumpitur ag grauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: & si vtcũq; Sque nebulis diffugatis ambulando per desyderium ad hunc sonum peruenerimus interdum, vt aliquid de illa domo dei nitendo capiamus; onere tamen quodam infirmitatis nostræ ad consueta recidimus, & ad soli ta ista dilabimur. Et quomodo ibi inuenera mus vnde gauderemus, sic hic non reperit quod gemamus. Etenim ceruus iste mandu A cans die ac nocte lachrymas suas raptus desyderio ad fontes aquarum, interiorem. I. dulcedinẽ dei, effundens super se animam suam, vt tangeret quod est super animam suam, ambulans in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, & ductus interioris & intelligibilis soni iocunditate, vt omnia exteriora contemneret, & in interiora raperetur: adhuc tamen homo est, ad huc hic gemit, adhuc carnem fragilem portat, adhuc inter scandala huius mundi peregrinatur. Respexit ergo ad se tanquam inde veniens, & ait sibi constituto inter has tristitias, & comparans hæc illis ad quæ videlicet da ingressus est, & post quæ visa egressus est. Quare, inquit, tristis es anima mea, & quare conturbas me?) Et ecce iam quadam interiore dulcedine lætati sumus, ecce aciementis aliquid incommutabile etsi perstrictim & raptim perspicere potuimus. Quare adhuc conturbas me, quare adhuc tristis es? Non. n. dubitas de deo tuo. Nunquid enim non est quod tibi dicas contra illos qui dicunt, vbi est deus tuus? Iam aliquid incommutabile persensi, quare adhuc conturbas me? Spera in dominum.) Et quasi responderet illi anima eius in silentio, quare conturbo te, nisi quia nondum sum ibi vbi est dulce illud, quo sic rapta sum quasi per transitum? Nunquid iam bibo de fonte illo nihil metuens? Iam nullum scandalum pertimesco: iam de cupiditatibus omnibus tanquam edomitis victisque secura sum? Nonne aduersus me diabolus vigilat hostis meus? Nonne laqueos mihi quotidie deceptionis intendit? Non vis vt conturbẽ te, posita in seculo, & peregrina adhuc à domo dei mei? Sed spera in dominum, respondet conturbanti se animæ suæ, & quasi rationem reddenti perturbationis suæ, propter mala quibus abundat hic mundus, interim habita in spe. Spes. n. quæ videtur non
est Ipes, Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, spera in domino.

domino. Quare speras? Quoniam confitebor illi.) Quid ei confiteberis? Salutare vultus mei deus meus.) A me mihi salus esse non potest, hoc dicam, hoc confitebor, salutare vultus mei deus meus. Et enim vt metuat in his quæ vtcunque intellecta cognoscit, respexit iterum sollicitus
Rom.8. ne obrepat inimicus, nondum dicit saluus sum ex omni parte. Etenim primitias habentes spiritus in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem, expectantes redemptionem corporis nostri. Illa perfecta in nobis salute, erimus in domo dei, videntes sine
Psal.83: fine, & sine fine laudantes eum cui dictum est, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hoc nondum est, quia nondum est salus quæ promittitur, sed confitebor domino meo in spe, & dico illi, salus vultus mei deus meus. Spe
Rom.8. enim salui facti sumus Spes autem quæ videtur, non est spes. Perseuera ergo vt peruenias, perseuera donec veniat salus. Audi ipsum deum tuum de interiore tibi loquen
Psal.26 tem, Sustine dominum & viriliter age & confortetur cor tuum & sustine dominum, quoniam qui perseuerauerit vsq; in finem,
Mat.10. hic saluus erit. Quare ergo tristis es ani
& 24. ma mea, & quare conturbas me? Spera in dominum quoniam confitebor illi. Hęc est confessio mea, salutare vultus mei deus meus. Ad meipsum anima mea turbata est.) Nunquid a deo turbatur? Ad me turbata est, ab incommutabili reficiebatur, ad mutabile perturbabatur. noui quia iustitia
1.Co.10 dei mei manet, vtrum mea manet nescio. Terret enim me Apostolus dicens, Qui se
D putat stare, videat ne cadat. Ergo quia non est in me firmitas mihi, nec est mihi spes de me, ad me ipsum turbata est anima mea. Vis non conturbetur: non remaneas in te
Psal.24 ipso, & dic, Ad te domine leuaui animam meam. Hoc planius audi, Noli sperare de te, sed de deo tuo: nam si speras de te, anima tua conturbatur ad te, quia nondum inuenit vnde sit secura de te. Ergo quoniam ad me conturbata est anima mea, quid restat nisi humilitas, vt de seipsa anima non præsumat? Quid restat nisi vt omnino minimam se faciat, nisi vt se humiliet vt exaltari mereatur? Nihil sibi tribuat, vt ei ab illo quod vtile est tribuatur. Ergo quia ad me turbata est anima mea, & hanc perturbationem facit superbia. Propterea memoratus sum tui domine de terra Iordanis & Hermonijm à monte paruo.) Vnde memoratus sum tui? A monte paruo, & de terra Iordanis. Forte de baptismo, vbi est remissio peccatorum. Etenim nemo currit ad remissionem peccatorum, nisi qui displicet sibi. Nemo currit ad remissionem peccatorum, nisi qui se confitetur peccatorem: nemo se confitetur peccatorem, nisi humilian
do seipsum deo. Ergo de terra Iordanis memoratus sum tui, & de monte paruo: Luc. 14
non de monte magno, vt de monte paruo & 18.
E tu facias magnum, quoniam qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Si autem & interpretationes nominum quæras, Iordanis est descensio eorum. Descende ergo vt eleueris, noli extolli ne elidaris. Et de Hermonijm à monte paruo. Hermomijm anathematizatio interpretatur. Anathematiza teipsum displicendo tibi. Displicebis enim deo, si placueris tibi. Ergo quia nobis deus omnia bona præstat, quia ipse bonus est, non quia nos digni sumus, sed quia ille misericors est: non quia in aliquo promeruimus: de terra Iordanis & Hermonijm commemoratus sum dei. Et quia qui humiliter commemoratur, exaltatus perfrui merebitur, quia non in se exaltatur qui in domino gloriatur. Abyssus
1.Co.1. abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum) Peragere Psalmum possum fortasse adiutus studio vestro, cuius feruorem video. De labore autem vestro non satis curo audiatis, quando & me qui loquor ita in his laboribus sudare cernatis. Aspicientes me laborantem, profecto collaboratis. Non enim mihi laboro, sed vobis. Ergo audite, quoniam velle vos video. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Deo dixit ille qui eius commemoratus est
F de terra Iordanis & Hermonijm. Et admirando dixit, Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Quę abyssus? quam abyssum inuocat? Vere quia iste intellectus abyssus est. Abyssus enim est profunditas quædam impenetrabilis, incomprehensibilis, & maxime solet dici in aquarum multitudine. Ibi enim altitudo, ibi profunditas, quæ penetrari vsque ad fundum non potest. Denique quodam loco dictum
Psal.35. est, Iudicia tua abyssus multa: hoc volens scriptura commendare, quia iudicia dei nõ comprehẽduntur. Quę ergo abyssus, quam inuocat abyssum? Si profunditas est abyssus, putamus quòd cor hominis abyssus

est? Quid enim est profundius hac abyssо? Loqui homines possunt, videri possunt p operationē membrorum, audiri in sermone, sed cuius cogitatio penetratur, cuius cor inspicitur? Quid intus disponat, quid intus velit, quod intus nolit, quis comprehēdet? Puto non absurde intelligi abyssum hominem, de quo alibi dictum est, Accedet homo ad cor altum & exaltabitur deus. Si ergo homo abyssus est, quomodo abyssus inuocat abyssum? Homo inuocat hominem: inuocat quasi quomodo deus inuocatur? Psal 63. G Non. Sed inuocat dicitur ad se vocat. Nā dictum est de quodam, mortem inuocat: id est, sic viuit, vt mortem ad se vocet. Nam nemo hominum est qui orationem faciat, & inuocet mortem, sed male viuēdo homines mortem inuocāt. Abyssus abyssum inuocat, homo hominem. Sic discitur sapientia, sic discitur fides, cum abyssus abyssum inuocat. Abyssum inuocāt sancti prædicatores verbi dei: nunquid & ipsi abyssus? Vt noueris quia abyssus & ipsi, Apostolus ait, 1. Co. 4 Minimum est vt à vobis diiudicer aut ab humano die. Quanta autem abyssus sit, audite amplius, Neq; enim ego meipsum diiudico. Tantam ne profunditatem creditis esse in homine, quæ lateat ipsum hominem in quo est? Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid in se ageretur intus nesciebat, & se moriturum cū dño vel pro domino temere promittebat. Mat. 26. Quanta abyssus erat? Quæ tamen abyssus nuda erat oculis dei. Nam hoc illi Christus prænunciabat, quod in se ipse ignorabat. Ergo omnis homo licet sanctus, licet iustus, licet in multis proficiēs, abyssus est, & abyssum inuocat, quando homini aliq̄d fidei, aliquid veritatis propter vitam æternam prædicat. Sed tunc est vtilis abyssus H abyssо vocante, quando fit in voce cataractarum tuarū. Abyssus abyssum inuocat, homo hominem lucratur, non in voce sua, sed in voce cataractarum tuarum. Alium accipite intellectum, Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Ego qui contremisco cum ad me perturbata est anima mea, à iudicijs tuis timui vehemēter. Iudicia enim tua abyssus multa, & abyssus abyssum inuocat. Nam sub hac carne mortali, laboriosa, peccatrice, mo- psal. 35. lestijs & scandalis plena, concupiscentijs obnoxia, damnatio quædam est de iudicio tuo, quia tu dixisti peccatori, Morte mo-

rieris: & in sudore vultus tui edes panem tuum: hæc abyssus prima iudicij cui. Sed Go- si male hic vixerint homines, abyssus abyssum inuocat, quia de pœna in pœnam transeunt, & de tenebris ad tenebras, & de profunditate ad profunditatem, & de supplicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in flamma gehennarum. Ergo hoc timuit forsum tui domine de terra Iordanis & Hermoniim. Humilis esse debeo. Exhorrui. n. I iudicia tua, vehementer timui iudicia tua, ideo ad me anima mea turbata est. Et quia iudicia tua timui: paruane iudicia sunt ista? Magna sunt, dura sunt, molesta sunt, sed vtinam sola essent: abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum: quia stare alteram damnationem: in voce cataractarum tuarum, abyssus abyssum inuocat. Quo ergo abibo à facie tua, & à spū tuo quo fugiam: si abyssus abyssum inuocat, si post istos labores timentur graviores: Omnes suspensiones tuæ & fluctus tui tui super me ingressi sunt.) Fluctus in his quæ sentio, suspensuræ in his quæ minaris. Omnis perpessio mea, fluctus est tuus: omnis comminatio tua, suspēsura tua est. In fluctibus inuocat abyssus ista, in suspensuris inuocat alterā abyssum. In eo quòd laboro, omnes fluctus tui: in eo quòd minaris graviùs, omnes suspensiones tuę sup me ingressę sunt. Qui enim minatur non premit, sed suspendit: sed quia liberas, hoc dixi animæ meæ, Spera in domino quoniam confitebor illi, salutare vultus mei deus meus: quia magis crebra sunt mala, dulcior erit misericordia tua. Ideo sequitur, In die mandauit dominus misericordiam suam & nocte declarauit.) Nulli vacat audire in tribulatione, mi- K uit.) Nulli vacat audire in tribulatione. Audite cum vobis bene est, Audite cum vobis bñ ēſ. Discite cū trāquilli estis sapiētiæ disciplinā, & verbū dei vt cibum colligite. Quando. n. quisque in tribulatione est, prodesse illi debet quod securus audiuit. Etenim in rebus prosperis mādat tibi deus misericordiam suam, si ei fideliter seruieris, qa liberat te de tribulatione: sed nō tibi declarat ipsam misericordiā quā tibi per diē mādauit, nisi per noctem. Cum venerit ipsa tribulatio, tunc adiutorio te non deserit, ostendet tibi verum fuisse quod tibi p diem mandauit. Etenim scriptum est quo-

Eccl. 35. dam loco, Speciosa misericordia domini in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis. In die mandauit dominus misericordiam suam & nocte declarauit. Non tibi ostendit quia subuenit tibi, nisi venerit tibi tribulatio, vnde eruaris ab illo qui tibi per diem promisit. Ideo admonemur imitari formicam. Sicut enim prosperitas seculi significatur die, aduersitas seculi significatur nocte: ita alio modo prosperitas seculi significatur æstate, aduersitas seculi significatur hyeme Et quid facit formi- Prou. 6. & 30. ca? Per æstatem colligit quod ei per hyemem prosit. Ergo cum est æstas, cum bene est vobis, cum tranquilli estis, audite verbum domini. Vnde enim fieri potest vt in hac tempestate huius seculi sine tribulatione totum hoc mare transeatis? Vnde enim fieri potest? cui hoc hominum contigit? Si contigit alicui, plus metuenda est ipsa tranquillitas. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte declarauit. Quid ergo agas in hac peregrinatione? quid agas? Apud me oratio deo vitæ meæ.) Hoc hic ago ceruus sitiens & desyderans fontes aSapiē. 9. quarum, recordans dulcedicem fontis illius qua ductus sum per tabernaculum vsq; ad domum dei, quandiu hoc corpus quod corrumpitur aggrauat animam, apud me oratio deo vitæ meæ. Non enim vt supplicem deo emptur⁹ sum de transmarinis locis, aut vt exaudiat me deus meus nauigabo vt de longinquo afferam thura & aromata, aut de grege adducam vitulum vel arietem, Apud me oratio deo vitæ meæ. Intus habeo victimam quam immolem, intus habeo thus quod imponam, intus habeo sacrificium quo flectam deum meum. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Quod sacrifi- M cium contribulati spiritus intus habeam, audi, Dicam domino susceptor meus es. Quare mei oblitus es?) Sic enim hic laboro quasi tu oblitus sis mei: tu autem exerces me, & noui quia differs mihi, non mihi aufers quod promisisti. Sed tamen quare mei obli- psal. 21. tus es? Tanquam de voce nostra clamauit Mat. 27. & caput nostrum, Deus deus meus, quare me dereliquisti? Dicam deo susceptor meus es, quare me oblitus es? Vt quid me repulisti? Ex ista altitudine fontis intelligentiæ incommutabilis veritatis, vt quid me repulisti? Quare grauedine & pondere iniquitatis meæ, iam illuc inhians, ad ista deiectus psal. 30. sum? Dicit alio loco ista vox, Ego dixi in ec-

stasi mea, vbi vidit nescio quid magnum ex cessum mentis, Ego dixi in ecstasi mea proiectus sum à facie oculorum tuorum. Com parauit enim hæc in quibus esset illis in quæ erectus erat, & vidit se longe proiectū à facie oculorum dei, sicut & hic, vt quid me repulisti? Et vt quid contristatus incedo dum affligit me inimicus, dum confringit ossa mea?) Tentator ille diabolus scandalis vbique crebrescens, quorum abundantia refrigescit charitas multorum, cum videat fortes Ecclesiæ plerunque scanda- Mat. 24 lis cedere, non dicit corpus Christi, confringit inimicus ossa mea? Ossa enim fortes sunt, & aliquando ipsi fortes tentatio A nibus cedunt, Hæc cum quisque consyderat ex corpore Christi, ex voce corporis Christi, nōne clamat, vt quid me repulisti, & vt quid tristis incedo dum affligit me inimicus, dum confringit ossa mea? Non carnes meas tantum: sed etiam ossa mea, vt in quibus putabatur esse aliqua fortitudo, videas cedere in tentationibus, vt cæteri infirmi desperent, quando fortes vident succumbere. Quanta ista pericula fratres mei? Exprobrauerunt mihi qui tribulant me.) Iterum illa vox. Dum dicunt mihi per singulos dies vbi est deus tuus?) Et maxime ista dicunt in tentationibus Ecclesiæ, vbi est deus tuus? Quantum hæc martyres audierunt, pro nomine Christi fortes & patientes, quantum illis dictum est, vbi est deus vester? Liberet vos si potest. Tormenta enim ipsorum extrinsecus homines videbant, coronas intrinsecus non videbant. Exprobrauerunt mihi qui tribulant me, dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Et ego propter hæc quoniam ad te turbata est anima mea, quid ei aliud quàm illud dicam, Quare tristis es anima me, & quare B conturbas me? Et quasi respondet, non vis vt conturbem te, hic posita in tantis malis, suspirans ad bona, sitiens & laborans, non vis vt conturbem te? Spera in domino quoniam adhuc confitebor illi.) Dicit ipsam confessionem, repetit spei confirmationem. Salus vultus mei & deus meus.

In

In Psalmum quadragesimum secundum enarratio.

PSalmus iste breuis est. Sic satisfacit mẽtibus auditorum, ut molestus non sit ventribus ieiunorum. Pascatur ex hoc anima nostra, quam tristem esse dicit, q̃ cantat in hoc Psalmo. Tristem credo ex aliquo ieiunio suo, vel potius ex aliqua fame sua. Nam ieiunium voluntatis est, fames necessitatis. Esurit Ecclesia, esurit corpus Christi. Et homo ille vbique diffusus est, cuius caput sursum est, membra deorsum: eius vocẽ in omnibus psalmis vel psallentẽ vel gemẽtẽ, vel lætantem in spe, vel suspirantem in re, notissimam iam & familiarissimam habere debemus tanquam nostram. Non ergo
Mat. 13 C diu est immorandum, vt insinuemus vobis quis loquatur. Sit vnusq; sq; in Christi corpore & loquetur hic. Nostis autem hic omnes qui proficiunt, & qui cœlesti illi ciuitati ingemiscunt, qui peregrinationem suam norunt, qui viam tenent, qui in desyderio terræ illius stabilissimæ spem tanquam anchoram præfixerunt, Nostis ergo quia hoc genus hominum, hoc semẽ bonum, hoc frumẽtum Christi inter zizania gemit: & hoc donec veniat tempus messis, id est, vsque in finem seculi, sicut exponit, quæ non fallitur veritas. Gemens ergo inter zizania, id est, inter malos homines, inter dolosos & seductores, aut ira turbulentos, aut insidijs venenatos, circunspiciens simul cum illis esse se, tanquam in vno agro per totũ mundum, vnam pluuiam excipere, pariter perflari, pariterq; secum aduersa nutriri, habere simul ista communia dona dei, malis
Matt. 5. bonisq; concessa comminiter, ab illo qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidẽs ergo semen Abrahæ semen sanctum, quanta cum malis, a quibus quandoque separandum est, nunc habet communia, æqualiter nasci, eandem conditionem generis humani sortiri, pariter mortalia ferre corpora, simul vti luce, fontibus, fructibus, prosperitatibus atque aduersitatibus seculi, siue fame, siue abundantia, siue pace, siue bello, siue salute, siue peste, videns quãta habeat communia cum malis, cum quibus tamen nõ
D habet causam communem, erupit in hanc vocẽ. Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta.) Iudica, inquit, me deus, non timeo iudicium tuum, quia noui misericordiam tuam. Iudica me deus, & discerne causam meam de gẽte non sancta. Nunc interim in hac peregrinatione nondum discernis locum meũ, quia simul cum zizanijs viuo vsq; ad tempus messis. Nondum discernis pluuiam meam, nondũ discernis lucẽ meã, discerne causam meã. Distet inter eum, qui in te credit, & eum q̃ in te nõ credit: par infirmitas est, sed dispar conscientia: par labor, sed dispar desyderiũ. Desyderium impiorum phibit: de desyderio autem iustorum nisi certus esset pollicitator, dubitare deberemus. Finis desyderij nostri, ipse promissor. Seipsum dabit, qa seipsum dedit. Seipsum dabit immortalibus immortalẽ, quia seipsum dedit mortalibus mortalem. Iudica me deus & discerne causam meam de gente nõ sancta. Ab homine iniquo & doloso erue me.) Hoc est, de gẽte non sancta. Ab homine, à quodam gente re hominum, quia quidam homo, & quidã homo, & in his duobus vnus assumetur, & vnus relinquetur. Et q̃m patientia opus est ferendi vsque ad messem quandam, si dici potest ad indiscretã discretionem: simul .n. sunt, & ideo discreta nõdũ sunt, Zizania ãt zizania sunt, & frumẽta frumẽta sunt, & ideo discreta iam sunt. Quia ergo fortitudine opus est, imploranda est ab illo, qui iusit ut fortes simus, & nisi fortes ipse fecerit, non erimus: quod vt simus, ab illo erimus qui dixit, Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit: ne forte sibi ipsa anima arrogando fortitudinẽ debilitetur, continuo adiungit: Quia tu es deus meus fortitudo mea, vt quid me repulisti, & vt quid triste incedo, dum affligit me inimicus?) Cusam quærit tristitiæ suæ. Quare, inquit, tristis incedo dum affligit me inimicus?) Tristis ambulo, inimicus affligit me quotidianis tentationibus, immittens vel quod male timeremus: & contra vtrunque pugnans animã, & dicit deo, vt quid tristis incedo? Quærit ergo ab ipso, & audiat vt quid. Quærit enim in Psalmo causam tristitiæ suæ dicens, vt quid me repulisti, & vt quid tristis incedo? Audiat ex Esaia, succurrat illa lectio, quæ modo recitata est, Spiritus, inquit, a me prodiet, & omnem flatum ego feci: propter peccatum auaritiæ illius dicum quidem contristaui illum, & auerti faciem meam ab isto, & contristatus eũ

est & abiit in vijs suis. Quid ergo quærebas, vt quid me repulisti, & vt quid tristis incedo? Audisti propter peccatum. Causa tristitiæ tuæ peccatum est, causa lætitiæ tuę iustitia sit. Peccare volebas & laborare nolebas, vt parum tibi esset q̃ esses iniustus, nisi vt eum esse iniustum voluisses, à quo in te vindicari noluisses. Respice vocem meliorem in alio Psalmo, Bonum est mihi q̃ humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Pſa.118. Dicebam elatus iniquitates meas, discam humiliatus iustificationes tuas. Vt quid tristis incedo dum affligit me inimicus? De inimico quereris: reuera affligit, sed tu ei locũ dedisti. Et nunc habes quid agas. Elige consilium, regem admitte, tyrannum exclude. Sed vt hoc faciat, quid dicit, quid supplicat, quid orat, attende. Ora quod audis, ora cum audis, omnium nostrum sit ista vox: Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & perduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.) Quia ipse est lux tua & veritas tua. Hæc nomina duo, res vna. Quid n. aliud lux dei, nisi veG ritas dei? Aut quid veritas dei nisi lux dei? Ioan. 8. Et hoc vtrunq; vnus Christus. Ego sum Ioã. 14. lux mundi, qui credit in me non ambulabit in tenebris. Ego sum via, veritas & vita. Ipse lux, ipse veritas. Veniat ergo & eruat nos discernens modo causam nostrã à gente nõ sancta, eruat ab homine iniquo & doloso. Mat. 13. Separet frumentum à zizanijs: quia ipse mittet angelos suos messis tempore, vt colligant de regno eius omnia scandala, & mittant in ignem ardentem, frumẽtum autem eius congregẽt in horreum. Emittat lucem suam & veritatem suam, quia ipsa iam nos deduxerunt & perduxerunt in montem sanctum eius & in tabernacula eius. Pignus habemus, præmium speramus. Sanctus mons eius, sancta Ecclesia eius: Mons ille est, qui Dani. 2. creuit ex minimo lapide, secundum visionẽ Danielis, confringens regna terrarum, & in tantum excrescens vt impleret vniuersam faciem terræ, in hoc monte se exauditum Psal. 3. dicit q̃ dicit, Voce mea ad dominum clamaui, & exaudit me de mõte sancto suo. Quisquis præter istum montem orat, non sese sperat exaudiri ad vitam æternam. Exaudiuntur enim multi ad multa, nec sibi plaudant q̃ exaudiuntur. Exauditi sunt dæmones vt in porcos mitterentur. Exaudiri ad Matt. 8. vitam æternam concupiscamus, propter desyderium quo dicimus, Emitte lucem tuã & veritatem tuam. Illa lux oculum cordis inquirit, Beati enim inquit, mundo corde, Matt. 5. quia ipsi deum videbunt. Modo in monte eius sumus, id est in Ecclesia eius, & in tabernaculo eius. Nam tabernaculum peregrinantium est, domus cohabitantium: est & tabernaculum peregrinantium & militantium. Cum audis tabernaculum, bellum intellige, hostem caue. Domus autem de qua dixit, Beati qui habitant in domo tua, in se Psal. 93. cula seculorum laudabunt te. Iam ergo perducti ad tabernaculum, & positi in monte sancto eius, quam spem gerimus? Et introibo ad altare dei.) Est enim quoddam sublime altare inuisibile, quo non accedit iniustus. Ad illud altare ille solus accedit, qui ad istud securus accedit. Illic inueniet vitã suam, qui in isto discernit causam suam. Et introibo ad altare dei, de monte sancto eius, & de tabernaculo eius. De sancta Ecclesia eius introibo ad altare dei sublime. Quale ibi sacrificium est? Ipse qui intrat assume I tur in holocaustum, introibo ad altare dei. Quid est quod dicit, ad altare dei? Ad deũ qui lætificat iuuentutem meam.) Iuuentus nouitatem significat, tanquam diceret, Ad deum qui lætificat iuuentutẽ meam, id est, nouitatem meam. Lætificat nouitatẽ meã, qui contristauit vetustatem meam. Incedo enim modo tristis in vetustate, tunc autem stabo gaudens in nouitate. Confitebor tibi in cithara deus deus meus.) Quid est in cithara confiteri, & in psalterio confiteri? Nõ enim semper in cithara, nec semper in psalterio. Duo hæc organa musicorum habent inter se distinctam discretamq; rationem, dignam consyderatione & commendatione memoriæ. Vtrunq; hoc manibus portatur & tangitur, & significat opera quædam nostra corporalia. Vtrunq; bonum, si quis norit psallere, si quis norit citharizare. Sed qa Psalterium istud organum dicitur, quod de superiore parte habet testudinem: illud, s. tympanum & concauum lignum cui chordæ innitentes resonant, Cithara vero idipsum lignum cauum & sonorum ex inferiore parte habet: discernenda sunt opera nostra, quando in Psalterio sint, quando in cithara, vtraq; tamẽ placita deo & suauia eius auditui. Quando ergo ex præceptis dei aliquid agimus, iussis eius obtemperantes & obaudientes ad implenda præcepta eius, vbi K facimus, & non patimur, Psalterium est. Faciunt enim ita & angeli, non enim aliquid patiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patiuntur. Cum autem aliquid patimur tribulationum, tentationum, scandalorum in hac terra, quia non patimur nisi ex inferiore parte, id est, ex eo quod mortales sumus, ex eo quod primæ nostræ causæ quiddam tribulationū debemus, & quia patimur multa ab eis qui non sunt desuper, cithara est. Venit.n. sonus suauis ex inferiore parte, pa
timur & psallimus, vel potius cantamus vel
Gala. 1. citharizamus. Quando dicebat Apostolus euangelizare se, & prædicare Euangelium toto orbe terrarum ex præcepto dei, quia illud Euangelium se non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christū accepisse dicebat, desuper sonabant chordę. Cum vero dicebat, Gloriamur in tribula-
Rom. 5. tionibus, scientes quia tribulatio patiētiam operatur, patientia probationem, probatio spem: cithara sonabat ex inferiore quidem, sed tamen dulciter. Omnis enim patientia dulcis est deo. Si autem in ipsis tribulationibus defecerit, citharam fregisti. Quare ergo modo dixit, Confitebor tibi in cithara?
L Propter illud quod dixerat, Vt quid tristis incedo dum affligit me inimicus. Patiebatur enim quiddam ex inferiore afflictione, & in eo ipso tamē volebat placere deo & gratias gestiebat agere deo fortis in tribulationibus. Et quia sine tribulatione esse non poterat, patientiam deo debebat. Confitebor tibi in cithara deus deus meus. Et rursus ad animam suam, vt ex inferiore illo sonoro ligno capiat sonum. Vt quid tristis es, inquit, anima mea, & vt quid conturbas me? In tribulationibus sum, in languoribus, in mœroribus, vt quid me conturbas ò anima? Quis dicit? Cui dicit? Animæ dicit, omnes nouimus: planum est n.ad illam directus est sermo, Vt quid tristis es anima mea, & vt quid conturbas me? Quæritur persona loquens, Nunquid caro animæ loquitur, cum caro sine anima non loquatur? Proprium enim magis est, vt anima carnem alloquitur q̄ vt caro alloquatur animam. Sed quia non dixit, Quare tristis es caro mea: sed ait, quare tristis es anima mea: si enim carnem allo
queretur, fortasse non diceret, Quare tristis: sed, quale doles. Dolor enim animæ tristitia dicitur. Molestia vero quæ fit in cor-
M pore, dolor dici potest, tristitia non potest: sed ex dolore corpus plerunq; anima contristatur. Interest tū quid doleat & quid cō tristetur. Dolet.n.caro, tristis est anima, & aperta ista vox est, vt quid tristis es anima mea? Non enim anima alloquitur cārnem, quia non dixit, Vt quid tristis es caro mea nec cāro animam, quia absurdum est vt inferior alloquatur superiorem. Ergo intelligamus habere nos aliq̄d, vbi imago dei est, mentem scilicet atque rationem. Ipsa mens inuocabat lucem dei & veritatem dei. Ipsa est qua capimus iustum & iniustum ipsa est qua discernimus verum à falso, ipsa est quæ vocatur intellectus, quo intellectu cerrent bestiæ, quem intellectum quisquis in se negligit, & postponit cæteris, & ita abiit quasi non habeat, audit ex Psalmo, Nolite esse sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Intellectus ergo noster alloquitur animam nostram: ista in tribulationibus marcida est, fessa in angoribus, contracta in tentationibus, ægra in laboribus. Erigit eam mens desuper capiens veritatē, & dicit, Vt quid tristis es anima mea, & vt quid conturbas me? Vide si non est ista allocutio in illo conflictu Apostoli in se præfigurantis quosdam, & forte nos, & dicentis, Condelector legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis: id est, motus quosdam carnales & in quadam lucta & quasi desperatione inuocat gratiam dei, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Tales ita pugnātes etiam ipse dominus in se præfigurare dignatus est, cum ait, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Ille enim non nouerat ad quod veniret? Ille passione pauebat, qui dixerat, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit illam à me, sed ego ipse pono eam à me, & iterum sumo eam? Sed tristis est anima mea vsque ad mortem, qui dixit, quædam membra sua in se figurauit. Plerunq; enim iam mens credit & bene nouit, & futurum hominem secundum fidem suam in gremio Abrahæ: credit hoc, & tamen cum venerit aliquis articulus mortis, turbatur ex familiaritate quadam seculi huius, erigit auditum in illam vocem dei internam, audit rationabile carmen intrinsecus. Ita enim desuper in silentio sonat quiddam, non auribus sed menti, vt quicunq; audit illud mirabilis & ineffabilis. Et reuera cū ita cōtingit ex aliqua perturbatione, vim patitur homo alloquens animam suam, Vt quid tristis es anima mea, & vt quid cōturbas me? An forte iō, q̄a difficile purgata vita inuenit, cū ille iudicat q̄ nouit ad purū & liquidum iudicare? Quia & si probabilis iā vita est inter homines, ita vt homines, quid iā reprehendant iuste non habeant, procedit examē ab illius oculis, procedit regula exquās, nō fallaciter, & inuenit in homine q̄dā q̄ reprehēdat deus, q̄ homines reprehendenda nō videbāt, ne ille ipse intus q̄ iudicandus est. Hæc timēs anima forte conturbaī, alloquitur eā mens quasi dicens quid times de peccatis, quia non potes omnia deuitare? Spera in dño qm confitebor illi.)
Ps. 142. Quędā sanat psens allocutio, reliqua purgat fidelis cōfessio. Planè time si iustum te dicis, si nō habes illam vocem ex alio Psalmo, Ne intres in iudiciū cum seruo tuo.
C Quare ne itres in iudiciū cū seruo tuo. Misericordia tua mihi opus est. Nā si iudiciū exhibueris sine misericordia, quo ibo? Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia nō iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Ergo si nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens, quia q̄cūq; illic viuit, q̄tūlibet iuste viuat, væ illi si cū illo in iudicium intrauerit deus. Nā ex alio Propheta arrogantes & superbos identidē sic obiurgat, Vt quid vultis mecum iudicio contendere? Oēs dereliquistis me, dicit dñs. Noli ergo iudicio contendere, da operā esse iustus, & quantumcunq; fueris, confitere te peccatorem. Semper spera misericordiam, & in ista humili confessione securus allouerte turbantem te, & tumultuantem adma mea, & vt quid conturbas mē? Forte in te volebas sperare, spera in dominum, noli in te. Quid enim es ia te? quid es de te? Ille sit sanitas in te, qui suscepit vulnera pp te. Spera, inquit, in dominum, quoniam confitebor illi. Quid illi confiteberis? Salutare vultus mei deus meus.) Tu es salutare vultus mei, tu sanabis me. Aeger ad te loquor, agnosco medicum, non me iacto sanum. Quid est agnosco medicum, non me iacto sanum? Quod in alio Psalmo dicitur, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Hæc vox fratres tuta ē, sed vigilate in operibus

Hier. 2.

bonis: tangite Psalterium obediendo præceptis, tangite citharam, tolerando passiones. Frange esurienti panem tuum, audisti ab Esaia, noli ieiunium putare sufficere. Ieiumum te castigat, non alterum reficit. Fru- Esai. 58.
ctuosæ erunt angustiæ tuæ, si alteri præsteris latitudinem. Ecce fraudasti animam tuam, cui dabis quod tibi abstulisti? vbi pones quod tibi denegasti? Quā multos pauperes saginare pōt intermissum hodie prandium nostrum. Ita ieiuna, vt alio manducante prandisse te gaudeas propter orationes vt exaudiaris. Ibi enim ait, Adhuc loquente te dicam, ecce adsum. Si fregeris ex animo esurienti panem, quia plerunq, fit à tristibus & à murmurantibus vt careant tædio interpellantis, non vt reficiant viscera indigentis, Hilarem autem datorem dili
git deus. Si panem dederis tristis, & panem 2. Co. 9.
& meritum perdidisti. Ergo ex animo fac, vt ille qui intus vider adhuc loquente te, dicat, ecce affum. Quam celeriter accipiun
tur orationes bene operantium, & hæc iu- Esa. 58.
stitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemosyna, oratio. Vis orationem tuam volare ad deum? Fac illi duas alas, ieiunium & eleemosynam, Tales nos inueniat, vt securos E
inueniat lux dei, veritas dei, cum venerit liberare nos à morte, qui iam venit subire pro nobis mortem.

in Psalmum quadragesimum tertium. Enarratio.

PSalmus iste filijs Chore dicitur, sicut eius titulus præfert. Interprætetur autem Chore caluitium vel caluaria, & inuenimus in Euangelio dominum Iesum Christū in loco Caluariæ crucifixū. Ergo clarum est, quod filijs passionis eius Mat. 27.
cātatur hic Psalmus. Habemus autem hinc euidentissimum & firmissimum testimonium Apostoli Pauli, quia cum in persecutionibus gentilium laboraret Ecclesia, hūc sumpsit versum, quem interponeret ad exhortationem, & consolationem patientiæ. Hinc enim dictum est, quod ille in
Epistola sua posuit, Propter te mortifica- Rom. 8
mur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Vocem ergo martyrū audiamus in Psalmo, & vox martyrum videte quàm bonam causam habeat, cum dicit, propter te. Nā & dominus iō addidit, propter iustitiam, cū diceret, Beati qui persecutio F
nem

nem patiuntur propter iustitiam, ne quis-
ſſ. om. 8. quam perſecutionem patiens ex ipsa pœna
quæreret gloriam non bonam habens cau-
ſam. Et hinc exhortatus ſuos ait, Beati eri-
tis cum vobis illa fecerint vel dixerint ho-
mines ꝓp me. Hinc ergo vox martyrum,
propter te mortificamur tota die. Eſt autē
magnæ conſyderationis & magnæ profun-
ditatis conſilium dei, quid cauſæ fuerit, vt
eum patres noſtros Patriarchas, & totum
illum populū Iſrael eduxerit in manu for-
tiſſima de Aegypto, & perſequentes inimi
eos eorum in mari demerſerit, duxeritque
per contradicentes gentes, debellatiſq; ho-
ſtibus in terram promiſsionis poſuerit, vi-
ctoriaſque magnas ex paucitate ſuorum in
magna inimicorum multitudine fecerit: po
ſtea placuerit ei quaſi auertere ſe à populo
ſuo, vt ſtragem occiſionis & mortis pate-
rentur ſancti eius, & nemo reſiſteret, nemo
defenderet, nemo prohiberet: quaſi auerte-
ret faciem ſuam à gentibus eorum, quaſi
oblitus ſit eos, q̄ ſi ipſe nō ſit deus q̄ in ma-
nu valida & brachio excelſo euidentiſsima
potētia pres nros. i. illū populū ſicut duxit
ab Aegypto liberatum, victis pulſiſq; de
terra ſua gētibus cōſtituerit in regno, mirā
tibus omnibus qđ ſæpe à paucis multi vi-
G cti eſſent. Hoc ergo in gemitu confeſsionis
incipit cantari in Pſalmo iſto. Nō fruſtra
enim iſta facta ſunt: niſi vt intelligatur qua
re facta ſunt. Proinde quia facta ſunt, ma-
nifeſtum eſt: quare ſint facta, altius quærē-
dum eſt. Ideo titulus nō habet tātum filijs
Chore. ſed, Intellectus filijs Chore.) Hoc
& in illo Pſalmo eſt cuius primū verſum
Pſal. 21 ipſe dñs de cruce dixit, Deus meus deus
meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? Ut
trāsfigurans enim nos in id quod dicebat,
& in corpus ſuum, quia & nos ſumus cor-
pus eius, ille caput noſtrum, vocem de cru-
ce non dixit ſuam, ſed noſtram. Non enim
unquam eum dereliquit deus, nec ipſe à pa
tre unquam receſsit, ſed propter nos dixit
hoc, Deus meus deus meus, vt quid me de
reliquiſti? Nam ſequitur ibi, Longe à ſalu-
te mea verba delictorum meorum. Et oſtē
dit ex quorum perſona hoc dixerit. Nō. n.
in ipſo delictum potuit inueniri. Clamabo
ad te, inq̄t, in ipſo Pſalmo, p die & nō exau
dies, & nocte: ſubauditur vtique, & non
exaudies: ſed addidit, & non ad inſipien-
tiam mihi: id eſt, non exaudies: id eſt, hoc
ipſum quod non exaudies: non ad inſipien-
tiam mihi reputabis, ſed ad intellectum.
Quid eſt ad intellectum non exaudies? Id ſi
eſt, me non exaudies ad temporalia, vt in-
telligam à te deſyderanda ſempiterna. Nō
ergo relinquit deus, & cum videtur relin-
quere: tollit quod male deſyderaſti, & do-
cet quid debeas bene deſyderare. Si enim
ſemper deus in iſtis proſperitatibus fauc-
ret nobis, vt omnia nobis abundarent, nul-
lamq̄ in tempore iſto mortalitatis noſtræ
tribulationem, nullas preſſuras angustiaſ-
que pateremur, non diceremus niſi iſta eſ-
ſe ſumma bona q̄ præſtat deus ſeruis ſuis:
& maiora ab illo non deſyderaremus. Ideo
autem huic vitæ male dulci miſcet amara-
tudines tribulationum, vt alia quæ ſalubri-
ter dulcis eſt, requiratur, hoc eſt, intellectū
filijs Chore. Denique audiamus Pſalmum
& ibi potius videamus. Deus auribus no-
ſtris audiuimus, patres noſtri annunciauc-
runt nobis. Opus quod operatus es in die-
bus eorum & in diebus antiquis.) Admi-
rantes quare in iſtis diebus tanquam deſer
uerit eos, quos in paſsionibus exercere uo-
luerit, recolunt præterita quæ audierunt à
patribus tanquam dicentes, non ea quæ pa
timur nobis retulerunt patres noſtri. Nō
& in illo Pſalmo hoc dixit, In te ſperauer-
runt patres noſtri, ſperauerunt & eruiſti
eos. Ego autem ſum uermis & non homo,
opprobrium hominum & abiectio plebis.
Illi ſperauerunt & liberaſti eos, ego ſpera-
ui & reliquiſti me, & ſine cauſa credidi in
te, & ſine cauſa nomen meum ſcriptum eſt
apud te, & nomē tuum ſcriptum eſt in me.
Hæc ergo nobis indicauerunt patres no-
ſtri. Manus tua gentes diſperdidit & plan-
taſti eos, infirmaſti populos & expulſiſti
eos.) Id eſt, populos expulſiſti de terra ſua
vt iſtos introduceres atque plantares, eo-
rumq̄ regnum tua miſericordiam conſe
mares. Hæc audiuimus a patribus noſtris.
Sed forte ideo illi iſta potuerunt, quia bel-
licoſi? Abſit. Non hoc indicauerunt nobis
patres noſtri, non hoc habet ſcriptura.
Sed quid habet niſi quod ſequitur? Non
enim in gladio ſuo hæreditate poſſederc-
runt terram, & brachium ipſorum non
ſaluos fecit eos. Sed dextera tua & bra-
chium tuum & illuminatio vultus tui.)
Dextera tua, potentia tua, brachium tuum
ipſe filius tuus, & illuminatio vultus tui
Sed qd eſt hoc? quia tabulis ſignis eis adhi-
ſti, vt præſens intelligeres. Nunquid

enim quando nobis deus aliquo miraculo
adeſt, faciem ipſius oculis noſtris videmus?
K Sed affectu miraculi ſuam præſentiam inſi
nuat hominibus. Deniq; oēs qui mirantur
ad huiuſcemodi facta, quid domine? Vidi
deū præſentem. Sed dextera tua & brachiū
tuum, & illuminatio vultus tui. Qm̄ com
placuiſti in eis.) Hoc eſt, ſic cum eis egiſti,
vt bene placeres in eis: vt quiſquis eos atten
deret quō cum eis ageretur, diceret quia ve
re deus eſt cū illis, & deus illos agit. Quid
ergo? Alter erat tunc, & alter eſt nūc? Abſit.
Quid.n. ſequitur? Tu es ipſe rex meus &
deus meus.) Tu es ipſe, non.n. mutatus es.
Tempora mutata video, creator temporū
non mutatur. Tu es ipſe rex meus & deus
meus. Tu me ſoles ducere, tu me ſoles rege
re, tu mihi ſoles ſubuenire. Qui mandas ſa
lutem Iacob.) Quid eſt, qui mandas? Etiā
ſi tu per tuam prorſus ſubſtantiā atq; natu-
ram, qui es quicquid es, nec per hoc quod
es interfuiſti patribus, vt facie ad faciem te
viderent: tamen ꝓ quamlibet creaturam tu
mandas ſalutem Iacob. Etenim illa viſio
facie ad faciem, liberatis in reſurrectionem
ſeruatur. Et illi patres etiam noui teſtamen
ti quanuis reuelata myſteria tua viderint,
quanuis reuelata ſecreta annunciauerint, tſi
in ſpeculo ſe videre dixerunt & in ænigma
te. ſeruari aūt viſionem in futurum facies ad
L faciem intelligitur, quando venerit quod
1. Co. 1. ipſe Apoſtolus ait, Mortui enim eſtis, & vi
Colo. 3. ta veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo,
cum autē Chriſtus apparuerit vita veſtra,
1. Ioan. 3 tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.
Tunc ergo nobis ſeruatur viſio illa facie ad
faciē. De qua & Ioannes dicit, Dilectiſsimi
filij dei ſumus, & nondum apparuit quid
erimus. Scimus quia cum apparuerit, ſimi-
les ei erimus, quoniam videbimus eum ſicu
ti eſt. Et ſi ergo tunc patres noſtri non te
viderunt facie ad faciem ſecundum quod tu
es, etiam ſi iſta viſio ſeruatur in reſurrectio
ne, tamen etſi angeli aſſuerunt, tu mandas
ſalutem Iacob: non ſolum ſi per te ades, ſed
per quantamcunq; creaturam tuam affue-
ris, tu mandas propter ſalutem ſeruorum
tuorum quod tuipſe per te facis: hoc autem
pro ſalute ſeruorum tuorum quod, faciunt
quibus mādas. Cū ergo tu ipſe ſis rex meus
& deus meus, & tu mandas ſalutem Iacob,
quare iſta nunc patimur? Sed forte præte-
rita tantum narrata ſunt nobis: de futuro au
tem non eſt aliquid tale ſperandum. Imo
vero ſperandum. In te inimicos noſtros
ventilabimus. Ergo patres noſtri indicaue M
runt nobis, opus quod operatus es in diebus
eorum, & in diebus antiquis: quia manus
tua gentes diſperdidit, eieciſti populos &
plantaſti eos. Iſta præterita ſunt, de futuro
vero quid erit? In te inimicos noſtros venti
labimus, veniet tp̄s, quando omnes inimici Matt. 3.
Chriſtianorū ſicut palea vētilētur, ſicut pul Pſal. 1.
uis ventilentur & de terra proijciantur. Er
go & præterita ſic ſunt nobis narrata, & fu-
tura talia prænunciata, in medio præſentiū
quare laboramus, niſi in intellectu filijs
Chore? In te inimicos noſtros ventilabi-
mus. Et in nomine tuo ſpernemus inſurgē-
tes in nos.) Hoc de futuro. Non enim in
arcu meo ſperabo.) Qūo nec patres in gla-
dio ſuo. Et gladius meus non ſaluum faciet
me. Saluos enim feciſti nos ex affligētibus.
Et hæc figura præteriti, de futuro dicitur.
Sed ideo tanquam præteritum dicitur, quia
tam certum eſt quaſi factum ſit. Intendite
quare pleraq; Prophetæ ita dicūt tanquam
præterita ſint, cum prænunciētur futura nō
facta. Nā & de ipſo dño futura paſsio præ-
nunciabatur, & tamen foderunt, inquit, ma-
nus meas & pedes meos, dinumerauerunt
omnia oſſa mea: non dixit, fodient & di Pſal. 21.
numerabunt. Ipſi vero conſyderauerunt &
conſpexerunt me: non dixit, conſyderabunt
& conſpicient. Diuiſerunt ſibi veſtimenta A
mea: non dixit, diuident. Omnia iſta tan-
quam præterita dicuntur cum futura ſint,
quia deo futura tam certa ſunt tanquā præ-
terita ſint. Nobis enim ea quæ præterierūt
certa ſunt, quæ futura incerta ſunt. Nouī-
mus enim aliquid accidiſſe, & non poteſt
fieri vt non acciderit quod accidit. Da Pro-
phetam cui tam certum ſit futurum, quàm
tibi præteritum: & q̄ tibi quod meminiſti,
factum, non poteſt fieri, vt non ſit factum:
tam illi quod nouit futurum, non poteſt
fieri vt non fiat. Ideo de ſecuritate dicun-
tur tanquam præterita, adhuc futura ſunt.
Hoc ergo ſperamus. Saluos enim feciſti nos
ex affligentibus nos. Et eos qui oderant nos
confudiſti. In deo laudabimur tota die.)
Videte quemadmodum miſcet etiam ver-
ba futuri temporis, vt intelligas & præteri-
ta quæ dicta ſunt de futuro eſſe prædicta. In
deo laudabimur tota die. Et in nomine
tuo confitebimur in ſecula.) Quid lauda-
bimur, quid confitebimur? Quia ex om-nī-
bus affligentibus nos eruiſti nos, qui regnū

perpetuum dabis nobis, quia complebitur,
Psal.83. in nobis, Beati qui habitant in domo tua do
mine, in secula seculorũ laudabunt te. Hæc
ergo futura cũ certa sint nobis, & illa præ-
B terita cum à patribus nostris audierimus,
quid modo? Nunc autem repulisti & con-
fudisti nos.) Confudisti non in conscientia
nostra, sed in facie hominũ. Erat.n.tempus
quo affligerentur Christiani, cum vtiq; fu
gerét, cum vtiq; diceretur, Christianus est,
tanquam ad insultationem & ad opprobriũ
pertineret. Vbi est ergo ille deus noster, rex
noster qui mandat salutem Iacob? Vbi est
ille qui fecit omnia, quæ nobis narrauerunt
patres nostri? Vbi est qui facturus est omnia, quæ nobis reuelauit per spiritũ suum?
Nunquid mutatus est? Sed in intellectu fi-
lijs Chore fiunt hæc. Aliquid.n.intelligere
debemus, quare nos ista omnia medio tpe
pati voluit. Quæ omnia? Nunc aũt repuli-
sti & confudisti nos. Et non egredieris deus
in virtutibus nostris.) Procedimus ad ini-
micos nostros, & tu nobiscum non proce-
dis. Videmus eos, prævalent illi, & nos inua
lidi sumus. Vbi est illa virtus tua? Vbi est
dextera & potentia tua? Vbi mare siccatũ?
Exo.14. Vbi Aegyptij persequentes fluctibus obru-
& 17. tis? Vbi Amalech resistens in crucis signo su
peratus? Et non egredieris deus in virtuti-
C bus nostris. Auertisti autem nos retrorsum
præ inimicis nostris.) Vt quasi illi ante sint
nos retro, illi victores, nos victi deputemur. Et qui oderũt diripiebant sibi.) Quid
nisi nos? Dedisti nos tanquam oues escarũ,
& in nationibus dispersisti nos.) A natio-
nibus manducati sumus. Hi significantur
qui sic passi sunt, vt in corpus gentium ver
terentur: plangit.n.eos Ecclesia tanquã mẽ-
bra sua deuorata. Vendidisti populum tuũ
sine precio.) Vidimus enim quos dedisti,
non vidimus quid accepisti. Et nõ fuit mul
titudo in iubilationibus eorum.) Nunquid
enim qũ fugiebant Christiani persequenti-
bus inimicis idololatris, fiebant congrega-
tiones & iubilationes deo? Nunquid conci
nebantur hymni de Ecclesijs dei qui solent
in pace concini, dulciq; conuentu fraterni-
tatis dei auribus personari? Et nõ fuit mul-
titudo in iubilationibus eorum. Posuisti
nos in opprobrium vicinis nostris, subsan-
nationem & derisum his, qui in circuitu no
stro sunt. Posuisti nos in similitudinem in
nationibus.) Quid est in similitudinem?
Quando maledicentes homines similitudi-
nem dant de eo, quem detestantur, sic mo-
riaris, sic puniaris, Quanta tunc dicta sunt
talia, sic crucifigaris: hodieq; non desunt ho
stes Christi, illiipsi Iudæi, contra quos ego
defendimus Chm, dicunt nobis, sic moriẽ. D
ris quõ & ille. Non enim illam mortem in-
tulissent, nisi eo modo mori vehementer
exhorruissent, aut quid mysterij haberet, &
intelligere potuissent. Cæcus quando intel
gitur, collyrium in manu medici non vi-
det. Nam crux ipsa & pro ipsis persequen-
tibus facta est. Inde postea sanati, & in eum
crediderunt quem ipsi occiderunt. Posuisti
nos in similitudinem in nationibus. Com-
motionem capitis in populis.) Commotio
nem capitis ad insultandum, Et locuti sunt in
labijs & mouerunt caput: hoc domino, hoc
omnibus sanctis eius, quos persequi, quos
tenere, quos illudere, quos tradere, quos af-
fligere, quos occidere potuerunt. Tota die
verecundia mea contra me est, & confusio
vultus mei operuit me. A voce exprobran-
tis & obloquentis.) Hoc est à voce insul-
tantium & crimen mihi obijcientium, quia
colo te, quia confiteor te: & crimen mihi
obijcientium de illo nomine, vnde mihi o-
mnia crimina delebuntur. A voce expro-
brantis & obloquentis, id est, contra me in-
quẽris. A facie inimici & persequentis.) A
quis hic intellectus? Quæ præterita sper
sunt, non in nobis sient: quæ futura sper
tur, non apparent. Præterita: In magna
ria tua eductus est populus de Aegypto, p
beratus à persequentibus, ductus per gẽ
expulsis gẽtibus collocatus in regno. Qu
futura? Educendus populus de ista Aeg
pto seculi, duce Christo apparente in glo
sua: ponendi sancti ad dexteram, iniqui a
finistrã: damnandi iniqui cum diabolo in
æterna pœna, accipiẽdũ regnum à Christo
cum angelis in sempiternum. Hæc futura,
la præterita. In medio qd? Tribulationes.
Quare? Vt appareat animus colens deum,
quantũ colat deũ, ut videatur verum gra
colat eũ, a quo salutem gratis accepit. Si
tibi dicat deus, quid dedisti mihi vt facerem
te? Certe si factus promeruisti me, non
promerueras antequã facerem te. Quid
cturi sumus ei qui primo gratis nos fec
quia bonus est, nõ quia aliquid meruim
Deinde de ipsa reparatione, de secunda
uitate qd dicturi sumus? Merita nra
vt nobis illa salus perpetua mitteret
Absit. Si merita nostra aliquid face

ad damnationem nostram veniret. Non ve
nit ille ad inspectionem meritorum, sed ad
remissionem peccatorum. Non fuisti & fa-
ctus es, quid deo dedisti? Malus fuisti & li-
beratus es, quid deo dedisti? Quid nõ ab eo
gratis accepisti? Merito & grã nominatur,
quia gratis datur. Exigitur ergo a te, vt &
tu gratis eum colas, non quia dat tempora-
lia, sed quia præstat æterna. Sed ipsa æterna
vide ne aliter cogites, & cogitando æterna
carnaliter, nihilominus deum gratis nõ co
las. Quid.n.? Si ideo colis deum, quia datur
tibi fundum, non eum culturus es quia tol-
lit tibi fundum? Sed forte tu dicis, ideo eum
colam quia dabit mihi villam, nõ tamen tẽ
poralem. Nihilominus adhuc corruptam
mentem geris. A more.n.casto non colis, ad
huc mercedem expetis. Ea.n.vis habere in
futuro seculo, quę hic necesse est relinquas.
Mutare vis voluptatem carnalem non am-
putare. Non laudatur in illo ieiunium, qui
ad luxuriosam cœnam seruat ventrem suũ.
Inuitantur enim aliquando homines ad cœ
nam magnam, & cum ad eam volunt auidi
venire, ieiunant. Nunquid hoc ieiuniũ con
tinentiæ, & non potius luxuriæ deputandũ
est? Noli ergo talia sperare tibi danda a deo
qualia hic te iubet contẽnere. Hæc.n.spera
bant Iudæi, ideo turbabantur in illa qõne.
Nam & ipsũ resurrectionem sperant, sed ad
tales voluptates corporis se sperant resur-
G recturos, quales hic amant viuentes. Ideo
cũ eis proponeretur quæstio illa a Saddu-
cæis, qui nõ credũt resurrectionem, de illa
muliere quæ nupsit septẽ fratribus sibimet
succedentibus, cuius eorũ in resurrectione
futura erat, vox deficiebat & rñdere nõ po-
terãt. At vero dño qñ est proposita qa no
bis resuraectio talis promittit, nõ qua repe-
tant hmõi voluptates, sed qua æterna de ip
so deo gaudia comparentur, respõdit dñs &
Mat.22. ait, Erratis nescientes scripturas, neq; virtu
tẽ Dei, In resurrectione enim neq; nubẽt,
neq; vxores ducent. Nõ.n.incipiẽt mori. i.
non ibi quæritur successor, vbi non erit de-
cessor. Et quid erit? Sed erunt, inquit, æqua
les angelis dei. Nisi forte putas, q angeli e-
pulis quotidianis & uino quo te inebrias
gaudeant, aut hoc forte arbitraris, q ange-
Mat.18. li vxores habeant, Nihil eorum est apud an
gelos. Vnde gaudent angeli, nisi vnde do-
minus ait, Nescitis quia angeli eorum sem
per uident faciem patris? Si ergo ad faciem
patris gaudent angeli, ad tale gaudium te
præpara, aut si inuenis melius quam videre
faciem dei, illuc te præpara: Væ tali amori
tuo, si vel suspicaris aliquid pulchrius, quã
est ille a quo est omne pulchrũ, quod te te
neat ne illum cogitare merearis. Dominus H
in carne erat, & apparebat homo hominib.
Qualis apparebat, iã dixi, homo hom nib.
Quid magnũ apparebat. Caro carni. Quid
magnum apparebat, de quo dictum est, Vi-
dimus eum & non habebat speciem neque
decorem? Quis non habebat speciem neq; Esa.53.
decorem? De quo itẽ dicitur. Speciosus for-
ma præ filijs hominum. Vt homo non ha- Psal.44
bebat speciem neque decorẽ, sed speciosus
forma ex eo, quod est præ filiis hominum.
Ideo formam illam de forma carnis osten-
dens oculis intuentium, quid ait? Qui dili- Ioa.14.
git me mandata mea custodit, & qui diligit
me, diligetur a patre meo, & ego diligã eũ,
ostendam illi meipsum. Quem videbant,
ostensurum se illis promittebat. Sed quid ẽ
hoc? Quasi diceret, videtis formam serui, oc
culta est forma Dei. Per hanc vobis blandi-
or, illam vobis seruo. Hac vos paruulos nu
trio, illa grãdes pasco. Ergo vt hæc fides no
stra qua purgamur ad inuisibilia præparet,
hoc est, quod in intellectu filiis Chore facta
sunt ista omnia, vt detraherentur sanctis
ea quæ habebant, detraheretur & ipsa vita
temporalis: ut non propter hęc ipsa tempo
ralia colerent ipsum æternum, sed amore il I
lius casto tolerarent hæc omnia, quæ pro tẽ
pore paterentur. Deniq; quia intellexerunt
hoc filii Chore, quid dicunt? Hæc omnia ue
nerunt super nos, & obliti non sumus te.)
Quid est, & obliti non sumus te? Et inique
non egimus in testõ tuo, Et non recessit re
tro cor nostrum, & declinasti semitas no-
stras de via tua.) Ecce est intellectus, quia
non recessit retro cor nostrum, quia obliti
non sumus te, quia inique nõ egimus in te-
stamento tuo, positi in magnis tribulationi-
bus & persecutionibus gentium, declinasti
semitas nostras de via tua. Semitæ enim no
stræ erant in voluptatibus seculi, Semitæ
nostræ erant in prosperitatibus tempora-
lium rerum. Tulisti semitas nostras de via Matt.7.
tua, & ostendisti nobis quam arcta & an-
gusta uia est, quæ ducit ad vitam. Et decli-
nasti semitas nostras de uia tua. Quid est de
clinasti semitas nostras de uia tua? Tan-
quam diceret nobis, In tribulatione posi-
ti estis, multa patimini, multa quæ amba-
batis in hoc seculo amisistis, sed non vos

dimisi in via, quam anguſtam vos doceo. Latea ſemitas quærebatis. Quid vobis dico? Hac itur ad vitam ſempiternam. Qua vulcis ambulare? ad mortẽ pergitis. Quàm
K lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad interitum, & multi ſunt qui ambulant per eam. Quam arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ambulant per il
Mat. 13 lam. Qui ſunt pauci? Qui tolerant tribula-
Marci. 4 tiones, qui tolerant tentationes, qui in iſtis
Lucæ. 8 omnibus moleſtijs non deficiunt, qui non ad horam gaudent ad verbum, & in tempore tribulationis tanquam orto ſole areſcũt, ſed habẽt radicẽ charitatis, ſicut audiuimus quod modo lectum eſt in euangelio. Radicem, inquam, charitatis habe, vt cũ ſol exortus fuerit, non te vrat ſed nutriat. Hæc omnia venerunt ſuper nos, & obliti nõ ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo, & non receſsit retro cor noſtrum. Sed quia hæc omnia inter tribulationes facimus, iam in anguſta via ambulantes, declinaſti ſemitas noſtras de via tua. Quoniam humiliaſti nos de loco infirmitatis.) Ergo exaltabis nos in loco fortitudinis. Et operuit nos vmbra mortis.) Hæc enim mortalitas vmbra mortis eſt. Vera mors eſt damnatio cũ diabolo. Si obliti ſumus nomen Dei noſtri.) Iſte eſt intellectus filiorum Chore. Et ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum. Nonne Deus requiret iſta? Ipſe enim nouit occulta cordis.) Nouit & requirit. Si
L nouit occulta cordis, quid ibi facit? Nonne Deus requiret iſta? Nouit in ſe, requirit ꝓpter nos. Etenim requirit Deus aliquãdo, & dicit ſibi innoteſcere, quod facit tibi innoteſcere. Opus ſuum tibi dicit, non cognitionem ſuam. Dicimus plerunque lætus dies quando ſerenus eſt. Nunquid ipſe dies gaudet? Sed gaudentem dicimus, quia gaudẽtes nos facit. Et dicimus triſte cœlum. Non.n. eſt vllus talis ſenſus in nubibus, ſed quia homines hmõi videntes cœli faciem, cõtriſtantur, triſte dicitur, eo ꝙ triſtes facit. Sic & Deus cognoſcere dicitur, quãdo cognoſcen
Gen. 22 tes facit. Dicit ad Abraham, Nũc cognoui quia tu times deum. Ante non cognouerat? Sed ipſe Abraham ſe non cognouit, quia ipſa tentatione, ipſe ſibi innotuit. Plerunque enim homo putat ſe poſſe quod nõ poteſt, aut putat ſe non poſſe quod poteſt. Accedit ad illum interrogatio ex diuina diſpenſatione, & per interrogationem notus fit ſibi & dicitur deus cognouiſſe quod illum fecit noſſe. Nunquid Petrus nouerat ſe quando dixit medico, Tecum ſum vſq; ad mortem? Medicus nouerat vena inſecta quid intus ageretur in ægroto, ægrotus non nouerat. Venit acceſsio tentationis, & probauit medicus ſententiam ſuam, perdidit æger pręſumptionem ſuam. Sic ergo & nouit deus & requirit. Nouit. Quomodo ipſe requirit? Propter te, vt tu inuenias te, & gratias agas ei qui fecit te. Nonne deus requiret iſta? Ipſe.n. nouit occulta cordis. Quid ẽ nouit occulta? Quæ occulta? Quo ꝓ niam propter te mortificamur tota die, deputati ſumus velut oues occiſionis.) Potes enim videre mortificari hominem, quare mortificetur neſcis. Deus hoc nouit, res in occulto eſt. Sed dicit mihi aliquis, Ecce pro nomine Chriſti detinetur, nomen Chriſti confitetur. Quare hæretici nomen Chriſti confitentur, & non tamen iam propter ipſum moriuntur? Prorſus in ipſa eccleſia diſcam catholica, putatis catholicos deſiſſe aut deeſſe poſſe, qui cauſa humanæ gloriæ paterentur? Si non eſſent huiuſmodi homines, non diceret Apoſtolus, Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Sciebat ergo iſte poſſe quoſdam, qui hoc iactatione facerent, non dilectione. Ideo obſcurũ eſt, Deus hoc ſolus videt, nos non poſſumus. Ipſe ſolus poteſt iudicare qui nouit occulta cordis. Quoniã propter te mortificamur tota die, deputati ſumus velut oues occiſionis. Iã dixi, hinc etiam Apoſtolum Paulum teſtimonium poſuiſſe ad exhortandos martyres, ne deficerent in tribulationibus pro nomine Chriſti ſuſceptis. Exurge quare obdormis domine?) Cui dicit, & quis dicit? Nonne magnę videtur ille dormire, balare & vlulare, qui talia loquitur, Exurge, quare dormis domine? Reſpondet tibi. Noui quid dicam, ſcio quia non dormit qui cuſtodit Iſrael, ſed tu martyres clamant, Exurge, quare obdormis domine? O domine Ieſu occiſus es, dormiſti in paſsione, iam nobis reſurrexiſti. Quæuimus enim quia nobis reſurrexiſti. Quare reſurrexiſti? Gentes quæ nos perſequuntur, mortuum te putant, reſurrexiſſe non credunt. Exurge ergo & illis, quare dormis non nobis, ſed illis? Si.n. iam te illi crederent reſurrexiſſe, nunquid eos qui in te credunt perſequi poterant? Sed quare perſequuntur? Deleuerunt, occiderunt eos, qui crediderunt in te, neſcio quẽ male mortuũ. Adhuc eis dormis, exurge ut intelligãt, quia reſurrexiſti, & quieſcant. Denique factũ eſt, dũ moriuntur martyres, & iſta dicũt & dormi
B unt, & excitant Chriſtũ uere mortuũ dormitationibus eorum, ſurrexit Chriſtus quodã modo in gentibus, id eſt, creditus eſt reſurrexiſſe, ita paulatim & ipſi credendo cõuerſi ad Chriſtum, fecerunt numerum magnũ quem timerent perſecutores, & ceſſauerunt perſecutiones. Vnde? Quia reſurrexit Chriſtus in gentibus, qui illis ante non credenti bus dormiebat. Exurge & ne repellas uſque in finem, quare faciem tuam auertis?) Qua ſi non aſsis, quaſi oblitus ſis noſtri. Obliui ſceris inopiam noſtram & tribulationem noſtrã, quoniam humiliata eſt in puluere anim noſtra.) Vbi humiliata eſt? In pulue-
Pſal. 1: re, id eſt, puluis nos perſequitur. Illi nos ꝓſequuntur, de quibus dixiſti, Non ſic impii non ſic, ſed tanquam puluis quem proiicit ventus a facie terræ. Humiliata eſt in puluere anima noſtra. Adhæſit in terra uẽter noſter.) Pœnam animæ humiliationis mihi uidetur expreſsiſſe, quia quiſquis quãdo ſe ꝓſternit, hæret in terra uẽter eius. Quiſquis.n. ita humiliatur ut genua figat, adhuc habet quo humilietur. Quiſquis antem ſic
C re. humiliatur ut hæreat in terra uenter eius, vltra quod humilietur nõ habet. Si.n. ultra uoluerit, iam non erit humiliare ſed obrue Hoc ergo forſitan dixerint, nimium humiliati ſumus in hoc puluere, ultra quo humiliemur, nõ habemus. Iã ſi peruenit uſq; ad ſummũ humiliatio, ueniet & miſeratio. An forte fratres eos plangit Eccleſia uoce iſta, quibus illi qui perſequebantur perſuaſerunt impietatem ut illi qui perdurauerunt hoc dicant, humiliata eſt in puluere anima noſtra? Id eſt, inter manus puluris huius, inter manus impiorum &, perſequentium hoc ut te inuocaremus, ut dares auxiliũ de humiliata eſt in puluere anima noſtra, ad tribulatione. Venter autem noſter hæſit in terra, id eſt, conſenſit impietati puluris hu
Pſal. 62 ius, uenter noſter, hoc eſt enim dictum, hæ
Pſal. 72. ſit. Si enim eum diligis & ardes charitate, recte dicis deo, Adhæſit anima mea poſt te, &, Mihi adhærere deo bonum eſt, tunc autem adhęres deo, quando conſentis deo, non ſine cauſa dictum eſt de uentre iſto qui adhæſit in terra, niſi quia illi ſignificantur, qui perſecutionem non tolerantes, conſenſerunt iniquis. Sic enim hæſerunt in terra. Sed quare dicti ſunt uenter, niſi quia carnales ſunt, ut os Eccleſiæ in ſanctis ſit, in ſpiritalibus ſit, uenter Eccleſiæ in carnalib. ſit? Itaque os Eccleſiæ eminet, uenter abſconditus eſt tãquam mollior & infirmior. D Ezec. 3.
Hoc ſignificat quodam loco ſcriptura, ubi Apo. 10
quidam dicit ſe accepiſſe librum, & liber ip ſe dulcis erat, inquit, in ore meo, & amarus in uentre meo. Quid eſt hoc, niſi quia præcepta ſumma quę accipiunt ſpiritales, non accipiunt carnales, & de quibus gaudent ſpiritales, contriſtantur carnales? Liber iſte Mat. 16.
fratres quid habet? Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quam dulcis eſt in ore Eccleſiæ, ab omnibus ſpiritalibus factum eſt. At vero carnali cuicunque dixeris, fac hoc, facilius a te triſtis recedit, ſicut ille diues a domino cui dictum eſt, Vende omnia quæ habes & da pauperibus, quam facit qđ dictum eſt. Quare autem triſtis receſsit, niſi quia liber ille dulcis eſt in ore, & in uentre amarus? Dediſti neſcio quid auri & argenti, uentum eſt ad hunc articulum, vt niſi perdas, forte aliquod peccatum commitas, iniuriam forte ingeras Eccleſiæ, blaſphemare cogaris. Poſitus itaque in anguſtiis, aut damno pecuniæ, aut damno iuſtitiæ, dicitur tibi perde potius pecuniam, ne perdas iuſtitiam. Tu autem cui non dulcis eſt in ore iuſtitia, ſed adhuc in illis membris infirmus es, quales in uentre deputat Eccleſia, contriſtatus eligis aliquan E
do magis amittere aliquid de iuſtitia, quam uel numerum de pecunia, & percutis te dãno grauiore, implẽs ſaccellum tuum, & exinaniens cor tuum. Fortaſsis ergo de illis di
xerit, Hæſit in terra uenter noſter. Eurge domine adiuua nos.) Et uere chariſsimi exurrexit & adiuuit. Nanque cum exurgeret, id eſt, cum reſurgeret & gentibus innoteſceret, ceſſantibus perſecutionibus etiam illi q
hæſerant in terra, eruti ſunt de terra, & agẽtes pœnitentiam, redditi ſunt corpori Chri Pſa. 138
ſti, quanuis infirmi quanuis imperfecti, ut compleretur in eis, Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Exurge domine adiuua uos. Et redime nos propter nomen tuum.) Hoc eſt, gratis propter nomen tuum, non propter meritum meum, quia tu dignatus es facere, non quia ego dignus ſum cui facias. Nam & hoc ipſum quod non ſumus obliti te, & non receſsit retro coe noſtrum, quod non expandimus manus noſtras ad deum alienum, niſi te adiuuante unde poſſemus, niſi

ee fntus alloquente & exhortante, Nam de
F serente vnde valeremus? Ergo siue patientes in tribulationibus, siue gaudentes in ꝓsperitatibus redime nos, non propter meritum nostrum, sed propter nomen tuum.

In Psalmum quadragesimum quartum. enarratio.

HVnc psalmum, sicut uobiscum cũ exultatione cantauimus, ita nobiscũ cũ attentione consyderetis, peto. Cantatur. n. de sanctis nuptiis, de sponso & sponsa
Mat.22. de rege & plebe, de saluatore & de his, qui saluandi sunt. Qui cũ ueste nuptiali uenit ad nuptias, gloriam querens sponsi nõ suã, non solum libenter auditu quod solet esse etiam hominum spectacula quærentium, non facta exhibentium, sed etiam mandat cordi, quod nũ ibi vacet, sed germinet, erũpat, crescat, perficiatur, assumatur. Oportet enim nos esse quibus hoc cantetur filios Chore, quod habet titulus psalmi. Erant. n. isti quidam homines, ueruntamen omnis inscriptio literarum diuinarum aliquid innuit intelligentibus, & non tantum auditorem, verumetiam cognitorem desyderat.

Interrogamus ergo nomen & uim Hebraici uerbi quid sit Chore, & sicut se in terp̃tationes habent omnium uerborum in scriptura positorum, renunciatur nobis filios Chore interpretari filios calui. Quod no-
G men non ad irrisionem accipiatis, ne inue-
4.Re.2. niamur in sensu puerili, quales pueros legimus in libro regnorum, insultantes Helisæo sancto prophetæ, & clamantes post ipsum, Ascende calue, ascende calue. Tales enim pueros stultos, garrulos, & in suam perniciem maledicentes, exeuntes de sylua bestiæ comederunt. Hoc scriptum est, & ubi sit scriptum commemorauimus.

Qui meminerunt recognoscant, qui non meminerunt legant, qui non legerunt credant. Quod ergo illud factum figurauit in futurum, non nos debet apprehendere. Significati sunt enim in illis pueris stulti ho
1.Co.14 mines, habentes ignorantiæ sensum, qua-
Mat.18. les nos non vult esse Apostolus, vbi dicit, Nolite pueri esse sensibus. Et quia dominus inuitauerat nos ad imitationem puerorum, quando ante se paruulum posuit, & ait, Nisi quis fuerit ut puer iste, non intrabit in regnum cœlorum. Ibi quoque Apostolus cautus vbi reuocant a mente puerili, uocat rursus ad imitationem puerilem, Nolite, inquit, pueri effici mentibus sed malitia paruuli estote, vt mentibus perfecti sitis. Quem delectat imitari puerum, non delectet imperitia, sed innocentia, Illi nero ex imperitia insultabant sancto Dei Cal-
uo, & clamabant post eum, Calue calue, Factum est ut a bestiis consumerentur, & figu-
rauerunt homines in eadem mente puerili stulte irridentes quendam Caluum, qui in Caluariæ loco crucifixus est. Possessi sunt ergo tales uelut a bestiis, hoc est, a dæmonibus, a diabolo & angelis eius qui operantur in filiis diffidentiæ. Tales pueri erant, qui ante sacratum lignum stantes caput agitabant & dicebant, Si filius Dei est, descendat de cruce. Huius nos filij sumus, quia filii sponsi sumus. Et nobis scriptus est Psalmus iste, cuius titulus dicitur, Filiis Chore, pro iis qui commutabuntur.) Quid ergo? Exponam quid sit pro iis qui commutabuntur,? Quid ergo dicam? Hoc omnia mutatus agnoscit. Qui audit hęc pro iis qui commutabuntur, uideat quid erat, & quid nunc sit. Et primo ipsum mundum videat commutatum, nuper adorantem idola modo adorantem Deum, nuper seruientem iis quæ fecit, modo ei a quo factus est. Pro iis qui commutabuntur, vide te quando dictum sit. Modo iam resident Pagani mutata expauescunt, & qui nolunt mutari, vident repletas ecclesias, templa deserta, in his celebritatem, ibi solitudinem. Mirantur mutata, legant prædictam aurem accommodent promissori, credant exhibitori. Sed & vnusquisque nostrum fratres ex uetere homine in nouum mutatur, ex infideli fidelis fit ex raptore largitor, castus ex adultero, beneficus ex malefico. Ergo cantetur nobis pro iis qui commutabuntur, & sic incipiat describi, per quem commutati sunt. Sequitur, enim pro iis qui commutabuntur filiis Chore. In intellectu canticum pro dilecto.) Nam dilectus ille uisus est a persecutoribus suis, sed non in intellectu. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Ad hunc intellectum oculos alios quęrebat ipse cum diceret, Qui me uidet, uidet & patrem. Sonet eum iam Psalmus, Gaudemus in nuptijs, & nos erimus cum ijs qui fiunt nuptiæ, qui inuitantur ad nuptias, & ipsi inuitati sponsa est. Etenim sponsa ecclesia est, sponsus Christus. Solent dici à scholasticis carmina quædã, vxores ducentibus & nubentibus, quæ vocantur epi-
Psal.18. thalamia, quicquid ibi cantatur, ad honorẽ
Ioan. 1. cantatur sponsi & sponsæ. An forte & in nu-
Lucę.1. ptijs istis quo inuitati sumus thalamus non est? Et vnde dicit alius Psalmus, In sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo. Coniunctio nuptialis, verbum & caro. Huius coniunctionis thalamus, virginis uterus, Etenim
K caro ipsa, verbo est coniuncta, vnde etiam
Gene.2. dicitur, Iam non duo sed vna caro. As-
Ephe.5. sumpta est ecclesia ex genere humano, vt caput esset ecclesiæ ipsa caro verbo coniuncta, & cæteri credentes membra essent illius capitis. Nam vis videre quis venerit
Ioan. 1. ad nuptias? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Gaudeat sponsa amata à deo. Quan do amata? Dum adhuc fœda. Omnes enim peccauerunt ait Apostolus, & egent gloria
Rom.4. Dei. Et iterum. Etenim Christus pro im-
Rom.5. pijs mortuus est. Amata est fœda, ne remaneret fœda. Non enim vere fœda amata est, quia non fœditas amata est. Nam si hoc amaret, hoc seruaret. Euertit fœditatem, seruauit pulchritudinem. Ad qualem venit, & qualẽ fecit? Veniat iam ipse in verbis ꝓphe-
ticis, Ecce ipse sponsus procedat nobis, Ame-
mus illũ: aut si inuenerimus in eo aliquid fœdi, non amemus. Ecce ipse inuenit mulnerimus in eo, non amemus: quia & hoc ipsum quod carnem indutus est, vt de illo ẽt
Psal. 63. diceretur, Vidimus eum & nõ habebat spe-
ciem neq; decorem: si consyderes misericordiam qua factus est, & ibi pulcher est. Sed Iudæorum personam gerebat Propheta eũ
L neq; decorem. Quare? Quia non in intelle-
Ioan. 1. ctu. Intelligentibus autem & verbum caro
Gala. 6. factum est, magna pulchritudo est. Mihi autem absit gloriari, dixit vnus amicorum
1.Cor.1. spõsi, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Parum est ut non inde erubescas, nisi etiam & glorieris. Quare ergo non habuit spẽm neq; decorẽ? Quia Christus crucifixus, Iudæis qdẽ scãdalum, gẽtibus stultitia. Quare autem & in cruce habuit decorem? Quia quod stultum est dei, sapientius est quàm homines: & quod infirmum est dei, fortius est quàm homines. Nobis ergo iam credentibus, vbique sponsus pulcher occurrat. Pulcher Deus, uerbum apud deum, pulcher in utero virginis, vbi non amisit diui-
Ioan. 1. nitatem, & sumpsit humanitatem. Pulcher
Lucę.2. natus infans verbum, quia & cum esset in-
Matt. 2. fans, cum surgeret, cum manibus portaret, cœli locuti sunt, angeli laudes dixerunt, magos stella direxit, adoratus est in præsepi cibaria animalium mansuetorum. Pulcher ergo in cœlo, pulcher in terra, pulcher in utero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher inuitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deponens animam, pul- M
cher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro, pulcher in cœlo, pulcher in intellectu. Audite canticum, neque oculos ve-
stros à splendore pulchritudinis illius auertat carnis infirmitas. Summa & vera pulchritudo iustitia est. Ibi illum non videbis pulchrum, ubi deprehendens iniustum. Si ubique iustus, ubiq; decorus. Veniat ergo nobis inspiciendus oculis mentis, descriptus à quodam laudatore suo Propheta Ecce, inquit, Eructauit cor meum uerbum bonum.) Quis dicit, pater an Propheta? Intellexerunt. n. quidam patris personam dicentis, Eructauit cor meum uerbum bonũ, commendantis nobis natiuitatem quãdam ineffabilem, Ne forte putares aliquid assumptum, unde filium generaret Deus quemadmodum homo sibi assumit aliquid vnde generet filios, coniugium scilicet, sine quo prolem procreare homo non potest. Ne igitur putares aliquo coniugio indiguisse Deum, unde filium generaret, eructauit, inquit, cor meum verbum bonum. Hodie cor tuum o homo generat consilium, nec quærit vxorem: per consilium natum ex corde tuo ædificas aliquid, & illa fabrica, antequam stet in opere, stat in consilio: & ineſt iam quod facturus es, in eo per quod facturus es: & laudas fabricam nondum exi A
stentem, nondum in specie ædificij, sed in prolatione consilij: nec laudat alius consilium tuum, nisi aut cui indicaueris, aut q̃ viderit quod feciſti. Ergo si per verbum
Ioan. 1. omnia, & verbum de Deo, inspice fabricam factam per uerbum, & ex isto ædificio mirare consilium. Quale verbum est per quod factum est cœlum & terra, & omnis ornatus cœli, omnis fœcunditas terræ, diffusio maris, distensio aeris, fulgor syderum, claritas solis & lunæ. Videntur hæc, Transcende & hæc, cogita angelos, principatus, se-

des,dñationes,potestates, omnia per ipsum facta sunt. Vnde ergo ista bona facta sunt? Quia eructatū est per quod fierent verbū
Mat.19. bonū. Ergo verbū bonum & ipsi verbo di-
Mar. 10 ctum est,Magister bone.Et ipsum verbum respondit, Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi unus Deus.Dictū est magister bone, & dicit quid me interrogas de bono? Addidit etiā, Nemo bonus nisi vnus Deus. Quomō ergo & ipse bonus,nisi qa Deus? Non solum aūt Deus,sed eum patre vnus Deus. Non.n.dicendo, nemo bonus nisi vnus Deus discreuit se,sed vniuit. Eructauit cor meum verbum bonum. Dixerit
B hoc Deus pater de verbo suo bono atq; benefico bono nostro, per quod solū bonum vtcunq; boni esse possumus Sequitur:Dico ego opera mea regi.) Adhuc pater loqtur. Si adhuc pater loquitur quæramus & hoc, qūo secundum fidem veram & catholicam intelligamus, Dico ego opera mea regi? Si enim pater dicit opera sua filio suo regi nostro,quæ opera pater dicturus est filio,cum omnia opera patris per filium facta sint? An forte dico ego opera mea regi, ipsum dico, generationem filij significat? Vereor ne hoc alipū a tardioribus non possit intelligi, Veruntamen dicam,sequatur qui pōt, ne non dicto nō sequatur qui pōt. Legimus
Psal. 61. in alio Psalmo dictum, Semel locutus est Deus. Toties locutus est per Prophetas,toties per Apostolos, hodieque loquitur per sanctos suos,& ait,Semel locutus est Deus? Vnde semel locutus est nisi per verbum sūum? Sicut aūt eructauit cor meū verbum bonū,intelleximus ibi gñationem filij,veluti repetitio mihi videtur facta in cōsequēti sententia,ve illud quod dictum est, Eructauit cor meum verbum bonum:repeteretur in eo quod ait,dico. Quid est.n.dico? Verbū profero. Et undē profert Deus verbum,nisi ex cordē suo & intimo suo? Tu nō
C dicis nisi quod ex corde tuo profers, verbū tuum quod sonat & transit, aliunde nō pfertur, & miraris quia ita dicit Deus? Sed dicere de æternum est. Tu dicis aliqd modo, quia tacebas paulоante, vel ecce nunc nondū verbum profers. Cum aūt proferre cœperis,rumpis silentiū quodammodo, & generas verbum,quod antea non erat. Nō sic Deus genuit verbum. Dicere Dei sine initio est,& sine fine, & tñ vnum verbum dicit, Dicat alterum, si quod dixit trāsierit. Cum vero & a quo dicitur manet, & quod dicitur manet,& semel dr,& nō finitur. & ipsum semel sine initio dicitur,nec bis dicetur,quia non transit qđ semel dicitur. Hoc est ergo, Eructauit cor meum uerbum bonū,quod est, Dico ego opa mea regi. Quare ergo opera mea dico? Quia in ipso verbo omnia opera Dei. Quicq; d.n. facturus erat Deus in creatura,iam in verbo erat: nec esset in rebus nisi esset in verbo: qūo & in re non esset in fabrica, nisi esset in consilio. Sicut in euangelio dicitur, Quod factū est, in illo vita erat. Erat ergo quod factum est, sed in verbo erat,& omnia opera Dei ibi erant,& opera nondum erant, Sed verbum
Ioan. 1. erat,& verbum hoc erat deus,& apud deum
Rom. 7 erat, & filius Dei erat, & cum patre vnus deus erat. Dico ego opera mea regi. Audiat dicentē qui verbum intelligit,& videat cum patre sempiternum verbum, in quo sunt ēt quæ futura sunt,sin quo nō abierunt & quæ transierunt. Hæc opera dei in verbo,tanquā in verbo, tanquam in vnigenito,tanquā in verbo Dei. Quid ergo sequitur? Lingua mea calamus scribæ velocitur scribentis.) Quid simile fratres mei,quid habet simile lingua Dei cum calamo scribæ? quid habet simile petra cum Christo? quid habet simile agnus cum saluatore? qđ habet leo cum vnigeniti fortitudine? Dicta sunt hæc tū & nisi dicerentur, non aliquo modo per hæc visibilia,ad inuisibilem infor maremur. Sic ergo humilem similitudinem calami huius,nec comparemus illi excellentiæ nec tñ respuamus. Quæro.n. quare linguam suā calamum dixit esse scribæ velociter scribētis? At vero quantūuis velociter scribat scriba,non cōparatur illi velocitati de qua dicit alius Psalmus, Vsq; in velocitate currit verbū eius: Sed mihi videtur quātū audet humana intelligentia,& hoc posse accipi ex persona patris dictū, Lingua mea calamus scribæ: quia quod lingua dicitur, sonat & trāsit,qđ scribitur manet. Cū ergo dicat deus verbū, & verbū quod dr non lo-
net & transeat,sed & dicatur & maneat,scriptis hoc maluit deus cōparare,q̄ sonis. Quaūt addidit velociter scribentis, impulit mētē ad intelligentiam: sed non pigra remaneat; respiciendo antiquarios aut respiciendo qualeslibet veloces notarios. Si autem hoc attenderit, remanebit ibi ipsum velociter. Cogitet velociter,& videat quare dictū sit velociter. Velociter dei tale ē vt velocius nihil sit. In scripturis.n. scribitur litera post

steeram, syllaba post syllabam, verbum post verbum, nec ad secundū transitur, nisi primo prēscripto. Ibi aūt nihil velocius, vbi nō multa sunt verba: nec tamē aliquid prætermissum est, cum in vno sint omnia. Ecce iā verbum illud, sic prolatum æternum, ab æterno coæternum, veniet sponsus. Speciosus forma præ filijs hominum.) Præ filijs hominum, quare & non præangelis? Quid voluit dicere, præ filijs hominum nisi quia homo? ne hominē Christum quēlibet hominem putares, ait, præ filijs hominum speciosus forma. Etiam homo præ filijs hominū:
F etiam inter filios hominum, præ filijs hominum: etiam ex filijs hominum, præ filijs hominum. Diffusa est gratia in labijs tuis.) Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Diffusa est gratia in labijs tuis. Merito mihi subuentū est, quia condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Sed alia lex in mēbris
Psal. 31 meis repugnat legi mentis meæ, & captiuū me ducit in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Diffusa est ergo gratia in labijs tuis, Venit nobis cū verbo gratiæ, cum osculo gratiæ. Quid ista gratia dulcius? Quo pertinet gratia ista? Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Si seuerus iudex veniret, nec afferret istam gratiam diffusam in labijs suis, qs de salute aliquid speraret? Quis non sibi hoc timeret quod peccatori debebatur? Ille veniens cum gratia, non exigit quod debebatur, soluit quod non debebat. Num enim non peccator debebat mortem? Aut vero tibi peccatori debebatur nisi supplicium? Debita tua dimisit, & indebita
G sua exoluit, Magna gratia. Quare gratia? Quia gratis. Propterea tibi gratias agere licet, referre non licet, non enim potes. Quæ
Ps. 115. rebat ille quid retribueret, qui dixit, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et inuenit quasi aliquid, Calicē salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Hoc illi rependis, qui calicem salutaris accipis, & nomen domini inuocas. Quis tibi dedit ipsum calicem salutarē? Remansit in actione gratiarum, nam in relatione defecit. Inueni quid deo des quod ab illo non acceperis, & retuleris gratiam, Sed caue ne dum quæris quid illi retribuas, quod ab illo non acceperis, inuenias, sed peccatum tuū.

Hoc plane ab illo non accepisti, sed nec ei Mat. 27
dare debes. Hoc dederunt Iudæi, retribuerunt mala pro bonis, acceperunt ab eo pluuiam, & fructum non dederunt, sed spinas dolorum. Ergo bonum qui quid volueris in te dare Deo, non te inuenis accepisse nisi a Deo. Ipsa est gratia Dei diffusa in labijs. Fecit te, gratis te fecit. Non enim erat cui præstaret antequam faceret. Perieras, quæsiuit te, & inuentum reuocauit te. Præterea Luc. 15.
non imputauit, futura promisit. Vere diffusa est gratia in labijs eius. Propterea, inqt, benedixit te Deus in æternum.) Labora
H tur vt hoc posit intelligi adhuc a deo patre dici, propterea benedixit te deus in æternū. Accommodatius videtur hoc accipi ex persona Prophetæ. Et mutationes personarū repentinæ, & omnino ex improuiso inueniūtur in sanctis scriptis rerum libris, & si quis aduertat, plenæ sunt paginæ diuinæ, Domine libera animam meam a labijs ini Ps. 115
quis & à lingua dolosa. Et statim, Quid debetur tibi aut quid adijciatur tibi aduersus linguam subdolam? Alia illic persona erat, alia hic. Ibi pœnitentis, hic subuenientis. Sagittæ potentis acutę cum carbonibus vastatorijs. Alia persona est, quid detur tibi: alia, hoc detur tibi: & in consequentibus fit alia. Heu me, qa incolatus meus longinquus factus est. Et in paucis versibus tam crebra mutatio personarum intellectū admonet, non exprimit locum vbi mutatur: nō dicitur, hoc dixit homo, hoc dixit deus, sed ex ipsis verbis sit nobis intelligere quid ad hominem pertineat, quid ad deum. Homo autē dicebat, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Homo dicebat, ille dicebat, qui scripsit Psalmum, sed ex persona Dei dicebat, Incipit dicere & ex sua, propterea benedixit te deus I
in æternum. Dixerat enim Deus, Diffusa est gratia in labijs tuis, ei quem fecerat speciosum præ filijs hominum, etiam hominē, quem Deus ante omnia prætulerat æternus æternum coæternum. Impletus est ergo Propheta gaudio quodam ineffabili, & attendens quid deus pater de filio suo homini reuelauerit, potuit dicere ista ex persona dei, Propterea, inquit, benedixit te deus in æternum. Quare? Propter gratiam. Illa.n. gratia quo pertinet? Ad regnum cœlorum. Primum enim testamentum terram promiserat, & aliud præmium fuit vel promissio sub lege positorum, aliud sub gratia; Terra

Chana-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chananeorum Iudæis sub lege positis,regnum cœlorũ christianis sub gratia positis. Itaq; qđ ptinebat ad eos,qui sub lege positi erant,regnũ trãsijt, regnũ cœlorum qđ ptinet sub gratia positis,non transit . Propterea hic benedixit te Deus , non ad tempus sed in ęternum. Nõ defuerunt,qui omnia ẽt superiora verba ex Prophetæ pſona accipi mallẽt,& hoc qđ dictũ est , Eructauit cor meũ verbũ bonũ:ex Prophetæ pſona voluerũt intelligi veluti dicẽte hymnũ. Quisquis.n.dicit hymnũ Deo,eructat cor eius verbum bonũ: qũo qui blaſphemat in K Deũ, eructat cor eius verbũ malum : vt & illud qđ adiũctũ est, Dico ergo opera mea regni significare voluerit summũ hominis opus non esse nisi Deũ laudare . Illius est specie sua placere tibi , ad te pertinet eũ in gratiarũ actione laudare.Opera tua si non fuerint laus Dei,incipis teipsum amare, & pertinebis ad illos,de quibus dicit Apoſto- 2.Ti. 3. lus. Erunt enim homines seipsos amantes. displice tibi,placeat tibi q fecit : quia in eo tibi displices qđ in te ipse fecisti. Opus ergo tuum sit laus Dei,eructet cor tuum verbum bonum.Dic ergo opera tua regi, quia vt diceres, rex fecit & ipse donauit qđ offerres . Redde illi de suo,ne velis accepta parte patrimonij tui ire longius, & prodigẽ pdere in meretrices,& porcos pascere. Hoc recordamini ex euangelio , sed iam Luc. 15. de nobis dictum est,Mortuus erat & reuixit,perierat & inuentus est. Et quod dictũ est, lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. non defuerunt qui sic intelligerent Propherã ea dixisse quæ scriberet, Et ideo linguam suã calamo scribæ comparasse.Velociter autem scribentis voluisse se dicere,vt significaret ea se scribere, quæ velociter ventura erãt:vt velociter scribere, L velocia scribere intelligatur.i.scribere non tardatura. Non.n.tardauit Deus exhibere Christum.Quàm cito euolutum sentitur, quod peractum agnoscitur.Recordare generationes ante te, inuenies Adam tanquã hesterno die factum, ita gesta legimus omnia ab ipso principio. Ergo velociter facta sunt velociter erit & dies iudicij. Præueni velocitatem ipsius . Velaciter veniet,velocius tu mutare. Aderit facies iudicis,sed vide quid dicit Propheta, Præueniamus faciẽ eius in confessione. Diffusa est gratia in labijs tuis , propterea benedixit te Deus in æternum . Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime .) Gladiũ tuũ, quid nisi verbũ tuũ? Isto gladio strauit inimicos,illo gladio diuisit filiũ à patre,filiã à matre,nurũ,à socru. Legimus hæc in euangelio,Non veni pacẽ mittere,sed gladium,Et erunt in vna domo quinque diuisi aduersum se,duo aduersus tres, & tres aduersus duos erunt diuisi,id est, filius aduersus patrem,filia aduersus matrem, nurus aduersus socrum suam . Diuisio hæc quo gladio facta est,nisi quem Christus attulit. Et reuera fratres etiam quotidianis exemplis videmus hæc Placet iuueni alicui Deo seruire,displicet patri,diuisi sunt aduersus se. Ille promittit terrenam hæreditatem, ille amat cœlestem. Aliud iste pollicetur,aliud ille eligit. Non sibi putet pater factam iniuriam, Deus solus illi præfertur,& tamen tigat cum filio volente seruire Deo.Sed fortior est ille gladius spiritalis separãs , quã copulans natura carnalis. Fit hoc & de filia aduersus matrem , multo magis & de nuru aduersus socrum. Nam aliquando in vna domo nurus & socrus inueniuntur,hæretica & catholica. Et vbi fortiter recipit ille gladius,rebaptizationem nõ timemus. Potuit diuidi filia aduersus matrem suam, & nõ põt nurus aduersus socrum suam?Factum est hoc generaliter etiã in genere humano, diuisus est filius aduersus patrem . Fuimus enim aliquando filij diaboli . Adhuc infidelibus dictum est.Vos à patre diabolo estis:& omnis infidelitas vestra,unde nisi à patre diabolo ? Non ille creando pater,sed nos illũ imitando filij. Iam mõ videtis filiũ aduersus patrem diuisum. Venit gladius,ille renũciat diabolo,inuenit aliũ patrem,inuenit aliam matrẽ. Ille ad imitationem se præbens , generabat in exitium parẽtes duos, quos inuenimus,in vitã æternã generant.Diuisus est filius aduersus patrem,diuisa est filia aduersus matrem suã, diuisa est nurus aduersus socrum suã. Plebs illa q̃ de Iudæis credidit,diuisa est ab Plebs de gentibus venit, nurus dr,quia sponsus Chrs filius synagogæ.Vñ.n.natus est filius dei secm carnem? Ex illa synagoga. Ille qui dimisit patrẽ & matrem & adhæsit vxori suæ,vt essent duo in carne vna,non coniectura nostra,sed attestante Apostolo & dicente , Sacramentum hoc magnum est,Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.Dimisit enim patrẽ quodammodo, non omnino dimisit veluti ad

Phili. 2. separationem,sed ad susceptionem humanę carnis.Quomodo dimisit? Quia cum esset in forma dei,non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs Quomodo dimisit & matrem? Gentem Iudæorum,synagogam illam hærentem veteribus sacramẽtis. Ad ipsam figuram pertinet quod ait, Quæ Mat.12. est mihi mater,aut qui fratres? Ille.n.intus Mat.10. docebat, illi foris stabant . Videte si modo non ita sunt Iudæi. Docet Christus in Ecclesia,illi foris stant . Socrus ergo quid est? Mater sponsi . Mater sponsi domini nostri Iesu Christi,synagoga est. Proinde nurus eius Ecclesia,quæ veniens de gentibus non B consensit in circuncisionem carnalem, diuisa est aduersus socrum suam. Accingere gladium tuum.De potentia huius gladij loquebamur cum ista diceremus, Accingere gladium tuum , sermonem tuum circa femur tuum potentissime . Circa femur habens gladium. Quid est circa femur?quid significat de femore? Carnem. Vnde illud est,Nõ Gen.12 deficiet princeps de Iuda, & dux de femori Gen.26 bus eius.Nonne & ipse Abraham,cui promissum erat semen in quo bñdicerẽtur oẽs gentes, quando misit seruum suum ad quærendam & ducendam vxorem filio suo,vnde veniret illud semen sanctum , in quo benedicerentur omnes gentes : fide tenens,in illa veluti humilitate seminis esse magnitudinem numinis,id est,filium dei venturum ex filijs hominum per semen Abrahæ:fecit Gen.24 ipsum seruum suum quem mittebat ita sibi iurare , Pone,inquit,manum tuam sub femore meo , & sic iura : quasi diceret, Pone manum tuam ad altare, aut ad Euangeliũ, aut ad Prophetam,aut ad aliquid sanctum. Sub femore meo, inquit,pone manum,habens fiduciam: nec reuerens turpitudinem, C sed intelligens veritatem. Propterea accin- 1.Co.1. gere gladium tuum circa femur potentissime. Potentissime etiam circa femur, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus.Specie tua & pulchritudine tua .) Iustitiam accipe , qua semper est speciosus & pulcher.Et intende prospere, procede & regna.) Nonne videmus? Certe iam factum est.Attendite orbem terrarum,intendit,prospere,processit & regnat, subditæ sunt omnes gentes. Quid erat illud videre in spiritu ? Quod nunc est experiri in veritate. Quando dicebantur hæc, nondũ ita regnabat Christus, nondum intenderat , nondũ processerat . Prædicebantur,exhibita sunt , iam ea tenemus. In multis redditorem habemus deum,in paucis debitorem. Intende prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.) Reddita est veritas qñ veritas de terra orta est , psal.84. & iustitia de cœlo prospexit . Præsentatus est Christus expectatio generis humani,vt in semine Abrahæ benedicerentur omnes gentes. Prædicatum est Euangelium,veritas est. Quid mansuetudo? Passi sunt mar- Mat.12. tyres , & inde multum processit,& promo Mat.26. uit per omnes gentes regnum dei , quia patiebantur martyres, nec deficiebant,nec resistebant dicentes omnia,nihil occultantes, parati ad omnia, nihil recusantes . Magna D mansuetudo,corpus Christi hoc fecit,in capite suo didicit. Ille prior sicut ouis ad victi Esai.53. mam ductus est,& sicut agnus corã tondẽte se non aperuit os suum, vsqueadeo mansuetus,vt pendens in cruce diceret,Pr igno Luc.23. sce illis,quia nesciũt quid faciũt . Quid pp iustitiam ? Veniet etiam vt iudicet & retribuat vnicuiq; secundum opera sua . Dixit Rom.2. veritatem , pertulit iniquitatem , allaturus est æquitatem. Et deducet te mirabiliter dextera tua.) Nos dextera ipsius,ipsum deduxit dextera sua . Ille enim deus, nos homines. Dextera sua deductus est:id est,potentia sua . Etenim potentiam quam pater habet,habet,& ipse, & diuinitatem patris habet & ipse , immortalitatem patris habet & ipse,æternitatem patris habet, virtutem patris habet : Deducet.n.eum mirabiliter dextera eius,faciens diuina,patiens humana, malitias hominum sternens bonitate sua . Adhuc deducitur, & vbi nondum est & dextera eius deducet eum . Hoc.n.eum ducit quod ipse donauit sanctis suis . Deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ potentissime.) Verba cor trãsfigentia,amo- Cant.2. rem excitantia . Vnde dicitur in Canticis &.4. canticorum,Quia vulnerata charitate ego E sum. Dicit enim vulneratam se esse charitate:id est,amare se dicit, æstuare se dicit, suspirare sponso , vnde accepit sagittam verbi . Sagittæ tuæ acutæ potentissime , & transfigentes & efficientes. Acutæ potentissime . Populi sub te cadent .) Qui ceciderunt? Qui percussi sunt & ceciderunt ? Populos videmus subditos Christo,cadentes non videmus . Exponit vbi cadunt, in corde, Ibi se erigebãt aduersus Christum , vbi cadũt ante Christũ.Blaſphemabat Sau- Acto.9 lus

lus Christũ,erectus erat, supplicabat Christo,cecidit,prostratus est.Occisus est inimicus Christi,vt viuat discipulus Christi.De cœlo emissa est sagitta, corde percussus est Saulus,nondum Paulus , adhuc Saulus,adhuc erectus nondum prostratus, accepit sagittam,cecidit in corde. Nõ.n.quo prostratus est in faciẽ , ibi cecidit in corde,sed vbi ait.Domine quid me iubes facere? Nõ ibas ad Christianos alligandos & perducendos ad pœnam,& modo dicis Christo,quid me iubes facere? O sagittam acutam potentisimã,qua accepta cecidit Saulus,vt esset Paulus.Vt ille,ita & populi,gentes attendite,vi- p
dete subditas Christo . Ergo populi sub te cadent. In corde inimicorum regis .) Hoc est, in corde inimicorum tuorum . Ipsum enim appellat regem,ipsum nouit regẽ. Populi sub te cadent in corde inimicorum regis. Inimici erant,acceperunt sagittas tuas, ceciderunt ante te: Ex inimicis amici facti sunt:inimici mortui sunt,amici viuũt.Hoc est, pro his qui commutabuntur . Quærimus intelligere verba singula, versus singulos,ita tamen quærimus, vt de Christo dici nemo dubitet. Populi sub te cadẽt in cor
Hebr. de inimicorum regis.Sedes tua deus in secula seculorum .) Quia benedixit te deus in æternum propter gratiam distusam in labijs tuis. Erat autem sedes regni populi Iudaici temporalis , pertinens ad eos qui sub lege erant,non ad eos qui sub gratia erant. Venit ille vt liberaret eos , q̃ sub lege erãt, & sub gratia constitueret . Sedes eius in secula seculorum. Quare? Quia sedes illa prima,regni temporalis fuit. Vnde nunc sedes in secula seculorũ? Quia dei.Sedes tua deus in secula seculorum . O æternitatis diuinitas. Non enim posset deus sedem habere tẽporalem.Sedes tua deus in secula seculorũ. Virga directionis,virga regni tui .) Directionis virga est,quæ dirigit homines.Cur
G ui erant , distorti erant, sibi regnare cupiebant,se amabant,facta sua mala diligebant: Non voluntatem suam deo subdebant,sed voluntatem dei ad suas concupiscentias flectere volebant. Irascitur enim peccator & iniquus plerunq; deo,quia non pluit,& nõ vult sibi deum irasci quia fluit. Et ad hoc ꝓ pemodum sedent quotidie homines vt disputent contra deum:hoc facere debuit,hoc non benefecit. Tu videlicet vides quid facias,ille nescit . Distortus tu es,ille rectus est. Distortum ad rectũ q̃n cõiungis? Collinari non potest , tanꝙ si in pauimẽto quali ponas lignũ curuũ,nõ adiungitur,nõ cohæret,non coaptatur pauimẽto. Pauimẽtum vbiq; æquale est,sed illud curuum est, sit tibi rex Christus , regat te virga ista , non coaptatur æquali. Ergo dei voluntas æqualis ẽ,tua curua est. Propterea tibi curua videtur illa,quia tu illi coaptari non potes. Dirigere ad illam, tene illam : nam si illam conaris,illa semper directa est.Vis illi hære re? Corrigere, Erit virga ipsius q̃ te regit, virga directionis. Inde & rex à regendo dr. Non autem regit qui non corrigit.Ad hoc est rex noster rectorum rex. Quomodo & sacerdos à sanctificando nos, ita & rex à regendo nos. Sed quid ait alio loco? Cum sancto sanctus eris , & cum viro innocente innocens eris,& cum electo electus eris,& cum peruerso peruersus eris:non quia peruertitur deus,sed quia peruersi peruertunt eum pro tant. Placet tibi bonum,bonus est deus: displicet tibi, quasi prauus est deus . Curuus est ad te deus,tua curuatura facit hoc, nam illius rectitudo semper manet. Audi in alio psalmo, Quã bonus deus Israel rectis corde. Virga directionis,virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem.) Vide virgam directionis, dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Accede ad istam virgam, frangat te. Virga enim ferrea est illa inflexibilis. Et quid dictum est? Reges eos in virga ferrea,& tãquam vas figuli cõteres eos . Alios regit, alios conterit : regit spirituales, conterit carnales. Ergo accede ad istam virgam,quid in ea times ? Hæc est tuta virga. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quid times ? Sed forte iniquus eras,quia enim regem tuum,quia odit iniquitatem times. Est quod facias. Quid? Odit iniquitatem. Nunquid te? Sed in te est iniquitas. Odit illam deus,oderis & tu,& vnam rem ambo oderitis. Eris enim deo amicus,si oderis quod odit. Ita & amabis quod amat. Displiceat in teipso tibi iniqtas tua , & placebis tibi creatura ipsius . Homo enim es iniquus. Duo dixi nomina:duo nomina,homo & iniquus. In istis duobus nominibus vnum est naturæ,alterum culpæ. Vnum tibi deus fecit,alterum tu fecisti:ama q̃d deus fecit,oderis quod tu fecisti , quia & ipse hoc odit. Vide quomodo iam illi incipias conformari,cũ odisti quod odit. Pctũ puniturus est, q̃a virga directionis est,virga regni ipsius.

Sed non potest vt non puniat peccatum. Puniendum est peccatum:si puniendũ non esset,nec peccatum esset. Præueni illũ,nõ vis vt ipse puniat , tu puni . Ideo.n.adhuc ipse parcit,differt,tenet manum,arcũ intendit, hoc est minas, clamaret tm̃ feriturum se,si vellet ferire? Differt ergo manum à peccatis tuis,tu noli differre. Conuerte te ad punienda peccata tua, quia impunita esse peccata non possunt. Puniẽdum ergo erit,aut à te,aut ab ipso . Tu agnosce, vt ille ignoPsal. 50. scat. Attende exemplum in alio psalmo pœPsal. 26. nitentiæ, Auerte faciem tuã à peccatis meis. Nunquid dixit à me ? Alto.n.loco aperte dicit,Ne auertas faciẽ tuã à me. Ergo auerte faciem tuã à peccatis meis. Nolo videas peccata mea: q̃a videre dei,animaduertere K est. Ideo & iudex quod punit,animaduertere dicitur: id est,animum illuc auertere,intendere vtiq; ad puniẽdum,quia iudex est: Sic est & iudex deus . Auerte faciem tuam à peccatis meis . Tu ab ipsis faciem noli auertere, si vis vt deus ab ipsis auertat faciẽ suam. Vide q̃o hoc offert deo in ipso psalmo,Facinus meum ego , inquit,agnosco,& peccatum meum ante me est semper . Hoc non vult esse ante deum,quod vult esse ante se.Virga directionis,virga regni tui. Nemo sibi multum de misericordia dei blandiatur,virga directionis est. Nunquid dicimus non esse misericordiam deum ? Quid misericordius eo q̃ parcit tm̃ peccatoribus, & qui in omnibus conuersis ad se non curat præterita? Sic eum dilige misericordem, vt velis esse veracem , non.n.misericordia potest illi auferre iustitiam,neq; iustitia misericordiam . Interim quandiu ille differt, tu noli differre,q̃m virga directionis virga regni ipsius. Dilexisti iustitiam,& odisti ini
Heb. 1. quitatẽ. Propterea vnxit te deus deus tuus.) Propterea vnxit te,vt diligeres iustitiam,& odires iniquitatem . Et vide q̃o ait, ꝓpea vnxit te deus deus tuus . O tu deus, vnxit L te deus deus tuus.Deus vngitur à deo . Etenim in latino putatur idem casus nominis repetitus.In Græco aũt euidentissima distinctio est, quia vnum nomen est quod cõpellatur,& alterum ab eo qui cõpellat.Vnxit te deus . O tu deus,vnxit te deus tuus : quomodo si diceret,propterea vnxit te ò tu deus deus tuus Sic accipite,sic intelligite, sic in Græco euidentissimum est . Ergo q̃s est deus vnctus à deo? Dicant nobis Iudæi. Scripturæ istæ communiones sunt, vnctus est deus à deo:vnctum audis, Christum intellige,etenim Christus à chrismate . Hoc nomen quod appellatur Christus, vnctionis est:nec in aliquo alibi vngebantur reges & sacerdotes,nisi in illo regno, vbi Chrs ꝓphetabatur & vngebatur, & vnde venturũ erat Christi nomen. Nusquã est alibi omnino,in nulla gẽte,in nullo regno. Vnctus est ergo deus à deo. Quo oleo nisi spirituali? Oleum.n.visibile in signo est , oleum inuisibile in sacro est.Oleum spiritale intus est, oleum visibile exterius est. Vnctus est no- de sacra
bis deus,& missus est nobis , & iple deus vt vnctiõe vngeretur homo erat: sed ita homo erat,vt capite deus esset:ita deus erat , vt homo esse non Vnico .
dedignaretur. Verus homo, verus deus,in M nullo fallax,in nullo falsus: quia vbiq; verax,vbiq; veritas. Deus ergo homo,& ideo vnctus deus : quia homo deus,& factus est Christus . Hoc figurabatur in eo q̃ Iacob lapidem sibi ad caput posuerat & dormierat.Iacob Patriarcha lapidẽ sibi ad caput po Gen.28
suerat. Domiens autem illo lapide ad caput posito, vidit apertis cœlis scalam à cœlo in terram,& angelos ascendentes & descendẽtes . Hoc viso euigilauit , vnxit lapidem & discessit . In illo lapide intellexit Christũ, iõ vnxit . Videte ex quo prædicatur Chrs , q̃d sibi vult illa vnctio lapidis,præsertim apud Patriarchas qui vnum deũ colebãt? Factus est aũt in figura,& discessum est. Non enim vnxit lapidem , & venit illuc semper adorare,& sacrificia ibi facere . Expressum est mysterium,nõ inchoatum sacrilegium . psa. 117
Et videte lapidem,Lapidem quem reproba 1.Co.11.
uerunt ædificantes , hic factus est in caput 1.Pe. 2.
anguli . Et quia caput viri Christus, ꝓpea
lapis ad caput. Attẽdite magnum sacrm. Lapis Christus . Lapidem viuum ait Petrus ab hominibus reprobatum, à deo autem electum. Et lapis ad caput, q̃a caput viri Chri- Gen.28
stus:& vnctus lapis,quia à chrismate dictus est Christus . Et videntur scalæ reuelante Christo à terra in cœlum,vel à cœlo in terram,& ascendentes & descendentes angeli . A
Quid hoc sit,melius videbimus,cum testimoniũ Euangelicũ ab ipso dño cõmemorauerimus. Notis quia Iacob ipse est Israel . Illi.n.cũ angelo luctãti & ꝓualenti,& benedicto ab eo cui prævaluit, nomẽ mutatũ est vt appellaretur Israel, sicut populus Israel ꝓualuit Chro, vt crucifigeret eum,& tm̃ in his q̃ Chro crediderunt, ab ipso cui ꝓualuit benedictus est . Sed multi non crediderunt,

vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide claudicationem Iacob. Benedictionem & claudicationem: benedictio in his qui crediderunt: nam postea nouimus ex illo populo multos credidisse. Claudicatio autem in his qui non crediderunt: & quia plures nō crediderunt, & pauci crediderunt, ideo vt fieret claudicatio, tetigit latitudinem femoris eius. Quid est latitudo femoris eius? Multitudo generis. Videte ergo scalas illas. Dominus vidit Nathaelem in Euangelio,
Ioan. 1. & ait, Ecce vere Israelita in quo dolus nō
Gen. 25 est. Sic enim dr de ipso Iacob, Et erat Iacob sine dolo habitans in domo. Hoc recolens dns videns Nathanaelem sine dolo de gente illa, & de populo illo, Ecce vere, inquit, Israelita in quo dolus non est. Appellauit
B Israelitam in quo dolus non esset, pp Iacob Et ille Nathanael, vnde me nosti? Et dns, cum esses sub arbore fici vidi te. i. cum esses in illo populo sub lege constitutus, q̄ carnali vmbra illum populum protegebat, ibi te vidi. Quid est, ibi te vidi? Ibi tui misertus sum. Ille autem recordatus quod fuerat etiam sub arbore fici in veritate, admiratus est, quia putabat se à nemine visum cū ibi esset, confitetur & dicit, Tu es filius dei, tu es rex Israel. Quis hoc dixit? Qui audierat quod verus esset Israelita, & dolus in illo non esset. Et dominus, Quia dixi tibi, vi
Gen. 25 di te sub arbore fici, credidisti maiora horū videbis. Loquitur cum Israel, cum Iacob, cum illo qui sibi lapidem ad caput posuerat, maiora horum videbis. Quæ maiora?
Ioan. 1. Quia iam lapis ille ad caput est, Amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & an-
Ioan. 1. gelos dei ascendentes & descendentes sup filium hominis. Angeli dei ascendant & descendant per scalas illas, fiat hoc in Eccle-
Ioan. 1. sia. Angeli dei annunciatores sunt veritatis, ascendant & videant, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Descendant & videant, quia verbum caro factum est, & habitauit in no
C bis. Ascendant vt erigant magnos: descen-
2. Co. 3. dant vt nutriant paruos. Vide ascendentem Paulum sine mente excesimus, deo. Vide descendentem, sine temperantes sumus, vobis. Vide ascendentem, sapientiam loqmur inter perfectos. Vide descendentem, Iac vobis potum dedi non escam: hoc fit in Ecclesia. Ascendunt & descendunt angeli dei super filium hominis, quia sursum est filius hominis ad quem ascendant corde, id est, caput eius: & deorsum filius hominis. i. corpus eius. Membra eius hic sunt, caput sursum est. Ascenditur ad caput, descenditur ad membra. Christus ibi Christus hic. Nō ibi tm & hic nō, vnde vox illa, Saule Saule quid me persequeris? Quis. n. illi in cœlo molestus fuit? Nemo, nec Iudæi nec Saulus, nec diabolus tentator. Nemo ibi molestus illi, sed sicut in compage corporis humani, pede calcato lingua clamat: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, pp ea vnxit te deus deus tuus. Locuti sumus de vncto deo, hoc est, de Xpo. Non potuit apertius dici nomē Xpi, q̄ vt diceretur vnctus deus. Quo speciosus forma præ filijs hominum, sic vnctus. Oleo exultationis præ participibus tuis.) Qui. n. participes eius? Filij hominū, qm & ipse filius hominis participes immortalitatis suæ. Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis.) Odorem boni à vestimentis tuis. Vestimēta eius, sancti eius, electi eius, tota Ecclesia eius, quā sibi sicut vestem exhibet, sine macula & ruga. Propter maculam abluens in sanguine, propter rugam extendens in cruce. Inde bonus odor qui significatur nominatis quibusdam aromatibus. Audi Paulum illam mirabilem fimbriam de vestimento, quod tetigit mulier in fluxu sanguinis, & sanata est. Audi illum dicentem, Christi bonus odor sumus in omni loco, & in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Nō dixit bonus odor in ijs qui salui fiunt, & malus odor in ijs qui pereunt: sed quod ad nos attinet, bonus odor sumus, & in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Saluum fieri hominem bono odore, non est improbabile neq; incredibile. Perire autem hominem bono odore, quę ratio est? Magna vis, magna veritas, & si capi non potest, ita est. Nam vt noueris quia difficile capitur, statim subiecit, Et ad hæc quis idoneus? Quid est, Ad hæc quis idoneus? Quis intelligat homines mori bono odore? Tamen aliquid dicam fratres, fecit ipse Paulus prædicabat Euangelium, multi illi inuidebant. Qui illum amabant, bono odore saluabantur: qui illi inuidebant, bono odore peribant. Ideo & perunibus non malus odor, sed bonus odor. Ideo non gis illi inuidebant, quia tm̄ bona in illo prævalebat: nemo enim inuidet misero. rat ergo gloriosus in p̄dicatione verbi & viuens sec̄m regulam illius vitæ

ctionis, & diligebant eum qui in illo diligebat Christum, qui sequebantur bonū odorem. Diligebat amicū sponsi sui sponsa ip
Cant. 1. sa, q̄ dicit in Cāticis canticorū, Post odore vnguentorum tuorū curremus. Illi autem alij quanto magis eum videbant in gloria prædicationis Euangelij, & in vita inculpabili, tanto magis inuidia torquebātur & occidebantur bono odore. Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis. A domibus eburneis ex quibus delectauerūt te filiæ regū.) Domos eburneas, quanuis domos magnas, quāuis domos regales dicat, quas si vis, elige, delectauerūt inde Christū filiæ regū. Vis domos eburneas spiritaliter accipere? Magnas domos, & magna tabernacula dei, corda sunt sanctorū. Ipsos q̄, reges regentes carnē, subiugantes sibi turbas humanarum affectionū, castigantes corpus & seruituti subij cientes, accipe, quia inde delectauerunt eum filiæ regum. Etenim oēs animæ quæ illis prædicantibus & euangelizātibus natę sunt, filiæ regū sunt & Ecclesiæ, filiæ Apostolorū, filiæ regū sunt: ille est. n. rex regū. Illi aūt reges, de q̄bus dictū est,
Mat. 19 Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, p̄dicauerunt ver-
Deu. 25. bum veritatis, & genuerūt Ecclesias, non sibi sed illi. Ad hoc sacramentum pertinet quod scriptum est in lege, Si mortuus fuerit frater, accipiat vxorē eius frater eius & suscitet semē fratri suo. Accipiat vxorē eius, & suscitet semen, nō sibi, sed fratri suo.
Mat. 28. Dixit Christus, Die fratribus meis. Dixit
Psal. 21. & in alio psalmo, Narrabo nomen tuū fratribus meis. Mortuus est Christus, resurrexit, ascendit, absentauit se corpore, suscepe-
runt fratres eius vxorē eius, prædicatione
1. Co. 4. Euangelij generaturi filios, non per semet-
Deu. 25 ipsos sed per Euangelium, propter nomen fratris, In Christo. n. Iesu, inquit, per Euangelium propter nomen fratris, ego vos genui. Itaque suscitantes propter non fratris semen fratri suo, quotquot genuerunt non
G Paulianos aut Petrianos, sed Christianos nominauerūt. Videte si non iste sensus vigilat, & in his versibus: cum enim diceret à domibus eburneis, dixit de regalibus, amplis, pulchris, lenibus, q̄lia sunt corda sanctorum: subiecit, Ex quibus te delectauerunt filiæ regū. In honore tuo.) Filiæ quidā regū, filiæ Apostolorū tuorū, sed in honore tuo, qa semen illud suscitauerūt fratri. Ideo ipsos quos suscitauerat fratri suo Paulus, cū videret currere ad nomē suum, exclamauit, Nūquid Paulus crucifixus est pro vobis? Quid. n. ait lex? Et habeat natus nomē defuncti, defuncto nascantur, defuncti nomen appelleī. Seruat hoc legitimū Paulus, volentes appellari ex nomine suo, reuocat, Nūq̄d Paulus pro vobis cru
cifius est? Ad defunctū aspicite, Nunquid Mat. 22.
Paulus pro vobis crucifixus est? Et q̄d ergo? Q̄ illos genera sti, q̄d si nomē tuū illis impoluisti? Nō. Ait. n. Aut in nomine Pauli baptizati estis? Delectauerūt te filiæ regū in honore tuo? Tene te, serua te in honore tuo, hoc est habere vestem nuptialem illius, illius honorem, illius gloriam quære re. Intellige ēt filias regū ciuitates, q̄ crediderunt in Christum, & à regibus conditæ H
sunt, & à domibus eburneis, diuitibus, superbis, elatis. Filiæ regū delectauerūt te in honore tuo, quia non quæsierunt honorē patrum suorum, sed quæsierunt honorem tuum. Ostendatur mihi Romæ in honore tanto templū Romuli, in quanto ibi ostendo memoriam Petri. In Petro quis honorā tur, nisi ille defunctus pro nobis; Sumus. n. Christiani, non Petriani. Et si nati per fra-
trem defuncti, tū cognominati nomine de- Deu. 25
functi. Per illū nati sed illi nati. Ecce Roma, ecce Carthago, ecce aliæ & aliæ ciuitates filiæ regū sunt, & delectauerunt regem suū in honore ipsius, & ex omnib. fit vna q̄dā regina. Quale carmen nuptiale? Ecce inter carmina hilaritatis plena, procedit & ipsa sponsa. Spōsus. n. ventebat, ipse describebatur, in illū erāt omnis intētio nr̄a, pro cedat & ista. Astitit regina à dextris tuis.) Quæ à sinistris? Non regina. Stabit enim quædam & à sinistris, cui dicetur; Vade in ignem æternum. A dextris autem stabit, cui dicetur, Venite benedicti Mat. 25.
patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Astitit regina à dextris tuis. In vestitu deaurato circumamicta varietate.) Vestitus reginæ hu I
ius quis est? Et preciosus est, & varius est. Sacramenta doctrinæ in linguis omnibus varijs. Alia lingua Aphrica, alia Syra, alia Græca, alia Hebræa, alia illa & illa. Faciūt istę linguæ varietatem vestis reginæ huius. Quo aūt omnis varietas vestis in vnitate concordat, sic & oēs linguæ ad vnam fidē. In veste ista varietas sit, sciſſura nō sit. Ecce varietatem intelleximus de diuersitate linguarū: & vestē intelleximus pp vnitatem

tatem. In ipsa autem varietate aurum quod est? Ipsa sapiẽtia. Quęlibet sit varietas linguarum, vnũ aurum prædicatur non diuersum aurum, sed varietas de auro. Eandem quippe sapientiam, eandem doctrinam & disciplinam omnes linguæ prædicant. Varietas in linguis, aurum in sententijs. Alloquitur Propheta reginam istam, libenter enim illi cantat, & vnusquisque nostrũ audiat: si tamen nouerimus vbi sumus, & ad illud corpus pertinere conemur, & fide & spe pertineamus vniti in mẽbris Christi. Nos. n. alloquitur, Audi filia & vide.) Alloquitur eam tanquam vnus de patribus, quia filiæ regũ sunt, & sic alloquitur Propheta, & sic alloquatur Apostolus tanquã filiã. Sic enim dicimus, patres nostri Prophetæ, patres nostri Apostoli. Si nos illos
K vt patres, illi nos vt filios, vox vna paterna alloquitur unicam filiam, Audi filia & vide. Prius audi, postea vide. Ventum est. n. ad non cum Euangelio & prædicatum est nobis quod nondum videmus, et audiendo credimus, & credendo videbimus: sicut di-
Psal. 17. cit ipse sponsus apud Prophetam, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi. Quid est in obauditu auris? Quia non vidit. Viderunt Iudæi & crucifixerunt, non viderunt gentes & crediderunt. Veniat regina de gentibus in vestitu deaurato, circũamicta varietate. Veniat à gentibus, veniat circũamicta omnibus linguis in vnitate sapiẽtiæ: dicatur ei, audi filia & vide. Si non audieris non videbis. Audi vt mundes cor fide, sicut Aposto
Acto. 15 lus ait in actibus Apostolorum, Fide mundans corda eorum. Ad hoc enim audimus vt credamus antequã videamus, vt credendo cor mundemus vnde videre possimus. Audi vt credas, mũda cor fide. Et cum cor mundauero, quid videbo? Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Audi filia &
Matt. 5. vide, Et inclina aurem tuam. Parum est audi, humiliter audi, inclina aurem tuam. Et
L obliuiscere populum tuum & domum patris tui.) Erat populus quidam, & domus patris quædam, in qua natus est populus Babyloniæ, habens regem diabolum. Vndecunque venerunt gentes, à patre diabolo venerunt, sed patri diabolo renunciauerũt. Obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Fœdam te ille genuit, cum peccatricem fecit: pulchram te iste regenerat qui iustificat impium. Obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui. Quoniam concupiuit rex speciem tuam.) Quam speciẽ, nisi quã ipse fecit? Concupiuit speciem. Cuius speciem? Peccatricis, iniquæ, impiæ. Qualis erat apud patrem diabolum, & apud populum suũ? Non, sed de qua dr, Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Antea ergo nó alba, postea dealbata: quia si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, tanquam niuem dealbabo. Concupiuit rex speciem tuam. Quis rex? Quia ipse est dominus deus tuus.) Iam vide si non debes dimittere patrem tuum illum, & populum tuum illum, & venire ad regem iustum deum tuum. Deus tuus est, rex tuus est. Rex tuus, & ipse est sponsus tuus. Regi nubis deo, ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab alio sanata. Quicquid habes vnde illi placeas, ab illo habes. Et adorabunt eũ filiæ Tyri in muneribus.) Ipsum regem tuum deum tuum adorabunt filiæ Tyri in muneribus. Filiæ Tyri, filiæ gentium. A parte refertur ad totum. Tyrus vicina huic terræ, vbi prophetia erat, significabat gentes crediturus Christo. Inde erat illa Chananæa, quæ primo canis est appellata. Nam vt noueritis, quia inde erat, Euãgelium loquitur, Secesit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa de finibus illis egressa clamabat, & cætera quæ ibi narrantur. Quæ primo canis erat apud patrẽ suum, & in populo suo, clamando & veniendo ad istum regem, decora facta credendo in illum, quid meruit audire? O mulier, magna est fides tua: concupiuit rex speciem tuam. Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus. Quibus munerib.? Sic ad se vult venire rex iste, & thesauros suos ipleri vult: & ipse donauit vnde impleantur, & à vobis impleantur. Veniant, inquit, adorent eũ in muneribus. Quid est in muneribus? Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque fur, neque tinea corrumpit. Vbi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Venite cum muneribus, date eleemosynas, & omnia munda sunt vobis. Venit cum muneribus ad eum, qui dicit, Misericordiam volo magis, q̃ sacrificium. Ad illud templum quæ erat ante vmbra & figura futuri, veniebatur cum taũris & arietibus, cum hircis, cum diuersis quibusque animalibus aptis ad sa-

crificium, vt in illo sanguine aliud fieret, aliud significaretur. Modo iã ipse sanguis, quem figurabant illa omnia, venit. Venit rex ipse, & ipse munera vult. Quæ munera? Eleemosynas. Ipse est. n. iudicaturus, & ipse munera imputabit quibusdam, Venite,
Mat. 25. inquit, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ est ab initio mũdi. Quare? Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: nudus fui, & vestistis me: hospes, & adduxistis me: infirmus & in carcere, & visitastis me. Hęc sunt munera in quibus adorant filiæ Tyri regem: quia, cum dicerent, quando te vidimus? ille q̃ sursum est & deorsum, propter ascendentes & descendentes, cum vni, inqt, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus. Et q̃ sunt filiæ Tyri, & quomodo adorabuat eũ
B in muneribus? Planius illud voluit dicere. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis.) Hæ filiæ Tyri adorantes in muneri-
R. Ti. 6. bus, diuites sunt plebis, quos ille alloquitur amicus sponsi: percipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, adorent in muneribus, sed non perdant. Securi ponant, vbi semper inueniant. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitã, adorando in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Ad ecclesiam. n. concurrunt, & ibi eleemosynas faciunt: ne extra fiat, id est, ne exActo. 4. tra positi faciãt, in Ecclesia faciãt. Vultus. n. sponsæ huius & reginæ, proderit facientibus. Propterea illi qui res suas vendebant, vultũ reginæ huius deprecãtes in muneribus veniebant, & ea quæ portabant, ad pedes Apostolorum ponebant. Feruebat dilectio in Ecclesia, vultus erat reginæ Ecclesia, vultus erat reginæ obsequium filiarum Tyri, id est, diuitum adorantium in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Et qui deprecabuntor vultum, & cuius vultum deprecabuntur? Omnes vna sponsa, omnes vna regina, mater & filij simul totum ad Christum pertinens, ad caput pertinens. Sed quia fiunt ista opera, & istæ eleemosynæ ad iactantiam hominũ:
Matt. 6. inde dicit ipse dominus, Cauete facere iusti-tiam vestram coram hominibus vt videamini ab eis. Quomodo autem & publice debent fieri propter vultum sponsæ, ait, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrẽ Matt. 5. vestrum qui in cœlis est: non vt gloriam vestram quæratis in operibus bonis, quæ publice facitis, sed vt gloriam dei. Et quis nouit, inquit, vtrum gloriam dei quæro, an gloriam meam quæro? Quia do pauperi, video quo animo dem, quis videt? Sufficiat tibi qui videt: ille videt, qui retribuet. Intus amat qui intus videt, intus amat vt intus ametur, qui interiorem facit & ipsam pulchritudinem. Noli quasi oculis exteriorib⁹ delectari, quia videris, & quia laudaris: attende quid hic sequatur. Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus.) Extrinsecus non solum vestis est aurea & variata, sed intus pulchram nouit qui speciem eius amauit. Quæ sunt interiora pulchritudinis? Conscientia. Ibi videt Christus, ibi amat Christus, ibi alloquitur Christus, ibi punit Christus, ibi coronat Christus. Sit D ergo talis eleemosyna tua in occulto, quia omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus. In fimbriis aureis circumamicta varietate,) Pulchritudo intrinsecus. In fimbriis autẽ aureis varietas linguarum, doctrina, decus. Ista quid prosunt, si non sit pulchritudo illa intrinsecus? Afferentur regi virgines post eam.) Vere factum est, credidit Ecclesia, facta est Ecclesia per omnes gentes. Modo quemadmodum concupiscunt virgines placere illi regi? Vnde irritãtur? Quia præcessit Ecclesia. Offerentur regi virgines post eam. Proximæ eius afferentur tibi.) Non. n. quæ afferuntur alienæ sunt, sed proximæ eius, ad eam pertinentes. Et quia dixit regi, ad eum conuersus dixit tibi, Proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione, adducẽtur in templum regis.) Templũ regis ipsa Ecclesia, intrat in templum ipsa ecclesia. Vnde cõstruitur templum? De hominibus qui intrant in templum. Lapides viui qui sunt nisi fideles dei? Adducentur in templum regis. Sunt. n. virgines extra templum regis, hæreticæ sancti moniales. Sunt q̃dem virgines, sed q̃d ꝓdest eis nisi adducantur in templum regis? Templũ regis in vnitate est, templũ regis E non est ruinosum, non discissum, non diuisum. Iunctura lapidum viuentium charitas est. Adducentur in templum regis. Propatribus tuis nati sunt tibi filij.) Nihil eui

dentius. Attendite iam ipsum templū regis, quia inde loquitur pp vnitatem diffusam toto orbe terrarum, quia illæ,quæ virgines esse voluerunt, nisi adducantur in templū regis,sponso placere non possunt. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Genuerunt te Apostoli,ipsi missi sunt,ipsi pdicauerunt,ipsi patres. Sed nunquid nobiscū corporaliter semper esse potuerunt? Et si vnus ipsorum
Phili. 1. dixit,cupio dissolui & esse cū Christo, multo magis optimū est, manere in carne necessarium pp vos. Dixit hoc quidē,sed quandiu hic manere potuit? Nunquid vsque ad hoc tps? Nunquid vsq; in posterum? Ergo illorum abscessu deserta est Ecclesia? Absit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli,pro Apostolis filij nati sunt tibi,constituti sunt Epi. Hodie.n. Epi qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat,ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in se-
F dibus patrum. Non ergo te putes desertā, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum,quia non vides illos per quos nata es, de prole tua tibi creuit Paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Constitues eos principes super oēm terram.) Vide templum regis q̄ late diffusum est, vt nouerint virgines, quæ non adducuntur in templum regis,non se ad istas nuptias pertinere. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super oēm terram. Hæc est catholica Ecclesia, filij eius constituti sunt principes sup oēm terrā,filij eius cōstituti sunt p patribus. Agnoscant q̄ præcisi sunt, veniant ad vnitatem, adducantur in templum regis. Templum suum deus vbique collocauit, fundamenta Prophetarum & Apostolorum vbiq; firmauit. Filios genuit Ecclesia,cōstituit eos pro patribus suis principes super omnem terram. Memores erūt nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi.) Quid ergo prodest confiteri,& extra templum confiteri? Quid prodest precari, & in mōte non præcari? Voce mea, inquit,
psal. 3. ad dīm clamaui & exaudiuit me de monte sancto suo. De quo monte? De quo dictum
G est,Non potest ciuitas abscondi supra mon
Matt. 5. tem constituta. De quo monte? Quē vidit
Danie. 2. Daniel ex paruo lapide creuisse, & fregisse omnia regna terrarum, & impleuisse oēm faciem terræ. Ibi adoret qui vult accipere, ibi petat qui vult exaudiri, ibi confitetur qui vult sibi ignosci: propterea populi confitebuntur tibi. In æternum & in seculum seculi) Quia & in illa vita æterna non erit iam quidem gemitus peccatorum, sed tamē in diuinis laudibus supernæ illius ac perpetuæ ciuitatis non deerit sempiterna confessio tantæ fœlicitatis. Ipsi enim ciuitati,cui alius psalmus cantat, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: ipsi sponsæ Christi, ipsi regi-næ filiæ regis,& coniugi regis: quia principes eius sunt memores nominis eius in omni generatione & generatione,id est, quandiu transeat hoc seculum, quod multis generationibus agitur gerentes pro illa charitatis curā,vt de isto seculo liberata in æternum deo conregnet: propter hoc idemipsum confitebuntur tibi populi in æternum, illis conspicuis & manifestis, ibi cordibus omnium perfecta charitate luminosis, vt se vniuersam plenissime nouerit, quæ hic in multis suis partibus occulta sibi est. Vnde admonemur ab Apostolo, nihil ante tempus iudicare, donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum,& manifestet cogitationes cordis,& sit laus vnicuiq; a deo. Ipsa enim sancta ciuitas sibi quodāmodo confitebitur, cum populi eius quibus constat si ciuitati confitebuntur in æternum, vt ex nulla parte se lateat, nullo in se existente eius aliquid lateat.

In Psalmum quadragesimum quintum. Enarratio.

IAm charitati vestræ quædam sicut nouissima loquimur, in quibus immorari non debemus. Et quia ea quæ scitis breuiter commemorari debent, filios Chore nos intelligamus. Commemoro enim vos scientes Chore interpretari caluitium dominum nostrum significare, qui in Caluaria loco crucifixus adduxit multos, tanquam illud granum, quod nisi mortificatum esset, solum remaneret: & eos qui adducti sunt appellatos filios Chore, hoc in mysterio. Chorum fuerunt nescio qui filij Chore illo tempore, quando ista cantabantur, sed ipsos nos viuificare debet, non litera velare. Non ergo intelligamus, & videte si ea quæ sequuntur, id est, quæ habet psalmi ipsius contextus congruunt nobis: & inuenimus hic nos, si tamen inhæreamus membris eius, cuius corporis in cœlo caput est: ex illa passione ascendens, vt eos qui in humilitate iacebāt
I secum in vbertate adducat, fructum ferentes intollerantia. Dictum est autem, In finē pro occultis pro filijs Chore, psalmus.) Occultum est ergo, sed ille ipse qui in Caluariæ loco crucifixus est, nostis quia velum
Mat. 27 discidit, ut templi secreta patescerent. Proinde quia crux dñi nri causa fuit, qua clausa aperirentur, credamus affuturum eū nobis, ut ista occulta reuelentur. In finem q̄d habet, semper Chm intelligere debemus.
Roma. 10 Finis.n. legis Christus ad iustitiam omni credenti. Finis autem dicitur, nō q̄a consumit, sed q̄a perficit. Nā & finitū cibum dicimus qui māducabatur, & finitā tunicam quæ texebatur. Illud ad consumptionē, hoc ad perfectionem. Quia ergo vltra quo tendamus non habemus cū ad Christū peruenerimus, ipse cursus nōstri finis dr. Nec putare debemus, quia cum ad illum peruenerimus, aliquid amplius debemus niti, ut ad patrem perueniamus. Hoc enim putauit &
Ioa. 14. Philippus cum ei dixit, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Cum dicit, K sufficit nobis, finem quærit satietatis & perfectionis. Et ille tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?
Ioa. 10. Philippe, qui videt me, videt & patrem. In illo ergo habemus patrem, quia ipse in patre, & pater vnum sunt. Quid igitur hic admoneat qui cantat, vbi vocem nostram agnoscere debemus, si tamen huius vocis affectum habemus? Deus noster refugium & uirtus.) Sunt quædā refugia, vbi non est virtus, quo quisq; cum fugerit, magis infirmatur quā confirmet. Confugis, verbi gra, ad aliquem in seculo magnum, vt facias tibi potentem amicum, refugium tibi uidetur. Tanta tū huius seculi incerta sunt, & ita potētum ruinæ quotidianę crebrescūt, ut cum ad tale refugium confugeris, plus ibi timere incipias, Antea enim causæ tuæ tantum timebas, cum vero ad talem refugeris, & de illo tibi timebis. Multi enim cum ad talia refugia confugissent, cadentibus illis ad quos confugerūt, & ipsi quæsiti sunt, quos nemo quæreret, si non ad talia confugissent. Non est refugium nostrum tale, sed re-
L fugium nostrum virtus est. Cum illuc confugerimus, sirmi erimus. Adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt, nos nimis.) Multæ sunt tribulationes, & in omni tribulatione ad deum confugiendum est: siue sit tribulatio in re familiari, siue sit in salute

corporis, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculū necessaria, omnino aliud refugium non dēt esse homini christiano quā saluator eius, q̄ deus eius, quo cum confugerit, fortis fit. Nō enim ipse in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo erit, sed ille illi fortitudo erit, qui refugium eius factus est. Veruntamen charissimi inter omnes tribulationes humanæ animæ, nulla est maior tribulatio quam cōscientia delictorum. Nanq; si ibi uulnus non sit, sanumque sit intus hominis q̄d conscientia vocatur, vbicunque alibi passus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inueniet deū. Si aūt ibi requies non est pp abundantiam iniquitatis, qm & ibi deus non est, quid facturus est homo? Quo confugiet cum cœperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad ciuitatem, a publico ad domum, a domo in cubiculum, & sequitur tribulatio. A cubicu M lo iam quo fugiat non habet nisi interius ad cubile suum. Porro si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flamma sceleris, non illuc potest confugere. Pellitur enim, & cum inde pellitur, a seipso pellitur. Et ecce hostē suum inuenit, quo confugerat, seipsum quo fugiturus est? Quocunque fugerit se, talem trahit post se: & quocunque talem traxerit se, cruciat se. Sed a seipso sunt tribulationes, quæ inueniunt hominem nimis: acerbiores enim non sunt: tanto sunt acerbiores, quanto sunt interiores. Videte charissimi, cum ligna dealsciantur a fabris & probantur, aliqui in superficie videntur quasi læsa & putrida. Faber aūt inspicit tanquam medullā interiorem ligni, & si sana interius ligna cognouerit, promittit ea in ædificio duraturā, nec valde erit de superficie læsa solicitus, quando id quod interius est sanum retinuerit. Porro hominis interius conscientia non inuenitur. Quid igitur prodest, si quod est exterius sanum est, & putrefacta est medulla conscientiæ? Arctę istæ & vehementes omnino, & sicut psalmus ipse ait, nimiæ tribulationes sunt: tamen & in his adiutor factus est dominus dimittendo peccata. Ini quorum enim conscientias non sanat nisi indulgentia. Si enim magnas tribulationes habere se dicit debitor fisci, confessus & intuens angustias rei familiaris suæ, tum se videt non posse esse soluendo propter imminentes omni anno compulsores, tribulationes magnas se pati dicit, nec usquam respirat nisi in spe indulgentiæ rerum A

S a terra-

terrarum. Quanto magis debitor pœnarũ de abundantia delictorũ, qñ reddet qđ debet de mala conſcientia,qñ ſi reddiderit ipſe perit? Hoc.n.debitum reddere,pœnas luere eſt. Reſtat ergo vt de ipſius indulgentia ſecuri eſſe poſsimus, ſi tamen accepta indulgentia non rurſus ad debita contrahenda redeamus. Iſti ergo filii Chore fortaſſe intelliguntur eſſe illi quibus locutus eſt Petrus in actibus Apoſtolorum, cum intenti facti eſſent ad mirabilia aduentus ſpiritusſancti,cũ omnes in quos venerat linguis omnibus loquerentur, annunciauit.n.illis Chriſtum. Qui cum tanta potuiſſet mittendo ſpiritũ ſanctum, ille quem ipſi crucifixerant manibus ſuis,cogitantes quam contemptibilis eſſet cum ab eis occideretur, quã altus & excelſus apud deum factus eſſet, qui ſpiritusãcto idiotas impleret, & linguas infantiũ faceret diſertas, compuncti corde, dixerunt,
Acto.2. Quid faciemus? Iſtę erant nimiæ tribulationes quæ illos inuenerant. Non enim ipſi inuenerunt peccata ſua, ſed inuenta in eis sũt commemoratione Apoſtolorum, Ideo inue
B nerunt illos tribulationes. Nam quando ſine alicuius admonitione ipſe homo conſyderat factum ſuum, & rogat deum, quid dicit? Tribulationem & dolorem inueni, &
Pſal.14. nomen domini inuocaui. Alia eſt ergo tribulatio,quam tu inuenis, alia quæ te inuenit. In vtraq; tñ ſiue quæ te inuenit, ſiue quam tu inuenis: ut utranq; depellat ille rogandus eſt qui eſt adiutor in tribulationib. Nam & ille cum inuenit, hoc dixit, Et nomen domini inuocaui. Et hi in tribulationibus,a quibus ſe inuentos eſſe dixerunt,hoc dixerunt, Deus noſter refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus!, quæ inuenerũt nos nimis. Sed quia adiutor factus eſt,unde
Acto.2. factus eſt? Compuncti, inquit, corde dixerunt; quid faciemus? Tanquam magna deſperatione. Ille tantus eſt quem nos occidimus,nos vbi erimus? Et Petrus. Agite pœnitentiam,& baptizetur vnuſquiſque veſtrũ in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & dimittuntur vobis peccata veſtra. Nihil enim hoc peccato grauius cogitare potuerunt. Quid grauius peccatori ægro quam medici interfectio? Quid grauius poteſt æger facere, quam ſi medicum ſuum occidat? Cum hoc dimittitur, quid non dimittitur? Ab illo ergo cui dictum eſt, refugium & virtus, acceperunt magnam ſecu
C ritatem. Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, In illius nomine quem occidiſtis baptizamini, & dimittuntur uobis peccata veſtra. Medite cum vel poſtea cognouiſtis, iam ſecuri bibite ſanguinem quem fudiſtis. Denique accepta tanta ſecuritate, quid dicunt? Propterea non timebimus dum conturbabitur terra.) Paulo ante ſoliciti, ſubito ſecuri, ex tribulationibus nimijs in magna tranquillitate poſiti ſunt. Dormiebat enim illis Chriſtus, ideo turbabantur: excitatus eſt Chriſtus, ſicut modo audiuimus in Euangelio, imperauit ventus & quieuerunt, qñ Chriſtus in cuiuſcunque corde per fidem non eſt, ſignificatum eſt nobis, quia eius cor tãquam nauis in huius ſeculi tempeſtate turbatur. Qui fidem ſuam obliuiſcitur, tãquã Chriſto dormiente turbatur: excitato autẽ Chriſto, fit tranquillitas. Deniq; & ipſe dominus quid ait? Vbi eſt fides ueſtra? Excitatus Chriſtus, excitauit fidem, vt quod in eis factum erat, fieret in cordibus eorũ. Adiutor enim in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, id egit vt eſſet tranquillitas magna. Videte ipſam tranquillitatem. Propterea non timebimus, cum conturbabitur terra.) Et transferẽtur mõtes in cor maris. Tunc non timebimus. Quæramus montes translatos,& ſi inuenire poterimus: manifeſtum eſt quia ipſa eſt ſecuritas noſtra. Dominus quippe dixit diſcipulis, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tollere,& mittere in mare,& fiet. Forte monti huic de ſeipſo dixit, dictus eſt enim mons, Erit in nouiſsimis temporibus manifeſtus mons domini. Sed iſte mons ſic per alios montes collocatus eſt, quia & Apoſtoli montes; portantes montem hunc, Ideo ſequitur, Erit in nouiſsimis temporibus manifeſtus mons domini, præparatus in cacumine montium. Tranſcendit ergo cacumina montium omnium, & in cacumine omnium montium collocatus eſt, quoniam montes ſunt annunciantes montem. Mare autem ſignificat hoc ſeculum, in cuius maris comparatione tanquam terra uidebatur gens Iudæorum. Nõ enim idololatriæ amaritudine tegebatur, ſed erat tanquam arida, amaritudine gentium, tanquam mari circundata. Futurum erat vt turbaretur terra, id eſt. illa ipſa gens Iudæa, & transferrentur montes in cor maris, id eſt, primo ipſe mons magnus paratus in cacumine montium. Deſeruit enim gentem Iudæam, & factus eſt in gentibus,

translatus eſt de terra ad mare. Transferen
Mat.17 tibus quibus? Apoſtolus quibus dixerat, Si habueritis fidem in uobis tanquam granũ ſinapis, dicetis monti huic tollere & mittere in mare & fiet, id eſt, per fideliſsimã ueſtram prædicationem fiet, ut mons iſte, hoc eſt, ego ipſe prædicer in gentibus, agnoſcar
Pſal.17. in gentibus, & fiat quod de me prædictum eſt, Populus quem nõ cognoui ſeruiuit mihi. Qũ autem & illi montes translati ſunt? Et hoc indicet nobis ſcriptura dei, Quãdo Apoſtolus prędicabat Iudæis, reſpuerunt
Acto.13 verbũ & ait Apoſtolus Paulus, Ad uos miſ ſi eramus, ſed quia reſpuiſtis uerbum dei, imus ad gentes, Translati ſunt mõtes in cor
Mat.15 maris. Vere.n.gentes crediderunt montib. vt in corde maris eſſent montes illi, non ſicut Iudæi de quibus dictum eſt, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge eſt a me. Hoc enim & de nouo teſtamen
Hier.31. to promittit dominus per Prophetam di-
Hebr. 8. cens, Dabo leges meas in cordibus eorum. Hæ leges, hæc prędicta per Apoſtolus indicta omnium gentium fidei & credulitati, montes dicti ſunt translati in cor maris,
F tunc nos non timebimus. Qui non timebimus? Illi qui cõpuncti ſumus, corde ne fiemus de numero reproborum Iudæorum tanquam ramorum factorum. Crediderũt enim quidam illorum & adheſerunt Apoſtolis prędicantibus. Timeant ergo illi quos deſeruerunt montes, nos a montibus nõ reeſsimus, & quãdo translati ſunt in cor maris, ſecuti ſumus. Quid iam ſequitur ex eo quod translati ſunt montes in cor maris? Attendite & videte veritatem. Hæc.n. quã do dicebãtur, obſcura erant, quia nondũ cõtigerãt, nũc aũt quis iã facta nõ cognoſcat? Liber tibi ſit pagina diuina, vt hæc audias, liber tibi ſit orbis terrarũ, vt hæc uideas. In iſtis codicibus non ea legunt, niſi qui litteras nouerunt, in toto mundo legat & idiota. Quid ergo iactum eſt dum translati sũt montes in cor maris? Sonauerunt & turbatæ ſunt aquæ eius. Quando prædicabatur
Acto.17. Euangelium dixerunt, Quid eſt hoc? Peregrinorum dæmoniorum uidetur iſte annũciator eſſe. Hoc Athenienses. Epheſii autẽ
Acto.19 quo tumultu occidere Apoſtolos voluerũt quando in theatro pro Diana ſua tantum strepitum fecerunt ut clamarent, magna Diana Epheſia? Inter quos fluctus & ſonitus maris non timebant, quia ad refugium illud confugerant. Denique Apoſtolus Pau G
lus volebat intrare in theatrum, & a diſcipulis reuocatus eſt, quia neceſſarium erat adhuc vt in carne maneret, ppter ipſos, ſed philip.1
tamen ſonauerunt & turbatæ ſunt aquæ eius. Conturbati ſunt montes in fortitudine eius.) Cuius? Nunquid nam maris, an pũtius dei, de quo dictum eſt, Refugiũ & uirtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis? Turbati enim ſunt mõtes, id eſt, poteſtates huius ſeculi. Alii enim sũt montes dei, alii ſunt montes ſeculi. Montes ſeculi quibus caput diabolus, montes dei, quibus caput Chriſtus. Sed per iſtos mõtes turbati ſunt montes. Tunc dederunt voces cõtra Chriſtianos, quando turbati ſunt montes ſonantibus fluctibus, & montes ſunt turbati, & factus eſt magnus terræmotus, cum
motu aquæ. Sed cui hæc? Ciuitati illi funda Matt.7.
tę ſuper petram. Sonãt aquæ, turbanĩ montes, annunciato Euangelio. Quid tu ciuitas dei? Audi quid ſequitur. Fulminis impetus lætificat ciuitatem dei.) Conturbantur mõter cum ſæuit mare, non deſerit deus ciuitatem ſuam per impetus fluminis. Qui ſunt iſti impetus fluminis? Inũdatio illa ſpiritus H
ſancti, de qua dominus dicebat, Si quis ſitit, Ioan.7
veniat & bibat, Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Ergo hæc flumina fluebant de uentre Pauli, Petri, Ioannis, aliorum Apoſtolorum, aliorum Euangeliſtarum fidelium. Hæc flumina cum fluant ab vno flumine, multi impetus fluminis lætificant ciuitatem dei. Nam vt noueritis hoc ſpiritu ſancto dictum, in eodem Euangeliſta, Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi eranti hi, qui in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Glorificato Ieſu poſt reſurrectionẽ, Acto.2
glorificato poſt aſcenſionem, die pentecoſtes uenit ſpiritusſanctus, impleuit credentes, locuti ſunt linguis, prædicare Euangelium cœperunt gentibus. Hinc ciuitas dei lætificabatur, dum mare turbaretur ſonitu aquarũ ſuarum, dum mõtes cõturbarentur, quærentes quid agerent, quomodo nouam doctrinam pellerent, quomodo Chriſtianorum genus de terra eradicarent. Contra quem? Contra fluminis impetus lætificantis ciuitatem dei. Hoc etiam oſtendit de quo flumine diceret, quia ſpiritum ſanctum ſignificabat, fluminis impetus lætificans ciuitatem dei. Et quid ſequitur? Sanctificauit I

tabernaculum suum altissimus.)Si ergo se
quitur sanctificationis nomen, manifestum
est fluminis illos impetus de spiritusancto
intelligendos, quo lætificatur & sanctifica-
tur omnis pia anima credens in Christū, vt
fiat ciuis ciuitatis dei. Deus in medio eius
non commouebitur.)Sæuiat mare, contur-
bentur montes, deus in medio eius non cō-
mouebitur. Quid est in medio eius? Tāquā
deus in uno loco stet, & circundent eum q
credunt in eum. Ergo ambitur loco deus, &
lata sunt quæ circúdant, in angusto est qui
circundatur? Absit. Nihil tale cogitetis de
deo, qui nullo capitur loco, cui sedes est con
scientia piorum. Et ita sedes dei est in cordi
bus hominum, vt si homo ceciderit a deo,
deus in se maneat, non quasi cadat, non in-
uenièdo vbi sit. Magis enim te subleuat vt
in illo sis, quam in te incumbat, ut si te sub
duxeris, cadat. Ille si se subduxerit, cades tu:
ut te si subduxeris, non cadit ille. Quid er-
go est deus in medio eius? Hoc significat
quod æquus est omnibus deus, & personas
non accipit. Quō.n.illud qđ in medio est,
paria hēt spatia ad omnes fines, ita deus me
dius esse dicitur, æqualiter omnibus consu-
lens. Deus in medio eius non commouebi-
K tur. Vnde nō commouebitur? Quia in me
dio eius deus. Adiuuabit eam deus uultu
suo.) Ille est adiutor in tribularionibus, q̄
inuenerunt nos nimis. Adiuuabit eam deus
vultu suo. Quid est uultu suo? Demonstra-
tione sua. Quō se demōstrat deus vt vultū
eius uideamus? Iam commemoro, Didici-
stis presentem deum, didicimus per opera.
Quā do ab illo aliquid adiutorii accipimus
ita ut omnino non dubitemus a domino no
bis esse concessum, vultus dei nobiscū est.
Adiuuabit eam deus vultu suo. Conturba-
tæ sunt gentes.) Et quomodo conturbatæ?
Vt quid conturbatæ? Vt deiicerent ciuitatē
dei, in cuius medio eius deus, vt euerterent
tabernaculum sanctificatum, quod adiuuat
deus vultu suo? Non. Sed iam salubriter cō
turbatæ sunt gentes. Quid enim sequitur?
Et inclinata sunt regna.) Inclinata, inquit,
sunt regna, iam non erecta ut superbirent,
sed inclinata ut adorarent. Quando incli-
ta sunt regna? Quando factum est quod p̄
dictum est in alio Psalmo, Adorabunt eum
reges terrę, omnes gentes seruient ei. Quę
res fecit vt inclinarentur regna? Quæ res,
Audi, Dedit vocem suam altissimus, &
mota est terra.) Arrepticii idolorum tan-
quam ranæ de paludibus personabant, tan-
to tumultuosius, quanto sordidius ex delī-
ctorum cœno. Et quid strepitus ranarum
ad tonitrua nubium? Inde enim dedit vocē
suam altissimus, & mota est terra. Tonuit
de nubibus suis. Quæ sunt nubes eius? Apo
stoli eius, prædicatores eius, de quibus into
nabat præceptis, coruscabat miraculis. Ips
nubes qui & montes. Montes propter alti
tudinem & firmitatē, nubes propter pluuiā
& vbertatem. Irrigauerunt enim terrā nu
bes istæ, de quibus dictum est. Dedit vocem
suam altissimus & mota est terra, De his e
nim nubibus minatur cuidam uineæ steri-
li, unde translati sunt montes in cor maris.
Mandabo, inquit, nubibus meis ne pluant
super eam imbrem. Hoc impletum est in eo
quod commemorauimus, quando translati
sunt montes in cor maris, quando dictum
est, Ad vos missi eramus, sed quia respuistis
verbum dei, ibimus ad gentes, Impletū est,
Mandabo nubibus meis, ne pluant super eā
imbrem. Deniq; ipsa gens Iudæa modo sic
remansit tanquam vellus siccum in area.
Nam & hoc nostis contigisse in quodā mi-
raculo. Area sicca erat, uellus solum made-
bae, sed pluuia in vellere non apparebat.
Sic & sacramentum noui testamenti non
apparebat in gente Iudæorum, eo quod illic
vellus erat, ibi velatum erat sacramentum
in vellere, In area uero id est, in omnibus
gentibus, vbi patet euangelium Christi,
pluuia manifesta est, nuda est area Chri-
sti, non enim tegitur velamento. Vt autem
exiret inde pluuia, expressum est uellus. Pa
pressuram enim a se excluserunt Christū,
& dominus iam de nubibus suis complu
dit uocem suam altissimus de istis nubi-
bus, per quam vocem regna inclinarentur
& adorarent. Dominus uirtutum nobis
cum, susceptor noster deus Iacob.) Non
quicunque homo, non potestas quælibet,
non denique angelus, non aliqua creatura
siue terrena, siue cœlestis, sed dominus
virtutum nobiscum, susceptor noster de-
us Iacob. Qui misit angelos, venit per
angelos, venit vt ei seruirent angeli, venit
vt homines faceret æquales angelis. Ma-
gna gratia. Si deus pro nobis, quis con-
tra nos? Dominus virtutum nobiscum.
Virtutum quis? Dominus virtutum nobis-
cum. Si deus pro nobis, inquam, quis con-
tra nos? Qui proprio filio non pepercit,
sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo-
modo non & cum illo omnia nobis dona-
uit? Fratres ergo securi simus, in tranquilli-
tate cordis nutriamus bonam conscientiam
de pane domini. Dñs virtutum nobiscum,
susceptor noster deus Iacob. Quantacunq;
sit infirmitas tua, vide quis te suscipiat. Ae-
grotat nescio quis, adhibetur medicus, susce
ptum suum dicit medicus ægrotum. Quis
eum suscepit? Ille. Magna spes salutis, ma-
gnus medicus eū suscepit. Quis medicus?
Omnis medicus præter illum homo est.
Omnis medicus qui venit ad infirmū, alīū
de infirmari potest, præter illum. Susceptor
noster deus Iacob. Fac te infantem paruu-
lum omnino, quales à parentibus suscipiū-
tur. Qui.n.non suscipiuntur, exponuntur:
qui suscipiuntur, nutriuntur. Putasne sic te
suscipit deus, qūo infantem te susceptum
ter tua? Non sic, sed in æternū. Tua.n.vox
est in isto Psalmo, Qm pater meus & ma-
ter mea dereliquerunt me, dñs autem assum
psit me. Susceptor noster deus Iacob. Veni-
te & videte opera domini.) Vide de hac su
sceptione quid fecit dominus? Animaduer-
te orbem terrarum, veni & vide. Si.n.non
uenis, uon vides: si non vides, non credis, si
non credis, longe stas. Si credis, venis: si cre
dis, vides. Quomodo enim venitur ad mon
tem istum? Nunquid pedibus? nunquid na-
uibus? nunquid pennis? nūquid equis? Quā
tum attinet ad locorum spatia, ne fatagas, ne
conturbaris, ipse ad te venit. Etenim ex la-
pide paruo creauit, & factus est mons ma-
gnus, ita vt impleret vniuersam faciem ter
ræ. Quid vis ergo ad eum per terras ve-
nire, qui terras impleuit? Ecce iam venit,
euigila credendo, euigilantes pulsat: si tamen
non tantus, in eis somnus est, quo etiam
contra montem venientem obdurescant,
sed audiunt, Surge qui dormis, & exurge à
mortuis, & illuminabit te Christus. Multū
enim erat Iudæis videre lapidem. Lapis.n.
ille adhuc paruus erat: merito & paruum
contemserunt, contemnendo offenderunt,
& offendendo quassati sunt, restat ut & con
terantur. Hoc enim de lapide illo dictum
est, Qui offenderit in lapidem illum, con-
quassabit eum, super quē venerit conteret
eum. Aliud est conquassari, aliud conteri.
Conquassari minus est quàm conteri. Sed
neminem conterit excelsus veniens, nisi
quem conquassauerit humilis iacens. Mo-
do autem antequam veniat dominus noster

humiliter iacuit Iudæis, & offenderunt in
illum & conquassati sunt: veniet postea in C
iudicio suo clarus atq; altus, magnus & po-
tens, & non infirmus vt iudicetur, sed fortis
vt iudicet, & conterat eos qui conquassati
sunt in eum offendendo. Lapis.n.offensio-
nis & petra scandali non credentibus ipse
est. Ergo charissimi nō est mirum si Iudæi
non agnouerunt quem tanquam paruulum
lapidem ante pedes suos iacentem contem-
serunt: illi mirandi sunt qui adhuc tam ma
gnum montem nolunt agnoscere. Iudæi in
lapidem paruum nō videndo offenderunt,
hæretici in montem offendunt. Iam enim
creuit ille lapis, iam dicimus illis, Ecce im-
pleta est prophetia Danielis, Lapis ille qui
erat paruus, factus est mons magnus, & im Dani.2.
pleuit vniuersam terram. Quare in illum
offenditis, & non in illum ascenditis? Quis
tam cæcus est vt offendat in montem? Qua
si ideo ad te venerit, vt habeas in quem of-
fendas, & non habeas in quem ascendas?
Venite ascendamus ad montem domini.
Esaias hoc dicit, Venite ascendamus. Quid
est, venite ascendamus? Venire & credite. Esaiæ.2
Ascendamus, hoc est proficiamus. Isti autē
nec venire volunt, nec ascendere, nec crede-
re, nec proficere. Latrant contra montem,
iam in illum toties offendēdo quassati sunt,
& nolunt ascendere, semper eligentes offen
dere. Dicamus illis, Venite & videte opera D
domini, Quæ posuit prodigia super terrā.)
Prodigia dicuntur quod aliquid portēdant,
signa illorum miraculorum quæ facta sunt
qñ mundus credidit. Et quid inde factum
est, & quid portendebant? Auferens bella
vsq; ad fines terræ.) Hoc nondum vide-
mus completum esse. Sunt adhuc bella, sunt
inter gentes pro regno, inter sectas, inter
Iudæos, inter paganos, inter Christianos,
inter hæreticos. Sunt bella, erubescunt bel-
la, alijs pro veritate, alijs pro falsitate cer-
tantibus, Nondum ergo completum est,
Auferens bella vsque ad finem terræ, sed
fortasse complebitur. An & modo comple-
tum est? In quibusdam completum est, in
tritico completum est, & in zizanijs non-
dum cōpletum est. Quid ergo hoc est? Au-
ferens bella vsque ad fines terræ? Bella di- Matt.3.
cit quibus bellatur aduersus deū. Quis.n.
bellat aduersus deum? Impietas. Et quid po
test facere deo impietas. Nihil. Quid facit
fictile vas elisum ad petram, quanuis ve-
hementer elidatur? Tanto maiore malo

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuo venit, quanto maiore impetu venerit. Hæc bella magna erant, crebra erant, contra deum impietas dimicabat, & vasa fictilia conterebantur, præsumentes de se homi
E nes & de virtute sua multum prævalendo. Cuius rei scutum etiam Iob dixit de quo-
Iob.1. dam impio, Cucurrit aduersus deū in crassa ceruice scuti sui. Quid est in crassa ceruice scuti sui? Nimium præsumendo de protectione sua. Nunquid nam isti tales erant qui dicebant, deus nr refugiū & virtus, adiutor in tribulationibus q̄ inuenerunt nos
Psal.45. nimis? Aut in alio Psalmo. Non.n. in arcu meo sperabo, & brachium meū nō saluabit me? Q̄ si quisq; cognoscit, quia in scipso nihil est, & adiutorium de se nullum habet, arma in illo confracta sunt, bella sedata sunt. Talia ergo bella deleuit vox illa altissimi de nubibus sanctis, qua terra commota est, & inclinata sunt regna, abstulit hæc bella vsq; ad fines terræ. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni.) Arcus, arma, scuta, ignis. Arcus, est insidiæ. Arma, publica oppugnatio. Scuta, vana præsumptio suæ protectionis. Ignis, quo ista cō
Luc.12. buruntur, est, de quo dominus ait, Ignem veni mittere in terram: De quo igne dicit
Psal.18. Psalmus, Et non est qui se abscondat à calore eius. Feruente igne isto, nulla in nobis impietatis arma remanebunt, necesse est vt
F omnia confringantur, conterātur, comburantur, re maneas inermis, non habens vllū adiutorium tuū: & quanto magis infirmus es, nulla tua arma habens, tanto magis te suscipit, de quo dictum est, Susceptor noster deus Iacob. Valebas enim quasi per te, con-
Psal.45. turbaris in te. Perdè arma quibus præsumebas, audi dominum dicentem, Sufficit tibi
2.Co.12. gratia mea. Dic & tu, quando infirmor, tūc potens sum. Apostoli vox est. Omnia arma sua perdiderat tanquam fortitudinis suæ, qui dicebat, Ego autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis: velut si diceret, Nō curro aduersus deum in crassa ceruice scu-
Ibidem. ti mei, qui prius fui blasphemus & perse-
Iob.15. cutor & iniuriosus, sed ideo misericordiam
1.Tim.1. consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem in eos qui credituri sunt illi in vitam æternam. Auferens bella vsque ad fines terræ. Quando autem nos dominus suscipit, nunquid inermes dimittit? Armat nos, sed alijs armis euangelicis, ueritatis, continentiæ, salutis, spei, fidei, charitatis. Hæc arma habebimus, sed non à nobis. Arma autem quæ à no-
bis habuimus arserūt: si tū igne illo spiritus sancti accensi sumus, de quo dicitur, Et scuta comburet igni. Quid postea in te esse cu-
piebas? Infirmum te fecit deus, vt fortem te faceret de se, quia infirmabaris de te. Quid ergo sequitur? Vacate.) Ad quam rem? Et videte quoniam ego sum deus.) Hoc est, non vos, sed ego sum deus: ego creaui: ego recreo: ego reformaui, ego reformo: ego fecio, ego reficio. Si non potuisti facere te, quomodo potes reficere te? Hoc non videt tumultus contentiosus animi humani, cui tumulti contentioso dicitur, vacate, id est, repremite animos vestros a contradictionibus. Nolite argumentari & tanquam armari cō-
tra deum, alioquin viuunt arma nondum illo igne combusta. Si autem cōbusta sunt, vacate, quia non habetis vnde pugnetis. Si autem vacaueritis in nobis, & a me peti-
ritis omnia, qui primo de vobis præsumbatis, vacate & videbitis quoniam ego sum deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.) Pauloante dixeram, terræ nomine significari gentem Iudęorum, maris autem cęteras gentes. Transflati sunt montes in corde maris, conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam altissimus, & mota est terra. Dominus virtutum nobiscū, susceptor noster deus Iacob. Facta miracula in gentibus, impletur fides gentium, ardent arma præsumptionis humanæ. Vacatur in tranquillitate cordis, vt cognoscatur author deus omnium mirarum suorum. Et post istam clarificationem, nunquid deserit & plebem Iudæorum, de qua dicit Apostolus, Dico enim vobis, vt non sitis vobis sapientes, quia cæcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret? Id est, donec montes hic transferentur, nubes hic plueret, hic dominus tonitruo suo regna inclinaret, donec plenitudo gentium intraret? Et q̄d postea? Et sic omnis Israel saluus fieret. Ideo & hic ipsum ordinem seruans, exaltabor, inquit, in gentibus, & exaltabor in terra, id est, & in mari & in terra. Vtinam omnes diligant quod sequitur, Dominus virtutum nobiscum susceptor noster deus Iacob.

In Psalmum quadragesimumsextum.
Enarratio. Præfatio.

DOminus deus noster fidem in qua viuimus & ex qua viuimus, per libros sanctos, scripturas sanctas multipliciter nobis varieque diffudit, sacramenta quidem verborum varians, fidem tamen vnam commendans. Vna enim
I eademq; res ideo multis modis dicitur, vt modus ipse dicendi propter fastidium varietur, sed propter concordiam vna fides teneatur. Itaque in hoc Psalmo quem cantatum audiuimus, cui cantando respōdimus, ea sumus dicturi quæ nostis: & tamē fortassis aliquam adiuuante & donante domino suauitatem allaturi sumus vobis, quando
Deu.11. ea quæ alibi & alibi noueratis, etiam cōmoniti ruminatis. Nā & ipsa ruminatione in qua significat deus mūda animalia, hoc voluit insinuare: quia omnis homo quod audit sic debet in cor mittere, vt non piger sit postea inde cogitare: vt quando audit sit similis manducanti, cum audita in memoriā reuocat, & cogitatione dulcissima recolit, fiat similis ruminanti. Tali ergo modo eadem dicuntur, & faciunt nos dulciter cogitare quæ nouimus, & eadem ipsa libenter audire, qua modus dicendi variatur, & res antiqua ipso modo dicendi renouatur. Titulus Psalmi sic se habet:

In finem pro filijs Chore, Psalmus ipsi Dauid.

FIlios istos Chore habent tituli Psalmorum etiam alij nonnulli, & indicant dulce mysterium, insinuant magnum sacramentum: vbi
K ligamus, & agnoscamus in titulo nos qui audimus & legimus, tanquam speculo proposito qui sumus intuemur. Filij Chore q̄ sunt? Fuit homo quidam Chore nomine, sic enim vocabatur aliquis homo. Verumtamen cum leguntur quæ scripta sunt, & intuenitur sermo diuinus loqui ad quosdam qui non valde intelliguntur filij esse eius vnius hominis qui vocabatur Chore, recurrit animus ad mysteriū, ut quærat q̄d significet Chore. Quia enim uerbum Hebræū, dicitur utiq; & interpretatū in Græcā linguā & in Latinā linguā, & factū est. Iam multa nomina Hebræa & interpretata sūt nobis, & inspicimus, & inuenimus Chore interpretari caluum. Multo magis attenditis. Obscurum erat cum dicerentur filij Chore, nonne obscurius est cum dicuntur filij calui? Qui sunt isti filij calui? An forte filij sponsi? Quia sponsus in loco Gal
Mat.27. uariæ crucifixus est. Recolite Euangelium vbi dominum crucifixerunt, & inuenietis eum in loco Caluariæ crucifixum. roinde qui crucem eius irrident, à dæmonibus tanquam à bestijs deuorantur. Nam significauit & hoc quædam scriptura, cum ascēderet Propheta dei Helisæus, clamabant post eum pueri irridentes, Ascende calue,
4.Re.2. ascende calue, Ille autem non tam crudeliter quàm mystice fecit illos pueros abursis exeuntibus deuorari. Ii non deuorarentur illi pueri, nunquid vsq; adhuc viuerēt? L
Aut non possent mortales nati etiam febre intercipi? Mysterium in eis tamē non ostēderetur, vbi posteri terrerētur. Nemo ergo irrideat crucem domini, Iudæi sunt posfessi à dæmonibus & deuorati. Nā in Cal
Mat.27. uariæ loco crucifigentes Christum, & leuantes in cruce, tanquam ipsi dicebant sen su puerili, non intelligētes quid loquerentur, ascende calue. Quid est enim ascende? Crucifige crucifige. Proponitur enim puritia ad imitandum humilitatem, & item proponitur pueritia ad cauendam fatuitatem. Proposita pueritia ad imitandam humilitatem, à domino est, quando vocauit
Mat.19. ad se pueros. Et cum prohiberentur ab illo, dixit, Sinite eos venire ad me: talium est enim regnum cœlorum. Propositum exēplum pueritiæ ad cauendam fatuitatem ab Apostolo est, Fratres nolite pueri esse sensi
1.Co.14 bus. Et rursum proponit ad imitandum, Sed malitia infantibus estote, vt mentibus perfecti sitis. Pro filijs Chore Psalmus canitur. Ergo pro Christianis cantatus est. Audiamus eum tanquam filij sponsi illius, quem pueri insensati in Caluariæ loco cru M
Mat.27. cifixerunt. Illi enim meruerunt à bestijs deuorari, nos ab angelis coronari. Agnosci
4.Re.2. mus humilitatem domini nostri, & non de illa erubescimus. Non erubescimus de illo appellato mystice caluo propter Caluariæ locum. Ipsa enim cruce in qua illi insultatum est, nō permisit caluam esse frontem nostram, quia eam suo ligno signauit. Deniq; vt noueritis, quia nobis dicūt hæc, hic videte quid & cui dicitur.

Enarratio.

O Omnes gentes plaudite manibus.) Nunquid populus Iudæorum omnes gentes erant? Sed cæcitas ex parte Israel facta est, vt pueri insensati clamarent, Calue calue, atq; ita dñs crucifigeret in Caluariæ loco, vt sanguine fuso gentes redimeret, & impleretur quod ait Apostolus, Cæcitas ex parte Israel facta est, vt plenitudo gentiũ intraret. Insultent ergo vani & hebetes & insensati, & dicãt, Calue calue: Vos aũt sanguine illius redẽpti, qui fu-
Mat.27. sus est in Caluariæ loco, oẽs gentes plaudi-
Ro. 11. te manibus, peruenisse ad vos gratiam dei. Plaudite manibus. Quid ẽ plaudite? Gaudete. Sed quare manibus? Quia bonis opc-
A ribus. Ne gaudeatis ore & cessetis manib. Si gaudetis, plaudite manibus. Manus gentiũ videat, qui gaudia donare dignatus est. Quid est manus gentiũ? Facta bene operãtium. Omnes gentes plaudite manibus. Iubilate deo in voce exultationis.) Et voce & manibus. Si tm voce, non bene, quia pigræ sunt manus, Si tm manibus, nec hoc bene, quia muta est lingua. Concordent manus & lingua: illa confiteatur, illæ operentur. Iubilate deo in voce exultatiõis. Qm dñs excelsus terribilis.) Excelsus ille, qui quasi irrisibilis, descendendo, ascendendo in cœlũ factus est terribilis. Rex magnus super oẽm terrã.) Non tm super Iudæos, nã & super illos rex. Inde.n. & apostoli ere-
Acto.4. diderunt, inde & multa milia hominũ res suas vendiderunt, & precia ad pedes apostolorum posuerunt, & impletũ est in illis, qđ erat in titulo crucis conscriptũ, rex Iu-
Mat.27. dæorũ: Rex est.n. & Iudæorũ. Sed parũ est Iudæorum, Oẽs gentes plaudite manibus, qm rex omnis terræ deus. Nõ.n. illi sufficit vnã gentẽ habere sub se, iõ tm preciũ ex latere dedit vt emeret orbem terrarum. Subiecit plebes nobis, & gẽtes sub pedibus
B nris.) Quas subiecit & quibus? Qui sunt qui loquuntur? Forte Iudæi, Planè si Apostoli, planè si sancti. His.n. deus subiecit plebes & gentes, vt hodie honorẽtur in gẽtibus, qui à suis ciuibus occidi meruerunt: quomodo dominus eorum occisus est à ciuibus, & honoratur à gentibus, crucifixus à suis, adoratur ab alienis, sed præcio sanguinis sui. Ideo enim emit nos, vt alieni ab eo non essemus. Putate ergo voces esse apostolorum, Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris. Nescio. Mirum si apostoli tam superbe loquerentur, vt gauderent gentes esse positas sub pedibus suis, id est, Christianos sub pedibus apostolorum. Etenim gaudent nos secum esse sub pedibus illius qui mortuus est pro nobis. Nam sub pedibus Pauli currebant qui volebant esse Pauli & dicebat eis, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Quid ergo hic? Quid accepturi sumus? Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris. Omnes pertinentes ad hæreditatem Christi, in omnibus gentibus sunt, & omnes nõ pertinentes ad hæreditatẽ Christi, in omnibus gentibus sunt: videtis sic exaltari in nomine Christi Ecclesiam Christi, vt omnes nondum credentes in Christo, sub pedibus iaceant Christianorum. Quantũ.n. modo corrunt ad Ecclesiam nondum Christiani, rogant auxilium Ecclesiæ, subueniri sibi temporaliter volunt, etiam si in æternum nobiscum regnare adhuc nolunt. Cum omnes quærunt auxilium Ecclesiæ, & qui nondum sunt in Ecclesia, nõne subiecit plebes & gentes sub pedibus nostris? Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quam dilexit.) Pulcritudinem quam dam Iacob elegit nobis hæreditatem suam Iacob, Duo frẽs erãt Esau & Iacob, in vtero matris ambo confligebant, & de conflictu viscera materna quatiebantur, & ibi cũ duo essent, electus est minor, & præpositus est maiori, & dictum est, Duo populi sunt in vtero tuo, & maior seruiet minori. Per omnes gentes minor. Sed minor in bonis Christianis, electis, pijs, fidelibus: maior in superbis, in indignis, peccatoribus, contumacibus, sua peccata defendentibus magis quàm confitentibus: qualis etiam ipse populus Iudæorum fuit, ignorãs dei iustitiã, & suam volens constituere. Sed quia dictũ est, Maior seruiet minori: manifestum est, quia pijs subdentur impij, & humilibus subdentur superbi. Prior natus est Esau, & posterior natus est Iacob: sed qui posterior natus est, prælatus est primo nato, & per gulam perdidit primogenita sua. Sic habes scriptum, Desyderauit lenticulam, & dedit illi frater eius, Si vis vt dem tibi, da mihi primogenita tua. Ille plus amauit quod corporaliter concupierat, quàm quod spiritaliter prius nascendo meruerat, & deposuit primogenita sua, vt manducaret lenticulam. Lenticulam aũt inuenimus in

Lenticu la. bum esse Aegyptiorum, Nã ibi abundat in Aegypto, vnde magnificatur lenticula Alexandrina, & venit vsque ad terras nostras, quasi hic non nascaẽ lenticula. Ergo desyderando cibũ Aegyptiũ, perdidit primatũ. Sic & populus Iudæorũ, de quo dictum est, cõuersi sunt corde in Aegyptũ, lenticulã quodammodo desyderauerunt, & primatũ perdiderunt. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quã dilexit. Ascendit deus in iubilatione.) Ipse ille dñs noster Iesus Christus ascendit in iubilatione. Dñs in voce tubæ.) Ascendit. Quo, nisi quo scimus? Quo eum Iudæi non sunt secuti, nec oculis. In cruce.n exaltatum irriserunt, in cœ-
Mat.27. lum ascendentem non viderunt. Ascendit deus in iubilatione. Quid est Iubilatio, nisi admiratio gaudij, quæ verbis non potest explicari? Quomodo admirati sunt gaudẽ-
E tes discipuli, videntes ire in cœlum, quem
Acto.1. planxerunt mortuum? Reuera quia gaudio huic verba non sufficiebant, restabat iubilare quod nemo potuit explicare. Ibi erat & vox tubæ, vox illa angelorum. Dictũ est.n.
Isai.58. sicut tuba exalta vocem tuam. Prædicauerunt angeli ascensionem domini, viderunt discipuli ascendentem dominum, orãtes, admirantes, stupentes, nihil dicentes, sed corde iubilantes. Et vox iam tubæ in clara voce angelorum, Viri Galilæi, inquit, quid hic
Act.1. statis? Hic est Iesus. Quasi illi non scirent quia ipse esset Iesus. Ante se paulo ante eũ non viderant, secum loquentem non audierant? Nempe non solum speciem viderunt præsentis, sed & membra contrectauerunt. Ipsi ergo nesciebant quod ipse esset Iesus?
Luc.24. sed admiratione ipsa præ gaudio iubilationis, tanquam mente alienatis, loquuntur angeli, ipse est Iesus, Quasi dicerent, Si credidisses illi quo crucifixo nutauerunt vobis pedes, quo occiso & sepulto, spem vobis perdidisse putabatis, ecce ipse est Iesus. Ascendit
Acto.1. ante vos, sic veniet quemadmodum eum videtis euntem in cœlum. Tollitur quidem
F corpus ab oculis vestris, sed non separatur deus à codibus vestris. Videte ascendẽtem, credite in absentem, sperate venientem, sed tamen per misericordiam occultam etiam sentite præsentem. Ille.n. qui ascẽdit in cœ-
Mat.28. lum vt tolleretur ab oculis vestris, promisit vobis dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi. Merito &
Phili.4. Apostolus sic nos alloquebatur, Dominus in proximo est, nihil soliciti fueritis, Sedet super cœlos Christus, & longe sunt cœli, & ipse qui ibi sedet, prope est. Dominus in voce tubæ. Ergo vos filij Chore, iam si intellexistis vos, & inspicitis hic vos, gaudetis, quia videtis hic vos. Psallite deo nostro, psallite.) Quem tanquam hominem irriserunt, qui à deo alienati sunt, psallite deo nostro. Non enim homo tantum, sed & deus. Homo ex semine Dauid, deus dominus Dauid, ex Iudæis carnem habens, quorum patres, ait Apostolus, & ex quibus Christus
Rom.1. secundum carnem. Ex Iudæis ergo Christus, sed secundum carnem. Quis autem iste Christus qui est ex Iudæis secundum carnem? Quis est super omnia deus benedictus in secula. Deus ante carnem, deus in carne, deus cum carne. Nec solum ante carnem deus, sed ante terram deus, vnde facta est caro, nec tantum ante terram deus vn-G de caro facta est, sed etiam ante cœlum deus, quod prius factum est. Ante diem deus qui primus factus est, ante omnes angelos deus, in se Christus deus, quoniam
Ioan.1. in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, Omnia per ipsum facta sunt, sine ipso factum est nihil. Ille est ante omnia, per quem facta sunt omnia. Psallite ergo deo nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ deus.) Quid enim? Et ante non omnis terræ deus? Non ne & cœli & terræ deus, cum vtique per illum facta sunt omnia? Quis posset dicere non esse deum suum? Sed non omnes homines agnouerunt deum suum, & vbi agno-
Psal.75. scebatur, quasi ibi tantum deus erat. Notus in Iudæa deus, nondum filijs Chore dicebatur, omnes gentes plaudite manibus. Ille enim deus notus in Iudæa, rex omnis terræ, deus est. Iam lab omnibus agnoscitur, quia impletum est quod dicit Esaias, Ipse
Esai. 54 deus tuus qui eruit te, vniuersæ terræ deus vocabitur. Quoniã rex omnis terræ deus. Psallite intelligenter.) Docet nos & admonet nos vt psallamus intelligenter, non quæramus sonum auris, sed lumen cordis. Psallite, inquit, intelligenter. Gentes vnde vocatæ estis, vt Christiani essetis? Adora-H bant deos manu factos, & psallebant illis, sed non intelligenter. Si intelligenter cantarent, lapides non adorarent. Quando homo sensatus cantabat lapidi insensato, nunquid intelligenter cantabat? Modo autem fratres non videmus oculis quẽ adoramus, & tamen correcti adoramus, Multo magis

nobis

nobis deus commendatur potentior, quia eum oculis non videmus. Si cum oculis videremus, forte contemneremus. Nam & Christū Iudæi visum contempserunt, non
psal. 31. visum gentes adorauerunt. Illis.n.dictum est, psallite intelligenter, nolite esse sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. Regnabit dominus super oēs gentes.) Qui regnabat super vnam gentē, regnabit, inqt, super omnes gentes. Qñ dicebantur ista, super vnam gentem regnabat deus, prophetia erat, nondum res demonstrabatur. Deo gratias, iam videmus impleri quod ante prophetabatur. Chirographum deus ante tempus scripsit nobis, impleto tempore reddidit nobis. Regnabit deus super omnes gentes, promissio est. Deus sedet super sedem sanctam suam.) Quod tunc promittebatur futurum, nunc impletum agnoscitur & tenetur. Deus sedet super sedem sanctam suam.
Acto. 1. Quæ sedes eius sancta? Forsitan cœli, & benе intelligitur. Ascendit.n.Christus sicut
2. Ti. 4. nouimus cū corpore in quo crucifixus est, & sedet ad dexteram patris, inde eum venturum expectamus ad iudicandos viuos & mortuos. Sedet super sedem sanctam suam. Cœli sunt sedes sancta eius. Vis & tu esse sedes eius? Noli putare te esse non posse. Para illi locum in corde tuo, venit & libenter
1. Co. 1. sedet. Ipse certe est dei virtus & dei sapien
tia. Et quid dicit scriptura de ipsa sapiētia?
Sapiē. 7. Anima iusti, sedes sapientiæ. Si ergo anima iusti sedes est sapientiæ, sit anima tua iusta, & eris regalis sella sapientiæ. Et reuera fratres, omnes homines qui bene viuunt, qui bene agunt, secundum charitatem piam cōuersantur, nonne deus in illis sedet, & ipse iubet? Obtemperat anima sedenti in se deo, & ipsa iubet membris. Anima.n tua iubet membro tuo, quo moueatur pes, quo manus, quo oculus, quo auris, & iubet ipsa mē bris tanquam famulis suis, sed & ipsa seruit interius insidenti sibi domino suo. Non potest inferiori se bene imperare, nisi superiori se non fuerit dedignata seruire. Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum conuenerunt cum deo Abra-
K ham.) Deus Abrahā & deus Isaac & deus Iacob. Verum est, dixit hoc deus, & superbierunt inde Iudæi, Nos filij Abrahæ su-
Ioan. 8. mus. Superbientes de nomine paterno, gerentes eius carnem, non tenentes eius fidē, semini adhærentes, moribus degenerantes. Deniq; dominus quid ait eis ita superbientibus, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ fa-
cite? Item quid dixit illis Ioannes venientibus & contremiscentibus quibusdam ipsorum, qui se pœnitendo corrigere noluerunt? Progenies viperarum. Erant.n.iniqui, erant perditi, erant peccatores, erāt impij. Venerunt ad baptismum Ioannis. Et quid eis dicit? Progenies viperarum. Illi se dicebant filios Abrahæ, & ipse illos dicebat filios viperarum. Nunquid Abraham viperata erat? Sed quia male viuēdo dæmones imitati erāt, & eorum filij facti erant, quos imitando male viuebant, Progenies, inquit, viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira uentura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & nolite dicere apud vosmetipsos, patrem habemus Abraham, & quasi superbire de genere Abrahæ. Potens est.n.deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Non enim remansurus est Abraham sine filijs, si vos damnauerit deus, Potens est.n. & damnare quos odit, & illi reddere quod promisit. Et vnde illi redditurus est filios, si damnaret Hebræos de carne eius progenitos? De lapidibus istis, Ostendebat illis lapides in eremo. Qui erant lapides quarētes, quæ lapides adorabant? Lapides quarē Adorando lapides, dicti erant lapides, quia psalmus prædixerat, Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tamen de ipsis lapidibus reddidit filios Abrahæ. Modo omnes qui lapides adorabant, conuersi ad dominum, filij Abrahæ facti sumus, non ducendo ab illo carnem, sed imitando fidem. Principes ergo populorum conuenerunt cum deo Abraham. Principes populorum, gentiū principes, nō vnius populi principes, sed principes populorum omnium conuenerunt cum deo Abraham. Ex ipsis principibus erat & iste Centurio, de quo modo euangelium cum legeretur audistis. Erat.n.Centurio habens honorem & potestatem inter homines, princeps erat de principibus populorum. Venienti ad se Christo obuiam misit amicos suos, imo vero tranſituro Christo misit amicos, & rogauit vt curaret puerum eius qui periculose infirmabatur. Et cū vellet ipse dñs venire, hoc ei mandauit, Nō sum dignus vt sub meum intres, sed tm̄ dic verbo, & sanabitur puer meus. Nā & ego hō sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Videte quemadmodum tenuit ordinem. Prius commemorauit quòd sub alio esset, & postea q̄ alij sub illo essent. Sub potestate sum, & in potestate sum: Et sub aliquo sum, & super aliquos sum: Et dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Tanquam diceret, Si ego sub potestate constitutus iubeo illis qui sub me sunt, tu qui sub nullius ptāte positus es, nō potes iubere creaturæ tuæ, qū omnia per te facta sunt, & sine te factum est nihil? Dic ergo verbo, inquit, & sanabit puer
Ioan. 1. meus. Nam vt in domum meam intres, nō
Matt. 8. sum dignus. Trepidauit Christum mittere intra parietes suos, & iam intus erat in corde eius. Iam erat anima eius sedes illius, iā ibi sedebat ille qui humiles requirebat. Cō uersus deniq; Christus, miratus est, & ait sequentibus se, Amen dico vobis, non inueni tantā fidem in Israel. Et sicut alius euangelista eandem rem narrat, sequitur dñs & dicit, Ideo dico vobis, quia multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Iste.n.Centurio non erat de populo Israel. Nam in populo Israel, superbi repelebant à se deum, in principibus gentiū inuentus est humilis qui ad se inuitaret deū. Admirans Iesus fidem ipsius, reprobat per fidiam Iudæorum. Sani.n.sibi videbantur, & periculosius ægrotabant, qū medicū non cognoscentes occidebant. Cum ergo reprobaret & repudiaret illorum superbiam, q̄d
Matt. 8. ait? Ideo vobis dico, quia multi ab Oriente & Occidente venient, non pertinētes ad cognationem Israel. Venient multi quibus dixit, Omnes gentes plaudite manibus, & recumbent cum Abraham in regno cœlorū. Non illos genuit carne sua Abraham, & venientes recūbēt cum illo in regno cœlorū, & filij ipsius erunt. Quare filij ipsius? Non nati de carne, sed sequendo fidem ipsius. Filij autem regni. i. Iudæi ibunt in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dentium. Damnabū tur in tenebras exteriores, qui nati sunt de carne Abrahæ. Et recumbent cum eo in regno cœlorum qui imitati sunt fidem Abrahæ. Merito ergo & hic
B principes populorum conuenerunt cū deo Abraham. Et quid illi qui pertinebant ad
Psal. 5. deum Abraham? Quoniam dij fortes terræ valde eleuati sunt.) Qui erant dij? Populus ille dei, vitis illa dei, de qua dicitur, Iudicate inter me & inter vineam meam, Ibunt in tenebras exteriores, non recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob, non

conueniunt cum deo Abraham, Quare? Qm̄ dij fortes terræ, Illi qui erant dij fortes terræ, præsumentes de terra, de qua terra? De se ipsis, quia omnis homo terra. Ho- Matt. 8. mini.n.dictū est, Terra es, & in terrā ibis. Gen. 2. Debet autem homo de deo præsumere & inde sperare auxilium, non de se. Nō enim terra pluit sibi aut lucet sibi. Quomodo autem terra de cœlo expectat pluuiam & lucem, sic homo de deo debet expectare misericordiam & veritatem. Illi ergo dij fortes terræ, valde eleuati sunt, id est, valde superbierunt: non sibi medicum necessarium putauerunt, & ideo in sua ægritudine remanserunt, & ipsa ægritudine ad mortem perducti sunt. Præcisi sunt rami naturales, vt Rom. 11. humilis insereretur oleaster. Quoniam dij fortes terræ valde eleuati sunt. Teneamus ergo fratres humilitatem, charitatem, pietatem, quia vocati sumus illis reprobatis, vel illorum exemplo superbire timeamus admoniti. C

In Psalmum quadragesimumseptimum Enarratio. Præfatio.

TItulus Psalmi est, Laus cantici filijs Chore secunda sabbati.) De hoc qđ dominus donare dignabitur, excipite tanquam filij firmamenti. Secunda enim sabbati, id est, post diem primum quem dominicum dicimus, quæ etiam secunda feria dicitur, factum est firmamentum cœli, imo firmamentum cœlum. Cœlum enim vocauit deus firmamentum. Primo autem die Gen. 1. lucem fecerat, & à tenebris diuiserat, & vocauerat lucem, diem: & tenebras, noctem. Sicut autem indicat Psalmi huius contextio, aliquid etiam prælocutus est deus in illo opere suo, quod compleretur in nobis cum gaudio, & secundum huius creaturæ conditionem secula cucurrerunt. Non frustra.n. dominus ait de Moyse, De me enim ille Ioan. 1. scripsit, nisi quia omnia quæ scripta sunt, ēt cum deus conderet creaturam, possunt interpretari ad significationem futurorum: vt intelligas deum fecisse lucem, cum Christus à mortuis resurrexisset. Tunc enim reuera illa lux diuisa est à tenebris, quando immortalitas à mortalitate discreta est. Quid ergo sequitur, nisi vt capiti etiā cor- D pus fieret quod est Ecclesia? Deniq; est etiā Psalmus de prima sabbati, in quo apertissime resurrectio domini declaratur. Ibi.n. dicitur,

psal.23. dicitur, Tollite portas principes vestras,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex gloriæ. Quid euidentius q̃ Christum esse
1.Co.9. regem gloriæ? De quo dictum est,Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Secundam ergo sabbati non debemus intelligere nisi Ecclesiam Christi,sed Ecclesiam Christi in sanctis, Ecclesiam Christi in his qui scripti sunt in cœlo, Ecclesiam Christi in his qui mundi huius tẽtationibus non cedunt. Ipsi enim digni sunt nomine firmamenti. Ergo Ecclesia Christi in his qui firmi sunt,de quibus dicit A-
Rom.15 postolus, Debemus autem nos firmi infirmitates infirmorum sustinere,appellata est firmamentum. De hoc cantatur in psalmo, Audiamus,agnoscamus, sonemus, gloriemur, regnemus. Nanq; eam etiam firmamentum apostolicis literis appellatam au-
1.Ti.3. di & agnosce, Quæ est,inquit,Ecclesia dei
Mat.27 viui, columna & firmamentum veritatis. De hoc firmamento cantatur filijs Chore, quos nostis esse filios spẽ si crucifixi in Calua riæ loco. Chore nanque caluicium inter
E pretatur. Sequitur in hoc psalmo, qui inscribitur secunda sabbati.

Enarratio.

MAgnus dominus & laudabilis valde.) Ecce magnus dominus & laudabilis valde. Sed nunquid infideles
psa.144. laudant dominum? Nunquid etiam qui credunt & male viuunt laudant dominum, p quos fit vt nomen dei blasphemetur in gẽtibus? Nunquid laudant dominum? An ve-
Rom.2. ro si etiam laudent,acceptatur laus eorum,
Eccl.13. cum scriptum sit, Non est speciosa laus in ore peccatoris? Dixisti ergo, Magnus dominus & laudabilis valde:sed dic vbi. In ciuitate dei nostri,in mõte sancto eius. De hoc
psal. 23. alibi dicitur, Quis ascendet in montem do-
Mat.27. mini? Innocens manibus & mundo corde. In his magnus dominus & laudabilis valde:hoc est, in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Hæc est ciuitas in monte posita,quæ absconditi non potest. Hæc est lucerna quæ sub modo non occultatur, omnibus nota,omnibus diffamata Non autem vniuersi ciues eius sunt, sed illi in quibus magnus dominus & laudabilis valde. Quæ est ergo ista ciuitas videamus, ne forte quia
F dictum est, In ciuitate dei nostri in monte sancto eius:debeamus quærere istum montem, vbi etiam exaudiri possimus. Non n. frustra dicitur in alio psalmo, Voce mea ad
dominum clamaui,& exaudiuit me de mon
te sancto suo. Audiuit ergo te mons iste vt exaudireris. Nam si in eum non ascende-
res,infra iacens clamare posses, sed exaudi
ri non posses. Quis est ergo iste mons fratres? Magna cura inquirendus,magna solicitudine inuestigandus, labore etiam occupandus & ascendendus. Sed si in aliqua parte terrarum est,quid faciemus? Peregrinabimur de terra nostra, vt ad illum montẽ peruenire possimus? Imo vero tunc peregrinabimur,si in illo non sumus. Ipsa est.n.ciuitas nostra,si membra regis sumus, qui caput est ciuitatis ipsius. Vbi est ergo iste mons? Si regionem aliquam tenuit, laborandum est,vt dixi,vt ad eum perueniatur. Sed quid satagis? Vtinam non fis piger ascendere in montem,quomodo mons non fuit tardus venire ad dormientem. Fuit enim quidam lapis angularis contemptibilis, in quem Iudæi offenderunt: præcisus est de quodam monte sine manibus, hoc est, de regno Idæorum veniens sine manibus, quia humanum opus non accesit ad Mariam de qua natus est Christus. Sed si lapis iste vbi in eum offenderunt Iudæi ibi remaneret, ru
quo ascenderes non haberes. Quid autẽ fa-
ctum est? Quid dicit prophetia Danielis? Quid nisi qa creuit lapis iste, & factus est mons magnus? Quam magnus? Ita vt impleret vniuersam faciem terræ. Ergo crescendo mons iste & implendo vniuersam faciem terræ,venit ad nos. Quid ergo monstem quasi absentem quærimus, & non in præsentem iam ascendimus, vt sit in nobis magnus dominus & laudabilis valde? Denique ne istum montem non agnoscerres & in hoc psalmo, & in aliqua parte terrarum quærendum existimares: vide quid sequitur, Cum dixisset in ciuitate dei nostri in monte sancto eius: quid addidit?

Dilatans exultationes vniuersæ terræ, montes Sion.) Sion vnus mons est. Quid ergo montes? An quia ad Sion pertinerunt, etiam qui de diuerso venerunt, vt ibi concurrerent in lapidem angularem, & fierent illi duo parietes tanquam duo montes, vnus ex circuncisione, alter ex præputio, vnus ex Iudæis, alter ex gentibus, non iam aduersi & diuersi, quia ex diuerso iam in angulo nec diuersi? Ipse est enim ille quit,pax nostra,qui fecit vtraq; vnum. Ipse

Hille angularis lapis quem reprobauerunt
Psa.117. ædificantes,hic factus est in caput anguli. Duos iunxit in se mons montes, Vna domus & duæ domus. Duæ pp ex diuerso venientes, vna propter lapidem angularem, in quo sibi ambæ copulantur. Audi & hoc, Montes Sion. Latera Aquilonis ciuitas regis magni.) Intenderas enim tu Sion tanquam vnum locum,vbi condita est Hierusalem,& in ea tibi nõ occurrebat nisi popu
Matt. 3. lus ex circuncisione,qui quidẽ ex reliquijs
Rom.9. à Christo collectus est,ex magna autẽ par-
Ro. 11. te tanquam palea ventilatus. Etenim scriptum est,Reliquiæ saluæ fient. Sed attende & gentes,vñ & oleastrũ inseri in pinguedinem oliuæ. Ecce gentes,latera Aquilonis, adiuncta sunt latera Aquilonis ciuitati regis magni. Cõtrarius solet esse Aquilo Siõ.
Esa. 14. Sion quippe in meridie, Aquilo contra me ridiem. Quis est iste Aquilo nisi qui dixit, Ponam sedem meam ad Aquilonẽ, & ero similis altissimo? Tenuerat regnum diabolus impiorum,& possederat gentes seruien
Mat.12. tes simulacris,adorantes dæmonia, & totũ quicquid generis humani erat vbique per mundum, inhærendo illi Aquilo factum I erat. Sed quoniã ille qui alligat fortem,aufert eius vasa & facit vasa sua, liberati homines ab infidelitate & superstitione dæmoniorum, credentes in Christum colliniati sunt illi ciuitati,occurretur in angulo illi parieti de circuncisione venienti, & fa-
Ephe.2. cta est ciuitas regis magni quę fuerat late-
ra Aquilonis. Ideo & in alia scriptura dicitur, Ab Aquilone nubes coloris aurei, in his est magna gloria & honor omnipotentis. Magna enim gloria medici est, quan-
Iob.37. do ex desperatione conualescit ægrotus. Ab Aquilone nubes, & non nigræ nubes, non caliginosæ, non terræ, sed coloris aurei. Vnde, nisi gratia illuminatę per Christum? Ecce latera Aquilonis, ciuitas regis magni, Latera vtiq;,quia inhærerant diabolo. Quicunque enim alicui cohærent,latera ipsius dicuntur. Nam & de aliquibus hominibus solemus ita loqui, Bonus homo est, sed mala latera habet: id est,ipse quidem probitate præstat, sed maligni sunt qui ei coniuncti sunt. Latera ergo Aquilonis qui diabolo cohærebant: inde venit & iste filius de quo modo audiebamus,quia mortuus erat & reuixit,perierat & inuentus est. Proficiendo.n.in regionẽ longinquam, ẽt ad Aquilonẽ peruenerat, & ibi sicut audistis vni ex principibus regionis illius adhæserat. Factus est ergo la- K
tus Aquilonis, adhærendo principi illius regionis: sed quia ciuitas regis magni,& ex latere Aquilonis colligitur, reuersus ad se dixit,Surgam & ibo ad patrem meum: Et
Luc.15. occurrit ei pater qui dicit de illo, mortuus erat & reuixit, perat & inuentus est. Vitulus ille saginatus,lapis angularis fuit. Deni
Ephe.4. que & maior filius qui epulari nolebat,exhortatus à patre ingressus est,& duo iã parietes,tanquam illi duo filij ad vitulũ peruenientes,ciuitatem regis magni fecerunt. Sequatur ergo iste Psalmus & dicat, Deus in domibus eius cognoscetur.) Iã in domibus pp mõtes,pp duos parietes,pp duos filios. Deus in domibus eius cognoscetur. Sed gratiã cõmẽdat,iõ addidit: Cum suscipiet eã.) Nã quid esset,ipsa ciuitas,nisi ille suscepisset eam? Nonne statim caderet,nisi tale fundamentũ haberet? Fundamentũ.n.
1.Co.3. aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Ne-
1.Co.1. mo ergo de suis meritis glorietur, sed qui gloriatur,in dño glorietur:quia tunc est illa magna ciuitas, tũc in ea cognoscitur dominus cum susciperet eam. Quomodo susci- L
pit? Nunquid quomodo suscipit medicus ægrotum curandum,non sicut est amãdũ. Etenim febrẽ odit medicus. Non amat medicus ægrotum,& amat medicus ęgrotũ. Si ægrotum amaret,semper ægrotum optaret. Rursus si ægrotũ nõ amaret,ad ęgrotũ nõ veniret: sed amat ægrotũ, vt faciat sanũ. Suscepit ergo hanc ciuitatẽ dñs, & agnitus est in ea,id est, gratia ipsius cognita est in illa ciuitate,quia quicquid hẽt illa ciuitas quæ gloriatur in domino,non habet de se. Propter hoc enim dicitur. Quid enim habes
1.Co.4. quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Deus in domibus eius cognoscetur, dum suscipiet eam. Quoniam ecce reges terræ collecti sunt.) Iam ecce illa latera Aquilonis
Esa.2. videte quomodo veniant, videte quomodo dicant, Venite ascendamus in montem domini, annunciauit enim nobis vitam suã, vt ingrediamur in ea. Ecce reges terræ collecti sunt. Et conuenerunt in vnũ.) In
Ephe.2. quem vnum,nisi in lapidem illum angulam? Ipsi videntes ita admirati sunt.) Post admirationem miraculorum & gloriæ Christi, quid secutum est? Conturbati sunt, commoti sunt, tremor appre-hen-

hendit eos.) Vnde tremor apprehẽdit eos,
M nisi de cõscientia delictorũ? Currant ergo reges post regẽ, agnoscãt reges regẽ. In
psal. 2. de alibi, Ego autẽ, inquit, constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius, prædicans præceptũ dñi. Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tum terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli conteres eos. Auditus est ergo rex, constitutus in Sion, tradita est illi possessio vsque ad terminos orbis terræ. Metuere non debent reges ne regnum perdant, ne illis au-
Matt. 2. feratur regnũ, sicut miser timuit Herodes, & pro paruulo occidit paruulos. Timens autem regnum amittere, non meruit regẽ cognoscere. Vtinam & ipse regem cũ Magis adoraret, non male regnum quærendo, innocentes perderet, & nocẽs periret. Nã quod ad illum attinebat, perdidit innocentes: Quantum autem ad Christum, etiam paruus pro se morientes paruulos coronauit. Ergo debuerunt timere reges quando dictum est, Ego autem cõstitutus sum rex ab eo, & hæreditatem vsque ad fines terræ dabit mihi qui me constituit regẽ. Sed qd inuidetis reges? Videte, non inuidete. Lon
A ge enim aliter iste rex dixit, Regnum meũ
Ioã. 18. non est de hoc mũdo. Nolite ergo timere,
psal. 2. ne vobis auferatur regnum mundi huius, dabitur vobis regnum, sed cœlorum, vbi ille rex est. Iõ quid ibi sequitur? Et nunc reges intelligite. Iam inuidere vos parabatis, intelligite de alio rege dicitur, cuius regnũ non est de hoc mundo. Merito ergo collecti sunt reges in vnum, cõturbati sunt, tremor apprehendit eos. Inde & illis hoc dicitur, Et nũc reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et quid fecerunt? Ibi dolores vt parturiẽtis.) Quid sunt dolores vt parturientis, nisi do
Esa. 26. lores pœnitentis? Vide ipsam conceptionẽ doloris & parturitionis, A timore tuo, inquit Esaias, concepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Sic ergo conceperunt reges à timore Christi, vt parturiendo salutem parerent, credendo in eum quẽ timuerunt. Ibi dolores sicut parturiẽtis. Vbi parturientem audis, fœtum expecta, Parturit vetus homo, sed nascitur nouus homo. Ibi dolores vt parturientis. In spiritu violento conteres naues Tharsis.) Breuiter intelligitur, euertens superbiam gentium. Sed vnde ex hac historia dicitur euersio superbiæ gentium? Propter naues Tharsis. Tharsis ciuitatem quæ fierunt docti, hoc est, quæ nam ciuitas hoc nomine significaretur: & aliquibus visum est Ciliciam dictam esse Tharsis, ex eo q metropolis eius Tharsus dicitur, De qua ciuitate erat etiam Paulus apostolus, natus in Tharso Ciliciæ. Aliqui autem eam Carthaginem intellexerunt, for tasis aliquando ita nominatam, aut aliqua locutione ita significatam. Nanque apud prophetam Esaiam sic inuenitur, Vsulate naues Carthaginis. Apud Ezechielẽ autẽ à diuersis interpretibus, ab alijs Carthago, ab alijs Tharsis interpretata est, & hoc diuersitate interpretum positum potest intelligi, hanc appellari Tharsum, quæ Carthago dicebatur. Manifestum est autem q primordia regni Carthaginis nauibus floruerunt, & ita floruerunt, vt inter cæteras gentes excellerent negociationibus & nauigationibus. Nam quando Dido fugiens fratrem delapsa est ad terras Africæ, vbi Carthaginem condidit, naues quæ paratæ erãt ad mercationem, in eius regionem assumserat ad fugam, consentientibus sibi regionis eius principibus, & ipsæ naues etiã comdita Carthagine ad negociandum non defecerunt: atque hinc nimium superba facta est ciuitas illa, vt digne per eius naues intelligatur superbia gentium, præsumens in incertis tanquam in flatibus ventorum. Iam non præsumatur de velificatione, & quasi prosperitate seculi huius, tanquam maris: fundamentum nostrum in Sion fig, ibi stabiliri debemus non perflari omni ve- to doctrinæ. Quicunque ergo ex incerto huius vitæ tumuerant, euertantur & subiciantur Christo, id est, omnis superbia gentium conterenti in spiritu violento naues Tharsis, non cuiuscunque ciuitatis, sed Tharsis. Quomodo in spiritu violento? Timore fortissimo. Sic enim eum tremuit omnis superbia iudicaturum, vt in humilẽ crederet, ne excelsum expauesceret. Sicut audiuimus ita & vidimus.) O beata Ecclesia, quodam tempore audisti, quodam tempore vidisti. Audiuit io promissionibus, videt in exhibitionibus: audiuit in prophetia, videt in Euangelio. Omnia enim quæ modo complentur, antea propketata sunt. Erige oculos ergo & diffunde per mundũ, vide iam hæreditatem vsque ad terminos orbis terræ. Vide iam impleri quod dictum

psal. 71. est, Adorabunt eum omnes reges terræ, o-
D mnes gentes seruient illi. Vide impletum
psal. 107 esse quod dictum est, Exaltare super cœlos deus, & super oẽm terram gloria tua. Vide
Mat. 27. illum cuius pedes & manus fixi sunt clauis, cuius ossa in ligno pẽdentia numerata sunt, super cuius vestimentum sors missa est.
psal. 71. Vide regnantem, quem illi viderunt pẽdentem. Vide in cœlo sedentem, quem contemserunt in terra ambulantem. Vide inde im
psal. 21. pleri, Commemorabuntur & conuertẽtur ad dñm vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ. Hæc videns, exclama cum gaudio, Sicut audiuimus, ita & vidimus. Merito sic vocatur
psal. 44. ipsa Ecclesia de gentibus, audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Pater tuus Aquilo fuit, veni ad
psal. 17. montem Sion, Audi & vide, non vide & audi, sed audi & vide; prius audi, postea vide. Audis primo quod non vides, videbis poisa. 55. stea quod audisti. Populus, inquit, quem nõ cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi. Si in obauditu auris obaudiuit, ergo non vidit. Et vbi est quibus non est nunciatum de eo; videbunt, & qui non audierunt intelligent? Ad quos non missi sunt Prophetæ, ipsi primo audierunt & intellexerunt Prophetas.) Illi qui primo nõ audierunt, postea audientes admirati sunt.) Remanserunt illi ad quos missi sunt codices ferentes, veritatem non intelligentes, testamenti tabulas habentes, & hæreditatem non tenentes. Sed nos sicut audiuimus ita & vidimus. In ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri.) Ibi audiuimus, ibi & vidimus. Extra illam qui est, nec audit nec videt: In illa qui est, nec surdus nec cæcus est. Sicut audiuimus, ita & vidimus. Et vbi audis? Vbi vides? In ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri. Deus fundauit eam in æternum.) Non insultent hæretici
Mat. 24. per partes concisi, non se extollant qui dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic. Qui dicit, ecce hic est, ecce illic, ad partes inducit. Vnitatem promisit deus, reges in vnum collecti sunt, non per schismata dissipati sunt. Sed forte ista ciuitas quæ mundum tenuit aliquando euerteretur? Absit. Deus fundauit eam in æternum. Si ergo eam deus fundauit in æternum, quid times ne cadat firmamentum? Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.) Qui susce-
perunt, & vbi susceperunt? Nonne ipse populus tuus suscepit misericordiam tuam? Si populus tuus suscepit misericordiã tuã, F quomodo suscepimus misericordiam tuam, & in medio populi tui, quasi alij sint qui susceperunt, alij in quorum medio suscepernnt? Magnum facẽm, sed tamen notum: & cum hinc, hoc est, ex his versibus & obscuritatibus fuerit exculptum, fuerit & erutum, quod nostis, non erit rudius sed dulcius. Nunc quippe populus dei censentur omnes qui portant sacramenta eius, sed non omnes pertinent ad misericordiam eius. Omnes quippe sacẽm baptismi Christi accipientes; Christiani vocantur, sed nõ omnes digne illo sacramento viuunt. Sunt enim quidam de quibus dicit Apostolus, Haben- 2. Ti. 3. tes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, Tamen propter ipsam speciem pietatis in populo dei nominantur; quomo Matt. 3. do ad aream quamdiu triturantur, non solũ grana sed etiam palea pertinet: nunquid & ad horreum pertinebit? In hoc medio autem populi mali est populus bonus, qui suscipit misericordiam dei. Viuit digne misericordia dei, qui audit & tenet & facit quod ait Apostolus, Præcipientes ergo rogamus, 2. Co. 6. ne in vacuum gratiam dei suscipiatis. Qui ergo non in vacuum gratiam dei suscipit, G ipse tam sacramentum quàm etiam misericordiam dei suscepit. Et quid illi obest, quia in medio populi inobedientis est, donec area ista uẽtiletur, donec boni à malis separẽtur? Quid ei obest in medio populi habita- Matt. 3. re? Sic de illis qui appellantur firmamentũ, suscipiens misericordiam dei, sit lilium in medio spinarum. Nam & ipsæ spinæ non ad populum dei pertinent, vis audire? Ita posita est ipsa similitudo, Sicut liliũ, inquit, inter medium spinarum, ita proxima mea Cant. 2. in medio filiarum. Nunquid dixit in medio alienarum? Non, sed in medio filiarum. Sunt ergo filiæ malæ, & inter illas est lilium in medio spinarum. Itaque illi qui sacramẽta habent, & mores bonos non habent, & dei dicuntur & non dei, & eius dicuntur & alieni. Eius propter ipsius sacramentum, aliani propter proprium vitium. Ita & filiæ & alienæ: filiæ, propter formam pietatis: alienæ, propter amissionem virtutis. Sit ibi lilium, suscipiat misericordiam dei, teneat radicem boni floris, non sit ingratum pluuiæ dulci de cœlo venienti. Ingraiæ sint spinæ, crescant de imbribus, ad ignem crescũt

non ad horreum. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. In medio populi tui non suscipientis misericordiam tuam, nos suscepimus misericordiam tuam: in sua enim propria venit, & sui eum non receperunt. In medio autem eorum quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Iam hic occurrit vnicuique cogitanti: & quid? Iste populus qui in medio populi dei suscepit misericordiã dei, quantum numerum habet? Quam pauci sunt, vix inueniuntur aliqui. Illisne contentus deus erit, & perdet tantam multitudinem? Dicunt hoc qui sibi promittunt hoc, quod a deo promittente non audierunt. Et vere si male viuamus, si mundi huius deliciis perfruamur, si nostris libidinibus seruiamus, perditurus est nos deus? Quot.n. sunt illi qui videntur seruare præcepta dei? Vix inuenitur vnus vel duo vel paucissimi: ipsos solos deus liberaturus est, & cæteros damnaturus? Absit, inquiunt, Cum venerit & videbit tantam multitudinem ad sinistram, miserebitur, & dabit indulgentiam. Hoc plane etiam serpens illa promisit primo homini: nam minatus erat deus mortem si gustaret. Ille autem absit, inquit, non morte moriemini. Crediderunt serpenti, inuenerunt verum esse quod minatus est deus, falsum quod promiserat diabolus. Ita & nunc fratres ponite vobis Ecclesiam ante oculos ad instar similitudinemque paradisi, non cessas serpẽs suggerere, quod tunc suggessit. Sed casus primi hominis ad experimentum cauendi debet nobis valere, non ad imitationem peccandi. Ideo ille cecidit, vt nos surgamus. Respondeamus talibus suggestionibus, quod respondit Iob. Nam & ipsum per fœminam tanquam per Euam tentauit, & vicit in stercore, victus in paradiso. Ergo non audiamus tales voces, nec putemus paucos esse istos, multi sunt, sed inter plures latent. Non possumus enim negare plures esse malos, & tam plures vt inter eos prorsus boni, non appareãt, quomodo non apparent grana in area. Nã quisquis aream videt, potest putare quòd palea sola sit, Da hominem inexpertum, & putat inaniter fieri quod boues mittuntur, quod ibi homines sub æstu desudant vt conterant paleam, sed ibi est & massa ventilatione purganda, Tunc procedit copia frumenti, quæ latebat in copia palearum. Et modo vis inuenire? Bonus esto & inuenies.

Mat.25.
Gene.2.
Gene.3.
Iob.2.
Gene.3.
Matt.3.

Contra istam ergo desperationem, vide quid sequatur in isto psalmo, Quoniam cum dixisset, Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: significauit esse populum dei, non suscipientem misericordiam dei, in cuius medio quidam suscipiant misericordiam dei: ne occurreret hominibus tãquam paucos esse, vt prope nulli sint, quomodo consolatus est consequentibus verbis. Secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terræ.) Quid est hoc? Magnus deus & laudabilis valde, in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Non potest esse laus eius, nisi in sanctis eius: nam qui male viuunt: non eum laudant, sed quia & si prædicant lingua, blasphemant vita. Quia ergo laus eius non est nisi in sanctis eius, non falsi dicant hæretici, in nobis remanse laus eius, quia pauci sumus & à turba separati: nos iuste viuimus, nos laudamus deum, non solum loquendo, verumetiam conuersando. Respondetur eis ex hoc psalmo, Quid vos dicitis in parte laudare deum, cui dictum est, Secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terræ? Id est, quomodo notus es per omnes terras, sic & laudaris per omnes terras. Nec desunt qui te nunc laudant per omnes terras. Illi autem laudant qui bene viuunt. Secũ enim nomen tuum deus, ita & laus tua, non in parte, sed in fines terræ.) Id est, multi Iustitia plena est dextera tua.) Id est, multi sunt, & illi, qui stabunt ad dexteram. Non solum illi multi erunt qui stabunt ad sinistram, sed & ibi erit plenitudo massæ ad dexteram constitutæ. Iustitia plena est dextera tua. Lætetur mons Sion & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine.) Quis mons Sion, o filiæ Iudæ, laboratis modo inter zizania, inter paleas, inter spinas laboratis, sed exultate propter iudicia dei. Non erat deus in iudicando: diserete vocate, & si concretæ natæ estis: non frustra vos exijt de ore & de corde vestro, ne comprehendas cum impijs animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Ille ventilabit tantus artifex, in manu ventilabrum portabit, vt vnum granum tritici non cadat in aceruum paleæ comburendum, nec vna aristula paleæ transeat ad massam in horreo recondendam. Exultate filiæ Iudæ, propter iudicia dei non errantis, & nolite modo temere iudicare. Ad vos pertineat colligere, ad illum pertineat separare. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ propter iudi-

cia tua domine. Ne autem putetis filias Iudæas esse. Iuda confessio est, Omnes filij confessionis, filiæ Iudæ sunt, quia salus ex Iudæis, nihil est aliud quã Christus ex Iudæis. Hoc ait & Apostolus, Non.n.qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non est ex hominibus, sed ex deo est. Talis Iudæus esto: gloriare de circuncisione cordis, & si non habes circuncisionem carnis. Exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Circundate Sion & complectimini eam.) Dicatur eis qui male viuunt, in quorum medio est populus ille qui suscepit misericordiam dei, in medio vestrum est populus bene viuens, circundate Sion. Sed quomodo? Complectimini eam. Nolite scandalis circundare, sed charitate circundate, vt qui bene viuunt in medio vestrum, eos imitemini, eorum imitatione Christum, cuius membra sunt in corpore complectimini. Circũ date Sion & complectimini eam. Narrate in turribus eius.) In altitudine munitionũ eius, prædicate laudes eius. Ponite corda vestra in virtute eius.) Nõ vt habeatis formam pietatis, virtutem eius abnegetis: sed in virtute eius ponite corda nostra. Quæ est virtus ciuitatis huius? Qui vult intelligere virtutem huius ciuitatis, intelligat vim charitatis. Ipsa est virtus quã nemo vincit. Huius ignẽ nulli fluctus seculi, nul la flumina tẽtationis extinguũt. De hac dicũ est, Valida est sicut mors dilectio. Quomodo.n.mors qñ venit, resisti ei nõ potest, quibuslibet artibus, qbuslibet medicamentis occurras, violentiã mortis vitare nõ potes, qa mortalis natus es: sic contra violentiã charitatis mundus nihil potest. Econtrario.n.similitudo data est de morte: quomodo.n.mors ad auferẽdũ violentissima est, sic charitas violentissima est ad saluãdum. Per charitatem.n. multi mortui sunt seculo, vt viuerẽt deo. Hac charitate accẽsi martyres, nõ simulati, non vana gloria ventilati, non tales de quibus dictum est: Si tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatem autem non habeam, nihil mihi pdest: sed tales quos vere Christi & veritatis charitas perduceret ad passionẽ. Quid eis fecerunt tentationes sæuientium? Maiorem violentiam habuerunt oculis flentium suorum, quam persecutiones insectantium. Quàm multos n. tenebant filij ne paterentur, quã multorum genibus puoluebãtur vxores, ne viduæ relinquerentur: quam multos parentes filij prohibebant mori, sicut nouimus & legimus in passione beatæ Perpetuæ. Facta sunt ista, sed lachrymæ quantælibet & quantolibet impetu fluerent, quomodo ardorem charitatis extinguerent? Hæc est virtus Sion, cui & alibi dicitur, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Annũciate in turribus eius, ponite corda vestra in virtute eius. Et distribuite domos eius.) Quid hic intelligemus, ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius? Id est, distinguite domũ á domo, nolite confundere. Domus est.n. formam pietatis habens, & pietatem non habens. Est autem domus, & formam & pietatem habens. Distribuite, nolite confundere. Tunc autem distribuitis & non confunditis, quando corda vestra in virtute eius ponitis: id est, cum facti fueritis per charitatem spiritales, tũc temere non iudicabitis, tunc videbitis nihil obesse bonis malos. Quàmdiu sumus in hac area, distribuite domos eius. Potest & alius esse intellectus. Domos illas duas vnam ex circuncisione, alteram ex pputio venientem, Apostolis dictum est vt distribuerent, Cum.n. vocatus esset Saulus & factus Apostolus Paulus, conueniens in vnitatem coapostolorũ suorum, sic eum eis habuit placitum, vt illi irẽt in circuncisionem, iste in præputium. Ista dispensatione apostolatus sui distribuerũt domos ciuitatis, magni regis: & concordantes in angulo, euangelium dispensatione diuiserunt, charitate iunxerũt, Et reuera hoc magis intelligendum est. Nam sequitur & ostendit q hoc prædicatoribus, dictum sit, & distribuite domos eius. Vt enarretis in progenie altera.) Id est, vt etiam ad nos post futuros illorum euangelij dispensatio perueniret. Non.n. illis tantum, laborauerunt, cum quibus in hac terra vixerũt: nec dominus illis tñ Apostolis, quibus se vtiũ etiam post resurrectionẽ dignatus est ostẽdere, sed & nobis. Nã illis loquebat, & nos significabat eum diceret. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Nunquid illi hic futuri erant vsque in consummationem seculi? Item dicit, Nõ pro his rogo tantum, sed & pro his qui crediturí sunt per verbum illorum in me. Ergo attendit nos, quia passus

Ioan. 4.
Rom. 2.
Psal. 118
C
Gala. 2.
Cant. 8.
1. Co. 13.
Mat. 28.
Ioã. 17.

est propter nos. Merito itaque dicitur, Vt enarretis in progenie altera: quid enarretis? Quoniam hic est deus deus noster.)

D Terra videbatur, terræ conditor non videbatur: caro tenebatur, sed deus in carne nõ agnoscebatur. Tenebatur caro abeis, ex quibus sumpta fuerat ipsa caro: ex semine Abrahæ enim virgo Maria: ad carnem remanserunt, diuinitatem non intellexerũt. O apostoli, o ciuitas magna, in turribus tuis prædica & dic, hic est deus noster. Sic sic quomodo contemptus est, quomodo lapis

i. Pet. 1. ante pedes iacuit offendentium, vt humilia-
Baru. 3. ret corda confitentium: sic hic est deus noster. Certe visus est sicut dictum est, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hic est deus noster. Et homo est, & quis est qui cognoscet eũ? Qm̃ hic est deus noster. Sed forte ad tempus, quomodo dij falsi. Quia.n. vocari possunt dij, esse autem non possunt, ad tempus vel vocantur: nã quid eis dicit Propheta, vel quid monet vt eis dicatur? hæc eis dicetis,

Hie. 10. Quid? Dij qui cœlum & terram non fece-
Psal. 99. runt pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt, Nõ est iste talis deus, quoniã deus noster super omnes deos. Super quos omnes deos? Qm̃ omnes dij gentium dæmonia: dominus autem cœlos fecit. Ipse est ergo deus noster. Quousque? In æternum & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.) Si deus noster est, & rex nr̃ est, protegit nos, quia deus est ne moriamur: regit nos, quia rex est ne cadamus. Regendo autem nos non frangit nos: nam quos non regit, frangit. Reges eos, inquit, in virga ferrea, & tanquam vas figuli conteres eos. Sed sunt quos non regit, ipsis non parcit, sed tanquam vas figuli conteret eos. Ab illo ergo optemus regi & liberari, quia hic est deus noster in æternum & in seculum seculi, & ipse reges nos in secula.

Io Psalmum XLVIII. Enarratio. Concio prima de prima parte Psalmi.

„ OMnia diuina eloquia salubria sunt bene intelligentibus, periculosa vero his qui ea volunt ad sui cordis, „ peruersitatem detorquere, potius quàm suum cor ad eorum rectitudinem corrigere. Hæc est enim in hominibus magna & visitata peruersitas: quia cum debeant viuere ipsi secundum volũtatem dei, deum volunt viuere secundum veluntatem suam. Et cum ipsi nolunt corrigi, illum volunt deprauari, rectum nõ arbitrantes quod ille vult, sed qd̃ ipsi volũt. Solemus aũr audi re homines murmurantes adũersus deũ, q malis in hac vita bñ sit, & laborẽt boni: q illille peruersus sit, & nesciat qd agat, aut omnino auertat̃ oculos à rebus humanis: vel securitatẽ suã perturbari nolit, vt hæc non attendat, q̃a cũ labore ista deus aut videat aut corrigat. Murmurãt ergo homines qui ppea volunt deum colere, vt hic illis bñ sit, quandò vidèrint eos qui deũ nõ colunt pollere atq; flòrere fœlicitate terrena, se ãt colentes deũ laborare in angustijs, in necessitatibus, in erũna, cæterisq; difficultatibus mortalitatis humanæ. Contra istam vocẽ & cõtra has blasphemias murmurantium, incãtat semp sermo diuinus, curans à morbo serpentis. Venenati.n. cordis est ista lanies, eructãs in deũ putorem blasphemiæ, & quod peius est, manus curantis repellẽs, morsum serpentis non repellens. Hoc dixi, repellit à se cor hominis verbi dei seueritatem, & admittit ad se male suadentis serpentis blanditias. Contra hos ergo canit sermo diuinus, & iam in isto Psalmo loquitur nobis. Ad quẽ Psalmũ qũo intentã ego facerem sanctitatem vestram, nisi ipse vos faceret oẽs intentos? Nec vos solos, sed totum orbem terrarũ. Audite.n. quemadmodum cœpit. Audite hæc omnes gẽtes.) Nõ ergo vos oẽs soli q estis. Nam vox nostra quanta est vt sic clamemus, vt audiant omnes gentes? Clamauit.n. per Apostolos dominus noster Iesus Christus, clamauit per linguis in q̃s misit, & videmus hunc Psalmũ qui ante nõ recitabat̃ nisi in vna gente in synagoga Iudæorũ, recitari per totum orbẽ terrarũ, per oẽs Ecclesias, impletumque esse quod hic dictum est, Audite hæc oẽs gentes. Ad hoc solũ volo intentos facere animos vestros, ne pp laborem corporẽ non erigatis animũ, terrente vos longitudine Psalmi huius: si potuerit finietur hodie: si nõ, restabit uobis aliq d in crastinum diem, tñ vos semper intenti estote. Tamen enim audietis si dominus voluerit quando vos nõ grauet, sed reuelet. Audite hæc oẽs gentes, Vnde estis & vos. Auribus percipite omnes qui habitatis orbem.) Hoc ipsum videtur repetisse, quasi parum hoc rum videtur repetisse, quasi parum hoc rit quod dixit, audite. Quod dico, audite, auribus percipite: hoc est, nolite transseũtes audire. Quid est, auribus percipite? Quod dñs dicebat, Qui habet aures audiẽdi audiat: cum oẽs qui in conspectu eius erant, vtique haberent aures. Quas ille aures q̃rebat nisi cordis, cũ diceret, Qui habet aures audiendi audiat? Has & iste Psalmus H aures pulsat. Auribus pcipite omnes qui habitatis orbem Forte & hic est aliqua distinctio. Non quidem nos coarctare debemus, sed nihil mali est ẽt istam explicare sententiã. Forte aliquid distat inter id quod dixit, oẽs gentes, & quod dixit, oẽs qui habitatis orbem. Significantius.n. fortasse voluit nos intelligere quod dixit, inhabitatis, vt gentes intelligamus omnes iniquos: habitatores autem orbis oẽs iustos. Ille n. habitat qui non tenetur: nam qui tenetur, habitatur, non habitat: quomodo ille possidet quæcunq; habet, qui dominus est rerũ suarum. Dñs aũt est qui non est irretitus cupiditate: qui autẽ cupiditate tenetur, possessus est, non possessor. Habemus.n. quoddam verbum habitatione signatum in scriptura dei, vbi ait, Ele-
Psal. 83. gi abijci in domo domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quid enim? Si abijciaris in domo domini, non ibi habitas. Noluit significare habitationẽ, nisi in eis qui regnant & tenent, & dominãtur & gubernantur: qui autem contemnuntur, non quasi habitant, sed subiecti sunt. Ita autem dixit, Subditus uolo esse in domo dei magis quam regnare in tabernaculis peccatorũ. Itaq; si est aliqua distinctio inter oẽs gentes, & habitatores orbis, sicut est distinctio inter audite & auribus percipite: hoc q dem videtur repetisse, sed tamen aliud est. Quid ergo voluit significare? quia ista elo-
quia audituri erant, non solum peccatores & impij, sed & iusti. Permixte modo audiunt omnes, sed cum uentum fuerit ad reddendam rationem, separabuntur q uisi ne causa audierunt, ab illis qui auribus perceperunt. Audiant ergo & peccatores, audiẽt hæc omnes gentes: audiant & iusti, qui nõ sine causa audierunt, & regunt potius terrã quam reguntur a terra: auribus percipite omnes qui habitatis orbẽ. Et iterum dicit, Quique terrigenæ & filij hominum.) Quod ait, terrigenæ, ad peccatores retulit, quod ait, filij hominum, ad fideles & iustos. Videtis ergo, quia seruatur ista distinctio. Qui sunt ergo terigenæ? Filij terræ. Qui sunt filij terræ? Qui hæredita-
tes terrenas requirunt. Qui sunt filij hominum? Qui pertinent ad filium hominis. Aliquando iam ista distinximus sanctitati vestræ, & inuenimus quia Adam homo erat, filius hominis non erat. Christus autem filius hominis erat, & deus erat. Qui- K
cunque enim pertinent ad Adam, terrigenæ: quicunque pertinent ad Christum, filij hominum. Omnes tamen audiant, ego nulli subtraho sermonem meum. Terrigena est audiat propter iudicium: filius hominis est, audiat propter regnum. Simul in vnũ diues & pauper.) Iterum ipsa sunt repetita. Quod ait, diues, ad terrigenas pertinet: quod ait, pauper, ad filios hominum dixit. Diuites intellige superbos, pauperes humiles. Habeat quis multas facultates pecuniarum, si in eis non extollitur, pauper est: non habeat aliquis & cupiat & insletur, inter diuites & reproboseũ deputat deus, Et diuites & pauperes in corde interrogat deus nõ in area & domo. Nonne pauperes sunt qui accipiunt mandatum Apostoli, dicentis Ti- 1. Ti. 6
motheo, Præcipe diuitibus huius seculi nõ superbe sapere? Quomodo eos qui diuites erant fecit pauperes? Tulit illis, quare quæruntur diuitiæ. Nemo enim uult esse diues nisi vt inflerur, inter eos, inter quos viuit, & superior illis videatur. Cum autem dixit non superbe sapere, æquales eos fecit non habentibus: vt fortasis pauculis nummis mendicus plus extollatur, quã ille diues q audit Apostolum dicentem, Præcipe diuitibus huius seculi non superbe sapere. Vnde L
non superbe sapere? Si faciant quod sequitur, Neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed Ibidem
in deo viuo qui præstat nobis omnia abunda-
nter ad fruendũ. Non dixit, qui præstat illis, sed, qui pstat nobis. Nũquid ipse Paulus non habebat diuitias? Habebat plane. Quas diuitias? De quibus dicit alio loco Hieron.
scriptura, Fideli homini mundus totus di in Biblio
uitiarum est. Audi & ipsum confitentem, rum p-
Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. log. c. 8.
Qui vult ergo esse diues, non hæreat 2. Co. 6.
parti, & totum possidebit, illi inhæreat qui Psa. 21.
totum creauit. Simul in unum diues & pauper. Dicit in alio Psalmo. Edent pauperes & saturabuntur. Quomodo commendauit pauperes? Edent pauperes & saturabuntur. Quid edunt? Quod sciunt fideles. Quomodo saturabuntur? Imitando passionem domini sui, & non sine causa accipiendo precium suum. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui re-

qui requirunt eum. Diuites quid? Etiam ipsi edunt? Sed quo edunt? Mãducauerunt & adorauerũt oẽs diuites terræ. Nõ dixit, mãducauerunt & saturati sunt: sed, manducauerunt & adorauerunt. Adorant quidem deum, sed humanitatem nolunt exhibere fraternam. Manducant illi & adorãt: manducant isti & saturantur, tamen oẽs mandu cant. Exigitur de manducante quod mandu cat, non prohibeatur manducare a dispensatore, sed moneatur timere exactorem. Au diant ergo ista peccatores & iusti, gentes, & qui habitant orbem, terrigenæ & filij homi num, simul in vnum diues & pauper, non diuisi, non separati. Tempus messis hoc faciet, manus uentilatoris hoc poterit. Nunc simul in unum audiant diues & pauper: simul in vnum pascantur hœdi & agni, donec veniat, qui segreget alios ad dexteram, alios ad sinistram. Simul in vnum audiant docentem, ne segregati ab inuicem audiant iudicantem. Et nunc quid est quod audituri sunt? Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei intelligentiam.) Et hæc repetit potius, ne forte cum dixisset, os meum, intelligeres eũ tibi loqui, q in labijs haberet sapientiam: multi.n. habent in labijs, & non habent in corde, de quibus dicit scriptura, Populus iste labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est a me. Quid ergo ait? Ille tibi loquitur qui cum dixerit, Os meum loquitur sapientiam: intelligas quia illud quod ex ore funditur, de intima cordis meditatione procedit. Et meditatio cordis mei intelligentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.) Quis est hic cuius meditatio cordis loquitur intelligentiam, ut non sit in sola superficie labiorum, sed hominis interiora possideat? Quis est iste qui audit, & sic loquitur? Multi enim loquuntur quod non audiunt. Qui sunt qui non audiunt quod loquuntur? Qui nõ faciũt q̃ dicunt: quales dicit dñs Pharisæos sedere super cathedram Moysi. Voluit tibi loqui in cathedram Moysi, per eos qui ea loquũtur & non faciunt, & tibi securitatem dominus voluit dare. Nolite timere, Quæ dicunt, inquit, facite, quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim & non faciunt. Non audiũt quod dicunt. Qui vero faciunt & sic dicũt, audiunt quod dicunt. Quod & ideo fructuose dicunt, quia audiunt. Qui ergo dictor & non auditor est, alteri prodest, sibi non prodest. Iste ergo qui & auditor volebat esse & dictor, & qui tibi loquitur anteq̃ dicerem, Aperiam, inquit, in Psalterio propositionem meam: quod est iam loqui per cor pus, sic enim utitur anima corpore, quomodo vtitur citharista Psalterio: dixit, Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem meam. Antequã loquar tibi, inquit, per corpus, antequam psalterium sonet, primo ego inclinabo in parabolam aurem meam, id est audiam quid tibi dicam. Et quare in parabolam? Quia videmus nunc per speculum in ænigmate, sicut dicit Apostolus, Quandiu sumus in hoc corpore, pegrinamur a dño, quia nõ dũ est illa uisio nostra facie ad faciem, vbi iã non sint parabolæ, vbi iam non sint ænigmata & similitudines. Quicquid modo intelligimus, per ænigmata conspicimus. Aenigma est obscura parabola quæ difficile intelligitur: Quantum vis excolat homo cor suum, & ad interiora intelligenda refugiat, quandiu per incorruptibilitatẽ carnis, huius uidemus, ex parte uidemus. Assumpta autem incorruptione, in resurrectione mortuorum, cum apparuerit filius hominis iudicaturus uiuos & mortuos, tunc videbunt illum & boni & mali, sed malis dicet, Ite in ignem æternum. Bonis autem dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Abibunt mali in ambustionem æternam, iusti autem in vitam æternam, & ibi erit illa uisio facie ad faciem, qua illi non sunt digni. Attendite quid dicam. Filium enim hominis sicut hic, cum esset adhuc iudicandus, & mali uiderunt & boni, uiderunt enim Apostoli qui fecuti sunt, viderunt Iudæi qui crucifixerunt, sic cum uenerit iudicaturus, & boni illum videbunt & mali, Boni, vt percipiant mercedem, quia secuti sunt, mali vt percipiant pœnam, quia crucifixerunt. Soli ergo illi damnabuntur qui crucifixerunt? Audeo dicere, soli. Ergo nos inquiunt peccatores huius temporis, securi sumus? Si non animam interrogat deus, securi estis. Quid est quod dixit? Intelligat charitas uestra, ne hoc dicant in iudicio dei, quia non intellexerunt, & Iudei quia viderunt Christum crucifixerunt, tu quia non vides Christum, verbo ip-

sius resistis. Nunquid ergo qui verbo resistis, carnẽ non crucifigeres si videres? Cõtempsit Iudæus in ligno pendentẽ, cõtemnit tu in cœlo sedentẽ. Ergo viderunt eum ambo genera dum hic esset, ambo genera vident & cũ uenerit. Filius enim hominis venit vt iudicaretur. Ideo quia pater non est incarnatus, pater non est passus, per filium hominis iudicat, sicut ipse dixit in Euangelio, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Secutus paulo post ait, Et dedit ei potestatem iudicium faciendi, eõ filius hominis est. Secundum enim qd filius dei est, verbum semper cum patre: & quia semper cum patre, cum patre iudicat. Secundum autem quod filius hominis est, & iudicatus est, & iudicaturus est. Quo autem visus est ab eis qui crediderunt, & ab eis qui crucifixerunt, qñ iudicatus est: sic videbitur cum cœperit esse iudex, & ab eis quos damnabit, & ab eis quos coronabit. Visionem autem illam diuinitatis, quã promisit dilectoribus suis quando ait, Qui diligit me, diligetur a patre meo: & qui diligit me, mandata mea custodit, & ego diligam eum & ostendam meipsum illi: iam impij non videbunt. Ista demonstratio quodammodo familiaris est, suis illam seruat, non illam ostendit impijs. Qualis est ipsa visio? Qualis Christus? Aequalis patri. Qualis est Christus? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Huic vt boni suspiramus modo, & gemimus quandiu peregrini sumus: huic visioni in fine reddemus: hanc visionem modo in ænigmate videmus. Si enim in ænigmate videmus, inclinemus in parabolam aurem nostram, & sic aperiamus in psalterio propositionem nostram. Audiamus quod dicimus, faciamus quod præcipimus. Et qd dixit? Vt quid timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.) Cœpit obscurius, vt quid timebo, inquit, in die mala? Iniquitas calcanei mei circundabit me. Magis ergo debet timere, si iniquitas calcanei eius circundabit eum. Non enim timeat, inquit, homo, quod non habeat in potestate deuitare. Verbi gratia. Qui timet mortem, quid facturus est, vt non moriatur? Dicat mihi quo vadat. Debet quod Adam, qui natus est ex Adam. Sed cogitet qui natus est ex Adam, & secutus est Christum, quia oportet eum soluere quod debet Adam, & consequi quod promisit Christus. Qui ergo timet mortem, non est quo vadat: qui autem timet damnationem quam audient impij, Ite in ignem æternum: est quo vadat: Nõ ergo timeat. Vt quid enim timeat? Iniquitas calcanei ipsius, illum circundatura est. Si ergo vitet iniquitatẽ calcanei sui, & ambulet in via dei, non perueniet ad diem malam. Dies mala, dies nouissima, non erit illi mala. Etenim dies nouissima mala erit quibusdam, bona erit quibusdam. Nunquid mala erit illis quibus dicetur, Venite benedicti patris mei percipite regnum? Sed mala erit illis quibus dicetur, Ite in ignem æter Mat. 25. num. Quod si iniquitas calcanei sui circundabit eum, vt quid ergo timet in die mala? Modo cum viuunt prouideant sibi, tollant iniquitatem à calcaneo suo, ambulent illam viam, ambulent per viam de qua ipse dixit, Ego sum via, ueritas & vita, & non timeat Ioam. 14 in die mala, quia dat illis securitatem qui factus est via. Vi quid timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circundabit me. Ergo vitet iniquitatem calcanei sui. In calcaneo quisque labitur. Intendat charitas vestra, à deo quid dictum est serpenti? Ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius obseruabis calcaneum. Diabolus calcaneum tuum obseruat, quando laberis vt deijciat te. Ille obseruat calcaneum tuum, tu obserua caput illius. Quid est caput illius? Initium malæ suggestionis illius. Quando incipit mala suggerere, tunc repelle antequam surgat delectatio, & sequatur consensio, & tunc videbis caput eius, & non apprehendit ille calcaneum tuum. Quare autem Euæ hoc dixit? Quia per carnem labitur hõ. Eua nobis interior caro nra est. Qui diligit, inquit, vxorem suam, seipsum diligit. Quid est seipsum? Sequitur & dicit, Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit. Quia ergo quomodo illum homi Gen. 3. nem Adam per Euam supplantauit, sic diabolus per carnem vult nos supplantare. Præceptũ est enim Euæ vt obseruet caput diaboli, quia diabolus calcaneum ipsius obseruat. Si ergo iniquitas calcanei circundabit nos, vt quid timemus in die mala, cum conuersi ad Christum habeamus in potesta te vt non faciamus iniquitatem, & non erit quod nos circundet, & gaudebimus in die nouissima, non plangemus? Qui sunt autẽ quos circundabit iniquitas calcanei? Qui confidunt in virtute sua, & in abundan-

De cõse. di. 2. ca. Nõ pro hibeat.

Matt. 3.

Mat. 25.

Ibidem.

Mat. 15. Esa. 29.

Mat. 23.

Gen. 3.

Gen. 3.

tia diuitiarum suarum gloriantur.) Ergo vitabo ista, & non iniquitas calcanei mei circundabit me. Quid est vitare ista? Vt nō cōfidamus in virtute nostra, nō gloriemur in abundantia diuitiarum nostrarum, sed gloriemur in eo qui nobis promisit humilibus altitudinem, & minatus est elatis damnationem, & non nos iniquitas calcanei circundabit. Qui confidunt in virtute sua, & in abundantia diuitiarum suarū gloriātur: sunt qui præsumunt in amicis suis, alij præsumunt in virtute sua, alij in diuitijs. Ista præsumptio generis humani, non præsumētis i deo. Dixit de virtute, dixit de diuitijs, dicit de amicis. Frater non redimit, redimet homo?) Expectas vt homo te redimat ab ira ventura? Si te frater non redimet, homo te redempturus est? Qui est frater qui si non redemerit, nullus homo redempturus est? Qui post resurrectionem dixit, Vade dic fratribus meis: frater noster voluit esse, & cum dicimus, Pater noster, hoc manifestatur in nobis. Qui enim dicit deo, pater noster, Christo dicit, frater. Ergo q patrem deum, & fratrem habet Chm, non timeat in die mala. Non.n.eum circundabit iniquitas calcanei eius, quia non præsumit de virtute sua, nec in abundantia diuitiarum suarum gloriatur, nec de amicis suis potentibus se iactat. In illo ergo præsumat, qui propter illum mortuus est, vt ille non in sempiternum moreretur: qui propter illum humiliatus est, vt ille exaltaretur: qui quæsiuit impium, vt à fideli quæreret. Ergo si ipse non redimet, homo redempturus est? Aliquis homo redimet, si filius hominis non redimit? Si Christus non redimit, Adā redimet? Frater non redimit, redimet homo? Non dabit deo de propitiatione sua, nec precium redemptionis animæ suæ) Ille confidit in virtute sua, & in abundantia diuitiarum suarum gloriatur, qui non dabit deo de propitiatione sua, id est, placationem qua flectat deum pro peccatis. Nec precium redemptionis animæ suæ, qui præsumit de virtute sua, & de amicis, & de diuitijs suis. Qui sunt aūt qui dant preciū redēptionis animæ suæ? Quibus ait dūs, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in tabernacula æterna. Illi dant precium redemptionis animæ suæ, qui non cessant eleemosynas facere. Ideo illos quos monet per Timotheum Apostolus, noluit esse superbos, ne in abundantia diuitiarum suarum glorientur. Denique quod possidebant, noluit apud illos veteraſcere, sed aliquid ex eo fieri, vt esset precium redemptionis animæ eorum. Ait.n. Diuitibus huius seculi præcipe, nō superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarū, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Et quasi dicerent, Quid ergo facturi sumus de diuitijs nostris? Diuites sint, inquit, in operibus bonis, facile tribuāt, communicent, & non illud perdituri sunt. Vnde scimus? Audi quid sequitur, Thesaurizent sibi fundamentum bonū in futurū, vt apprehendant veram vitam. Sic dabunt precium redemptionis animæ suæ, Et dūs noster hoc monet, Facite vobis facculos non veteraſcentes, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non accedet, neque tinea corrumpit. Noluit deus vt perdas diuitias tuas, sed vt locum illis mutes. Conlium tibi dedit. Intelligat charitas vestra. Modo si amicus tuus intraret in domum tuam: & inueniret te in loco humido frumenta posuisse, qui forte sciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu nescires, daret tibi hmōi consilium dicens, Frater, perdis quod cum magno labore collegisti, in loco humido posuisti, paucis diebus ista putresc unt. Et quid facio frater? Leua in superiora. Audires amicum suggerentem vt frumenta leuares de inferioribus ad superiora, & non audis Christum monentem, vt thesaurum tuum leues de terra ad cœlū: vbi non hoc tibi reddatur quod serues, sed serues terram, accipias cœlum: serues mortalia, accipias sempiterna. Fœnerare Christo accipiat in terra parua, vt reddæ tibi in cœlo multa. Veruntamen illi quos circunda bit iniquitas calcanei sui, qui confidunt in virtute sua, & in abundantia diuitiarum suarum gloriantur, & de amicis hominibus nihil valentibus præstare psumunt, non dabunt deo de propitiatione sua, & preciū redemptionis animæ suæ Et quid dixit de tali homine? Et laborabit in æternū & viuet in finem. Labor eius sine fine erit vita ipsius habebit finem. Quare hoc dixit, viuet in finem? Vitam quippe non ponunt isti, nisi delitias quotidianas. Adeo sunt multi inopes & pauperes nostri, parum firmi, & non intuentes quid illis promittat deus pro istis laboribus: cū viderint diuites in epulis quotidianis, in splendore & nitore auri & argenti quid dicunt? Fœlices sunt isti, isti vere viuunt. Dī, iam nō dicaī, & monemus, & si dicit hēt vel à paucioribus dicatur q̄ dicetur si non monetemus. Nam nec nos præsumimus, ita nos ista dicere vt non dicantur, sed vel à paucioribus dicantur: nam dicetur vsq; in finē seculi. Parum est, quia dicit eum viuere: adiungit, & dicit, tonant, Putas eum solum viueret: viuat, finietur vita ipsius, quoniam non dat precium redemptionis animæ suæ: Finietur vita, labor non finietur. Laborabit in æternum, & viuet in finem. Quomodo viuet in finem? Quomodo viuebat ille qui induebatur purpura & byssō, & epulabatur quotidie splendide, & iacentem vlceros um ante ianuam, cuius vlcera canes lingebant, & desiderantem micas quæ de mensa eius cadebant, superbus & tumidus contēnebāt. Quid illi profuerunt illæ diuitiæ? Mutauerūt uicem ambo, ille à ianua diuitis subleuatus est in sinum Abrahæ, ille ab epulis splendidis missus est in ignē: ille requieſcebat, ille ardebat: satiebatur ille, ille sitiebat: ille laborauerat in finē, viuet in æternum ille vixerat in finem, laborabit in æternum. Et quid profuit diuiti qui quæsiuit apud inferos in tormentis positus, stillari sibi guttam aquæ in linguam suam de digito Lazari dicens, quoniam ardeo hic in hac flamma, & non illi concessum est? Sic desyderauit ille guttam de digito, quomodo ille micas de mēsa diuitis. Sed illius labor finitus est, & illius vita finita est. Labor huius in æternum, vita illius in æternum. Non hic habemus vitam, qui forte hic laboramus in terra, & non sic erimus postea. Erit enim vita nostra Christus in æternum. Illi autem qui hic volunt habere vitam, laborabunt in æternum, & viuent in finem. Quoniam non videbit interitum cum viderit sapientes morientes.) Si iste qui laborauit in æternum & viuet in finē, non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes, quid est hoc? Et non intelliget quid sit interitus, quando viderit sapiēs erat, & cum sapientia inhabitabat, & cum pietate deum colui, nunquid non est mortuus? Faciam ergo mihi bene cū vino. Nam si aliquid possent qui aliud sapiunt, non morerentur. Videt illum mori, non videt quæ sit mors. Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes. Quomodo Iudæi viderunt Christum pendentem in cruce, & contempserunt dicentes, Iste si filius dei esset, descenderet de cruce: nō videntes quid sit interius. Si viderēt quid sit interius, se viderent. Ille moriebatur temporaliter vt reuiuiscereet in æternum, illi viuebant temporaliter vt morerētur in æternum. Sed quia illum videbant morientem, non videbant interitum, id est, nō intellige bant quis esset verus interitus. Quid dūt etiam in sapientem? Morte turpissima condemnemus illum, erit.n. respectus ex seruorum illius. Si enim est vere filius dei, liberabit illum de manibus contrariorum, non permittet mori filium suum, si vere filius ipsius est. At vbi viderunt illum in cruce, insultantes sibi, & illum non descendentem de cruce, dixerunt, Vere homo fuit. Dictum est hoc, & vtique poterat descendere de cruce, qui potuit de sepulchro resurgere. Sed docuit nos fere insultantes, docuit aduersus linguas hominum esse patientes, bibere modo calicem amaritudinis, & postea accipere sempiternam salutem. Bibe æger calicē amarū, vt sanus sis cui nō sunt sana viscera: noli trepidare, ꝙa ne trepidares prior bibit medicus. i. passionis amaritudinē bibit prior dominus. Bibit qui pctm̄ non habebat, qui quod in eo sanaretur, non habebat. Bibe donec transeat amaritudo huius seculi, & veniat seculum, vbi nullū scandalum, nulla ira, nulla tabes, nulla amaritudo, nulla febris, nullus dolus, nullæ inimicitiæ, nulla senectus, nulla mors, nulla contētio. Labora hic venturus ad finem: labora, ne cum non vis hic laborare, venias ad finem vitæ, & nunquam venias ad finem laborum, quoniam non videbit interitum cū viderit sapientes morientes. Simul imprudens & insipiens peribunt.) Quis est imprudens? Qui non sibi prospicit in futurū. Quid est insipiens? Qui non intelligit in quo malo sit. Tu vero intellige, in quo malo sis modo, & prospice vt in bonis sis in posterum. Intelligēdo in quo malo sis, nō eris insipiens: prospiciendo tibi in futurum non eris imprudens. Quis est qui sibi prospicit? Seruus ille cui dedit dominus suus quod erogaret, & postea dixit ei, Non potes mihi amplius agere, redde rationem actus tui. Et ille, Quid facio? Fodere non possum, mendicare confundor. Sedit, & de re domini sui fecit sibi amicos qui illum recipereēt cum de actu proiceretur. Ille enim fraudem fecit domino suo, vt compararet sibi amicos qui illum susciperent. Tu noli time

Mat.28. Joan.20 Matt. 6. Luc.18. Luc.16. Sapiē.2. Luc.18. Mat.27.

re ne fraudem facias, ipse dominus hortat vt facias, ipse tibi dicit, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. Fortasse ea quæ ac quisisti, de iniquitate acquisisti, aut fortasse ea ipsa est iniqtas, quia tu habes & alter nõ hẽt, tu abũdas & alter eget. De ista mãmon a iniqtatis, de diuitijs istis istis q̃s iniqui vocant diuitias, fac tibi amicos, & prudẽs eris: cõpares tibi, nõ fraudaris. Mõ. n. videris perdere. Núquid perdes in thesaurario Chri ponẽs? Nã pueri frẽs vnde sibi emãt nescio qd, simul inueniunt nummos, & ponũt in thesaurario, & nõ aperiũt nisi postea: nũquid quia nõ vidẽt qd colligũt, iõ perdiderũt? Noli timere. Ponunt pueri in thesaurario & securi sunt, ponis in manu Chri & times? Esto prudẽs & prospice tibi in potesterũ í cœlo. Esto ergo prudẽs, imitare formicã, sicut dicit scriptura, recõde æstate, ne esurias in hyeme. Hyems est dies nouissimus, dies tribulationis: hyems ẽ dies scãdalorũ & amaritudinis. Collige qd ibi tibi sic in posterũ, si aũt non facis, simul imprudens & insipiens pibis. Sed mortuus est ille diues, & tale ibi funus factum est. Ecce quo se conuerterunt homines. Non attendunt q̃ malã vitam habuerit cũ viueret, sed quam pompã cũ moreret. O fœlix qué tanti plangũt, iste vero sic vixit vt pauci plangant. Oẽs. n. deberent plangere tam male viuentem, sed põpa est funeris, excipitur sepulchro precioso, inuoluitur preciosis vestibus, sepelitur vnguentis & aromatibus. Deinde memoriam qualem habet, q̃ marmoratam? Viuit in ipsa memoria ille ubi mortuus est. Ista putantes homines bona aberrauerunt à deo nec quæsierunt vera, & decepti sunt falsis, ideo vide quid sequitur, Ille qui non dedit precium redemptionis animæ suæ, qui nõ intellexit interitum, quia vidit sapientes morientes, factus est imprudens & insipiens, vt simul periret. Et quomodo peribunt qui relinquent alienis diuitias suas? Simul imprudens & insipiens peribunt. Attendite fratres. Et relinquent alienis diuitias suas.) Quasi eos posuit in maledicto, qui cum mortui fuerint, alieni possidebunt res ipsorum. Ergo fœlices ipsi qui relinquunt filios in possessione sua, quibus sui succedunt. Habuit filios, quæ. non est mortuus. Quid filij ipsius? Et Si qs ipsi seruant quod eis reliquerunt parentes sui. Parum est quia seruant, & augẽt. Quibus & ipsi seruant? Filijs suis, & illi filijs, et tertij filijs. Quid Chro? Quid animæ tuæ? Omnia filijs. Inter filios sunt quos hãt in terra, cõputent vnum fratrem quem hãt in cœlo, cui totũ dare debebãt, vel diuidãt, vel diuidãt cũ illo. Sed tũ ait mihi aliquis, Ecce quos maledictos dixit scriptura, quos dixit pire & relinquere alienis diuitias suas, ille aũt beatus qui suis relinquit. Ego discutio sensũ istũ, quia inclino in parabolã autem meã, & video nõ frustra sic loq scripturã. Video. n. multos iniquos mori, q̃b. succedunt filij, nec potuit sic loq scriptura, vt separet eos à miseria quorũ vitã improbat. Et qd putatis intelligere frẽs, nisi qa oẽs tales alienis relinquunt diuitias suas? Quo alieni sunt filj? Iniquorũ filij alieni sunt: nã inuenimus quẽdã extraneũ ꝓpinquũ factũ, quia profuit? Si qs tuorum tibi nihil prodest, alienus est. Vbi inuenimus nescio quem exterum propinquum factũ, quia profuit? In Euangelio, Iacebat qui dam uulneratus à latronibus. Dominus autem dixerat cuidam, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: & ille respondebat, Et quis est mihi proximus? Et narrauit dominus, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones qui eum vulnerauerunt, & semiuiuum in via relinquerunt. Transierunt propinqui, Iudæus enim erat, ideo de Hierusalem descendebat in Hiericho. Transijt sacerdos & præterijt: transijt leuites, & præterijt etiam ipse: transiuit quidã Samaritanus. Samaritanus nescio quis extraneus erat, ipse ad illum accessit, inspexit miseriam eius, & misericordia motus, curauit vulnera eius, leuauit in iumentum & duxit in stabulum, commendauit stabulatio. Quia in mysterio dicta sunt, & ad discutiendum non prolixiora videntur, tamẽ propter qd̃ proposui fratres, ait dominus, Quis est illorum illi sauciato proximus? Respõdit ille, Credo qui cum illo fecit misericordiã, Vade, inquit, & tu fac similiter. Cui misericordiã facis, proximus tibi est. Si ergo extraneus Samaritanus faciendo misericordiam & subueniendo proximus factus est: quicunque tibi in tribulatione subuenire nõ possunt, alieni à te facti sunt. Iam attendamus illos diuites qui male vixerunt, qui superbe egerunt, mortui sunt, & reliquerũt, non dico extraneis, sed filijs suis reliquerunt diuitias suas: & filij iporum viam parentum suorum sequuntur: sicut illi superbi, ita & iusti: sicut illi rapaces, ita & isti: vt illi auari, & isti, alieni ab illis sunt. Nã vt noueritis quia illi alieni sunt, subuenirẽt illi diuiti q̃ ardebat in flãma, successores ipsi9 diuitiarũ. Sed forte nõ habuit q̃ illi succederent, & alieni possederũt diuitias ipsius. Inuenimus in ipso Euãgelio qa habuit: ait. n. Habeo quinq; frẽs. Frẽs ipsius subuenire illi ardẽti í flãma nõ potuerunt. Quid tibi diceret diues? Quid frẽs? Vnũ frẽm mihi amicũ nõ feci q̃ iacebat ante ianuã. Illi mihi frẽs subuenire non pũt, q̃ possident diuitias meas, alieni à me facti sunt. Videtis qa oẽs qui male viuunt, alienis relinquunt diuitias suas, sed planè ꝓ fiant illis ipsi alieni qui vocant sui. Audite qd illis præstant, attendite qũo irrideãtur: simul imprudens & insipiens peribũt, & relinquẽt alienis diuitias suas. Quare dixit alienis? Quia nihil eis ꝓdesse possunt. Et tũ in quo sibi videntur prodesse? Et sepulcra eorũ domus eorum in æternum.) Iam quia ista structa sunt sepulchra, domus sunt sepulchra. Nam plerunque audis diuitem dicentem, Habeo marmoratã domum quã relicturus sum, & non cogito mihi æternã domum vbi semper ero. Qũ cogitat sibi memoriam marmoratam aut exculptam facere, qnasi de domo æterna cogitat, quasi ibi maneat ille diues. Si ibi maneret, non arderet apud inferos. Vbi maneat spiritus male agentis, nõ vbi ponatur corpus mortale cogitãdũ est, sed domus eorũ sepulchra eorũ in æternũ. Tabernacula eorũ in generatione, & gñationem.) Tabernacula in quibus temporaliter manserunt, domus in quibus quasi in æternum manebunt, id est, sepulchra. Tabernacula ergo suis dimittunt vbi manebant cum viuerent, transeunt quasi ad domos æternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula eorum in generatione & generationem? Iam generatio & generatio, puta filij sunt, nepotes erũt & pronepotes, quid faciunt? Quid prosunt tabernacula eorum? Quid? Audi, Inuocabũt nomina eorum in terris ipsorum.) Quid est hoc? Tollunt panem, & merum ad sepulchra, & inuocant ibi nomina mortuorum. Putas quãtũ inuocatũ est nomen illius dititis: postea qũ inebriabant se homines in memoria ipsius, nec descendebat vna gutta super linguam ipsius ardentem? Ventri suo seruiunt homines, non spiritibus suorũ. Ad spiritus mortuorum suorum nõ peruenit, nisi quod secum viui fecerunt. Si autem viui non secum fecerunt, ad mortuos nihil peruenit. Sed quid faciunt illi? Solum inuocabunt nomina eorum in terris ipsorum. Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis.) Quomodo insultatũ est hominibus qui non intellexerunt quid facerent de diuitijs cum viuerent, & putarunt se beatos futuros, si haberent memoriam marmoratam, quasi æternam domũ, & si sui quibus reliquissent substantiam suã inuocarent nomina eorum in terris ipsorum. Debuerunt autem contrà præparare sibi domum æternam in bonis operibus, ꝓparare sibi vitam immortalem, mittere ante se sumptus, sequi opera sua, attendere comitem egentem, dare ei cum quo ambulabant, non contemnere Christum ante ianuam vlceroſum, qui dixit, Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Quia ergo non intellexit hõ in honore positus. Quid est, in honore positus? Factus ad imaginem & similitudinem dei, homo prælatus iumẽtis. Non. n. fecit deus sic hominem, quomodo fecit iumentum: sed fecit deus hominem cui seruirent iumenta. Nunquid eius viribus & non intellectui? Ille autem non intellexit. Et qui factus erat ad imaginem dei, cõparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Vnde alibi dicitur, Nolite esse sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Hæc via eorum scandalum ipsis.) Ipsis sit scandalum non tibi. Quando autem erit & tibi? Si putes quòd beati sint tales, si intelligas quia non sunt beati, ipsis erit scandalum via ipsorum, non Christo, non corpori eius, non membris eius. Et postea in ore suo benedicent.) Quid est, postea in ore suo benedicent? Cum facti fuerint tales vt non quærant nisi bona temporalia, fiunt hypocritæ, & quando benedicunt deum, labijs benedicunt non corde. Tales facti Christiani, quando illis laudatur vita æterna, & dicitur illis, cõtemptores diuitiarum esse debere in nomine Christi, torquentur in corde suo. Et si non audient in facie ne erubescant aut ne corripiãtur ab hominibus, in corde id faciunt, contemnunt, & remanet eis in ore benedictio, & in corde maledictio. Et postea in ore suo benedicent. Longum est vt Psalmum finiamus, sufficiat charitati vræ qd̃ audistis interim hodie, cras qd̃ dño placuerit audietis.

Ibid.

Mat. 25.

Gene. 1.

Pſal. 31.

Concio

Concio secunda de secunda parte Psalmi.

HEsterno die cœpto Psalmo terminus debebatur, sicut meminit charitas vestra. Peruenieramus autem vsque ad istum versum, vbi designat spiritus dei homines non attendentes nisi ad præsentia secularia & terrena. Et in posterum post hãc vitam nihil cogitantes, neque vllam fœlicitatem esse arbitrantes, nisi diuitias & honores huius seculi, & transitoriam virtutem & fœlicitatem: post obitum autem suũ non attendentes, nisi quemadmodum eis procurentur funera pomposa, & sepeliantur in monumentis opere mirabili extructis, & inuocentur nomina eorum in terris, ipsorum à domibus eorum: non autem sibi cõparant vbi spiritus sit post hanc vitam, stulti non contremiscentes vocem Christi dicẽ
Luc.12. tis, Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te, & quæ præparasti cuius erunt? Nec attendentes post epulas quotidianas splendi-
Luc.16. das, & purpuram & byssum, diuitem damnatum ad tormenta in infernum, & post labores & vlcera & famem pauperem requiescentem in sinu Abrahæ. Ista non curantes, sed attendentes ad id quod præsens est, & post hanc mortem non prouidentes nisi quemadmodum nomẽ eorum qui reprobatur in cœlo, inuocetur in terra. Describens ergo tales spiritus sanctus ait, Hæc via ipsorum scandalum ipsis, & postea in ore suo benedicent.) Sicut dicit dominus Iesus Christus de quibusdam, qui primo accedunt ad fidem mundati verbo dei & exorcismis in nomine Christi, vt accipiant gra-
A tiam dei, vt baptizentur: & postea redeuntes ad peiora mala quam antea commiserãt, fiant illis, inquit, posteriora deteriora prio-
2.Pet.2. ribus. Hoc Petrus Apostolus. Dominus au-
Luc.11. tem, Et erunt posteriora, inquit, illius hominis peiora quam erant priora. Quare? Quia primo vel aptus paganus erat, postea palliatus nomine Christiano, sub vela mine religionis occultus malus est, & sit deterior, q̃a occultus est. sicut ait, Et postea in ore suo benedicent: id est, nomen dei & nomen Christi audis in labijs, in corde nõ
Mat.15. inuenis. De quibus dictũ est, Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Hucusque ergo psalmus tractatus erat. Deinde sic incipiunt versus, hodie discutiendi atque tractandi. Sicut oues in inferno positæ, mors pastor est eis.) Quibus? Illis quorum via scãdalum ipsis. Qui
bus? Illis qui præsentia sola attendunt, dum futura non cogitant: illis qui vitam non putant nisi istam, quæ mors dicenda est. Non igitur immerito tanquam oues in inferno, mortem habent pastorem. Quid est mortem habent pastorem? Mors.n. aliqua res est, aut aliqua potestas est. Mors nempe separatio est animæ à corpore. Mors equidẽ quam timent homines, separatio est animę à corpore. Mors autem vere, quam non timent homines, separatio est animæ à deo. Et plerunque cum timent homines istam rem quæ separat animam à corpore, incidunt in illam vbi anima separatur à deo: hæc est ergo mors. Quomodo autem mors pastor est illis? Si vita Christus est, mors diabolus. Habemus autem multis locis in scriptura, quia vita est Christus, mors autem diabolus est: non quia ipse mors est, sed quia per illum mors. Siue enim illa in qua lapsus est Adam, ipsius persuasione homini propinata est: siue ista in qua separatur anima à corpore, ipsum habent authorem qui primo per superbiam cadens inuidit stanti, & morte inuisibili deiecit stantem, vt etiam morte inuisibili perderet. Ad eum pertinentes pastorem mortem habent. Nos autem qui de futura immortalitate cogitamus, & nõ sine causa in fronte signum crucis Christi portamus, non habemus pastorem nisi vitam. Infidelium pastor mors, fidelium pastor vita. Si ergo in inferno sunt oues quibus pastor mors est, in cœlo sunt oues quibus pastor vita est. Quid igitur? Iam in cœlo sumus? In cœlo secundum fidem. Si ergo in cælo, vbi sursum cor? Si non in cœlo, vbi est qđ Apostol. Paulus dicit, Nostra cõuersatio in cœlis est? Corpore ambulamus in terra, corde habitamus in cœlo. Habitamus ibi, si illuc aliquid mittimus, quod ibi nos teneat. Nemo.n. inhabitat corde, nisi vnde cogitat, Inde autẽ cogitat, vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra, corde ipsius à terra nõ recedit, thesaurizauit in cœlo, cor ipsius de cœlo nõ descendit: dico ãte dicẽte, Vbi est thesaurus tuus, illic & cor tuũ erit. Isti ergo quibus mors pastor est, videntur florere ad tempus, & iusti laborare. Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est, nox est? Nõ apparẽt merita iustorũ, & quasi nominat fœlicitas impiorum. Tãdiu videtur herba latior quam arbor, quandiu hyems est. Herba.n. per hyemem viget, arbor per hyemem quasi arida est: cum solerit feruentior tempore æstatis, arbor q̃ per hyemem arida videbatur, expletur foliis, profert fructus, herba autem arescit. Vides honorem arboris, herba arida est. Sic & modo iusti laborãt, antequam veniat æstas. Est vita in radice, nondum apparet in ramis. Radix autem nostra charitas est. Et quid ait Apostolus? vt sursum debeamus habere radicem, vt vita sit pastor noster: q̃a habitatio nostra non debet recedere de cœlo, quia in hac terra debemus sicut mortui ambulare, vt supra viuentes, infra mortui simus, non vt supra mortui, infra viuamus. Quid ergo non debet recedere vita nostra & cor nostrum de supernis, quid ait Apostolus? Mortui enim estis. Et ne timeres vita vestra abscondita est, ait, cum Christo in deo. Ecce vbi est radix nostra. Q̃n autem apparebit honor noster tanquam in foliis & fructibus, sequitur & dicit, Cũ Chs apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria, & erit mane. Nam modo non est mane. Tumeant modo superbi & diuites huius seculi, impij bonis insultent, infideles fidelibus, & dicant, Quid vobis prodest quia credidistis? Quid plus habetis, quia Christum habetis? Respondeant fideles, si vere fideles sunt, Nox est, nondũ videtur quod tenemus. Non quiescant manus in bonis operibus. Vnde alibi dicitur,
Psal.76. In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis, nocte coram eo, & non sum deceptus. Apparebit labor noster mane, & erit fructus mane, vt illi qui modò laborãt, postea dominentur, & illi qui modo se iactant & superbiunt, postea subijciantur. Quid.n. sequitur? Sicut oues in inferno positæ, mors pastor est eis. Et dominabuntur eis recti mane.) Puto iam plánum esse istũ versum, quem prælocuti sumus, Dominabuntur eis recti mane. Tolera noctem, desydera mane, ne putes quia nox habet vitã, & mane non habet vitam. Ergo qui dormit viuit, & qui surgit non viuit? Nonne qui dormiunt, morti similior est? Et qui sunt qui dormiunt? Quos excitat Apostolus Paulus, si tamen velint euigilare. Quibus-
Eph.5. dam enim dicit, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Qui ergo illuminantur à Christo, iam vigilant, sed nondum apparet fructus vigiliarum. Mane apparebit, id est, cum seculi huius incerta transierint. Ipsa est enim nox:

nunc tibi videntur quasi tenebræ. Facit male, viuit, floret, terret, honorat. Facit bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur. Quasi tenebræ sunt. In radice autem, vigor, fructus, opulentia, Vita nondum est in ramis, sed radix non aruit, Similis arescenti est, Sed tempus venit, vestitur honore suo, fœcũdatur fructibus suis. Tũc illi de quibus scriptum est, vt non eos zelemus. Quid enim de illis ait psalmus? Qm̃ F
sicut fœnum cito arescent, & sicut olera pra- Psal.36.
ti cito cadent. Cadent cum videbunt ad dexteram sanctos, quibus laborantibus insultauerunt, & dicent intra se pœnitentiam agentes pœnitentia sera & infructuosa. Sapiẽ.5.
Qui noluerunt modo agere fructuosam agent tunc infructuosam. Quid ergo dicent iam in pœnitẽtia infructuosa? Hi sunt quos aliquando in derisum habuimus, & in similitudinem improperij. Verba dico libri de sapientia. Cognoscunt qui ea solent audire, Verba enim sunt malorum futura quando videbunt iudicem, etiam omnes fideles ad dexteram eius, & omnes sanctos eius cũ illo iudicantes, Hoc habent dicere, Verba ip-
sorum dicit scriptura, Hi sunt quos aliquan Mat.25.
do habuimus in risum, & in similitudinem improperij, Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam: Cum enim cœperit deo quisq; viuere, mundum contemnere, iniurias suas nolle vlcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere fœlicitatem terrenã, contemnere omnia, dominum solum cogitare, viam Christi non deserere, non solum à paganis dicitur insanus: sed quod magis dolendum est, quia & intus multi dormiũt, & vigilare nolunt, à suis, à christianis audiunt, Quid pateris? Fratres mei, homini G
viuenti secundum viam Christi, qui dicit, Quid pateris? putamus quid dicit. Horremus Iudæos quia dixerunt domino Iesu Christo, Dæmonium habes: & quandò au- Ioan.7.
dimus euangelium recitari, tundimus pectora nostra. Sceleratam rem dixerunt Iudæi Christo, dæmonium habes. Age tu christiane quando videris de corde hominis expulsum diabolum, & inhabitare Christum, & dicis, quid pateris? dæmonium tibi videtur habere? Dictum est & de ipso domino q̃n Ioan 10
sanaret, quandò loquebatur verba quæ illi Ibidem.
non caperent. Dictum est, insanit, dæmonium habet, & tamen aliqui euigilabant à somno, & dicebant, Non sunt ista verba dæmonium habentis, Sic & modo fratres.

Quan-

Quandiu ista verba audiunt & gentes, & qui inhabitant orbem, & terrigenæ, & filij hominum, & dives & pauper, id est, & qui pertinent ad Adam, & qui pertinent ad Christum: alij dicunt, dæmonium habet: alij dicunt, non sunt ista verba dæmonium habentis: alij enim tenent viam seculi, & ista ad tempus audiunt: alij non frustra audiunt, sed faciunt quod dictum est, Auribus percipite qui habitatis orbem. Et cum agût H ista certus est fructus. Sed qui male agunt, & viam seculi eligunt, mors pastor est eis. Qui autem eligunt nomen dei, vita pastor est eis. Veniet ipsa vita iudicatura, & damnatura cum pastore suo eos qbus dicetur,
Mat.25. Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius: Illi autem quibus insultatum est, & qui irrisi sunt quia credebant, audient ab ipsa vita quam habent pastorem, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Dominabuntur ergo eis recti, nõ modo, sed mane, Nemo dicat, quare sum christianus, impero nemini, imperem iniquis? Quisquis es noli festinare, & dominaberis, sed mane. Et auxilium eorum veterascet in inferno & à gloria eorum.) Modo habent gloriã, in inferno veterascent. Quid est auxilium eorum? Auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de virtute sua. Sed cum mortuus fuerit homo, in illa
psa.145. die perient omnes cogitationes eius. Quantum visus est gloriam habere inter homines cum viueret, tantam vetustatem & corruptionem suppliciorum habebit cum mortuus fuerit apud inferos. Veruntamen deus redimet animam meam.) Videte vocem spe
1 rantis de futuro, Veruntamen deus redimet animam meam. Forte vox est adhuc volentis liberari de pressura. Nescio quis in carcere est, dicit, deus redimet animam meam: nescio quis in catena, deus redimet animam meam: nescio quis periculum patitur in mari, iactatur fluctibus & sæuientibus tempestatibus, quid dicit? Deus redimet animam meam. Liberari volũt ad istam vitam. Nõ est autem ista vox huius. Audi quid sequitur, Deus redimet animam meam. De manu inferi cum acceperit me.) Hanc redem
Ephe.5. ptionem dicit, quam Christus iam in se ostendit. Descendit enim ad inferos, ascendit in cœlum. Quid videmus in capite, inueniemus in corpore. Quid enim credimus in capite? Quoniam qui viderunt, ipsi nobis annunciauerunt, & per ipsos videmus, quia vanum corpus omnes sumus. Sed meliores illi qui viderunt, nos deteriores qui bus annunciatum est? Non hoc dicit ipsa vita nostra, ipse pastor noster. Insultat cuidam discipulo suo dubitanti, & cicatrices palpare cupienti. Et cum palpasset cicatrices, exclamauit dicens, Dominus meus & deus meus. Videns ergo dubitantem discipulum, & intuens totum orbem terrarum credituru, quia vidisti, inquit, credidisti, beati qui non vident & credunt. Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me. Hic ergo quid? Labor, pressura, tribulatio, tentatio, Nihil aliud speres. Vbi gaudium? In spe tu tura. Nam dicit Apostolus, Semper gaudẽtes. In tantis tribulationibus, semper gaudẽtes, semper tristes. Semper gaudentes, quia ipse dixit, Quasi tristes, semper autem gaudentes. Tristitia nostra habet quasi, gaudium nostrum non habet quasi, quia in spe certa est. Quare tristicia nostra quasi habet? Quia sicut somnus transit, & dominabuntur recti mane. Nouit enim charitas vestra, quia qui somnium indicat, addit quasi. Quasi dicebam, quasi loquebar, quasi disputabã. Totũ debã, quasi equitabã quasi disputabã. Totũ quasi, quia cui euigilauerit, nõ inuenit qd videbat. (Quasi thesaurum inueneram, dicit mendicus. Si quasi non esset, mendicus esset. Itaq; esset sed quia quasi erat, mendicus est. Itaq; modo qui ad lætitias seculares oculos aperiunt & cor claudunt, transit quasi ipsorum & venit verum ipsorum. Quasi ipsorum fœlicitas est seculi, verum ipsorum pœna est. Nostrum autem quasi tristitia est, gaudium non est quasi. Non enim ait Apostolus, Quasi gaudentes, semper autem tristes: sed sic aut, quasi tristes, & quasi gaudentes: sed sicut quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egeni, & ibi sicut pro quasi posuit. Multos autem ditantes: & cum hoc diceret, nihil habebat Apostolus. Omnia sua dimiserat, diuitias nullas possidebat. Et quid securum ait? Quasi nihil habentes: & ipsum nihil habere quasi Apostoli erat. Et omnia possidẽtes: ibi non dixit quasi. Quasi egebat, non autem quasi, sed vere multos ditabat. Quasi nihil habebat, non autem quasi, sed omnia possidebat. Vnde vere omnia possidebat? Quia omnium creatori adhærebat. Veruntamen, inquit, deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me. Quid

Quid igitur? Quid hic voluit florere? Tu visurus es hominẽ florẽtem malum, & forte titubabũt pedes tui, & dicturus es i anima tua, deus ego noui facta huius hominis, quæ scelera fecit iste homo, & ecce floret, terret, dñatur, extollitur, caput illi non dolet, nihil in domo eius diminutum est: & timebis, qa credidisti, & forte dicet cor tuum, me miserum puto, sine causa credidi, deus non respicit res humanas. Excitat
M eum dives factus fuerit homo.) Quare.n. timebas, quia dives factus est homo? Time bas ne sine causa crederes, ne forte pdidisses laborem fidei tuæ, & spem conuersionis tuæ: quia forte incurrit tibi lucrum cũ fraude, & potuisti facere ipsum lucrum cũ fraude, dues esse & non laborare, & attendens quid minatus est deus, temperasti à fraude, contempsisti lucrum. Vides alium feciſſe lucrum de fraude, & nihil mali pati, & times esse bonus. Ne timueris ait tibi spiritus dei, cum dives factus fuerit homo. Oculos non uis habere nisi in præsentia? Futura promisit qui resurrexit, pacem in hac terra & requiem non promisit. Omnis homo requiem quærit, bonam rem quærit, sed non in regione sua illam quærit. Non est pax in hac vita, in cœlo nobis promissum est quod in terra quærimus. In futuro seculo promissum est, quod in isto seculo quærimus. Ne timueris cum dives factus fuerit homo. Et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.) Quare ne timueris? Quoniam non cum morietur accipiet hæc omnia.) Vides viuentem, cogita mortuum. Quid hic habeat attende. Quid secum tollit? Multum auri habet, multum
A argenti habet, multum prædiorũ, mãcipiorum: moritur, remanent illa, nescio qbus. Etsi enim dimittit quibus vult, non seruat quibus vult. Multi enim & non sibi dimiserunt, & multi sibi dimissa perdiderunt. Remanent enim illa omnia, & tu secum tollis. Quid? Forte dicit aliquis, illud secum tollit vnde inuoluitur, & quod illi erogatur ad preciosum & marmoratum sepulchrum, ad instruẽdam memoriam, hoc secum tollit. Ego nec hoc dico. Exhibentur enim ista non sentienti. Si dormientem & non vigilantem ornas, in lecto secum illa hab et. Forte ornamenta insunt in corpore iacentis, & forte ille in somnis in pannis se videt. Quod sentit ei plus est, q̃ quod non sentit. Quãquam & illud cum euigilauerit non erit: tamen dormienti magis illud erat quod in somnis videbat, q̃ illud quod non sentiebat. Quid ergo fratres dicant sibi homines? Erogent ad mortẽ meã, quare dimitto hæredes meos diuites? Multa habebunt de meo, habeam & ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit corpus mortuum? Quid habebit caro putrescens? Quid habebit caro non sentiens? Si aliquid habuit dives ille cuius lingua ficca erat, tunc habet homo aliquid de suo. Fratres, nunquid sic legi- B
mus in Euangelio, quia dives ille cum ho- Luc.16.
losericis & byssinis tegumentis apparebat in igne? Nunquid qualis erat epulis ad mensam, talis erat & apud inferos, cum sitiret, & stillam desyderaret? Nõ ibi erant illa omnia. Non ergo secum accipit homo omnia, ne quod tollit sepultura, tollit secum mortuus. Vbi enim sensus, ibi homo: vbi nullus sensus, non est homo. Iacet vas quod continebat hominem, domus q̃ habebat hominem. Corpus dicamus domum, spiritum dicamus habitorem domus. Spiritus torquetur apud inferos, qd illi prodest, quia corpus iacet in cinnamis & aromatibus conditum, inuolutm preciosis linteis? Tanquam si dominus domus mittatur in exilium, & tu ornes parietes ipsius. Ille in exilio eget & fame deficit, vix sibi vnam cellam inuenit vbi somnum capiat, & tu dicis fœlix est, Nã ornata est domus illius. Quis te non aut iocari, aut insanire arbitretur? Ornas corpus, torquetur spiritus. Da aliquid spiritui, & dedisti aliquid mortuo. Sed quid illi dabis, quando vnam guttam desyderauit & non accepit? Hic.n. cõtempsit mittere ante se aliq̃d. Quare contẽpsit? Quia hæc vita eorum scandalum est illis. Non putauit vitã nisi psentem, non cogitauit nisi quẽadmodum C
preciosis vestibus obuolutus sepeliretur. Ablata est ab illo anima eius, sicut dñs dicit, Stulte, hac nocte auferetur anima tua, & q̃ pparasti cuius erunt? Et impletũ est in illo quod iste Psalmus dicit, Ne timueris Luc.12.
cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius, qm̃ non cum morietur accipiet hæc omnia. Neque simul descendet cum eo glorta domus eius. Quoniã anima eius in vita ipsius bñdicetur.) Intendat charitas vestra, quoniã anima eius in vita ipsius benedicet. Quãdiu

diu vixit,bene sibi fecit. Hoc dicũt omnes, sed falso dicunt.Benedictio est ab animo benedicentis,non ab ipsa vanitate. Quid.n.dicis tu,quia manducauit & bibit, quia fecit quod voluit, quoniam splendide epulatus est,ideo secum fecit bene? Ego dico,fecit secum male:non ego dico,sed Christus;fecit
Luc.16. secum male.Etenim diues ille quando quotidie epulabatur splendide,bene secum facere putabatur: cũ autem cœpit ardere apud inferos, tunc inuentum est male,quod putabatur bene. Quod.n.manducauerat apud
D superos,hoc digerebat apud inferos. Iniquitatem dico fratres,quam epulabatur. Manducabat preciosas epulas ore carnis,ore cordis manducabat iniquitatem . Quod apud superos ore cordis manducabat, hoc apud inferos in illis supplicijs digerebat . Et quidem temporaliter manducauerat, in æternum male digerebat. Manducatur ergo iniquitas.Forte aliquis dicit, Quid est quod loquitur,manducatur iniquitas ? Non ego
Prou.10 dico,audi scripturam,Sicut vua acerba dentibus vexatio est,& fumus oculis,sic iniquitas vtentibus ea.Qui manducauerit.n.iniquitatem,id est,qui libenter habuerit iniqtatem, non poterit manducare iustitiam.
Ioan. 8: Panis.n.iustitia est . Quis est panis ? Ego
Hic.31. sum panis viuus,qui de cœlo descendi.Ipse est panis cordis nostri.Quomodo qui manducat ore corporis vuas acerbas , orbigescunt & obstupescunt dẽtes eius,& minus idoneus fit ad manducandum panem,& remanet illi laudare,quod videt,& manducare non posse : sic & qui iniquitate vsus est, & pastus peccatis in corde, incipit non posse manducare panem , laudat verbum dei, & non facit.Vnde non facit?Quia cum cœperit facere laborat, quomodo sentimus laborare dentes post vuas acerbas, cum cœ-
E perimus panẽ manducare.Sed quid faciunt illi quibus obstupuerunt dentes ? Temperant se aliquantulum ab vuis acerbis,& redeunt dẽtes ad stabilitatem suam,& incumbunt pani . Sic & nos laudemus iustitiam. Sed si nos volumus manducare iustitiam, temperemus nos ab iniquitatibus,& nascitur in corde non solum delectatio laudandi iustitiam,sed etiam facilitas manducandi. Nam si dicit Christianus , deus nouit, quia delectat me,sed nõ possum facẽ:quassatos dentes habet,diu manducauit iniquitatem. Ergo & iustitia manducatur?Si non manducaretur,non diceret dominus,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Ergo quo Matt.
niam anima illius in vita ipsius benedicetur,in morte torquebitur. Confitebitur tibi cum bene feceris ei.) Attendite & pascimini,hæreat in cordibus vestris,manducate & videte tales,& nolite esse tales. Caute & talia verba,Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Quam multi sunt Christiani fratres,qui tunc deo gratias agunt,quando illis accidit lucrum:hoc est,confitebitur tibi cum bene feceris ei, laudabit te & dicet, Vere quia tu es deus meus, Liberauit me de carcere,& confitebor illi . Venit illi lucrum,confitetur:venit hæreditas, confitetur:patitur damnum,blasphemat . Qualis filius es,quia quando te pater emendat,tũc tibi displicet? Non emendaret,nisi displiceres.Aut si sic displiceres vt odisset,non ille te emendaret.Gratias age ergo emendatori,vt accipias hæreditatẽ à deo qui te emendat. Eruditus.n.cum emẽdaris,sed multum emendat,quia magnum est quod habes accipere. Nam si appendas quod emendaris cum eo quod accepturus es, inuenies quia nihil est quod emendaris . Apostolus Paulus hoc dicit, Etenim quod ad præsens est temporale leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis.Sed quando?Nõ respiciẽtibus, inquit, q̃ vñr, sed q̃ nõ vñr:nõ q̃ tẽporalia,sed quæ æterna. Quæ.n.videntur,temporalia sunt:quæ autem non videntur,æterna.Et iterum , Non sunt cõdignæ
Rom. passiones huius temporis, ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Quid ergo? Quod pateris sic semper pateris ? Concedo,Ex quo natus es per omnes ætates tuas, vsque ad senectam tuam;quousque morieris , puta quia hoc pateris, quod est passus Iob. Quod ille passus est aliquot diebus, si aliquis patiatur ab ipsa infantia ? Quod pateris,transit,finitur:quod accepturus es, finem non habebit.Nolo iam æques pœnã cum præmio temporali: æqua æternitati si potes . Confitebitur tibi cum bene feceris ei,Nolite esse tales,fratres,videte quia propterea dicimus hæc , propterea cantamus, propterea tractatur;propterea sudat.Nolite facere ista,negocia vestra vos probant. Aliqñ in negocio vestro auditis verum & blasphematis,Ecclesiã blasphematis.Quare? Quia Christiani estis.Si sic est, ducor me in parte Donati,Paganus volo eẽ.Quare? Quia momordisti panem & dolent dẽ-

tes.Qñ videbas ipsum panẽ,laudabas:cœpisti mãducare,& dolent dẽtes, id est, qñ audiebas sermonem dei collaudabas, cum tibi dicitur, fac hoc,blasphemas. Noli sic velle, hoc dic,bonus est panis, sed ego non possũ illũ manducare.Nũc aũt si oculis vides laudas,cum cœperis dentes premere,dicis manducas est panis iste. Et qualis est ille qui illum fecit? Ita fit vt confitearis deũ, qñ tibi bene fecit deus,& mentiaris qñ cantas,Benedicã
Psal.33. dño in omni tempore,semp laus eius in ore meo. Exigitur de corde tuo cantatio labiorũ tuorũ,cantasti in Ecclesia, Benedicã dominũ in omni tempore. Qñ in omni tempore?Si omni tempore lucrum,omni tempore benedicetur.Si aliquando est damnũ, non benedicis in omni tempore , certe qa non semper laus eius in ore tuo est,eris talis qualem modo descripsit, Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorum)Id est,imitabitur patres suos, quia iniqui quomodo sũt, non habent fratres vel patres? Antiqui iniqui , patres sunt præsentium. Et modo qui iniqui sunt,patres sunt posteriorũ iniquorum, quomodo patres iustorum antiqui iusti patres sunt iustorum , quomodo & qui modo sunt eorum qui futuri erunt. Ostendere voluit spiritus sanctus, qa non est mala æquitas, qñ ad illã murmuratur , sed hi ab origine vsq; ad progeniem patrum suorũ, patrem suum habent. Duos genuit Adam & in vno iniquitas,in vno iustitia. Iniqtas in Cain,iustitia in Abel. Prævaluisse videtur iniquitas super iustitiã,quia occidit Cain iniustus Abel iustum & innocentẽ. Nunquid mane?Sed dominabuntur eis recti mane.Veniet mane, & videbitur vbi sit Abel, & vbi Cain Sic omnes qui secundum Cain, & sic omnes qui secundum Abel usque in finẽ seculi, Introibit ũsque in progenies patrum suorum. Vsque in æternum non uidebit lumen.) Quia & hic cum esset in tenebris , erat gaudens falsis bonis , & non amans boua uera , & ideo hinc ad tartarum ibit. A tenebris somniorum excipient eum tenebræ tormentorum . Ergo usque in æternum non uidebit lumen . Sed quare hoc , quod posuit in medio Psalmo, hoc & in fine ? Homo cum in honore esset non intellexit , comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis.) Vos autem fratres consyderare uos homines factos ad imaginẽ & similitudinẽ dei. Imago dei intus est,non est in corpore, non est Genes.
in auribus istis quas videtis,& oculis, & naribus, & palato,& manibus,& pedibus: sed est facta tñ vbi est intellectus,vbi est mens, vbi ratio inuestigandæ veritatis. Vbi est fides, vbi est spes vestra,vbi charitas uestra: ibi habet deus imaginem suam, vel ibi intelligitis & uidetis,quia ista transeunt,quia
psal. 38. sic dixit in alio Psalmo, Quanquam in imagine ambulet hõ , tñ vane conturbatur,thesaurizat & nescit cui congregabit ea. Non turbemini quia qualiacunq; sunt ista, trãsitoria sunt, si homines estis in honore positi,intelligitis. Nam si homines estis in honore positi & non intelligitis,comparamini iumentis insensatis, & similes efficimini illis.
K

In Psalmum quadragesimumnonum. Enarratio.

QVantũ nobis valeat sermo dei ad correctionem vitæ nostræ, & ad sperandã præmia eius,pœnasq; metuẽdas, vnusquisq; in se metiatur,& cõscientiã suam ante oculos eius sine dolo ponat,nec sibi blãdiatur in tãto periculo, qñ & ipse dominus deus noster,videtis quia nulli blanditur.Et si consolatur nos promittendo bona sua, & confirmando spem nostrã,male viuentibus tamen & contemnentibus verbũ suũ,omni no non parcit. Interroget se vnusquisq; cũ tempus est,& uideat vbi sit,& aut persueret in bono,aut mutetur a malo. Sicut.n.dicit in hoc psalmo, Non quicunqne hõ,aut quicunque angelus; sed Deus deorum dominus,locutus est.) Loquendo autem quid egit? Vocauit terram. A solis ortu usque ad occasum.) Qui vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum, dominus nr & saluator
L est Iesus Christus,Verbum caro factum est vt inhabitaret in nobis.Dominus ergo noster Iesus Chrs deus deorũ est,qa per ipsũ facta sunt omnia,& sine ipso factum est nihil. Verbum dei, si deus est , vtique deus deorum est. Vtrum autem sit deus, Euangelium respondet, In principio erat verbum , & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et si omnia per ipsum facta sunt , sicut consequenter dicit, & dij si qui facti sunt , per ipsum facti sunt. Vnus enim deus non factus , & uerus deus ipse solus. Ipse autem solus deus, & pater & filius & spũs sãctus, vnus deus. Di er

go quorũ deus verus est, qui sunt, aut vbi
Psal.81. sunt? Dicit alius Psalmus, Deus stetit in synagoga deorũ, in medio aũt deos discernit. Adhuc nescimus, ne forte dij aliqui in cœlo congregati sint, & in eorum cõgregatione, hoc est. n. in synagoga, stetit deus discernere illos. Videte in eodem Psalmo, quibus
Ibidem. dicat, Ego dixi dij estis, & filij excelsi oẽs. Vos aũt vt homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Manifestum est ergo, quia homines dixit deos, ex gratia sua deificatos, non de substantia sua natos. Ille
Rom. 4. enim iustificat, qui per semetipsum non ex alio iustus est, & ille deificat qui p seipsum non alterius participatione deus est. Qui
M aũt iustificat, ipse deificat, quia iustificando
Ioan. 1. filios dei facit. Dedit. n. eis potestatem filios dei fieri. Si filij dei sumus, & dij facti sumus, sed hoc gratiæ est adoptantis, non naturę generantis. Vnicus n. dei filius deus, & cum patre unus deus, dñs & saluator noster Iesus Christus, in principio verbũ, & verbum apud deũ, verbũ deus. Cæteri q fiunt dij, gratia ipsius fiunt, non de substãtia eius nascuntur vt hoc sint quod ille, sed vt per beneficium perueniant ad eum, & sint cohæredes Christi. Tãta. n. charitas est in illo hærede, vt voluerint habere cohæredes. Quis. n. auarus homo velit habere cohæredes? Sed & qui inuenitur velle, diuidet cum eis hæreditatem, minus habens ipse diuidẽt q̃ si solus possideret. Hæreditas autem in qua cohæredes Christi sumus, non minuit copia possessorum, nec fit angustior numerositate cohæredum, sed tanta est multis, quanta paucis, tanta singulis, quanta omni-
1. Ioan. 3. bus. Videte, inquit Apostolus, qualem dile-
Ibidem. ctionem nobis dedit deus, vt filij dei vocemur & simus. Et in alio loco, Dilectissimi, filij dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Ergo sumus in spe, nondũ in re. Scimus aũt, inquit, qm̃ cum apparuerit, similes ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti est. Vnicus similis nascendo, non similes viuendo: Non enim ita similes, vt ille qui hoc est, q̃ ille a quo genitus est. Nos. n. similes nõ
A æquales. Ille quia æqualis, ideo similis. Audiamus qui sint dij facti iustificati, quia filij dei dicuntur: & dij qui non sunt dij, quibus ille deus deorum terribilis est. Dicit
Psal. 95. enim alius Psalmus, Terribilis est super omnes deos. Et quasi quæreres, quos deos, quoniam omnes dij gẽtium dæmonia. Dijs gentium, dæmonijs terribilis: dijs a se factis, filijs amabilis. Proinde confitentes maiestatem dei vtroq; inuenio, & dæmonia confessa sunt Christum, & fideles confessi sunt. Christum. Tu es Christus filius dei viui, dixit Petrus. Scimus qui sis, tu es filius dei. dixerunt dæmones. Parem audio confessionem, sed non parem inuenio dilectionem: imò uero hic dilectionem, ibi timorem. Quibus ergo amabilis, filij sunt: quibus terribilis, filij nõ sunt. Quibus amabilis, deos illos fecit: quibus terribilis, non esse deos conuicit. Hi. n. dij fiunt, illi dij putantur. Hos deos facit veritas, illos error existimat. Deus ergo deorum dñs locutus est. Locutus est multis modis. Per angelos ipse locutus est, per Prophetas ipse locutus est, p os proprium locutus est ipse, per Apostolos suos ipse locutus est, per fideles suos ipse loquitur, per humilitatem nostram, cum aliquid verum dicimus, ipse loquitur. Videte itaq; loquendo multipliciter, multis modis, per multa vasa, per multa organa, ipse tãsonat vbique tangendo, modificando, inspirando. Videte quid egerit. Locutus est, enim & vocauit terram. Quam terram? An forte Aphricam propter eos qui dicunt, Ecclesia Christi pars Donati est. Solam quidem Aphricam non vocauit, sed & Aphricam non separauit. Qui. n. vocauit terrã a solis ortu vsque ad occasum, nullas reliquit partes, quas non vocauerit, in sua vocatione & Aphricam inuenit. Gaudeat ergo in vnitate, nõ superbiat in diuisione. Bene dicimus, quia vox dei deorum, & in Aphricam venit, non in Aphrica remansit. Vocauit nos terram a solis ortu vsq; ad occasum. Non hã est vbi latent insidiæ hæreticorum, non habent in qua se vmbra falsitatis abscondant. Nec enim est qui se abscõdat a calore eius. Qui terram vocauit, & totam terram vocauit. Qui terram vocauit, tantam vocauit quantam fabricauit. Quid mihi exurgunt pseudochristi & pseudoprophetæ? Quid est quod me verbis captiosis illaqueare moliuntur, dicentes: Ecce hic est Christus, ecce illic est? Non audio ostendentes partes. Deus deorum totum mihi ostendit: qui vocauit terram a solis ortu vsq; ad occasum, totum redemit: partes autem, id est, calumniantes condemnauit. Sed audieramus a solis ortu vsque ad occasum vocauit terram. Vnde cœpit vocare qui vocauit? Et hos audite. Ex Sion species decoris eius. Certe concordat Psalmus. Euangelio dicenti, Per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Audi per oẽs gẽtes, vocauit terrã a solis ortu vsq; ad occasũ. Audi incipiẽtibus ab Hierusalem, ex Sion species decoris eius. Ergo uocauit terrã a solis ortu usq; ad occasum, concordat uerbis domini dicẽtis, Oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiã & remissionẽ pctõrũ p oẽs gẽtes. Oẽs. n. gentes sunt, a solis ortu usque ad occasum. Qđ vero ex Siõ spẽs decoris eius, quod inde cœpit decus Euãgelij eius, quod inde annunciari cœpit speciosus forma præ filijs hominum, cõcordat verbis domini dicentis, Incipientibus ab Hierusalẽ. Concinunt noua ueteribus, uetera nouis. Dicunt adinuicẽ seraphin duo, Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Hæc consonant duo testamenta, & vnã vocẽ hũt duo testamenta. Addiatur vox concinentium testamentorum, non calumniantium exhæredatorum. Fecit ergo ista deus deorũ, Vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum, ex Sion procedente specie sua. Ibi. n. erant discipuli qui acceperunt spiritũ sanctum quinquagesimo post resurrectionem eius die missum de cœlo. Inde Euangeliũ, inde prædicatio, inde impletur orbis terrarum, Et hoc in gratia fidei. Nam cum ipse dominus uenisset, quia passurus uenit, occultus uenit. Et cum esset fortis in se, infirmus in carne apparuit. Oportebat enim videri ut non intelligeretur, contemni vt occideretur. Erat gloriæ species in diuinitate, sed hæc latebat in carne. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sic ergo inter Iudæos, sic in ter inimicos ambulauit occultus, mira faciens, mala patiens, donec suspenderetur in ligno. Videntesq; pendentem Iudæi, magis magisq; contempserunt, & ante crucem capita agitantes, & dicentes, Si filius dei est descendat de cruce. Occultus ergo erat deus deorum, & voces ædebat magis ex compassione nostra, quam ex maiestate sua. Vnde enim illæ voces nisi ex nobis assumptæ, Deus deus meus vt quid me dereliquisti? Qñ autem pater filium dereliquit, aut filius patrem? Nõne vnus deus filius & pater? Nõ ne verissimum, Ego & pater unum sumus. Vnde ergo, deus deus meus vt quid me dereliquisti, nisi quia in carne infirmitatis agnoscebatur vox peccatoris? Qui enim suscipit similitudinem carnis peccati cui

nõ susciperet similitudinem vocis peccati? Occultus ergo deus deorũ, & cũ inter ho- Ioan. 4.
mines ambulauit, & cũ esuriuit & sitiuit, & Mat. 27
cũ fatigatus sedit; & cũ lassato corpore dormiuit, & cũ apprehensus, & cũ flagellatus, & cum ante iudicem positus, & cũ superbienti rũdit, Non haberes in me potestatẽ, Ioa. 19.
nisi data tibi fuisset desuper: & quod ductus Isai. 53
ad uictimam, coram tondente se non aperuit Mat. 21
os suum, & quod crucifixus, & quod sepultus, semper occultus deus deorum. Quid postea quã resurrexit? Mirati discipuli, & primo non crediderunt, donec tangerent atq; palparent. Sed caro resurrexerat, quia caro mortua erat, diuinitas quæ mori non poterat, adhuc etiam in carne resurgentis latebat. Videri forma potuit, teneri mẽbra, palpari cicatrices, verbum per quod facta sunt F
omnia, quis videt? quis tenet? quis palpat? Et tamẽ verbum caro factum est, & habitauit
in nobis. Et qui tenebat hominẽ Thomas, Ioan. 1.
intelligebat vt poterat deum. Palpatis enim cicatricibus, exclamauit, Dominus meus & deus meus. Ostendebat tñ dñs eã formam Ioa. 20.
camq; carnem quam in cruce uiderãt, quæ in sepultura posita fuerat. Fuit cum eis quã draginta dies. Impijs Iudæis non se demõ Acto. 1.
strauit. Illis demonstrauit se, qui in eũ crediderant anteq̃ crucifigeretur, vt quos crucifixus dimiserat titubantes, resurgens faceret fortes. Deinde quadragesimo die commẽdans Ecclesiam suam, id est, vocatam terrã, a solis ortu vsq; ad occasum, ne haberẽt excusationem, qui volunt in schismate deperiret, ascendit in cœlum, dicens eis, Eritis mi Acto. 1.
hi testes in Hierusalem, vnde species decoris eius, & in totam Iudæam, & Samariam, & vsq; in totam terram. His. n. dictis, nubes suscepit eum, Intuebantur illi quẽ nouerãt: nouerant tñ in humilitate, nondũ in claritate. Et cum ab eis iret in cœlum, admoniti sunt voce angelica dicente, Quid statis uiri Galilæi? Hic Iesus quem videtis ire, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntẽ in cœlum, Ascendit ergo. Regressi illi lætã G
tes mãserunt in ciuitate secũdum eius præceptum, donec implerentur spiritu sancto. Quid autẽ dictum erat Thomæ palpanti? Ioã. 20.
Quia vidisti credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. Prædicti sumus, Terra illa uocata a solis ortu usq; ad occasum, non vidit & credit. Occultus ergo deus deorum, & eis inter quos ambulauit, & eis a quibus crucifixus est, & eis a quorum

oculis resurrexit, & nobis qui credidimus in cœlo sedentem, quē non vidimus in terra ambulantē. Sed & si videremus, nonne hoc videremus qđ Iudæi viderunt & crucifixerunt? Plus est quod nō videntes Christū credimus deū, q̄ quod illi videntes, non nisi hominem putauerunt. Illi deniq; male putando mortificauerunt, nos bene credendo & viuendo viuificabimur. Quid ergo fratres? Ille deus deorū & tunc occultus, & modo occultus? Nūquid semper occultus? Nou plane, Audi sequentia. Deus manifestus veniet.) Qui venit occultus, veniet manifestus. Venit occultus iudicandus, veniet manifestus iudicaturus. Venit occultus vt ante iudicem staret, veniet manifestus vt etiam de iudicibus iudicet. Veniet manifestus & non silebit.) Quid.n. modo silet? Et vnde sunt quæ dicimus? Vnde ista præceH pta? Vnde ista monita? Vnde ista tuba terroris? Non silet & silet. Non silet admonendo, silet à iudicando. Non silet præcepto, silet à iudicio. Patitur.n. peccatores quotidie mala facientes, deum non curantes, non in conscientia sua, non in cœlo, non in terra. Non cū latent hæc omnia, & vniuersaliter oēs admonet, & q̄ aliquos flagellat in terra, admonitio est, nondum damnatio. Silet ergo à iudicio, occultus in cœlo est, adhuc interpellat pro nobis. Patiens est super peccatores, non exercens irā, sed expectans pœnitentiā. Dicit alio loco, Tacui: nunquid semper tacebo? Qū ergo non tacebit? Deus manifestus veniet. Et quis deus? Deus noster, & ipse est deus. Quis deus noster? Nō enim deus est, qui non est nr deus. Dij gentium dæmonia, deus Christianorum verus deus: ipse veniet, sed manifestus, non adhuc
Mat.27. illudendus, non adhuc alapandus, nō adhuc flagellandus. Veniet, sed manifestus, nō adhuc calamo in capite percutiendus, non adhuc crucifigendus, occidendus, sepeliendus, quia hæc omnia occultus deus pati voluit. Veniet manifestus & non silebit. Quia vero ad iudicium veniet, sequentia docent,
I Ignis ante eum præibit. Timeamus, mutemur & non timebimus, Ignem palea timet, auro quid facit? Est autē nunc in potestate quid facias, ne illud quod & te nolente venturum est, nō correctus experiaris. Si enim possemus facere fratres, vt dies iudicij non veniret, puto quia nec sic erat male viuendum. Si non veniret ignis diei iudicij, & sola peccatoribus immineret separatio à facie dei, in qualibet essent affluentia delitiarum, non videntes à quo creati sunt, & separati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius, in qualibet æternitate & impunitate peccati, plangere se deberent. Sed quid loquar, aut quibus loquar? Hæc amantibus pœna est, non contemnentibus. Qui dulcedinem sapientiæ & veritatis vtcunq; sentire cœperunt, nouerunt quod dico, quanta pœna est, tūmodo a facie dei separari. Qui aūt illam dulcedinē non gustauerunt, si nondū desyderant dei faciem, timeant vel ignem, suppli cia terreant, quem præmia nō inuitant. Vile tibi est quod deus pollicetur, contremisce qđ minatur. Veniet dulcedo præsentiæ, nō mutaris, non excitaris, non suspiras, nō desyderas, Amplexaris peccata tua, & delitias carnis tuæ, stipulas congeris, veniet ignis, Ignis in conspectu eius ardebit. Non erit iste ignis sicut focus tuus: quo tū si manum mittere cogaris, facies quicquid uoluerit q hoc minatur. Si tibi dicat, scribe contra caput patris tui, scribe contra capita filiorum tuorum: nam si non feceris, manum tuam mitto in focum tuum: facies ne ardeat manus tua, ne ardeat ad tps membrum tuum, non semper in dolore futurum. Minaf ergo inimicus tam leue malum, & facis malum? minatur deus æternū malū, & non facis bonum? Ad malū faciendū, nec minæ te compellere deberent, a bono faciendo nec minæ te terrere deberent. Minis.n. dei, minis æterni ignis prohiberi a malo, inuitaris ad bonum. Vnde piget, nisi quia non credis? Excutiat ergo vnusquisq; cor suum, & videat quid ibi fines teneat. Si credimus futurum iudiciū fratres, bene viuamus. Tps miseri cordiæ nunc est, tps iudicij tūc erit. Nemo dicet, reuoca me ad priores annos. Pœnitebit & tunc, sed frustra pœnitebit. Modo quæ niteat eū fructus est pœnitendi, modo adhi beatur ad radices arboris cophinus sterco ris, id est, cordis luctus & lachrymarum, ne veniat ventus & eradicet. Cum enim eradicauerit, iam ignis expectatur. Modo & si fracti sunt rami, possunt rursus inseri, Tunc omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidetur & in ignem mittetur. Ignis in cō spectu eius ardebit. Et in circuitu eius tempestas valida.) Valida tempestas, ventilatra tam magnam aream. Hac tēpestate erat illa ventilatio, qua separabitur a sanctis omne immūdum, a fidelibus omnis simulatio, a pijs & trementibus verbum dei, omnis

cōceptor & superbus. Modo.n. mixtura q̄dā iacet à lolis ortu vsq; ad occasū. Videmus ergo quō faciet q̄ vēturus est tempestate illa, quid facturus? q̄ erit in circuitu eius tempeLuc.5. stas valida? Proculdubio ista tēpestas q̄dā separationē factura ē. Ista ē illa separatio, q̄ nō expectauerūt, q̄ anteq̄ ad littus venirēt retia diruperunt. In illa uerō separatione fit q̄dā malorum & bonorū distinctio. Alij Mat.13. sunt.n. sequētes nūc Chīm, expeditis humeris sine sarcina curarū secularium, qui nō frustra audierunt, Si vis esse perfectus, uade vende omnia quæ habes & da pauperib. & habebis thesaurū in cœlo, & veni seque re me, qualibus dr, Sedebitis super duodeM.19. cim sedes, iudicantes duodecim tribus Isra el. Alij ergo erunt iudicantes cum domino M. alij vero iudicandi, sed ad dexteram ponendi. Nam quia erunt quidam iudicantes cum domino, habemus apertissimū testimonium, quod modo commemoraui, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed dicit aliq̄s, Duodecim illic Apostoli cōsedebunt, nō amplius. Vbi ergo erit Apostolus Paulus? Nūquid inde separatus est? Absit ut hoc dicamus, ab sit vt hoc vel tacite cogitemus. Quid ergo in loco Iudæ ipse rēsidebit? Sed manifestauit scriptura diuina, quis in Iudæ loco sit Act.1. ordinatus. Matthias.n. est expresse nomina tus in Actibus Apostolorum, vt de illo dubitare non possimus. Cadente ergo Iuda, impletus est numerus duodenarius. Cum ergo ille numerus duodenarius occupauerit duodecim sedes, non iudicabit Paulus Apostolus? An forte stans iudicabit? Non ita est. Non facit hoc ille iustitiæ retributor, Non omnino stans iudicabit, qui plus omnib. illis laborauit. Certe vel iste unus Apostolus Paulus cogit nos diligentius cogiMat.12. tare & perscrutari, quare dictæ sint duodecim sedes. Inuenimus enim & alios numeros in scripturis, multitudinem significantes. Quinque virgines admittuntur, quinque excluduntur. Vbilibet intellige uirgines, siue in castitate atq; in integritate cor
1.Cor.7. A dis, vbi debet virgo esse tota Ecclesia, cui di
Ose. uer. citur Desponsaui vōs vni viro, virginem ca
domini. stam exhibere Christo: siue in his fœminis
Sermo. quæ etiam integritatem carnis dicatam ha
bent deo, nunquid in tot milibus solæ quinque sunt? Sed in quinario numero intelligitur continentia quinque sensuū carnis. Etenim multis uenit corruptio pericu los, multis, per aurem, multis per i llicitum olfactum, multis per nepharium gustum, multis p adulterinum amplexū. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis quicunque se continent, & sic cōtinenti ut in sua conscientia gloriam habeant, non laudem ab hominibus expectent, quinq; sunt virgi Mat.25. nes sapientes, habentes oleū secū. Quid est 2.Co 1. oleū habentes secum? Gloria nostra hæc ē, Luc.16. testimonium conscientiæ nostræ. Rursus ille qui apud inferos torquebatur, habeo inq̄t quinq; fratres, Ibi intelligitur populus Iu Iosu.21 dæorum sub lege positus, quia Moyses legislator, quinq; libros conscripsit. Itē dominus post resurrectionem iubet mitti retia in dexteram partem, leuantur pisces cē- In sertum quinquagintatres. Et cū tāti & magni monib. essent, ait Euangelista retia non sunt dirup de tēpota. Etenim ante passionē iussis immitti re- re sermo tia, non dicens in dexteram partem neque 148. ad sinistram: quia si in dexteram diceret, so B los bonos significaret, si in sinistram, solos Mat. 13 malos. Vbi autem tacet dextera & sinistra, mixti capiuntur boni & mali. Capti sunt ā t tunc, sicut Euangelij veritas attestatur, tā multi vt retia rumperentur. Significabat enim illa captura hoc tempus, Retia rupta significant concisiones & conscissuras hæreticorum & schismaticorū. Quod autem post resurrectionem suam dns fecit, post resurrectionem nostram nobis futurum significauit, in illo numero, regnū cœlorum, vbi nullus erit malus. Propterea retia quæ in dexteram partē missa sunt, dexteros expres- Ioan.21 serunt, remotis sinistris. Nunquid tamē in illis dextris centū quinquagintatres soli iusti erunt? Milia milium scriptura significat. Apoc.7. Legite Apocalypsim, duodecies duodena milia fortasse sicut ibi intelligitur, ex solo populo Iudæorum futura sunt. Attendite martyrum numerositatem, sola in proximo quæ dicitur massa candida, plus habet quā centum quinquagintatres martyres Postremo septem illa milia de quibus respondet 3.Re.19 Heliæ, Reliqui mihi septem milia virorū. Ro. 11. qui non curuauerunt genua ante Baal, lon Ioan.21 ge istum piscium numerum superant. Cen C tum ergo quinquagintatres pisces, non tantū numerum sanctorū significant, sed vniuersorū sanctorū & iustorū numerū. Certa causa tanto numero significat scriptura, vt omnes intelligantur in illis centum quinquagintatribus, pertinentes ad resurrectio Exo.2. nē vitæ æternæ. Etenim lex hēt decem præ Esa. 11.

cepta, spūs autem gratiæ, per quā sola lex impletur, septiformis legitur. Discutiendus est ergo numerus, quid sibi velint decem & septem. Decē in præceptis, septē in grā spiritussancti, per quā gratiā implentur præcepta. Decem ergo & septē tenent oēs pertinētes ad resurrectionem ad dexteram, ad regnū cœlorū, ad uitam æternam, id est legē implentes per gratiā spūs, non quasi per opus suū aut per meritū suū. Decē aūt & septē, si numeres ab uno vsq; ad decem septē & addendo numeros, oēs gradatim, vt ad vnum addas duo, ad duo addas tria, ad tria addas quatuor, & fiunt decem addēdo quinque vt fiāt quindecim, addendo sex ut fiant viginti unū; addendo septē vt fient viginti octo, addēdo octo ut fiant triginta sex, addēdo nouē vt fiant quadraginta quinq;, addēdo decē vt fiāt quinquaginta quinque, addendo undecim vt fiāt sexaginta sex, addendo duodecim vt fiant septuaginta octo, addendo tredecim vt fiāt nonaginta vnū, addendo quatuordecim vt fiāt cētum quinq;, addendo quindecim vt fiant centū viginti, addendo sedecim ut fiant centum triginta sex, addendo decem & septem, efficiūtur cē

Iosu.21 cum quinquaginta tres, inuenies ingentem
Mat.25. numerū omniū sanctorū pertinere ad hūc
Luc.16. numerū pisciū paucorū. Quo āt in quinq;
uirginibus innumerabiles uirgines, quo in
quinq; fratribus illius, qui torquebat apud
Ioan.21 inferos, milia populi Iudæorū, quo i nume
Mat.19. ro cētū q̄nquaginta triū piscium milia milū
sanctorū, sic in duodecim sedibus nō duodecim homines, sed magnus est numerus pfectorū. Sed video quid cōsequēter requirat a nobis, quomō de quinq; uirginibus redMat.25. dita est ratio, quare ad quinq; multæ pertineant, & quare ad quinque illos multi Iudæi, & quare ad centum quinquaginta tres, multi perfecti. Oīdo quare & quomodo ad duodecim sedes, nō duodecim homines, sed multi pertineant, Quid sibi volūt duodecim sedes, quæ significāt omnes undiq; qui tam perfecti esse potuerunt, quia perfectis
Mat.19. dictū est, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Et quare oēs undiq; ad duodenarium numerum
E pertinent? Quia ipsum undiq; qđ dicimus, de toto mundo dicimus. Orbis terrarum quatuor designatis partibus continentur, oriente, occidente, meridiano, & aquilone. Ab his omnibus partibus vocati sunt in trinitate, & perfecti fide, & præcepto trinitatis, qm̄ tet quaterni xij fiūt, agnoscitis quā re ad totum orbem pertineāt sancti, qui debūt sup xij sedes iudicaturi xij trib. Israel, quia & duodecim tribus Israel, totius Israel xij trib. sunt. Sicut.n. iudicaturi ex toto mūdo, sic & iudicandi ex toto mundo. Apostolus de se Paulus dū argueret fideles laicos, q̄a iudicia sua non deferebāt ad Ecclesiā, sed ad publicū ptrahebant eos, cū q̄bus habebant negocia, ait, Nescitis quia angelos iudicabimus? Videte quē admodū iudicē se fecit, nō solū se, sed & omnes qui recte iudicant in Ecclesia. Cū ergo manifestū sit multos cū dño iudicaturos, alios vero non tā ex æquo, sed pro meritis iudicandos, cum omnibus angelis suis ueniet, qm̄ ante cū congregabuntur oēs gentes: & inter omnes angelos deputandi erunt q̄ tā perfecti fuerint vt sedentes super duodecim sedes, iudicent fecti sunt angeli, Apostolus de se dicit, Sicut duodecim tribus Israel. Et.n. homines diangelum dei suscepistis me. De Ioāne Bap tista dr, Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, qui pparabit viam tuā ante te. Ergo cū omnibus angelis veniens, simul secū habebit & sanctos. Aperte.n. dicit & Esaias Veniet ad iudicium cū senioribus populi Isti ergo sunt seniores populi, isti iā angeli nominati, ista milia multorū perfectorum de toto orbe venientium, cœlum uocantis Illa vero terra sed fructuosa, quæ terra fructuosa in dextera ponenda, cui dicetur, Esa riui, & dedistis mihi manducare. Vere terra fructuosa, cui gaudet Apostolus quando ei miserunt ad necessitates eius, non quia quæro datum, inquit, sed requiro fructum. Et gratias agit, dicens: quia tandem aliquando repullulastis pro me facere. Repullulastis ut arboribus dicit, quæ sterilitate exaruerant quadam. Veniens itaque dominus ad iudicium, vt iam Psalmum fratres audiamus, quid facturus est? Aduocauit cœlum sursum.) Cœlum omnes sanctos perfectos iudicaturos, aduocauit eos sursum sessuros secum iudicaturos duodecim tribus Israel. Quomodo enim aduocauit cœlum? Sed sum, cum semper sursum sit cœlum? Sed quos hic cœlum dicit, eosdem cœlos alibi appellat. Quos, cœlos? Qui enarrant gloriam dei. Cœli enim enarrant gloriam dei, de quibus dicitur, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Videte enim discernentem dominum in iudicio, Aduocauit cœlum sursum. Et terram discernere populū suū.) A quibus nisi a malis? De quibus hic postea non fit mentio, iam tanquam diiudicatis ad pœnam. Istos bonos vide & distingue. Ad vocauit cœlum sursum, & terram discernere populum suum. Vocat & terram, non tamen conterendam, sed discernendam. Primo enim cum commixtos vocauit, quando locutus est deus deorum & vocauit terrā, à solis ortu vsque ad occasum, nondum discreuerant serui illi, qui missi erant inuitare ad nuptias, qui congregauerant bonos & malos. Cum vero deus deorum manifestus veniet & non silebit, sic aduocauit cœlum sursum vt iudicet cū illo. Quod enim cœlum, ipsi cœli: sicut quæ terra, ipsæ: & terræ: sicut quæ Ecclesia, ipse Ecclesiæ. Aduocauit cœlum sursum, & terram discernere populum suum. Iam cum cœlo terram discernit, id est, cœlum cum illo terram discernit. Quomodo discernit terrā? Vt alios ponat ad dexteram, alios ad sinistram. Terræ autem discretæ quid dicit? Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, & cætera. Illi autem, Quando te vidimus, inquunt, esurientem? Et ille, Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Cœlum terræ ostendit, minimos suos iam sursum vocatos, & ab humilitate exaltatos. Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Aduocauit ergo cœlum sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi iustos eius.) Vox diuina & prophetica, videns futura tanquam præsentia, exhortatur angelos congregantes. Mittet enim angelos suos, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Congregate illi iustos eius. Quos iustos nisi viuentes ex fide facientes opera misericordiæ? Et enim opera illa, iustitiæ opera sunt. Habes euangelium, Cauete iustitiam vestram facere coram hominibus, vt videamini ab eis. Et quasi quæreretur quā iustitiam? cum ergo facis eleemosynam, inquit. Ergo eleemosynas, opera iustitiæ esse significauit. Ipsos congregate iustos eius: eos congregate qui compassi sunt inopi, qui intellexerunt super egenum & pauperem. Congregate illos, conseruet eos dominus & viuificet eos. Congregate illi iustos eius. Qui disponunt testamentum eius super sacrificia.) Id est, qui cogitant de promissis eius, super illa quæ operantur. Ipsa.n. sunt

sacrificia deo dicente, Misericordiam volo plus q̄ sacrificium. Qui disponunt testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt cœli iustitiam eius. Vere hāc iustitiam dei, cœli nobis annunciauerunt, Euangelistæ prædixerunt. Per illos audiuimus futuros quosdam ad dexterā, q̄bus dicit paterfami Mat.25. lias, Venite benedicti patris mei, percipite. Quid percipite? Regnum. Pro qua re? Esu rui & dedistis mihi manducare. Quid tam vile, quid tam terrenū, q̄ frangere panē esu rienti? Tanti valet regnum cœlorum, Fran Esa. 58. ge esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam: Si videris nudum, vesti. Si non habes facultatem frangē Mat.10. di panem, non habes domum quo inducas, Mar. 12. nō habes vestem qua cooperias, da calicem Matt. 4. aquæ frigidæ, mitte duo minuta in gazophilacium. Tantum emit vidva duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens retia, quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. Regnum dei tantum valet quantum habueris. Annunciabunt cœli iustitiam eius. Qm̄ deus iudex est.) Vere iu- K dex, non concernens sed discernens. Nouit enim dñs qui sunt eius. Et si grana latent in palea, agricolæ nota sunt. Nemo timeat esse Matt. 3. granum etiam inter paleam, non falluntur oculi ventilatoris nostri. Noli timere, ne illa tēpestas quæ erit in circuitu eius, concernat te cum palea. Certe valida erit tēpestas, nullum tū granum tollet à parte tritici ad paleam, quia non quilibet rusticus cum tridente, sed deus trinitas iudex est. Et annunciabunt cœli iustitiam eius, qm̄ deus iudex est. Eant cœli, annuncient cœli, in oēm ter- psal. 18. ram exeat sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et dicat illud corpus, a finibus terræ ad te clamaui, dum angeretur psal. 60. cor meum. Modo.n. cōcretum gemit, discretum gaudebit. Clamet ergo & dicat, Ne cō psal. 25. perdas cum impijt animā meam, & cum viris sanguinum vitā meam. Non cōperdit, quia deus iudex est. Clamet ille & dicat, Iu psal. 42. dica me domine & discerne causam meā de gente non sancta. Dicat ille, faciet ille, congregabunt ei iusti eius. Vocauit terram vt discernat populū suū. Audi populus meus & loquar tibi.) Ille qui veniet & nō silebit, videse qa & mō si audiris nō silet. Auci populus meus & loquar tibi. Nā si non audis, L. etsi loquar, non tibi. Q̄ ergo tibi loquar? Si audis. Q̄ audis? Si populus meus. Audi.n. populus meus, nō audis si populus

alienus. Audi populus meus & loquar tibi. Israel, & testificabor tibi. Israel audi, populus meus audi. Israel nomen electionis est. Non vocaberis, ait, Iacob, sed vocaberis Israel. Ergo audi sicut Israel, sicut videns deū, etsi nondū specie, sed iam fide. Hoc.n. interpretatur Israel, videns deū. Qui habet aures audiendi, audiat: & qui hēt oculos videndi, videat. Audi Israel, & testificabor tibi. Qđ sursum dixit populus meus, hoc in consequenti, Israel. Et qđ dixit sursum, loquar tibi, hoc in consequenti, testificabor tibi. Quid loquetur dūs deus nr̄ populo suo, Israel suo? Quid testificabitur tibi? Audiamus: Deus deus tuus ego sum.) Deus ego sum, deus deus tuus sum. Quō deus ego sum? Sicut Moysi dictū ē, Ego sum q̄ sum. Quō deus tuus sum? Ego sum deus Abraham, & deus Isaac & deus Iacob. Sum deus, & tuus sum deus: & si tuus non sum deus, sum deus. Bono meo deus sū, malo tuo, nō sum deus tuus. Etenim deus tuus, ci, ppriedr quem familiarius habet deus, tanquā in mancipio suo, tanquā in peculio suo. Deus deus tuus sum egd. Quid vis ampliūs? Preciū quæris à deo: vt aliquid tibi det deus, vt quod tibi dederit tuū sit? Ecce ipse deus qui dabit, tuus est. Quid eo dulcius? Dona quærebas, ipsum donatorem habes. Deus deus tuus ego sum. Quid quærit ab homine, videamus, deus noster, imperator & rex nr̄. Quod vectigal nobis indicit, quomodo voluit esse rex noster, & voluit esse prouinciā suam? Audiamus indictiones eius, non trepidet pauper sub indictione dei. Quod sibi deus dari indicit, ipse prius donat qui indicit, vos tantum deuoti estote. Non exigit deus quod non dedit, & omnibus dedit quod exigit. Quid enim exigit? Audiamus iam. Non supra sacrificia tua arguam te.) Non tibi dicam, quare non mihi pinguem taurum mactasti? quare non de grege tuo optimum hircum elegisti? quare aries ille ambulat i ouibus tuis, & in ara mea nō ponitur? Non dicam, inspice agros tuos & cortem tuam, & parietes tuos, quærendo quid mihi des. Non super sacrificia tua arguam te. Quid ergo? Non acceptas sacrificia mea? Holocausta autem tua in conspectū meo sunt semper.) Holocausta quædā de quibus in alio Psalmo dicitur, Si voluisses sacrificium, dedissem vtiq;, holocaustis non delectaberis. Et rursus conuertit se, Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quæ sunt ergo holocausta quæ nō spernit? Quæ holocausta quæ in conspectu eius sunt semper? Bēnigne, inquit, fac dūe in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta. Dicit quædā holocausta deum accepturū. Quid est autem holocaustum? Totum igne absumptum. καῦσις incensio est, ὅλον totum est. Holocaustum autem est totum igne absumptum. Est quidam ignis flagrantissimæ charitatis. Animus inflammatur charitate, arripiat eadem charitas membra in vsum suum, non ea permittat mihi militare cupiditati, vt totus exardescat igne amoris diuini qui vult offerre deo holocaustum. Talia holocausta tua in cōspectu meo sunt semper. Adhūc iste Israel forte non intelligit quæ holocausta eius in conspectu suo habeat semp̄, & adhuc de bobus, de ouibus, de hircis cogitat, Nō cogitet. Non accipiā de domo tua vitulos. Holocausta nominādo domo tua vitulos. Prænunciat testamentum nouum, vbi ui: iam animo & cogitatione ad terrenos greges currebas, inde pingue mihi aliquid eligebas. Non accipiam de domo tua vitulos. Prænunciat testamentum nouum, vbi omnia illa sacrificia vetera cessauerunt. Erant.n. tunc prænunciātia futurū quoddā sacrificium, cuius sanguine mundaremur. Non accipiam de domo tua vitulos, Neq; de gregibus tuis hircos. Quoniā meæ sunt oēs bestiæ syluę.) Quid à te quæram quod ego condidi? Magis est hoc tuū, cui possidere dedi, q̄ meū qui feci? Q̄m meæ sunt oēs bestiæ syluę. Sed forte ait ille Israel, bestiæ dei sunt illę bestiæ feræ quas non alligo ad p̄sepe mēa in corte mea, quas non alligo ad p̄sepe mēa. Cæterum bos ille, & ouis & hircus, mea sunt hæc. Pecora in montibus & boues.) Mea sunt illa quæ non possides, mea sunt ista q̄ possides. Si enim seruus meus es tu, tum peculium tuum meum est. Neq; enim est peculium domini quod sibi seruus comparauit, & non erit peculium dñi quod ipse dominus seruo creauit. Ergo meæ sunt bestiæ syluæ quas tu non cepisti, meæ sunt & pecora in montibus, quæ sunt tua, & boues qui sunt ad præsepe tuū. Omnia mea sunt, quia ego creaui ea. Cognoui omnia volatilia cœli.) Quo cognouit? Appendit, numerauit. Quis nostrum nouit omnia volatilia cœli? Sed & si alicui deus det noticiam omnium volatilium cœli, non sic ipse nouit vt dat nosse homini. Alia est notitia dei, alia hominis, sicut alia possessio dei, alia hominis. i. aliud est possidere dei, aliud possidere hominis. Non enim tu quod possides totū habes in potestate, aut quandiu vinat bos tuus in tua potestate, est: aut vt non pereat, aut vt nō pascatur. Apud quem summa potestas est, summa & secreta cognitio, & trihuamus hoc deo, laudantes deum, non audeamus dicere, quomodo nouit deus: ne forte hoc à me fratres expectetis vt explicē vobis quomodo cognoscat deus: hoc solū dico, non sic cognoscit vt homo, nō sic cognoscit vt angelus. & quō cognoscit, dicere non audeo, qm̄ & scire non possum. Vnum tū scio, qa & antequam essent omnia volatilia cœli, nouerat deus quod fuerat creaturus. Quæ est illa notitia? O hō, videre cœpisti volatilia, posteaquā plasmatus es, posteaquam sensum videndi accepisti. Hæc volatilia de aqua nata sunt ad verbum dei dicentis. Producant aquæ volatilia. Vbi no uerat deus quæ imperabat vt aqua proferret? Iam certe nouerat quod crearat, & antequam crearet nouerat. Tanta est ergo notitia dei vt apud ipsum essent quodā ineffabili modo antequam creata essent, & à te expectat vt accipiat quod antequam crearet habebat? Cognoui omnia volatilia cæli, tu mihi non potes dare. Quæ tu mihi maturus es, ego cognoui omnia, non qa feci cognoui, sed vt facerem. Et species agri mecū est.) Pulchritudo agri, vbertas omnium in terra gignentium, mecum est, inquit. Quomodo cū illo? Vtrū & antequā fierēt? Cū illo.n. erāt omnia futura, & cū illo sunt omnia præterita: futura ita vt nō ei de cognitione quadā ineffabilis sapiētiæ dei, in uerbo cōstituta, & in ipsum verbū omnia. An aliquo modo cū illo est agri species, qa ipse vbiq; est, & ipse dixit, Cœlum & terrā ego impleo? Quid cum illo nō est de quo dicit. Si ascendero in cœlum, tu illic es: & si descēdero in infernum, ades? Cum illo est totum, sed non sic cum illo est, vt aliquā exhis quæ creauit contagionē, aut eorū indignatiā patiatur. Nam tecum est forte colūna iuxta quā stas, & cū fatigatus fueris, incumbis in eam. Indiges eo quod tecū est, non indiget deus agro qui cum illo est. Cum illo ager, cum illo species terræ, cū illo species cœli, cū illo omnia volatilia, qa ipse vbique. Et quare apud ipsum omnia?

Quia & antequam essent omnia aut crearentur, ei nota erant omnia. Quis explicat, quis exponit illud quod ei dicitur in alio Psalmo, Qm̄ bonorū meorū nō eges? Nō se egere à nobis aliquo necessario dixit. Si esuriero non dicam tibi.) Non esuriet, nec sitiet, neq; laborabit, neque obdormiet qui custodit Israel. Sed ecce vt secundum carnalitatē tuā loquar: quia tu cum non manducaueris, famē patieris, forte putas & deū esurire vt manducet. Et si esurierit non tibi dicit: omnia ante illum sunt, vnde vult tollit quod illi necessarium est. Dicta sunt hæc ad cōuincēdum paruulum sensum, nō qā professus est deus esuriem suā: quanquā propter nos deus ille deorum & esurire dignatus est. Venit esurire & saginare, venit sitire & potū dare, venit uestiri mortalitate & uestire imortalitatē, venit paup diuites facturus. Etenim nō perdidit diuitias suas assumendo paupertatē nostram, quia in illo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Si esuriero non dicā tibi. Meus est.n. orbis terræ & plenitudo ei⁹. Noli ergo laborare qd mihi des, sine labore habeo quod volo. Quid ergo de gregibus tuis ad huc cogitas? Nūq̄d māducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorum potabo?) Audistis qd à nobis non q̄rat, qui nescio quid nobis vult indicere. Si de talibus cogitabatis, iā auferte cogitationes vestras à talibus rebus, nihil tale deo offerre cogitetis. Si habes taurum pinguem, occide pauperibus, manducent ipsi carnes taurorum, etsi non bibent sanguinem hircorum. Quod cum feceris, imputabit tibi ille qui dixit, Si esuriero non dicam tibi: & dicet tibi, Esuriui & dedisti mihi manducare, Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo? Dic ergo, domine deus noster, quid indicis populo tuo, Israeli tuo? Immola deo sacrificium laudis.) Dicamus illi & nos, In me sunt deus vota tua, q̄ reddam laudes tibi? Expaueram ne aliquid indiceres quod esset extra me, quod computabam in corte mea, & à fure iam forte ablatum erat. Quid mihi dicis? Immola deo sacrificium laudis. Ad me redeam, vbi inueniam quod immolem. Ad me redeam, in me inueniam laudis immolationē. Ara tua, conscientia tua. Immola deo sacrificium laudis. Securi sumus, non imus in Arabiā thus quærere, non sarcinas auari negociatoris excutimus, sacrificium laudis quærit à nobis

Gen. 32 Mat. 11 Exod. 3 Psal. 50 Gen. 2 Psal. 138 Psal. 49 Psal. 120 Colo. 2. Psal. 55. Mat. 25. Psal. 55.

nobis deus. Habebat hoc sacrificium laudis
Luc.9. Zachæus in patrimonio suo, habebat vidua
Mar.12. in saccello suo: habebat nescio quis pauper
hospes in dolio suo. Alius nec in patrimo-
nio, nec in saccello, nec in dolio aliquid ha-
Mat.10. bebat, totũ habebat in animo suo. Salus do-
mui Zachæi. Et plus misit hæc vidua q̃ di
Luc.2. tes illi. Iste calicẽ aquæ frigidæ porrigẽs,
non perdet mercedem suam. Sed & pax in
terra hominibus bonæ voluntatis. Immo-
la deo sacrificium laudis. O sacrificiũ gra-
tuitum, gr̃a datũ. Non quidẽ hoc emi q̃d
offerrẽ, sed tu donasti, nã nec hoc haberem.
Immola deo sacrificium laudis. Et hæc im-
molatio, hoc sacrificiũ laudis ẽ, gratias age-
re illi à quo habes, q̃cq̃d boni habes, & cu-
ius misericordia tibi dimittitur quicquid
tuum mali habes. Immola deo sacrificium
laudis. Et redde altissimo preces tuas.)
Hoc odore dominus delectatur. Redde al-
tissimo preces tuas. Et inuoca me in die tri-
bulationis tuæ, & eximam te, & glorifica-
bis me.) Non.n.plumere debes de viribus
H tuis, omnia auxilia tua mendacia sunt. Me
inuoca in die tribulationis, eruã te & glori-
ficabis me. Ad hoc.n.p̃misi diẽ tribulatio-
nis tibi fieri, q̃a forte si nõ tribulareris, nõ
inuocares me. Cũ tribularis ãt inuocas me:
cũ inuocas me, eximã te: cũ eximã te glori
ficabis me, vt iam non discedas à me. Ob-
torpuerat quidẽ & frigurat à feruore ora
tionis, & dixit, Tribulationem & dolorem
Ps.114. inueni, & nomen domini inuocaui. Inuenit
tribulationem tanquam aliquid vtile, pu-
truerat tabe peccatorum suorum, iam sine
sensu remãserat, inuenit tribulationem tan
quam vtilonem & sectionem. Inueni in-
quit, tribulationẽ & dolorẽ, & nomẽ dñi in
uocaui. Et quædam fratres sunt tribulatio
nes omnibus notæ. Ecce istæ q̃ abundant
in genere humano, alius dãno affectus plã-
git, alius orbitate pcussus luget, alius patria
exulatus mœret & redire cupit, intolerabi-
lem peregrinationem deputans. Alteri vi-
nea grãdinata est, attendit ad labores suos,
& cõsumptam omnem operam incassum.
Quando non potest contristari, qui inimi-
cum patitur ex amico? Quæ maior miseria
in genere humano? Plangũt hæc omnes &
dolent, & tribulationes sunt istæ, & in his
omnibus inuocant dominum, & recte fa-
ciunt. Inuocent deum, potens est, vel, doce
I re tolerãdum, vel sanare toleratum. Nouit
1.Co.10 ille nõ sinere tentari nos supra q̃ possumus
ferre. Inuocemus deum ẽt in istis tribula-
tionibus: sed hæ tribulationes inueniunt
nos, sicut in alio Psalmo scriptũ est, Adiu- Psal.31.
tor in tribulationibus quæ inuenerunt nos
nimis. Et quædam quã nos debemus inue-
nire. Inueniatur ista tribulatio, Et quædã
tribulatio quã nos debemus quærere & in-
uenire. Quæ est ista? Ea ipsa in hoc mundo
fœlicitas, affluentia rerũ temporalium, nõ
quidem ipsa tribulatio est, solatia sunt no-
stræ tribulationis. Cuius tribulationis?
Nræ peregrinationis. Hoc.n.ipsum quod
cũ deo nondum sumus, hoc ipsum quo in-
ter tentationes molestias q; versamur, q̃ si-
ne timore esse non possumus, tribulatio est:
non.n.est illa securitas, quæ nobis promis-
sa est. Hanc tribulationem peregrinationis
suæ qui non inuenerit, ad patriam redire
nõ cogitat, Tribulatio illa est frẽs. Certe Mat.
mõ facimus bona opa, qũ porrigim9 panẽ
esurienti, domũ peregrino & cætera, tribu
latio est & hæc. Inuenimus.n.miseros sup
quos misericordiam facimus. Et si misero
rum miseria facit nos compatientes, quanto
melius ibi iam esses vbi non inuenis esurie-
tem quẽ pascas, vbi non inuenis peregrinũ
quẽ suscipias, non nudum quem vestias, nõ
ægrũ quẽ uisites, non litigantem, quẽ con-
cordes? Omnia.n.ibi summa sunt, vera sũt,
sancta sunt, æterna sunt. Panis nr̃ ibi iusti-
tia est, potus noster ibi sapiẽtia est, vestis no
stra ibi immortalitas est, domus nr̃a æterna
in cœlis, firmitas nostra immortalitas. Nũ-
quid ægritudo surrepit? Nunquid lassitudo
ad somnum trahit? Nulla mors, nulla lis,
ibi pax, quies, gaudium, iustitia. Nullus in-
trat inimicus, nullus labitur amicus. Quæ
ibi quies? Si cogitemus & attendamus vbi
simus, & vbi nos futuros esse promisit, qui
mentiri nescit, ex ipsa eius promissione ha-
ueniemus, in qua sumus tribulatione: hanc
tribulationem nemo inuenit, nisi qui quæ
sierit. Sanus es, vide si miser es. Nam facile
est vt qui ægrotat, sentiat se miserũ. Quan
do sanus es, vide si miser es, quia cum deo
nondum es. Tribulationem & dolorem in
ueni, & nomen dñi inuocaui. Immola ergo
deo sacrificium laudis. Lauda promittentẽ,
lauda vocantem, lauda exhortantem, lau-
da adiuuantem, & intellige in qua tribula-
tione positus es. Inuoca, eruberis, glorifica-
beris, pmanebis. Videte autem quod sequẽ-
tur frẽs mei: iam.n.nescio quis, quia dixe-
rat illi deus, Immola deo sacrificiũ laudis,

& hoc quodãmodo vectigal indixerat, me-
ditabatur sibi & dicebat, Surgam quotidie,
pergam ad Ecclesiã, dicam vnũ hymnum
matutinũ aliũ vespertinũ, tertiũ aut quar-
tum in domo mea, quotidie sacrificio sacrifi
cium laudis, & immolo deo meo, Bene facis
quidem si hoc facis, sed vide si iam securus
fis, quia iã hoc facis, & forte lingua tua deũ
benedicat, & vita tua deo maledicat. O po-
pule meus, dicit tibi deus deorum dñs qui
locutus est, vocans terram à solis ortu vsq,
Mat.3. ad occasum, quis adhuc inter zizania con-
stitutus sis, immola sacrificium laudis deo
tuo, & redde illi preces tuas. Sed vide ne vi-
tuas male & cantes bene. Quare hoc? Pecca-
tori.n.dixit deus, vt quid tu enarras iusti-
tias meas, & assumis testm̃ meum per os
tuum?) Videtis fratres cũ quo tremore ista
dicamus. Assumimus testamentũ dei per os
nostrũ, & prædicamus vobis eruditionem
& iustitias dei. Et quid dicit peccatori deus?
Mat.23. Vt quid tu prædicas? Prohibet ergo pdica-
Psal. 1. tores peccatores? Et vbi est illud, Quædi-
cunt facite, quæ autem faciunt facere noli-
M te? Vbi est illud, Siue veritate siue occasione
Christus annuncietur? Sed hæc dicta sunt,
ne timeant qui audiunt à quocunq; audiãt,
non vt securi sint qui dicunt bona & faciũt
mala. Modo ergo fratres vos securi estis, si
bona auditis, deum auditis, per quemlibet
auditis. Sed noluit deus sine correptione di
mittere illos qui dicunt, nec ob hoc solum
quod dñt, securi sibi obdormiscant in mala
vita, & dicant sibi, Neq; n.perdet nos deus,
per quorum os voluit tanta bona dici popu
lo suo. Immo vero audi quod dicit, Qui cũ
Psal.49. que dicis, & qui vis te audiri, prior tu audi,
& dic quod dicit in alio psalmo quidã, Au-
diam quid loquatur in me dominus deus,
qm̃ loquetur pacem in plebem suam. Qua
lis ergo ego, qui non audio quid in me loq-
tur, & volo vt alij audiant quod per me lo-
quitur? Audiam prior, audiam maxime.
Quæ audiam? Quod loquitur in me domi
1.Co.9. nus deus, qm̃ loquetur pacem in plebẽ suã.
Audiam & castigem corpus meum & ser-
uituti subijciam, ne forte alijs prædicans, ip
se reprobus inueniar. Vt quid tu enarras iu
stitias meas? Vt quid tu quod non prodest
tibi? Admonet illum vt audiat, non vt de-
ponat prædicationem, sed vt assumat obe-
dientiam. Tu vero vt quid assumis testa-
mentum meum per os tuum? Tu vero odi
sti eruditionem.) Odisti disciplinam. Q̃si
parco, cantas & laudas: quãdo castigo, mur-
muras: quasi qũ parco sim deus tuus, & qũ
non parco, non sim deus tuus. Ego quos a-
mo, arguo & castigo. Tu vero odisti erudi- Apo.3.
tionem. Proiecisti sermones meos post te.)
Quæ dicuntur per te, proijcis post te. Et p
iecisti sermones meos post te, vbi nõ videã
tur à te, sed onerent te. Et proiecisti sermo
nes meos post te. Si videbas furem concur-
rebas ei, & cum adulteris portionem tuam
ponebas.) Ne fortè diceres, non feci furtũ,
non feci adulterium: quid si placuit tibi qui
fecit? Nonne ipso placito concurristi? Non-
ne portionem tuam cum illo qui fecit, lau-
dando posuisti? Hoc est enim fratres con-
currere cum fure, & ponere cum adultero
portionem tuam: quia etsi non facis, & lau-
das quod fit, astipulator es facti: quoniam
laudatur peccator in desyderijs animę sue, psal. 9.
& qui iniqua gerit benedicetur. Non facis
mala, laudas mala facientes. Hoc enim par-
uum malum non est. Cum adulteris portio
nem tuam ponebas. Os tuum abundauit
malitia, & lingua tua amplexa est dolosita-
tem.) Malevolentiam & dolositatem fratres
quorundam hominum dicit, qui per adula-
tionem quanuis sciant mala esse quæ au- B
diunt, ne offendant eos à quibus audiunt,
non solum non reprehendendo, sed tacen-
do cõsentiunt. Parum est, quia non dicunt,
male fecisti, sed dicunt & bene fecisti: & no-
runt malum esse, sed abundat os eorum ma
litia, & lingua eorum amplexatur dolosita-
tem. Dolositas est fraus quædam in verbis,
aliud promendi, aliud sentiendi. Non ait,
Lingua tua admisit dolositatem: aut per-
petrauit dolositatem: sed vt ostenderet tibi
quandam delectationem in ipso malo facto,
amplexa est dixit. Parum est, quia facis &
delectaris, laudas in promptu, irrides apud
te: præcipitas hominem incaute vitia sua p
ferentem, & an sint vitia nescientem: tu qui
scis vitium esse, non dicis corruisse illum. Si
illum videres ambulare incautum in tene-
bris, vbi tu puteum esse scires, & taceres,
qualis esses? Nonne inimicus deputareris
animæ eius? Et tamen si in puteum cade-
ret, non anima, sed corpore moreretur. Præ
cipitat se in vitia sua, prædicat apud te ma-
la facta sua, tu nosti male esse, & laudas, & ir
rides apud te. O si conuertatur aliquando
ad deum ille quem irrides, & quem corripe
re noluisti, & dicat, confundantur qui di- C
cunt mihi euge euge, Et lingua tua ample-
xa est

psal. 34. xi est dolositatem. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas.) Et ipsum sedens ad hoc pertinet quod superius dixit, amplexa est. Qui.n. stans aut transiens facit, non cũ voluptate facit: qui vero ad hoc sedet, quantũ ocium q̃rit vt faciat? Sedens aduersus fratrẽ tuum detrahebas, ipsum detractionem malam diligenter faciebas, sedẽdo faciebas. Volebas ibi occupari, amplexabaris malũ tuũ, osculabaris dolum tuum. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas. Et aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum.) Quis est filius matris? Nonne frater? Hoc ergo repetere voluit quod superius dixerat, fratrem tuum: an aliquam distinctionem nobis intelligendam insinuauit? Plane fratres puto esse distinguendum: Frater aduersus fratrẽ detrahit, verbi gratia, vt puta quasi firmus & alicuius iam momenti doctor, & doctus, detrahit fratri suo; forte bene docenti & bene ambulanti. Est autem alius infirmus, aduersus illum ponit scandalum huic detrahẽdo. Etenim cum detrahitur bonis ab his q̃

1.Co.3. videntur alicuius momenti esse & docti esse, in scandalum cadunt infirmi, qui adhuc nesciunt iudicare. Ideo infirmus ille filius

D matris dictus est, nondum patris, adhuc lacte indigens & vberibus adhærens. Portatur adhuc sinu matris Ecclesiæ, non valet accedere ad solidum cibũ mensæ patris sui, sed de vbere matris victum trahit ignarus iudicandi, q̃n adhuc animalis atq; carnalis

1.Co.2. est. Spiritalis n. omnia diiudicat, animalis autem homo non percipit ea q̃ sunt spiritus dei, q̃n stultitia est illi. Talibus dicit Apo-

1.Co.3. stolus Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Neq; n. poteratis, sed neq; adhuc qui-

1.Th.1. dem potestis. Mater vobis fui, qũo dicitur alio loco, Factus sum paruulus in medio vestrum, tanquam si nutrix foueẽ filios suos. Non nutrix nutriens filios alienos, sed nutrix fouens filios suos. Sunt.n. matres q̃ cũ pepererint, dant nutricibus. Illæ quæ pepererunt non fouent filios suos, quia nutriendos dederunt. Illæ autẽ quæ fouent, nõ suos fouent, sed alienos. Iste vero ipse pepererat, ipse fouebat, nulli nutrici quem pepererat

Gala.4. committebat. dixerat.n. Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis: Fouebat ergo & lactabat. Erant aũt quidẽ quasi docti & spiritales qui Paulo detrahe-

2. Corin.11. Epistolę q̃dẽ, aiũt, graues & fortes sunt, præsentia autem corporis infirma, & sermo

G simulans à factis tuis, & constitue te ante te. Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat à te confes-

Ro.10. sio, & dic deo tuo, Q̃m iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te, ne tu ipse postea à deo iudice fias ante te, & non sit quo fugias à te. Intelligite autẽ hæc qui obliuiscimini dominum.) Videte quia clamat, & non tacet, nõ parcit. Oblitus eras dominum, non cogitabas de vita tua mala. Intellige quia oblitus es dominum. Neq̃ rapiat sicut leo, & non sit qui eruat.) Quid est sicut leo? Sicut fortis, sicut potens; sicut

2.Reg.1. nitur & in vituperatione. Dictus est leo, diabolus, Aduersarius vester ait, tanquam leo rugiens circumit quærẽs quẽ deuoret. Nunquid quia ille leo dictus est; pp imma-

Apo.5. nem fœditatem: Christus non dr leo pp ingentem fortitudinem? Et vbi est illud, Vicit leo de tribu Iuda? Intendat paululum charitas vestra adhuc modicum quod restat. Obsecro vos, vt excutiatis fatigationem, ad

Heb.13. quæ, Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo preces tuas: postea autem, Peccatori autem dixit deus, vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum? Tanquam diceret ei, Nihil ti bi prodest quod laudas. Ego indixi laudis sacrificium illis qui bene viuunt. Eis enim

Psa.49. prodest quod laudant: tu autem si laudas, nihil tibi prodest. Vt quid me laudas? Non est speciosa laus in ore peccatoris. Postea concludit quasi ad vtrunq; & arguens malos qui obliuiscuntur deum, ait, Intelligite hæc qui obliuiscimini deũ, nequando rapiat sicut leo, & non sit qui eruat. Sacrificium laudis glorificabit me.) Quomodo sacrificium laudis glorificabit me? Certe nihil prodest malis sacrificium laudis, quia assumunt testamentum tuum per os suum, & faciunt dã nanda quæ displicent oculis tuis. Prorsus, inquit, & illis hoc dico. Sacrificium laudis glorificabit me. Iam putabas tibi laudem non prodesse, lauda proderit tibi. Si enim male viuis & bona dicis, nondũ laudas. Sed rursus si cum cœperis bene viuere, meritis tuis tribuas q̃d bene viuis, nondum laudas: Nolo te esse latronẽ insultãtẽ cruci dñi, sed nec te volo esse pharisæũ in tẽplo iactantẽ merita sua, & occultantẽ vulnera sua. Si fue- Luc.23, ris iniquus & perseuerans in illa iniquitate, Luc.18. non dico tibi, non proderit laus, sed nõ mel laudas, laudẽ istam esse non deputo. Rursus si fueris quasi iustus, nam nemo iustus nisi humilis & pius, & de iustitia tua inflatus in cesseris, & alios in tua comparatione contẽpseris, & superexulteris tanquam glorians de meritis tuis non me laudas: nec ille me laudat qui male viuit, nec ille me laudat q̃ quasi de suo bene viuit. Sed nunquid ille pharisæus quasi de suo talis erat cum dice- Ibidem. ret, Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines? Gras deo agebat ex eo q̃d bonũ in se habebat. Quanuis ergo aliquid bonũ in te sit, q̃is iam intelligas non ex te esse q̃d bonum est, sed à deo te accepisse: tñ in eoipso si te extuleris super alium non habẽtem, inuidus teneris, nondũ laudator meus eris. Primo ergo corrigere á via pessima, incipite viuere bene, intellige quia non corrigeris nisi dono dei. A dño.n. gressus hominis diriguntur. Hoc cum intellexeris, faue & alijs, vt sint q̃d & tu es, quia hoc eras & tu, q̃d & illi sunt. Faue quantũ potes, & noli desperare, nõ.n. vsq; ad te diues est deus. Non ergo laudat qui male viuendo offen- K dit dũm, non laudat, qui cum iam cœperit bene viuere, de suo putat esse quod bene viuit, non acceptum à deo. Nec ille laudat, q̃ cum sciat se q̃d bene viuit, accepisse à deo, tñ vsq; ad se vult esse diuitem deũ. Ille ita que qui dicebat, Gratias tibi ago deus q̃ nõ Luc. 18 sum sicut & cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste: nonne ibi habebat vnde diceret, dona & publicano huic q̃d mihi donasti, supple & mihi q̃ psa. 108 nondũ dedisti? Sed iam quasi saturatus ru- Luc. 18 stabat, non dicebat, Ego aũt egenus & pauper: q̃d dicebat publicanus ille, Dñe propitius esto mihi peccatori. Ideo ascendit iustificatus publicanus, magis q̃ ille pharisæus. Ergo audite qui bene viuitis, audite qui male viuitis, sacrificiũ laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc sacrificium laudis & malus est. Non dico, non hoc mihi offerat malus, sed nemo mihi hoc offert malus. Qui.n. laudat bonus est, q̃a si laudat ẽt bene viuit: quia si laudat, non solũ lingua laudat, sed & vita cũ lingua consentit. Sacrificium laudis glorificabit me. Et ibi via est, in qua ostendam illi salutare dei.) In sacrificio laudis via est, quia illi ostendam saluta-

re dei.

L re dei. Quod est salutare dei? Chs Iesus. Et qũo in sacrificio laudis bonis ostenditur Christus? quia Christus cũ gratia venit ad
Gala. 2. nos. Hæc dicit Apostolus, Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Quod aũt in carne viuo, in fide viuo filij dei, qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. A-
Matt. 9. gnoscant ergo peccatores, quia non opus est medicus si sani essent. Etenim Christus
Rom. 5. pro impijs mortuus est. Cum ergo agnoscunt impietates suas, & primo imitantur
Luc. 18. publicanum illum dicẽtem, Dñe propitius
1. Co. 1. esto mihi peccatori, ostendunt vulnera, implorant medicum. Et quia non se laudant, sed reprehendunt se, vt qui gloriatur, non in se, sed in dño glorietur, agnoscunt cãm
1. Ti. 1. aduentus Christi, quia ideo venit vt pctõres saluos faceret. Quia Iesus Christus venit, inquit, in huc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Proin de illos Iudæos, de opere suo gloriantes, sic arguit idẽ Apostolus, vt eos diceret ad gratiam non pertinere, qui meritis & operibus suis mercedem deberi arbitrabantur. Qui ergo ad gratiam se scit pertinere, quod est
M Christus, & quod est Christi, nouit, quia in
Rom. 4. diget gratia. Si gratia vocatur, gratis datur: si gratis datur, nulla merita tua præcesserũt vt detur: nam si præcesserunt merita tua, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si ergo dicis præcessisse merita tua, te vis laudari non deum: iõ non agnoscis Christum, qui venit cum gratia dei. Conuerte ergo te ad merita tua, vide illa mala fuisse, vt non tibi deberetur nisi supplicium, non præmium. Et cum videris quid tibi per meritum debeatur, agnoscis quid per gratiam donetur, & sacrificio laudis glorificas deum. Ibi est enim via, in qua noueris Christum salutare dei.

In Psalmum quinquagesimum. Enarratio.

MVltitudinis huius, nec frequentia fraudanda est, nec infirmitas onerada. Silentium petimus & quietem, vt vox nostra post hesternum laborem possit aliquantis viribus perdurare. Credendum est charitatem vestrã, non ob aliud hodierno die copiosius conuenisse, nisi vt oretis p̃ eis quos absentes facit alienus & peruersus affectus. Neq; enim loquimur de Paganis, neq; de Iudæis, sed de Christianis. Neque de his adhuc catechumẽnis, sed de multis etiam baptizatis, à quorum lauacro nihil di-
stat is, & eorum tamẽ cordi dissimiles estis. Quam multos enim hodie fratres nostros cogitamus & plangimus ire in vanitates & infanias mendaces, negligere quo vocati sunt. Qui si forte in ipso circo aliqua ex cã pẽ expauescant, continuo se signant, & stant illic portantes in fronte vnde abscederent si hoc in corde portarent. Deprecanda est misericordia dei, vt donet intellectum ad ista damnanda, & affectum ad fugienda, & misericordiam ad ignoscenda. Opportune ergo in de pœnitentia psalmus hodie cantatus est. Loquamur & cum absentibus. Erit ad eos a. vox nostra, memoria vestra: nec vt saucios & languidos negligatis, sed vt, facilius sanetis, sane permanere debetis: corrigite arguẽdo, consolamini alloquendo, exemplum præbete bene viuendo: aderit eis qui affuit & vobis: non enim vobis iam ista pericula pertergressis, fons misericordiæ dei præcluditur. Vtraq; scriptura canonica est, vtraq; sine vlla dubitatione à christianis fides adhibenda est, Commissum atq; conscriptum est. Huius etiam maritum in bello occidendum curauit, homicidio auxit adulterium; & post hoc factum, missus est ad eum Nathan Propheta, missus à domino qui eum argueret de tanto commisso. Quid caueant homines diximus, quid vero si lapsi fuerint imitentur, audiamus. Multi enim cadere

cadere volunt cum Dauid, & nolunt surgere cum Dauid. Non ergo cadendi exemplũ propositũ est, sed si ceciderit resurgendi. Attende ne cadas: non sit delectatio minorum, lapsus maiorum: sed sit casus maiorum, tremor minorũ: ad hoc propositũ est, ad hoc scriptũ est, ad hoc in Ecclesia sæpe lectũ atq; cantatũ, Audiant qui non cecidunt ne cadant, audiant q̃ ceciderunt vt surgant. Tanti viri pctm̃ non tacetur, prædicatur in Ecclesia. Audiunt male viuentes, & quærunt sibi patrocinia peccandi: attendũt vnde defendãt quod cõmittere parauerũt, non vnde caueant quod non commiserũt, & dicunt sibi, Si Dauid, cur non & ego? In de anima iniquior, quæ cum propterea fecerit q̃a Dauid fecit, ideo peius quàm Dauid fecit. Dicã hoc ipsum si potero planius. Dauid nullum fibrita ad exemplũ proposuit, vt tu. Ceciderat lapsu cupiditatis, non patrocinio sanctitatis: tu tibi tanquam sanctum proponis vt pecces, non imitaris eius sanctitatem, sed imitaris ruinam. Hoc amas in Dauid quod in se odit Dauid. Præparas te ad peccandũ, disponis peccare. Librum dei vt pecces inspicis: scripturas dei ad hoc audis, vt facias quod displicet deo? Hoc non fecit Dauid. Correptus est per Prophetam, non lapsus est in Propheta. Alij vero audientes salubriter, in casu fortes, metiũtur infirmitatem suã, & quod dãnat deus deuitare cupiẽtes, ab aspectu securo abstinent oculos. Nõ eosdem figunt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos facient de peruersa simplicitate securos. Non dicunt, bono animo attendi, benigne attendi, de charitate diu aspexi, Proponunt.n. sibi casum Dauid, & ad hoc illum magnum vident cecidisse, vt parui nolint viuere vnde possint cadere. Reprimunt.n. oculos à petulantia, non se facilè adiungunt, non miscent se mulieribus alienis, non leuant oculos faciles ad aliena mœnia, ad aliena solaria. De longe.n. vidit Dauid illã in qua caerat quod uideret, in illo vnde caderet. Attendenda est ergo hæc infirmitas carnis, regnet pctm̃ in vro mortali corpore. Non dixit, non sit sed, nõ regnet. Inest pctm̃ cũ delectaris; regnat si consenseris. Carnalis delectatio pertim vsque ad illicita & aliena progrediens, frænanda est: non relaxanda: imperio donanda, non in imperio col-

locanda. Attende securus, si non habes vnde moueris: sed respondes, fortis teneor. Nunquid tu fortior q̃ Dauid? Admonet et tali exẽplo, non se quẽquam debere extollere in prosperis rebus. Multi.n. res aduersas timent, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animo, q̃ auersa corpori. Prius corrumpit prospera, vt inueniat quod frangat aduersa. Fratres mei, aduersus fœlicitatem acrius vigilandum est: propterea videte quemadmodum eloquiũ dei in nostra fœlicitate tollat nobis securitatem, Seruite, inq̃t, dño in timore, & exultate ei cum tremore. In exultatione, vt gra Psal. 2.
tias agamus: in tremore, ne cadamus. Hoc pctm̃ non fecit Dauid cum persecutorem Saulem pateretur, quando Dauid sanctus Saulem inimicum patiebatur, quãdo illius 2. Ro. 11
persecutionibus agitabatur: quando per di- 1. Re. 24
uersa fugiebat, ne in manus eius incideret, & 26.
non concupiscebat alienam, non adulterata vxore occidit virum. Erat in infirmita te tribulationis suæ tanto intentior, quanto miserior videbatur. Vtile quiddam est tribulatio, vtile medici ferramentum, tanquã contra diaboli tentamentum. Factus est securus deuictis hostibus, pressura caruit, tu F
mor excreuit. Valet ergo hoc exẽplum ad, vt timeamus fœlicitatẽ. Tribulationẽ, Ps. 114.
inquit, & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. Sed factum est, dixerim hæc eis qui non commiserunt, vt vigilent custodire integritatem suam, & cum attendunt magnum cecidisse, parui timeant. Si vero aliquis iam lapsus hæc audit, & aliquid mali in conscientia tenet, verba huius psalmi aduertat. Attendat quidem vulneris magnitudinem, sed non desperet medici maiestatem. Pctm̃ cum desperatione certa mors. Nemo ergo dicat, Si iam aliquid mali feci, iam damnãdus sum, deus malia talibus nõ ignoscit: cur nõ addo pctã peccatis? Fruat hoc seculo in voluptate, in lasciuia, in cupiditate nefaria. Iam perdita spe reparationis. vel hoc habeam quod video, si non possum habere quod credo. Iste ergo Psalmus, sicut cautos facit eos qui nõ ceciderunt, sic desperatos esse non vult q̃ ceciderũt. Quisquis peccasti, & dubitas agere pœnitẽtiã p̃ pctõ tuo desperãdo salutẽ tuã: audi Dauid gemẽtem. Ad te Nathan Propheta non est missus, ipse Dauid ad te missus est. Audi cum 2. Re. 12.
clamantem: & simul clama, audi gementem & congemisce: audi flentem & lachrymas.

G ma iunge audi correctum, & cõdelectare. Si tibi nõ potuit intercludi peccatum, spes veniæ nõ intercludatur. Missus est ad istũ virum, Nathan Prophetæ attende regis humilitatem. Non respuit verba præcipientis, non dixit, Audes mihi loqui regi? Rex sublimis Prophetã audiuit, plebs eius humilis Christum audiat. Audi ergo hæc, & dic cum illo. Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam.) Qui magnam misericordiam deprecatur, magnam miseriam confitetur. Quærant paruam misericordiam tuam, qui nesciendo peccauerunt. Miserere, inquit, mei secundum magnam misericordiam tuam. Subueni graui vulneri, secundum magnam medicinam tuam. Graue est quod habeo, sed ad omnipotentem confugio. De meo tam letali uulnere desperarem, nisi tantum medicum reperirem. Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.) Quod ait, Dele iniquitatẽ meam: hoc est, miserere mei deus. Et quod ait, secundum multitudinem miserationum tuarum: hoc est, secundum magnam misericordiam tuam. Quia magna est misericordia, multæ sunt misericordiæ.
H Et de magna misericordia tua, multæ sunt miserationes tuæ. Attendis contemptores vt corrigas, attendis nescientes vt doceas, attendis confitentes vt ignoscas. Fecit hoc, nesciens fecerat aliqua, & multa mala fece
1. Ti. 1. 2. Re. 11 rat. Et quid ait? Misericordiam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Iste Dauid non posset dicere, ignorans feci. Non enim ignorabat quantum mali esset contrectatio coniugis alienæ, & quantum malum esset interfectio mariti nescientis, & nec saltem irascentis. Consequuntur ergo misericordiam domini qui ignorantes fecerunt, & qui scientes consequuntur, non quãlibet misericordiam, sed magnam misericordiam. Magis magisque laua me ab iniustitia mea.) Quid ẽ magis magisque laua? Multum inquinatum. Magis magisque laua peccata scientis, quia abluisti peccata ignorantis. Nec sic desperandum de misericordia tua. Et à delicto meo munda me.) Quo merito? Medicus est, offer mercedem. Deus est, offer sacrificium. Quid dabis vt munderis? Vide enim quẽ inuoces. Iustum inuocas, odit peccata. Si iustus est, vindicat in peccata: si iustus est, vtique non poteris auferre à dominio eo iustitiam eius. Implora misericordiam, sed attende iustitiam. Misericordia est vt ignoscat peccanti, iustitiam, peccatum impunitum remanebit? Respondeat Dauid, respondeant lapsi, respondeant cum Dauid vt misericordiam mereantur sicut Dauid, & dicant, Non domine, non erit impunitũ peccatum meum. Noui iustitiam eius, cuius quæro misericordiam. Non impunitum erit: sed ideo nolo vt tu me punias, quia ego peccatum meum punio. Ideo peto vt ignoscas, quia ego agnosco. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum coram me est semper.) Non potui post dorsum meum quod feci, non inuenior alios oblitus mei, non affecto stipulam eijcere de oculo fratris mei, cum sit trabes in oculo meo. Peccatum meum ante me est, non post me. Fuit enim post me quando ad me missus est Propheta, & de oue pauperis similitudinem mihi proposuit. Ait enim Nathan Propheta ad Dauid, Erat diues quidam habens plurimas oues, pauper autem vicinus eius habebat vnam ouiculam, quam in sinu suo & de suo cibo nutriebat. Venit hospes diuiti, nihil de grege suo abstulit, ouiculam vicini pauperis concupiuit, ipsam suo hospiti occidit: quid dignus est? At ille profert iratus sententiã. Planè tunc rex nesciens vbi caput esset, morte dignum diuitem dixit, & ouem reddendam in quadruplum, scuerissime atq; iustissime. Sed peccatum eius nõdum erat coram eo, post dorsum erat quod fecerat. Suam iniquitatem nondum agnoscebat, & ideo alienæ non ignoscebat. Sed propheta ad hoc missus, abstulit à dorso peccatum, & ante oculos posuit, vt videret illam sententiam tam feueram in se esse prolatam. Ad scandalum & sanandum vulnus cordis eius, ferramẽtum fecit de lingua eius. Hoc fecit dominus Iudæis quãdo ad eum adulteram mulierem adduxerunt, proponentes laqueum tentationis, & in id quod deposuerant incidẽtes. In adulterio, inquiũt, hæc mulier deprehensa est. Moyses huiusmodi lapidari iussit, vt de illa quid eam? tanquam bicipiti muscipula tentantes, pere sapiẽtiam dei, vt si iuberet occidi, perderet mansuetudinis famam: si autem iuberet dimitti, incurreret blasphemiam tãquã reprehensor legis calumniandus. Quid ergo respondit? Non ait, occidite: non ait, dimittite: sed ait, Qui se scit sine peccato esse, primus in illam lapidẽ iaciat. Iusta lex quę iubet adulterã occidi, sed hęc lex iusta, L. minist. ros habeat innocentes. Attẽditis quã dicitis, vnus post alterũ discesserunt. Remanet adultera & dñs, remansit vulnerata & misericordia. Adducentes erubuerunt, nec veniam petiuerunt, Adducta confusa est & sanata. Ait illi dñs, Mulier nemo te condẽnauit? Et illa, Nemo domine. Et ille, Nec ego te condemnabo, Vade, deinceps iam no peccare. Nunquid Christus fecit contra legem suam? Neq; n. pater eius sine filio de erat legẽ. Si cœlum & terra, & omnia quę in eis sunt, per ipsum facta sunt, lex sine verbo dei quo scripta est? Non ergo deus contra legem suam, quia nec imperator contra leges facit, qñ confessis dat indulgentiam. Moyses minister legis, Christus promulgator legis. Moyses lapidat vt iudex, Christus indulget vt rex. Misertus est ergo eius deus secundum magnam misericordiam suam, sicut hic rogat, sicut hic petit, sicut exclamat & dolet: quod illi adulteram offerentes fadicto cognouerunt, vulnera sua ostendente me quæsierunt. Ita sunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis insania. De vulnere ipso non erubescis, de ligatura vulneris erubescis? Non fuge ergo ad medicum, age pœnitentiã, ne putridum nudum fœdius & putidius est? Confuge ergo ad medicum, age pœnitentiã, die, Iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum ante me est semper. Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci.) Quid est hoc? Coram hominibus enim non erat adulterata vxor aliena, & maritus occisus? Nonne omnes nouerant quod Dauid fecerat? Quid est, tibi soli peccaui & malignum coram te feci? Quia tu solus sine peccato. Ille iustus punitor, qui non habet quod in illo puniatur. Ille iustus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur. Tibi soli, inquit, peccaui & malignum coram te feci. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.) Cui dicat fratres, qui dicat difficile est aduertere. Deo vtiq; loquitur, & manifestum est, quomodo deus pater non est iudicaturus. Quid est, tibi soli peccaui & malignum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris? Videte futurum iudicem, iudicatum à peccatoribus iustum, & in eo vincentẽ, quia quod in illo iudicaretur non habuit, & qui eum miserat pater: erat enim solus verus. Et ideo solum verum in hominibus, dicere potuit homo deus, si inuenistis in me pctm, dicite. Sed forte erat quod homines latebat, & non inueniebant illi quod erat quidẽ, sed manifestum non erat.
Alio loco ait, Ecce venit princeps mundi: Ioã. 14
acutus inspector omnium peccatorum, ecce, inquit, venit princeps mundi huius, morte affligens peccatores, præpositus mortis: inuidia n. diaboli mors intrauit in orbem Sapiẽ. 2.
terrarũ. Ecce, inquit, venit princeps mundi Ioã. 14.
huius. Dixit hæc proximus passioni, & in me nihil inueniet: nihil peccati, nihil morte dignũ, nihil damnatione dignũ. Et tanquã ei diceretur, cur ergo moreris? Sequitur & dicit, Sed vt sciant omnes, quia volũtatem patris mei, facio, surgite ambulemus hinc. Patior, inquit, indignus pro dignis, vt eos dignos faciam vita mea, pro quibus indigne patior mortem illorum. Huic itaq; nullũ habenti peccatum dicit in præsentia Prophetæ Dauid, Tibi soli peccaui, & malignũ coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cam iudicaris: superas enim oẽs homines, oẽs iudices: & qui se putat iustum, corã te iniustus es. Tu solus iuste iudicas, iniuste iudicatus, qui potestatem habes ponendi animã tuam, & potestatẽ habes iterum sumendi eam. Vincis ergo cum iudicaris. Oẽs homines superas, quia plus es q̃ homines, & per te facti sunt homines. Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.) Tanquam diceretur, Vincuntur illi qui fecerunt quod & tu Dauid. Non n. hoc paruum malum, paruumque peccatum, adulterium & homicidiũ. Quid illi qui ex quo nati sunt de ventre matris suæ, nihil tale fecerunt? Etiam ipsis imputas aliqua peccata, vt ille omnes vincat cum cœperit iudicari, Suscepit personam generes humani Dauid, & attẽdit omniũ vincula, propaginem mortis consyderauit, originẽ iniquitatis aduertit, & ait, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Núquid Dauid c. vir. de adulterio natus erat, de Iesse viro iusto 1. Reg. 16
& coniuge ipsius? Quid est quod se dicit in 2. sen. di.
iniquitate conceptũ, nisi quia trahitur iniq 30. c. Sed
tas ex Adam? Etiam ipsum vinculum mor quod.
tis, cum ipsa iniquitate coneretum est Ne- Ioan. 15

Cmo nascitur nisi trahens pœnam, trahes me ritum pœnæ. Dicit & in alio loco Propheta, Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Nouimus.n. ex baptismo Christi solui peccata, & baptismũ Christi valere ad remissionẽ peccatorum. Si infantes omnimodo innocentes sunt, cur matres ad Ecclesiã cũ languentibus currunt? Quid illo baptismo? quid illa remissione dimittitur? Innocentẽ magis video flentem q̃ irascentem. Quid diluit baptismum? Quid soluit illa gratia? Soluitur propago tibi, quia si loqui tibi posset ille infans diceret, & si iam intellectum haberet, quem habebat Dauid, responderet tibi, Quid me attendis infantem? Nunquid vides facinora mea? Sed ego in iniquitate conceptus sum, Et in peccatis mater mea me in vtero aluit. Præter hoc vinculum, eõ cupiscentiæ carnalis, natus est Christus sine masculo, ex virgine concipiente de spiritu sancto. Non potest iste dici in iniquitate conceptus: non potest dici, in peccatis mater eius in vtero eum aluit, cui dictum est, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Non ergo ideo in iniquitate concipiuntur homines, & in peccatis in vtero à matribus aluntur, quia pctm̃ est misceri coniugibus: sed quia illud quod fit, vtiq; fit de carne pœnali. Pœna.n. D carnis mors est, & vtiq; ineſt ipsa mortali- Rom. 8. tas. Vnde Apostolus non morituru corpus dixit, sed mortuum. Corpus quidẽ mortuũ est, inquit, propter peccatum, spũs aũt vita est propter iustitiam. Quo ergo sine vinculo peccati nascitur; quod concipitur & seminatur de corpore mortuo propter peccatũ? Opus hoc castũ in coniuge nõ habet culpã, sed origo peccati trahit secum debitã pœnã. Non enim maritus, quia maritus est mortalis non est, aut aliunde nisi peccato mortalis est. Erat enim & dominus mortalis, sed non de peccato suscepit pœnam nostrã, & ideo soluit culpam nostram. Merito er- 1. Cõ. 15 go in Adam oẽs moriuntur, in Christo au- Rum. 5. tem oẽs viuificantur. Per vnum hominem enim ait Apostolus, pctm̃ in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in oẽs homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt. Definita est sententia, In Adã, inquit, oẽs peccauerunt. Solus esse innocens infans potuit, qui de opere in Adam non est natus. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.) Ve-

ritatem dilexisti, id est impunitã peccata eo- rum etiã quibus ignoscis non reliquisti. Veritatem dilexisti, sic misericordiã præroga- sti, vt seruares & veritatẽ. Ignoscis confitẽti, ignoscis, sed seipsum punienti: ita seruatur misericordia & veritas. Misericordia, quia homo liberatur: veritas, quia pctm̃ punit. Ecce.n. veritatem dilexisti, incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quæ occulta? quæ incerta? quia deus ignoscit & talibus: nihil tã occultũ, nihil tã incertum. Ad hoc incertum. Niniuitæ pœnitentiam egerunt: dixerunt. n. quanuis post minas Prophetæ, quanuis post illam vocem Tri- Ion. duo & Niniue euertetur: dixerunt apud se, petendum esse misericordiam. Dixerunt ita apud se disceptantes, Quis nouit, si deus sic ctat in meius sententiam suã & misereturꝰ Incertũ erat, cum dr̃, quis nouit. De incerto pœnitentiã egerunt, certam misericordiam meruerunt. Prostrauerunt se in lachrymis, in ieiunijs, in cilicio & in cinere. Prostrauerunt se, gemuerunt, fleuerunt, peperit deus. Stetit Niniue, an euersa est Niniue? Aliter quidẽ videtur hominibus, & aliter visum est deo. Ego aũt puto impletum fuisse qd̃ Propheta p̃dixerat. Respice q̃ fuit Niniue, & vide qa euersa est. Euersa in malo, ædificata in bono: sicut euersus Saulus & p̃secutor, ædificatus Paulus p̃dicator. Quia non diceret ciuitatẽ istã in qua nunc sumus feliciter euersam, si oẽs illi insani nugis suis desertis ad ecclesiã cõpuncto corde concurrerent, dei misericordiã de suis factis pteritis? Nonne diceremus, vbi est illa Carthago? quia non est qd̃ erat, euersa est: sed si est qd̃ nõ erat, ædificata est. Ita dr̃ Hieremias, Ecce dabo tibi eradicare, suffodere, euertere, disperdere, & rursus ædificare, & plantare. Inde est vox illa dñi, Ego pcutiã, & ego sanabo. Percutit putredinem facinoris, lasanat dolorem vulneris. Faciunt hoc medici, secant, percutiunt & sanant, armant se vt feriant, ferrũ gestant & curare veniunt. Sed quia pctã magna erãt Niniuitarũ, dixerũt, Quis nouit? Hoc incertũ patefecerat deus seruo suo Dauid: cũ. n. dixisset, stante & arguente se Propheta, Peccaui: statim audiuit a Propheta, id est, à spiritu dei qui erat in Propheta, Dimissum est tibi pctm̃ tuum. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Aspergis me, inquit, hysopo & mũdabor.) Hysopum herbam nouimus humilem, sed medicinalẽ, saxo hærere radicibus

dicitur.

ri. Ideo in mysterio mundandi cordis simi litudo assumpta est. Apprehende, inquit, & tu radicem dilectionis petram tuam, Esto humilis in humili deo tuo, ut sis excelsus G in glorificato deo tuo. Aspergeris hysopo, humilitas Christi te mundabit. Noli herbam contemnere, uim medicamenti attende Aliquid êt dicã quod a medicis solemus audire, vel experiri in ægrotis. Hysopum dicunt purgandis pulmonibus aptum eẽ. In pulmone solet notari superbia, illic.n. insultio, illic anhelitus. Dicebatur de Saulo persecutore tanquã de Saulo superbo, q̃ ibat ad eiciendos Christianos, spirans cędem, anhelabat cædes, anhelabat sanguinẽ, nõdum purgato pulmone. Audi & hic humiliatum qa hysopo purgatũ. Asperges me hysopo & mundabor. Lauabis me,) Id est, munda me. Et super niuẽ dealbabor. Et si fuerint, inquit, peccata vestra sicut phœniciũ, tanquã niuem dealbabo. De talibus sibi ex hibet Christus uestem sine macula & ruga. Proinde uestis eius in monte, quæ tanq̃ nix dealbata effulsit, significauit Ecclesiam omni macula peccati mundatã. Sed ubi humilitas ex hysopo? Audi sequentia. Auditui meo dabis exultationem & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.) Auditui meo, indẽdo re, nõ loquẽdo cõtra te, Peccasti, q̃ de H fendis te loquendo? Loqui vis, patere, audi, cede diuinis vocibus, ne turberis & amplius vulnereris. Commissum est, non defendatur, in confessionem veniat, non in defensionem. Adhibes te defensorem peccati tui, vinceris. Non innocentem patronum adsibuisti, nõ est tibi vtilis defensio tua. Quis enim vt te defendas? Idoneus esto ad accusandum te, noli dicere, aut nihil feci, aut quid magnum faci, aut fecerunt & alij. Si faciendo peccatum nihil te dicis deliquisse, nihil eris, nihil accipies. Paratus est deus dare, noli opponere obicem defensionis, sed aperi sinum confessionis. Auditui meo dabis exultationem et lætitiam. Ipse donet vt dicam quod sentio. Fœliciores sunt qui audiunt, quam qui loquuntur. Qui enim discit, humilis est, qui autem docet, laborat ut non sit superbus, ne male placendi affectu terrepat, ne deo displiceat qui vult placere hominibus. Magnus tremor est in docente fratres mei, magnus tremor est noster in his uocibus nostris. Credite cordi no-

stro quod videre non potestis, scit ipse quã mitescat nobis, qui propitius sit nobis, cum quanto sub illo tremore ad vos loquimur. Cum autem ipsum aliquid suggerentem & docentem intus audiuimus, secouri sumus, I fecuri gaudeamus. Sub magistro enim sumus, illius gloriam quærimus, illum docentem laudamus. Delectat nos veritas eius intus, vbi nemo facit vel audit strepitum. Ibi dixit iste esse lætitiam suam & exultationẽ suam. Auditui meo, inquit, dabis exultationem & lætitiam. Et ideo quia humilis, audit. Qui vere audit & bene audit, humilis audit, Gloria enim eius in illo est a quo audit. Postquam dixit, Auditui meo dabis exultationem & lætitiam: continuo demonstrauit quid faciat auditio, Exultabunt ossa humiliata. Humiliata sunt ossa, ossa audientis non habent fastum, non habent timorem, quem in se vix vincit qui loquitur. In Mat. 11 de & ille humilis magnus, quo in natis mulierum nemo maior surrexit: ille qui ita se humiliauit, vt se indignum diceret soluere corrigiam calciamenti domini sui. Ioannes ille Baptista, dans gloriam magistro suo Mat. 1. & ideo amico suo, cum Christus putaretur, & ex eo superbire posset & se extendere, non.n. ipse se dixerat Christum, sed poLuc. 3: terat accipere hominum errorem hoc putantium, ultro istum honorem deferre volentium: sed respuit falsum honorem, vt inK ueniret ueram gratiam: & uide humilitatẽ Ioan. 1. de auditu, ait. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi stat & audit eum. Stantem se fecit & audientem, non cadentẽ & loquentem. Stat, inquit, & audit eum, Audisti auditum, vbi est exultatio & lætitia? Continuo sequitur. Stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Audi Ioan. 3. tui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.) Iam.n. exultant ossa humiliata, iam hysopo mundatus, humilis factus sum. Auerte faciẽ tuam non a me, sed a peccatis psal. 26. meis. Alibi qppe orans dicit, Ne auertas faciẽ tuam a me. Qui non vult a se auerti faciem dei, vult auerti faciem dei a peccatis suis. Pctm̃.n. vnde se deus non auertit, aduertit. Si aduertit, animaduertit. Auerte faciem tuã a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Satagit de illo grandi peccato plus præsumpsit, oẽs deleri vult iniquitates suas. Præsumit de medici manu, de ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gna illa misericordia, quâ in principio psal
mi inuecauit, omnes iniquitates meas dele.
Auertit faciẽ deus, & sic delet, auertendo fa
ciem peccata delet, aduertendo scribit. Au
disti auertendo delentem, aduertendo audi
L. quid facientem? Vultus aũt domini super fa
Psal.33 ciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam
eorũ, non delẽdo peccata eorum. Hic autẽ
qd rogat? Auerte faciẽ tuã à peccatis meis.
Bene rogat, ipse.n. non auertit faciem a pec
catis suis, dicens, Quoniam, peccatũ meũ
ego cognosco. Merito rogas & bene rogas,
vt deus auertat faciem a peccato tuo, si tu in
de non auertis faciem. Si vero tu pctm tuũ
in dorso ponis, deus ibi faciem ponit. Tu
peccatũ tuũ ante faciem tuam conuerte, si
vis vt inde deus faciem suam auertat, & sic
securus rogas, & exaudit. Cor mundũ crea
in me deus.) Crea, non quasi nouũ aliquid
instituẽ, dicere voluit: sed quia pœnitens
orabat, qui cõmiserat aliquid, quod prius q̃
committeret innocentior erat, ostendit quẽ
admodũm dixerit, crea, Et spũ rectum in
noua in visceribus meis.) Perfectum, inq̃t,
in me spiritum fac esse. Inueterata erat atq;
curuata rectitudo spũs mei. Dicit enim ex
Psal.56 alio Psalmo, Curuauerunt animam meã.
Et quando se homo pronum facit ad terre
nas cõcupiscentias, incuruatur cor quoda
Psal.72 modo, cum autem erigitur in superna, re
M ctum sit cor eius vt bonus illi sit deus. Qu3
bonus enim deus Israel rectis corde. Proin
de fratres audite. Aliquando deus cui igno
scit in futuro seculo, corripit eum de pecca
to in isto seculo. Nam & ipsi Dauid, cui di
ctum iam fuerat per Prophetam, Dimissum
est peccatum tuum, euenerunt quædã quæ
minatus erat deus propter ipsum peccatum
2.Re.21 Nam filius eius Absalon aduersus eum cru
entum bellum gessit, & in multis humilia-
2.Re.15 uit patrem suũ. Ambulabat ille in dolore,
in tribulatione humiliationis suæ, ita subdi
tus deo, vt omnia iusta ei tribuens confi
teratur quod nihil daretur indigne, ha
bens iam rectum cor cui non displicebat de
us. Iniuriosum quendam & in os sibi du
ra maledicta iacientem, patienter audiebat, ex aduersa parte, vnum ex militi
bus qui erant cum filio eius impio. Et
cum ille iaceret maledicta in regem, iratus
.Rac.16 vnus ex commitibus Dauid, volait ire &
pereutere eum, prohibetur a Dauid. Et
quomodo prohibetur? Vt diceret, deus illũ
misit vt mihi malediceret. Agnoscens cul-
pam suam, amplexus est pœnam suam, quæ
rens gloriam non suã, dominũ laudans in
eo quod boni hẽbat, dominũ laudans in eo
quod patiebatur, benedicens dñm in omni
tempore, semper laus eius in ore eius. Ta
les sunt omnes recti corde. Nonne hi puer
si qui se rectos putant, & peruersum deũ
Qui qñ aliquid faciunt mali gaudent, qũ
aliquid mali patiũntur blasphemant, Insup
positi in tribulatione & flagello, dicunt de
corde distorto, Deus quid tibi feci? Vere qa
nihil deo fecerunt: omnia.n. sibi fecerunt.
Et spiritum rectũ innoua in uiscerib. meis.
Ne proijcias me a facie tua.) Auerte faciẽ
tuam a peccatis meis, & ne proijcias me a fa
cie tua. Cuius faciem timet, ipsius faciem in
uocat. Ne proijcias me a facie tua. Et spiri
tum sanctum tuum ne auferas à me.) Est.
enim spiritus sanctus in confitente. Iam ad
donum spiritus sancti pertinet, quæ tibi di
splicet quod fecisti. Immundo spiritui pec
cata placent, sancto displicent. Quãuis er
go adhuc veniã deprecaris, tũ ex alia parte,
qua tibi displicet malũ quod cõmisisti, deo
coniungeris. Hoc enim & tibi displicet,
quod & illi. Iam duo estis ad expugna-
dam febrem tuam, tu & medicus. Quia
ergo non potest esse confessio peccati &
pœnitio peccati in homine à seipso, cum
quisq; sibi irascitur & sibi displicet, fine do-
no spiritus sancti non est. Nec ait, spiritum
sanctum tuum da mihi, sed, ne auferas a me.
Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi exultationem salutaris tui.)
Redde quam habebam, quam peccãdo amã
seram. Redde mihi exultationem salutaris
tui, vtiq; Christi tui. Quis.n. sine illo sanari
potuit? Quia & antequã de Maria nascere-
tur, In principio erat uerbum, & verbum erat
apud deum, & deus erat verbum. Et ita à sã
ctis patribus dispensatio susceptæ carnis fu
tura credebatur, sicut à nobis facta creditur.
Tempora uariata sunt, non fides. Redde
mihi exultationem salutaris tui. Et spiritu
principali confirma me.) Nonnulli inscelle
xerunt hic trinitatẽ in deo ipsum deũ, ex
cepta dispensatione carnis, quoniã scripta
est Deus spiritus est. Quod.n. non est cor
pus, & tñ est, uidetur restare ut spiritus sit.
Intelligunt ergo hic nonnulli Trinitatẽ di
ctam, in spiritu recto filiũ, in spiritu sancto
spũ sanctum, in spiritu principali patrẽ. Si
ue ergo hoc ita sit, siue spũ rectum ipsum
hominis accipi uoluit, dicens, Spiritum, re-

ctum in noua in visceribus meis, quem cur
rauí & distorsi peccando, vt iam spiritus
sanctus ipse, sit spiritus principalis, quem
& auferri à se noluit, & eo se voluit confir
mari, non est hæretica quælibet sententia.
Sed videte quid adiungat, Spiritu, inquit,
principali confirma me. In quo confirma?
Quia ignouisti mihi, quia securus sum, nõ
mihi imputari quod donasti. Ex hoc factus
securus atque ista gratia confirmatus, non
ero ingratus. Quid.n. faciam? Doceam ini
quos vias tuas.) Doceã iniquos ex iniquo,
id est, qui fueram & ego iniquus, iam non
iniquus, non ablato spiritu sancto à me, &
spiritu principali confirmatus, doceam ini
quos vias tuas. Quas vias iniquos docebis?
Et impii ad te conuertentur.) Si peccatũ
Dauid impietati deputatur, non de se despe
rent impij, quia pepercit deus impio, sed si
ad eum conuertantur, si vias ipsius discant.
Si autem impietati non deputatur factum
Dauid, sed illa propria impietas dicit apo-
statare à deo, vnum deum non colere aut
nunquam coluisse, aut quem colebat dimi-
sisse, ad cumulum valet quod ait, Et impij
ad te conuertentur, Ita plenus es adipe mise
ricordiæ, vt ad te conuersis, non solum qui
buslibet peccatoribus, sed etiam impijs non
sit desperandum. Et impij ad te conuerten-
Rom.4. tur. Vt quid? Vt credentes in eum qui iusti
ficat impium, deputetur fides eorum ad iu
stitiã. Erue me de sanguinibus deus deus sa
lutis meæ.) Expresit Latinus interpres
verbo minus Latino proprietatem tamen
ex Græco. Nam omnes nouimus Latine
non dici sanguines nec sanguina, sed sangui
nem; tamen quia ita Græcus posuit plurali
numero, non sine causa, nisi quia hoc inue-
nit in prima lingua Hebræa, maluit pius in
terpres minus Latine aliquid dicere, quam
minus proprie: Quare ergo pluraliter dixit
de sanguinibus? In multis sanguinibus tan-
quam in origine carnis peccati, multa pec-
cata intelligi voluit. Ad ipsa peccata respi-
1.Co.15 ciens Apostolus, quæ veniunt de corru-
Ephes.5 ptione carnis & sanguinis, ait, Caro & san-
guis regnum dei nõ possidebunt. Nam vti-
que secundum finem verum eiusdem Apo-
1.Co.15 stoli, caro ista resurget, & ipsa merebitur in
corruptionẽ dicẽte ipso, Oportet corrupti-
bile hoc induere incorruptionẽ, & mortale
hoc induere immortalitatẽ. Quia ergo cor
ruptio ista de peccato est, ipsius nomine ap
pellari pctã; quemadmodũ dicitur lingua
& illud fructum carnis & membrum, quod
in ore mouetur cum verba distinguimus,
& lingua qđ per linguam fit, sicut dicimus
aliã lingnam Græcam, aliam Latinã. Nõ.n.
caro diuersa est sed sonus. Qũo ergo dicit
lingua locutio q̃ fit per linguam: sic dicitur
& sanguis iniquitas q̃ fit per sanguinem. At. E
tendens ergo multas iniquitates suas, vt il-
lud superius, Et oẽs iniquitates meas dele:
& eas tribuẽs corruptioni carnis & sangui-
nis, Libera me, inquit, de sanguinibus: hoc
est, Libera me ab iniquitatibus: munda me Ibidem.
ab omni corruptione. Incorruptionem.n.
desyderat qui dicit, Libera me de sanguini-
bus: quia caro & sanguis regnũ dei non pos-
sidebũt, neque corruptio incorruptionem.
Erue me de sanguinibus, Deus deus salutis
meæ. Oñdit quia cum fuerit salus perfecta
in isto corpore, corruptio in eo non erit, q̃
intelligit nomine carnis & sanguinis. Ipsa
est.n. perfecta sanitas corporis. Nam modo
quomodo sanum est quod labitur, quod in-
diget, quod habet perpetuam quandã ægri-
tudinem famis & sitis? Hæc & tunc non 1.Co.6.
erunt, quia esca ventri, & venter escis, deus
autem & hunc & has euacuabit. Erit forma
corporis perfecta ex deo, absorpta morte in
victoriam, nulla remanente corruptione, 1.Co.15
nulla surrepente defectione, nullis mutata
ætatibus, nullo labore lassata, vt nullo cibo
fulciatur, & aliqua esca reficiat. Sed non eri
mus sine esca & potu, Ipse erit cibus noster
deus & potus noster. Solus ille cibus reficit
nec deficit. Libera me de sanguinibus deus
deus salutis meæ. Modo.n. iam in ipsa salu- F
te sumus. Audi Apostolum, Spe.n. salui fa- Rom.8.
cti sumus. Et vide quid de ipsa salute corpo
ris dicebat, In nobismetipsis, inquit, ingemi
scimus, adoptionẽ expectantes, redẽptionẽ
corporis nri, Spe.n. salui facti sumus, Spes
autem q̃ videt nõ est spes, Quod.n. videt
quis, quid sperat? Si aũt qđ nõ videmus spe
ramus, p patientiã expectamus. Qui pse- Mat.10.
uerauerit vsque in finẽ: ipsa est illa patien- &.24.
tia, Hic saluus erit: ipsa est salus quã nondũ
habemus, sed habituri sumus. Nõdũ est res
sed certa spes. Et exaltabit lingua mea iu-
stitiã tuã. Dñe labia mea apies, & os meum
annunciabit laudẽ tuã.) Laudẽ tuam, quia
creatus sum, laudẽ tuã, quia vt cõfiterer iã
monitus sum, laudẽ tuã, quia peccãs non de
relictus sum, laudem tuam quia vt securus
essem mundatus sum. Labia mea aperies &
os meum annunciabit laudem tuã. Quo-

niam si voluisses sacrificiũ,dedissem vtiq;.) In illo tpe erat Dauid, qñ sacrificium uicti marum animalium offerebatur deo, & videbat hæc futura tpa. Nonne in his vocibus nos agnoscimus? Erant illa sacrificia figurata, prænunciãtia vnum salutare sacrificium,nec nos dimissi sine sacrificio sumus, quod deo offeramus. Audi.n.quod curam gerens pro peccato suo,& ignosci sibi volẽs malum quod fecit, Si voluisses, inquit,sacrificium dedissem vtique. Holocaustis nõ delectaberis.) Nihil ergo offeremus?Sic ve niemus ad deum ? Et vnde illum placabimus?Offers,sane in te habes quod offeras.

Psal.50. Noli extrinsecus thura comparare, sed dic, In me sunt deus vota tua,quæ reddam laudes tibi. Noli extrinsecus pecus quod mactes inquirere,habes in te quod occidas.Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit.) Prorsus spernit taurum, hircum,arietem:iam non est tempus vt hæc offerantur. Oblata sunt cum aliquid indicarent, cum aliquid promitterent: venientibus repromissis,promissiones ablatæ sunt. Cor contritum & humiliatum deus non spernit. Nostis quia excellus est deus:si te excelsum feceris,longinquabitur à te. Si te humiliaueris, propinquabit ad te. Videte quis iste sit. Vnus videbatur deprecari Dauid, videte hic imaginem nostram & typum Ecclesiæ. Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion.) Huic Sion benigne fac. Quid est Sion ? Ciuitas sancta. Quæ est H ciuitas sancta ? Quæ abscondi non potest

Matt. 7. super montem constituta Sion in speculatione,quia aliquid spectat quod sperat. Interpretatur enim Sion speculatio, & Hierusalem visio pacis. Agnoscitis ergo vos in Sion & in Hierusalem : si certi expectatis spem futuram,etsi pacem habetis cum deo. Et ædificentur muri Hierusalem.Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem. Non sibi enim tribuit aliqua merita sua,tu cum illa benigne fac. Aedificentur muri Hierusalem,Munimenta construantur immortalitatis nostræ,in fide,spe & charitate. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ.) Modo autem sacrificium pro iniquitate, spiritum contribulatum & cor humiliatum : tunc

Psal.83. sacrificiũ iustitiæ laudis solius. Beati enim qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hoc est sacrificium iustitiæ. Oblationes, & Holocaustomata.) Quæ sunt Holocaustomata? Totum igne consumptum. Quoniam totum pecus imponebatur aræ dei igne consumendum, holocaustum dicebatur. Totus nos diuinus ignis absumat, & feruor ille totus arripiat. Quis feruor?Nec est qui se abscondat a ca lore eius. Quis feruor ? De quo dicit Apostolus,Spiritu feruentes. Non tantum anima nostra absumatur ab illo igne diuino pientiæ:sed & corpus nostrum, vt mereatur ibi imortalitatem,sic leuetur holocaustum, vt absorbeatur mors in uictoriam, Oblationes & holocaustomata. Tunc imponent su per altare tuũ vitulos.) Vnde uitulos? Qui tibi elegit innocentiam nouæ ætatis,liberat colla a iugo legis. Psalmus in nomine Christi,etsi forte non vt uolumus,verũtemen vt potuimus terminatus est. Restat paucis alloqui uos fratres, propter multa mala inter quæ uiuimus. Neq; n.uiuentes in rebus humanis,migrare possumus a rebus humanis. Cum toleramus uiuẽdum est nobis in ter malos,quia cum mali essemus, cum tolerantia vixerunt boni inter nos. Non obliuiscentes quid fuerimus, nõ desperabimus de his qui nunc sunt quod fuimus. Verumẽn charissimi in tanta morum diuersitate & tam detestabili corruptela, regite domos vestras,regite filios uestros, regite familias uestras. Quo ad nos pertinet in Ecclesia loqui vobis, sic ad vos pertinet in domibus vestris agere, vt bonam rationem reddatis de his q nobis sunt subditi. Amat deus diligi plinam. Peruersa autem & falsa innocentia est,habenas laxare peccatis. Valde inutiliter, valde perniciose sentiet filius patris leuitatem, vt iuste postea dei sentiat seueritatem. Et hoc non solus, sed cum dissoluto patre suo. Quid.n?Si ipse non peccat & nõ facit quod filius eius,ideo non debet ab ipsa nequitia filium prohibere ? An forte ut videatur filio eius, quia & pater talia fecit,nisi senuisset? Peccatum quod tibi non displicet in filio tuo,delectat te,sed ætas deseruit,non cupiditas. Maxime frat res meas filios uestros fideles attendite, quos fide genuistis,ut baptizarentur. Sed forte negligit malus filius,uel monita patris,uel obiurgationem,uel seueritatem. Tu imple personã tuam,deus de te & de illo exigit suam.

In psalmum

In psalmum quinquagesimumprimum. Enarratio.

PSalmus breuis est,de quo loquendũ suscepimus charitati vestræ, sed titulum habet aliquantulum negociosum. Patienter ergo sustinete nos,donec illum enodemos vt possumus,quãtum adiuuerit dñs. Neque enim passim prætereũda sunt hæc, quidem placuit fratribus , non tantum aure & corde, sed & stylo excipienda quæ dicimus, vt non auditorem tantum , sed & lectorem etiam cogitare debeamus. Nata est quidem occasio psalmo huic ex re quadã gesta,quam vobis etiam fecimus recitari de libro Regnorum . Saul.n.rex non ad permanendum electus est à domino, sed secundum populi cor durum & malum datus ad eorum correptionem,non ad vtilitatem: secundum illam sententiam sanctarum scripturarũ,quæ ait de deo , Qui regnare facit hominem hypocritam,propter peruersitatem populi.Cum ergo talis esset Saul , persequebatur Dauid, in quo deus præfigurabat regnum salutis æternæ, & quem deus elegerat permansurum in semine suo.quandoquidem futurus erat rex noster rex seculorum , cum quo regnaturi sumus in æternum ex semine ipsius Dauid secundum carnem.Cũ ergo Dauid deus elegisset , & præelegisset & prædestinasset ad regnũ , noluit & ipsum Dauid ante regnum tenere,quàm primo a persequentibus liberaret, vt etiam in hoc ipso figuraret nos,id est,corpus eius, cuius corporis caput Christus. Porro.n.si ipsum caput nostrum sine primo peracto labore in terra,in cœlo regnare noluit,neque leuare sursum corpus quod deorsum accemembra sperare capite suo magis se posse esse fœlicia ? Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quato magis domesticos eius? Non ergo speremus molliorem viam, qua præcessit eamus,qua duxit sequantur. Si.n. à vestigio eius aberrauerimus,perimus. In hoc ergo Dauid quid præfigurabatur videtis. Ergo & in Saul quid prefigurabat uide nim in Dauid.Mors in Saul,& regnum bonid.Etenim nos non persequitur nisi mors, de qua in fine triumphabimus , dicentes, Vbi est mors contentio tua ? vbi est mors aculeus tuus? Quid est quod dico,non nos persequitur nisi mors? Quia nisi mortales essemus,non esset quod nobis faceret inimicus . Nunquid enim angelis quicquam facit? Ergo etiam ipsa mors a qua maxime habemus persecutionem, cuius finitur in fine contentio,cum resurrexerimus a mortuis, sicut finita est in capite nostro, sic finietur & in nobis si iusti fuerimus inuenti. Nam mortuus ille mortis interfector fuit, & magis in illo mors mortua est, q̃ ipse in morte.Deniq; etiã nomen ipsum si attendamus, non est sine mysterio.Nam Saul interpretatur petitio,hoc est,appetitio. Quid.n.dubitare debemus,nobis fecisse mortem istã ? A peccato enim hominis nata est mors.Merito ergo ipse sibi homo appetiuit mortem, & ideo appetitio nomen est mortis . Nam Sapiẽ.1. sicut scriptum est , Deus mortem non fecit nec lætatur in perditione viuorum , Creauit enim deus vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ,Et vnde mors? tanquam quæreres,Impij autem manibus, inquit,& verbis accersierunt illam,& æstimantes illam amicam defluxerunt. Ergo appetendo illam defluxerunt , & in mortem irruerunt, æstimantes illam sibi esse amicam,& qũo æstimauit populus amicum, & petiuit regem inimicum. Extorsit.n.populus a domino habere regẽ,& datus est Saul, 1.Re.8. tanquam dati essent illi in manus suas , qui manibus & verbis accersierunt mortem, & figurata est in ipso Saule ipsa mors . Ideo psalmus ille septimusdecimus sic habet titulum,In die qua liberauit eum dñs de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul. Dixit primo omnes inimicos eius,& postea de manu Saul , quia nouissima inimica destruetur mors. Quid est,Et de manu Saul? Quoniam exemit nos ab inferis, & de manu mortis liberauit nos. Cum ergo Saul p- B sequeretur virum sanctum Dauid , confu- 1.Re.21 git Dauid vbi tutum putauit esse locum, transiens per sacerdotem quendam Achimelech , accepit ab eo panes . Vbi figurauit etiam personam,non tantum regis,sed & sacerdotis,quia manducauit panes propositionis,quos sicut dicit dñs in Euangelio, non Mat.12. licebat manducare nisi solis sacerdotibus . Postea cœpit eum quærere Saul , & iratus est suis quod nemo eum sibi vellet prodere . Hoc modo lectum est in libro Regnorum. Erat aũt ibi Doech Idumæus quidam 1.Re.21 quando venerat ille ad Achimelech sacerdotem, princeps pastorum Saul . Qui cum adesset quando Saul irascebatur suis, quòd nullus illi vellet prodere Dauid, prodidit vbi

eum vidisset. Misit cõtinuo Saul, exhibuit sacerdotem, & oẽs eius, & iussit occidi. Nemo ausus est hominum regis Saul, nec iubẽte rege mittere manum in sacerdotes dñi, sed ille qui ꝓditerat, sicut Iudas, qui a proposito suo nõ recessit, & vsq; in finem perseuerauit, de illa radice fructus ferre, quales, nisi quales fert arbor mala? Occidit Doech iste manu sua iubente rege sacerdotem, & oẽs eius. Deinde debellata est ciuitas
O etiam sacerdotum. Inuenimus ergo Doech istum inimicum regi Dauid, & sacerdoti Achimelech. Vnus homo est Doech, sed genus hominum est Doech: sicut Dauid & corpus ipsius regis & sacerdotis, tanquam vnus homo & duæ personæ, sed tñ vnum genus hominum. Proinde in isto tpe, & in isto seculo videamus hæc duo genera, ut pti neant ad vtilitatem nostram, vel quod cantauimus, vel quod cantari audiuimus. Modo videamus Doech, modo videamus corpus regis & sacerdotis, modo videamus corpos hominum aduersus regem & sacerdotem: Primo nomina ipsa attendite, q̃ mysti ca sint. Doech interpretatur motus. Idumeus interpretatur terrenus. Iam videte quale genus hominũ significet Doech iste motus. Non ergo perseuerans in æternum, sed emigrandus terrenus. Quid expectatis de homine terreno, aliquos fructus cœlestes? Homo erit in æternum. Est ergo regnum terrenum, vt breuiter dicam & cito insinuẽ, hodie in seculo, vbi est & regnum cœleste? Peregrinos habet ciues suos vtrunque regnũ, regnũ terrenum, & regnũ cœleste, regnum eradicandum, & regnũ in æternum plantandũ. Modo in hoc seculo ciues
D vtriusque regni permixti sunt. Corpus regni cœlestis commixtum est. Regnum cœleste gemit inter ciues regni terreni: & aliquando, nam & hoc tacendum nõ est, quodammodo regnum terrenum angariat, ciues regni cœlorum, & regnum cœleste angariat ciues regni terreni. Vtrunque vobis de scriptura dei demonstrabimus. Daniel & tres pueri in Babylonia præpositi sunt negotijs regis. Ioseph in Aegypto secundus à rege positus est administrare rempublicã, de qua republica erat populus ille dei liberandus. In ipsa republica angariam quodammodo faciebat Ioseph, sicut illi tres pueri, sicut Daniel. Manifestum est ergo quòd vsurpat sibi ad opera sua, id est, ad opera regni sui, non ad facta sua mala regnum terrenum ciues regni cœlorum. Quidest regnum cœlorum, Quomodo vsurpat in hoc seculo ad tempus eius regni terreni? Nonne de his Apostolus dicit, q̃ non caste Euangelium annunciabant, sed terrena desyderantes, regnum cœlorum prædicabãt, sua quærebant & Christum annunciabãt? Et vt noueritis quòd & ipsi ad opus regni cœlorum, tanquam mercenarij assumpti sunt, Apostolus gaudens de illis dicit, Sunt qui per inuidiam & contentionem Christum annunciant, non caste, existimantes tribulationem se suscitare vinculis meis. Quid ergo dum omnimodo hue per occasionem hoc gaudeo, sed & gaudebo. De talibus etiã Christus annunciat, dicens, Pharisæi & scribæ super cathedram Moysi sederunt, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Quæ dicunt, pertinent ad Dauid: quæ autẽ faciũt, pertinent ad Doech. Per illos me audite, sed illos imitari nolite. Ista duo genera hominũ sunt hodie in terra. De his duobus generibus hominum cantat Psalmus iste. Habet autem Psalmi titulus, In finem intellectus Dauid, cum venit Doech Idumæus & nunciauit Saul, venit Dauid in domum Abimelech.) Cum legamus eum venisse in domũ Achimelech. Et fortasse quod non absurde sentimus pp similitudinem nominis, & vnius syllabæ differentiam, vel potius vnius literæ, variati sunt tituli. In codicibus tamẽ Psalmorum, cum inspiceremus, magis Abimelech q̃ Achimelech inuenimus. Et quia in alio loco habes euidentissimum Psalmũ non dissimilitudinem nominis, sed prorsus diuersum nomen insinuantem: quandoquidem Dauid ante regem Achis, non ante regem Abimelech immutauit faciem suam, & dimisit eum & abijt. titulus autem Psalmi sic scriptus est, Quãdo immutauit vultum suum coram Abimelech: ipsa magis mutatio nominis in mysterium fecit nos esse intentos, ne tanquam res historiæ persequaris, & sacrata vela contemnas. Discussum nomen in psalmo illo, quod est Abimelech, inuenitur interpretatum, patris mei regis. Quomodo autem patris sui regnum dimisit Dauid, & abijt, nisi quo Christus regnat? Iudæorum dimisit, & ad gentes transiuit? Hinc fortasis etiam propheticus spiritus ascribens titulum psalmo huic, voluit vt non diceret Achimelech sed Abimelech, quia

Dan. 13
Gen. 29

quia qñ venit Dauid ad patris sui regnũ, tũc est proditus: hoc est, quando venit dñs
Mat. 21 nr̃ Iesus Christus ad regnum Iudæorum institutum a patre suo, de quo dicit, Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius & iustitiam: tũc est prodi
tus morti, quam significas Saul. Non est autem occisus, sicut nec Isaac, cum & ipse passionem dñi figuraret: nec tñ sine sangui
Ge. 22. ne figura transacta est, vel ibi illius arietis, vel hic Abimelech sacerdotis. Neque enim
G occidi oportuit eos, quos tũc resurgere nõ oportebat, sed eorum vitam à mortis periculo liberari. Verumtamen effusi sanguinis liberatio, resurrectionẽ potius significabat, quæ hoc mõ in illis figurabatur. Quia vero dño seruabatur resurrectio, plura hinc dici possent, si illarũ rerum gestarũ in hoc sermone suscepissemus tractãda mysteria. Nunc iam audiamus ista duo genera hominum, quandoquidẽ de titulo isto, & si oportunius & fortasse loquacius, tñ vt dominus concessit exitum est. Duo genera hominũ attendite, vnum laborantium, alterum omnes inter quos laboratur. Vnum de terra, alterum de cœlo cogitantium. Vnum in prosindum cor mittentium, alterum, cor angelis coniungentiũ. Vnum sperãtium de terrenis quibus pollicetur hic mundus, alterum præsumẽtium de cœlestibus, quæ promisit non mendax deus. Non esse desperãdum de hominibus bonis, si per eos terrenum aliquid administretur: nec rursum cõtinuo gratulandum hominibus, qui cœlestia agere dignoscantur negocia, cum plerunque illi qui negocijs secularibus implicati sunt, cor semper sursum habeant, & isti qui cœlestia semper prædicant, cor trahant in terra. Sed mixta sunt ista genera hominum. Inuenimus modo ciuem Hierusalẽ, ciuem regni cœlorum administrare aliquid in terra: vtputa purpuram gerit, magistratus est, ædilis est, proconsul est, imperator est, reipublicã gerit terrenam, sed cor sursum habet, si Christianus est, si fidelis est, si pius est, si contẽnens in quibus est, & sperat in quibus nondum est. De quo genere
Prou. 14 fuit illa sancta mulier Hester, quæ cum esset vxor regis, ventum est ad periculum deprecandi pro ciuibus suis. Et cum oraret coram deo vbi mentiri non posset, in oratione sua dixit, ita sibi fuisse illa ornamenta regalia sicut pannum menstruatæ. Nõ ergo desperemus de ciuibus regni cœlorũ, quando eos videmus aliqua gerere Babyloniæ negocia, aliquid terrenum in republica terrena. Nec rursus cõtinuo gratulemur omnibus, quos videmus agere negocia cœlestia, quia & filij pestilentiæ sedent aliquã Psal. 1.
do in cathedra Moysi. de quibus dicitur, Mat. 23.
Quæ dicunt facite, quæ aũt faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Illi in terrenis rebus leuant cor in cœlum, isti in cœlestibus verbis trahunt cor in terra. Veniet aũt tempus ventilabri, quando vtrumque diligentissime discernatur, ne granum I
aliquod transeat in acerum paleæ combu- Matt. 3.
rendum, nec vna stipula transeat ad massam in horreo recondendam. Quandiu ergo nunc permixtum est, audiamus hinc vocem nostram i. ciuium regni cœlorũ. Hoc enim affectare debemus, tolerare hic malos, quàm tolerari à bonis, & coniungamus nos huic voci, & aure, & lingua, & corde, & opere. Quod si fecerimus, nos hic loquimur in his, quæ audidimus. Dicatur ergo primo de corpore malo regni terreni.

EXPOSITIO PSALMI.

QVid gloriatur in malitia qui potens est?) Attendite fratres mei, gloriam malignitatis, gloriam hominum malorum. Quæ est gloria? Quid gloriatur in malitia, qui potens est? id est, qui in malitia potens est, quid gloriatur? Opus est potentem esse, sed in bonitate, non in malitia. Aliquid magnum est gloriari in malitia? Aedificare domum paucorum est, destruere multorum. Quiuis ignarus potest seminare frumenta, excolere segetem, expectare donec matureſcat, sed in eius fructu in quo labor abit gaudere, paucorum est. Vna scintilla omnem segetem incendere quiuis põt.
Susc̃pere infantem, natum nutrire, educa K
re, ad iuuenilem ætatem perducere, magnũ officium est: occidere vero illum vno puncto temporis quiuis potest. Ergo ea quæ ad destructionem fiunt, facillime fiunt. Qui gloriatur, in domino glorietur: Qui gloria
1. Co. 1. tur, in bonitate glorietur. Gloriaris q̃a potes es in malo, quid facturus es o potens, quid facturus es? Multum te iactas, occisurus es hominem, hoc & scorpius, hoc & vna febris, hoc & fungus malus. Huccine redacta est omnis potentia tua, vt vno malo fungo coæquetur? Hoc ergo faciunt boni ciues Hierusalem, qui nõ in malitia, sed

in

in bonitate gloriantur, Primo vt nō in se, sed in domino glorientur: deinde vt ea quæ ad ędificationem faciunt, studiosè faciāt, & talia faciant quæ valeant ad permanendū. Quæ aūt faciunt ad destructionem, faciāt propter disciplinam proficientium, non propter oppressionem innocentium. Huic ergo potentiæ comparatum corpus illud terrenum, quare non audiat ex his verbis, Quid gloriatur in malitia qui potens est? In iniquitate tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.) In iniquitate tota die, id est, to to tempore, sine lassitudine, sine intervallo, sine pausatione. Et qñ nō facis, cogitas, vt qñ aliquid mali abest à manibus, à corde non absit. Aut facis malum, aut dum non potes facere, dicis malum, hoc est, maledicis. Aut quando nec hoc potest, vis & cogitas malum. Tota die ergo, id est, sine intermissione expectamus huic homini pœnā, parua sibi pœna est? Minaris ei? Tu cū ei minaris, quo eū vis mittere, in malum? Dimitte illum in se. Vt multum sæuias, subiecturus es bestijs, in seipsum peior ē bestijs. Bestia enim lacerare corpus eius potest, ip se cor suum sanum relinquere non potest. Interius in seipsum sæuit, & tu exterius plagas inquiris: immo ora deum pro illo, vt liberetur à se. Veruntamen in hoc Psalmo fratres mei, non oratio est pro malis, aut contra malos, sed prophetia quid sit euenturum malis. Non itaque putetis ex maleuolentia Psalmum aliqd dicere. Dicitur .n. in spiritu ꝓphetiæ. Quid ergo sequit? Tota potentia tua, & tota cogitatio iniquitatis, tota die, & meditatio malignitatis in lingua tua sine intermissione quid egit? qd fecit? Sicut nouacula acuta fecisti dolum.)

M De verbis domi. ser. 6 Mat. 20

Ecce quid faciunt sanctis mali, capillos rabdunt. Quid est quod dixi? Si sint tales ciues Hierusalem qui audiant vocem domini sui, regis sui dicentis, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, Qui audiant vocem, q

Mat. 16.

modo ex Euangelio recitata est, Quid ꝓdest homini si totum mundum lucretur, se aūt ipsum perdat & detrimentum sibi faciat? contemnunt omnia præsentia bona in super & ipsam vitā. Et quid factura est no

1. Re. 21

ua cula Doech, homini meditāti in hac terra regnum cœlorum, & futuro in regnum cœlorum, habenti secum deum & permansuro cū deo? Quid est factura illa nouacula? Capillos rasura, Caluum factura est. Et hoc ad Christum pertinet, qui in loco Calu-

Mat. 27.

uariæ crucifixus est. Facit & filium Chore, Mat. 27. quod interpretatur caluitium. Nā isti capilli, li, superflua rerum tēporalium significant. Qui quidem capilli non superflue facti sunt à deo in corpore hominum, sed ad aliquid ornamentum: tū quia sine sensu præciduntur, illi qui adhærent corde deo, sic habent ista terrena tanquam capillos. Sed aliquando & aliquid boni de capillis operā dum est quando frangis panem esurienti, egenum sine tecto inducis in domum tuā, si uideris nudum vestis. Postremo etiā ipsi martyres imitantes dñm, sanguinem pro a Ecclesia fundentes, audientes vocem illam, Sicut Chs̄ animā suā pro nobis posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere: quodāmō de capillis suis bene nobis fecerunt. i. de his rebus quas pōt amputare vel radere illa nouacula. Quia ergo & de ipsis capillis boni aliquid fieri potest, significauit & illa mulier peccatrix, quæ cū fleuisset sup pedes dñi, capillis suis tersit, quos lachrymis rigauit: significās quia cum misertus fueris alicuius, debes & subuenire si potes. Cum enim misereris, tanquam lachrimas fundis, cum subuenis, capillis tergis. Et si hoc cuiq; , quanto magis pedibus dñi? Qui sunt pedes domini? Euangelistæ sancti, de quibus dictū est, Quam speciosi pedes sunt eorū, qui annunciant pacē, q annunciant bona? Ergo acuat nouaculam suā Doech, acuat dolum quantum potest, abla turus est superflua temporalia, nunquid necessaria sēpiterna? Dilexisti malitiam sup benignitatem.) Ante te erat benignitas, ꝑ benignitatem. Non enim aliquid eras erosam diligeres. Non enim aliquid eras erogaturus, aut quod diligeres de longinqua nauigatiōe allaturus eras. Benignitas ante te, iniquitas ante te, compara & elige. Sed forte habes oculum quo videas malignitatem, & non habes oculum quo videas benignitatem. Væ iniquo cordi, quod peius est, auertit se, ne videat quod videre potest, Quid enim de talibus alio loco dictum est? Noluit intelligere vt bene ageret. Non enim dictum est, non potuit: sed noluit, inquit, intelligere vt bene ageret: clausit oculos a luce præsenti. Et quid sequitur? Iniquitatem meditatus est in cubili suo: hoc est, in interiori secreto cordis sui. Tale quod objcitur huic Doech Idumæo maligno corpori, motui terreno, non permanenti, non cœlesti. Dilexisti malitiam

Psal. 36.

super

super benignitatem. Nam vis nosse, q̄ videat malus vtrunq; , & illud potius eligat, hinc se auertat. Quare clamat qñ inique aliquid patitur? Quare tunc exaggerat quantum potest iniquitatem, & laudat benignitatem, reprehēdens eum qui in illo operatus est malignitatem super benignitatem? Sit ergo regula sibi ad videndum, de seipso iudica

Mat. 12. & 7.

bitur. Porro si faciat quod scriptum est, Diliges proximum tuum tanq̄ teipsum, Et q̄ vultis vt faciant vobis homines bona, hæc & vos facite illis, apud se habet vnde noue sit, quia quod sibi non vult fieri, non debet facere alteri. Dilexisti malitiam super benignitatem. Inique, inordinate, & peruerse vis leuare aquā sup oleū, demergetur aqua, oleum superemincbit. Ponere vis sub tenebris lucem, fugabuntur tenebræ, lux manebit. Super cœlum terram vis collocare, pondere suo cadet terra in locum suum. Tu ergo mergeris diligendo malitiam super benignitatem. Nam nunquam benignitatē malitia superabit. Dilexisti malitiam super benignitatem. Iniquitatem magis q̄ loqui æq̄ tatem.) Ante te est æquitas, ante te est iniquitas. Vnam linguam habes, quo vis eam vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? Cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? Sicut eligis quo vesca tis, sic eligе quod loquaris. Præponis ergo iniquitatem æquitati, & præponis malitiā benignitati, Tu quidem præponis, sed sutra esse quid potest nisi benignitas & æqui tas? Sed tu imponendo te quodammodo superea quæ necesse est vt deorsum eant, nō illa facies esse supra bona, sed tu cū eis mergeris in mala. Propter hoc sequitur in psalmo: Dilexisti omnia verba submersionis.) Ergo ergo te si potes à submersione. Naufragium fugis, & plumbum amplecteris. Si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portare, crux te perducat. Nunc ergo quia Doech es Idumæus, motus & terrenus, qd facis? Dilexisti omnia verba submersionis. Linguam dolosam.) Expressit verba submersionis, linguam dolosam. Quid est lingua dolosa? Ministra fallaciæ est lingua dolosa, aliud in corde gestantium, aliud ore ꝓmentium. Sed in his subuersio, in his subuersio est. Propterea deus destruet te in finem.) Et si nunc videris virere tanquam fœnum in agro ante æstum solis. Omnis enim caro fœnū, & claritas hominis vt flos fœni, Fenum aruit & flos decidit, verbū autem dñi manet in æternum. Ecce quo te teneas, ad id quod manet in æternum. Nā ad fœnum, & ad florē fœni si te tenueris, qñ fœnum arescet, & flos decidet, destruet te deus in finem. Et si non modo certe in finē destruet, qñ illud ventilabrum venerit, & aceruus paleæ à massa separatus fuerit. Nō ne massa in horreo, & palea in ignem? Nō ne totus iste Doech ad sinistram stabit, qñ dicturus est dominus, Ite in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius? Destruet ergo te deus in finem. Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo.) Modo ergo Doech iste Idumæus est in tabernaculo, sed seruus nō manet in domo in æternum. Operatur & iste aliquid boni, & si non factis suis, saltem verbis dei, vt in Ecclesia qñ sua quærit, saltem quæ Christi sunt dicat. Sed emigrabit te de tabernaculo, Amen dico vobis, perceperūt mercedem suam. Et radicem tuam de terra viuentium.) Ergo in terra viuentiū nos debemus habere radicem. Radix nostra ibi sit. In occulto est radix. Fructus videri possunt, radix videri non potest. Radix nostra, charitas nostra: fructus nostri, opera nostra. Opus est vt opera tua de charitate procedant, tunc est radix tua in terra viuentium. Inde eradicabitur iste Doech, nec omnino poterit ibi permanere, quia nec altius ibi fixit radicē. Sed quomodo illa semina in petra & si radicem emittunt, tū quia humorem non habent, sole orto continuo arescunt. At vero illi qui altius figunt radicem, quid audiunt ab Apostolo? Flecto genua mea pro vobis ad patrē domini nostri Iesu Christi, vt sitis in charitate radicati & fundati. Et quia ibi iam radix, vt possitis, inquit, comprehendere quæ sit altitudo, latitudo, longitudo & profundum. Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Talibus fructibus digna est tanta radix, tam simplex, tam germinans in germina, tam alta & funda & profunda. At vero huius radix eradicatur de terra viuentium. Et videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt.) Quando timebunt? Quando ridebunt? Intelligamus ergo & discernamus duo ista tempora satis vtiliter timendi & ridendi. Quandiu enim sumus in hoc seculo, nondum est ridendum ne postea ploremus. Legimus quid seruetur in finem huic

1. Re. 21 Mat. 13.

Ephe. 3.

F

Doech,

Universidad de Deusto Biblioteca

Doech,legimus & quia intelligimus & credimus,videmus sed timemus. Hoc ergo dictum est,Videbunt iusti & timebunt. Quã diu timemus quid euenturum sit in finem malis,quare timemus? Quia dixit Apostolus,In timore & tremore vestram ipsorum operamini salutem. Quia dictum est in psalmo, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quare cum timore? Quia pp hoc ait Apostolus, Qui se putat stare, videat ne cadat. Quare cum tremore? Quia dicit alibi, Fratres si prẽoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne tu tenteris. Ergo iusti qui sunt modo, qui viuunt ex fide, sic videt iustum Doech, quid illi euenturum sit, vt tamen timeant & sibi. quid.n. sunt hodie, sciunt: quid eras futuri sint, nesciunt. Modo ergo videbunt iusti & timebunt. Qñ autem ridebunt? Quando transierit iniquitas, qñ transuolauerit, sicut iam ex magna parte transuolauit tempus incertum, qñ fugatæ fuerint tenebræ huius seculi, in quibus mõnos ambulamus ad lucernam scripturarum, & ideo timemus tanq̃ in nocte. Ambulamus.n. ad prophetiam, de qua dicit Apostolus Petrus, Habemus certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes sicut lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quandiu ergo ad lucernam ambulamus, necesse est vt cum timore viuamus. Cum autem venerit dies vester. i. manifestatio Christi, de qua idem dicit Apostolus, Cũ Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc iusti videbunt & irridebunt super illum Doech. Non est.n. iam subueniendi locus qũo nunc, quando vides hominem iniuste viuentem, vis cum illo laborare vt corrigas: quia qui iniustus est, conuersus poterit iustus esse, qũo & iustus auersus poterit iniustus esse. Itaq; nec de te præsumas, nec de illo desperes, & da operam q̃tum potes si benignus es, si non diligis malitiam super benignitatem, vt ambulantem hominẽ in via mala & errantem, corrigas ad viam bonam. Tũc vero cum venerit iudicij tempus, correctionis locus non erit, sed tm̃ damnationis, & erit ibi pœnitentia, sed infructuosa, quia sera. Vis vt fiat fructuosa, non sit sera. Consydera, kodie te corrige. Reus es, ille iudex est. corrige reatum tuum, & gaudebis

ad iudicem. Hodie enim hortatur te ne iudicet te: & qui iudex tuus futurus est, ipse est hodie aduocatus tuus. Tunc ergo fres restat ridẽdi tempus. Nam ipsam irrisionẽ iniquorum, quæ futura est à iustis, significauit liber ille sapientiæ. In suorum enim Proamicorum animas cũ transfert se sapientia factura est quod dixit, Increpabam & non exaudiebatis, loquebar & meis sermonibus non intendebatis, & ego vestræ perditioni superridebo. Hoc fiet à iustis in istum Doech. Modo aũt videamus & timeamus, ne hoc simus quod in eum dicimus. Et si eramus hoc, esse desinamus, vt modo timentes postea rideamus. Quid autem tunc dicent qui ridebunt? Et super eum ridebunt. Et dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.) Videte corpus terrenũ. Quã tum habebis, tantus eris: prouerbium auaro rum, rapacium, innocentes opprimentium, res alienas inuadentium, commendata negantium. Quale hoc prouerbium? Quantum habebis, tantus eris: id est, quantum habueris pecuniæ, quantum plus acquiseris, tanto plus poteris. Ecce homo qui non potuit deum protectorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.) Non dicat pauper forte malus, ego non sum de hoc corpore. Audiuit enim Propheram dicentem, Sperauit in multitudine diuitiarũ suarum: continuo si pauper est attendit pauperum nos suos, respexit iuxta se forte diuitem in populo dei ornatius vestitum, & ait in corde suo: de isto dicit, nunquid de me? Noli in de te excipere, noli separare, nisi videris & timueris vt postea rideas. Nam quid tibi deest si eges facultate, & ardes cupiditate? Quando dominus noster Iesus Christus abeunti à se illi diuiti contristato dixerat, Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: & magnam desperationem diuitibus prænunciarat, vt diceret, Facilius posse camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum: nonne continuo discipuli contrita ti sunt dicentes apud seipsos, Quisnam poterit saluari? Ergo quando dicebant, quisnam poterit saluari, diuites paucos aiebant. Latebat eos tanta pauperum multitudo? Non sibi poterant dicere, si difficile est, imo est impossibile, vt intrent diuites in regnum cœlorum, sicut impossibile est, vt intret camelus per foramen acus: cẽs pau-

peres intrant in regnum cœlorum, diuites soli excluduntur? Quot sunt.n. diuites? At vero pauperum milia innumerabilia. Non enim tunicás inspecturi sumus in regno cœlorũ, sed vestis cuiusq; fulgor iustitiæ deputabitur. Erunt ergo pauperes æquales angelis dei, induti stolis immortalitatis, & fulgebunt sicut sol in regno patris. Quid nobis est de diuitibus paucis solicitos esse aut laborare? Non hoc senserunt apostoli, sed cũ dominus hoc dixisset, Facilius est camelum transire per foramen acus, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum: illi apud se dicẽtes, Quisnam poterit saluari? quid attendẽrunt? Non facultates, sed cupiditates. Viderũt.n. etiam ipsos pauperes, & si non habentes pecuniam, tñ habere auaritiam. Et vt noueritis non pecuniam in diuite, sed auaritiam condemnari, aduertite quod dico. Respicis illum diuitem stantem iuxta te & forte in illo est pecunia & non est auaritia, in te nõ est pecunia & est auaritia. Pauper vlcerosus, cum mosis, lictus à canibus, non hñs opem, non habens escam, non habens forte ipsam vestem, ablatus est ab angelis in sinũ Abrahæ. Eia tu pauper gaudes modo, nunquid nam tibi & vlcera optanda sunt? Non ne patrimonium tuum sanitas est? Non est in hoc Lazaro meritum paupertatis, sed pietatis. Nam vide, qui sublatus est, non vides quo sublatus est. Quis est sublatus ab angelis? Pauper erumnosus, vlcerosus. Quo sublatus est? In sinum Abrahæ. Lege scripturas & inuenies diuitem Abraham. Vt noueris quia non diuitiæ puniuntur, habebat Abraham multum auri, argenti, pecorum, familiæ. Diues erat, & in eius sinũ Lazarus pauper sublatus est, In sinu diuitis pauper, An potius ambo deo diuites, ambo cupiditate paupares? Quid ergo in hoc Doech culpat scriptura? Non dixit, Ecce homo qui fuit diues: sed, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Non quia habuit diuitias, sed quia in ipsis sperauit, & in eis non sperauit. Ideo damnatur, ideo punitur, ideo mouetur de tabernaculo tanquam motus ille terrenus, sicut pulus quẽ ꝓicit ventus à facie terræ, ideo extirpatur radix eius de terra viuentium. Nunquid huic similes sunt diuites, de q̃bus Paulus Apostolus loquitur, Præcipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere, sicut Doech, neq; sperare in incerto diuitiarum, sicut ipse sperauit in multitudine diuitiarum suarum: sed in deo viuo, non qũo iste qui non posuit deũ adiutorem suum? Deniq; illis quid præcepit? Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, cõmunicent. Et quid si facile tribuerint, si communicauerint non habenti, intrabunt per foramen acus? Intrabunt plane. Nã & pro illis iã ipse camelus intrauit. Ipse.n. prior intrauit, quẽ sicut camelũ nemo sarcinã passionis oneraret, nisi ipse se in terram deponeret, quia & ipse hoc dixit, Qđ hominibus impossibile est, deo facile est. Dãnatur ergo iste Doech, timeant de illo mõ iusti, rideant super eũ postea iusti. Merito.n. damnatur, qui non posuit deum adiutorem suum sicut tu, qui forte habes pecuniam, sed de deo præsumis, non de pecunia. Et sperauit in multitudine diuitiarum A suarum. Similis factus est illis, qui cum dicerent, Beatus populus cui hæc sunt. i. ista terrena, Retulit cõtinuo iste qui insul as huic Doech, Beatus populus cuius est dominus psa.143. deus ipsius. Nam illa in quibus dixerunt, beatum populum enumerat psalmus, Locuti sunt.n. tanquam filij alieni, tanquam iste Doech Idumæus, id est, terrenus: os eorum Ibidem. locutum est vanitatem, dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ipsorum sicut nouellæ constabilitæ in iuuentute sua: filiæ eorum compositæ & ornatæ, sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eorum fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis, boues eorũ crassæ: Non est ruina sepis, nec exitus, neq; clamor in plateis eorum. Quasi magnam fœlicitatem videntur habere pacis terrenæ; Sed ille qui terrenus est, etiam motus est, id est, tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Deniq; quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerint, nam & boni habent ista. Sed quid? Hoc intendite ne passim diuites reprehendatis, & rursus ne de paupertate & egestate psumatis. Si.n. non est præsumendũ de diuitijs, quãto magis non est præsumendum de paupertate, B sed de deo viuo. In quo ergo isti notantur? Quia beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Ideo filij alieni, ideo os eorum locutũ est vanitatẽ, & dextera eorum dextera iniq tatis. Tũ autem quid? Beatus populus eius est dominus deus ipsius. Ergo isto damnato quid? Sperauit in multitudine diuitiarũ suarum: Et prævaluit in vanitate sua.) Quid.n. vanius eo, q̃ putat plus valere nũmum

Rom.1.
Phil. 2.
psal.2.
1.Co.10.
Gala. 6.
Col.3.
2.Re.21
H
2.Pet.1
Mat.19.
Mat.13.
Mat.19
Deute.
psa.143.
psa. 1.
psa.143.

mum quàm deum? Ergo isto damnato qui dixit, Beatum populum cui hæc sunt, tu q̃d dicis? Beatus populus cuius est dñs deus ipsius. Quid de te sentis? Quid tibi spas? Ego autem, iam mõ corpus illius audi, Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei.) Nõ vnus homo loquitur, sed oliua illa fructifera, vnde amputati sunt superbi illi rami, & Rom.11 insertus humilis oleaster. Sicut oliua fructifera in domo domini. Speraui in misericordia dei.) Ille quid? In multitudine diuitiarum suarum, ideo radix eius euelletur de terra viuentium. Ego autem quia sicut oliua fructifera in domo dei, cuius radix nutritur non eradicatur, speraui in misericordia dei. Sed forte modo, Nam & hinc errãt homines aliquando. Deum quidem colunt, & C non sunt iam similes isti Doech. Sed quanuis de deo præsumant ad temporalia: tamẽ vt dicant sibi, colo deum meum, qui me facturus est diuitem in terra, qui mihi filios daturus est, qui mihi vxorem daturus est. Talia quidem non dat nisi deus, sed nõ vult se propter talia diligi deus. Ideo enim sæpe ista dat & malis, vt aliud ab illo discãt quærere boni. Quomodo ergo tu dicis, Speraui in misericordia dei? Forte ad temporalia adipiscenda: imo, In æternum & in seculũ seculi.) Quod dixit in æternum, repetere voluit adiiciendo in seculum seculi, vt confirmaret ibi repetendo, quàm fundatus esset in dilectione regni cœlorum, & in spe æternæ fœlicitatis. Confitebor tibi in seculum quoniam tu fecisti.) Quid fecisti? Doech damnasti, Dauid coronasti. Confitebor tibi in seculum quoniam tu fecisti. Magna confessio, quoniam tu fecisti. Quid fecisti, nisi hæc ipsa quæ supra dicta sunt, vt tanquam oliua fructifera in domo dei sperarẽ in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi? Tu fecisti, impius iustificare se
om.4. non potest, Sed quis est qui iustificat? Cre-
Co.4. denti, inquit, in eum qui iustificat impium: Quid.n. habes quod non accepisti? Si autẽ D accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, quasi ex te habeas? Absit vt & ego sic glorier, ait iste qui oppositus est cõtra Doech, qui tolerat Doech in terra, donec emigret ille de tabernaculo, & eradicetur de terra viuentium. Non glorior quasi non acceperim, sed in deo glorior. Et confitebor tibi qm̃ tu fecisti: id est, quia tu fecisti, non ex meritis meis, sed ex misericordia tua.
Ti. 1. Ego enim quid feci? Si recolas, prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus. Tua tem quid fecisti? Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci, Confitebor tibi in seculum quoniam tu fecisti. Et expectabo nomen tuum quoniam iocundũ est.) Amarum est seculum, sed nomen tuum iocundum. Et si dulcia quædam sunt in seculo, sed cum amaritudine digeruntur. Præponitur nomen tuum, non solum amaritudini, sed etiam iocunditati. Narrauerunt enim mihi iniusti delectationes suas, sed nõ sicut lex tua domine. Neque enim si mihi dulce esset martyribus, tantas tribulationũ amaritudines æquo animo sustinerent. Amaritudo eorum à quouis sentiebatur dulcedinem eorum non facile quisquam gustare poterat. Nomen ergo dei iocundum est amantibus deum super omnes iocũditates. Expectabo nomen tuum quoniam iocundum est. Et eui probas quia iocundum est, Da mihi palatum cui iocundum est, Laudabo deum quantum potes, & exaggera dulcedinem eius quibus valueris verbis. Homo nesciens quid sit mel, nisi gustauerit, quid dicat nescit. Ideo magis ad experimentum re inuitans psalmus, quid ait? Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Gustare quam illa ficulnea mereareris. Gustate, iqt, & videte quoniam suauis est dominus. Gustate & videte, Tunc videbitis si gustaueritis. Homini autem non gustanti, vnde probas? Laudando iocunditatem nominis dei, quantacunq; dixeris, verba sunt. Aliud est gustus. Verba laudis eius audiunt & impij, non autem gustant quàm iocundum est, nisi sancti. Proinde iste sentiens dulcedinem nominis dei, & volens explicare & volens ostendere, nec inueniens quibus: etenim sanctis non opus est, vt ostendat, quia & ipsi gustant, & norunt, Impij autem tire non possunt, quod gustare nolunt. Quid ergo facit de iocunditate nominis dei? Tulit se continuo à turbis impiorum, Et expectabo, inquit, nomen tuum, quia iocundum est. In conspectu sanctorum tuorum.) Iocundum est nomen tuum, sed non in conspectu impiorum. Ego quam dulce sit scio, sed his qui gustauerunt.

Enarratio.

PSalmum istum vobiscum tractandum quantum dominus suggerit suscepimus. Iubete fratres vt velimus, & ora vt possimus. Si quid festinatione forte prætermisero, implebit in vobis qui & nobis dare dignatur qd̃ dicere potuerimus.

Titulus eius est:
In finem pro Amalech intellectus ipsi Dauid.

PRo Amalech, sicut in Hebræorum interpretationibus nominũ inuenimus, videtur dicere pro parturiẽte siue dolente. Quis aũt in hoc seculo parturiat & doleat, agnoscunt fideles, quia inde sunt. Christus hic parturit, Chris hic dolet, caput est sursum, membra deorsum. Neq;.n. natio parturiens nec dolens diceret, Saule, Saule, quid me persequeris? Quo persequẽ Act. 9. te parturiebat, cũ conuersum parturire fecit. Namq; & ipse postea illuminatus est, & illis quos psequebatur mẽbris insertus, Galat. 4. eadem charitate prægnans dicebat, Filioli Colo. 1. mei, quos iterum parturio donec Christus formet in vobis. Pro mẽbris igitur Christi, pro corpore eius quod est ecclesia, pro vno ipso homine: id est, pro ipsa vnitate, cui ius caput sursum est, psalmus iste cantatur. Gemit autem & parturit, & dolet iste hõ: Quare, & inter quos, nisi quia accepit & Mat.24. cognouit à capite suo dicente, Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorũ? Si autem abundauit iniquitas & refrigescet charitas multorum: quis remanebit qui paturiat? Sequitur, Que perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Vnde esset magnũ perseuerare, nisi inter molestias & tentatiõnes & turbationes, & scandala esset perseuerandum? Nemo enim iubetur bona tolerare, sed pro isto quia dicitur, & pro isto quia tentatur, videamus quid sit. Pro isto increpantur hic homines, inter quos gemitur, in ter quos doletur, & consolatio dolentis & parturientis in psalmi fine depromitur & exprimitur. Qui sunt ergo inter quos parturimus & gemimus? Si in corpore Christi, si sub illo capite viuimus, si in membris eius deputamur: q̃ sunt igitur, audi: Dixit imprudẽs in corde suo, nõ est deus.) Tale genus est hominũ inter quos dolet et gemit corpus Chri. Si tale hoc hominũ genus est, non multos parturimus, quantũ videtur occurrere cogitationibus nostris, perpauci sunt. Et difficile est vt incurramus in pſal. 13 hominẽ, qui dicat in corde suo, nõ est deus: tñ sic pauci sunt, vt inter multos timendo hoc dicere, in corde suo dicãt, quia ore dicere nõ audẽt. Nõ ergo multum est, q̃d iubemur tolerare, vix inuenitur. Rarũ hominũ genus est, q̃ dicãt in corde suo, non est deus. At vero alio intellectu discusso inuenitur esse in pluribus, q̃d in paucis & raris & penè in nullis esse putabamus. Prodeant in mediũ q̃ male viuunt, inspiciamus facta flagitioforum, facinorosorũ, sceleratorũ q̃; hominũ, quorũ magna turba est, qui fouẽt quotidie peccata sua, qui factis in consuetudinem versis, etiam verecundiam perdiderũt. Hæc tanta hominũ multitudo est, vt inter eos positum corpus Chri, vix audeat reprehendere, q̃d nõ cogitur admittere: & pro magno sibi puret seruari integritatem innocentiæ, ne faciat quod culpare iam p consuetudinem, aut nõ audeat, aut si ausus fuerit, facilius erumpat reprehensio & reclamatio eorũ qui male viuũt, q̃ vox libera eorũ, qui bñ viuũt. Et isti tales sunt, vt dicãt in corde, nõ est deus. Tales.n. cõuinco. Vñ cõuinco? Facta sua deo placere arbitrantur. Nõ aliqui ergo ait, dicũt, sed dixit Phili. 2. imprudẽs in corde suo, non est deus. Quia vsqueadeo credunt esse deũ, vt eidem deo arbitrẽtur placere quod faciũt: atq; si intelligas, prudẽs quia imprudẽs dixit in corde, nõ est deus: si aduertas, si intelligas, si discutias, qui putat deo placere facta mala, non eum putat deũ. Si.n. deus est, iustus est: si iustus est, displicet ei iniustitia, displicet iniquitas. Tu aũt cum putas ei placere iniquitatem, negas deũ. Si.n. deus est cui displicet iniquitas, tibi aũt nõ videtur esse deus cui displicet iniquitas: non est autẽ deus, nisi cui displicet iniquitas: cum dicis in corde tuo, fauet iniquitatibus meis deus, nihil aliud dicis q̃ non est deus. Referamus nos ad illũ intellectũ, qui & de ipso Chro dño nro de ipso capite nro occurrit. Ipse.n. cũ in forma serui appareret in terra, dixerunt qui eũ crucifixerũt, nõ est deus. Quia filius dei erat, vtique deus erat. Sed illi qui corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, quid dixerunt? Non est deus, Occidamus eum K non est deus. Habes vocẽ ipsorum in libro Sapientiæ: sed primo illos vide corruptos, Sapiẽ.

vt posint dicere in corde suo,non est deus.
Psal.13. Præmisso.n.versu,Dixit imprudens in cor de suo,non est deus: tanquam causæ quæ rentur vnde hoc posset dicere imprudens, subiecit: Corrupti sunt & abominabiles
Sapi.2. facti sunt in iniquitatibus suis.) Audi illos corruptos. Dixerunt.n.apud se non recte cogitantes. Cœpit corruptio à mala fide,in de itur in turpes mores, inde in acerrimas iniquitates: gradus isti sunt. Quid enim apud se dixerunt cogitantes non recte? Exi guum & cum tædio est vita nostra. Ab hac mala fide sequitur illud quod & Apostolus
1.Co.15 dixit,Manducemus & bibamus,cras.n.mo
Sapi.2. riemur. Ibi autem latius luxuria ipsa descri bitur,Coronemus nos rosis antequam mar cescant. Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Post istam descriptam latius luxu riam:quid sequitur? Occidamus pauperem iustum:hoc est ergo dicere,nō est deus. Le nia videbantur iam dudum loqui,Coronemus nos rosis antequam marcescant. Quid delicatius,quid lenius? Sperares de hac leni tate cruces,gladios? Noli mirari,lenes sunt
L & radices spinarum. Si quis eas contrectet, non pungitur,sed quo pungeris, inde nasci tur. Corrupti ergo sunt isti & abominabi les facti sunt in iniquitatibus suis. Dixit im prudens in corde suo,non est deus,Si filius
Mat.27. dei est,descendat de cruce. Ecce aperte dixe re, non est deus. Sed quomodo inter illos gemit corpus Christi? Gemuerunt inter il los apostoli qui tunc fuerunt, & discipuli Christi. Ad nos isti qui pertinent? Quomo do inter hos nos parturimus? Adhuc sunt qui dicunt, Christus non est deus. Hoc di cunt pagani qui remanserunt:hoc ipsum di cunt ipsi Iudæi,quia ad testimonium confu sionis suæ vbique diffusi sunt:hoc dicunt & hæretici multi. Namque & Arriani dixe runt,non est deus:Eunomiani dixerūt, nō est deus. Huc accedit fratres,quia & illi de quibus paulò ante dixi,qui male viuunt,ni hil aliud dicunt q̄ non est deus. Cum.n di cimus eis Christum venturum iudicem ad iudicium, quod dicunt scripturæ quæ non fallunt: illi autem magis aurem præbentes
Gene.3. serpenti suggerenti, non morte morie-
Gene.2. ris,quod dixerat in paradiso,contra veritatem dei constituentis & dicentis,morte mo ricris:ita faciunt mala vt dicant sibi, veniet
M Christus & dabit indulgentiam omnibus. Ita ergo mendax est ille qui dixit,quia sepa rabit iniquos ad sinistram, separabit iustos ad dexteram. Iustis dicet, Venite benedicti Mat.25.
patris mei, percipite regnum quod paratū est vobis ab origine mundi. Iniquis dicet, Ite in ignem æternum, qui paratus est dia bolo & angelis eius? Quomodo ergo omni bus dabit indulgentiam? Quomodo nemi nem damnabit? Ergo mentitur. Hoc est di cere,non est deus. Vide ergo ne forte tu mē tiaris. Tu.n.homo es,ille deus. Deus.n.ve rax,omnis autem homo mendax. Sed quid de istis ò corpus Christi? Separa te interim corde & vita,neq imiteris,neq assuescas,nec annuas,nec approbes: magis autē & redar gue. Quid.n attendis ad istos qui hæc di cunt? Corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Nō est qui faciat bonum,non est vsque ad vnum. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum,vt videret si est intelligens aut requirēs deū.) Quid est hoc? Corrupti sunt & abominabi les facti sunt isti omnes qui dicunt, non est deus. Et quid hoc latebat deum,tales esse fa ctos? aut vero nobis eorum interior cogita tio aperietur,nisi ab illo diceretur? Si ergo nouerat,si sciebat, quid est hoc quod dictū est,quod de cœlo prospexit super filios ho minum, vt videret si est intelligens aut re quirens deum? Quærentis.n.verba sunt, non scientis, deus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videret si est intelligēs aut requirens deum. Et tanquam inueniret q̄d quæsiuit inspiciendo, & de cœlo prospi ciēdo,dicit sententiam. Omnes declinaue rūt simul inutiles facti sunt, non est qui fa ciat bonū,nō est vsque ad vnū.) Duæ quæ stiones oriunt aliquantulū difficiles. Sin respicit de cœlo deus,vt videat si est intelli gēs aut requirēs deum, subintrat cogitatio imprudēti,quia nō omnia nouit deus. Hæc vna q̄stio est. Quæ est altera? Si nō est qui faciat bonū,non est vsque ad vnū: quis est ille qui parturit inter malos? Illa ergo sic soluit quæstio,quia plerunque ita loquitur scriptura, vt quod dono dei creatura facit, deus facere dicatur: vt verbi gratia,cum mi sereris pauperis, quia dono dei facis, deus miseretur. Cum cognoscis qui sis,quia illo allucente facis,si is es qui dicas, Tu illumi nabis lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas: quod deo donante & facientē cognoueris,ille cognoscit: nam vnde est, Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligatis illum? Quid est vt sciat? Vt dono suo scire vos faciat. Sic ergo & Deus hic,

hic,deus de cœlo prospexit super filios ho minum, vt videret si est intelligens aut re quirens deum. Asit ipse & donet nobis,vt
Rom.8. quod cor nostrum fecit concipere,faciat & parere. Apostolus dicit,Nos autem nō spi ritū huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo dona ta sunt nobis. Hoc spiritu ergo quo cogno scimus quæ à deo donata sunt nobis,discer nimus inter nos & eos quibus hæc donata non sunt, & ex nobis illos cognoscimus, Quia si nos aliquod bonum habere nō po tuisse intelligimus, nisi illo donante & lar giente,à quo sunt omnia bona,simul intel ligimus nihil tale posse habere ex quibus hæc deus nō donauit. Ista dignoscentia no bis ex spū dei est, & eo quo videmus hoc
1.Co.2. deus videt,quia id deus facit vt videamus. Hic.n.dictū est & illud, Spiritus.n.omnia scrutatur,etiā altitudinem dei:non quia il le scrutatur qui nouit omnia, sed quia tibi donatus est spiritus qui & te scrutari facit. Et quod dono ipsius tu facis,ille facere dici tur,quia sine illo tu non faceres: ergo deus facere dicitur cum tu facis. De dono spiri tus filiorum, quibus datus est spiritus dei, respiciunt super filios hominū, vt videant si est intelligens aut requirens deum. Sed
Psal.13. quia id dono dei & spiritu dei faciunt, deus hoc facere dicitur,velut prospicere & vide re. Quare autem de cœlo,si hoc homines faciunt? Quia dicit Apostolus, Nostra au tem conuersatio in cœlis est. Vnde enim
Philip.3. hoc facis vt videas, vnde prospicis vt intel ligas? Nōne corde? Si corde hoc facis Chri stiane,vide si sursum cor habeas. Si sursum cor habes,de cœlo in terram prospicis. Et quia hoc dono dei facis, deus de cœlo pro spicit super filios hominum. Illa igitur quæ sitio pro modulo nostro sic soluta est. Quid est q̄d prospicientes agnoscimus? Quid est quod prospiciēs deus agnoscit? Quicquid hic donat,agnoscit. Audi,quid? Quia om nes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,non est vsque ad vnū. Quæ igit illā q̄stio est,nisi quā paulo ante cōmemo raui? Si non est qui faciat bo num,non est vsque ad vnum: nemo restat qui gemat inter malos. Expecta,inquit,do minus,noli cito ferre sententiam. Donaui hominibus bene facere, sed ex me,inquit, non ex se. Ex se enim mali sunt. Filij enim hominum sunt quando male faciunt: quan do bene,filij dei. Hoc.n.facit deus ex filijs hominum filios dei, quia ex filio dei fecit deus filium hominis. Videte quæ sit illa par ticipatio diuinitatis: Amissa quidem est no bis participatio diuinitatis. Mentitur qui p misit,si non est prior factus particeps mor talitatis. Filius.n.dei particeps nostræ mor talitatis effectus est, vt mortalis homo fiat particeps diuinitatis suæ. Qui tibi promisit communicandum tecum bonum suū,prius tecum communicauit mala tua. Qui vbi promisit diuinitatem,ostendit in te charita tē. Ergo tolle quod homines filij dei sunt, remanet quod filij hominum sunt. Nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Nonne scient omnes qui operantur iniqui tatem,qui deuorant populum meum in ci bo panis?) Nonne scient? Nōne illis ostē detur? Dic,minare,loquere ex parturiente & dolente. Populus.n.tuus deuoratur in ci bo panis. Est ergo hic populus dei qui deuo ratur? Certe non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Respondetur ex illa re gula. Sed iste populus qui deuorat, iste po pulus qui patitur malos, iste q̄ gemit et par turit inter malos, iam ex filijs hoium filij
Psal.13. dei facti sunt,& ideo deuoratur. Cōsiliū.n. E inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est. Pleruncque enim vt deuoretur po pulus dei, hoc ipsum in illo contemnitur, quia populus dei est. Rapiā,inquit,& expo liē, si Christianus est, quid mihi facturus est? Loquit pro illo qui loquitur pro partu
Psal.49. riente,& minatur deuorātibus,dicēs: Nōn ne scient omnes qui operantur iniquitatē? Nam & ille qui videbat furem & concurre bat cum eo, & cum adulteris portionē suā ponebat, sedens aduersus fratrem suum de trahebat,& aduersus filium matris suæ po nebat scandalum,dixit in corde suo,non est deus. Ideo hoc illi dicitur, hæc fecisti & ta
Ibidem. cui, Suspicatus es iniquitatem quod ero tui similis:hoc est,non ero deus,si ero tibi simi lis. Sed quid sequitur? Arguam te,& statuā te ante faciem tuam. Sic & hic arguam te, & statuam te ante faciem tuam. Non vis modo nosse vt tibi displiceas,noscas vt plāgas. Non enim demonstraturus est deus ini quis iniquitatem suam? Si non est demon
Sap.8. straturus,qui erunt qui dicturi sunt, quid nobis profuit superbia,& diuitiarum iactā tia quid contulit nobis? Tunc ergo scient qui modo scire nolunt. Nonne scient om nes qui operātur iniquitatem, qui deuorāt populum meum in cibo panis? Qui addi- F

dit in cibo panis? Tanquam panem manducant populum meum. Cætera.n.quæ manducamus, possumus modo illa, modo illa, non semper hoc olus, non semper hanc carnẽ, non semper hæc poma, semper autẽ panem. Quid est ergo, deuorant populũ meũ in cibo panis? Sine intermissione, sine cessatione deuorant, qui deuorant populũ meũ in cibo panis. Deum non inuocauerunt.) Consolatur gementem, & maxime ex commemoratione, ne imitando malos qui plerunque prosperantur, delectetur fieri malus. Seruatur tibi quod tibi promissum est, spes illorum præsens est, tua futura est: sed illorum fluxa, tua certa: illorum falsa, tua vera. Illi.n.deum non inuocauerunt. Nonne quotidie tales rogant deum? Nõ rogant deum. Attendite si possimus hoc dicere adiuuante ipso. Deus gratis se vult coli, gratis se vult diligi, hoc est caste amari: non propterea se amari, quia dat aliquid præter se, sed quia dat se. Qui ergo inuocat deum vt diues fiat, deum non inuocat, hoc enim inuocat quod ad se vult uenire: quid enim
G est inuocare, nisi vocare in se? In se ergo vocare, hoc dicitur inuocare. Nam cum dicitur, deus da mihi diuitias: non vis vt ipse deus ad te veniat, sed vis vt diuitiæ veniãt ad te. Quod vis vt ad te veniat, hoc inuocas. Si autem deum inuocares, ipse ad te veniret, ipse esset diuitiæ tuæ. Nunc autẽ vis habere arcam plenam, & inanem conscientiam. Deus non implet arcam, sed pectus'. Quid tibi prosunt exteriores diuitiæ, si te interior premit egestas? Ergo isti qui propter secularia commoda, qui propter terrena bona, qui propter vitã præsentẽ & terrenam fœlicitatem inuocant deum, non inuocant deum. Propterea quid de illis sequitur? Ibi timuerunt timore vbi non erat timor.) Nunquid.n.timor est, si quis pdat diuitias'? Non est ibi timor, & ibi timetur. Si quis autem perdat sapientiam, ibi vere timor est, & ibi timetur. Audi, dignosce, tales intellige. Commendatur nescio cui faccellus, non vult reddere, pro suo computat, nõ putat posse repeti, iam pro suo habebit, reddere detrectat: videat quid timeat amittere, & quid nolit habere, in dubium veniunt pecunia & fides, quæ præciosior est, ibi grauius damnum timendum est. Tu autem vt aurum teneas, fidem perdis. Grauiori damno percuteris, & tu de lucro lętatus es. Ibi timuisti timore, vbi non erat timor'.

Redde pecuniam: parum dico redde, perde pecuniam ne fidem perdas. Tu aũt reddere H pecuniam timuisti, & fidem perdere voluisti. Martyres non aliena tulerunt, sed etiam suam fidem ne amitterent, propria contempserunt. Et parum fuit perdere pecuniam qũ proscripti sunt, perdiderunt & animam suam qũ passi sunt: perdiderũt animã ut, in vitam æternam inuenirent eam. Ergo ibi Mar timuerunt vbi timendum est. Illi vero qui Christo dixerunt, oon est deus, ibi timuerunt vbi nõ est timor. Dixerunt.n. Si dimittimus eum, venient Romani & tollent nobis & locum & regnum. O stulticia & Iud imprudentia, dicens in corde suo, non est deus. Timuisti perdere terram, & pdidisti cœlum: timuisti ne venirent Romani, & tollerent tibi locum & gentem, nunquid tibi tollerent deum? Quid ergo restat? Quid nisi vt iam fatearis, quid tenere voluisti, & tenendo male amisisti? Perdidisti enim & locum & gentem occidendo Christum, & perdidisti & locum & gentem & Christũ. Timendo occiderunt Christum. Sed quare hoc? Quoniam deus dissipat ossa hominibus placentium.) Et volentes placere hominibus, timuerunt perdere locum: Christus autem ipse de quo dixerunt, non est deus, maluit displicere hominibus talibus, quales isti erant, filijs hominum: non autem filijs dei maluit non displicere. Inde dissipata sunt ossa eorum, illius ossa nemo confregit. Confusi sunt qm deus spreuit eos.) Reuera fratres, quantum ad illos attinet, magis illis accescit confusio in loco in quo crucifixerunt dñm, quem ideo crucifixerunt ne perderent gentem & locum & regnum: non.n. ibi Iudæi. Deus ergo spreuit eos, & tamen prospernendo admonuit illis vt conuertantur. Modo cognoscant Christum, & dicant, deus est, quem dixerint non est deus. Redeant ad hæreditatem paternam, ad hæreditatem Abrahę Isaac Iacob, possideant cum ipsis vitam æternam, & si vitam temporalem amiserunt. Quare hoc? Quia ex filijs hominum facti sunt filij dei. Nam quandiu sic manent & conuerti nolunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos, & tanquam ad ipsos conuersus ait: Quis dabit ex Sion Salutare Israel.) O stulti, increpastis, insultastis, colaphizastis, sputis illiuistis, spinis coronastis, in crucem erexistis. Quem? Quis dabit ex Sion salutare

Israel? Nonne ipse de quo dixistis, Gens. non est deus. In auertendo dominus captiuitatem populi sui.) Non enim auertit captiuitatem populi sui, nisi qui voluit inter vestras manus esse captiuus. Sed qui hoc intelligent? Exultabit Iacob, & lætabitur Israel.) Vere Iacob & vere Israel, minor ille cui seruiuit maior, ipse exultabit, quia ipse cognoscet Israel.

In Psalmum quinquagesimumtertium. Enarratio.

PSalmi huius titulus habet fructum plixitatis suę si intelligatur. Et quia psalmus breuis est, compensemus in mora tituli, quod in psalmo non immorabimur. Inde enim pendet omnis versus qui cantatur. Si quis itaque cognoscat quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit: nec cum intrauerit, errabit. Hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur. Titulus eius sic se habet, In finem in hymnis intellectus ipsi Dauid. Cũ venerunt Ziphæi & dixerunt ad Saul, Nõ ne ecce Dauid absconditus est apud nos?) Quod Saul persecutor erat sancti viri Dauid, optime nouimus: qꝑ figuram gerebat Saul temporalis regni, non ad vitam, sed ad mortem pertinentis, & hoc vestræ charitati nos commendasse meminimus. Itemque qꝑ ipse Dauid figuram gerebat Christi, vel corporis Christi, & nosse debetis, & recolere quod iam nostis. Quid ergo Ziphæi? Vicus quidam erat Ziph, cuius habitatores Ziphæi dicebantur, in quorum regione se abscondebat Dauid, cum eum vellet Saul inuenire & occidere. Isti ergo Ziphæi cum hoc cognouissent, prodiderunt eum regi persecutori dicentes, Nonne ecce Dauid absconditus est apud nos? Nihil quidem profuit illis proditio eorum, & ipsi Dauid nihil ob fuit. Nanque animus eorum malignus demonstratus est. Saul vero nec post eorum proditionem potuit comprehendere Dauid, sed potius in ipsius regionis quadam spelunca, cum eius manibus datus esset occidendus Saul, pepercit illi Dauid: & quod habebat in potestate, non fecit. Ille autem q rebat facere quod in potestate non habuit. Ziphæi ergo illi viderint qui fuerint: quos nobis psalmus ex illorum occasione intelligendos offerat, videamus. Si quæramus ergo quid interpretantur Ziphęi, inuenimus, florentes. Florentes ergo nescio qui inimici erant sancto Dauid, florentes latenti. 1.Re.23
Inuenimus ergo eos in genere humanum, si psalmum intelligere volumus. Inuenia- M
mus hic primo Dauid latentem, & inuenie Colo.3.
mus ei aduersarios florentes. Attende Dauid latentem. Mortui enim estis, dicit Apostolus membris Christi, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Isti ergo latentes quando erunt florentes? Cũ Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Quando erunt isti florentes, tunc erunt illi Ziphæi arescentes. Cui nanque flori illorum comparetur gloria, attendite omnis. Omnis caro fœnum, & omnis honor carnis vt flos fœni. Quis finis? Fœnum aruit, & flos decidit. Vbi tunc erit Dauid? Vide quid se- Esai.40.
quitur, Verbum aũt dñi manet in æternũ. Illa ergo duo genera hominum sunt, q & distinguere debetis, & eorum altum eligere. Quid.n.tibi prodest nosse, si eligere pigeres? Equidem nunc eligẽdi potestas adiacet, veniet tẽpus qñ tibi potestas deerit eligẽdi, cùm iam deus sententiã non differret iudicandi. Qui sunt.n.isti florentes Ziphæi, nisi corpus illud Doech Idumæi, de quo iam locuti sumus charitati vestræ ante paucos dies: de quo dictum est, Ecce homo qui nõ Psal.51.
posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præ- A
ualuit in vanitate sua? Isti sunt florentes filij seculi, quos modo ex Euangelio audi- Luc.16.
stis, quia in sua generatione astutiores sunt filijs lucis. Etenim ipsi videntur prospicere posterũ, quo nesciunt vtrum veniant. Audistis quid fecerit dño suo villicus ille faciẽs sibi bonum de rebus domini sui, & largiens debitoribus illius, vt cum amotus esset à villicatione, susciperet ab eis. Et quãuis fraudem fecerit dño suo, tamen cor eius laudauit dominus eius, non attendens ad damnum suum, sed ad eius ingeniũ. Quanto magis nos debemus ipso domino nostro Iesu Christo admonente facere nobis amicos de mammona iniquitatis? Mammona Ibidem.
enim diuitiæ interpretatur. Nostræ autem diuitiæ ibi sunt vbi est domus nostra æterna in cœlis. Proinde pecuniam temporalem illi appellant diuitias, qui nisi temporaliter florere non possunt, nec in æternum sibi ex his amicos facere volunt, quia veras diuitias non nouerunt. Has ergo diuitias solas iniquitas putat, florens ad tem-

pus vt fœnum. Hi sunt Ziphæi inimici Da
uid florentes in seculo. Hos aliquando attẽ
B dunt etiã filij lucis infirmi, & nutant eis pe
des cum uiderint malos fœlicitate florere,
& dicunt apud seipsos, Quid mihi prodest
innocentia? Quid mihi confert ꝙ deo ser-
uio, ꝙ mandata eius custodio, ꝙ neminem
premo, nemini aliquid rapio, nulli noceo,
quod possum præsto? Ecce hæc omnia fa-
cio, & florent illi, ego laboro. Quid enim
& tu Ziphæus vis esse? Florent in seculo,
arescent in iudicio, & post ariditatem in
ignem æternum mittentur. Hoc uelis &
tu, ignoras quid tibi promiserit qui ad te
venit, quid in seipso hic ostenderit. Si flos Zi
phæorum appetendus esset, ipse dominus
tuus nonne & in hoc seculo floruisset? An
vero deeras illic ut his posset florere? Sed
hic maluit inter Ziphæos latere, & dicere
Pontio Pilato interroganti tanquam & ipsi
Ioan. 18 fiori Ziphæorũ, & suspecto de regno eius,
Regnum meum non est de hoc mũdo. Da-
uid petiuit apud Ziphæos Ecclesiam quasi
latens inter florentes huius seculi homines
quia bonum Ecclesiæ intus est. Ergo hic la
tebat, & omnes boni latent hic, quia bonũ
eorum intus est, absconditum est, in corde
est, vbi charitas, vbi spes, vbi thesaurus illo
rum. Nunquid hæc bona apparent in secu
lo? Et hæc bona latent, & horum bonorum
merces latet. At vero dignitas seculi, quo al
C ba est? Nitet ad tempus. Nunquid semper
nitebit? Herba est hyemalis, vsq; ad æstatẽ
viret. Non ergo fiet in animo quod in alio
psalmo inuenimus. Confitetur enim quidã
prope se cecidisse nutantẽ, & labasse gressus
suos ambulantes in via dei, dum aspiceret
florem quendam fœlicitatemq; iniquorũ, &
posteaquam cognouisset quid iniquis in fi
nem seruaret deus, & quid iustis laborantib.
promitteret qui fallere non potest, agens gra
tias de hac cognitione, ait, Quam bonus Is
psal. 72. el deus rectis corde. Quare hoc dicis? Mei
aũt, inquit, pene cõmoti sunt pedes. Vnde?
Quia zelaui in peccatoribus, pacem pecca-
torum intuens. Cõfirmati sunt aũt gressus
eius posteaquam intellexit in nouissima. r
Quod enim in eodem psalmo paulopost di
cit, Hoc labor est ante me: id est, magna mi
hi quæstio surrexit in corde, quare homi
nes male faciunt, in seculo florent. multi au
tem bene agunt, & in hac terra laborant.
Quæstio ergo ista cum magna esset ante o-
culos meos, & laboriosa ad inuestigandũ,
Labor est, inquit, ante me, donec intrem
in sanctuarum dei, & intelligam in no-
uissima. Quæ sunt ista nouissima? Quæ, ni si
si quæ scimus iam in Euangelio prænũcia-
ta? Cum enim uenerit filius hominis, cõgre
gabuntur ante eum omnes gentes, & separa
bit eos, sicut pastor segregat oues ab hædis:
o ies ponet ad dexteram, hœdos ad sinistrã.
Ecce iam illi Ziphæi separabuntur, flamma
sequitur separationem. Vbi est flos eorum,
qui iam ad sinistram stabunt? Nonne tunc
ingemiscent? Nonne tunc sera pœnitẽtia
torquebuntur, & dicent? Quid nobis pro-
fuit superbia, & diuitiarum iactantia quid
contulit nobis? Transierunt omnia illa tan
quam umbra. O Ziphæi ad sinistram stan-
tes, sero pœnitet uos in vmbra floruisse.
Quare Dauid, quẽ prodebatis inter uos la-
tere, non agnoscebatis? Tunc.n. si corrigere
mini, dolor iste infructuosus non esset. Est
enim dolor fructuosus, est & infructuosus.
Fructuosus dolor nunc est cum te accusas,
cum in te reprehendis malos mores tuos, eũ
reprehensos persequeris, persecutos exclu-
dis, illisq; exclusis mutaris, exuens te uete-
rem hominem, & indueus nouum: eligens
potius Christi opprobrium quam florem
Ziphæorum. Porro si tibi contigerit habẽ
ti in occulto bonum tuum, & latenti inter
Ziphæos, habenti etiam in occulto promis-
sionem mercedis tuæ, aliqua sublimitas se-
culi noli extolli, nam si elatus ex illa fueris,
cades in florem Ziphæorum. Sic enim mu-
lier quædã sancta Hester in illo tunc popu
lo Iudæorum, cum esset uxor regis alienige
næ, ventum est ad periculum ciuium, vt de
precaretur regem pro ciuibus suis, cœpit
orare, & in ipsa oratione confessa est, illaem
nia insignia regalia sic sibi esse velut pan-
num menstruatæ. Si hæc mulieres possunt,
viri non possunt? Et si hæc potuit mulier
Iudæa, non poterit Ecclesia Christiana?
Hoc ergo dico charitati uestræ, diuitiæ fiat
fluant, ne apponatis cor, Abundent licet, &
sequatur te prosperitas seculi, tu mari noli
credere, nec ridenti, Diuitiæ si affluant, si
abundent, calca eas, & suspendere ex deo
tuo. Cum enim eas subter te habueris, &
ex illo pependeris, cum fuerint subtractæ
non cades, ne forte per malam cogitationẽ
minimeque Christianam, fiat in te quod ci-
citur in alio psalmo, commemorato flore i-
storum Ziphæorum, Nimis enim, inquit,
profundæ factæ sunt cogitationes tuæ Deo
dicatur, Nimis profundæ factæ sunt cogita-
tiones tuæ. Vir imprudens non cognoscet,
F & stultus non intelliget hæc. Quid nõ in
telliget? Cum exorientur peccatores sicut
fœnum, & prolongati fuerint omnes qui o-
perantur iniquitatem, vt intereant in secu
lum seculi, delectabit eos flamma malorũ.
Dixerunt apud se ecce mali florent, puto
malos amat deus, & delectatur temporali
flore iniquorum, conuersi sunt ad iniqui-
tatem, vt interirent, non ad tempus, sicut
illi florẽt, sed in seculum seculi. Vnde hoc?
Quia uir imprudens non cognoscet, & stul
tus non intelliget hæc, non intrans in san
ctuarium dei, ut intelligat in nouissima. Et
difficilis est aliquantulum intellectus hic,
ide cœpit Psalmus iste, vt Dauid lateret in
ter Ziphæos, nec delectaretur flore Ziphæo
rum, sed eligeret potius inter illos humili-
tatem, vt haberet apud deum absconditam
claritatem. Quid ergo ei tribuitur in hoc
titulo? In finẽ in hymnis, hoc est, in laudib.
Quibus laudibus? Dominus dedit, domi-
nus abstulit, sicut domini benedictum Qua
si uidebatur aruisse perdita omni substan-
tia? Absit. Folia ceciderunt, radix uiuebat.
Ergo in finem in hymnis. Quid est, intelle
G ctus contra illud, Vir imprudens non co-
gnoscet, & stultus non intelliget hæc. Intel
lectus ipsi Dauid, cum uenerunt Ziphæi &
dixerunt ad Saul, Nonne ecce Dauid absco
ditus est apud nos? Et si absconditus est a-
pud nos, dummodo non floreat sicut uos.
Audi ergo vocem eius, Deus in nomine
tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica
me.) Hoc dicat Ecclesia latens inter Zi
phæos. Hoc dicat corpus Christianum
habens in occulto bonum mornm suorum,
sperans de occulto mercedem meritorum
suorum, hoc dicat, Deus in nomine tuo sal
uum me fac, & in uirtute tua iudica me.
Venisti o Christe, humilis apparui, con-
temptus es, flagellatus es, crucifixus es,
occisus es, sed tertia die resurrexisti, qua-
dragesimo die in cœlum ascendisti, sedes ad
dexteram patris, & nemo videt, spiritum
tuum inde misisti, quem acceperunt digni
tui tui per mundum gentesque prædica-
uerunt. Nomen tuum video excellere in
genere humano, sed tamen infirmus nobis
prædicatus es. Neque enim & ille doctor
gentium dixit aliquid inter nos se scire, ni
si Christum Iesum & hunc crucifixum, ut
eius eligeremus opprobrium, magis quam
gloriam florentium Ziphæorum. Verũta-
men de illo quid ait? Et si mortuus est ex 2. Co. 12
infirmitate, sed nunc uiuit ex uirtute dei.
Venit ergo vt moreretur ex infirmitate, vẽ
turus est ut iudicet in uirtute dei, sed per in
firmitatem crucis clarificatum est nomen
eius. Quisquis non crediderit in nomen
clarificatum per infirmitatem, expaue-
scet ad iudicem cum uenerit in virtute. Ne Matc. 3.
autem quondam ille infirmus, cum uene & 25.
rit fortis, uentilabro illo ad sinistram nos
mittat, saluet nos in nomine suo, & iudicet
nos in virtute sua. Quis enim hoc temera-
rius optauerit, vt dicat deo, iudica me?
Nonne pro maledicto dici solet homini-
bus, iudicet te deus? Ita plane est maledi-
ctum, si iudicat te in virtute sua, sed si
non te saluauerit in nomine suo. Cũ verò
in nomine præcedente saluauerit te, salubri
ter in virtute consequente iudicabit. Secu-
rus esto, iudicium illud non tibi erit pu-
nitio, sed discretio. Nam & in quodam
Psalmo ita dicitur, Iudica me deus & di-
scerne causam meam de gente non sancta.
Quid est, iudica me? Discerne me a Zi- psal. 42.
phæis inter quos lateo. Pertuli eorum flo- 1
rem, iam veniat & flos meus, Et illorum
quidem flos fuit temporalis, & arescente
fœno decidit, flos autem meus quis erit?
Plantati in domo domini, in atriis domus psal. 91.
dei nostri florebunt. Remanet enim & no-
bis flos, sed qui non cadat sicut folium plan
tari illius ligni iuxta aquas, de quo dictum
est, Et folium eius non decidet. Deus ergo psal. 1.
in nomine tuo saluum me fac, & in virtute
tua iudica me. Deus exaudi orationem
meam, auribus percipe verba oris mei.)
Perueniant ad aures tuas verba oris mei,
quia non florem Ziphæorum à te desidero. Auribus percipite verba oris mei. Tu
percipe. Nam Ziphæis & si sonet oratio
mea non audiunt, quia non intelligunt,
Temporalibus quippe gaudent, bona æter-
na desiderare non nouerunt. Ad te pe-
ueniat oratio mea, ex desiderio æternorum
tuorum beneficiorum excussa & iaculata:
ad aures tuas emitto eum, adiuua eam vt
perueniat, ne deficiat in itinere medio, &
quasi collapsa corruat. Sed & si non mihi
eueniunt modo bona quæ postulo, securus
sum tamen quia postea venient. Nam &
in delictis dicitur quidam rogasse deum, &
non est exaudirus bono suo. Desiderio

enim secularia incitauerant illum ad oran
dum, & in tribulationibus temporalibus
positus optauerat, vt transirent tribula-
K tiones temporales, & rediret flos fœni, &
Psal.21. ait, Deus meus deus meus vt quid me dere
liquisti? Vox ipsa Christi est, sed pro mem-
bris suis, Verba, inquit, delictorum meorũ
clamaui ad te per diem nec exaudies, & no-
cte, & non ad insipientiam mihi: id est, &
nocte clamaui & non exaudisti, & tamen
hoc ipsum quod non exaudisti, non ad insi-
pientiam mihi non exaudisti, sed magis ad
sapientiam non exaudisti, vt intelligerem
quid a te petere deberem. Ea enim petebam
quæ malo meo fortassis acciperem. Petis
diuitias o homo, quanti euertisi sunt per diui
tias suas? Vnde scis vtrum tibi sint profutu
ræ diuitiæ? Nonne multi pauperes tutius la
tebant, diuites facti, mox vt lucere cœperũt,
præda fortioribus fuerunt? Quãto melius
laterent, quanto melius nescirentur, qui cœ-
perunt quæri, non propter quod erant, sed
propter quod habebant. In his ergo tempo
ralibus fratres admonemus vos & exhorta
mur in domino, vt non petatis aliquid qua
si fixum: sed quod vobis deus expedire scit.
Quid enim vobis expediat, omnino non
scitis. Aliquando quod putatis prodesse, ob
est: & quod putatis obesse, hoc prodest. Ae
L gri enim estis, nolite medico dictare, quæ
Rom.8. vobis medicamenta velit apponere. Si do-
ctor gentiũ Paulus apostolus dicit, Quid
enim oremus sicut oportet, nescimus, quan
to magis nos? Qui tamen cum sibi videre-
tur ipse prudenter orare, vt ab eo auferre-
tur stimulus carnis, angelus satanæ: qui cũ
colaphizabat, ne in magnitudine reuelatio
num extolleretur: quid audiuit a domino?
Nunquid factum est quod volebat? Non,
vt fieret quod expediebat, Quid ergo audi
2.Cor.12 uit a domino? Ter, inquit, rogaui dominũ,
vt auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit
tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate
perficitur. Ego medicamentum ad vulnus
posui, quando posuerim noui, quando aufe
rendum sit, noui. Non recedat ęgrotus a
manibus medici, non det cõsilium medico.
Ita sunt ista omnia temporalia, tribulatio-
nes sunt. Si bene colis deum, noueris quia
mouit qđ cuiq; expediat. Prosperitates sunt
magis cauendæ, ne ipsæ corrumpant ani-
mum tuum, vt ab eo qui hæc dedit recedat.
Ergo iste intelligens quid ait? Deus exau-
di orationem meam, auribus percipe ver-
ba oris mei. Quoniam alieni insurrexerũt
aduersum me.) Qui alieni? Nõne ipse Da M
uid Iudæus erat de tribu Iuda? Ipse autem
Iocus Ziph ad tribum Iuda pertinebat, Iu-
deorum erat. Quomodo ergo alieni? Non
ciuitate, non tribu, non cognatione, sed flo-
re: nam vis nosse alienos illos? In alio Psal-
mo filij alieni dicti sunt, Quorum os locu-
tum est vanitatem, & dextra eorum dextra
iniquitatis. Et enumerat florẽ Ziphæorũ:
Quorum filij velut nouellæ constabilitæ p
in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ &
ornatæ, sicut similitudo templi, Cellaria eo
rum plena, eructantia ex hoc in hoc, Oues
eorum fœcundæ multiplicantes in exitibus
suis, boues eorum crassi. Non est ruina se-
pis, nec exitus, neque clamor in plateis eo-
rum. Sed vide Ziphæos, vide ad tempus flo
rentes. Beatum dixerunt populum cui hæc
sunt. Merito filij alieni. Tu quid latens in-
ter Ziphæos? Beatus populus cuius domi-
nus deus ipsius. Ex hoc affectu hæc oratio
mittitur ad aures domini, cum dicitur, Au-
ribus percipe verba oris mei, quoniam alie
ni insurrexerunt aduersum me. Et potẽtes
quæsierunt animam meam.) Nouo enim
modo fratres mei volũt perdere genus fu
ctorum, & ab huius seculi spe abstinentium.
Omnes qui spem habent in isto seculo, cer
te concreti sunt, certe simul viuunt. Vehe-
menter sibi aduersa sunt ista duo genera:
unum eorum qui non ponunt spem, nisi in
rebus secularibus et temporali fœlicitate, &
alterum eorum qui spem suam in domino
deo suo firmiter ponunt. Et cum concor-
des sunt isti Ziphæi, noli tu multum credę
re concordiæ eorum, tentationes desunt.
Vbi venerit aliqua tentatio, vt arguatur ali
quis pro flore seculi, non dico tibi offendis
episcopum, sed nec ad ipsam Ecclesiam ac-
cedere vult, ne cadat aliquid fœni. Quare
ista dixi fratres? Quia modo libenter audi-
stis omnes in nomine Christi, & quemad-
modũ intelligitis, ita exclamatis ad verbũ:
non vtique acclamaretis nisi intelligeretis.
Intellectus iste vester fructuosus sit, tentatio inter
Vtrum autem fructuosus sit, tentatio inter
rogat, ne subito dum dicimini alieni, & dicatur, A-
tationem inueniamini alieni, & dicatur, A-
lieni insurrexerunt aduersum me, & potẽ-
tes quæsierunt animam meam. Ne dicare
quod sequitur: Non proposuerunt deum
ante conspectum suum.) Qñ enim ponet
ante conspectum suum deum, ante cuius

conspectum non est nisi seculum? Quo-
B modo sit nummus super nummum, quo-
modo augeantur greges, quomodo imple-
antur apothecæ, quomodo dicatur animæ,
habes multa bona, iocundare, epulare, satia
Luc.12. re: nunquid ponit ante conspectum suum
illum, qui sic glorianti, & ita flore Ziphæo
rum nitenti dicit, stulte, hoc est, non intelli
gens, vir imprudẽs, hac nocte auferetur ani
ma tua, hæc omnia, quæ præparasti cuius
erunt? Non proposuerunt deum ante con
spectũ suũ. Ecce enim deus adiuuat me.)
Et ipsi nesciunt inter quos lateo. Si autem
& ipsi ponerent deum ante conspectũ suũ,
inuenerunt quemadmodum me adiuuat
deus. Omnes enim sancti adiuuãtur a deo,
sed intus vbi nemo videt. Quomodo enim
magna est pœna impiorum conscientia,
Ps.61. sic magnum gaudium piorum ipsa conscię-
tia. Nam gloria nostra hæc est, dixit Apo-
stolus, testimonium conscientiæ nostræ. In
hac gloriatur iste intus, nõ in flore Ziphęo
rum foris, qui modo ait, Ecce enim deus ad
iuuat me. Prorsus quanuis longe futura
Psal.4. sint quæ promittit, hodie mihi dulce & pręsens est adiutorium. Hodie in corde meo
gaudium inuenio, quia sine causa dicũt qui
dam, Quis ostendit nobis bona? Signatum
est super nos lumen vultus tui domine, de
disti iocunditatem in cor meum. Non in
C vineam meam, non in gregem meum, non
in cuppam meam, non in mensam meam,
sed in cor meum. Ecce enim deus adiuuat
me. Quomodo te adiuuat? Et dominus su
sceptor est animæ meæ. Auerte mala inimi
cis meis.) Sic quomodo virent & sic quo-
modo florent, igni seruãtur. In virtute tua
Psal.51. puto, quia exoriuntur sicut fœnum. Tu no
disperde illos.) Puto quia florent modo:
li esse vir imprudens & stultus, vt hæc at-
tendendo intereas in seculum seculi. Auer
te enim mala inimicis meis. Nam si tu fue
ris in corpore ipsius Dauid, in virtute sua
disperdet illos. Isti florent fœlicitate seculi,
pereunt in virtute dei: nõ enim quomodo
florent, sic pereunt: florẽt enim ad tempus,
pereunt in æternum: Florent falsis bonis,
pereunt veris tormentis. Et in virtute tua
disperde illos, quos in infirmitate tua to-
lerasti. Voluntarie sacrificabo tibi.) Quis
hoc bonũ cordi vel intelligere potest alio
dicente, si non in seipso gustet? Quid est vo
luntarie sacrificabo tibi? Dicam tamen, ca
piat qui potest, quomodo potest. Credat q
non potest, & oret vt possit. Nunquid ta
men istum versum ita præterire debemus,
vt eum vobis non commendemus? Dico
charitati vestræ, inuitat me satis amor ip-
sius aliquid de illo loqui, & gratias ago deo
quòd intente auditis. Si autem vos fastidiẽ D
tes audire conspicerem, ituitus ab hoc ver
su silerem, & tamen in corde meo, quantũ
dominus dignaretur concedere, nõ silerẽ.
Veniat ergo in lingua quod corde conce-
ptum est: promatur voce, quod mente ser-
uatur. Dicamus vt possumus, quid sit volũ
tarie sacrificabo tibi. Quod enim sacrifi-
cium hic accipiam fratres? Aut quid digne
offeram domino pro misericordia eius? Vi
ctimas quæram de grege ouium, arietem
eligam, taurum aliquem in armentis pro-
spiciam, thura certe de terra Sabæorum of
feram? Aliter quid faciam? Quid offeram,
nisi quod ait, Sacrificium laudis honorifica Psal. 49.
bit me? Quare ergo voluntarie? Quia gra
tis amo quod laudo. Laudo deum, & in ip-
sa laude gaudeo. Ipsius laude gaudeo, quo
laudato non erubesco. Non enim quemad
modum laudatur à studiosis theatricarum
nugarum vel auriga, vel venator, vel qui-
libet histrio, & a laudatoribus suis inuitan
tur alij laudatores & exhortantur vt pari
ter clament: & cum omnes clamauerint,
plerunque illo victo omnes erubescunt.
Non ita est deus noster. Laudetur volun
tate, ametur charitate, gratuitum sit, & qđ
amatur & quod laudatur. Quid est gratui
tum? Ipse propter se, non propter aliud.
Si enim laudas deum vt det tibi aliquid E
aliud, iam non gratia amas deum. Erubesce
res, si te vxor tua propter diuitias amaret,
& fortè si tibi paupertas accideret, de adul-
terio cogitaret. Cũ ergo te a coniuge gra-
tis amari velit, tu deum propter aliud ama
bis? Quod præmium accepturus es a deo è
uare? Non tibi terram, sed seipsum seruat,
qui fecit cœlum & terram. Voluntarie sa-
crificabo tibi, noli ex necessitate. Sic enim pro
pter aliud laudas deum, ex necessitate lau-
das. Si adesset tibi quod amas, non lau-
dares deum. Vide quid dicam? Laudas deũ,
verbi gratia, vt tibi det amplam pecuniã.
Si haberes aliunde amplam pecuniam non
a deo, nunquid laudares deum? Si ergo pp
pecuniam laudas deum, non voluntarie sa-
crificas deo, sed ex necessitate sacrificas,
quia præter illum nescio quid aliud amas.
Inde dictum est. Voluntarie sacrificabo

tibi contemne omnia,ipsum attende:& hęc quæ dedit,ꝑ dantẽ bona sunt:nam dat ꝓ sus,dat ista tpalia. Et quibusdã bono eorũ, & quibusdam malo eorum, sedm altitudi-
F nẽ & profunditatẽ iudiciorum suorum. In
Ro. 11. quorũ iudiciorum abysso expauit Apostolus,dicens, O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius.
Quis enim inuestigabit vias, aut quis comprehendẽt consilia eius? Nouit qñ det, cui det,quando auferat, & cui auferat. Pete tu in hoc tpe quod tibi prosit in posterum,pete quod te adiuuet in æternum. Ipsum autem gratis dilige:quia melius ab eo non inuenis quod det quàm seipsum: aut si inuenis melius,hoc pete. Voluntarie sacrificabo tibi. Quare voluntarie? Quia gratis. Quid est gratis? Et confitebor nomini tuo domine,qm̃ bonũ est.) Ob nihil aliud,nisi quia bonum est. Nunquid ait,Confitebor nomini tuo domine, quia das mihi fructuosa prædia, quia das mihi aurum & argentum, quia das mihi latas diuitias, amplam pecuniam, excellentissimam dignitatem? Non. Sed quid? Qm̃ bonum est. Melius nihil inuenio, q̃ nomen tuum, Ideo confitebor nomini tuo domine, qm̃ bonum est. Qm̃ ex omni tribulatione eripuisti me.) Ideo intellexi quia bonum est nomen tuũ: nam si hoc possem ante tribulationes cognoscere,forte mihi necessariæ nõ fuissent. Sed adhibita est tribulatio ad admonitionem,admonitio facta est ad tuam laudationem. Non.n.intelligerem vbi essem,nisi de
G infirmitate mea admonitus essem. Ex omnibus ergo tribulationibus eripuisti me. Et sup inimicos meos respexit oculus meus.) Super illos ziphæos respexit oculus meus. Florem quippe illorum transij altitudine cordis,& perueniens inde ad te, respexi su-
Esa. 40. per illos, & vidi quia omnis caro fœnum, & omnis claritas hominis sicut flos fœni:
psal.36. sicut quodam loco iterum dicitur,Vidi impium superexaltari & eleuari sicut cedros Libani,transiui, & ecce non erat. Quare non erat? Quia transisti. Quid est quia trãsisti? Quia non sine causa sursum cor habuisti,quia non in terra vbi putresceres remansisti,quia leuasti animam tuam ad deum,& transcendisti cedros Libani, & de illa celsitudine attendisti & ecce nõ erat,& quæsisti eum, & non est inuentus locus eius. Iam labor non est ante te, quia intrasti in sanctuarium dei, & intellexisti in nouissima. Sed & hic ita concludit, Et super inimicos meos respexit oculus meus. Hoc ergo agite fratres mei cum animis vestris,erigite corda vestra,expolite aciem mentis vestræ,discite gratis diligere deum, discite voluntarie sacrificare hostiam laudis, vt transeuntes florem fœni,respiciatis super inimicos vestros.

In psalmum quinquagesimumquartum enarratio.

Psalmi huius Titulus,
In finem in hymnis intellectus ipsi Dauid.

QVis sit finis cõmemoramus,quia nobis. Finis.n.legis Christus est,ad iustitiam omni credenti. Intentio ergo dirigatur in finẽ, dirigatur in Christũ. Quare finis dicit? Qm̃ quicquid agimus, ad illũ referimus, & cũ ad cũ peruenerimus, vltra quod quæramus non habebimus. Decitur enim finis qui consumit, & dicitur finis qui perficit. Aliter quippe intelligimus cum audimus, Finitus est cibus qui mandu cabatur: & aliter intelligimus cum audimus, finita est vestis quæ texebatur. In vtrunque audimus,finitum est: sed cibus vt iam non esset,vestis vt perfecta esset. Finis ergo noster perfectio nostra esset. Et perfectio nostra Christus est. In illo enim perficimur,quia ipsius capitis membra sumus. Et dictus est finis legis,quia fine illo nemo perficit legem. Cum ergo auditis in Psalmis,In finem: multi enim Psalmi ita superscripti sunt,non sit vestra cogitatio in consumptionem, sed in consummationem. In hymnis.) in laudibus. Siue enim tribulemur & angustiemur,siue lætemur & exultemus,ille laudandus est, qui & in tribulationibus erudit, & in lætitia consolat nos. Laus enim dei a corde & ore Christiani recedere non debet, non vt laudet in prosperis,& maledicat in aduersis: sed quemadmodum Psalmus ille præscribit, Benedicam do minum in omni tpe, semp laus eius in ore meo. Gaudes, agnosce patrem blandientẽ: tribularis, agnosce patrem emendantem. Siue blandiatur siue emendet, eum erudit cui parat hæreditatem. Cur dicitur Intellectus ipsi Dauid?) Quid est ergo intellectus ipsi Dauid? Erat quidem Dauid,vt nouimus, Prophera sanctus,rex Israel, filius Iesse: sed quia ex eius semine venit

Rom. 1. ne venit ad salutem nostram secundum carnem dominus Iesus Christus,sæpe isto nomine ille figuratur, & Dauid pro Christo in figura ponitur, propter originem carnis ipsius nã secũdum aliquid filius est Dauid, secũdum aliquid dñs est Dauid. Filius Dauid secundũ carnem,dominus Dauid secundũ diuinitatẽ. Si.n.per ipsum facta sunt omnia, per ipsum & ipse Dauid factus est, ex cuius semine venit ad homines. Proinde cũ interrogasset dñs Iudæos, cuius filiũ Christũ esse dicerẽt,respõderunt. Dauid.) Cur increpabat dñs Iudæos quando eum dicebant esse filium Dauid?) Vidit eos remansisse in carne,& dimisisse diuinitatẽ,& corrigit eos quæstione proposita. Quomodo ergo, inquit, ipse Dauid in spiritu dicit eum dñm,dicens, Dixit dominus domino meo,sede ad dexterã meã, quoad vsque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo ille in spiritu dicit eum dñm, quomodo filius eius est? Quæstionem proposuit,non filiũ negauit. Audistis dñm,discite quomodo filius sit. Audistis filium,discite quõ dominus sit. Hanc qstionẽ soluit fides catholi
Rom. 1. ca. Quomodo dñs? Quia in principio erat verbum,& verbum erat apud deũ, & deus erat verbum. Quomodo filius? Quia verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Quia ergo Dauid in figura Chꝛs est, Christus autẽ, vt sæpe commemorauimus charitati vestræ,& caput & corpus est: nec nos à Christo alienos dicere debemus, cuius membra sumus: nec nos quasi alterum computare,quia erũt duo in carne vna. Sacramẽtum hoc magnum est ait Apostolus,
Gene. 2. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.
Ephe. 5. Quia ergo totus Christus caput & corpus est,cum audimus,intellectus ipsi Dauid, intelligamus & nos in Dauid. Intelligamus membra Christi, & in membris intelligatur Christus,& membra Christi intelligantur in Christo,quia caput & membra vnus Christus. Caput in cœlo erat, & dicebat, Saul, Saul, quid me persequeris? Nos cum illo in cœlo per spem, ipse nobiscum in terra per charitatẽ. Ergo intellectus ipsi Dauid. Admoneamur cum audimus, & intelligat Ecclesia pertinet.n.ad nos magna cura intelligẽdi, in quo malo nunc sumus. & de quo malo vt liberemur, optamus, reminiscẽtes oratio dominicæ, vbi in fine dicimus, Libera nos à malo. Inter multas ergo tribulatio
Matth. 6. tionis dominicæ, vbi in fine dicimus, Libenes huius seculi, plangit aliquid Psalmus iste de intellectu. Ille cum isto non plorat, qui non habet intellectum. Porrò autem charissimi meminisse debemus ad imaginẽ dei nos esse factos,nec alibi quam in ipso in tellectu. Nam in multis rebus à bestijs non separamur. Vbi autem homo ad imaginem dei factum se nouit, ibi aliquid in se agnoscit amplius esse quam datũ est pecoribus. Consideratis verò omnibus rebus quas habet homo, inuenit se eo proprie discretum M
à pecore,quod ipse habeat intellectum. Vn- Gene. 1.
de quosdam contemnentes in se,quod proprium & præcipuum à conditore acceperunt: increpat ipse conditor dicens, Nolite fieri sicut equus & mulus quibus nõ est in- Psal. 31.
tellectus. Et alio loco dicit, Homo in hono Psal. 48.
re positus. In quo honore,nisi quia factus ad imaginem dei? Ergo in honore positus non intellexit,ait, Comparatus est iumentis insensatis,& similis factus est illis. Agnoscamus ergo honorem nostrum, & intelligamus: Si intelligimus, videmus non esse istam regionem gaudendi, sed gemendi: nõ iam exultandi,sed adhuc plangendi Sed & si exultatio quædã habitat in cordibus nostris,nondum est in re, sed in spe. Ex promissione lætamur,quia scimus non nos fallere promittentem. Verum quod attinet ad præsens tempus,in quo malo,in quibus angustijs simus audite: & si viam istam tenetis,quod auditis in vobis agnoscite. Quisquis enim nondum tenet iter pietatis, miratur,quia talia gemũt membra Dauid. Nõ enim videt in se ista: quamdiu & in se ista non videt,nondum est ibi: non sentit quod corpus sentit,quia præter corpus est,incorporetur & sentiet. Dicat ergo & audiamus, A
audiamus & dicamus. Exaudi deus deprecationem meam, & ne despexeris precem meam,intende mihi,& exaudi me.) Satagẽtis solliciti in tribulatione positi,verba sunt hæc. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans: superest vt audiamus in quo malo sit. Et cum dicere cœperit, agnoscamus ibi nos esse, vt communicata tribulatione, coniungamus orationẽ. Cõtristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum.)

Vbi contristatus,vbi conturbatus? In exercitatione mea,inquit, Homines malos quos patitur commemoratus est,eandemque passionem malorum hominum exercitationẽ suam dixit, Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere deũ. Omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur,

gatur,aut ideo viuit vt per illũ bonus exerceatur. Vtinam ergo qui nos modo exercent conuertantur, & nobiscum exerceantur: tamen quandiu ita sunt vt exerceant, non eos oderimus: quia in eo q̃ malus est quis eorum,vtrum vsque in finem perseueraturus sit,ignoramus: & plerunque cum tibi videris odisse inimicum,fratrem odisti & nescis. Diabolus & angeli eius in scriptu-
Super cano. ris sanctis manifestati sunt nobis, quòd ad
Ioan.tra cta.8. ignem æternum sint destinati: ipsorum tã-
&.10. tum desperanda est correctio, contra quos
habemus occultam luctam: ad quam luctã
B nos armat Apostolus,dicens, Non est no-
Ephe.6. bis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,id est,non aduersus homines quos videtis, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harum. Ne forte cum dixisset,mundi, intelligeres dæmones esse rectores cœli & terræ. Mundi dixit,tenebrarum harum:mundi dixit,amatorum mũdi:mundi dixit impiorum & iniquorum: mundi dixit de quo dicit euange-
Ioan. 1. lium, Et mundus eum non cognouit. Si enim mundus non cognouit lucem, quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt,& ipsæ tenebræ quæ nõ comprehenderunt lucem præsentem,mũdi nomine appellantur:harum tenebrarum sunt illi rectores. De ipsis ergo rectoribus
Ephe.6. habemus determinatam scripturarum sententiam, quod omnino inde reditus alicuius eorum sperandus non est. At vero de ipsis tenebris quarum illi rectores sunt, non sumus certi,ne forte qui erant tenebræ,fiãt lux. Fidelibus quippe iam factis dicit Apo-
Ephe.5. stolus,Fuistis aliquando tenebræ, nunc au-
C tẽ lux in domino:tenebræ in vobis, lux in domino. Ergo fratres,omnes mali,cum mali sunt,exercent bonos. Ecce.n.breuiter audite & intelligite. Si bonus es,inimicũ non habebis nisi malum. Porrò tibi ea regula
Matt.5. bonitatis præfixa est,vt imiteris bonitatem patris tui, qui facit solem suum oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. Nunquid enim tu habes inimicum,& deus non habet? Tu quidem eum habes inimicum qui tecum creatus est: ille verò eũ quem creauit. Inimicos ergo dei malos & iniquos sæpe in scripturis legimus,& parcit eis ille qui non habet quod ei imputet inimicus,cui omnis inimicus ingratus est: ab illo.n.habet quicquid boni habet. Ab ipso enim habet misericordiam, quicquid est, etiam vnde tribulatur, Ad hoc enim tribulatur ne superbiat:ad hoc tribulatur vt humilis agnoscat excelsum, Tu ergo inimico tuo quem intolerabiliter pateris quid prætitisti? Si ille eum habet inimicum qui ei tanta præstitit,& facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: tu qui nec solem potes oriri facere,nec super terras pluere, vnũ aliquid seruare amico non potes, vt sit tibi pax in terra homini bonæ volũtatis? Ergo quoniam hæc tibi dilectionis regula figitur, vt imitans patrẽ,diligas inimicũ, Diligite enim, inquit, inimicos vestros: in hoc præcepto quomodo exercereris si nullum inimicum patereris? Vides ergo prodesse tibi ad aliquid,& quod deus parcit malis, Profit tibi ad habendam misericordiam,quia & tu forte si bonus es,ex malo factus es bonus: & si deus non parceret malis, nec tu qui gratias ageres appareres: Parcat ergo alijs qui percit & tibi. Non enim cum transieris,intercludenda est via pietatis. Vnde ergo ille orat positus inter malos, quorum inimicitijs exercebatur? Quid ait? Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum. Cum extendit dilectionem, vt diligat inimicos,affectus est tædio multorum inicitijs,multorum rabie circunlatratus,& quadam humana infirmitate succubuit. Vidit se iã incipere penetrari mala persuasione diabolica,vt odiũ inducat aduersum ipsam micos, reluctãs odio, vt perficeret ipsam dilectionem, in ipsa pugna, & luctatus est. Eius enim vox est, & in alio Psalmo, Turbatus est præ ira oculus meus. Et quid ibi sequitur? Inueteraui in omnibus inimicis meis. Veluti in tempestate, & fluctibus mergi cœperat, sicut Petrus. Ille enim calcat fluctus huius seculi,qui diligit inimicos, Christus in mari ambulabat intrepidus, cuius omnino de corde auferri non poterat inimici dilectio, qui pendens in cruce dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et Petrus voluit ambulare, Ille tanquam caput, Petrus tanquam corpus, quia super hanc petram,inquit, ædificabo Ecclesiam meam. Iussus est ambulare, & ambulabat gratia iubẽtis,non viribus suis. Sed cum videret ventum validum timuit, & mergi iam cœperat, conturbatus in exercitatione sua. A quo vento validos

A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.)

toris.) Ergo quomodo ille clamauit in fluctibus,domine pereo,salua me: talis & huius vox præcessit,Exaudi deus deprecationem meam, & ne despexeris precem meã, intẽde mihi & exaudi me. Quare? Quid.n. pateris? quid gemis? Contristatus sum in exercitatione mea.) Exerceri me quidem inter malos posuisti,sed nimis exurrexerũt supra vires meas. Trãquilla perturbatum, manũ extende mergenti. Cõtristatus sum
F in exercitatione mea,& conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerũt in me iniquitates, & in ira adumbrabant me.) Audistis fluctus & ventos,tanquam humiliato insultabant,& ille orabat. Vndiq, illi strepitu insultationis sæuiebant, at ille intus inuocabat quem non videbant: Cũ aliquid tale patiũr Christianus,non debet facile velut odio ire in eum,à quo patitur, & velle ventum uincere,sed conuertere se ad orationẽ ne amittat dilectionem. Neq;.n.timendum est,ne aliquid faciat homo inimicus. Quid enim
Matt.5. facturus est? Multa mala dicturus,opprobria iaculaturus,in conuitijs sæuiturus. Sed quid tibi? Gaudete,inquit, & exultate,qm̃ merces uestra magna est in cœlis. Ille in terra geminat conuitia, tu in cœlo lucra.
Psal.10. Sed sæuiat amplius,ponat & aliq̃d amplius, quid te securius: cui dictum est, Nolite timere eos qui corpus occidunt,animam aũt non possunt occidere? Quid est ergo timendum quando pateris inimicum? Ne conturbetur in te dilectio, qua diligis inimicum. Etenim inimicus ille homo caro & sanguis
Ephe.6. quod videt in te,apperit. Alius autem inimicus occultus rector harum tenebrarum,
G quas tu pateris in carne & sanguine:alterũ occultum tuum petit, thesauros tuos interiores deprædari & vastare molitur. Duos ergo inimicos cõstitue tibi ante oculos,unũ apertum,& alterum occultum. Apertum, hominem:occultum,diabolum. Homo ille, hoc est, quod tu secundum naturam humanam, secundum fidem autem & dilectionẽ
Matt.5. secundum quod tu,sed poterit esse quod tu. Cum ergo sint duo,vnum vide,alterum intelligere:vnum dilige,alterum caue. Nanq; & inimicus ille quem vides, hoc in te vult
Matt.10. humiliare vnde vincitur. Verbi gratia, Si diuitijs tuis vincitur, pauperem te vult facere: si honore tuo vincitur, humilem te vult facere: si viribus tuis vincitur,debilem te vult facere. Ea ergo attendit in te vel deijcere vel auferre quibus vincitur, & ille occultus inimicus, illud tibi vult tollere vnde vincitur. Homo enim hominem vincis humana fœlicitate,diabolum autem vincis inimici dilectione. Quomodo ergo homo ambit auferre tibi & detruncare,aut auertere fœlicitatem qua vincitur, sic & diabolus hominem vult vincere auferendo vnde vincitur. Sed cura in corde seruare inimici dilectionem, qua diabolum vincis. Sæuiat homo quantum potest,auferat quicquid potest: si diligitur aperte sæuiens, vi-
H ctus est occulte sæuiens. At iste conturba-
Psal.6. tus & contristatus orabat tanquam turba-
In.3.reto præ ira oculus suo. Ira vero fratres si fuegula. carit inueterata,iam odium est:ira turbat ocu 38.& in lum, odium extinguit: ira festuca est,odiũ 50.ho.h trabes est. Aliquando odisti & corripui- 5.ca.40. sti irascentem, in te est odium, in illo ira
Matt.7. quem corripis. Merito tibi dicitur, Eijce primum trabem de oculo tuo, & sic videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Nam vt noueritis quantum intersit inter iram & odium, quotidie homines irascuntur filijs suis. Date qui oderint filios suos. Conturbatus iste orabat & contristatus, luctans aduersus omnia conuitia omnium conuitiatorum,non vt aliquem eorum conuitium reddendo vinceret, sed ne aliquem eorum odisset. Hinc orat,hinc petit. A voce inimici & à tribulatione peccatoris,quoniam declinauerunt in me iniquitates,& in
Psal.6. ira adumbrabant me. Cor meum contristatum est in me.) Hoc est illud alibi dictum, Turbatus est præ ira oculus meus. Et si oculus turbatus est, quid sequitur? Et metus mortis cecidit super me.) Vita nostra dilectio est. Si vira dilectio, mors
I odium est. Cum cœperit homo timere ne oderit quem diligebat,mortẽ timet,& acriorem mortem & interiorem mortẽ qua occiditur anima,non corpus. Attendebas hominem sæuientem in te, quid erat facturus cõtra quẽ tibi securitatem tuus dominus dederat,dicens,Nolite timere eos qui corpus
Mat.10. occidunt? Ille sæuiendo corpus occidit,tu odium habẽdo animam occidisti: & ille corpus alienũ,tu animã tuam. Metus ergo mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ: Et dixi.) Qui odit fratrem suũ,in tene-
Ioan.2. bris est vsq; adhuc. Si dilectio lumen est, odiũ tenebræ sunt. Et q̃d sibi ait in illa infirmitate positus, & in illa exercitatione

con-

conturbatus: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?) Aut mortem optabat, aut solitudinem desiderabat. Quandiu, inquit, id mecum agitur, id mihi præcipitur vt inimicos diligam, conuitia istorum crebrescentia Luce. 6. & adumbrantia me commouent oculum meum, perturbant lumen meum, appetunt cor meum, interficiunt animam meam: vellem vt abirem, sed infirmus sum, ne manendo augeam peccata peccatis: aut certe separari paululum à genere humano, ne patiatur vulnus meum crebras plagas, vt K sanatum exercitationi reddatur. Fit hoc fratres, & surgit plerunq; in animo serui dei desiderium solitudinis, non ob aliud nisi propter turbam tribulationum & scãdalorum: & dicit, Quis mihi dabit pennas? Videt se sine pennis, an potius ligatis pẽnis? Si desunt, dentur: si ligatæ sunt, soluantur: quia etiam qui soluit pennas aui, aut dat aut reddit illi pennas suas. Non.n. habebat eas tanquam suas, quibus volare non poterat. Ligatæ pennæ onus faciunt. Quis, inquit, dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requie- Phili. 1. cã? R equiescet. Vbi? Duos dixit sensus hic esse: Aut sicut ait Apostolus, Dissolui & esse cum Christo: multo.n. magis optimum. Etenim & ipse quãuis fortis, quamuis magnus, quãuis corde robustissimus, quamuis in Christo miles inuictus, in exercitatione Gala. 6. sua, quantum legimus conturbatus est & Psal. 118 ait, Decætero nemo mihi molestus sit: Tanquam diceret de illo psalmo, Tædium detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Conatur ergo homo plerunque corrigere homines distortos, pravos, pertinentes quidem ad curam suam, sed in quibus deficiat omnis humana industria & vi L gilantia, corrigere non potest, pati necesse est. Et qui corrigi non potest, tuus est, aut consortio generis humani, aut plerunq; ecclesiastica communione coniunctus. Intus est, Quid facies? Quo ibis? Quo te separabis vt ista non patiaris? Sed adesto, loquere, exhortare, blãdire, minare, corripe. Feci omnia, quicquid virtum habui impendi & expressi, nihil me video profecisse, omnis opera consummata est, dolor remansit. Quomodo ergo requiescet cor meum à talibus, nisi vt dicam, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Et tamen non sicut coruo. Colũba à molestijs quærit auolationem, sed non amittit dilectionem. Columba.n. pro signo dilectionis ponitur, & in ea gemitus amãt. Nihil tam amicum gemitibus, quam colũba, die noctuq; gemit, tanquam hic posita vbi gemendum est. Quid ergo dicit iste dilector? Conuitia hominum ferre non possum, stridٖent, rabie feruntur, accenduntur iracundia, in ira adumbrant me, prodesse illis non possum, Vtinam requiescam alicubi ab eis separatus corpore, non amore, ne in me conturbetur ipsa dilectio. Verbis meis & collocutione mea prodesse nõ possum, orã do pro eis forsitan prodero: Dicunt ista homines, sed plerunq; ita ligantur vt volare non possint. Forte enim non ligantur viscera sed ligantur officio. Si autem ligantur cura & officio, & deserere non possunt, dicant, Optabam dissolui & esse cũ Christo: Multo enim magis optimum, manere in carne necessarium propter vos. Columba delicata, religata affectu non cupiditate, volare non poterat propter implendum officium, non propter paruum meritum. Tamen desiderium in corde necesse est vt sit, nec patitur hoc desyderium, nisi qui cœperit ambulare angustam illam viam, Vt nouerit quia non desunt Ecclesiæ persecutiones etiam in hoc tempore, quando tranquillitas videt Ecclesiæ, ab his quidem persecutionibus quas martyres nostri passi sunt: non autem desunt persecutiones, quia verum est illud, Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Non pateris persecutionem, non vis pie viuere in Christo. Vis probare verum esse quod dictum est? Incipe pie viuere in Christo. Quid est pie viuere in Christo? Vt pertineat ad viscera tua quod ait Apostolus, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Aliorum infirmitates, aliorum scandala, persecutiones illi fuerunt. Nunquid ergo desunt hoc tempore? Plures abundant illis qui ea curant. Et plerunque videtur de longinquo homo, & dicitur bene est illi. Et ille quid dicit? Aut sua gustet, & aliena non potest, aut apud se quod non habet, & alteri gustanti immo deuoranti non compatitur. Incipiat ergo pie viuere in Christo, & probet quod dicitur, incipit desiderare pennas, elongare, fugere & manere in deserto. Vnde enim putatis fratres seruis dei impleta esse deserta? Si bene illis esset inter homines, recederent ab hominibus; Et tamen quid faciunt & ipsi? Ecce elongant fugientes, manent in deserto. Sed nunquid singillatim tenet eos charitas, vt cum multis maneant, & de ipsis multis existant qui exerceant? Quia in omni congregatione multitudinis necesse est vt inueniantur mali. Deus.n. qui nouit exercendos nos, miscet nobis & non perseueraturos, aut certe ita simulatos, vt nec in ipsis quidem perseuerare debeant. Noui.n. necessariũ esse nobis vt feramus malos, & proficiat quod boni sumus. Diligamus inimicos, corripiamus, castigemus & excommunicemus, cum dilectione à nobis etiam separemus. Videte.n. quid dicat Apo- 2. Thes. 3. stolus, Si quis autem non obaudit verbo nostro per epistolam, hũc notate, & nolite cõmisceri cum eo. Sed ne subrepat tibi ex hoc iracundia, & turbet oculum tuum, non, inquit, vt inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem, vt erubescat. A quo indicit separationem, nõ præcidit dilectionem, Viuit ille oculus, viuit vita tua. Est.n. amissa dilectio, mors tua est. Hanc ille amittere timuit qui dixit, Metus mortis cecidit super me. Itaq; ne amittam dilectionis vitam, qs dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Quo iturus es? Quo volatu rus? Vbi requieturus? Ecce elongaui fugiẽs & mansi in deserto.) In quo deserto? Vbicunque fugeris, congregabunt se cæteri, Deserum tecum petent, affectabunt vitã tuã, tu repellere non potes societatem fratrum. Miscentur tibi etiam mali, adhuc tibi exercitatio debetur. Ecce elongaui fugiens, & mãsi in deserto. In quo deserto? Si forte in conscientia quo nullus hominum intrat, vbi ne mo tecum est, vbi tu & deus est. Nam si in deserto in aliquo loco es, quid facies de congregantibus se? Non enim à genere humano separatus esse poteris, quandiu in hominibus viuis. Attende potius consolatorem illum dominum, & regem imperatorem & creatorem nostrum, creatum esse etiam in ter nos, Attẽde, quia duodecim suis miscuit rum quem pateretur. Dicit, Ecce elonga- ui fugiens & mansi in deserto. Forte iste vt dixi fugerat ad conscientiam suam, ibi aliquantum desertum inuenerat vbi requieesset. Sed illa dilectio conturbat eum: solus erat in conscientia, sed non solus in charitate: intus consolabatur conscientia, sed foris tribulationes non relinquebant. Itaq; in se quietus ex alijs pendens cum conturbaretur adhuc quid ait? Expectabam eum qui me saluum faceret, à pusillo animo & tempestate.) Mare est, tempestas est, nihil tibi restat nisi exclamare, Domine pereo. Mat. 14. Porrigat manum ille qui fluctus calcat intrepidus, subleuet trepidationem tuam, firmet insecuritatem tuam, alloquatur te intus & dicat tibi, Me attẽde quid pertulerim, Fratrem malum forte pateris, aut inimicũ forinsecus pateris, Quos non passus sum? Fremebant forinsecus Iudæi, intrinsecus discipulus tradebat. Sæuit ergo tempestas, sed ille saluos facit à pusillanimitate & tempestate. Forte nauis tua ideo turbatur, quia ille in te dormit. Sæuiebat mare, turbabatur D nauicula in qua discipuli nauigabant, Christus autem dormiebat. Tandem aliquando visum est illis, quia inter illos dormiebat ventorum imperator & creator. Accesserũt & excitauerunt Christum, imperauit ventis, & facta est tranquillitas magna. Merito ergo forte turbatur cor tuum, quia excidit tibi in quem credideris. Intolerabiliter pateris, quia non venit tibi in mentem quid pro te pertulerit Christus: Si in mentẽ non venit tibi Christus, dormit. Excita Christum, recole fidem. Tunc enim in te dormit Christus, si verum illum filium dei abnegas esse, si oblitus fueris passionis Christi. Tunc in te vigilat Christus, si memineris passionum Christi. Cum autem pleno cor de intuitus fueris quid ille fuerit passus, nõ ne æquo animo & tu tolerabis? Et fortasis gaudes, quia inuentus es in aliqua similitudine passionum regis tui. Cum ergo ista co E gitans consolari & gaudere cœperis, ille surrexit, ille ventis imperauit, ideo facta est tranquillitas. Expectabam eum qui me saluum faceret à pusillanimitate & tempestate. Submerge domine, & diuide linguas eorum.) Attendit tribulantes se, & adumbrantes se, & optaui hoc, non de ira fratres. Qui se male extulerunt, expedit eis vt submergantur. Qui male conspirauerunt, expedit eis vt linguæ eorum diuidantur: ad bonum consentiant, & concordent linguæ eorum. Si autem in idipsum aduersum me susurrabant, ait, Omnes inimici mei perdantur in psal. 40. idipsum in malo. Diuidantur linguæ eorũ, non sibi consentiant. Submerge domine & diuide linguas eorum. Submerge, Quare? Quia se extulerunt. Diuide, Quare? Quia in malum conspirauerunt, Turrim illam recordare superborum factã post diluuiũ. Quid dixerunt superbi? Ne pereamus diluuio, faciamus altam turrim. Superbia se Gen. 11 munitos

munitos esse arbitrabantur. Extruxerunt
altam turrim, & dominus diuisit linguas
eorum. Tunc se cœperunt non intelligere,
hinc facta est origo linguarum multarum.
16 de ci Antea.n. vna lingua erat, sed vna lingua cō
u ta dei cordibut proderat, vna lingua humilibus p
cap.4. derat. At vbi illa collectio in conspiratione
superbiæ præcipitata est, pepercit illis deus
vt diuideret linguas eorum, ne se intelligen
do pernicioſam facerent vnitatem. Per su-
perbos homines diuisæ sunt linguæ, per hu
F miles apostolos cōgregatæ sunt linguæ Spi
Act.2. ritus superbiæ disperſit linguas, spiritus sanc
ctus congregauit linguas. Qñ.n, spiritus-
sanctus venit super discipulos, omnium lin
guis locuti sunt, ab omnibus intellecti sunt:
linguæ disperſæ, in vnum congregatæ sunt.
Ergo si adhuc læuiunt & gentiles sunt, ex-
pedit eis diuisas habere linguas. Volūt vnā
linguam, veniant ad Ecclesiam, quia & in
diuersitate, linguarum carnis, vna est lin-
gua in fide cordis. Submerge domine & di-
uide linguas eorum. Quoniam vidi iniqui-
tatem & contradictionem in ciuitate.) Me
rito iste desertum quærebat, quoniam vidit
Gen. 11 iniquitatem & contradictionem in ciuita-
te. Est quædam ciuitas turbulenta, Ipsa erat
quæ turrim ædificauerat: ipsa confusa est
& appellata Babylonia: ipsa per innumera
biles gentes disperſa, inde congregatur Ec-
clesia in desertum bonæ conscientiæ. Vidit
enim cōtradictionem in ciuitate. Christus
uenit. Quis, Christus? Cōtradicis Et filius
Lu.2 23 dei. Habet filiū deus? Contradicis. Natus
&. 24. est de virgine, passus, resurrexit. Et vnde
hoc fieri potest? Contradicis. Attende saltē
gloriam crucis ipsius, Iam in fronte regum
crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt.
G Effectus probauit virtutem, Domuit or-
bem, non ferro sed ligno. Lignum crucis
contumelijs dignum visum est inimicis, &
ante ipsum lignum stantes caput agitabant,
Mat.27. & dicebant, Si filius dei est, descendat de cru
Esai.65. ce. Extendebat ille manus suas ad populum
Rom.1. non credentem & contradicentem. Si enim
iustus est, qui ex fide viuit, iniquus est qui
non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniqui
tatem, perfidiam intellige. Videbat ergo do
minus in ciuitate iniquitatem & contra-
dictionem, & extendebat manus suas ad
populum non credentem & contradicen-
tem: & tamen & ipsos expectans dicebat,
Luc.23. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa-
ciunt. Adhuc sane reliquiæ sæuiunt illius
ciuitatis, adhuc contradicunt de frontibus
omnium, Modo extendit manus ad reli-
quias non credentes & contradicentes.
Quoniam vidi iniquitatem & contradi-
ctionem in ciuitate. Die ac nocte circum-
dabit eam super muros eius iniquitas & la
bor.) Super muros eius, super munimenta
eius tenens quasi capita eius, nobiles eius.
Ille nobilis, si Christianus esset, nemo re-
maneret paganus. Plerunque dicunt ho-
mines, Nemo remaneret paganus si ille es-
set Christianus. Plerunque dicunt homi-
nes, & ille si fieret Christianus, quis rema-
neret paganus? Quod ergo nondum fiunt
Christiani, quasi muri sunt ciuitatis illius H
isti muri stabunt? Non semper stabunt. Cir Ioſue
cumuit arca muros Hiericho, Veniet tempus
septimo arcæ circumitu, vt omnes muri ci-
uitatis non credentis & contradicentis ca-
dant. Quod donec fiat, turbatur iste in exer
citatione sua, & perferens reliquias contra
dicentium, optat pennas auolationis, optat
requiem deserti, Imo duret inter contradi-
centes, perferat minas, bibat opprobria, ex-
pectet qui eum saluum faciet à pusillanimi
tate & tempestate. Intueatur caput exem-
plum vitæ suæ, tranquilletu in spe etsi tur
batur in re. Die ac nocte circundabit eam
super muros eius iniquitas, & labor in me
dio eius & iniustitia.) Et ideo labor ibi,
quia iniquitas ibi, quia iniustitia ibi, ideo
& labor ibi. Sed audiant extendentis ma-
nus, Venite ad me omnes qui laboratis, vos M
clamatis, vos contradicis, vos conuicia-
mini: Ille econtra, Venite ad me omnes
qui laboratis in superbia vestra, & requie
scetis in humilitate mea. Discite à me, in-
quit, quia mitis sum & humilis corde, & in-
uenietis requiem animabus vestris. Vnde
enim illi laborant, nisi quia non sunt mites
& humiles corde? Deus humilis factus est,
erubescat homo esse superbus. Non defecit
de plateis eius vsura & dolus.) Vsura &
dolus non absconduntur saltem, quia mala
sunt, sed publice sæuiunt. Etenim qui in de
mo aliquid mali facit, vel de malo suo eru-
bescit, in plateis eius vsura & dolus. Fœnus
& professionem habet, Fœnus etiam ars vo
catur, corpus dicitur. Corpus quasi neceſſa
rium ciuitati, & de professione sua vectigal
impendit. Vsquadeo in platea est, quod fal-
tem abscondendum erat. Est & alia vsura
peior, quando non dimittis quod tibi debe-

tur, & turbatur oculus in illo versu oratio-
Mat. 6. nis, Dimitte nobis debita nostra. Quid.n.
ps.61. dil. ibi facturus es, quando oraturus es, & ad ip
Ps. cap. sum verum venturus? Verbum contume-
xxxiii. liosum audisti, vis exigere dānationis sup-
Eccl. 18. plicium? Vel tm exige, quantum dedisti fœ
natori. Iniuriarum pugno percussus es, in
terfectionem q̄ris, Vsura mala, qua iturus
es in oratione? Si reliqueris oſonē, qua cir
Mat. 6. cumiturus es ad dm? Ecce dices, Pater no
ster qui es in cœlis, sanctificetur nomen
tuum, adueniat regnum tuum, fiat volun-
tas tua sicut in cœlo & in terra. Dices, Pa-
nem nostrum quotidianū da nobis hodie,
Venies ad, Dimitte nobis debita nostra, si
cut & nos dimittimus debitoribus nostris.
K vel in ciuitate illa mala abūdēt vsuræ istæ,
non intrent parietes istos vbi pectus tundi
tur. Quid facies, quia ibi tu & ille versus
in medio estis? Preces tibi composuit cœle-
stis iurisperitus, Qui nouerat quid ibi age-
Mat. 6. retur, ait tibi, Aliter non impetrabis: Amē
enim dico vobis, quia si dimiseritis homini
bus peccata eorum, dimittentur & vestra
vobis. Si aūt non dimiseritis peccata homi
nibus, neq; pr̄ vester dimittet vobis. Quis
hoc dicit? Qui scit quid ibi agatur, q̄ scit
quod tu astans petis. Vide quod voluit esse
ipse aduocatus tuus, ipse iurisperitus tuus,
ipse assessor patris, Ipse iudex tuus dixit, ali
ter non accipies. Quid facturus es? Non ac
cepturus, si non dicturus, Non accepturus
si falsum dicturus. Ergo aut facturus & di-
cturus, aut quod petis non promeriturus:
quia qui hoc non faciunt, in usuris illis ma
lis sunt. Sint ibi illi qui adhuc idola aut ado
rant aut quærunt, noli tu populus dei, noli
tu plebs Chr̄i, noli tu corpus illius capitis,
misū vitæ tuæ. Quid.n. tibi prodest, quia
exigis iniurias quas pertulisti? Vltio te refi
cit? Ergo de malo alieno gaudebis? Passus
es malum, agnosce, ne duo mali sitis, & non
deficiat de plateis eius vsura & dolus. Ideo
ergo tu quærebas solitudinem & pennas,
ideo murmuras contra hæc, Ferre non po-
tes contradictionem & iniquitatem ciuita
tis huius, Requiesce in his qui tecum intus
sunt, & noli quærere solitudinem t Audi &
de ipsis quid dicat, Quoniā si inimicus ex-
probraſſet mihi.) Et quidem superius con-
turbatus erat in exercitatione sua a voce
inimici, & à tribulatione peccatoris, Forte
in illa ciuitate positus, superba illa erigen-
te turrem, quæ subuersa est, vt diuideretur
eorum linguæ, attende intus quid gemat
propter pericula a falsis fratribus. Qm̄ si
inimicus meus exprobraſſet mihi. Sustinuis
sem vtiq;. Et si is qui oderat me super me
magna locutus fuisset.) Id est, per superbiam mihi insultasset, magnificaret se su-
per me, minaretur mihi quicquid posset.
Absconderem me vtique ab eo.) Ab illo
qui fortis est, vbi te absconderes? Inter il-
los qui intus sunt. Nunc autem vide, si nō
aliud restat, nisi vt solitudinē quēras. Tu
uerò, inquit, homo unanimis dux meus &
notus meus.) Forte aliquando bonum con
silium dedisti, forte aliquando præcesisti
me, & salubre aliquid monuisti me, in Ec-
clesia dei simul fuimus. Tu vero hō unani- M
mis, dux meus & notus meus. Qui simul
mecum dulces capiebas cibos,) Qui sunt
dulces cibi? Non omnes qui assunt noue-
runt, sed non amaricent qui nouerunt, vt
possint illis qui adhuc non nouerunt dice-
re, Gustate & uidete quoniā dulcis est do psal.33.
minus. Qui simul mecum dulces capiebas
cibos. In domo dei ambulauimus cum con
sensu.) Vñ ergo dissensio? Qui intus erat,
foris factus est. Ambulauit mecum in do-
mo dei cum consensu, Aliam domum ere-
xit contra domum dei. Quare illa relicta
est, ubi ambulauimus cum consensu: qua
re illa deserta est, ubi dulces simul capieba-
mus cibos? Veniat mors super illos, descen
dant ad infernum uiuentes.) Quomodo re
plicauit & recolere nos fecit primum illud
schismatis initium, quomodo in illo primo
populo Iudæorum quidam superbi se sepa-
rauerunt & extra sacrificare noluerunt?
Noua mors super eos uenit. Aperuit se ter
ra, & uiuos absorbuit. Veniat, inquis, mors Nu. 16
super eos; & descendant ad infernum uiuentes Quid est uiuētes? Scientes quia pe-
reunt, & tamen pereuntes. Audi uiuentes
perire & absorberi hiatu terræ, id est, deuo
ratione terrenarū cupiditatū absorberi. Di
cis hoī, Quid pateris frater? Frēs sumus,
unū deū iuocamus, i unū Chr̄m credimus,
unū Euāgeliū audimus, vnū psalmum can
tamus, unum Amen respondemus, unum
halleluia resonamus, unum pascha celebra-
mus. Quid tu foris es, & ego intus cum? Ple
nū; angustatus & cōsiderans q̄uera di-
cantur, reddat, ait, deus maioribus no-
stris. Ergo uiuus perit. Deinde addis &
mones, saltem solum sit malum segregatio-
nis,

nis,cur adiungis & rebaptizationis? Agnosce in me qđ habes,& si tu me odisti, Christo in me parce. Et hoc eis malum plerunque & maxime displicet. Vere,inquiunt, male fit,vtinam posset non fieri. Sed quid facimus de statutis maiorum nostrorum? Descendant ad infernum viuentes. Si mortuus descenderes, quid ageres ignorares. Cum vero scis malum esse quod facis,& tamen facias,nonne viuus descendis ad inferos? Sed quare maxime ipsos duces terræ hiatus absorbuit viuos, populum autem illis consentientē è cœlo irruēs ignis absumpsit? Propterea hanc pœnam cōmemorans Psalmus iste, à populo cœpit: & ad duces conclusit. Veniat mors super eos: propter illos dixit, super quos venit ignis de cœlo. & statim adiunxit, Descendant ad infernum uiuentes: propter duces quos terræ hiatus absorbuit. Nam qūo descenderunt ad infernum viuentes de quibus dixerat, Veniat mors super eos? Si iam super eos mors venerat, quomodo viui ad inferos descendebant? Ergo à minoribus cœpit, ad maiores conclusit. Veniat mors super eos qui consenserunt & consecuti sunt. Quid illi duces & principes? Descendant ad infernum viuentes: quia ipsi scripturas tractant,& noverunt bene quotidie legendo, quomō Ecclesia catholica per totū orbem terrarum diffusa est, vt omnino contradictio omnis vacet, nec inueniri possit aliquod testimonium pro schismate eorum: nouerunt bñ, ideo ad inferos viuentes descendunt, quia malum quod faciunt, malum esse nouerūt. Illos autem diuinæ iracundiæ ignis absumpsit. Studio.n. contentionis accensi, à ducibus suis malis recedere noluerunt, Venit super ardorem dissensionis ardor cōsumptionis, Veniat mors super illos, & descendant ad infernum uiuentes. Quoniam nequitia in hospitijs eorum, in medio eorum.) In hospitijs vbi peregrinantur & transeunt. Nō.n. hic semper futuri sunt, & tū pro animositate temporali sic pugnant. In hospitijs ergo eorum iniquitas, in medio eorum iniquitas, nullum tam medium eorum q̄ cor eorum. Ego ad Deū exclamaui.) Corpus Christi & vnitas Christi in angore, in tædio, in molestia, in conturbatione exercitationis suę. Ille vnus homo, in vno corpore posita vnitas, cum tæderet animam eius exclamas à finibus terræ, A finibus terræ ad te olamaui, inquit, cum angeretur cor meum. Ipse vnus, sed vnitas vnus: & ipse vnus, non in vno loco vnus, sed à finibus terræ clamat vnus. Quomō à finibus terræ clamaret vnus, nisi in multis cēt vnus? Ego ad deum exclamaui. Recte. Tu exclama ad dñm, noli ad Donatum, nemo tibi sit pro dño dūs, qui sub domino noluit esse conseruus. Ego ad deum exclamaui. Et dominus exaudiuit me. Vespere, mane & meridie narrabo & annunciabo & exaudiet vocem meam.) Euangeliza tu, noli tacere tu, dic quod accepisti, Vespere de præteritis, mane de futuris, meridie de tempore nis. Ideo ad id quod ait, vespere, pertinet quod enarrat: Ad id quod ait, mane, pertinet quod annunciat: Ad id quod ait, In meridie, pertinet quod exauditur vox eius. Finis D enim in meridie est, sed inde non declinat in occasum. In meridie enim lux excellit est, splendor sapientiæ, feruor dilectionis. Ad Vespere, mane & meridie. Vespere dūs in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. Et enarrabo vespere patientiam morientis, annunciabo mane vitam resurrectionis, orabo vt exaudias meridie sedens ad dexteram patris: Exaudiet vocem meā q̄ interpellat pro nobis. Quanta huius secu R ritas? quanta consolatio, quanta refectio? A pusillanimitate & tempestate contra malos, contra iniquos, & foris intus, & in his qui foris sunt cum fuissent intus. Itaque fratres mei quos in ipsa congregatione parietum horum videtis turbulentos, superbos, sua quærentes, elatos, non habentes zelum dei castum, sanum, quietum, sed multum sibi tribuentes, ad dissensionem paratos, sed occasionem non inuenientes, ipsa est palea dominicæ areæ. Hinc illos paucos superbię ventus excussit, tota palea non volabit, nisi cum ille in vltimo ventilabit. Sed nos Mquid nisi cum isto cantemus, cum isto oremus, cum isto plangamus & dicamus securi. Redimet in pace animam meam.) Contra illos qui non amant pacem, In pace redimet animam meam, quia cum his qui g oderunt pacem eram pacificus. Redimet in pace animam meam. Ab his qui appropinquant mihi.) Nam ab illis qui longe sunt a me, facilis causa est. Non me tam cito fallit qui dicit. Veni idolum adorare, multum a me longe est. Christianus es? Christianus, inquit, Ex propinquo aduersatur, prope est. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi.

bidem.

B

C

Psal. 6.

Quoniam in multis erant mecum) Quare dixit, qui appropinquant mihi? Quia in multis erant mecum. In hoc versu duæ sententiæ occurrunt. In multis erant mecum. Baptismum habebamus vtrique, in eo erāt mecum. Euangelium vtrique legebamus, erant in eo mecum. Festa martyrum celebrabamus, erant ibi mecum. Paschæ solennitatem frequentabamus, erant ibi mecum, sed non omnino mecum. In schismate non mecum, in hæresi non mecum. In multis mecum, in paucis non mecum. Sed in his paucis in quibus non mecum, non eis prosunt multa in quibus mecum. Etenim fratres videte q̄ multa enarrauit Apostolus Paulus, vnum dixit, si illud defuerit, frustra sunt alia, Si linguis hominum loquar & angelorum, ait, si habeam omnem prophetiā & oēm fidem, & omnem scientiam, si mon tes transferam, si distribuam omnia mea pauperibus, si tradam corpus meum ita vt ardeat: Quam multa enumeraui! His omnibus multis desit vna charitas, illa numero plura sunt, hæc pondere maior est. Ergo in omnibus sacramentis mecum, in vna charitate non mecum, In multis erant mecum. Rursus alio modo, quoniam in multis erant mecum, qui separauerunt à me, mecū erant, non in pauers, sed in multis. Etenim per totum orbem terrarum pauca sunt grana, multæ sunt palex. Quid ergo ait? In palea mecum erant, in tritico non mecū erāt: Et propinquat palea tritico, de vno semine erat, in vno agro radicat, vna pluuia nutritur, eundem messorem patitur, eandē tritutionem sustinet, eandem ventilationē experiatur, non in vnum horreum intrat. Quo niam inter multos erant mecum. Exaudiet me deus & humiliabit illos, qui est ante secula.) Illi.n. præsumunt de nescio quo duce suo qui cœpit heri, humiliabit illos qui est ante secula: quia etsi ex tempore Christus noster de maria virgine, ante secula tamen in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Humiliabit illos qui est ante secula. Non enim est illis commutatio. Nouerat aliquos perseuraturos, & in perseuerationе suæ nequitiæ morituros. Videmus enim eos, & non est illis commutatio. Qui sic moriuntur in ipsa peruersitate, in ipso schismate, non est illis commutatio. Humiliabit illos deus, humiliabit illos in damnatione, quia erecti sunt in dissensione. Non est illis commutatio, quia non mutantur in melius, sed in peius, nec cum hic sunt, nec in resurrectione. Omnes enim resurgemus, sed non oēs immutabimur. Quare? Quia non est illis commutatio. Et non timuerunt deum.) Fratres mei vnum remedium est. Timeant deum, deserant Donatum. Dicis illi, Peris in hæresi, in schismate, & necesse est vt deus retribuat istis malis. Venies in dānationē, noli tibi blandiri verbis tuis, ne sequaris cæcū ducem. Cæcus aūt cæcum ducens, simul in foueam cadunt. Quid ad me? ait. Qūo heri vixi, sic & hodie. Parentes mei quod fuerunt, hoc & ego. Non times deum, habe timorem dei. Cogita quia ista omnia vera sunt quæ legunt, quia est fides Christi quæ falli non potest. Qūo in hæresi remanebis ad tantam euidentiam Ecclesiæ catholicæ sanctæ, quam diffudit deus per totum orbē terrarum? quam antequam diffunderet promisit, prænunciauit, sic exhibuit vt promisit. Ergo caueant & obseruent qui nō timēt deum. Extendit manum suam in retribuendo. Polluerunt testm̄ eius.) Lege testamentum quod polluerunt. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Polluerunt testm̄ eius. Tu contra ista verba testatoris quid dicis? Africa sola istam gratiam meruit sancti Donati, in ipso remansit Ecclesia Christi? Dic saltem Ecclesiam Donati, quare adiungis Christi, de quo dictum est, In semine tuo benedicentur oēs gentes? Post Donatum vis ire? Pone Christum, & sic recede. Videte ergo quid sequitur. Polluerunt testm̄ eius. Quod testamentum? Abrahę dictæ sunt promissiones & semini eius. Apostolus dicit, Fratres, tamen hominis testamentum confirmatum nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo qui est Christus. In hoc ergo Christo quod promissum est testamentum? In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tu qui dimisisti vnitatem omnium gentium & in parte remansisti, polluisti testamentum eius, Quid tibi ergo contigit? Vt exterminareris, vt ab hæreditate separareris, de ira dei est. Attende.n. quid sequatur, Polluerunt testm̄ eius. Diuisi sunt præ ira vultus eius.) Quid expectatis, qua maiore nota ostendantur hæretici? Diuisi sint præ ira vultus eius. Et appropinquauit cor illius.) Cuius intelligimus,

1.Co.15 Psal.57.

Mat.15.

H

I

Gen.12 & 26.

nisi cuius ira diuisi sunt? Quo appropinquauit cor illius, vt intelligamus voluntatē illius? Etenim hæreticis exerta est catholica Ecclesia, & ex his qui male sentiunt, probati sunt qui bene sentiunt. Multa.n. latebant in scripturis, & cum pcisi essent hæretici, qstionibus agitauerunt Ecclesiam dei. Aperta sunt q latebāt, & intellecta est vo-
Psal.67. luntas dei. Inde dicit in alio Psalmo, Congregatio taurorum inter vaccas populorū, vt excludant hi qui probati sunt argento. Excludant n. dixit, emineāt, eant, appareāt.
Exclusores. Vnde dūr & in arte argētaria exclusores, id est, ex quadā confusione massæ, ad suæ formæ expressores. Ergo multi q optime poterāt scripturas dignoscere & pertracta re, latebant in populo dei, nec asserebāt solutionem qstionum difficilium, cum calūniator nullus instaret. Núquid.n. perfecte
K de Trinitate tractatum est, anteq oblatrarent Arriani? nunquid perfecte de pœnitētia tractatum est, anteq obsisterent Nouatiani? Sic non perfecte de baptismate tractatum est, anteq contradicerent foris positi rebaptizatores: nec de ipsa vnitate Christi enucleate dicta erant q dicta sunt, nisi postea quā separatio illa vrgere cœpit fratres infirmos, vt iam illi qui nouerant hæc tractare atque dissoluere, ne perirent infirmi sollicitati qstionibus impiorum, sermonibus & disputationibus suis obscura legis in publicum deducerent. Ergo illi diuisi sunt præ ira vultus eius, & nobis ad intelligendum appropinquauit cor eius. Itaque intelligite illud quod in Psalmo alio commemorauit. Congregatio taurorum, id est, superborum cornupetarum intes vaccas populorum. Quas dicit vaccas? Animas seductibiles. Vt quid hoc? Vt excludantur hi, id est, appareāt, qui probati sunt argen-
Psal.11. to. Quid est argēto? Eloquia dñi eloquia casta, argētū igne examinatum, probabile terræ purgatum septies tantum. Hunc sensum obscurū videte quemadmodum in lu-
1.Co.11 cem excludat Apostolus, Oportet, inquit, & hæreses esse, vt psobati manifesti fiant inter vos. Quid est probati? Probati argen-
L to, pbati eloquio. Quid est manifesti fiāt? Excludāt. Quare hoc? Propter hæreticos. Quid est pp hæreticos? Propter congregationem taurorum inter vaccas populorū. Sic ergo & hi diuisi sunt præ ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.) Quædam.n in scripturis dura videbantur, cū obscura essent, exposita mel-
lita sunt. Nam & prima hæresis in discipu-
lis Christi velut ad duritiem sermonis ipsius facta est. Cum.n. diceret, Nisi quis manducauerit carnē meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam in se: illi non intelligentes dixerūt adinuicem, Durus est hic sermo, quis pōt eum audire? Dicentes quia durus est sermo hic, separauerunt se ab illo, remansit cū alijs duodecim. Cum et suggessissent, illos in sermone eius fuisse scandalizatos, nunquid & vos, inquit, vultis abire? Et Petrus, Verbū vitæ æternæ habes, ad quē ibimus? Intelligite obsecramus vos, & paruuli discite pietatē. Nunquid ipse Petrus intelligebat secretū illius sermonis dūi? Nondū intelligebat, sed bona esse verba q non intelligebat, pie credebat. Ergo si durus est sermo, & nondū intellectus est, durus sit impio, tibi aūt pietate molliatur quia qūque soluetur, & fiet tibi oleum, & vsque ad ossa penetrabit. Proinde tanquā ipse Petrus post illam duritiam, sicut putabant, sermonis domini scandalizatis etiam hic diceret, Verbum vitæ æternæ habes, ad quē ibimus? Ita subiecit, Iacta in dñō curam tuam, & ipse te enutriet.) Paruulus est, nō dum intelligis secreta verborū. Forte tibi panis latet, & adhuc lacte nutriendus es. Noli irasci vberibus, ipsa te idoneum reddent ad mensam, cui modo minus idoneus es. Ecce p diuisionem hæreticorum multa dura mollita sunt, sermones illius duri molliti sunt super oleū, & ipsi sunt iacula. Armauerūt euangelizantes, & ipsi sermones dirriguntur in pectora quorūque audientium ab instantibus opportune & importune, Illis sermonibus, illis verbis tanquam sagittis corda hominum ad amorem pacis figuntur. Duri erant, & molles facti sunt. Molliti nō virtutē amiserunt, sed in iacula cōuersi sunt molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi molliti sermones, ipsi sunt iacula. Sed tu nondū forte idoneus es qui armeris in iaculis, & nondum tibi oleum xit qđ in sermone forte obscurū est & dorum. Iacta in dño curam tuam & ipse te enutriet.) In dominum iacta te. Ecce vis te iactare in dūm, nemo se supponat pro domino. Iacta in dominum curam tuam. Vide quemadmodum magnus ille miles Christi, in se curam parnulorū iactauit pro Iuit, Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est,

et, aut in noīe Pauli baptizati estis? Quid eis aliud dicebat, nisi iactare in dño curam vestram, & ipse eos enutriet? Modo autem vult paruulus iactare curam suā in dño, & occurrit nescio quis, & dicit, ego excipio. Tanquā naui fluctuanti occurrit & dicit, ego excipio. Respondē & tu, Portum quæro, non saxū. Iacta in dño curā tuā, & ipse te enutriet, Et vide quia portus te excipiet. Non dabit in æternum fluctuationem iusto.) Videris fluctuari in mari isto, sed excipit te portus. Tu tantum antequam intres in portū ab ancora noli abrumpi. Fluctuat nauis in ancoris, sed non longe a terra proijcitur, nec in æternum fluctuabit, etsi ad tempus fluctuat. Etenim ad fluctuationem pertinent verba superiora, Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum, Expectabam eum qui me saluum faceret a pusillanimitate & tempestate. Fluctuans loquitur, sed non in æternum fluctuabit. Nā ancora ligatur, ancora spes eius est. Non dabit in æternum fluctuationem iusto. Illis autem quid? Tu vero deus deduces eos in puteum corruptionis.) Puteus corruptionis, tenebræ sunt submersionis. Deduces eos, inquit, in puteum corruptionis: quia cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadunt. Deducit illos deus in puteum corruptionis, non q ipse sit author culpæ ipsorum, sed q ipse sit iudex iniquitatū eorum. Tradidit.n. eos deus in concupiscentias cordis eorum. Amauerunt.n. tenebras & non lucem, dilexerunt cæcitatem & non visionē. Nā ecce dñs Iesus eluxit vniuerso mundo, cantent in vnitate cū toto mundo. Nō enim est qui se abscondat a calore illius. Illi autem traducētes se a toto ad partē, a corpore ad vulnus, a vita ad præcisionem, quid patiuntur nisi in puteū corruptiōis ituri? Viri sanguinum & dolositatis.) Viros sanguineos propter interfectiones dicit, atque vtinam corporales & non spiritales. Sanguis enim de carne exiens, videtur & horretur. Quis videt sanguinē cordis in rebaptizato? Illæ mortes alios oculos quærunt, quanquam & de istis mortibus visibilibus Et si istas visibiles mortes attendamus, viri sanguinum sunt. Attende armatum, Si vir pacis esset & non sanguinis, fustem saltem solum ferret, Sed fert fundibalum, fert sagittes vbique qua possunt euagantur, sanguinem innocentiū sitiunt. Ergo & de istis visibilibus moribus sunt viri sanguinum. Sed & de illis dicamus. Vtinam solas visibiles facerent & animas non perimerent. Isti qui sunt viri sanguinum & dolositatis, ne putent quia nos male sic intelligimus viros sanguinum qui animas occidunt, ipsi Maximinianistas suos sic intellexerunt. Nam cum eos damnarent, in ipsa sententia concilij sui ista verba posuerunt, Veloces pedes Psal.13. eorum ad effundendū sanguinē annunciatorū, contribulatio & calamitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Hoc de Maximinianistis dixerunt. Quæro autē ego ab eis quando Maximinianistæ fuderint corporis sanguinē, non quia & ipsi nō funderent, si esset talis multitudo quæ funderet, sed propter timiditatem paucitatis suæ magis ab eis passi sunt aliquid, q ipsi tale aliquid aliquando fecerunt. Ergo interrogo Donatistā & dico, In concilio tuo D posuisti de Maximinianistis, veloces pedes eorū ad effundendum sanguinē. Vnū mihi date quem digito læserint Maxiministæ. Quid mihi aliud respōsurus est, nisi quod ego dico? Qui se separauerūt ab vnitate, & vias seducendo interimunt, spiritaliter, nō carnaliter sanguinem fundunt. Optime exposuisti, sed in expositione tua cognosce facta tua. Viri sanguinum & dolositatis. In fraude dolositas, in simulatione, in seductione. Quid ergo illi ipsi qui diuisi sunt præ ira vultus eius? Ipsi sunt viri sanguinum & dolositatis. Sed quid de illis ait, Non dimidiabunt dies suos.) Quid est, non dimidiabunt dies suos? Non proficient quantum putant, Intra tempus quod sperant, peribunt. Ipse est enim perdix ille, de quo dic- Hie.17. tum est, In dimidio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit insipiens. Proficiunt, sed ad tempus. Quid.n. 2.Ti.3. ait Apostolus? Maligni aūt homines & seductores proficient in peius, ipsi errantes, & alios in errorem mittentes. Cęcus autē Mat.25. cæcum ducens, simul in foueam cadūt. Merito cadunt in puteum corruptionis. Quid ergo ait? Proficient in peius, non tm diu. Nam pauloante dixit, sed vltra non proficient: hoc est: nō dimidiabunt dies suos. Sequatur Apostolus & dicat quare, Demētia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorū fuit. Viri sanguinum & dolositatis, non dimidiabunt dies suos. Ego autem in te speraui domine.) Merito autem illi

non dimidiabunt dies suos, quia in homines sperauerunt. Ego autem a diebus temporalibus perueni ad diem æternam. Quare? Quia in te speraui domine.

In psalmum quinquagesimumquintum, Enarratio.

SIcut aliquam domum intraturi, cuius sit & ad quem pertineat in titulo inspicimus, ne forte importune irruamus quo non oportet, neque rursus timiditate reuocemur ab eo quo oportet intrare. Tãquam ergo si legeremus, hæc prædia illius aut illius, ita in superliminari Psalmi huius habemus inscriptum: In finem pro populo qui a sanctis longe factus est, ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum
1.Re.21 Allophyli in Geth.) Agnoscamus ergo populum qui longe factus est a sanctis in tituli inscriptione. Pertinet enim hoc ad ipsum Dauid, quem iam nostis intelligere spiritaliter. Neque enim commendatur nobis nisi ille de quo dictum est, Finis legis Chri-
F stus ad iustitiam omni credenti. Ergo in
Ro. 10. finem cum audis, in Christum intende ne in via remanondo non peruenias ad finẽ. Quicquid.n.est, vbi infra steteris, antequã ad Christum peruenias, nihil tibi aliud sermo diuinus dicit, nisi accede: Nondum est locus vbi securitas sit. Est quidã locus vbi statio fidissima collocatur. Est quædam petra, vbi domus secura consurgit, vt non metuat imbrem tempestatis. Flumina.n.impegerunt in domum illam & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Petra au-
Matt.7. tẽ erat Christus. Sub nomine Dauid Chri-
1.Co.10 stus figuratur, quia de illo dictum est, qui
Rom.1. factus est ex semine Dauid secundum carnem. Quis est ergo populus qui longe a sanctis factus est in tituli inscriptionem? Ipse titulus ostendat nobis populum istũ. Scriptus est.n.quidam titulus in dominica passione, quando dominus crucifixus est.
Ioa. 19. Erat ibi titulus inscriptus, Hebraice, Grece & Latine, Rex Iudæorum: tribus linguis tanquam tribus testibus titulus approbatus, Quia in ore duorum vel trium stabit
Deut.7 omne verbum. Istum titulum cum legissent Iudæi, indignati sunt, & dixerunt ad
G Pilatum, Noli scribere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit se regem esse Iudæorum. Ipsum dixisse, scribæ dixerunt, non hoc esse quod dixit. Sed quia verum est in alio Psal

Ro.8. petamus tanquam non habentes, & vnde gratias agamus tanquam accipientes, opus est semper temtationibus & tribulationibus eruditi in isto seculo: tribulari non possumus, nisi ab eis qui longe fiunt à sanctis. Longinquitatem istam fratres intelligite cordis esse, non corporis. Fit enim plerunque, vt qui corpore longe peregrinatur à te, coniunctus sit tibi, quia hoc amat quod tu. Et sit plerunque vt stans iuxta te, ex eo quia diligit mundũ, cũ tu diligas deũ, longe sit à te. Quid ergo sibi vult quod ad ipsum titulum adhuc ptinet, quia tenuerunt eum Allophyli in Geth? Geth ciuitas q̃dam erat Allophylorum, id est, alienarũ, vtique pulli longe à sanctis. Ex eo.n.q̃ alienigenæ, non vtique appropinquant sanctis, sed
Iud.19. longe sunt à sanctis. Omnes qui recusant
Christum regem, alienigenæ fiunt. Quare
Ier.2. alienigenæ fiunt? Quia & illa vitis quan-
Deu.32. dis ab illo plantata, amara facta, quid audi-
K. eis aliena? Quare conuersa es in amaritudinẽ vi
1.Re.21 mea, dulcis: si amara, nõ mea: si nõ mea, vti
que aliena. Tenuerũt ergo eum Allophyli in Geth. Inuenimus quidem fratres Dauid ipsum filiũ Iesse regẽ Israel, peregrinatum esse apud Allophylos cũ quæreret à Sau-
le, & fuit in ista ciuitate & apud regem ci-
uitatis huius, sed ibi retentũ esse non legimus. Ergo Dauid nostrũ dominum Iesum
Matt.7. Christũ natũ ex semine illius Dauid, non
folũ tenuerunt, sed & tenent adhuc Allophyli in Geth. Geth diximus q̃ ciuitas sit.
Esa.5. Interrogata autem interpretatio huius no-
Luc.6. minis, iudicat torcular. Christus secũdum
Luc.22. qđ caput est saluator corporis, ille natus
Rom.1. ex virgine, crucifixus, qui iam nobis exem
Esa.1. plũ resurrectionis nostræ in resurrectione
carnis ostẽdit, Qui sedet ad dexteram patris, & pro nobis interpellat: est & hic, sed in corpore suo qđ est Ecclesia. Corpus
Ad Ro.7. coniunctũ est capiti suo, caput p corpore
Act.9. clamat, Saule Saule, quid me persequeris?
Ephe.1. Et corpus in capite suo est secundũ Apostolũ dicẽtẽ, Et simul resuscitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus: & nos ibi sedemus, & ipse hic laborat. Nos ibi sedemus secundũ spem, & ille hic nobiscum est secundum charitatem. Hæc compago tam vnius hominis facit duos in carne
Mat.19 vna, sponsum & sponsam. Vnde & ipse do-

minus dicit, Igit̃ iam non duo, sed vna ca-
Ephe.5. ro. Quo ergo hic tenetur in Geth? Tene-
1.Re.21 tur in torculari corpus eius, id est, Ecclesia eius. Quid est in torculari? In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est. Vna in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde manat: mittitur in torcular, calcatur, premitur iniuria videtur fieri vuæ, sed ista iniuria sterilis non est, imò si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret. Quicunque ergo sancti pressuram patiuntur ab eis qui lõge facti sunt à sanctis, attendant Psalmum istum, agnoscant hic se, dicant quod hic dicit, qui patiuntur qđ hic dicitur, Certe qui non patitur non dicat, Non astringo ad vocem quem video extra passionem. Sed videat ne cum vult esse longe à passione, longe fiat à sanctis. Cogitet ergo vnusquisque de inimico suo si Christianus est, mũdus iste inimicus est. Priuatas.n.inimicitias nemo cogitet, audi-
turus verba Psalmi huius. Scimus quia nõ
Ephe.6. est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & spiritalia nequitiæ: id est, aduersus diabolum & angelos eius: quia & quando patimur homines importunos, ille insti M
gat, ille inflammat, ille tanquam vasa sua mouet. Attendamus ergo duos hostes, quẽ videmus, & quem non videmus. Hominẽ videmus, diabolum non videmus: hominẽ videamus, diabolũ non videamus: Hominẽ diligamus, diabolũ caueamus: Pro homine oremus, contra diabolum oremus, & dicamus deo, Miserere mei dñe quoniam conculcauit me homo. (Noli timere, quia conculcauit te homo, Vinũ habeto, vua factus es vt calceris. Miserere mei domine qm̃ cõculcauit me homo. Tota die bellãs tribulauit me.) Omnis qui lõge factus est à sanctis, sed & ipse diabolus quare hic nõ intelligat? An forte quia nõ dictus est hõ? Ergo
Mat.13. errat Euangeliũ, quia dixit, inimicus homo hoc fecit? Sed sub quadã figura pót & ille dici homo, non tñ esse homo. Siue ergo ipsum intueret qui dicebat hæc, siue populũ & vnũquenque longe factũ à sanctis, per quales diabolus tribulat populũ dei inhæ-
Ioã. 19. rentẽ sanctis, inhærentẽ sancto, inhærẽtem regẽ, ad cuius titulũ indignati illi tãquam repercussi, longe sunt facti, dicat, Miserere mei domine, quoniam conculcauit me homo: ne deficiat in ista conculcatione, sciens A
quem inuocet, & quo exemplo fortis effe-

ctus sit. Primus botrus in torculari pressus
Esa. 63. est Christus. Cum ille botrus passione ex-
Psal. 22. pressus est, manauit illud, vnde calix inebriãs quam clarus est. Dicat ergo & corpus eius, intuens caput suum; Miserere mei domine qm conculcauit me homo, tota die bellãs tribulauit me. Tota die, toto tẽpore. Nemo sibi dicat, fuerũt tribulationes apud pres nostros apud nos nõ sunt. Si putas te nõ habere tribulationes, nondũ cœpisti esse Chrianus. Et vbi est vox Apostoli,
2. Ti. 3. Omnes q volunt in Chro pie viuere, psecutiones patiunt? Si ergo non pateris pro Chro vllam tribulationẽ, vide ne nondum cœperis in Christo pie viuere, ingressus es torcular, Præpara te ad præsturas, sed noli esse aridus; ne pressura nihil exeat. Conculcauerũt me inimici mei tota die.) Illi longe facti sunt à sanctis, ipsi inimici mei tota die. Iã dictũ est, Ab altitudine diei.) Quid sibi hoc vult, ab altitudine diei? Forte altũ est ad intellectũ. Nec mirũ, quia altitudo diei est. Forte n. illi ꝓpea longe facti sunt à sanctis, q̃a non potuerunt penetrare alti-
B tudinẽ diei, cuius sunt Apostoli duodecim
Ioã. 11. horæ fulgentes. Ergo qui tanꝫ hominem crucifixerũt, in die errauerunt: Quare aũt tenebras passi sunt vt longe fierent à sanctis? Quia in alto lucebat dies, in alto latẽ-
2. Co. 2. tem non cognouerunt. Si. n. cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Hac ergo altitudine diei repercussi, & longe facti à sanctis, facti sunt inimici, qui tribulẽt & conculcent tanꝫ vuam in torculari. Est & alius intellectus, Ab altitudine diei conculcauerunt me inimici mei tota die, hoc est, toto tpe. Ab altitudine diei, hoc est, à superbia temporali: quando. n. conculcant, alti sunt. Humiles sunt qui conculcantur, alti sunt qui conculcant. Sed noli timere altitudinem conculcantium dei altitudo tẽporalis est, non æterna. Quoniam multi qui debellant me, timebunt.) Quando timebunt? Cum trãsierint dies qui alti sunt. Etenim ad tempus alti sunt, finito tempore altitudinis suæ timebunt. Ego vero in te speraui dñe.) Non ait, ego vero non timebo, sed multi qui debellãt me, timebũt.
Mat. 25. Cum venerit ille dies iudicij, tunc lamẽtabuntur se omnes tribus terræ. Cum apparuerit signum filij hominis in cælo, tunc se
C cuti erunt omnes sancti. Illud enim veniet quod sperabant, quod desyderabant, quod vt veniret, orabant: illis autem penitendi locus nullus remanebit, quia eo tempore quo fructuosa posset esse pœnitentia cor obdarauerunt aduersus montentem dominum. Nunquid & murum erigent aduersus iudicantem deum? Pietatem sane huius agnosce, & si in eius corpore es, imitare. Cum dixisset, multi qui debellant me, timebunt: non addidit, ego vero non timebo: ne suis viribus assignando quod non fuerat, esset & ipse in altis temporalibus, & per superbiam temporalem non mereretur venire ad requiem sempiternam, postea te fecit intelligere vnde non timebat. Ego vero, inquit, in te speraui domine: nõ dixit præsumptionem suam, sed causam præsumptionis suæ. Si. n. non timebo passiones & duritia cordis nõ timere: multi. n. animia superbia nihil timẽt. Attendat charitas vestra: aliud est sanitas corporis, aliud stupor corporis, aliud immortalitas corporis. Sanitas quidem perfecta, immortalitas est: sed dicitur etiam secundum quendam modum sanitas, quam habemus in hac vita. Quando non infirmatur, vnusquisque sanus vocatur; & cum inspexerit medicus, sanum renunciat: & cum ægrotare quisque coeperit, ipsa sanitas perturbatur: & quãdo curatur, ad ipsam sanitatẽ reditur. Tres ergo affectiones quasdã corporis aduertite, & inspicite sanitatẽ, stuporem & immortalitatem. Sanitas ægritudinem non habet; sed tamen qũ tangirur & molestatur, dolet. Stupor autem non dolet, amisit sensum doloris, tamen to insensibilior, quanto peior. Rursus immortalis nõ dolet, absumpta est. n. omnis corruptio, & corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatẽ. Nullus ergo dolor in corpore immortali, nullus dolor in corpore stupido. Nõ se putet stupidus iã immortalem, vicinior est immortalitati sanitas dolentis, q̃ stupor nõ sentientis. Inuenis ergo hominẽ superbum typho arrogantissimo, qui sibi pluaserit nihil timere. Fortiorem putas illo, qui ait, Foris pugnæ, intus timores: fortiorẽ ipso capite nro, dño deo nostro, qui dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ? Non est iste fortior, nõ te delectet stupor eius, nõ immortalitate indutus, sed sensu exutus est. Tu vero habeto animã nõ sine affectu, reprehensi. n. sunt qui sunt sine affectu, & dic de sensu sanitatis, Quis infirmat & ego nõ infirmor? Quis scandalizat & ego non vror? Si ad ipsum non pertinet

scãdalum, cuiusque infirmitatis ꝓditio, quasi rigidus, & sine dolore videretur mentior esse. Absit, stupor esset, non tranquillitas. Planè fratres cũ venerimus ad eũ locũ, ad eam sedem, ad eam beatitudinẽ, ad cœlestem patriam, vbi anima nostra impleatur securitate, impleatur quiete & sempiterna felicitate, nullus ibi dolor erit, quia vnde doleatur non erit. Multi, inquit, qui debellant me, timebunt. Et ipsi stupidi qui modo nihil timent, timebunt aliqñ. Veniet. n. tantus terror qui totã duritiã frangat & conterat. Multi qui debellabunt me, timebunt, ego vero in te speraui dñe. In deo laudabo sermones meos.) In deo speraui, nõ timebo quid faciat mihi caro. Quare? Quia in deo laudabo sermones meos. Si in te laudas sermões tuos, non dico vt non timeas: impossibile est. n. vt non timeas. Sermones. n. tuos aut mendaces habebis, ideoq; tuos, quia mendaces: aut si erunt veraces sermones, & non eos putabis te habere a deo, sed a te loqui, vera esse runt, sed tu tũ mendax eris. Si aũt cognoueris nihil te verũ in sapientia dei, in fide veritatis posse dicere, nisi quod ab illo
1. Co. 4. accepisti de quo dicitur: Quid. n. habes qd nõ accepisti? In deo laudas sermones tuos, si qd in te dei est, honoraſ a te, & tu factus a sanctis in deo honoriberis a deo: si autem quod in te dei est honoraueris tanquã tuũ, non dei, qũo populus ille longe factus est a sanctis, sic tu longe a sancto: Ergo in deo laudabo sermones meos. Si in deo, quare meos? Et in deo & meos. In deo, quia ab ipso dedit amando eũ cuius sunt quia ex illo mihi sunt, mei facti sunt. Vnde. n. pané nostrum quotidianũ da nobis hodie? Qũo no
Mat. 6. strum? Qũo da? Ab illo petendo non eris ingratus. Si. n. non dicas tuum non accepisti: rursus dicas tuũ, ita quasi a te sit, cũ dicis tuum, amittis qd acceperas, quia ingratus es illi a quo acceperas. In deo ergo laudabo sermones meos, quia ibi ipse est fons sermonum verorũ. Meos, quia sitiens accesi & bibi. In deo laudabo sermões meos: In deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.) Nonne eras qui pauloante dicebas, Miserere mei dñe, qm conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me? Quomodo ergo hic nõ timebo quid faciat mihi caro? Quid tibi facies? Tuipse pauloante dixisti, conculcauit me, tribulauit me, Nihil faciet cum ista faciat? Respexit ad vinũ qd manat de calcatura, & rñdit: Plane cõculcauit, planè tribulauit: sed quid mihi faciet? Vna erã, vinũ ero: in deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea abominabãtur.) Sic sunt, nostis, dicite veritatẽ, prædicate veritatẽ, annunciate Chm paganis, annuncia te Ecclesiã hæreticis, annunciate omnibus salutem. Contradicunt, abominantur verba mea. Sed cũ verba abominantur, quem putamus abominantur, nisi eũ in quo laudabo sermones meos? Tota die verba mea abominantur. Sufficiat saltẽ abominentur verba, nihil vltra progrediantur, reprehendant, respuant. Absit. Vt quid dicã hoc? Q̃ si verba mea respuunt, qñ verba mea abominantur, quæ verba de fonte veritatis manant, quid facient illi per quẽ verba ipsa dicuntur? Quid nisi qd sequitur: Aduersum me omnia consilia eorũ in malum?) Si panem ipsum abominantur, vasculo in quo ministratur qũo parcunt? Aduersum me omnia consilia eorũ in malũ. Si sic, & in ipsum dñm, non dedignetur ergo corpus qd præcesit in capite, vt corpu hæreat capiti. H
Contemptus est dñs tuus, & tu te honorari vis ab eis qui longe facti sunt a sanctis? Noli tibi arrogare velle quod in illo non præcesit. Non est discipulus maior magi- Mat. 10.
stro suo, non est seruus maior dño suo: si patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Aduersum me omnia consilia eorũ in malum. Incolent & abscondent.) Incolere peregrinari est. Incolæ dñr qui habitant in patria non sua: omnis homo in hac vita peregrinus est, in qua vita videtis quia carne circuntegimur, per quam carnẽ cor videri põt: ideo Apostolus dicit, Nolite ante tps quicquam iudicare, quoadusq; veniat dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit co- 1. Co. 4.
gitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique a deo. Antequã hoc fiat, in hac peregrinatione carnalis vitæ quisque cor suũ portat, & oẽ cor omni cordi clausum est. Proinde isti, quorum consilia aduersus hunc in malum incolent & abscondent, quia ista in peregrinatione sunt, & carnem portant, dolũ tegunt in corde, quicquid mali cogitant, absõdunt. Quare? Quia adhuc peregrina est vita ista. Absc̃indant, apparebit quod absc̃ondunt, & ipsi non absc̃ondent. Est &

In hoc absconditio alius intellectus,qui fortasse magis placebit. Etenim ex ijs qui lõge I facti sunt a sanctis,subintrant quidã ficti,& peiores tribulationes faciunt corpori Chri: & quia nõ tanquã penitus alieni deuitant, ab ipsis pericula grauiora sustinet corpus Chri. Quæ cõmemorans Apostolus cum enumerargt multas passiones suas,& dicer. Cor. ret:Periculis fluminũ,piculis latronũ,periculis ex gñe,periculis ex gentibus,periculis in ciuitate,periculis in deserto, periculis in mari,periculis,inquit,in falsis fratribus. Hi nimis periculosi sunt, de quibus dicitur in Psal.40. alio psalmo: Et ingrediebantur vt videret, & nemo dicit,non intres vt videas. Intrat etenim tanquã tuus,nõ cauetur vt alienus. Isti ergo incolent & abscõdent, quia sic intrant in domũ magnã,non ibi perseueraturi,ideo incolent. Tales.n.peccatores seruos volens intelligi dñs, secundum illum intellectũ euangelicum,quo omnis qui facit peccatũ,seruus est peccati,ait:Seruus nõ manet Ioan. 8. in domo in æternũ,filius aũt manet in ẽternum.Quis intrat vt filius,nõ incolet, quia Mat.10. & 24. perseuerabit vsque in finẽ:qui intrat vt seruus,subdolus, pctõr,ad oculum attendens, K quærẽs quid rapiat, quærens quid accusẽt, aut quid vituperet, incolere intrat,non inhabitare & perseuerare.Nec istos tñ timeamus fratres:in deo speraui,nõ timebo quid faciat mihi caro.Etsi incolunt, etsi intrant, etsi fingunt,etsi abscondunt,caro sunt:tu in deo spera, nihil tibi faciet caro. Sed infert tribulationẽ, infert conculcationẽ, accedit vinũ,quia vna premitur,tribulatio tua infructuosa non erit. Alter videt te,imitat te, quia & tu vt disceres talẽ ferre, caput tuũ contẽplatus es,botrum illũ primũ,ad quem intrauit hũ vt videret,incoluit, & abscõdit traditor Iudas. Oẽs ergo ficto animo intrãtes,incolentes & abscondentes sunt,sed noli timere: Pr ipsorum Iudas cum dño tuo fuit,& ille quidẽ nouerat eum, quanquam Iudas traditor incolebat & abscondebat,tñ cor ipsius dño rerum patebat.Sciẽs ille elegit vnũ, vnde tibi solatiũ faceret nescituro, quos deuites. Poterat.n.ille non eligere Iu- Ioam. 6. dam,qui nouerat Iudã: ait quippe discipulis,Nõne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Ergo & diabolus electus est? Aut si electus non est,qũo duodecim elegit,& non potius vndecim? Electus & ille est,sed ad aliud. Electi vndecim ad opus probationis,electus vnus ad opus tẽtationis. Vnde posset tibi exẽplum dare nescturo, quos deuites malos, quos cauea fil-L sos & fictos incolentes & abscondẽtes, nisi vt dicat tibi.Ecce ego mecũ habui vnum ꝙ forũ? Prẽcesit exemplum,tolerauí,perferre volui quod sciebã,vt tibi nescienti prabe rẽ solatiũ.Quod mihi fecit,hoc faciet & tibi:vt multũ possit,vt multũ sæuiat, accusatus est, falsa cria dicturus est, vt pualeant falsitates.Nunquid in te prævalebunt,& in me non prævaluerunt? In me certe prævaluerunt,se cœlũ mihi non abstulerunt.Cũ Mat. ro ipsius iã sepulta falsos testes pertulit: parũ fuit eos perpeti in iudicio,perpessus est in sepulchro.Acceperunt pecuniã vt mentirentur,& dixerunt:Cũ dormiremus venerunt discipuli eius & abstulerunt eum. Talles aũt cæci erant Iudæi,vt crederent dicto omnino incredibili, crediderunt testibus dormientibus. Aut falsum erat ꝙ dormierant & mendacibus credere nõ debuerunt aut verum erat ꝙ dormierunt, & quod factum est nescierunt.Incolent & abscondẽt: incolant & abscõdant,quid faciũt? In deo speraui non timebo quid faciet mihi caro. Ipsi calcaneum meum obseruabunt.) Ecce nim sic incolent & abscondent,vt obseruẽt vbi homo labitur. Intenti sunt ad calcaneũ qñ fiat lapsus, vt pedem teneant ad ruinã, aut pedẽ supponant ad offensionẽ, certe vt inueniant quod accusent. Et quis ita ambulet vt nusquã labatur? Certe quod ciro fit M vel in lingua? Etenim scriptũ est,Si quis in lingua non offendit, hic perfectus est vir. Iac. Quis tandem se audeat dicere aut putare perfectũ? Ergo necesse est vt labatur in lingua. Illi autem qui incolent & abscondent, aucupantur verba omnia,quærunt alicubi laqueos & nodosas facere calumnias, quibus prius ipsi implicantur,ꝙ quos implicare contendunt,vt prius ipsi capiantur & pereant,ꝙ alios capiant vt perdant. Etenim recurrit homo in cor suum, & inde recurrit ad deũ,& nouit dicere: In deo laudabo sermones meos.Quicquid bonũ dixi, quicquid verũ dixi,deo dixi,& de deo dixi.Quicquid forte aliud dixi,quod dicere nõ debui, homo dixi,sed sub deo dixi, qui confirmat ambulantẽ,minatur erranti,ignoscit agnoscenti,reuocat linguã, reuocat lapsum. Lapsus.n.septies cadet & resurget, impij vero infirmabant in malis.Nõ ergo timeat vnusquisque vestrũ callidos insectatores, aucupes verborũ, dinumeratores pene ꝙ labarum,

A rum,& præuaricatores præceptorũ. (Quid in te arguat attẽdi, vt credat p te Christo, nõ attẽdit. Attende in sermones eius quẽ reprehendis, ne forte te aliquid salubriter doceat. Et quid me,inq;t, salubriter poterit docere,q̃ sic lapsus est in verbo? Hocipsum te forte salubriter doceret,ne sis auceps verborũ,sed collector præceptorum. Ipsi calcaneum meũ obseruabunt. Sicut sustinuit anima mea.) Hoc dico qđ sustinui,loquebatur expertus: Sicut sustinuit anima mea, incolent & abscondent. Omnes sustineat anima mea, foris latrantes, intus occultantes, sustineat forinsecus venientes, quasi fluius venit tentatio, in petra te inueniat,impingat,non deijciat: fundata est domus sua petrã:intus est,incolet,abscondet: vt pa- Mat. 7. tea tibi vicinetur,intret tritura boũ, intrẽt tribulæ tentationum,tu purgaris,illa comminuitur:sicut sustinuit anima mea.Pro nihilo saluos facies eos.) Docuit & pro ipsis orare:nempe incolent & abscondent, nempe dolosi,nempe simulatores atque insidiatores sunt:tu ora pro eis,& noli dicere,nunquid ecce talem hominẽ deus correcturus est,tam malũ,tã peruersum? Noli desperare,quẽ roges attende, non pro quo roges. B Magnitudinem morbi vides,potẽtiam medici non vides? Incolent & abscondent,sicut sustinuit anima mea.Sustine,ora: & qđ fiet? Pro nihilo saluos facies eos. Sic illos saluos facies, vt nihil tibi sit.i.vt nullus labor tibi sit. Hominibus desperati sunt, sed tu verbo curas,non laborabis in curando,quãuis nos stupeamus in inspiciendo. Est alius cies eos: nullis eorũ meritis præcedentibus 1.Ti. 1. saluos facies eos. Qui prius fui blasphe- Actor. 9. mus,inquit,& persecutor & iniuriosus,accipiebam literas a sacerdotibus, vt vbicunque inuenirẽ Christianos, alligarem & adducerem: vtique vt alligaret & adduceret, primo incolebat & abscondebat. Nulla ergo huius bona merita præcesserant de quibus saluaretur, immo talia pcesserat de qui bus dãnaretur: nihil boni attulit & saluus factus est. Pro nihilo saluos facies eos. Nõ ad te afferẽt hircos,arietes,tauros, non dona & aromata afferẽt in tẽplo tuo,nõ aliqd de cõscientia bona libaminis superfundunt, totũ in illis asperũ,totũ tetrum, totũ detestandũ,& cũ illi ad te nihil afferãt, vñ saluentur? Pro nihilo saluos facies eos.i gratis data gra tua. Quid ille latro attulerat ad crucẽ,de fauce venit ad iudiciũ, de iudicio in lignũ,de ligno in paradisum? Credidit psa. 115. pp qđ locutus est:sed & ipsam fidẽ qs do- C nauit,nisi qui iuxta pepẽdit? Pro nihilo saluos facies eos. In ira populos deduces.) Irasceris & deducis, sæuis & saluas, terres & vocas. Quid est.n.in ira populos deduces? Imples tribulationibus omnia,vt in tribulationibus positis oẽs recurrãt ad te, nõ delitijs & securitate peruersa seducantur. A te ira videtur,sed paterna. Irascitur pr filio cõtẽptori pceptorũ suorũ, iratus ei eũ colaphizat,cædit, aurẽ vellit,manu trahit, scholã ducit. In ira populos deduces. Quã multi ingressi sunt,q̃ multi impleuerũt domum dãi,in ira eius deducti.i.tribulationibus territi,& impleti. Ad hoc.n exagitat tribulatio,vt exinaniat vas quod plenũ est nequitia, & impleatur gra. In ira populos deduces. Deus vitã meã enũciaui tibi.) Vt .n.vitã tu fecisti, & ad hoc enuncio vitam meã tibi. Itane vero deus ignorabat quod dederat? Quid est hoc qđ illi enũciat? Docere vis deũ? Absit. Ergo quid ait? Enũciaui tibi. An forte,quia tibi prodest qđ enunciaui vitã meam? Et quid prodest deo? Lucris dei prodest. Enũciaui deo vitã meã, q̃a viuere me fecit deus. Quomodo n.enũciauit vitã suã Paulus Apostolus,dicẽs: Qui D prius fui blasphemus & persecutor & in- 1.Ti. 1. iuriosus? Enũciet vitã suã, Sed misericordiam consecutus sum. Enunciauit vitã suã, non sibi sed illi, quia sic enunciauit vt illi crederetur,non ad lucra sua,sed ad lucra illius:quid.n.ait ipse Paulus? Ideo Christus 1.Co. 5. mortuus est & resurrexit,vt qui viuit iam non sibi viuat,sed ei qui pro omnibus mortuus est. Si ergo uiuis & non a te viuis, qa vt viueres ille præstitit,enuncia vitam tuã non tibi,sed illi,non tua q̃rens, non tibi viuẽs,sed ei qui pro omnib. mortuus est. Et enim de quibusdã reprobis quid ait idẽ Apo philip. 2. stolus? Oẽs.n.sua q̃rũt,nõ q̃ Iesu Christi. Sed si ppea enũcias vitã tuã vt tibi ꝓsit, et alijs non prosit,tibi illã enuncias non deo: si aũt enuncias vitam tuam, vt alios etiam inuites ad accipiendam vitam, quam & tu accepisti, enuncias vitam tuam illi a quo accepisti, & habebis mercedem amplioré, quia & ex eo quod accepisti non ingratus extitisti. Deus vitam meã enunciaui tibi. Posuisti lachrymas meas i cõspectu tuo.) Exaudisti me deprecantem te. Sicut & in repromissione tua.) Quia sicut repromiseras,

seras,hoc egisti.Dixisti te exauditurũ flen
tẽ, credidi, fleui, exauditus sum, inueni te
misericord ẽ in repromittẽdo,veracẽ in red
dẽdo sicut & in repromissione tua.Cõuer-
tantur inimici mei retrorsum.) Hoc ipsis p-
dest,nõ malum illis optat. Etenim peccere
volũt,tõ corrigi nolunt. Mones inimicum
tuũ vt bene viuat,vt se corrigat: ille cõtem
nit,ille respuit verbũ tuũ,Ecce qui me mo-
net,ecce à quo auditurus sum pcepta quib.
viuã, pcedere te vult,& pcedendo non cor-
rigit.Non attendit,quia uerba tua nõ sunt
tua,non attendit, quia vitã tuam deo enun
cias,nõ tibi. Præcedẽdo.n.non corrigitur:
Bonũ est illi vt cõuertatur retrorsum, quẽ
pcedere volebat,sequatur.Dñs de passione
sua futura discipulis loquebatur,exhorruit
Mat. 16 Petrus & ait,Absit dñe,nõ fiet istud:paulo
ante dixerat,Tu es Christus filius dei viui,
cõfessius deum, timuit eũ mori quasi homi-
nem.Dñs autem qui sic venerat vt pateretur,neque.n.aliter salui esse possemus, nisi
eius sanguine redimeremur,pauloante cõ-
Ibidem. fessionẽ Petrũ laudauerat & dixerat:Quia
non tibi caro & sanguis reuelauit hoc, sed
pr̃ meus qui in cęlis est, ppea tu es Petrus,
F & super istam petram ædificabo Ecclesiam
meam,& portę inferorum non vincent eã,
& tibi dabo claues regni cœlorum. Videte
quemadmodum prosecutus est cõfessionẽ
veram,piam,plenam fiducia qui dixit: Tu
es Christus filius dei viui. Continuo autẽ
vbi cœpit loqui dñs de passione sua, timuit
ille ne periret moriendo, cum ipsi nos peri
remus nisi ille moreretur,& ait: Absit do-
mine,non fiet istud:& dominus illi cui pau
loante dixerat, Beatus es,& super hanc pe-
Mat.16. tram ædificabo Ecclesiam meam: Redi,in-
quit,retro satanas,scãdalum mihi es.Quare ergo satanas, qui pauloante beatus & petra? Non.n.sapis ea q̃ dei sunt,ait,sed quæ
sunt hominis. Pauloante qrẽ dei,quia non
reuelauit tibi caro & sanguis ,sed pr̃ meus
qui in cœlis est.Q ũ in deo laudabat sermo
nem,non satanas,sed Petrus à petra:quando autem à se , & ex humana infirmitate,
amore hominis carnali,quod impedimento esset saluti ipsius & cæterorum , satanas
dictus est.Quare ? Quia præcedere dominum volebat, & duci cœlesti terrenum dare consilium:Absit domine,non fiet istud.
Dicis absit,& dicis domine.Vtique si domi
nus ẽ,ptãte facit:si magister est, nouit quid
faciat,nouit quid doceat. Tu aũt vis duce-
re ducem,docere magistrum,iubere domi-
no,optare deo, multũ pręcedis,redi retro. G
Nũquid nõ & istis inimicis hoc proderat?
Conuertantur inimici mei retrorsum, sed
non remaneant retrorsum.Ideo conuertan
tur retrorsum, ne præcedant,sed vt sequan
tur,non vt remaneant. Conuertantur inimici mei retrorsum. In quacunque die in-
uocauero te, ecce sciui qm̃ deus meus es
tu.) Magna scientia: non ait,sciui quia deus
es:sed,quia deus meus es tu. Tunc est enim
cum tibi subuenit,tunus est cũ tu ab illo alie
nus non es. Vnde dicitur,Beatus populus
cuius est dñs deus ipsius. Quare cuius est? Psal.
Cuius.n.non est: Omniũ quidem deus est,
sed eorum deus proprie dr̃ qui eũ diligunt,
qui eum tenent,qui illum possident,qui illum colunt. Tanquam de domo ipsius magna,sunt familię eius redemptæ magno san
guine vnici filij.Quantũ dedit nobis deus,
vt ipsius essemus,& ipse sit noster? At vero
alienigenæ longe facti sunt & sanctis , filij
alieni sunt . Videte quid de illis dicatur in
alio Psalmo: Domine libera me,ait,de ma-
nu filiorũ alienorũ, quorũ os locutum est
vanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis.Et vide altitudinem ipsorũ,sed altitudinẽ dei,id est,superbiã tẽporalẽ. Quorum
filij,inquit,sicut nouellæ constabilitæ, filię ip
eorũ ornatæ vt similitudo templi.Fœlicita-
tẽ describit psentis seculi,i qua errantes ho
mines & eam pro magno habentes , fœlici-
tatem veram sempiternamque non quæ-
runt.Inde ergo isti filij alieni,non filij dei:
quorum filij, inquit, eorum sicut nouellæ
constabilitæ , filię eorum ornatæ sicut
similitudo templi : Cellaria eorum plena,
eructantia ex hoc in illud:Boues eorũ cras-
si,oues eorum fœcundæ, multiplicantes in
exitibus suis: non est ruina maceriæ neque
transitus , neque clamor in plateis eorum:
& quid sequitur?Beatũ dixerũt populũ cui
hæc sunt,sed qui dixerunt?Filij alieni,quo-
rum os locutum est vanitatem. Tu quid di
cis ? Beatus populus,cuius ẽ dominus deus
ipsius. Tulit omnia de medio cætera quæ
dat deus,& dedit ipsum deũ . Omnia quip-
pe illa frẽs quæ commemorauerũt filij alie
ni, dat deus, sed & alienis dat , sed & malis
dat,sed & blasphemis dat , qui solem suum
oriri facit super bonos & malos,& pluit su-Matt.
per iustos & iniustos. Aliquando ista bonis
dat, aliquando non dat, & malis aliquando
dat,aliqñ nõ dat. Bonis tamen seruat seip-
sum,malis autem ignem sempiternum. Est
ergo malum quod non dat bonis, & est bo-
num quod non malis,sunt quædam media,
& bona & mala quæ dat & bonis & malis.
Nos ergo deum amemus fratres pure & ca
ste. Non est castum cor,si deum ad merce-
dem colit. Quid ergo? Mercedẽ de dei cul-
tu non habebimus ? Habebimus plane, sed
ipsum deum quem colimus,Ipse nobis mer
ces erit,quia videbimus eũ sicuti est.Atten-
de,quia mercedẽ consequeris. Amatoribus
1.Ioan.3 suis dñs noster Iesus Christus quid dicit ?
Ioan.14 Qui diligit me,mandata mea custodit , &
qui diligit me,diligetur à patre meo, & ego
diligam eum.Quid illi ergo dabis? Et ostẽ-
dã meipsum illi: si non amas, parum est: si
gratis amas,si suspiras , si gratis colis eum , à quo
gratis emptus es , non.n.eum promerueras
vt te redimeret: si consideras in te beneficia
eius,suspiras , & inquietum habes cor desy-
derio eius,noli extra eum aliquid ab eo q̃re
re,ipse tibi sufficiet. Quantumlibet sis auaa-
rus,sufficit tibi deus. Etenim auaritia terrã
quærebat possidere totam,addę & cœlum ,
plus est qui fecit cœlum & terram . Dica-
mus fratres,in istis humanis coniugijs con-
syderate cor castum quale sit ad deum.Cer
te humana coniugia sunt , non diligit vxo-
rem suam,qui propter dotem illam diligit:
K nõ maritum caste diligit,quæ propterea di-
ligit, quia aliquid donauit, aut quia multũ
donauit. Donauit & diues maritus,& pau-
per factus est maritus.Quam multi proscri
pti à castis vxoribus amplius dilecti sunt ?
Probata sunt multa casta coniugia calami-
tatibus meritorum , & ne aliud amare quã
maritum putarentur, non solum non defer
uerunt,sed amplius obsecutæ sunt. Si ergo
maritus carnalis gratis diligitur,si caste di-
ligitur : & vxor carnalis gratis diligitur , si
caste diligitur : deus quomodo diligen-
dus est , verus & verax animæ maritus ad
prolem sempiternæ vitæ fœcundans, & ste
riles nos non esse permittens ? Illum ergo
sic diligamus, vt aliud præter ipsum non di
ligamus,& sit in nobis quod diximus,quod
cantauimus,quia & hæc vox nostra est : In
Psal.52. quacunque die inuocauero te , ecce sciui
quoniam deus meus es tu. Hoc est inuo-
care deum,graris inuocare deum . Proin-
de quibusdam quid dictum est ? Do-
minum non inuocauerunt. Quasi dominũ
sibi inuocare videbantur , & petebant eum
de hæreditatibus,de amplificanda pecunia,

de prolongãda vita ista,de cæteris tẽporalibus rebus. Et quid de illis scriptura dicit à
Dñm non inuocauerunt. Idco quid sequit?
Ibi timuerunt timore,vbi non erat timor . L.
Quid est,vbi non erat timor? Ne illis subtraheretur pecunia,ne aliquid in domo eorum minus fieret. Postremo ne minus annorum haberent in hac vita,quam sibi sperabant. Veruntamen illic trepidauerunt timore vbi non erat timor,quales fuerunt illi Iudæi:Si dimiserimus eum viuere,veniẽt Ioan.11
Romani & auferent a nobis & locum & gẽtem. Ibi timuerunt timore vbi non erat timor . Ecce sciui,qm̃ deus meus es tu . Magnæ diuitiæ cordis , magnum lumen oculi interioris , magna fiducia securitatis : Ecce sciui qm̃ deus meus es tu . In deo laudabo verbum, in dño laudabo sermonem,in deo sperani, non timebo quid faciat mihi hõ .)
Iam ipse est sensus qui superius est repetitus. In me sunt deus vota tua,quæ reddam
laudes tibi.) Vouete & reddite dño deo ve- Psal.75.
stro. Quid voueatis,quid reddatis? An forte animalia illa q̃ offerebant ad aras aliqñ ?
Nihil tale offeras,in te est quod voueras &
reddas . De cordis arca ,pfer laudis incensum, de cellario bonæ conscientiæ ,pfer sacrificiũ fidei. Quicquid ,pferas,accẽde charitate. In te sint vota,q̃ reddas laudes deo .
Cuius laudes? Quid.n.tibi pstitit? Qm̃ erui M
sti animã meam de morte.) Ipsa est illa vita Psa.114.
quã enũciat illi,Deus vitã meã enũciaui tibi. Qui.n.erã mortuus,per meipsum eram
mortuus,p te quid sum ? Viuus:ideo in me
sunt deus vota tua, q̃ reddã laudes tibi : Et
amo deũ meũ. Nemo hunc mihi eripit:qđ
illi dem,nemo mihi eripit,quia in corde in
clusum est.Et merito dr̃ in illa superiore fiducia,quid faciat mihi homo? Sæuiat hõ,p
mittatur sæuire, permittatur efficere quod
conatur. Quid est ablaturus? Aurum,argẽtum,pecora,seruos,an cillas,fundos,domos,
auferat omnia: nunquid auferet vota q̃ in
me sunt,q̃ reddã laudes deo? Permissus est Iob. 1.
tentare tentator sanctum virum Iob , vno
pũcto temporis abstulit omnia. Quicquid
facultatum habuerat ademit,abstulit hæreditatem,interfecit filios. Neque hoc paulatim,sed cateruatim,vno ictu , vno impetu,
vt omnia subito nunciarentur. Ablatis omnibus solus remansit Iob.Sed in illo erãt vota laudis q̃ redderet deo,in illo plane erant.
Aream sancti pectoris sui fur diabolus non
inuaserat,plenus erat vũ sacrificaret. Audi
quæ

quæ habebat,audi quæ protulit: Dominus dedit,dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factũ est,sit nomen domini benedictũ.O diuitiæ interiores, quo fur nõ accedit. Ipse dederat deus vnde accipiebat, ipse ditauerat, vnde illi offerebat quod amabat. Laudẽ à te quærit deus,confessionẽ tuã q̃rit deus. Sed de agro tuo aliquid daturus es, ipse pluit vnde haberes. De arca daturus es aliquid,ipse instituit quod daturus es. Quid daturus es quod ab illo non accepisti? Quid.n.habes quod non accepisti? De corde dare vis,ipse dedit fidem,spem & charitatẽ, hoc prolaturus,hoc sacrificaturus es. Sed plane omnia illa cætera põt tibi auferre inimicus inuito, hoc auferre non põt nisi volenti. Illa pdet & inuitus,& volens habere aurũ,perdet aurũ:& volens habere domũ,perdet domum: fidem nemo perdet nisi qui spreuerit.In me sunt deus vota tua,q̃ reddã laudes tibi,quia eruisti animã meam de morte,oculos meos à lachrymis:Et pedes meos de lapsu,vt placeam corã deo in lumine viuentiũ.) Merito non placet filijs alienis longe factis à sanctis,quia non habent lumen viuentiũ vnde videant quod deo placet. Lumen viuentiũ, est lumen immortalium,lumen sanctorum. Qui non est in tenebris, placet in lumine viuentium. Attenditur homo & ea quæ ipsius sunt, & nemo scit qualis est,deus videt qualis est. Aliquando & ipsum diabolum latet,nisi tentet non inuenit,sicut de isto viro quem modo commemoraui. Nouerat eum deus,& ei testimonium perhibebat: Diabolus eum non nouerat,& ideo dixerat,Nunquid nõ Iob gratis colit deum? Videte quo prouocat inimicus. Ibi perfectio est: Videre quid obijcit inimicus. Videbat hominem deo seruientẽ, in omnibus obsequẽtem,omnia bene operãtem: & quia diues erat & fœliciſsima domus,hoc obijcit, quia ideo colit deũ, q̃n dedit illi hæc omnia: Nunquid non Iob gratis colit deum? Hoc.n.erat verum, hoc lumen viuentium vt gratis coleret deum. Deus videbat in corde serui sui cultum suũ gratuitũ. Placebat.n.illud cor in conspectu domini in lumine viuentium, diabolũ latebat,quia in tenebris erat. Admisit deus tentatorem, non vt ipse nosset qđ nouerat, sed vt nobis noscendum & imitãdum pberet. Nunquid.n.si tentator non admitteretur,videremus nosipsi in Iob, quod deberemus & vellemus imitari? Admissus est tẽtator,abstulit omnia,remãsit ille solus à facultatibus,solus à familia, solus à filijs, plenus deo, vxor sane relicta erat. Misericordẽ putatis diabolum qui ei reliquit vxorẽ? Nouerat per quẽ deceperat Adã,suã reliquerat adiutricẽ,non mariti cõsolatricẽ. Ille ergo plenus deo in quo vota erant q̃ redderet laudis,vt ostenderet,q̃a gratis deũ colebat,non ideo q̃a tanta acceperat,& amisis omnibus talis est,q̃a illũ qui dederat omnia non amisit: Dñs dedit,inquit,dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factũ est,sit nomen domini benedictum. Vulnere ẽt percussus à capite vsq; ad pedes, integer tamẽ intus rẽ dit tentatrici,de lumine viuentiũ,de lumine cordis sui, Locuta es tanquã vna ex insipientibus mulieribus.i.tanquã ea q̃ non habet lumen viuentiũ Lumen.n.viuentiũ sapientia,& tenebræ insipiẽtium stultitia est. Locuta es tanquam vna ex insipiẽtibus mulieribus:carnem meam vides,lumen cordis mei non vides. Poterat.n.illa tunc virũ emplius amare, si pulchritudinẽ interiorẽ sufferre & inspicere,vbi ille pulcher erat corã oculis dei, quia in illo erãt vota q̃ redderet laudis deo. Quo illud patrimonium non inuaserat inimicus? Quam integrũ erat quod possidebat, & pp quod amplius possidendũ sperabat iturus à virtutibus in virtutẽ. Ergo fratres ad hoc valeant nobis hæc omnia,vt deũ gratis diligamus, in illo semper speremus,nec hominẽ, nec diabolũ timeamus,nec ille, nec iste facit aliquid, nisi q̃d permittitur: permitti ad nihilum põt, nisi quod nobis prodest. Toleremus malos, simus boni,quia & nos fuimus mali. Pro nihilo saluos faciet deus oẽs,de quibus desperare non debemus. Ergo de nemine desperemus, p omnibus quos patimur oremus, a deo nunquã recedamus. Patrimoniũ nostrum ipse sit,spes nostra ipse sit, saluus nostra ipse sit. Ipse hic consolator,ibi munerator,vbique viuificator & vitæ dator,non alterius vitę,sed illius de qua dictum est,Ego sum via & veritas & vita,vt & hic in lumine fidei,& ibi in lumine speciei, tanquã in lumine viuẽtiũ in cõspectu dñi placeamus.

In Psalmum quinquagesimumsextum, Enarratio.

AVdiuimus in Euangelio modo frẽs,q̃tum nos diligat dominus & saluator noster Iesus Christus,deus apud patrem, homo apud nos, ex nobisipsis tãm circa patris dexteram. Audistis quantũ nos diligat:nam suæ charitatis mẽsuram & ipse dixit & nobis indixit, mandatũ suũ dicens esse,vt nos inuicem diligamus. Et ne quære remus dubitantes & æstuantes, quantũ nos debeamus inuicem diligere, quantaq; illa sit quæ deo placeat charitatis perfecta mensura:ea enim perfecta est qua maior esse nõ potest,ipse expressit,ipse docuit,& ait,Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponit quis pro amicis suis. Fecit ipse quod docuit, fecerunt Apostoli quod ab illo didicerunt,& nobis faciendum prædicauerunt. Faciamus & nos,quia & si non sumus quod ille secũdum id quod creauit nos, quod ille tamen sumus secundũ id quod factus est propter nos:& si solus fecisset,forte nemo nostrum deberet audere imitari. Ista.n.ille hõ erat,vt & deus esset. Sed in eo q̃ homo erat,imitati sunt serui dominũ, & discipuli magistrum, & fecerunt qui nos præcesserunt in familia eius, partes quidem nostri,sed tamen conserui nostri. Neq; impetraret hoc deus vt faceremus, si impossibile esse iudicaret,vt hoc ab homine fieret. Si consyderans infirmitatem tuam deficis sub præcepto,confortare in exemplo:sed ẽt exemplum ad te multum est, adest ille qui præbuit exemplum,vt præbeat & auxiliũ. Audiamus ergo & in isto psalmo:opportune nanq; accidit & illo procurante,vt ei cõsonaret Euangelium,commendans nobis dilectionem Christi, qui animam suã posuit pro nobis, vt & nos animam nostram pro fratribus ponamus. Concordauit & consonuit huic Psalmo,vt videamus quomõ ipse dominus noster animam suam posuit pro nobis. Psalmus.n.iste passionem ipsius canit,& quoniam totus Christus caput est & corpus,quod bene vos nosse non dubito: ea put est ipse saluator noster,passus sub Pontio Pilato,qui nunc posteaquam resurrexit a mortuis,sedet ad dexteram patris. Corpus autem eius est Ecclesia,non autem illa aut illa,sed toto orbe diffusa: Nec ea quæ nunc est in hominibus,qui præsentem vitã agunt, sed ad eam pertinentibus etiam his qui fuerunt ante nos, & his qui futuri sunt post nos vsq; in finem seculi. Tota.n.Ecclesia constans ex omnibus fidelibus, quia fideles omnes membra sunt Christi, habet illud caput positum in cœlestibus quod gubernat corpus suum, etsi separatum est à visione,sed annectitur charitate. Quia ergo totus Christus caput est & corpus eius, propterea in omnibus psalmis sic audiamus voces capitis, vt audiamus & voces corporis. Noluit.n.loqui separatim, quia noluit esse separatus, dicens, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Si nobiscũ est,loquitur in nobis,loquitur de nobis,loqꝫtur per nos, quia & nos loquimur in illo, & ideo verũ loquimur,q̃ in illo loquimur: nam q̃n in nobis & ex nobis loqui voluerimus,in mendacio remanebimus. Quia ergo passionẽ dñi cãtat iste psalmus: vide quẽ titulũ habeat. In finẽ.) Finis est Christus, quare dictus est finis? Non qui consumat, sed qui consummet. Consumere.n.perdere est: consummare,perficere. Finitum.n. quicquid dicimus,à fine dicimus: aliter dicimus,finitus est panis: aliter dicimus,finita est tunica. Finitus est panis qui manducabatur,finita est tunica q̃ texebatur. Panis ergo finitus est vt consumeretur, tunica finita est vt perficeretur: finis ergo propositi nostri Christus est, quia quantumlibet conemur,in illo perficimur,& ab illo pficimur, & hæc est perfectio nostra,ad illum peruenire: sed cum ad illum perueneris,vltra nõ quæris,finis tuus est. Qũo.n.finis vitæ tuæ locus est quo tendis, quo cum perueneris, iam manebis: sic finis studij tui, propositi tui,conatus tui, intentionis tuæ, ille est ad quem pertendis,ad quẽ cum perueneris,vltra nil desyderabis, quia melius nihil habebis. Ipse ergo & exemplum nobis viuendi proposuit in hac vita, & præmium viuendi dabit in futura vita. In finem ne corrumpas ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cũ fugeret à facie Saul in speluncam.) Referentes nos quidem ad sanctam scripturam, inueni mus sanctum Dauid illum regem Israel,ex quo etiam nomen accepit Psalterium Dauidicum, persecutorem passum fuisse Saulem regem ipsius populi, sicut multi vestrum nouerunt qui scripturas vel attigerunt vel audierunt. Habuit ergo persecutorem Saulem rex Dauid, & cum esset ille mitissimus, ille ferocissimus: ille lenis, ille inuidus:ille patiens,ille crudelis: ille beneficus,ille ingratiosus, pertulit eum tanta lenitate, vt cum eum accepisset in manus, non illũ attigisset,non illum læsisset. Accepit.n.à dño deo potestatem, vt si vellet,occideret Saulẽ ipse Dauid, & elegit parcere q̃ occidere. Ille autem nec tali beneficio victus est vt desineret persequi. Inuenimus ergo

ergo illo tempore qñ Saul Dauid persequebatur, regẽ futurũ & ꝓdestinatum rex iam reprobatus, ꝙ fugeret à facie Saul in spelũcam ipse Dauid. Quid ergo hoc ad Christũ? Si omnia q̃ tũc agebantur, figuræ erant futurorũ, inuenimus ibi Christũ & multo maxime: nã illud, Ne corrumpas in tituli inscriptionem: non video qũo pertineat ad illũ Dauid. Nõ. n. aliquis titulus inscriptus erat ipsi Dauid quẽ corrumperet Saul. Videmus aũt in passione dñi scriptum fuisse ti-
Mat. 27. tulum, Rex Iudæorũ: vt ille titulus expro-
Ioan. 19 braret frontẽ ipsorũ, quod à rege suo manus non abstinuerunt. In illis. n. Saul erat, in Christo Dauid erat. Christus. n. sicut
Rom. 1. Apostolicũ & Euangelicum est quod noui
Matt. 1. mus, quod confitemur, ex semine Dauid secundum carnem: nam secũdum diuinitatẽ supra Dauid, supra oẽs homines, supra cœlum & terrã, supra angelos, supra omnia visibilia & inuisibilia, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: Digna-
Ioan. 1. tus tñ hõ fieri ex semine Dauid ad nos
Luc. 1. venit, quia de tribu Dauid natus est, vnde
& 2. virgo Maria quæ peperit Christũ. Inseri-
Ioã. 19. ptus itaq; titulus ille est, rex Iudæorũ. Saul vt diximus, populus Iudæorũ erat, Dauid Christus erat, titulus ibi, Rex Iudæorũ. Indignati sunt Iudæi quia inscriptus erat titulus, Rex Iudæorũ: puduit illos habere regem quẽ crucifigere potuerunt. Non enim viderunt, quia ipsa crux, in qua eum fixe-
K runt, futura erat in frontibus regum. Cum ergo indignarentur ex illo titulo, adierunt Pilatum iudicem, cui obtulerunt occidendum Chm, & dixerunt ad eum: Noli scribere sic, rex Iudæorum sed scribe, quia ipse dixit se regem esse Iudæorũ. Et quia iã cãtatum erat per spiritum sanctum, In finem ne corrumpas in tituli inscriptionem: Rñdit eis Pilatus, Quod scripsi scripsi: Quid mihi suggeritis falsitatem? Ego non corrũpo veritatem. Audiuimus ergo quid sibi velit, ne corrumpas in tituli inscriptionem. Quid ergo est, cum fugeret à facie Saul in
1. Re. 24 spelunca? Quod quidem & Dauid ille fecit: sed quia in illo non inuenimus tituli in scriptionem, in hoc inueniamus fugam in spelunca. Figurabat. n. aliquid illa spelunca, qua se texit Dauid. Quare aũt se texit? Vt occultaret & non inueniretur Quid est contegi spelunca? Cõtegi terra: qui. n. fugit in spelunca, terra contegitur ne videatur. Portabat aũt terrã Iesus carnẽ quã accepe-

rat de terra, & in ea se occultabat, ne à Iudæis inueniretur deus. Si. n. cognouissent, nunquã dñm gloriæ crucifixissent. Quare ergo dñm gloriæ non inuenerunt? Qd ipse qui de titulo eius satis locuti sumus, quanlunca se texerat. i. carnis infirmitatem oculis obijciebat: maiestatem autem diuinitatis in corporis tegmine, tanquam terræ abdito contegebat. Illi ergo non cognoscẽtes deum, crucifixerunt hominem. Nec mori potuit nisi in homine, nec crucifigi potuit nisi in homine, quia nec teneri posset nisi in homine. Oppositum male quærẽtibus terrã, seruauit bene q̃rentibus vitã. Fugit ergo secundum carnem in spelunca à facie Saul. Quod si ex hoc velis accipere, ita dñm fugisse in spelunca à facie Saul quia passus est, vsqueadeo se occultauit Iudæis, vt & morereturꝰ q̃tumlibet. n. sæuirent in eũ Iudæi & donec moreretur, adhuc putabãt eũ posse liberari, & ostendere miraculum aliquod ꝙ filius dei esset: hoc ꝓdictum erat in libro Sapientiæ, Morte turpissima condemnemus illum: erit. n. respectus illi ex sermonibus illius. Si. n. vere filius dei est, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contriorũ. Quia ergo crucifigebatur, & non liberabatur, crediderunt illum non esse filiũ dei. Propterea insultantes pendenti in ligno, & caput agitãtes, dicebant illi: Si filius dei es, descende de cruce, alios saluos fecit, se ipsum saluare nõ põt. Ista dicentes sicut in ipso libro Sapientiæ, hæc cogitauerunt & errauerũt. Excæcauit. n. illos malitia eorum. Quid. n. magnũ erat de cruce descendere, cui facile fuit de sepulchro resurgere? Sed quare? Quia vsq; ad mortem voluit esse patiens, vt fugeret à facie Saul in spelucam. Et enim spelunca, inferior pars terræ potest accipi. Et certe qđ manifestũ est, & certũ omnibus hominibus, corpus eius in monumẽto positũ est, qđ erat excisum in petra. Hoc ergo monumentũ spelunca erat, illuc fugit a facie Saul. Tandiu. n. persecuti sunt illũ Iudæi, quoadusq; ponerẽt in spelunca. Vnde probamus ꝙ tandiu illũ persecuti sunt, quousq; ibi ponerẽt? Etiã mortuũ in cruce pendẽtẽ lancea vulnerauerũt. At vbi inuolutus, curato funere positus est in spelunca, iã nihil habuerunt qđ carni facerẽt. Resurrexit dñs ex illa spelunca illæsus, incorruptus, quo fugerat à facie Saul, occultans se impijs quos præfigurabat Saul. Ostendens se autem membris suis. Nam resurgẽtis membra à mẽbris eius palpata sunt. Nã bra. n. eius Apostoli tetigerunt resurgentẽ & crediderunt, & ecce nihil profecit persecutio Saulis. Audiamus ergo iam psalmũ, qui de titulo eius satis locuti sumus, quãtũ dãs dare dignatus ẽ. Miserere mei deus, miserere mei, qm̃ in te cõfidit anima mea.) A Christus in passione dicit, Miserere mei deus. Deo deus dicit miserere mei. Qui cũ patre miseretur tui, in te clamat miserere mei. Etenim quod de illo clamat, miserere tuum est. A te hoc accepit, propter te liberandum carne indutus est. Caro ipsa clamat. Miserere mei deus, miserere mei. Homo ipse anima est & caro. Totũ. n. hominẽ suscepit verbũ, & totus hõ factus est verbum. Ne ideo putetur non ibi fuisse animam, quia Euangelista ita dicit: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Etenim, dicitur, caro homo, sicut alio loco dicit scriptura: Et videbit omnis caro salutare dei. Nunquid caro sola videbit, & anima ibi non erit? Iterum dicit ipse dñs de hominibus, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Nũquid in sola carne acceperat potestatem, & nõ maxme in animas, quas primitus liberabat? Ergo ibi erat anima, ibi erat caro, ibi totus homo: totus homo cum verbo, & verbum cum homine, & homo & verbum vnus homo, & verbum & homo vnus deus. Dicat ergo, Miserere mei deus, miserere mei. Non expauescamus voces B petentis misericordiam & exhibentis. Ideo enim petit, quia exhibet: ad hoc enim homo, quia misericors, non vt conditionis necessitate nasceretur, sed vt conditione necessitatis liberaret. Miserere mei deus miserere mei: Qm̃ in te confidit anima mea.) Au dis magistrum orãtem, disce orare. Ad hoc enim orauit vt doceret orare, quia ad hoc passus est vt doceret pati, ad hoc resurrexit vt doceret sperare resurrectionem. Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.) Hoc planẽ iam totus Christus dicit: hic est & vox nra. Non enim transiuit iniquitas, adhuc seruet iniquitas. Et in fine dixit ipse dñs abundantiã iniquitatis, Et qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ: qui aũt perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Quis aũt perseuerabit vsq; in finẽ, quoadusq; transeat iniquitas? Qui fuerit in Christo, a capite corpore, qui fuerit in membris Chri, & a capite didicerit patientiam perseuerandi. Transiit, & ecce transierunt tentationes

tuæ, & is in aliam vitam in quam ierũt sancti si sanctus fueris: in aliã, inquam, ierunt martyres, si martyr fueris ibis & tu in aliã vitã. Nunquid quia tua trãsisti hinc, ppea iã transijt iniquitas? Nascuntur alij iniq, sicut moriunt, alij iniq. Qũo ergo alij iniqu moriunt, & alij nascuntur: sic alij justi eũt, & alij nascũtur. Vsq; in finẽ seculi nec iniqtas deerit premẽs, nec iustitia patiens. Et in vmbra alarũ tuarum sperabo, donec transeat iniqtas. i. tu ꝓtegas me: & vs ab æstu iniqtatis nõ arescã, tu vmbraculũ præbebis mihi. Clamabo ad deum altissimũ.) Si altissimus est, qũo te audit clamantem? Nata est experimẽto fiducia. Deum, inqt, qui bene fecit mihi.) Si antequã eum quærerem bene fecit mihi, clamantem me non exaudiet? Bene enim nobis fecit dominus deus mittendo nobis saluatorem nostrum Iesum Christum vt moreretur propter de- Rom. 4.
licta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram. Pro qualibus mori voluit filium suum? Pro impijs. Impij autem nõ quærebant deum, & quæsiti sunt à deo. Sic est ergo ille altissimus, vt non sit ab illo lõge miseria nostra & gemitus noster, quia prope est dominus his qui obtriuerũt cor. Clamabo ad deum altissimum, deum q̃ be- Ptal. 33.
nefecit mihi. Misit de cœlo & saluum fecit me.) Iam homo ipse, iam caro ipsa, iam filius dei sc̃dm nostram participationẽ manifestum est q̃ saluatus est: & misit de cœlo pater, & saluauit eum: misit de cœlo, & D
resuscitauit eum. Sed vt noueritis quia & ipse deus est, & ipse se resuscitauit, vtrunque positum est in scriptura, quia & pater illum resuscitauit, & quia ipse se resuscitauit. Audite, quia pater illum resuscitauit, Apostolus dicit: Factus est, inquit, obediẽs Phili. 2.
vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter qđ & deus eum exaltauit, & donauit nomen quod est super oẽ nomen. Audistis patrem resuscitantem & exaltantẽ filiũ: audite quia & ipse carnem suam resuscitauit. In figura templi dicit ad Iudæos, Soluite tẽplum hoc, & in triduo resuscitãbo illud. Euangelista autem exposuit nobis Ioan. 2.
qđ diceret: hoc autem, inqt, dicebat de templo corporis sui. Modo ergo ex persona precantis, ex persona hominis, ex persona carnis dicit: Misit de cœlo, & saluum me fecit. Dedit in opprobrium conculcantes me.) Qui illum conculcauerunt? Qui mortuo insultauerunt, qui tanquã hominem crucifixe-

fixerunt,quia deum non intellexerunt,dedit eos in opprobrium. Vdete si non est factum,non futurum credimus, sed completum agnoscimus. Sæuierunt Iudæi in Christum,superbierunt in Christum. Vbi? In ciuitate Hierusalem. Vbi enim regnabant,
E ibi tumebant,ibi ceruices erexerunt. Post passionē domini eradicati inde sunt, & perdiderunt regnum in quo regem Christum agnoscere noluerunt. Quemadmodum dati sunt in opprobrium videte, dispersi sunt per omnes gentes,nusquam habentes stabilitatem,nusquā certam sedem. Propterea autem adhuc Iudæi sunt, ut libros nostros portent ad confusionem suā. Quando.n. volumus ostendere prophetarum Christum,proferimus Paganis istas literas. Et ne forte dicant duri ad fidem,quia nos illas Christiani composuimus,vt cum Euangelio quod prædicamus finxerimus Prophetas, per quos prædictum videretur quod prædicamus, hinc eos conuincimus, quia omnes ipsæ literæ quibus Christus prophetatus est apud Iudæos sunt: omnes ipsas literas habent Iudæi: Proferimus codices ab inimicis,vt confundamus alios inimicos.
In quali ergo opprobrio sunt Iudæi? Codicem portat Iudæus vnde credat Christianus. Librarij nostri facti sunt, quomodo solent serui post dominos codices ferre, vt illi portando deficiant, illi legendo proficiant. In tale opprobrium dati sunt Iudæi, & impletū est quod tanto ante prædictum est. dedit in opprobrium conculcantes me. Quale autē opprobriū est fratres,vt hunc versum legant,& ipsi cæci attendant ad spe
F culū suū? Sic.n apparēt Iudæi de scriptura sancta quam portant, qūo apparet facies cæci de speculo: ab alijs videt, ab ipso non uī. Dedit in opprobriū cōculcantes me. Quærebas forte cū diceret, Misit de cœlo & saluum me fecit: quid misit de cœlo? Quē mi
Matt.4. sit de cœlo? Angelum misit,vt saluum faceret Christū, & per seruum saluus fit dūs? Omnes enim angeli creatura seruiēs Christo est. Ad obsequium mitti potuerunt angeli, ad seruitium mitti potuerunt, non ad adiutorium: sicut scriptū est, q̄ angeli ministrabant ei, non tanquam misericordes indigenti, sed tanquam subiecti omnipotēti. Quid ergo misit de cœlo, & saluum fecit me? Mō audiemus in alio versu, qd de cœlo miserit. Misit de cœlo misericordiā suā & veritatem suam.) Ad quā rem? Et eruit animam meam de medio catulorū leonū?
Misit, inquit, de cœlo misericordiā suam & veritatē suā: & ipse Christus ait, Ego sum Ioā.
veritas. Missa est ergo veritas, vt eueret animam meā hinc de medio catulorū leonū, missa est misericordia: ipsum Christū inuenimus & misericordiam & veritatem, misericordiam nobis cōpatientē, & veritatem nobis tribuentem. Hoc est ergo quod paulo aū dixi: Quia & ipse se resuscitauit, Si enim veritas resuscitauit Christū, & ueritas animā Chri eruit de medio catulorum leonū, vt misericors fuit mori pronobis, ita verax fuit resurgere ad iustificandos nos. Dixerat n. se resurrecturum, & veritas mentiri non potuit. Et quia veritas & verax, propterea cicatrices veras ostendit, quia vera vulnera pertulit. Has cicatrices tenuerunt discipuli, palpauerunt, manifestauerunt sibi: exclamauit qui misit digitos in cōpunctum latus, & ait, Dūs meus & deus meus. Misericordia pro illo mortuus erat, & veritate ad illū resurrexerat. Misit de cœlo misericordiam suam & veritatem suā. Et eruit animam meā de medio catulorum leonū.) Qui sunt catuli leonū? Populus ille minutus, male deceptus, male seductus à principibus sacerdotum Iudæorum, vt illi leones, illi catuli leonum: Omnes fremuerunt, omnes occiderunt. Audituri.n. sumus hic & eędem ipsorum modo in consequentibus versibus Psalmi huius. Et eruit, inquit, animā meā de medio catulorum leonū. Quare dicis, & eruit animā meā? Quid.n. passurus eras, vt eueretur anima tua? Dormiui conturbatus.) Expresit Christus mortem suam. Certe de illo Dauid legimus, q̄ fugerit in spelunca. Alius Dauid tamen quia dormiuit in spelunca, alius Dauid est qui dixit, Dormiui conturbatus. Videmus perturbationem ipsius, non illo turbato, sed illis turbantibus. Turbatum enim se dixit secūdum opinionem frementium, non sēm ea dentis cōscientiam. Putauerunt se illi turbasse, putauerunt vicisse: ille autem dormiuit conturbatus. Tam placatus erat iste turbatus, vt qñ vellet, dormiret. Nemo dormit turbatus, oēs qui perturbantur, aut somno excitantur, aut in somnū vergi nō permittūtur. Ille aūt turbatus est, & dormiuit. Magna humilitas perturbari, magna potestas dormientis: de qua potestate veniebat q̄ dormiuit? De qua ipse dicit, Pote-

Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatē habeo sumendi eā: nemo tollet eā à
Ioan.10. me, sed ego eā pono, & iterū sumo eā. Turbauerunt illi & dormiuit ipse: cuius typum gerebat Adā, qñ immisit ei deus sopore, vt de latere illi coniugē faceret. Nō.n. poterat vxorē facere primo homini ēt de latere vigilantis? aut propterea voluit eū dormire, ne sentiret cum sibi costa detraheretur? Postremo, quis ita dormit, vt esse sibi cōuulso non expergiscatur? Qui potuit sine dolore auferre costam dormienti, potuit & vigilā-
Rom.5. ti. Sed quare voluit dormiēti facere? Quia dormienti Christo in cruce, facta est con-
Ioan.19. iunx de latere. Percussum est.n. latus pendentis de lancea, & profluxerunt Ecclesiæ sacra. Dormiui, inquit, conturbatus. Et in alio Psalmo manifestat hoc vbi ait, Ego dormiui & somnum cepi. Ibi expresit potestatē suam. Poterat & illic dicere, Dormiui, sicut dixit hic. Quid est autem, ego dormiui? Id est, quia volui, dormiui. Non illi me in somnū nolentē compulerunt: sed mea volū-
Ioan.10. tate ego dormiui, sēm illud, Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatem habeo iterū sumendi eam. Propterea ibi sequitur & dicit, Ego dormiui & somnū cepi, & exurrexi, qm dūs suscepit me. Dormiui cōturbatus. Vnde turbatus? Quibus turbantibus? Videamus qūo indurat malā conscientiā Iudæis volentibus excusare se ab interfectione dūi. Nā ppea eū, sicut loquitur Euangeliū, iudici tradiderunt, ne ipsi eū occidisse, viderentur. Cum.n. dixisset eis iudex
Ioan.18. tunc Pilatus, Accipite eum vos, & sēm legem vestram iudicate eū. R ñderūt, Nobis non licet interficere quenquam. Interficere, non licet, tradere ad interficiendū licet: Quis autem occidit? Qui audito clamore
Luc. 23. cessit, an qui clamando vt occideretur exMatt.27. torsit? Ipse dūs dicat testimonium à quibus
Ioan.19. occisus est, vtrum ab illo Pilato qui nolens occidit: vnde ēt eū flagellauit, & veste ignominiosa circūdedit, & flagellatum ad eorū oculos produxit, vt saltem pœna flagellorum eius satiati, eum occidi nō extorquerent. Propterea ēt cum videret eos perseuerare, sicut legimus, lauit manus suas, & dixit, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Videritis vtrū ille innocens qui vel cessantibus? multo magis tamen illi nocentes, qui clamando eum occidere voluerunt. Sed nos interrogemus & audiamus ipsum, quibus tribuat mortē suā, quia dixit, Dormiui turbatus. Interrogemus eum & dicamus, Q̄m dormisti turbatus, qui te persecuti sunt? Qui te occiderunt? Nunquid forte Pilatus qui militibus dedit in ligno suspendēdū, clauis transfigēdū? Audite, Quia Filij hominum.) Illos vtique dicit, quos persecutores passus est. Sed qūo ipsi occiderūt qui ferrum nō ferebant, qui gladiū nō strinxerunt, qui impetum in eum non fecerunt L
ad occidendū? Vnde occiderūt? Dentes eorū, arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.) Noli attēdere inermes manus, sed os armatū: inde gladius processit quo Christus occideretur, qūo & de ore Christi vnde & Iudæi occiderentur. Habet.n. ille gla-
Apoc.1. dium bis acutum, occidentis & resurgentis, & resurgens percussit eos, & diuisit ab eis quos faceret fideles suos. Illi malū gladiū, ille bonum. Illi sagittas malas, ille bonas. Nam habet & ipse sagittas bonas, verba bona, vnde sagittet cor fidele vt ametur. Ergo aliæ istorum sagittæ, & alius istorum gladius. Filij hominum dentes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorum machera acuta. Lingua filiorum hominum machera acuta, & dentes eorum arma & sagittæ. Quando ergo percusserunt, nisi qñ clamauerunt, Mat.27
Crucifige, crucifige? Et quid tibi fecerunt ò Ioan.19
domine? Exultet hic Propheta. Superius.n. omnes illos versus dūs loquebatur. Prophetā quidem sed ex persona dūi, quia in Propheta dominus. Et qñ loquitur ex persona sua Propheta, ipse dominus loquitur per eum, qui ei dictat veritatem quam loquitur. Modo ergo ex persona Prophetæ, audite M
fratres mei. Vidit dominum in spiritu iste Propheta humiliatum, cæsum, flagellatum, colaphis percussum, expalmatum manibus, sputis illitum, spinis coronatum, ligno suspensum. Illos sæuientes, illum tolerantem: illos insultantes, illum quasi victum vidit in spiritu, & post illam iam omnem humiliationem, & illorum furorem, resurrexisse eum, & illa omnia quæ fecerant Iudæi sæuientes facta esse inania, & eleuatus gaudio tanquam videret fieri, Exaltare, inquit, super cœlos deus.) Homo in cruce, & super cœlos deus. Remaneant in terra sæuientes, tu in cœlo esto iudicans. Vbi sunt qui furebant? vbi sunt dentes eorum arma & sagit-
Psal.63. tæ infantium factæ sunt plagæ eorum? Alio enim loco Psalmus hoc dicit, volens eos ostendere inaniter sæuisse, & inaniter in furias precipitatos esse, quoniam nihil potue-

runt facere Christo ad horam,crucifixo,& postea resurgenti atque in cœlo sedenti.Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum. Quomodo infantes faciunt sibi sagittas de cannis? Sagittæ autem quæ?aut quæ vires, aut qui arcus,aut qui ictus, aut quod vulnus?Exaltare super cœlos deus.Et sup om
A nem terram gloria tua.) Vt quid exaltaris super cœlos deus?Fratres,exaltatum deum super cœlos non vidimus,sed credimus.Super omnem autem terram gloriam eius,nõ tantum eredimus,sed etiam videmus.Qualem vero væsaniam patiuntur hæretici,q̃so vt attendatis. Illi præcisi à compagine Ecclesiæ Christi, & partem tenentes, totum amittentes, nolunt communicare orbi terrarum,q uo diffusa est gloria Christi. Nos autem catholici in omni terra sumus, quia omni terræ communicamus quacunque gloria Christi diffusa est. Videmus enim quod tunc cantatum est, modo completũ, Exaltatus est sup cœlos deus nr, & super omnem terrã gloria ipsius.O hæretica insania,quod non vides credis mecũ,qđ vides negas. Credis mecũ exaltatum Christum super cœlos,qđ non vidimus,& negas gloriam eius super omnẽ terram, quod videmus.Exaltare super cœlos deus,& sup omnem terram gloria tua. Redi ad verba domini,& ipse dñs narrare nobis incipit tanq̃ alloquens nos, exultate etiam Prophetã & dicente, Exaltare super cœlos deus,& sup omnem terram gloria tua. Confirmat nos & ipse,tanquam dicens nobis, Quid mihi facere potuerũt illi qui me persecuti sunt?
B Quare aũt nos alloquitur? Quia faciunt & nobis.Sed nihil faciunt qui nos similiter fuerint persecuti. Videat.n.charitas vestra alloquentem nos dominum & exhortantem nos exemplo suo. Muscipulam parauerunt pedibus meis,& incuruauerũt animam meam.) Voluerunt illam quasi de cœlo deponere & ad inferiora deprimer,Cur nauerũt animam meam.Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam.) Mihi nocuerũt an sibi?Ecce ille exaltatus est super cœlos deus,& ecce sup omnem terram gloria ipsius. Regnum Christi videmus,vbi est regnũ Iudæorũ? Quoniam ergo fecerunt quod facere non debuerunt, factum est in illos quod pati debuerunt:Ipsi foderunt foueam, & ipsi inciderunt in eam. Quod.n.persecuti sunt Christum, Christo non obfuit,sed ipsis obfuit. Et nolite putare fratres ipsis solis hoc accidisse. Omnis qui parat foueam fratri suo, necesse est vt ipse incidat in eam.Intendite fratres mei,Christianos oculos habete,ne lite decipi visibilibus.Forte.n.alicui vestrũ quia hoc dixi,subuenit modo:si quis voluit fratri suo fraudem facere, & noluit ei aliquas insidias machinari,& machinatus est & impleuit,& cecidit frater in insidias eius, & expoliatus est, aut pressus est siue carcere,siue falso testimonio,siue aliqua nefaria criminatione circumuentus: videtur aũt iste oppressus,ille oppressisse:iste victus,ille vicisse:& falsum putatur quod diximus, quoniam quicunque foueam parauerit fratri suo,ipse cadet In eam. Interrogo vos ãd quam Christianus, vt sumatis exemplum de his quæ iam nouimus.Pagani persecuti sunt martyres,martyres capti sunt, ligati sunt,in carcerem missi sunt, bestijs subiecti sunt,alij ferro percussi,alij ignibus consumati,vicerunt psequentes,& victi sunt martyres?Absit.Quære gloriam martyrũ apud deum, quære foueam paganorum in confossa conscientia. Vbi.n.est fouea quo cadit impius?In conscientia mala.Putas ea in foueam non cecidisse qui lacem dei & Christi perdidit, & cæcitate percussus est? Si non caderet in foueam, videret.nec sciret quò iret, quom odo qui ambulat in via cum ceciderit in foueam, perdidit viã. Videtis ergo omnes malefactores perdidisse viam,implicatos facinore.Sed iam te tradidit in manus forte latronis,aut in manus alicuius iniusti,vel circumuenire te sategit apud iudicem,& tu in pressura es: ille lætatur,ille exultat. Noli, vt iã dixi,noli habere oculos paganorum: Christianos oculos habe.Vide illum qui in te exultat,ipsa exultatio est fouea ipsius. Melior est.n.tristitia iniqua patientis,quam lætitia iniqua facentis. Ipsa lætitia iniqua facientis,ipsa est fouea,illuc quisque cum ceciderit oculos perdidit.Te doles,quia perdidisti vestem,& illum non doles,quia perdidit fidem? Quis vestrum grauiore damno percussus est? Ecce ille occidit,tu occideris. Viuit ille, tu mortuus es Absit.Vbi est fides Christianorum? & ubi est ille qui moriẽ ad tẽpus? Audias dominum suum, Qui credit in me, licet moriatur,viuit. Ergo qui non credit, licet viuat, mortuus est. Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam. Omnibus malis necesse est vt hoc contin-

gat,Bonor um autem patientia, præparatio
Vulgo ne cordis excipit voluntatem dei,& gloria tur in tribulationibus dicens quod sequit, Paratum cor meum deus, paratũ cor meũ, cantabo & psallam.) Quid fecit mihi?Para uit foueam, cor meum paratum est. Ille pa
1 fauit foueam ad decipiendum, ego cor non parabo ad perpetiendum?Ille parauit foueã ad opprimendum, ego cor non parabo ad tolerandum?Propterea ille incidet in eam, ego autem cãtabo & psallam. Audi cor pa-
Rom.5. ratum in Apostolo, qui imitatus est dominum suũ,Gloriamur, iuquit,in tribulationibus,quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem,probatio spem,spes vero non confundit,quia charitas dei diffu
2.Cor.6 sa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis.Erat in pressuris, in catenis,in carceribus, in plagis, in fame & siti,in frigore & nuditate, in omni vasta tione laborum & dolorum,& dicebat, gloriamur in tribulationibus.Vnde?Quia paratum est cor eius, ideo cantabat & psallebat,Paratum cor meum deus,paratum cor meum,cantabo & psallam. Exurge gloria mea.Ille qui fugerat à facie Saul in spelunca,Exurge gloria mea, glorificatus Iesus post passionem. Exurge psalterium & cithara.)Quid vocat vt surgat? Duo organa video,corpus ãt Chri vnũ video: vna caro resurrexit,& duo organa surrexerũt. Alterũ ergo organũ psalteriũ, alterum cithara Organa dñr omnia instrumẽta Musicorũ. Nõ solũ illud organũ dr qđ grãde est & in Psal follibus,sed quicquid aptaĩ ad cãtilenã, & corporeum est, quo instrumento vtitur qui cantat organum dicitur.Distincta sunt autem inter se ista organa, & volo quantũ dominus dat,indicare vobis, & quomodo distincta sunt, & quare distincta, & quare verunque dicatur,exurge. Iã diximus,vna caro domini resurrexit,& dicitur, Exurge Psalterium & cithara. Psalterium est organum quod quidem manibus fertur percutientis,& chordas distentas habet:sed illum locum vnde sonũ accipiunt chordæ, illud cõcauũ lignũ quod pẽdet & tactũ resonat, quia cõcipit aerem, Psalterium in superiore parte hẽt: Cithara aũt genus ligni eauũ & resonans in inferiore parte hẽt. Itaque in Psalterio chordę sonũ desuper accipiũt: in cithara ãt chordæ sonũ ex inferiore parte accipiũt. Hoc interest inter Psalteriũ & Cithara. Quid ergo duo hæc organa nobis figurant? Excitat.n. Christus dñs noster Psalteriũ suũ & citharã suam, & dicit, Exurgam diluculo.) Puto quia hic iã agno Mat. 28
scitis dñm resurgentem. Legimus in Euangelio,videte horam resurrectionis, Quandiu per vmbram q̃rebatur Christus? Lux itaque agnoscatur,diluculo surrexerit.Sed G
quid est Psalterium? quid est & cithara? Per carnem suã dominus duo genera factorum operatus est, miracula & passiones. Miracula desuper fuerunt,passiones de inferiori fuerunt. Illa.n.quæ fecit miracula, Mat.37.
diuina erant,sed per corpus fecit,per carnẽ fecit. Caro ergo diuina operans Psalteriũ ẽ:caro humana patiẽs,cithara ẽ.Sonet Psalteriũ,illuminent cæci, audiãt surdi,stringãtur paraclytici, ambulent claudi, surgant Mat. 11
ęgroti,resurgãt mortui, iste est sonus Psalterij.Sonet & cithara,esuriat,sitiat, dormiat,teneatur,flagelletur,irrideatur,crucifigatur,sepeliatur. Cum ergo vides in illa carne quędam sonuisse desuper,quædam de inferiori parte,vna caro resurrexit, & in vna carne agnoscimus & Psalterium & citharam.Et ista duo genera factorum impleuerunt Euangelium, & prædicatur in gentibus.Nam & miracula & passiones dñi præicãtur.Ergo surrexit Psalterium & cithadra diluculo,& cõfitetur dño.Et quid ait? Cõfitebor tibi in populis dñe,& psallam tibi in gentibus.Quia magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua,& vsque ad nubes veritas tua.) Cœli supra nubes,& nubes infra cœlos,& tamen ad hoc cœlũ proximum pertinent nubes.Sed aliquando nu H
bes recũbent super montibus vsqueadeo vt proximo aere cõglomerentur. Cœlum aũt sursum est.habitatiões angelorũ,sediũ, dominationum,principatuũ,potestatũ. Illud ergo forte videatur fuisse dicendum, Magnificata est vsque ad cęlos verita tua, & vsque ad nubes misericordia tua. Etenim in cœlo angeli laudant deum, videntes ipsam speciem veritatis, sine vlla caligine visionis, sine interpollatiõe aliqua falsitatis,vidẽt,diligũt, laudãt,non fatigantur.Ibi veritas:hic ẽt in nra miseria vtique misericordia. Misero.n.præbenda est misericordia: non.n.opus est misericordia sursum,vbi nullus est miser.Hoc propterea dixi,quia videtur congruentius dici potuisse, Magnificata est vsque ad cęlos veritas tua, & vsq; ad nubes misericordia tua. Nubes .n.intelligimus prædicatores veritatis.Ho-

mines.n.portantes istam carnem caliginosam quodámodo,sed vnde deus & coruscat miraculis,& tonat præceptis: & ipsi sunt illæ nubes de quibus dicit Esaias ex persona dñi,increpans quandam vineam malá steri
Esa.5. lem,spinosam,Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem:i.mandabo Apo
I stolis meis vt deserant Iudæos, & non illis euangelizent,sed euangelizent in terra bona gentium,vnde non spinæ, sed vuæ procedant. Nouimus ergo nubes dei esse prædicatores veritatis, Prophetas,Apostolos, oēs rectc proferentes verbū veritatis, & habentes in se lumen occultum, sicut habent nubes ende coruscát:homines ergo nubes. Quid sibi itaque vult,dñe,quia magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua? Veritas præpollet in angelis, sed dedisti illá & hominibus, & deduxisti illá vsque ad nubes.Sursum misericordia videntur angeli nō indigere, sed quia hominibus miseris tu misereris, & p̄bendo illis misericordiam cóione resurrectionis angelos facis,vsque ad cœlos est misericordia tua. Gloria dño deo nostro, & misericordiæ ipsius,& veritati ipsius, quia
1.Co.13 nec deseruit nos misericordia facere beatos per gratiam suam, nec fraudauit nos veritate:quia primo veritas carne cooperta venit ad nos,& sanauit per carnem suam oculum interiorem cordis nostri, vt eam postea facie ad faciem videre possemus. Agentes ergo illi gratias,dicamus cum Psalmo ipso vltimos versus quos iamdudum etiam dixi, Exaltare super cœlos deus, & super omnē terram gloria tua.) Hoc enim ei dixit Pro
K pheta ante tot annos: hoc modo videmus nos,hoc ergo dicamus & nos.

In Psalmum quinquagesimumseptimum, Enarratio.

VOx quam cantauimus audiēda nobis magis est q̄ clamāda. Omnibus enim tāquam in concione generis humani veritas clamat,Si vere vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum.) Cui enim iniquo nondum facile est loqui iustitiā? Aut quis de iustitia interrogatus, q̄ non habet causam, non facile respōdeat quid sit iustum? Q̄quidem manu formatoris nostri,in ipsis cordibus nostris veritas
Matt. 7. scripsit, Quod tibi non vis fieri, ne facias
Tob. 4. alteri? Hoc & antequam lex daretur nemo ignorare permissus est,vt esset vnde iudicarentur,& quibus lex non esset data. Sed ne sibi homines aliquid defuisse q̄rerētur,scriptū est & in tabulis,q̄d in cordibus non legebant. Non.n.scriptū non habebant,sed legere nolebant. Oppositum est oculis eorā quod in conscientia videre cogerentur,& qua forinsecus admota voce dei,ad interiora sua homo cōpulsus est,dicente scriptura, In cogitationibus enim impij, interrogatio erit. Vbi interrogatio,ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quæ foris sunt,etiam a seipsis exules facti sunt, data est etiam conscripta lex,nō quia in cordibus scripta non erat,sed quia tu fugitiuus eras cordis tui,ab illo qui vbique est cōprehēderis, & ad temsum intro seuocaris. Propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerint legē scriptā in cordibus suis? Redite præuaricatores ad cor. Quis.n.te docuit, nolle accedi ab alterro ad vxorē tuam? Quis te docuit,nolle iniuriā bi furtū fieri? Quis te docuit,nolle iniuriā pati, quicquid aliud vel vniuersaliter vel particulariter dici potest? Multa.n.sunt,de quibus singulis interrogati homines, clara voce rñdeant,nolle se pati. Age,si non vis pati ista,nunquid solus es homo? nonne in societate vitæ generis humani? Qui tecum factus est,socius tuus est:& oēs facti ad imaginem dei,nisi terrenis cupiditatibus contrant q̄d ille formauit. Quod ergo tibi non vis fieri, noli alteri facere. Iudicas.n.malū esse in eo quod pati non vis,& hoc te cogit nosse lex intima, in ipso tuo corde conscripta. Faciebas & clamabatur inter manus tuas. Q̄o cogeris redire ad cor tuū,cū hoc M pateris inter manus alienas? Furtum bonū est? Nō. Interrogo; Adulterium bonū est? Et omnes clamant,Non. Homicidium bonum est? Oēs clamant,detestari se. Concupiscere rē proximi,bonū est? Non,vox omnium est. Aut si adhuc nō cōfiteris, accedit qui concupiscat rem tuā:placeat tibi, & responde quod vis. Omnes ergo de his rebus interrogati,clamant hæc bona nō esse. Rursus de beneficijs non solum de nō nocendo, verumetiam de non præstando atque tribuendo. Interrogatur omnis anima esuries, famem pateris? Alius habet panem, & rendundat ei vltra sufficientiā,nouit re egere, non dat:displicet tibi esurienti,displiceat & satiato, cum alterum esurire cognouerit, Peregrinus tecto indigens venit in patria tuam, non suscipitur. Ille: tunc clamat inhumanam esse illam ciuitatem, facile apud Barbaros sibi esse potuisse refugium: sentit iniquitatem,quia patitur,tu forte nō sentis. Sed oportet vt & te cogites peregrinum,& videas quomodo tibi possit displicere qui tibi nō præstiterit,quod tu in patria tua nō vis peregrino præstare. Interrogo omnes, vera sunt hæc? Vera. Iusta sunt hæc? Iusta. Sed Psalmum audite, Si vere ergo iustitiā A sit iustitia labiorū, sed & factorū. Si.n.aliter agis q̄ loqueris, bona loqueris, & mala iudicas. Si.n.agis quo iudicas,interrogatus quid sit melius,aurū an fides, non vsqueaq̄, vt aurum melius esse respondeas. Præpositis ergo interrogatus auro fidem. Locutus es iustitiam, audisti Psalmum, Si vere ergo iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominū. Et vbi probabo non te ita vt locutus es iudicare? Iam teneo rñsionem tuam, præponentē auro fidem. Ecce nescio vnde amicus venit,& nullo teste aurū cōmendatur: solus hoc nouit,& tu quantum ad homines attinet. Est ibi alius testis qui nō videtur & videt:& ille tibi aurū in secreto & in cubiculo tuo, forte remotis omnibus arbitris cōmendauit. Testis est qui adest, non in cubiculo adest parietū, sed in cubilibus conscientiarū vestrarū: cōmēdauit ille atque discessit, nulli suorū notum fecit, rediturū se sperans, & ab amico quod dederat recepturū: vt humana sunt mortuus est: filium habet, reliquit hæredē, ignorat filius quid pater habuerit,quid tibi cōmendauerit: eia tu redi,redi præuaricator ad cor, ibi scripta B est lex. Quod tibi non vis fieri, alij ne fece ris. Teipsum cogita cōmendasse, nulli tuorum dixisse,mortuū esse, filium reliquisse: quid ei velles a tuo amico præstari? Respōde, iudica cām,iudicis tribunal est in mente tua,sedet ibi deus,adest accusatrix cōscia, sortor timor. In rebus humanis es, in societate humana detineris, cogita quid velles præstari filio tuo ab amico. Noui quid tibi rñdeat cogitatio tua,Sic iudica,sicut audis. Iudica, Vox erit. Vox veritatis non tacet, non labijs clamat,sed vociferatur ex corde. Adhibe aurē,ibi esto cū filio amici tui. Videbes fortasse ēt indigentē vagari,nescientem quid pf eius habuerit,vbi posuerit,cui commendauerit: cogita & filiū tuū,fac illum vitā vt viuat. Sed aliud iubet deus contra aua ritiam, aliud auaritia iubet contra deum, deus aliud,auaritia aliud: aliud in paradiso cōditor nr̄,aliud te transuerso seductor ser- Gene.3.
pēs. Veniat in mentē prior casus tuus, p̄pea mortalis,propterea laborans, propterea in sudore vultus tui panem comedens, p̄pea spinas & tribulos tibi terra germinat. Experimento disce,q̄d noluisti præcepto. Si vincit cupiditas,cur non potius veritas? Et vbi est quod loquebaris? Ecce cogitas aurū negare,ecce cogitas hæreditatē amici tui prorsus abscondere. Interrogaueram pauloante quid sit clarius,& quid sit melius, aurū an C
fides. Quare aliud dicis,aliud agis? Non times hanc vocē,Si vere vtiq; iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominū? Ecce locutus es mihi meliorē esse fidē,& in iudicio tuo melius dixisti aurū. Nō sic iudicasti vt locutus es. Vera locutus es,& falsa iudicasti. Ergo & cū loquebaris iustitiā, non vera loq̄baris. Si.n.vere vtique iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominū. Q̄ mihi de iustitia rñdebas,erubescendo,non fatendo loquebaris. Sed ad cām præsentē iā veniamus si placet. Vox est.n.illa dulcis, & nota auribus Ecclesiæ, Vox dñi nostri Iesu Chri,& vox corporis eius,vox Ecclesiæ laborantis, peregrinantis in trrra,inter maledicentium & adulantiū pericula viuentis. Non timebis cōminatorem, si non, amas adulatorē. Attendit ergo ille cuius hæc vox est, & videt oēs loqui iustitiā, Quis.n.audet non loqui eā ne dicatur iniustus? Cum ergo tanq̄ audiret omniū voces, & intenderet omniū labia clamabat ad eos, Si vere vtique iustitiā loquimini,si nō falso iustitiā loquimini, si non aliud in labijs perstrepit, aliud celat in cordibus,recta iudicate filij hominū. Audi ex Euāgelio ꝓpriā vocē eandē ipsam q̄ D
in hoc Psalmo est,Hypocritæ, ait dñs pharisæis,quo potestis bona loqui cū sitis mali? Aut facite arborē bonā,& fructū eius bonū: Mat.12.
aut facite arborē malā,& fructū eius malū. Quid te vis dealbare paries lutee? Noui interiora tua,nō fallor tectorio tuo, noui q̄d ptēdas,noui quid tegas. Neque.n.opus eius erat,ait Euangelista,vt quisquā ei phiberet Ioan. 2.
testimoniū de homine: ipse.n.sciebat quid esset in homine. Sciebat quid esset in homine qui fecerat hominē, & hō factus erat,vt q̄reret hominē. Videte ergo si nō sequantur se voces istæ, Hypocritæ,quo potestis bona loqui cū sitis mali? Si vere ergo iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominum.

Nonne iustitiã locuti estis,qñ dixistis,Magister scimus quia iustus es,& nullius psonã accipis? Quare dolũ in corde tegebatis? Quare imaginæ Cęsaris creatori vestro oñdebatis,& eius imaginẽ in vestris cordibus delebatis? Nonne auditũ est quid locuti fueritis,& expertũ est quẽadmodũ iudicaueritis? Nõne vos crucifixistis eũ,quẽ iustum esse dixeratis? Si vero ergo vtique iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. Vt quid audio locutionẽ vestrã, scimus quia iustus es, cũ puideam iudiciũ vestrũ, Crucifige crucifige? Si vere ergo iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Quid.n.feci stis ſequiẽdo aduersus deũ qui homo erat,& occidẽdo regẽ vestrum? Nõ enim ideo rex nõ erat futurus,quia occisus est à vobis resurrecturus. In titulo vbi scriptũ erat,Rex Iudæorum: posito sup crucẽ dñi,linguis tribus,Hebraica,Græca & Latina,nouerat dicere iudex hõ, Qđ scripsi: & deus nõ nouerat dicẽ,qđ scripsi scripsi? Prorsus rex vester est,utuus rex vester est, occisus rex vester est. Ecce resurrexit,& in cęlo rex vester est,& ecce vẽturus est. Væ uobis,quia rex vester est. Ite nunc & loquimini iustitiam, & nolite recta iudicare filij hominũ. Nõ vultis recte iudicare,recte iudicabimini. Viuit.n.ille rex vester, & iã nõ moritur,& mors ei vltra nõ dominabitur. Ecce venit,redite puaricatores ad cor. Ecce veniet,corrigimini anteq̃ veniat,pœnitẽte faciẽ eius in cõfessionẽ. Ecce veniet, rex vester est: recordamini titulũ sup crucem, si nõ eu videtis scriptũ,manet tñ. In terra nõ legit,sed in cœlo seruat: putatis.n.illam inscriptionẽ fuisse corruptã? Et quid ait titulus Psalmi huius? In finẽ ne corrũpas ipsi Dauid in tituli inscriptionẽ.) Non ergo corrumpit illa inscriptio tituli. Rex vester est Chrs,quia omniũ rex Chrs, qm ipsius est regnũ,& ipse dominabit gentiũ. Si ergo rex est,ecce anteq̃ veniat dicit vobis. Adhuc loquor,inquit,nõdum iudico, Qui sic clamo cõminando,nolo ferire indicãdo. Si vere ergo iustitiã loquimini,recta iudicate filij hominũ. Nunc aũt quid facitis? Quare ista vobis dico? Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Quid deinde? Iniquitates manus vestræ connectũt.) Quid est,connectunt? De peccato peccatum & ad peccatum, peccatum propter peccatum. Quid est hoc? Furtum fecit,peccatum est. Visus est,Occidere quærit eum à quo visus est. Connexum est peccatum peccato. Permiserit deus occulto iudicio occidere eum, quem voluit occidere. Sentit sciri,quærit & alterum occidere,cõnexuit tertium. Dum ea molitur, forte ne inueniatur, aut quia fecit ne conuincatur, consulit mathematicum,additum est quartum. Respondet forte aliqua dura & mala mathematicus, currit ur ad haruspicem vt expietur: respondet haruspex,non se posse expiare,maleficus quæritur. Et quis omnia possit numerare, quæ connectuntur pecca ta peccatis? Iniquitates manus vestræ connectunt. Quandiu connectis, ligas peccatã peccato,te solue à peccatis. Sed nõ possum inquis, Clama ad illũ, Infœlix ego homo, Rom.7. quis me liberabit de corpore mortis huius? Veniet.n.gratia dei vt delectet te iustitia,sicut delectabat iniquitas,& hõ qui ex vinculis resolutus es,exclamabis ad deum, Dirupisti vincula mea, Quid est,dirupisti vincula mea: nisi,remisisti pctã mea? Audis quia vincula sunt. Respõdet scriptura, Criniculis peccatorũ suorũ vnusquisque constringit. Non solũ vincula,sed & criniculi sunt. Criniculi sunt,qui siũt intorquẽdo,hoc est, q̃ peccatis pctã cõnectebas. Væ his qui trahunt peccatum tanq̃ hũt peccata sua sicut restem longam: Esaias clamat, Væ his qui trahunt peccatum tanq̃ sicut restẽ longam. quid est aliud q̃ væ his quorũ manus cõnectũt iniquitatẽ? Et quia vnusquisque peccatis suis cõstringit, sicut & peccatis suis cæditur, dominus male versantes in templo,flagello de resticulis factos exclusit. Sed non vis modo dirumpi vincula tua, quia non sentis vincula tua, etiam delectant te,& voluptati sunt: senties in fine cum dicetur, Ligate illi manus & pedes & proiicite illũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Exhorrescis,remes,pectus tũdis,dicis mala eẽ pctã,bonam eẽ iustitiã. Si vere ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. In vita vra inueniant verba vra,in factis vris cognoscatur labia vra. Nolite ergo cõnectere iniquitatẽ,quia vobis ad alligaturam adhibebitur quicquid connectitis. Nõ audiunt,non omnes tamẽ,& qui non audiũt pcognitionẽ sunt.

Alienati sunt pctõres a vulua, errauerunt a ventre,locuti sunt falsa, Et cum iniquitatẽ loquuntur, falsa loquunt,quia fallax est iniquitas. Et cũ iustitiã loquuntur, falsa loquuntur,quia aliud ore proferunt, aliud in corde obtegunt. Alienati sunt pctõres a vulua. Quid ẽ hoc? Quæramus diligẽtius: fortasis.n.illud dicit quia deus præcognouit homines pctõres,etiam in vteris matrũ. Nã vnde cũ adhuc prægnãs esset Rebecca, & geminos in vtero portaret, dictum est, Iacob dilexi,Esau aũt odio habui? Dictum est.n.Maior seruiet minori. Occultum ibi iudiciũ dei,sed tñ a vulua,id est,ab ipsa origine,alienati sunt pctõres. Peccatores vnde alienati? ab ipsa veritate. Vnde alienati? A patria beata,a vita beata. An forte alienati ab ipsa vulua? Et qui pctõres alienati sunt a vulua? Qui.n.nascerentur,si non ibi tenerent? Aut qui hodie viuerent, vt hæc sine causa audirent,nisi nascerent? Forte enim a quadam vulua alienati sunt pctõres, in qua dolores patiebat charitas, per Apostolũ dicens, Quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Expecta ergo formari, Noli tibi tribuere iudicium quod forte nõ nosti. Carnalis es adhuc, cõceptus es, eoipso quo accepisti nomen Chri, sacro quodã nausis es in visceribus matris. Non.n.ex visceribus tm homo nascitur, sed & in visceribus. Prius nascitur in uisceribus, vt posit nasci de visceribus. Propterea dictũ est & Luc.1. Mariæ, Quod.n.natum est in te, de spiritu sancto est. Nondũ de illa natũ erat, sed iam in illa natũ erat. Ergo nascuntur intra viscera Ecclesiæ quidã paruuli,& bonũ est vt formati exeant,ne abortiui labantur. Generet te mr,nõ abortiat. Si patiens fueris, vsquequo formeris, vsquequo in te certa doctrina veritatis, continere te debent materna viscera. Si aũt impatientia tua cõcusseris latera matris,cũ dolore quidem te excutit foras,sed magis tuo malo q̃ suo. Alienati sunt pctõres a vulua, errauerunt a ventre, locuti sunt falsa. Ideo ergo errauerunt a ventre, quia locuti sunt falsa? An potius iõ locuti sunt falsa, quia errauerunt a ventre? In ventre quippe Ecclesiæ, veritas manet. Quisqs ab hoc ventre Ecclesiæ separatus fuerit, necesse est vt falsa loquatur. Necesse est, inquit, aut falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quẽ conceptũ mater excusit. Inde hæretici clamant contra Euangeliũ, vt de his potius loquamur, quos dolemus excussos. Recitamus eis: ecce Chrs dixit, oportebat Chrm pati,& resurgere a mortuis tertia die. Agnosco ibi caput nrm, agnosco ibi spũsum nrm, agnosce & tu mecum sponsam. Vide quid sequitur, Prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ pctorum per oẽs gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Huc veni, huc veni, Ecclesia per oẽs gentes incipientibus ab Hierusalẽ. Nõ dico huc veni, ipsa ad te venit. Illi aũt obsurdescentes aduersus Euangelium,& non nos permittentes legere verba dei, quæ se iactant custodiũ se a flamma,& uolunt delere lingua, loquũtur sua, loquũtur inania: ille tradidit, & ille tradidit: immo & ego dico,& ille tradidit,& ille tradidit, & verũ dico. Sed quid ad me? nec tu mihi quos nominas ex Euangelio legis, nec ego quos nomino ex Euangelio lego. Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex dei. audi Chrm dicentẽ, audi veritatẽ loquentẽ, Prædicari in nomine eius, inquit, pœnitentiam & remissionem peccatorum per oẽs gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Non, inquiunt, sed quod nos dicimus audite, quod dicit Euangeliũ nolumus audire. Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt a ventre, locuti sunt falsa. Nos loquamur vera, qui audiuimus vera, qđ dns dicit, nõ qđ hõ dicit. Põt fieri vt homo mentiatur, non potest fieri vt veritas mentiatur. Ex veritatis ore agnosco Chrm, ipsam veritatẽ, ex veritatis ore agnosco Ecclesiã participem veritatis. Nemo mihi falsa loquatur, qui errauit ab vtero in visceribus Ecclesiæ: primo viderim quid me velit docere. Video alienatũ a vulta, video errasse a ventre, & auditurus sum ab eo, quid, nisi falsa? Errauerunt a ventre, locuti sunt falsa. Indignatio eis scđm similitudinẽ serpentis.) Magnã rem auditurus es. Indignatio eis scđm similitudinẽ serpẽtis: quasi dixerimus, quid est quod dixisti? Sequitur, Sicut aspidis surdæ.) Vnde surdæ? Vnde? Et obturantis aures snas.) Ideo surdæ, quia obturat aures suas. Et obturantis aures suas, Quæ non exaudiet vocẽ incantantium, & medicamenti medicati a sapiente.) Sicut audiuimus qđ & homines dicunt, qui ea qua potuerunt hæc cognitione didicerũt, sed tñ qđ spũs dei multo melius omnibus hominibus nouit. Nõ.n.frustra hoc dixit, nisi quia fieri potest vt verum sit etiam illud quod audiuimus de aspide. Aspis cum cœperit pati incantatorem suum Marsum, qui eam

quibusdam carminibus proprijs euocat, sicut sunt multa etiam magica, audite quid faciat. Sed interim in hoc attendite fratres, hoc.n. præloquēdum est, ne quisquam veluti hæsitans audiat. Non vndecunque datur similitudo à scripturis, laudatur ipsa res, sed tantū inde similitudo trahitur. Non.n. laudauit iniquum iudicem, qui nolebat audire illam viduam, qui nec deum timebat, nec
Luc.28. homines reuerebatur, & tamen inde simi-
A litudinē dominus traxit. Nec illum laudauit pigrum qui tres panes, non propter amicitiam dedit petenti, sed tædio victus, & tamen inde similitudinem dedit. Et de rebus
Luc.11. ergo non laudandis trahuntur secundum quendam modum nonnullæ similitudines. Aut si propterea putatis eundē esse ad Marsos quia hoc audistis in scriptura dei, eundū est & ad spectacula theatri, quia dicit Apo-
1.Co.9. stolus, Non sic pugillor quasi aerem cædēs. Pugillari.n. est pancratium facere. Iā quia hinc data est similitudo, spectacula ista delectare nos debent: aut quia dixit, Qui in agone contendit, ab omnibus abstinens est, propterea agonistica ista vana & ludicra debet affectare Christianus? Attende quid tibi dicatur ad similitudinem, quid moneatur ad prohibitionem. Ita ergo & hic data est quædam similitudo de Marso, qui incantat vt educat aspidem de tenebrosa cauerna, vtiq; in lucem vult educere: illa autem amando tenebras suas, quibus se inuoluta occultare dicitur, q̄ cum exire noluerit, recusans tamē audire illas voces, quibus se cogi sentit, allidit vnam aurem terræ, & de cauda obturat alteram, atque ita voces illas quantum
B pōt euitans, non exit ad incantantem. Huic similes dixit spiritus dei quosdam non audientes verbum dei, & non solum non audientes, sed omnino vt non valeant audire facientes. Factum est hoc & in primis tem-
Act.7. poribus fidei. Stephanus martyr prædicabat veritatem, & tanquam tenebrosis mentibus, vt eas in lucem educeret, incantabat. Vbi venit ad commemorationem Christi, quem illi omnino audire nollent, quid de eis scriptura dicit? quid de illis narrat? Clauserunt, inquit, aures suas. Quid autē postea fecerint, patsio Stephani narrat atque declarat. Non erant surdi, sed fecerunt se surdos. Quia enim aures patentes in corde non habebant, violentia tamen verbi per aures carnis ierruens, etiam ipsis auribus cordis vim faciebat, clauserunt & aures corporis & ierunt ad lapides. Ecce aspides surdę duriores lapidibus, quibus incantatorem suum lapidauerunt, non audierunt vocem incantantis, & medicamenti medicati à sapiente. Quid est, medicamentum medicatum à sapiente? Forte medicamentum cōfectum, dicit medicamentum medicatum. An quærimus ibi aliquid, quomodo iam si medicamē C tum est, etiam medicatum sit? Medicamēta erant in Prophetis, medicamenta erant in lege. Præcepta ipsa omnia, medicamenta erant. Et hoc medicamentum nondum erat medicatum. Aduentu domini medicamentum est medicatum. Hoc.n. illi ferre nō potuerunt, quia non curabant medicamentū, medicatū est ipsum medicamentū aduentu domini. Iam Stephanus medicamentū medicatum incantabat, hoc illi audire noluerunt: vnde medicatum est medicamentum, contra hoc aures clauserunt. Nam ibi hoc fecerunt, vbi nommatus est Christus. Indignatio eorum sicut indignatio serpentis. Quid aures clauditis? Expectate, audite, & si potueritis sæuite. Quia nolebant nisi fauire, noluerunt audire. Quod si audirent, forte desæuirent. Indignatio eorum sicut indignatio serpentis. Tales etiam istos patimur. Primo sibi veritatem tenere videbantur, non cessauit deus, non quieuit Ecclesia sua. Prædicata est veritas in viscēribus matris, aperta sunt eorum mēdacia. Patefactū est quod lucet, demonstrata est ciuitas supmontem constituta, quæ abscondi non pōt, & lucerna posita est super candelabrum, q lucet omnibus qui in domo sunt. Vbi enim latet Ecclesia Christi, vbi latet veritas? Christi? Nonne ipse est mons qui creuit ex minimo lapide, & impleuit vniuersam faciem terræ? Conuincuntur hinc, non habent quę dicunt contra Ecclesiam. Et quid eis remāsit? Quid nos quæritis? Quid nos vultis? Dicunt. Recedite à nobis: Dicunt autem & suis, Nemo cū illis loquatur, nemo illis coniungatur, nemo illos audiat. Indignatio eorum sicut indignatio serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non ex audiet vocem incantantium & medicamenti: hoc est, vocem medicamenti medicati à sapiente. Nonne hinc iam intelligitur quale medicamentum quādo vocem dicit? Nā quid medicamentū habet vocem? Est quod dam medicamentum quod habet vocē. Medicamentum portamus, vocem eius audire, dicamentum portamus, vocem eius audire, non qūo aspides surdę. Si vere vtique iusti-

tiā loquimini, recta iudicate filij hominū.
Vox est medicamenti, & medicati à sapien
Mat.6. te. Iam.n. venit Christus qui impleret legē & Prophetas, qui veritatē ipsam firmaret, In quibus duobus pceptis tota lex pēdet &
Luc.11. Prophetæ. An forte quærimus aliquid, & in eo q̄ dr aspis ita aures claudere, vt vnā earū in terrā premat, alterā cauda oppilet? Quid sibi vult hoc? In cauda, posteriora vti que intelligunt. Ergo nō in pterita, quò iā tergū oportet ponere, vt in ea, q̄ nobis promittuntur intendamus: ergo nec ex prætemissa vita nīa, nec ex prēsenti delectari debe
Rom.6. mus. Hoc.n. Apostolus monet dicēs, Quē ergo aliquādo fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? Reuocati recordā dis cū delectatione præteritis, & cum quadā concupiscētia fruendis, ne redeamus cor
Exo.13. de in Aegyptū. Quid de prēsentibus? Quō iubet ēt ipsa contēni? Non respicientibus, inquit, quæ videntur, sed q̄ non videntur.
2.Cor.4. Quę.n. vident, t palia sunt: quæ aūt nō videntur, ętherna. Itē de præsenti vita dicit: Si in hac vita tm in Chro sperātes sumus, misera biliores sumus omnibus hominibus. Oblitus icere ergo pterita quibus male vixisti, cō
1.Cor.1 tēne pscentia quibus t paliter viuis, ne te allegādo pscentia nō permittāt puenire ad futura. Si.n. pśens vita te delectat, aurē in terā posuisti: si tuis pteritis ēt retro labētibus delectaris, aurē de cauda obturasti. Debes ergo ire in lucē, exire de tenebris audita vo
Psal.2. ce medicamēti medicati à sapiēte, vt iā in lumine ambulās, & exultās dicas, Quæ retro oblitus, in ea q̄ antè sunt extētus. Non dixit, q̄ retro oblitus, et ex pśentibus delectatus.
Phil.3. Cum dicit, quæ retro oblitus: non obturat aurem de cauda: cum dicit, in ea quæ antè sunt extētus: his & pśentibus nō obsurduit.
Esa.4. Merito audiens, merito p̄dicans, merito ex
Esa.2. ultat lingua eius, prædicans veritatem in lu
Mat.16. ce noua, deposita vetere tunica. Et ad hoc enim valet astutia serpentis, ad quam nos imitandam dominus adhortatur. Ait enim Estote astuti sicut serpentes. Quid est, astu
ti sicut serpētes? Offer omnia membra tua percutienti, dūmodo caput integrū serues. Caput viri, Xps: Sed grauat quasi pōdus tu
1.Cor.11 nica cuiusdā, & quasi senecta veteris hominis. Audi Apostolū dicentē, Exuentes vos veterē hominē, & induentes nouū. Et quō
Col.3. exuo, inquis veterē hominē? Imitare astuexuat se veterē tunicā? Coarctat se p̄ foramen angustum. Et vbi, inquis, inuenio hoc foramen angustum? Audi, Arcta & angu- Mat. 7.
sta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediunt̄ per eam. Reformidas eam, & nō vis ambulare, quia pauci sunt? Ibi ponēda est vetus tunica, & alibi poni non pt. Aut si vis vetustate impediri, grauaris, premi, noli ire per angustā. Si aūt grauaris vetustate quadā peccati tui, & præteritæ vię vel uitæ, transire non potes. Quia ergo corpus quod corrumpitur aggrauat animam, Sapiē. 9.
vel cupiditates corporales non premant, G vel concupiscentiæ carnis exuantur. Vnde exuuntur, nisi ieris per angustum, nisi fueris astutus vt serpens? Deus cōtriuit dētes eorum in ore ipsorum.) Quorum? Quibus indignatio est sicut similitudo serpentis, & aspidis obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantium, & medicamenti medicati à sapiente. Quid illis fecit dominus? Cōtriuit dētes eorū in ore ipsorū. Factū est hoc primo, factum est, & mō sit. Sed sufficeret frēs mei vt diceretur, Deus cōtriuit dentes eorū. Quare, in ore ipsorū? Nolebant audire legē, nolebant audire præcepta veritatis à Christo Pharisæi, similes sepenti illi & aspidi. Præteritis enim suis peccatis delectabantur, & prēsentem vitam nolebant amittere. i. gaudia terrena pro gaudijs æternis. Vnam aurem claudebant ex delectatione præteritorū, alteram ex delectatione præsentium, ideo nolebant audire. Nam vnde est illud, Si dimiserimus eū sic, venient Romani & tollent nobis & locum Ioā. 11.
& gentem? Vtique qui nolebant perdere locum, ad terram colliserunt aurem suam, & ideo noluerunt audire verba illa medicata à sapiēte. Dictum est de illis & quòd auari H
erant, & amatores pecunię, & omnis vita eorum, etiam prēterita, descripta est à do- Luc.16.
mino in Euangelio. Qui legit diligenter Euangelium, inuenit, vnde illi ambas aures obturabant. Intendat charitas vestra. Dominus quid fecit? Contriuit dentes eorū in ore ipsorū. Quid est, in ore ipsorū? Vt ore suo cōtra se p̄nūciarēt, coegit illos ore suo in se sententiam dicere. Calumniari volebant ei propter tributum: non dixit ille, Licet reddere tributum, aut non licet reddere. Et volebat dētes eorum quibus inhiabant vt morderent conterere, sed in ore ipsorum volebat. Si diceret, soluatur Cæsari tributum, calumniarētur illi q̄ maledixis- Mat.22.
set genti Iudęorum, eam tributariā faciendo.

do. Ex peccato.n. tributum reddebãt humiliati, sicut illis in legẽ prædictũ erat, Teneamus illum aiunt maledictorem gentis nostræ, si nos iusserit tributum persoluere. Si aũt dixerit, nolite soluere: teneamus eũ q̃ contradixerit nobis deuotos esse Cæsari.

Talem bicipitem laqueũ quasi capiẽdo dom no posuerunt. Sed ad quẽ venerunt?

Ibidem. Qui nouerat cõterere dẽtes eorũ in ore ip sorũ, Ostẽdite mihi nummũ, inquit. Quid I me tentatis hypocritæ? De tributo soluendo cogitatis, iustitiam facere non vultis, cõsilium iustitiæ quæritis. Si vere vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij homi num. Nunc aũt quia alia loquimini, alia iudicatis, hypocritæ estis. Quid me tentatis? Nunc conteram dentes vros in ore uestro. Ostendite mihi nummum. Et demõstrauerunt ei. Et ille non dicit, Cæsaris est sed interrogat cuius est, vt eorum dentes in ore ipsorum conterantur. Quærente quippe illo cuius haberet imaginẽ & scriptionem, illi Cæsaris dixerunt. Iam nunc dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum. Iam respondistis, iam contriti sunt dentes vestri in ore vestro. Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Quærit

Mat. 12. Cæsar imaginem suam, reddite. Quærit deus imaginem suam, reddite. Non perdat ex vobis Cæsar nummum suum: non perdat deus in vobis nummum suum. Et illi non inuenerunt quid responderent, Misi enim erant vt calumniarentur ei, & redierunt dicentes, quod nemo posit ei respondere: Vnde? Quia contriti erant dentes eorum in ore ipsorum. Inde est & illud, In

Mat. 21. qua potestate ista facis? Et ego interrogabo

Mar. 11 vos vnum sermonem, respondete mihi. Et interrogauit de Ioanne, vnde esset baptismus Ioannis, de cœlo, an ex hominibus: vt

K si quid responderent, contrà illos esset. Noluerunt dicere ex hominibus, timentes homines, ne lapidarentur ab eis, eo q̃ Ioannẽ Prophetam haberent. Dicere de cœlo plus formidabant, ne faterentur ipsum Christũ, quia Ioannes prædicauerat Christum. Coarctati vtrinque ex hac parte, & ex hac parte: qui parabant obijcere crimen, respon-

Ibidem. runt ignorantiam, dixerunt, Nescimus. Calumniam enim præparabant quando dixerũt, In qua potestate ista facis: vt si diceret, Christus sum, quasi arrogantem, superbũ, sacrilegum, inuaderẽt. Noluit dicere Christus sum, sed q̃siuit de Ioanne qui dixerat q̃ ipse esset Chrs. Illi nõ sunt ausi reprehẽdere Ioannẽ, timẽtes ne à populo occiderẽtur: nõ sunt ausi dicere, verũ dixit Ioannes, ne dicerẽt eis, Credite illi. Obmutuerunt, nescire se dixerũt, iã mordere nõ valebãt. Vñ nõ valebant? Iã occurrit vobis, contriti erãt dẽtes eorũ sore ipsorũ. Pharisæo displi cuit dñs illi qui ad prãdiũ vocauerat, q̃ peccatrix mulier accesserit ei ad pedes, & murmurauit aduersus eũ dicẽs, Si esset hic Propheta, sciret q̃ mulier illi accesit ad pedes. O tu nõ Propheta, vnde scis q̃ nesciret dominus quæ mulier illi accesit ad pedes? Quia non seruabat munditiã videlicet Iudæorũ, q̃ à foris quasi custodiebatur incẽat ne, & nõ colebaẽ ex corde: hoc de dño suspicatus est. Dñs aũt qui peccata mulieris nouerat, ẽt cogitationes hospitis audiebat, & respondit, quæ nostis. Et ne diu hinc loquar, tamẽ in ore eius voluit cõterere dentes eius. Proposuit.n. Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus quingentos debebat denarios, alius quinquaginta: non habebant ambo vnde redderent, dimisit ambobus. Quis eum plus dilexit? Ad hoc interrogat ille, vt ille respondeat: ad hoc ille respondit, vt dentes eius in ore conterantur. Respondit cõfusus, excluus est, admissa est illa ad pcipiendam misericordiam, quæ irruperat in habitaculum alienum, sed nõ accesserat ad deum alienum. Contriuit dominus dentes eorum in ore ipsorum. Molas leonem confrugit dominus.) Non tm aspidum. Quid de aspidibus? Aspides insidiosæ volunt venena immittere & aspergere & insibilare, Apertissime sęuierunt gentes & fremuerunt sicut leones. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Quando insidiabãtur dño, Licet dare tributum Cæsari, an nõ licet? aspides erant, serpẽtes erant, Contriti sunt dentes eorũ in ore ipsorum. Postea clamauerunt, Crucifige, crucifige. Iã non est lingua aspidis, sed frẽmitus leonis. Sed & molas leonum confregit dñs. Forte hic non vacat quod non addidit, in ore eorum. Insidiãtes enim captiosis interrogationibus cogebantur respõsio ne vinci. Isti autem quia apertè sæuiebãt, nunquid in erogationibus conuincendi erant? Tamen & eorum molæ contritæ Nam sunt: crucifixus resurrexit, ascendit in cœlum, glorificatus est Christus, adoratur ab omnibus gentibus, adoratur ab omnibus regibus. Sæuiant modo Iudæi si possunt: non

non sæuiunt, Molas leonum cõfregit dñs. Habemus & in hæreticis hoc documentũ & experimentum, quia & ipsos inuenimus esse serpentes indignatione obsurdatos, nolentes audire medicamentum medicatum à sapiente, & in ore ipsorum contriuit dñs dentes eorum. Quomodo sæuiebãt in nos? Reprehendendo, quòd quasi persecutores essemus, excludendo illos de basilicis. Modo illos interroga, Debent excludi hæretici de basilicis, an non debent? Respondeãt modo, dicant non debere, Repetant Maximinianistæ basilicas. Ne autem repetãt Maximinianistæ basilicas, dicũt debere. Quid est ergo quod dicebatis aduersum nos? An contriti sunt dentes vestri in ore vestro? Quid nobis & regibus inquiunt? Quid nobis & Imperatoribus? Vos de imperatoribus præsumitis. Quæro & ego. Quid vobis ad proconsules, quos miserunt Imperatores? Quid vobis ad leges, quas cõtra vos dederunt Imperatores? Imperatores cõiocerunt. Eos vtique appellãt hæreticos, qui non sunt communionis eorum, inter quos vtique & vos estis. Si veræ sunt leges, valeãt & in vos hæreticos: si falsæ sunt leges, quare valent contra vestros hæreticos? Fratres paululum aduertite, & intelligite quod diximus. Quando egerunt causas suas aduersus Maximinianistas, vt eos à se damnatos & schismaticos, suis eiicerent de locis, q̃ illi tenebant antiquitus, & succeserant Episcopis decessoribus suis, volentes illos in de excludere, egerunt legibus publicis, ad iudices venerunt, dixerunt se catholicos, vt possent excludere hæreticos. Quare te dicis catholicum vt excludatur hæreticus, & non potius es catholicus, ne sis excluus hæreticus? Modo catholicus es, vt valeas ad excludendum hæreticum. Iudex.n. nõ posset nisi legibus suis iudicare. Dixerunt se catholicos, admissi sunt agere: dixerunt illos hæreticos, quę fuit vnde probaretur. Lecto eſt concilium Bagaitanum, vbi dãnati sunt Maximinianistæ, insertum est actis proconsularibus, probatum est q̃ illi damnati non deberent tenere basilicas, & pronunciauit Proconsul ex lege. Ex qua lege? Quæ lata est contra hæreticos. Si contra hæreticos, & contra te. Quare, inquit, contra me? nõ enim ego hæreticus sum. Si tu hæreticus non es, falsæ sunt illæ leges: ab his enim Imperatoribus latæ sunt qui non sunt cõionis & tuæ. Omnes qui non sunt cõionis corũ, legibus suis hæreticos vocant. Non quæro vtrũ veræ an falsæ, sequestrata illa sit qõ, si adhuc quæstio est. Iterũ te sedo mõ interrogo, veræ leges sunt, an falsæ leges sunt? Si vere sunt, credatur eis: si falsæ sunt, quare vteris eis? Dixisti pcõsuli, catholicus sum, exclude hæreticum. Quæsiuit ille, vnde pbaretur hæreticus. Protulisti conciliũ tuũ, ostendisti q̃ eum damnaueris. Ille vel cohibens, vel non intelligens, vsus est tamen lege sicut iudex, & fecisti de iudice quod de te non vis facere. Si.n. iudex vsus est lege Imperatoris ad tuam suggestionem, cur ea non vteris & tu ad tuam correctionem? Ecce eiicit hæreticum tuum ex lege Imperatoris sui, quare tu ex eadem lege non vis ut te eiiciat? Replicemus quod fecisti. Ecce basilicæ tenebantur à Maximinianistis, modo à vobis tenentur. Excluſi sunt ab eis Maximinianistæ, extant iusiones proconsulũ, extat memoria gestorum, apparitores accipiuntur, ciuitates excitantur, pelluntur homines de locis suis. Quare? Quia hæretici sunt. Qua lege pelluntur? Respõde. Videamus si nondum contriti sunt dentes vestri in ore vestro. Falsa lex est? non valeat in hæreticum tuum. Vera lex est? Valeat & in te. Non est quod respondeant, Deus cõtriuit dentes eorum in ore ipsorum Ideoq̃ue vbi non possunt lubrica fallacia serpere vt aspides, aperta violentia fremunt vt leones. Prosiliunt & sæuiunt armatæ turbæ Circũcellionum, dant stragem q̃tam possunt, q̃tãcunque possunt. Sed & molas leonum confregit dominus. Spernentur tanquam aqua decurrens.) Non vos terreant fratres quidã fluuij qui dñr torrentes, hyemalibus aquis implent: nolite timere, post paululum trãsit, decurrit aqua, ad tps perstrepit, mox cessãbit, diu stare non possunt. Multæ hęreses iam emortuæ sunt, cucurrerunt in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Spernentur tanquã aqua decurrens. Sed non solum, ipsi totum hoc seculũ ad tps perstrepit, & quærit quẽ trahat. Omnes impij, oẽs superbi sonantes ad saxa supbiæ suæ quasi aquis irruentibus & confluentibus non vos terreant, hyemales aquæ sunt, semper manare non possunt, necesse est vt decurrant, necesse defluant in locũ suum, in finẽ suum. Et tũ de isto torrente seculi bibit dñs. Passus est.n. hic, ipm

torren-

torrentem bibit,sed in via bibit,sed in transcursu,quia in via peccatorum non stetit,
Sed quid ait de illo scriptura? De torrente
Psa.109 in via bibit,propterea exaltabit caput.i.propterea glorificatus est,quia mortuus est: ꝓpterea resurrexit, quia passus est. Si nollet bibere in via de torrente, non moreretur,si non moreretur,non resurgeret;si nó resurgeret,non glorificaretur. Ergo de torrente in via bibit,propterea exaltabit caput. Exaltatum est iam caput nostrum:sequantur eũ membra sua, Spernentur tanquam aqua decurrens. Intendit arcum suum donec infirmentur.) Minæ dei non cessant, arcus dei
E minæ dei. Itenditur arcus,nondum ferit. Intendit arcũ suũ donec infirmentur:& multi infirmati sunt ipsius intensione arcus terriri. Nam hinc infirmatus est ille qui dixit,
Acto.9. Quid me iubes facere? Ego sum,inquit,Iesus Nazarenus quẽ tu persequeris. Qui clamabat de cœlo, arcum tendebat. Multi ergo qui fuerunt inimici, infirmati sunt & cõuersi, Noluerunt erigere diu ceruices suas aduersus perseuerantiã extenti arcus. Nam sic infirmatus ẽ & ille qui ait, ne timeamus infirmari, Qñ infirmor tunc potens sum'.
2.Co.12 Et cũ oraret à se tolli stimulũ carnis, quid ei responsum est? Virtus in infirmitate perficitur. Intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cæra liquefacta auferentur. Dicturus.n.eras, non oẽs sic infirmantur, qũo ego, vt credant, perseuerant multi in malo suo,& malitia sua. Et de ipsis nihil timeas,Sicut cæra liquefacta auferentur,Nõ contra te stabunt,non ꝑdurabũt,igne quodam concupiscentiarũ suarũ peribunt. Est enim hic quædam pœna occulta, de illa dicturus est modo Psalmus vsq; in finẽ. Pauci sunt versus,Intenti estote. Est q̃dam pœna futura,gehennæ ignis,ignis æternus. Futura.n.pœna duas species habet:aut infero
F rum est,vbi ardebat diues ille qui volebat sibi stillam aquæ stillari in linguam de digito pauperis, quẽ ante ianuam suã contẽpleLuc.16. rat,qñ ait,Qm crucior in hac flamma:Et al
Mat.25 tera est illa in fine,de qua audituri sunt qui ad sinistram ponendi sunt,Ite in ignẽ æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius. Illæ pœnæ manifestæ erunt eo tempore,quando exitum fuerit ex hac vita,aut finito seculo, peruentum ad resurrectionem mortuorum. Modo ergo nulla pœna est,& prorsus impunita sinit deus peccata vsque ad illum diem? Nõ. Est & hic quædam pœna occulta, de ipsa modo tractatur, Hanc vult commendare spiritus dei,hanc intelligamus,hãc caueamus, hanc euitemus,& in illas multũ terribiles non incidemus. Forte dicturus est mihi aliquis, Sũt & hic pœnæ, carceres,exilia,tormẽta,mortes,diuersa genera dolorum & tribulationum. Sunt quidem & ista, & dei iudicio dispensantur,sed multis ad probationem, multis ad damnationem. Videmus tamen aliquando in his pœnis iustos affligi, & ab his pœnis iniustos esse alienos, vnde nutauerunt pedes illius qui postea gratulatus ait, Quam bonus Israel deus rectis corde, Mei autẽ pene mo
Psal.72 ti sunt pedes,quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum intuens. Videbat enim felicitatem malorum, & delectatus erat esse malus. Videns regnate malos,bene illis esse,abundare eos in omni copia rerum temporalium, qualia adhuc ipse paruulus desyderabat à domino. Et nutauerunt illi pedes, vsquequo videret quid in finem vel sperãdum,vel timendum sit. Ait enim in eodem Psalmo, Hoc labor est ante me, donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. Non ergo pœnas inferorum, non pœnas illius post resurrectionẽ ignis æterni,non pœnas istas quæ adhuc in seculo promiscuæ sunt iustis & iniustis, & plerunque graviores iustorum quàm iniustorum:sed nescio quam pœnam præsentis vitæ vult commendare spiritus dei. Aduertite, audite hoc me dicturũ quod noueratis, Sed dulcis est quod in Psalmo ostenditur, qui obscurus antequam ostenderetur,putabatur. Ea enim profero quæ iam noueratis. Sed quia inde proferuntur vbi nondum ea videbatis, fit vt etiam nota tanquam noua delectent. Audite pœnam impiorum,Sicut cæra,inquit,liquefacta auferentur. Dixi peccatis concupiscentias suas hoc eis fieri. Concupiscentia mala,quasi ardor est ignis. Ignis cõ
Psal. sumit vestem, libido adulterij non consumit animam? De cogitatu adulterij cum loqueretur scriptura ait, Alligabit quis ignẽ in sinu suo, & vestimenta sua non combureret? Gestas in sinu prunas,proferatur tunica: gestas in corde adulteriũ, & integra est anima? Sed istas pœnas pauci vident, ꝑ peristas maxime commendat spiritus dei. Audi Apostolum dicentẽ, Tradidit illos deus
Rom.1. in concupiscentias cordis illorũ. Ecce ignis à cuius facie tanquam cæra liquescunt. Solumuntur. nã quadã constantia castitatis, ꝑ

pterea & ipsi euntes in libidines suas, soluti & fluxi dñr. Vnde fluxi? vnde soluti? Ab igne cõcupiscentiarum. Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum,vt faciant quæ cõueniunt,repleti omni iniquitate. Et enumerant multa quæ peccata sunt,& pœnas dicit esse pctõrum. Nam dicit primam pœnam superbiam,immo non pœnam, sed primum pctm superbiam. Primum pctm
Eccli.10 superbia est,vltima pœna ẽ ignis æternus,
Sen.di. aut ignis infernus iam damnatorum. Inter
16.ca.1. illud primum peccatum & hanc vltimam pœnam,media quæ sunt,& peccata sunt & pœnæ peccatorum. Tam multa enim dicit Apostolus fieri ab eis, quæ peccata sunt detestabilia, & tñ pœnas eas dicit. Propter hoc,inquit,deus tradidit eos in concupiscentias cordis eorum in immunditiam, vt faciant quæ non conueniunt. Et ne putaret quisquã ipsis pœnis tñ se affligi,q̃bus morum est in fine, commemorauit vltimam
Rom.1. pœnam, Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt,inquit,quoniã qui ea agunt,digni sunt morte,Non solũ qui faciunt,sed etiã qui consentiunt facientibus. Qui ea agũt digni sunt morte,Quę? Quæ superius enumerauit in pœnis esse. Nam tradidit illos deus,dixit, in concupiscentias cordis eorũ,vt faciant quæ nõ conueniũt. Vt adulter sit,iam pœna est:vt mendax, vt fraudulentus, vt homicida, iam
Eccli.10 pœnæ sunt. Cuius peccati pœnæ? Prioris apostasiæ illius superbiæ, Initiũ peccati hominis apostatare a deo, Et initiũ omnis peccati superbia. Propterea ipsum pctm prius
Rom.1. dixit,Qui cum cognouissent deum,non vt deum glorificauerunt,aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Iam ista pœna est obscuratio cordis. Sed vnde
K contigit? Dicentes.n.se esse sapientes, stulti facti sunt. Quia à se habere dicebant,quod a deo acceperãt. Aut si cognouerunt a quo acceperunt,non cum glorificauerunt a quo se accepisse cognouerunt. Hoc est,Dicentes se esse sapientes. Et ibi statim pœna secuta est,Stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum,Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Parua ista pœna est? Vt de ista sola loquamur,obscuratio cordis,ex cæcatio mentis, parua est pœna? Si quis furtum faciens, statim oculum perdidisset, Omnes dicerent. deum præsentem. vindicasse. Oculum cordis amisit, & ei peperciſſe putatur deus? Sicut cæra liquefacta auferentur. Supercecidit ignis, & non viderunt solẽ.) Videtis qũo dicit quandã pœnã obscurationis. Ignis supercecidit, ignis superbiæ,ignis fumosus,ignis cõcupiscentiæ, ignis iracundiæ. Quantus ignis est? Super quẽ occiderit non videbit solẽ. Ideo dictũ
2.sen.di. 6.ca.1. est, Non occidat sol super iracũdiã vestrã, Ephe.4. Ergo fratres, ignem malæ concupiscentię. timete, si non vultis liquefieri sicut cera, & perire a facie dei. Supercadit enim ignis iste,& solem non videbitis. Quem solem? Non istum quem tecũ vident & peco
Matt. 2 ra & muscæ,& boni & mali. Quia facit solẽ L suum oriri sup bonos & malos. Est & alius Sapiẽ.2. sol de quo dicturi sunt illi, Et sol non ortus est nobis, transierunt omnia illa tanquam vmbra. Ergo errauimus a via veritatis,& iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Quare, nisi quia supercecidit ignis, & non viderunt solem? Vicit illos concupiscentia carnis. Et ista concupiscentia carnis vnde venit? Attendite, De traduce natus es,cum eo quod vincas. Noli tibi hostes addere, vince cum quo natus es. Ad stadium vitæ huius cum illo venisti, congredere cum eo qui tecum processit. Ipso non victo, quare prouocas cateruas concupiscentiarum? Delectatio enim carnalis fratres cum homine nascitur. Sed qui bene eruditur, cito videt hostem suum, & aggreditur & luctatur, & cito vincit, Idoneus est enim nondum crescentibus hostibus. Qui autem illam concupiscentiam cũ qua de peccati propagine natus est, contemnit vincere, & multas adhuc excitat exeritque libidines, difficulter eas superat, & aduersus se ipse diutius, igne proprio concrematur. Ne itaque speres quasi illas solas pœnas futuras, præsentes videM
Matt.3 Priusquam producat spinas vestras rhãnus tanquam viuentes tanquam in ira combibit eos.) Quid est rhamnus? Spinarum genus est, densissimæ quædam spinæ esse dicuntur. Primo herba est,& cum herba est,mollis & pulchra est, ibi sunt tamen spinæ postea processuræ. Modo ergo delectant peccata, & quasi non compungunt; Herba est rhamnus, & modo tamen est spina: priusquam producat spinas rhamnus, priusquam miserarum delectationum, & voluptatum manifesta tormenta procedant;

dant: Interrogent se qui aliquid amant, & ad id peruenire non possunt, videant si non cruciantur desyderio, & cum peruenerint ad id quod illicite desyderant, attendant si non cruciantur timore. Videant ergo hic pœnas suas antequam veniat illa resurrectio, cum in carne resurgentes non immutabuntur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. Habebunt quippe corruptionem carnis in qua doleant, non in qua moriantur, alioqui & illi dolores finirentur. Tunc spinæ illius rhamni, id est, dolores omnes & compunctionis tormentorum producentur. Quales spinas patientur illi qui dicturi sunt, Hi sunt quos aliquando habuimus in risum? Spinæ compunctionis pœnitentiæ, sed feræ & infructuosæ sunt, sicut spinarum sterilitas. Pœnitentia huius temporis, dolor medicinalis est: pœnitentia illius temporis, dolor pœnalis est. Non vis illas pati spinas, hic compungere spinis pœnitentiæ, vt facias quod dictum est, Conuersus sum in ærũna mea, dum configitur spina. Peccatum meum cognoui, & iniquitatem meam non operui. Dixi, pronunciabo aduersus me delictum meum domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Modo tac, modo compungere, ne in te fiat quod dictum est de quibusdam detestabilibus, Discisi sunt nec compuncti sunt, Attendite qui discisci sunt nec cõpuncti sunt. Videtis discissos, & non videtis cõpunctos. Ecce præter Ecclesiam sunt, & non eos pœnitet vt redeant vnde discisi sunt, producet postea spinas eorum rhãnus. Nolunt modo habere compunctionem medicinalem, habebunt postea pœnalem. Sed etiam modo priusquam producat spinas rhãnus, supercecidit ignis, qui eos non permittit videre solem, qui eos adhuc viuentes in ira dei combibit: Ignis concupiscentiarũ malarum, bonorum vanorum superbiæ, auaritiæ suæ: Et quicquid eos premit ne cognoscant veritatem, ne victi videantur, ne subijciat illos vel ipsa veritas. Quid enim gloriosius fratres quam subijci & vinci à veritate? Superet te veritas volentem. Nã & inuitum ipsa superabit. Ergo ille ignis concupiscentiarum malarum qui supercecidit vt non videant solem, combibit rhamnum priusquam producat spinas eorum: id est, occultat eorum malam vitam, priusquam pariat eadem vita manifestos in fine cruciatus, sed in ira dei occultat rhamnum ignis iste. Non enim parua pœna est, quòd modo non vident solem, nec spinas pœnarum credunt ex hac vita malas sibi postea processuras. Vos enim, inquit, rhamnus estis, quem rhamnum, id est, vosipsos, viuentes, id est, adhuc in hac vita constitutos, priusquam in futuro iudicio spinas pœnarum vestrarum manifestas producat, nunc in ira combibit, id est, quasi absorbendo apparere non siuit. Hic itaque ordo verborum quantum puto, planius ita contexitur, Supercecidit ignis, & non viderunt solem: qui ignis tanquam in ira, tanquam viuentes vos rhamnum combibit, priusquam producat spinas vestras: id est, vosipsos quos rhamnum inuenit combibit ante mortem, priusquam eadem rhamnus spinas vestras post mortem in illa pœnali resurrectione producat. Quare autem non dixit, viuentes: sed, tanquam viuentes: nisi quia falsa est hæc vita impiorum? Neque enim viuunt, sed viuere sibi videntur. Et quare non, in ira: sed, tanquam in ira: nisi quia tranquillus hoc facit deus. Nam & hoc scriptum est, Tu autem domine virtutum cum tranquillitate iudicas. Ille ergo & cum minatur, non irascitur. Neque enim perturbatur, sed tanquam irascitur, quia ponit & vindicat. Et qui corrigi nolunt, tanquam viuunt, sed non viuunt. Vindicta enim primi peccati, & eorum quæ addiderunt, manet super eos: Et ipsa vocatur ira dei, quia de iudicio dei venit. Vnde dominus de non credente ait, Sed ira dei manet super eum. Cum ira enim dei mortales nascimur. Vnde dicit apostolus, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri. Quid est, natura filij iræ, nisi quia portamus nobiscum pœnam primi peccati? Sed si conuertamus nos, auferetur ira, præbetur gratia. Nõ vis conuerti, addis etiam super id quod natus es, tanquam in ira combiberis in præsenti tempore. Agnoscite ergo istam pœnam, & gaudete vos non esse in hac pœna omnes qui proficitis, omnes qui intelligitis & amatis veritatem, omnes qui plus in vobis vultis victoriam veritatis quàm vestram, qui non clauditis aduersus veritatem aures vestras, de præsentium delectatione, & de præteritorum recordatione, ne sitis canis reuersus ad suum vomitum. Omnes tales qui estis, videte pœnas eorum qui tales non sunt, & gaudete

gaudete. Adhuc inferorũ pęnę nõ venerũ, adhuc ignis æternus nõ venit. Cõparet qut proficit in deo se modo cum impio, cæcum cor cum illuminato eorde, Comparate duos, uidentem & non videntem in carne. Et quid magnum est, visio carnis? Num quid Tobias habebat carneos oculos? Filius ipsius habebat, & ille non habebat, & viam vitæ cęcus uidenti ostendebat. Ergo istam pœnam quãdo videtis gaudete, quia in illa non estis: Propterea dicit scriptura, Lætabitur iustus cum viderit vindictam.) Non illam futuram. Nam vide quid sequitur: Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.) Quid est hoc? Intendat charitas vestra: Nunquid quando feriũtur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lauare manus suas? Sed quid est, in sanguine peccatoris, lauabit manus suas? Iustus quando videt pœnã peccatoris, proficit ipse, & mors alterius valet ad vitam alterius. Si enim spiritaliter sanguis currit de his qui intrinsecus moriuntur, vt videns talem vindictam, laua illic manus tuas, decætero mundius vive. Et quomodo lauabit manus suas qui iustus ẽ? Quid enim habet in manibus quod lauetur, si iustus ẽ? Sed iustus ex fide viuit. Iustos ergo dixit fideles, & ex quo iam credidisti, iam incipis vocari iustus. Facta est enim dimissio peccatorum. Et si de ista resi duã vitã quędam peccata tua sunt, quę non possunt nisi quantum aqua de mari in sentinam influere: tamen quia credidisti cum videris eum, qui omnino auersus est à deo occidi in illa cęcitate, supercadẽte illo igne, non videre solem, tu qui iam per fidem vides Christum, vt videas per speciem, quia iustus ex fide viuit, attende impium morie tem, & purga te à peccatis. Ita lauas quodãmodo manus tuas in sanguine peccatoris. Manus ergo suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicit homo, si ergo est fructus iusto?) Ecce antequam veniat quod proiicitur, antequam detur vita æterna, an hum, hic in hac vita est fructus iusto. Qui fructus? Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Qui fructus iusto? Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Gaudet ebriosus, & non gaudet iustus? In charitate est fructus iusto. Miser ille etiam cum se inebriat, be.. tus eiam iste cum esurit & sitit. Illum ingurgitat vinolentia, iustum spes pascit. Videat ergo illius pœnam, suum gaudium, & cogitet deum, Qui tale gaudium modo dedit de fide, de spe, de charitate, de veritate scripturarum suarum, quale præparat in finem? Qui in via sic pascit, in patria quomodo saginabit? Et dicet homo, Si ergo est fructus iusto? Credant qui vident, & videant & intelligant. Lætabitur enim iustus cum viderit vindictam. Si autem non habet oculos vnde videat vindictam, contristabitur, nec corrigetur ex illa. Si autem videt illam, videt quid interfit inter contenebratum oculum corporis, & oculũ illuminatum cordis: inter refrigerium castitatis, & flammam libidinis: inter securitatem spei, & timorem facinoris. Cum viderit hoc, discernat se, & lauet manus suas in sanguine ipsius. Proficiat ex comparatione, & dicat: Ergo est fructus iusto. Ergo est deus iudicans eos in terra.) Nondum in illa vita, nondum in igne æterno, nondum apud inferos, sed hic in terra. Ecce diues ille adhuc induitur purpura & byssо, & adhuc epulatur quotidie splendide. Nondum produxit spinas rhamnus, nondum dicit, crucior in hac flamma, Sed iam est mentis cæcitas, iam oculus mentis extinctus est. Si cæcus oculis carnis ad mensam suã quãlibet optimam discumberet, miserum eum diceres. Cæcus interius, panem Christum non videt, & beatus est? Hoc non dicit nisi pariter cæcus. Ergo est fructs iusto, ergo est deus iudicans eos in terra. Si aliquantũ prolixiores fuimus, date veniam. Exhortamur vos in nomine Christi, vt hæc q̃ audistis, ad fructum cogitetis. Quia & prædicare veritatem nihil est, si cor à lingua dissentiat, & audire veritatem nihil prodest, si homo non super petram ædificet. Qui ædificat super petram, ipse est qui audit & facit: Qui autem audit & non facit, ædificat super harenam: Qui nec audit nec facit, nihil ædificat. Sed quomodo qui ædificat super harenam, ruinam sibi ædificat: sic ille qui nõ ædificat super petram, veniente fluuio, sine domo rapitur. Non est aliud facere nisi & ædificare, & super petram ædificare, id est, & audire & facere. Nec alius dicat, Vt quid procedo ad Ecclesiam? Ecce qui quotidie ad Ecclesiam procedunt,

cedunt,non faciunt quod audiunt. Faciunt tamen vt audiant sic possunt facere vt audiant & faciant. Tu autem quantum longe es à faciendo, qui tantum fugis ab audiendo? Sed ego,inquit,non ædificabo super harenam. Nudum te inuenturus est fluuius, Nunquid ideo te non ablaturus est? Nunquid ideo pluuia non necabit? nunquid vẽti propterea non abripient? Ergo veni & audi. Sed cum audieris, fac. Nam si audieris & non feceris, ædificasti quidem, sed super harenam. Quia ergo sine ędificio constituti nudi sumus, in ædificio autem super harenam posito, sub ruina sumus: restat vt super petram ædificemus: & quod audiuimus, faciamus.

Psalmus quinquagesimusoctauus.

SIcut solet scriptura Psalmorum mysteria in titulis ponere, & frontem Psalmi sublimitate sacramẽti decorare, vt sciamus qui intraturi sumus, cum tanquam su
I per postem quid intus agatur legerimus, vel cuius domus sit: vel quisnam sit illius prædij possessor, ita & in hoc Psalmo scriptus est titulus de titulo. Habet enim. In finem, ne corrumpas ipsi Dauid in tituli inscriptionem.) Hoc est quod dixi, titulus de titulo. Quænam enim sit tituli huius inscriptio, quam corrumpi vetat, euangelium, nobis indicat, Nam cum dominus crucifigere
Mat.17. tur, titulus inscriptus est à Pilato & posi-
Ioã. 19. tus rex Iudæorum: tribus linguis, Hebræa, Græca & Latina, q̃ linguæ toto orbe maxime excellunt. Igitur si rex Iudæorum crucifigendo eum etiam regem gentium fecerunt, magis quàm occiderũt Christum, sed sibi non nobis: & mortuus est ille pro nobis, & sanguine suo redemit nos. Et modo non est corruptus titulus, quia ille rex est, non solum gentium, sed etiam ipsorum Iudæorum. Quid enim? Quia cõtradixerũt, ideo regis suĩ dominationem euertere docuerunt? Rex est & supra illos. Nam ille rex virgam ferream gerit, quia & regit &
Psal.2. frangit. Ego, inquit, constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum domini, Dominus dixit
K ad me filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli conteres eos. Quos regit? quos cõterit? Regit obedientes, conterit resistẽtes. Ergo ne corrumpas, optime & prophetice, quandoquidem & illi Iudæi suggesserunt tunc Pilato & dixeruut, Noli scribere rex Ioã. 19
Iudæorum. Nam & iste titulus, inquiunt, confirmauit illum regẽ nobis. Et Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Et impletum est, Ne corrumpas. Nec iste solus Psalmus habet huiusmodi inscriptionem vt titulus non Psal.
corrumpatur. Aliqui Psalmi sic prænotati 56.&
sunt, sed tamen in omnibus passio domini 57.
prænunciatur. Ergo & hic intelligamus domini passionẽ, & loquatur nobis Christus caput & corpus. Sic semper, aut propè semper audiamus voces Christi de Psalmo, vt non solum intueamur, caput illud vnũ me diatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, qui etiam secundum diuinitatem in principio erat verbum, deus apud Ioan.
deum, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, caro ex semine Abraham, Matt.
ex semine Dauid, de Maria virgine. Non L
ergo illum solum qui est caput nostrũ cogitemus, quãdo audimus Christum loqui, sed cogitemus Christum caput & corpus totum integrum quendam virum. Nobis 1.Cor.12.
enim dicitur, Vos autem estis corpus Christi & membra, ab apostolo Paulo. Et de illo dicitur ab eodem Apostolo, qui est ca- Ephe.
put Ecclesiæ, Si ergo ille caput, nos corpus, Colo.
totus Christus caput & corpus. Aliquando enim inuenit verba quæ non congruũt ea piti, & nisi ea coaptaueris corpori, nutabit intellectus tuus. Rursus inuenis verba quę non apta sunt corpori, & Christus tamen loquitur, Ibi non timendum est ne erret quisque: cito enim peragit vt capiti aptet, quod videt corpori non conuenire. Ipse de Psa.
nique in cruce pendens, ex persona corporis locutus est, Deus meus deus meus, respi- Mat.
ce me, quare me dereliquisti? Non enim de reliquerat Christum, à quo derelictus non est. Aut vero sic ad nos venit, vt illum desereret, aut sic illum dimisit, vt ab illo discederet? Sed quia homo desertus est à deo, Ada
ille peccans: qui cum soleret gaudere ad faciem dei, conscientia peccati deterritus fugit à gaudio suo: & vere derelinquit illum Gene.
deus, quia ipse deseruit deum. Ex quo Ada M
Christus cum carnem accepisset, hoc ex per- Rom.
sona ipsius carnis ait, quia tunc vetus homo noster simul crucifixus est cum illo. Audiamus ergo quod sequitur. Quando misit Saul & custodit domum eius, vt eum interficerct.) Hoc non ad crucem domini pertinet, sed tamen ad passionem domini pertinet.

Crucifixus enim Christus & mortuus, & sepultus est. Erat ergo illa sepultura tanquã domus, ad quam custodiendam misit regnũ Iudæorum, qũ custodes adhibiti sunt sepulchro Christi. Est quædam historia in scriptura Regnorum, quando misit Saul ad cu
Mat.28. stodiendam domum vt interficeret Dauid,
Psal.58.19 Sed & quantum inde sumpsit qui Psalmũ scripsit, tantum debemus discutere, cum titulum Psalmi tractamus. Hoc nobis significare tñ voluit, quia missum est ad domũ vt custodiretur, & ille interficeretur. Quo ergo ad hoc custodita est domus, si Dauid figurabat Christum, vt interficeretur, quando in sepultura Christus positus non est, ni
Ioan. si in cruce interfectus? Refer hoc ergo ad corpus Christi, quia interficere Christum, erat tollere nomen Christi, ne crederetur
Mat.28. in Christum, dum mendacium præualeret custodum, qui corrupti sunt vt dicerent,
Mat.28. A Quia cum dormirent, venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum. Hoc est vere Christum velle interficere, nomen resurrectionis eius extinguere, vt mendacium Euangelio præfertur. Sed quomodo illud non effecit Saul vt interficeret Dauid, sic & hoc non potuit regnum Iudæorum efficere, vt plus valeret testimonium custodum dormientium, quàm Apostolorum vigilantiũ.
Ibidem. Quid enim edocti sunt custodes vt dicerent? Damus vobis, inquiunt, quantum vultis pecuniæ, & dicite, quia cum dormiretis, venerũt discipuli eius, & abstulerunt eum. Ecce quales testes mendacij contra veritatem & resurrectionem Christi, inimici eius per Saul figurati produxerunt. Interroga infidelitatis testes dormientes, respondeant tibi quid actum sit in sepulchro. Qui si dormiebant, vnde scierunt? Si vigilabant, fures quare non tenuerunt? Dicat ergo quod sequitur.

Primæ partis Psalmi, Enarratio.

ERue me de inimicis deus meus, & ab
B insurgentibus super me redime me.) Factum est hoc in carne Christi, fiet & in nobis. Neque enim cessant inimici nostri diabolus & angeli eius insurgere super nos quotidie, & illudere velle infirmitati & fragilitati nostræ, deceptionibus, suggestionibus, tẽtationibus, & quibuscunque laqueis irretire, cum in tetra adhuc viuimus. Sed vox nostra vigilet ad deum, & clamet in membris Christi, sub capite in cœlo constituto: Erue me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus super me, redime me. Erue me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinũ saluũ me fac.) Erant illi quidem viri sanguinum, qui iustum occiderunt, in quo nullam culpam inuenerunt. Erant illi viri sanguinum, quia cum vellet alienigena, locis manibus dimittere Christum, clamauerunt. Crucifige cru Mat.27.
cifige. Erant viri sanguinum, quibus cum iam obijceretur crimen sanguinis Christi, Ioan.19
responderunt, propinantes posteris suis: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Sed nec in eius corpus exurgere viri sanguinum cessauerunt. Nam & post resurrectionem ascensionemque Christi, persecutiones passa est Ecclesia. Et illa quidem primo quæ effloruit de gente Iudæorum, de qua & Apostoli nostri fuerunt. Ibi primo Stephanus lapidatus est, & quod voca- Acto.7.
batur accepit. Stephanus enim corona dici C
tur, Humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus. Deinde vere in gentibus exurrexerunt regna gentium, antequam in eis impleretur quod prædictum erat, Adorabunt Psal.21.
eum omnes reges terræ, omnes gentes seruiens ei: & fremuit impetus regni illius aduersus testes Christi, effusus est magnus & multus martyrum sanguis. Quo effuso tanquam seminata seges Ecclesiæ fertilius pullulauit, & totum mundum sicuc nunc conspicimus, occupauit, Ab his ergo viris sanguinum eruitur Christus, nõ solum caput, sed etiam corpus. A viris sanguinum eruitur Christus, & ab his qui fuerunt, & ab his qui sunt, & ab his qui futuri sunt. Eruitur Christus, & qui præcesit, & qui est, & qui venturus est. Christus enim est totum corpus Christi, & quicunque nunc Christiani boni, & qui ante nos, & qui post nos futuri sunt, totus Christus eruitur à viris sanguinum. Nec vacat hæc vox, Et a viris sanguinum saluum me fac. Quia ecce venati sunt animam meam.) Potuerunt tenere, potuerunt occidere, venati sunt animam meam. Sed vbi est, Dirupisti vincula mea? Vbi est, Muscipula comminuta est, & nos eruti sumus? Vbi est quod benedicimus deum, qui Psal.115. Psal.113.
non dedit nos in venationem dentibus eorum? Illi quidem venati sunt, sed in manibus venantium non dimittis qui custodit D
Israel. Quia ecce venati sunt animam meã. Irruerunt super me fortes. Non vtcunque

transeundum est ab his fortibus. Diligēter
insinuandum est qui sint fortes insurgētes.
Fortes super quos nisi super infirmos, su-
per inualidos, super non fortes? Et laudan-
tur tamen infirmi, & damnantur fortes. Si
intelligatur qui sunt fortes, primo ipsum
Mat.12. diabolum dominus fortem dixit, Nemo in-
quit, postea intrare in domum fortis, & va
sa eius eripere, nisi prius alligauerit fortem.
Alligauit ergo fortem vinculis dominatio-
nis suæ, & vasa eius abripuit, ac vasa sua fe-
cit. Erant enim omnes iniqui, vasa diaboli,
Ephe.2. qui credentes facti sunt vasa Christi, qui-
Rom.9. bus Apostolus dicit, Fuistis enim aliquan-
do tenebræ, nunc autem lux in domino, qui
notas fecit diuitias suas in vasa misericor-
diæ. Possunt ergo isti fortes intelligi. Sed
sunt in hominibus quidam fortes reprehen
sibili & damnabili fortitudine, qui præsu-
munt quidem, sed de temporali fœlicitate.
Non vobis videtur fuisse fortis diues iste,
Luc.12. qui nunc ex Euangelio recitatus est, quo-
niam successit ei regio in opulentia fru-
ctuum? Perturbatus consilium reconditio-
E nis inuenit, vt destructis veteribus apothe-
cis, nouas construeret ampliores, cisque
completis, animæ suæ diceret, Habes mul-
ta bona anima, epulare, iocundare, satiare.
Psal.51. Qualem fortem vides? Ecce homo qui nō
posuit deum adiutorem suum, sed sperauit
in multitudine diuitiarum suarum. Vide q̄
furtis sit, & præualuit, inquit, in vanitate
tua. Sunt & alij fortes, non de diuitijs, non
de viribus corporis, non de aliqua in tem-
pore paæcellenti potentia dignitatis, sed
præsumentes de iustitia sua. Hoc genus for
tium cauendum, metuendum, auersandum,
non imitandum. Præsumentium, inquam,
non de corpore, non de opibus, non de ge-
nere, non de honore, Omnia enim ista quis
non videat temporalia, fluxa, caduca, volā-
tica? sed præsumentium de iustitia sua.
Mat.19. Talis fortitudo impediuit Iudæos, ne per
foramen acus intrarent. Cum enim de se
præsumunt quòd iusti sint, & tanquam sani
sibi videntur medicinam recusauerunt, &
ipsum medicum necauerunt. Tales ergo
fortes, non infirmos, non venit vocare qui
Matt. 9. dixit, Non est opus sanis medicus, sed ma-
F le habentibus: Non veni vocare iustos, sed
peccatores in pœnitentiam. Isti erant for-
tes qui insultabunt discipulis Christi, quia
magister eorum ad infirmos intrabat, &
Ibidem. conuiuabatur cum infirmis. Quare, in-
quiunt, magister vester cum publicanis &
peccatoribus manducat? O fortes quibus
medicus opus non est. Fortitudo ista non
sanitatis est, sed insaniæ. Nam & phreneti-
cis nihil fortius, valentiores sunt sanis, sed
quanto maiores vires, tanto mors vicinior.
Auertat ergo deus ab imitatione nostra for
tes istos. Timendum est enim ne eos quis-
tes. Nunquid aliquis pharisæorum in illum
credidit, aut aliquis scribarum, nisi populus
iste nesciens legem? Præposuerunt se tur-
bæ infirmæ ad medicum currenti. Vnde ni
quod est grauius, omnem etiam turbam in
se traduxerunt, & medicum omnium occi-
derunt? Sed & ille eo quòd occisus est, de
sanguine suo medicamentum fecit ægrotis.
Irruerunt super me fortes. Hos maxime
fortes aduertite, & videte vtrum de villa re
præsumendum sit homini, quando nec de
iustitia præsumendum est, iam videte vbi
iaceant præsumentes de diuitijs, de viribus
corporis, de nobilitate generis, de dignitate
seculi, si quis de ipsa iustitia tanquam de sua
præsumpserit, cadit. Irruerunt super me for
tes. Ex illis fortibus fuit ille vires suas ia-
ctans, Gratias tibi, inquit ago, quia nō sum
sicut cæteri hominū, iniusti, raptores, adul.

teri, sicut & publicanus iste, Ieiuno bis in
sabbato, decimas do omniū quæ possideo.
Vide fortē iactantem vires suas, contra vi-
rum longe stantē: infirmum attende & per
ipsam humilitatem propinquantem. Publi-
canus autem, inquit, de longinquo stabat, &
nec oculos suos audebat in cœlum leuare,
sed percutiebat pectus suum dicens, Deus
propitius esto mihi peccatori. Amen dico
vobis, descendit iustificatus publicanus ille,
magis q̄ ille pharisæus. Et vide iustitiam.
Ibidem. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, &
qui se humiliat exaltabitur. Irruerunt isti
fortes. i. superbi qui ignorantes dei iustitiā,
Ro.10. & suam iustitiam volentes constituere, iu-
stitiæ dei non sunt subiecti. Quid deinde?
Neque iniquitas mea, neque peccatū meū
domine.) Irruerunt quidem fortes de iusti-
tia sua præsumentes: irruerunt, sed peccatū
in me non inuenerunt. Nam vtique illi for
tes, id est, velut iusti, quare possunt perse-
qui Christum nisi quasi peccatorem? Sed
tamen illi viderint q̄ fortes sint immanite-
te febris, non firmitate sanitatis. Viderint il
li quam fortes sint, & tanquam iusti contra
Iniquum sæuierunt. Sed tamen neque ini-
quitas mea, neque peccatum meum domi-
ne. Sine iniquitate cucurri, & dirigebas.)
Illi ergo fortes currentem me sequi nō po-
tuerunt, ideo p[illegible]orem putauerunt, quia
vestigia mea non viderunt. Sine iniquitate
cucurri & dirige[illegible]ar. Exurge in occursum
mihi & vide.) De[illegible]dicitur, sine iniquitate
cucurri & dirigebat. [illegible]ge in occursum
mihi, & vide. Quid est? Si non occurat,
videre non potest. Tanquam si ambulares
viam, & de longinquo ab aliquo cognosci
non posses, clamare ad eum & diceres, Oc-
curre mihi & vide quemadmodum ambu-
lem. Nam quando de longinquo me atten
dis, gressum meum videre non potes. Itane
& deus nisi occurreret non videret, quàm
sine iniquitate iste dirigebatur, & quàm si-
ne peccato currebat? Accipere quidem &
hoc possumus, Exurge in occursum mihi,
aditua me. Quod autem addidit, & vide,
intelligendum est fac videri quod curro,
fac videti quod dirigor, ex illa figura qua
Gen.22. & illud dictum est Abraham, Nunc cogno
ui quòd times deum. Deus dicit, Nunc co-
gnoui. Vnde, nisi quia nunc te feci cogno-
scere? Ignotus enim sibi quisque est ante in-
terrogationem tentationis. Sicut se Petrus
præsumendo ignorabat, & negando didi-
cit quales vires haberet, in sua tribulatione
intellexit falso sese præsumpsisse, fleuit, &
flendo meruit fructuose nosse quod fuit, & K
esse quod non fuit. Ergo probatus Abrahā, Gen.22.
factus est cognitus sibi: & dictum est a deo,
Nunc cognoui, hoc est, nunc te feci cogno
scere. Quomodo lætus dies quòd facit læ-
tos, & tristis amaritudo, quòd contristat gu
stantem, sic videns deus, videre faciens,
Exurge ergo, inquit, in occursum mihi, &
vide. Quid est, & vide? Adiuua me, id est,
fac in illis vt videant cursum meum, sequā-
tur me, non eis videatur prauum esse quod
rectum est: non eis videatur distortum esse,
quod tenet regulam veritatis, Quoniam
sine iniquitate cucurri & dirigebar. Exurge
in occursum mihi, & vide. Aliquid etiam
me dicere admonet in hoc loco capitis ip-
sius nostri sublimitas, quoniam infirmatus
est vsque ad mortem, & assumpsit infirmi-
tatis carnem, vt pullos Hierusalem colli- Mat.13.
geret sub alas suas, tanquam gallina infir-
mata cum paruulis. Non enim in aliqua
aue hoc aliquando conspeximus, earum ēt
quæ nidificant ante oculos nostros, sicut pa
rietum passeres, sicut hirundines tanquam
annuæ nostræ hospites, sicut ciconiæ, sicut
aliæ atque aliæ aues quę ante oculos no-
stros nidificant, & ouis insidūt, pullos alūt,
sicut ipsæ columbæ, quas quotidie vide-
mus, aliquando autem infirmari cum par-
uulis non agnouimus, non aspeximus, non
vidimus. Gallina quomodo hoc habet? Cer L
te notam rem dico, quæ in conspectu no-
stro quotidie versatur, quomodo raucescit
vox, quomodo fit hispidum totum corpus,
dimittuntur alæ, laxantur plumæ. Et vides
circa pullos nescio quid ægrotum, & ea est
materna charitas quæ inuenit infirmitas.
Quare ergo dñs nisi propter hoc gallina
esse voluit in sancta scriptura dicens, Hie-
rusalem Hierusalem quotiens volui con-
gregare filios tuos tanquam gallina pullos
suos sub alas, & noluisti? Congregauit autē
oēs gentes tanquam gallina pullos suos, qui
infirmatus est propter nos, accipiens carnē Mat.27.
a nobis, id est, a genere humano, crucifixus, Ioan.19
contemptus, alapis cæsus, flagellatus, ligno
suspensus, lancea vulneratus. Ergo hoc ma-
ternæ infirmitatis est, non amissæ maiesta-
tis. Cum ergo talis esset Christus, & ideo
contemptus, & ideo lapis offensionis & pe
tra scandali, ideo multi offenderunt in Rom.9
eum. Cū talis ergo esset Chsistus, & tū sine 1.Petr.2

M peccato suscepisset, factus est particeps nostræ infirmitatis, non iniquitatis: vt ex eo quod nobiscū communicauit infirmitatē, solueret nostram iniquitatem. Ideo sine iniquitate cucurri & dirigebar. Quid ergo? Secundū id quod deus est, non est agnoscēdus, & illud solum in eo consyderandum est, quod pp nos factus est, non illud quod nos fecit? Planè etiam illud consyderādum est, quia magnū pietatis indicium est nosse quis pro te quid sustinuit. Non quicunque paruus p te magno, sed p te infirmo ille
Phili. 2. summus, quid? Factus paruulus, humiliauit se, factus obediēs vsque ad mortem. Quis est iste qui se humiliauit, factus obediens vsque ad mortem? Quis? Suprà audi, Qui cū in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est eē se æqualē deo. Ergo æqualis deo, semetipsum exinauiuit, formam serui accipiens in similitudinē hominum factus, & habitu inuētus, vt homo: & ita exinaniuit, vt assumeret quod non erat, non vt amitteret quod erat. Quomodo ergo se exinaniuit? Quia tibi talis apparuit, quia tibi dignitatem quam apud patrem habet, nō demōstrauit, quia tibi nunc obtulit infirmitatē, seruauit purgato postea claritatem. Ille ergo patri æqualis, talis est factus: & tamen in ipsa infirmitate agnoscendus est, non visione sed fide: vt quod videre nondum possumus, saltem credamus, & credēdo quod
A non videmus, etiam videre mereamur. Merito posteaquam resurrexit ait Mariæ Magdalenæ, cui dignatus est primitus apparere,
Ioā. 20. Noli me tangere, nondū enim ascendi ad patrē. Quid est hoc? Paulo post enim mulieres tetigerunt. Nā redeuntes à monumē
Mat. 28. to, obuiam sibi factum adorauerunt, & pe-
Ioā. 21. des eius tenuerunt, Discipuli etiam cicatri-
Ioā. 20. ces palpauerunt. Quid est ergo, Noli me tāgere, nōdū. n. ascēdi ad pr̄em: nisi noli qđ vides hoc solū me credere, ne & hic remaneat aspectus tuus, quasi tactus tuus? Humilis. n. tibi videor, nōdū ascēdi ad pr̄em, vnde & ad vos ascēdi, & ide nō recessi: Nōdū illuc ascendi, quādo vos nō deserui. Venit nō recedēs, ascendit non deserens. Sed quid est quod ascendit ad patrem? Quando nobis innotescit æqualis patri. Nos enim ascēdimus proficiendo, vt hoc viuere, vt hoc intelligere, vt hoc vtcūque capere valeamus. Ideo ergo distulit tactum, non abstulit, nō
Psal. 18. repulit, non negauit. Nondum. n. inquit, ascēdi ad patrem. A summo c œlo egressio eius, dicit alius Psalmus, & occursus eius vsque ad summum cœli. Summū cœli. i. summum in omnibus spiritalibus pater est, Inde excursus eius, & occursus eius vsque ad summum cœli. Occurrit vsque ad summū. Summum non dicitur nisi de æquali. Deinde cum aliqua inæqualia comparamus, & aliquid breue ad aliquid magnum applicamus, videte quantum ad quantum sit, si inæquale inuenerimus, ita solemus loqui, Nō occurrit: Si autē æquale sit, occurrit. Ergo occursus eius vsque ad summum cœli, quia æqualis est patri. Talem se volebat innotescere fidelibus suis, qui dixerat, Noli me tāgere. Hoc volebat præstari à patre fidelibus suis, qui dicebat, Exurge in occursum mihi & vide, innotesce p̄ tibi æqualis sim & vide. Quid est, & vide? Fac videre p̄ tibi æqualis sim. Quandiu mihi Philippus dicit, Ostende nobis patrem & sufficit nobis: quandiu ego dicam, Tanto tempore vobiscum sum, & patrem non nostis? Philippe, qui me videt, videt & patrem. Non credis quia ego in patre, & p̄ in me est? & adhuc fort e non credit æqualē, Exurge in occursum mihi & vide. Fac me videri, fac te videri, fac notam hominibus æqualitatem nostram. Non putent Iudæi se hominem crucifixisse, Quāuis in eo non crucifixum fit, nisi inquantum homo erat, tamen non cognouerūt quem crucifixerunt: Si. n. cognouissent, dominum gloriæ nunquam crucifixissent. Hunc dominū gloriæ vt nouerint fratres mei fideles, Exurge in occursum mihi & vide. Et tu domine deus virtutū, deus Israel.) Tu deus Israel qui non putaris nisi deus Israel solius, qui nō putaris nisi deus vnius gentis, quæ te colit, cum omnes gentes idola colāt, Tu deus Israel. Intende ad visitandum omnes gentes.) Impleatur ista prophetia in qua Esaias exp̄ssona tua alloquitur Ecclesiam tuam sanctā ciuitatem tuam sterilem, illam cuius multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Ei quippe dictum est: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ nō parturis, quia multi filij desertæ magis quā eius quæ habet virum: magis quam gentis Iudææ quæ habet virum, quæ accepit legē, magis quam eius gentis quæ habuit quidem tem regem. Nam tuus rex latet, & plures tibi filij sunt ex occulto sponso. Ergo ei dicitur, Multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virū. Deinde adiūgit Propheta,

Dilata locum tabernaculi tui, & aulas consfige: Non est quod parcas, extende longius
D funiculos tuos, & palos validos constitue
Esa. 54. etiam atque etiam in dexteram atque sini-
Psal. 73. stram. Ini dextera tene bonos, in sinistra te-
Psal. 82. ne malos, donec veniat ventilabrum, possit tamen omnes gentes. Inuitentur ad nuptias boni & mali, impleantur nuptiæ recū bērtium. Seruorum est inuitare, dominī spectare. Etiam atque etiam in dexteram atque
Esa. 54. sinistram extende. Semen. n. tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Desertæ à Deo, desertæ à Prophetis, desertæ ab Apostolis, desertæ ab Euāgelio, plenæ dæmonijs. Ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis, non est quod metuas. Prævalebis. n. nec erubescas quod detestabilis fueris. Ergo quia insurrexerunt super te fortes, ne erubescas, quando cōtra nomē Christianum leges ferebantur, quādo ignominia & blasphemia erat esse Christianū,
Esa. 54. Ne erubescas p̄ detestabilis fueris. Confusionem. n. in perpetuum obliuiscēris, ignominiæ viduitatis tuæ nō eris memor, quoniam ego sum dominus qui facio te, Domi
Psal. 97. nus deus Israel vniuersæ terræ vocabitur.
Et tu domine deus virtutum, deus Israel, in
E de inquam ad visitandum omnes gentes.
Non miserearis omnium qui operantur iniquitatem:) Hic planè terruit. Quem non terreat? Quis ad suam consscientiam rediēs non contremiscat? Quæ etiam sibi consscia
Psal. 3. est pietatis, mirum nisi aliquid consscia sit etiam iniquitatis? Quicunque. n. peccatum facit, & iniquitatem facit. Si. n. iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Et tamen verum est, nec frustra dictū, nec vacare omnino potest, aut poterit, non
Psal. 129. miserearis omnium qui operantur iniquitatem. Sed ecce misertus est Pauli, qui primo Saulus operabatur iniquitatem. Quid. n. se cit boni, vnde promeretur deum? Nonne sanctos eius ad mortem attrahebat? Nonne epistolas à principibus sacerdotum ferebat, vt vbicunque Christianos inueniret, ad pœnam raperet? Nonne id agens, eo tenens, & cædem spirans & anhelans, sicut de illo scriptura attestatur, de cœlo vocatus est, voce sublimi deiectus, erectus, excæcatus, illuminatus, occisus, viuificatus, perditus, redditus? Quo merito? Nihil nos dicamus, ipsum potius audiamus. Qui prius fui, inquit, blasphemus, & persecutor, & iniuriosus, sed misericordiam cōsecutus sum, Ergo non misereris omnium qui operantur iniquitatem. Hoc duobus modis intelligi potest: Siue quia omnino nulla peccata impunita relinquit deus, Siue q̄ est quædā iniquitas, quam qui operantur, omnino eorum deus non miseretur. Secundum istos duos modo breuiter quantum temporis sufficit, aliquid loquamur charitati vestræ. Iniquitas omnis parua magnā ue sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut à deo vindicante. Nam & quem pœnitet, punit seipsum. Ergo fratres puniamus nostra peccata, si quærimus misericordiam dei. Non potest deus misereri omnium operantiū iniquitatē quasi blādiēs peccatis, aut non eradicans pctā, Prorsus aut punis, aut punit. Vis non puniat? Puni tu. Nam & illud feciſti quod impunitum esse non possit, sed à te puniatur potius, vt facias quod in illo Psalmo scriptum est, Prævenianus faciem eius in confessione. Quid est, Prævenianus faciem eius in confessione? Ante quam ipse attendat vt puniat, tu prævenī confitendo & puni. Nō ille inueniat quod punias, quia cum tu punis iniquitatem, facis æquitatē, Et ideo tui miserebitur deus, quia iam te operantem æquitatem inuenit deus. Quid est, operantem æquitatē? Quia
G hoc in te odisti, qđ & odit ille, vt incipias placere, dum hoc in te punis quod displicet deo. Nam non potest impunitum relinqui peccatum, quia verum est, Non misereris omnium qui operantur iniquitatem. Sed videamus iam alium modum, quo hæc sentētia possit intelligi. Est quædam iniquitas, quam qui operatur non potest fieri vt misereatur ei deus. Quæritis fortè quæ nam illa sit? Ipsa est defensio peccatorum. Quando quisque defendit peccata sua, magnam iniquitatem operatur. Hoc defendit quod deus odit. Et videte quam peruersē, quam inique: Si quid boni fecerint, sibi vult imputari: si quid mali, deo. Nam hoc modo defendunt homines peccata sua ex dei persona, quod peius est. Quid est hoc? Nemo est qui audeat dicere, bonum est adulterium, bonum est homicidium, bona fraus, bonū periurium, nullus prorsus hominum. Nam qui illa etiam faciunt, clamant mala hæc esse quando patiuntur. Omnino ergo non inuenies animam tam peruersam, tam extorrē à societate generis humani, & à partici-

De vera & falsa pœnitē. cap. 10.

Psal. 54.

patione communis sanguinis ex Adam,cui videatur bonum esse adulterium sicut dixi,
H fraus,rapina,periurium. Sed quomodo ea defendūt? Si deus noluisset,nō id feciſſem. Quid vis faciam fato meo? Iam ꝙris quid
Gene.1. sit fatum. Curris ad stellas,Quæris quis fecerit,& ordinauerit stellas. Deus est. Ergo ad hoc peccatum tuum defendis, vt deum accuſes. Ideo excusatur reus,vt culpetur iudex. Prorsus talem iniquitatem operantiū, non miseretur deus. Non miserearis omnium qui operātur iniquitatem. Perseque re,inquit,peccata eorum,puni,compunge, conuerte illos ante se qui se ponunt post se:& erubescāt de se,vt gaudeant de te. Nō miserearis omnium qui operantur iniquitatem. Conuertantur ad vesperum.) Nescio quos dicit quōdam operatores iniquitatis,& quondam tenebras conuerti ad ve-
Mar.16 sperum. Quid est,ad vesperum? Postea. Quid est,ad vesperū? Serius. Postea,quid
Acto. 2. est? Ad vesperum. Ante.n.debuerant quā crucifigerent Christum medicum agnoscere. Quare iam eo crucifixo,resurgente,in cœlum ascendente,postea quam misit spiritum suum sanctū, quo repleti sunt illi qui in vna domo erant,& cœperunt loqui linguis omnium gentium, expauerunt crucifixores Christi, Compuncti sunt de conscié
I tia sua,consilium salutis ab Apostolis petierunt,audierunt,Agite pœnitentiam,& baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi,& dimittentur vobis peccata vestra. Post occisum Christum, post effusum Christi sanguinem dimittūtur peccata vestra. Ille sic voluit mori,vt sanguine suo etiam effusores eiusdem sanguinis redimeret. Fudistis fœuientes,bibite confitentes. Merito conuertentur ad vesperum. Et famem patientur vt canes.) Canes gentes Iudæi dixerunt,tanquam immundos. Nam inde & ipse dominus cum post eū clamaret Chananæa quædam mulier,non Iudæa, ad suam filiam curandam conuertere volens eius misericordiam. Ille omnia præuidens, omnia sciens, sed fide eius ostendere volens,distulit beneficium,
Mat.15. & eam suspendit,Et quomodo distulit? Nō sum,inquit,missus, nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Israel,oues. Gentes quid? Non est bonum panem sumere filiorum, & mittere canibus. Gentes ergo canes appellauit,propter immunditiam. Quid autē illa mulier esuriens,hoc magis nō repulit. Susceptt humiliter conuitium, & meruit beneficium. Neque.n.conuitium aliud dicendum erat quod à domino dictum erat. Seruus si aliquid tale domino dicat,conuitium est. Dominus autem cum tale aliquid seruo dicat,dignatio potius dici potest. Ita, inquit,domine. Quid est,ita? Verum dicis. Prorsus verum dicis,canis ego sum. Sed & canes,inquit, edunt de micis quæ cadūt de mensa dominorum suorum. Et continuo dominus. O mulier,magna est fides tua. Iā dudum canis,modo mulier. Vnde iam mulier quæ pauloante canis? Confitendo humiliter, non repellendo quod dominō dicitur erat. Ergo gentes canes, & ideo esurientes. Bonum est & Iudæis vt agnoscant se peccatores. Et licet ad vesperam conuertantur,& famem patiantur vt canes. Nam male saturatus erat ille qui dicebat, Ieiuno Luc.
bis in sabbato, Ille autem Publicanus canis erat famem patiens, & inde beneficium domini esuriebat, cum dicebat. Propitius esto mihi peccatori. Conuertantur ergo & illi ad vesperam, & famem patiantur vt canes. Desyderent gratiam dei, intelligant se peccatores. Fortes illi fiant infirmi, diuites illi fiant pauperes, iusti illi agnoscant se peccatores, leones illi canes fiant. Conuertantur ad vesperam, & famem patiantur vt canes. Et circuibunt ciuitatem.) Quam ciuitatem? Mundum istum, quem quibusdam locis vocat scriptura ciuitatem circunstantiæ. i. quia in omnibus gētibus vndique circunfuderat mundus vnam gentem Iudæorum, vbi talia gerebantur, & appellabatur ciuitas circunstantiæ. Istam ciuitatem circumibunt illi iam canes esurientes: Quomodo circumibunt? Euāgelizando. Saulus Act.9.
ex lupo canis factus est ad vesperam. i. sero conuersus, De micis domini sui in gratia eius cucurrit,& circumiuit ciuitatem. Et ce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum.) Iam ille gladius bis acutus, de quo Apostolus dicit, Et gladius spiritus, quod est verbum dei. Quare bis acutus? Quare, nisi quia ex vtroque testamento feriens? Hoc gladio mactabantur de quibus dicebatur Petro, Macta & manduca. Et gladius in labijs eorum. Quoniam quis audiuit?) Loquentur in ore suo, quis audiuit? id est, stomachabuntur aduersus pigros ad fidem: qui pauloante & ipsi credere nolebāt, tædium de non credentibus patiuntur. Et vere fratres contin-

git. Vides hominem pigrum antequam sit Christianus, Clamas ad illū quotidie, vix conuertitur. Tandem conuersus, conuertere uult etiam omnes & facere Christianos, & miratur quia nondum sunt. Excidit illi
M quòd ad vesperam conuersus est. Sed quia factus est esuriens sicut canis, habet etiam Isa.36. in labijs gladium, Dicit, Quis audiuit? Dan.10. Quid est, quis audiuit? Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Quoniam quis audiuit? Non credunt Iudæi, & conuersi sunt ad gentes & annunciauerunt. Iudæi non credebant, & tamen per credentes Iudæos Euangelium circumibat ciuitatem, & dicebant, Quoniam quis audiuit? Et tu domine deridebis eos.) Quis audiuit? Omnes gentes Christianæ futuræ sunt,& vos dicitis, quis audiuit? Quid est,deridebis eos? Pro nihilo habebis omnes gentes.) Nihil ante te erit, quia facillimum erit vt credant in te omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam.) Illi enim fortes ideo cecidерunt, quia fortitudinem suam ad te non custodierunt, id est, illi qui super me insurrexerunt & irruerunt, de se præsumpserunt. Ego autem fortitudinem meam ad te custodiam, quia si recedo, cado: si accedo, fortior fio. Videte enim quid est fratres in anima humana. Non habet ex se lumen, non A habet ex se vires. Totum autem quod pulchrum est in anima, virtus & sapientia est. Sed nec sapit sibi, nec valet sibi, nec ipsa sibi lux est, nec ipsa sibi virtus est. Est quædam origo fonsque virtutis, est quædam radix sapientiæ, est quædam, vt ita dicam, si & hoc dicendum est, regio incommutabilis veritatis. Ab hac anima recedens tenebratur, ac-
Psal.33. cedens illuminatur. Accedite ad eum & illuminamini, quia recendo tenebramini. Ergo fortitudinem meam ad te custodiam, Non a te recedam, non de me præsumam. Fortitudinem meam ad te custodiā, Quia deus susceptor meus es.) Vbi enim eram, & vbi sum? Vnde me susceptisti? Quas ini-
Psal.5. quitates meas dimisisti? Vbi iacebam? Quo erectus sum? Ergo hoc meminisse non debeo quod in alio Psalmo dicitur, Quoniā pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me? Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es. Deus meus misericordia eius præueniet me.) Ecce quid est, fortitudinem meam ad te custodiam? De me omnino nihil præsumam. Quid enim attuli boni, vt mei misereris, & me iustificares? Quid in me inuenisti, nisi sola peccata? Tuum nihil aliud nisi natura, quā creasti, cætera mala mea quæ deleuisti. Non ego prior ad te exurrexi, sed tu ad me excitandum venisti. B Nam misericordia eius præueniet me. Antequam aliquid boni ego faciam, misericordia eius præueniet me. Quid hic respondebit infœlix Pelagius? Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis.) Quid ait? Quantam circa me exhibuit misericordiam, in inimicis meis mihi demonstrauit. Relictis comparet se collectus, & repulsis electus, Comparet se Rom.9. vasis iræ vas misericordiæ, & videat quia ex vna massa fecit deus, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Quid est, demonstrauit mihi in inimicis meis? Si enim deus volens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia vasa itæ, quæ perfecta sunt in perditionem. Et propter quid hoc? Vt notas faceret diuitias suas in vasa misericordiæ. Si ergo vasa iræ attulit, in quibus notas faceret diuitias suas in vasa misericordiæ, rectissime dictum est, Misericordia eius præueniet me. Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis, id est, quantam circa me habuit misericordiam, in illis mihi demonstrauit circa quos non habuit. Nisi enim debitor suspendatur, minus agit gratias cui debitum relaxatur. Deus meus demonstrat mihi inimicis meis. De ipsis autem inimicis quid? Ne occideris eos, nequando obliuiscantur legis tuæ.) Rogat pro inimicis suis, implet præceptum. Quid est, ne miserearis omnium qui operantur iniquitatem, & ne occideris eos nequando obliuiscantur legis tuæ? Quomodo non miseretur omnium qui operantur iniquitatem, & quomodo non occidit eos ne obliuiscantur legis tuæ? Sed hic de inimicis suis dixit. Quid ergo? Inimici eius æquitatem operantur? Sed qui ci inimicantur æquitatem operantur. Ergo ipsi iniquitatē nō operantur. Sed quia ipse æquitatem operatur. Porro qui æquitatem operatur, profecto iniquitatem ab inimicis patitur. Restat vt qui iusto inimicantur, iniquitatem operētur. Vnde ergo paulo superius, Non miserearis omniū qui operantur iniquitatem, & nunc de inimicis suis ne occideris eos, nequādo obliuiscantur legis tuæ, Quomodo nō miseret

omnium qui operãtur iniquitatem, & qũo non occidit eos ne obliuiſcantur legis tuæ? Non ergo miſereris eorum, vt occidas peccata eorum. Ne occidas eos quorum peccata occidis. Quid eſt autem occidi? Obliuiſci legis dñi. Ipſa eſt vera mors, in profundum ire peccati. Poteſt quidem & hoc de Iudæis intelligi. Quid de Iudæis? Ne occideris eos, neqñ obliuiſcãtur legis tuæ. Iſtos inimicos meos ipſos qui me occiderunt, noli tu occidere. Maneat gens Iudæorum, certe victa eſt a Romanis, certe deleta ciuitas eorum, non admittuntur ad ciuitatem ſuam Iudæi, & tamen Iudæi ſunt: nam omnes iſtæ prouinciæ a Romanis ſubiugatæ ſunt. Quiſnam non cognoſcit gentes ſubiectas imperio Romano? Quæ quidem erant quando oẽs Romani facti ſunt, & oẽs Romani dicuntur? Iudæi tamen manent cum ſigno: nec ſic victi ſunt vt a victoribus abſorberẽtur. Non ſine cauſa Cain ille eſt qui cum fratrem occidiſſet, poſuit in eo deus ſignum, ne quis eum occideret. Hoc eſt ſignũ quod habent Iudæi: tenent omnino reliquias legis ſuę, circunciduntur, ſabbata obſeruant, paſcha immolant, azyma comedunt. Sunt ergo Iudæi, non ſunt occiſi, neceſſarij ſunt credentibus gentibus. Quare hoc? Vt demonſtret nobis inimicis noſtris miſericordiam ſuam. Deus meus demonſtrauit mihi in inimicis meis. In ramis ſuperbiæ præciſis, inſerto miſericordiam ſuã demonſtrat oleaſtro. Ecce vbi iacent qui ſuperbi erant, ecce vbi inſertus es qui tunc iacebas, & tu noli ſuperbire ne præcidi merearis. Deus meus ne occideris eos, ne qñ obliuiſcantur legis tuæ. Diſperge eos in virtute tua.) Iam factum eſt, per omnes gentes, diſperſi ſunt Iudæi teſtes iniqtatis ſuæ, & veritatis noſtræ. Ipſi habent codices, de quibus prophetatus eſt Chriſtus, & nos tenemus Chriſtum. Et ſi forte qñ aliquis paganus dubitauerit, cum ei dixerimus prophetias de Chriſto, quarum euidentiam obſtupeſcit, & admirans putauerit a nobis eſſe conſcriptas, de codicibus Iudæorum probamus, quia hoc totum antè prædictum eſt. Videte quemadmodum de inimicis noſtris alios confundimus inimicos. Diſperge eos in virtute tua: tolle illis virtutem, tolle illis fortitudinem eorum. Et deduc eos protector meus domine. Delicta oris eorum ſermones labiorum eorum, & comprehendantur in ſuperbia ſua. Et ex maledicto & mendacio annunciabuntur conſummationis, & nõ erunt.) Obſcura ſunt, & timeo ne non inueniantur bene. Iamiam audiendo fatigati eſtis. Itaque ſi placet charitati veſtræ, quæ reſtant, in craſtinum differamus. Adiuuabit dominus vt vobis debitum perſoluamus, quia de illo magis quàm de nobis promittimus.

D

H

Ro. 11. E

Concio ſecunda de ſecunda parte eiuſdem Pſalmi.

HEſternus ſermo protractus, debitorẽ me in hodiernum reliquit. Quia ergo dominus voluit, reddendi tempus aduenit. Quam vero ſumus nos deuoti reddi tores, tam debetis vos eſſe auidi exactores. Hoc eſt, vt quod ille donat, & nos reddimus: ille enim dũs, nos ſerui ſumus, ſic agi patis vt ſit fructus in auditione veſtra de vita veſtra. Cultus enim ager fructum non reddens, & ingratus agricolæ, pro frugibus ſpinas afferens, non horreum, ſed ignem quærit. Dominus autem deus noſter, ſicut eum videtis bonam hanc terram viſitare imbribus ſolentibus, ita cor noſtrum vetbo ſuo tanquam agrum ſuum viſitare dignat, & de corde noſtro fructus quærit, quia nouit & quid ibi ſeminet, & quantum pluat. Et quia reuera nihil ſine illo ſumus, quia & antequam eſſemus, nihil eramus, & quiſquis iam homo eſt, & ſine illo eſſe viderit, nihil aliud q̃ homo peccator erit, verumque eſt quod hic dictum eſt: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, qñ quicquid poſſumus, niſi apud illum & ad illum ſeruemus, recedendo amittimus. Vigilare debet mens noſtra, non ab illo recedere, ſed & ſi longe erat, magis magisque propinquare & accedere, non greſſu pedum, non ſubuectione vehiculorum, non celeritate animalium, non eleuatione pennarum, ſed puritate affectuum, & probabilitate ſanctorum morum. Videamus ergo quid reſtat de hoc Pſalmo. In hoc enim dimiſeramus, cum cœpiſſet de inimicis ſuis loqui dicens deo: Ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur legis tuæ.) Quamuis eos inimicos ſuos eſſe dixerit, rogauit tamen deum ne occiderentur & obliuiſcerentur legem ipſius. Non tamen tenere legem, id eſt, non obliuiſci legis, iam perfectio eſt, & quaſi ſecuritas de præmio, & nulla ſolicitudo de ſupplicio. Sunt. n. qui tenent legẽ memoria, & non implẽt vita: qui vero implẽt vita, non pñt non tenere memoria. Ergo qui moribus prę cepta dei facit, et quodã modo viuendo ſemper in corde ſuo ne delẽatur, agit quod tenet, viuendoque ſemper commemorat quid ei in corde ſcriptum ſit de lege dei, ipſe fructuoſe tenet legem dei, ipſe nõ inimicus deputabitur: nam ecce inimici Iudæi, quos videtur ſignificare Pſalmus iſte, legem dei tenent, & ideo de illis dictum eſt, Ne occideris eos, ne qñ obliuiſcantur legis tuæ: vt gens Iudæorum manerẽt, & ea manẽte creſceret multitudo Chriſtianorum. Per oẽs gentes manent certe, & Iudei ſunt, nec deſtiterunt eſſe quod erant: id eſt, gens iſta non ita ceſsit in iura Romanorum, vt amiſerit formam Iudæorum, ſed ita ſubdita Romanis eſt, vt etiã leges ſuas Mat. 27 teneat, quæ leges ſunt dei: Sed quid in illis Luc. 11. factum eſt? Decimatis mentham & cymi-
num, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, miſericordiam & iudicium, liquantes culicem, camelum autem glutientes. Hoc eis dominus dicit, & reuera ita ſunt: tenent legẽ, tenent prophetas, legunt omnia, cantant omnia: lucem prophetarum non ibi videt, qui eſt Chriſtus Ieſus. Non eum enim ſolum nunc non vident cum ſedet in cœlo, ſed nec tunc viderunt quando inter illos humilis ambulabat, & facti ſunt rei funden
do ſanguinem eius, ſed non omnes. Hoc & hodie commendamus charitati veſtræ, non omnes, quia multi eorum conuerſi ad deum quem occiderunt, & in eum credendo, veniam de effuſione ipſius ſanguinis meruerunt, exemplumque præbuerunt hominibus quòd non debeant diffidere dimitti ſibi qualecunque peccatum, quando & interfectio Chriſti dimiſſa eſt confitentibus. Inde ergo dictum eſt, quia deus ſuſceptor meus es, deus meus, miſericordia eius præueniet me, hoc eſt, ante omnia merita mea bona præuenit me miſericordia ipſius, & ſi Rom. 4. nihil in me boni inuenerit, ipſe me facit bonum, & ipſe iuſtificat conuerſum, & ipſe admonet vt conuertatur auerſus. Deus meus, inquit, iterum demonſtrauit mihi in inimicis meis, id eſt, quantum me diligat, quantumque mihi largiatur de bonitate ſua, ex comparatione inimicorum meorum mihi oſtendit, quia cum ſint ex vna maſſa vaſa iræ & vaſa miſericordiæ, per vaſa iræ diſcunt vaſa miſericordię, quantum illis deus largiatur boni. Et deinde ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur legis tuæ, hoc dictum eſt de Iudæis. Sed quid illis facies? Diſperge eos in virtute tua.) Oſtendit illis, quia tu fortis es, non ipſi qui de virtute ſua pſumendo, veritatem tuã nõ cognouerunt, non quales ipſi fortes ſunt, de quibus dictũ eſt, Irruerunt in me fortes: ſed qualis tũ fortis ad diſpergendum eas. Et deduc eos protector meus domine.) Id eſt, ſic eos diſperge vt non eos deſeras, ne quando obliuiſcãtur legis tuæ: & in eoipſo me protegas, vt de ipſorum deſperſione habeã teſtimoniũ miſericordiæ tuæ. Et ſequitur: Delicta oris eorum, ſermonem labiorum eorum,) Quo coniungitur, quo connectitur iſta ſentẽtia? Delicta, inquit, oris eorũ, ſermonẽ labiorũ eorũ. Sequentia non ita connectũtur, vt deceant nos quo coniungatur iſta ſententia. Delicta, inquit, oris eorum, ſermones labiorum eorum, & comprehẽdantur in ſuperbia ſua, & ex maledictio & mendacio annunciabuntur conſummationes, in ira conſummationis, & non erunt. Hoc obſcurum etiam heri dixeramus, & ideo ad recentiores mẽtes vras expoſitionem diſtuleramus. Nunc itaque qñ nondum fatigati eſtis ad audiendum, erigite corda veſtra vt adiuuetis me intentione, ne forte in obſcuritate & perplexitate aliquantum ſermo noſter non ſufficiat intentioni veſtræ, & debetis aliquid & a nobis afferre, vt quod nos dicendo non impleuerimus, intelligendo ſuppleatis. Sic ergo poſita eſt iſta ſententia in medio, vt quo iungatur, non facile videamus. Delicta oris eorum, ſermonem labiorum eorum. Recurramus ergo ad ſuperiora, quoniam cum dixerat: Ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur legis tuę, quos tũ dixerat inimicos, adiunxit duos verſiculos: Diſperge eos in virtute tua, & deduc eos protector meus domine. Et continuo intulit: Delicta oris eorum, ſermonem labiorũ eorum, hoc eſt, illud occide, non ipſos: non ergo occideris eos, ne quando obliuiſcantur legis tuæ: ſed eſt quod in illis occidas, vt impleas quod ſupra dictum eſt, non miſereris omnium qui operantur iniquitatem. Diſperge ergo illos & deduc eos, id eſt, noli deſerere cum diſpergis, quia non deſerendo habes quod in illis agas cum ipſos non occidis. Quid ergo occides? Delicta oris eorum ſermonem labiorum ipſorum. Quid in illis occides? Crucifige cru- Mat. 27

cifige,

K

L

Ioã. 19. cifige, quod clamauerunt, non qui clamauerunt. Illi enim Christum delere, interimere, perdere voluerunt: tu autem resuscitando Christum quem perdere voluerunt, occidis delicta oris eorum, sermonem labiorum eorum. Quippe quem perdendum clamauerunt, viuere expauescant, & quem in terra contempserunt, in cœlo adorari ab omnibus gentibus admirentur. Sic occidantur delicta oris eorum, & sermones labiorum eorum: Et comprehendantur in super

M bia sua.) Quid est comprehendantur in superbia sua? Quia frustra irruerunt fortes, & quasi cessit illis vt aliquid sibi fecisse vi-

Psal. 19. derentur, & præualuerunt domino Potuerunt hominem crucifigere, potuit infirmitas præualere & virtus occidi, & visi sibi sunt aliqui velut fortes, velut præualentes, velut leo paratus ad prædam, velut tauri pingues, sicut eos alio loco commemorat:

Psal. 21. Tauri pingues obsederunt me. Quid autẽ fecerunt in Christo? Non vitam, sed mortem occiderunt. Extincta quippe morte in moriente & resurgente vita de morte in viuẽte: etenim & ipse se resuscitauit, quia erat in illo & quod mori non potuit, quid fecerunt? Audi quid fecerunt: Soluerunt tem-

Ioan. 1. plum. Quid vero ipse fecit? Triduo resuscitauit illud. Per hoc ergo occisa sunt delicta oris eorum, & sermo labiorum eorum. Et quid iam factum est illis qui conuersi sunt? Et comprehenduntur in superbia sua. Dictum est enim illis, quia ille quem occide-

Acto. 1. &. 1. runt, resurrexit. Crediderunt eum resurrexisse, quia uiderunt eum in cœlo positum, spiritum sanctum inde misisse, & eos qui in

i lum crediderunt impleuisse, & inuenerũt se & nihil damnasse & nihil fecisse: Factum

A eorum in irritum venit, peccatum remansit. Quia ergo factum euacuatum est, peccatum autem mansit super facientes, comprehensi sunt in superbia sua, viderunt se sub iniquitate sua. Restabat ergo vt confiterentur peccatum, & ille ignosceret qui peccantibus cesserat, & mortem suam donaret occisus à mortuis, & viuificans mortuos. Comprehensi sunt ergo in superbia sua. Et ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis & non erunt.) Et hoc difficile intelligitur quo iungatur, & non erunt.

Quid non erunt? Videamus ergo superiorem textum: cum comprehensi fuerint in superbia sua, annunciabuntur ex maledicto & mendacio consummationes. Quæ sunt consummationes? Perfectiones: consummari enim perfici est. Aliud est consummari, aliud consumi: consummatur enim quod sic finitur vt perficiatur, consumitur quod sic finitur vt non sit. Superbia non permittebat hominem perfici, nihil sic impedit perfectionem. Intendat quippe charitas vestra paulum ad id quod dico, & videte malum nimis molestum, nimis cauendum. Quale malum putatis? Quàm diu exaggerem quid mali sit in superbia? Diabolus inde solum punitus est: certe princeps est omnium peccatorum, certe seductor est ad peccandum. Non ei imputatur adulterium, non vinolentia, non fornicatio, non rapina rerum alienarum, sola superbia lapsus est. Et quoniam superbiæ comes est inuidentia, sic ri non potest vt superbus non inuideat: ex hoc vitio quod superbiam necessario sequitur, lapsus etiã inuidit stanti, & dedit operam seducere hominem, ne illo leuaretur vnde ille deiectus est: & ideo satagit vera persuadere peccata, quia talem iudicem habemus vbi obijcere falsa non posit. Nam si apud iudicem hominem ageretur causa nostra, quẽ posset fallere criminationibus falsis, non multum ageret vt peccaremus, quia iudicem fallendo & innocentes posset opprimere, & circumuentos ad se traducere, & secum condemnari facere. Nunc verò quia scit talem iudicem qui falli non posit, & quia scit eum iustum, personas accipere non posse, tales ei reos quærat per ducere, quos necesse sit vt damnet, quia iustus est. Dat itaque operam vt peccemus sola inuidentia, quæ inuidentia necesse est vt comitetur superbiam. Hoc est malum superbia est, impediens perfectionem. Iactet ergo se quisque de diuitijs, iactet de pulcritudine & de viribus corporis: ista certe omnia mortalia sunt: Ridẽdi sunt qui se de mortalibus iactant, à quibus rebus plerunque aut viui deseruntur, aut mortui eas necesse est vt deserant. Illud est vitium capitale, quod cum qui quẽque benefactis plus metuenda est. Non itaque mirum, quia sic est humilis Apostolus vt dicat: Qñ infirmor, tunc fortis sum: nam hoc vitio ne & ipse tẽtaret, quale sibi medi-

camẽtum dicit appositum contra tumorẽ à medico, qui sciret quid curaret? Ne magnitudine, inquit, reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus saranæ qui me colaphizet: propter qđ ter dominum rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Videte quæ sunt consummationes, Apostolus doctor gentium, pater fidelium per Euangelium, accepit stimulũ carnis à quo colaphizaretur. Quis nostrum hoc dicere auderet, nisi ille confiteri nõ erubesceret? Si. n. dixerimus hoc non passum

D fuisse Paulum, cum ei quasi honorem deferimus, mendacem facimus. Sed quia verax est, & verũ dixit, Oportet vt credamus datũ illi esse angelum satanæ, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Ecce q timẽdus est serpens superbiæ. Quid itaque facũ est istis? In peccato suo cõprehẽsi sunt, quia Christum occiderunt, & de ipsa magnitudine peccati plus humiliati sunt, & maiore humilitate erigi meruerunt, hoc est, cõprehendantur in superbia sua: & ex maledicto & mendacio annunciabuntur cõsummationes. i. ideo magis perficientur, quia in maledicto & mendacio deprehensi sunt. Superbia quippe eos non permittebat perfici. Ecce Christus resurrexit. Vbi est maledicto & mendacio annunciatæ sunt consummationes. i. dictum est homini, Vidisti quid sis, sensisti quid sis, errasti, excæcatus es, peccasti & laplus es, agnouisti infirmitatem tuam, suplica medico, noli tibi videri sanus. Vbi est phrenesis tua? Ecce medicum occidisti, quẽ occidendo perdere non potuisti, tamen q̃tum ad te pertinuit, occidisti. Ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes. Fecistis quod ad maledictum pertinet, nebat, ô Iudæi: Maledictus enim omnis qui pendet in ligno, Crucifixistis. n. Christum, tanquam maledictum putastis. Adde male dicto mendacium. Custodes ad sepulchrũ posuistis, vt mentirẽtur: pecuniam dedistis. Ecce Christus resurrexit. Vbi est maledicti crucis quod fecistis? Vbi est mendacium custodum, quos corrupistis? Ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis, & nõ erunt. Quid est, in ira consummationis annunciabuntur consummationes? Est ira cõsummationis, & est ira consumptionis. nam

omnis vindicta dei ira dicitur: sed aliquando ad hoc vindicat deus, vt perficiat: ali- Heb. 12.
quando ad hoc vindicat, vt damnet. Quomodo ad hoc vindicat vt perficiat? Flagellat omnem filium quem recipit: quomodo Mat. 25.
ad hoc vindicat vt damnet? Quando posuerit impios ad sinistram & dixerit eis: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Illa ira consumptionis est, non consummationis. Annunciabuntur autem consummationes in ira consummationis. i. F
prædicabitur ab apostolis: quia vbi abundauit peccatum superabundauit gratia: & Rom. 5.
pertinuit ad humiliationis medicinam infirmitas hominis. Hoc cogitantes illi & inuenientes atque confitentes iniquitates suas, non erunt. Quid non erunt? In superbia sua: supra enim dixerat, Comprehendantur in superbia sua, & ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis, & non erunt, vtique in superbia in qua comprehensi sunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ.) Ante enim iusti sibi videbantur, q̃ gens Iudæa legem acceperat, q̃ dei præcepta seruauerat: demonstratur illis quia non seruauit, cum in ipsis dei præce- Ro. 11.
ptis Christum non intellexit, quia cæcitas ex parte in Israel facta est, Vident & ipsi Iudæi, quia non debent gentes contemnere, quos quasi canes & peccatores putabant: quomodo enim pariter inuenti sunt in iniquitate, ita pariter peruenient ad salutem. Non solum Iudæis, inquit Apostolus, verũ etiam & gentibus: ideo enim lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in Psa. 117.
caput anguli, vt duos iungeret in se: angulus enim duos parietes copulat: Iudæi excelsi & magni sibi videbantur: gentes tanquã G
infirmi, tanquam peccatores, tanquam dæmonum serui, tanquam idolorum adoratores, & tamen in vtrisque iniquitas erat. De- Rom. 3.
monstrati sunt & Iudæi peccatores, quia Psal. 13.
non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Deposuerunt superbiam, & non inuiderunt saluti gentium, quia parem suam & illorum infirmitatem cognouerunt, & in angulari lapide copulati simul dominum adoraverunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ. Non tantum Iudæorum dominabitur, sed & finium terræ, quod non scirent si adhuc in superbia sua essent. In superbia autem sua essent, si adhuc sibi iusti

videren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

viderentur. Vt autem sibi iusti non viderẽtur, annunciatæ sunt illis ex maledicto & mendacio consummationes in ira consummationis, quia comprehensi fuerant in superbia sua ex maledicto quod fecerunt quãdo Christum occiderunt. Ecce quid fecit dñs noster Iesus Christus: Mortuus est inter manus Iudæorum, & redemit multitudinẽ gentium, effusus est sanguis, ac profuit, sed conuersis omnibus profuit, quia & illi quẽ occiderunt, agnouerunt, & ab illo ipsius interfectionis & delicti sui magni veniã meruerunt. Quid ergo & de ipsis? Quod supra. Conuertentur ad vesperam.) Id est, & si fero. i. post interfectionem domini nostri Iesu Christi. Conuertentur ad vesperam: Et famem patiẽtur vt canes.) Sed vt canes, non vt oues, aut vituli: vt canes, vt gentes, vt peccatores, quia & ipsi cognouerunt peccatum suum qui sibi iusti videbãtur: de quibus dictum est in alio Psalmo, Postea accelerauerunt: Hoc dictum est hic, Ad vesperam: nam ibi sic est, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Vnde accelerauerunt postea? Quia multiplicatæ sunt infirmitates eorum: nam si sibi adhuc sani viderentur, nunquam acceleraverunt. Quod ergo ibi dictum est, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: hoc dictum est hic, Comprehendantur in superbia sua, & ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis. Et quod ibi dictum est, Postea acceleraverunt: hoc dictum est hic, Et non erunt in superbia sua. Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ, & conuertentur ad vesperam. Bonum est ergo humiliari peccatorẽ, & nemo est insanabilior eo qui sibi sanus videtur. Et circumibunt ciuitatem.) Iã & hesterno die exposuimus ciuitatem. i. circunstantiæ ciuitatem. Omnes gentes disperI gentur vt edant: Id est, vt lucrentur alios, vt in corpus suum transforment credentes. Si autem non satiabunt, & murmurabunt.)

Psal. 58. Quia & superius murmur eorum dixerat, dicentium, Quoniam quis audiuit: & tu domine, inquit, deridebis eos dicentes: Quis audiuit? Quare? Quia pro nihilo habes omnes gentes: sic & hic, Si autem non satiabuntur, & murmurabunt. Concludatur psalmus: Videte angulum exultantem, iam de

Ephe. 2. vtroque pariete gaudentem. Superbiebant Iudæi, humiliati sunt: desperabant gentes, erectæ sunt. Veniant ad angulum, ibi conueniant, ibi concurrant, ibi pacis osculum inuenient. De diuerso veniant, sed in aduerso non veniant: illi de circuncisione, isti de præputio, Longe erant parietes, sed antequam ad angulum venirent. In angulo autem teneant se, & tota iam Ecclesia ex vtroque pariete, quid dicat? Ego autem cantabo potentiam tuam, & exultabo mane misericordiam tuam.) Mane transactis tentationibus, mane cum nox huius seculi transierit, mane quando iam latronum insidias & diaboli & angelorum eius non expauescimus, mane quãdo iam non ad lucernam prophetiæ ambulamus, sed ipsum dei verbum tanquam solem contemplamur. Et exultabo mane misericordiam tuam. Merito in alio Psalmo dicitur, Mane astabo tibi & contemplabor. Merito & ipsius domini resurrectio diluculo fuit, vt impleretur quod dictum est in alio Psalmo: Vespere demorabitur flet Psal. tus, & in matutino exultatio. Ad vesperam quippe discipuli mortuum planxerunt dominum nostrum Iesum Christum, diluculo ad resurrectionem exultauerunt. Exulta bo mane misericordiam tuam: Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia tu deus susceptor meus es.) Quid eram, nisi subuenires? Quam desperatus eram nisi curares? Vbi iacebam nisi aduenires? Certe ingenti vulnere periclitabar, sed illud vulnus meum medicum omnipotentem requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile, non renunciat alicui, opus est vt tu curari velis, opus est vt manus eius non refugias. Sed & si nolis curari, vulnus tuum admonet vt cureris, & auersum reuocat, & refugientem quodammodo ad se redire compellit & attrahit: Immanes eius prælueniet me. Cogitate quod dictum est, præueniet me. Si aliquid tuum primum attulisti, & ex tuo aliquo bono prior dei misericordiam meruisti, non te præuenit. Quando autem vel intelligis, quia peruentus es, nisi intelligas quod ait Apostolus: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc est, misericordia eius præueniet me. Denique attendens omnia bona quæcunque habere possumus, siue in ipsa natura, siue in instituto, siue in ipsa conuersatione, in fide, in spe, in charitate, in bonis moribus, in iustitia, in timore dei, totum non esse

esse nisi ex illius donis, ita concluſit. Deus meus misericordia mea) Non inuenit impletus bonis dei quid appellaret deum suũ nisi misericordiam suam. O nomẽ sub quo nemini desperandum est. Deus meus, inquit, misericordia mea. Quid est, misericordia mea? Si dicas, salus mea, intelligo quia dat salutẽ: si dicas refugium meũ, intelligo quia confugis ad eũ: si dicas, fortitudo mea, intelligo quia dat tibi fortitudinem: Misericordia mea quid est? Totum quicquid sum, de misericordia tua est: sed promerui te, inuocãdo te. Vt essem, quid feci? Vt essem qui te inuocarem, quid egi? Si enim egi aliquid ut essem, iam eram antequam essem. Porro si omnino nihil eram antequam essem, nihil te promerui vt essem. Feciſti vt essem, & non tu feciſti vt bonus essem? Dediſti mihi vt sim, & potuit mihi alius dare vt bonus sim? Si tu mihi dediſti vt sim, & alius mihi dedit vt bonus sim, melior est ille qui mihi dedit vt sim, quàm ille qui mihi dedit vt sim. Porro quia te nemo melior, nemo te potentior, nemo te in misericordia largior, à quo accepi vt essem, ab illo accepi vt bonus essem. Deus meus misericordia mea.

In Psalmum quinquagesimumnonum, Enarratio.

TItulus Psalmi huius aliquantum prolixus est, sed nõ nos terreat, quia psalmus breuis est. Tanquã ergo aliquanto prolixiorem psalmum audierimus intendamus: quoniam in nomine Christi nutritis & nutriendis loquimur in Ecclesia dei, nec alienis à sapore istarum literarum à quibus mundus alienus est, non quasi rudia vobis ista semper esse debent. Si. n. ea quæ sæpissime audistis, cum iocunditate in ore cogitationis ruminastis, nec obliuione tanq̃ in ventre sepelistis, eadem ipsa recordatio vestra & memoria multum nos poterit adiuuare, ne multum loquamur ad enodanda quasi rudibus ea, quæ iã vos nosse nouimus. Certe illud meminimus sæpe vos audisse qđ dicimus: Vix est vt in psalmis inueniamus vocẽ, nisi Christi & Ecclesiæ, aut Christi tm̃, aut Ecclesiæ tm̃, qđ vti que ex parte & nos sumus. Ac per hoc qñ voces nras agnoscimus, sine affectu agnoscere nõ possumus: & tanto magis delectamur, q̃to in idẽ nos cẽ sentimus. Dauid rex vnus homo fuit, sed non vnum hominem figurauit, quando. s. figurauit Ecclesiam ex multis constantem, distantem vsque ad fines terræ. Quando autem vnum hominẽ figurauit, illum figurauit qui est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. In 1. Ti. 2. hoc ergo psalmo, vel potius in huius psalmi titulo, dicuntur quædam victoriosa Dauid, q̃ fortiter fecerit debellando quosdam inimicos, & eos tributarios faciendo, quando post mortem Saulis persecutoris sui regnũ illius accepit manifestum in Israel. Nam & antequam persecutionẽ pateretur, rex erat, sed deo tantum notus erat. Postea ergo iã manifestato regno, & euidenter atque emi- B nenter accepto, debellauit eos qui in hoc titulo commemorantur, & natus est psalmi titulus ita: In finem pro his qui immutabitur in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Edom in valle salinarum duodecim milia.) Legimus hæc in libris. Regnorum, istos omnes quos nominaui, debellatos esse à Dauid: id est, Mesopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal, Ioab, Edom. Facta sunt ista, & quemadmodum facta sunt, ita ibi conscripta sunt: ita leguntur, legat qui vult. Veruntamen sicut solet propheticus spiritus in psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expresione rerum gestarũ, & aliquid dicere quod in historia non inuenitur, & hinc potius admonere, nõ propter cognoscendas res gestas esse huiusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfigurãda: sicut dictum est, q̃ coram Abimelech Psal. 33. mutauit vultum suum, & dimisit eum & 1. Re. 21 abijt, cum indicet scriptura regnorum hoc eum non feciſſe coram Abimelech, sed coram Achis rege: ita & in hoc titulo inuenimus aliquid, quo commoueamur ad aliq̃d. Nanque in illa narratione bellorum fortiumque factorum regis Dauid, vbi hi omC nes quos cõmemorauimus debellati sunt, 1. Re. 8. eum aliquid succendisse non legimus. Hic autem maxime hoc positum est, quod ibi non est scriptum, quia succendit Mesopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal. Iam ergo incipiamus secundum rerum futurarũ significationes ista discutere, & opacitatem vmbrarum in lucem verbi reuocare. In finẽ.) Quid sit nostis. Finis enim legis Christus est. Eos qui immutabuntur:) Nostis. Ro. 10. Qui enim, nisi qui à veteri vita in nouam transeunt?

transeunt? Absit enim vt hic culpanda immutatio intelligatur, non quomodo immu
Gene.3. tatus est Adam à iustitia ad iniquitatem,& à lętitijs ad laborem: sed quomodo mutantur illi quibus dictum est, Fuistis enim ali-
Ephe.5. quando tenebræ, nunc autem lux in domino. Immutantur autem isti: In tituli inscriptionem.) Nostis tituli inscriptionem? Ti-
Mat.27. tulus infixus ę, sup crucę dñi scriptus: Hic
Ioan.19 est rex Iudæorũ. Mutátur in huius tituli inscriptionę q in regnũ Chri tráseút à regno diaboli. Bene mutátur in huius tituli inscri
ptionem. Mutantur autem sicut sequitur,
D in doctrinam. Cum enim dixisset pro his qui immutabuntur in tituli inscriptionem: addidit, Ipsi Dauid in doctrinam:) Id est, mutantur non sibi, sed ipsi Dauid, & mutátur in doctrinam. Non enim ita rex Chri-
Ioan.18 stus, quasi seculo regnaturus, cum aperte di xerit: Regnum meum non est de hoc mun do. Ergo in eius gratiam & doctrinam tran seamus, si volumus in conscriptionem tituli commutari, non nobis, sed ipsi Dauid, vt
2.Co.5. qui viuunt iam, non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Quando ergo nos mutaret Christus, nisi fecisset quod dixit: Ignem veni mittere in mundũ?
uc.12. Si ergo Christus venit mittere in mundũ ignem, vtique salubriter atque vtiliter, non quomodo missurus est mundum in ignem, sed quomodo ignem in mũdum. Qm ergo venit ignem mittere in mundum, quæramus iam quid sit Mesopotamia quæ succen sa est, quid sit Syria Sobal. Interpretationes ergo nominum interrogemus secundum Hebræum eloquium, quo primũ hæc scriptura locuta est. Mesopotamia:) Dicunt interpretari eleuatam vocationem. Iam totus mundus vocatione eleuatus est. Syria:) Interpretatur sublimis, sed illa quæ erat subli mis, incensa est & humiliata: & quemadmo
E dum humiliata est quæ fuerat exaltata, sic exaltetur quæ fuerat humiliata. Sobal:) Interpretatur vana vetustas. Gratias Christo qui eam succendit. Quando vetera virgulta succenduntur, vi recta succedunt, & alacrius & vberius & viridius noua nascũtur, cum ea ignis in vetustorum succensione pcesserit. Non ergo timeatur ignis Christi, si fœnum combusserit. Omnis enim caro fœ
Esa. 40. num, & omnis charitas hominis sicut flos fœni. Succendit ergo ista illo igne. Et conuertit Ioab.) Ioab interpretatur inimicus. Conuersus est inimicus. Quod vis intelligę: si conuersus in fugam, diabolus est: si cõ
uersus ad fidem, Christianus est. Quomodo in fugam? De corde christiani. Princeps huius mundi, inquit, nunc missus est foras. Conuersus autem ad dominum Christianus, quare inimicus conuersus? Quia fidelis factus est qui fuerat inimicus. Percussit Edom.) Interpretatur Edom terrenus: debuit percuti terrenus iste. Vt quid enim vicucret terrenus, qui cœlestis debet viuere? Interfecta est ergo vita terrena, viuat cœlestis. Sicut enim portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui in cœlis est. Vide illum interfici. Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram. Cum autem percussisset Edom, percussit duodecim millia in valle salinarum.) Duodecim milia perfectus est numerus, cui perfecto numero etiam duodenarius Apostolorum numerus deputatur: non enim frustra, nisi quia per totum mundum mittendum erat verbum. Verbum autem dei quod est Christus in nubibus, hoc est in prædicatoribus veritatis. Mundus autem quatuor partibus constat: quatuor eius partes notissimæ sunt omnibus, & sæpe in scripturis memoratæ: quæ etiam quatuor venti dictæ sunt, oriens occidens, aquilo, & meridies. Ad omnes Ecclesias quatuor partes missum est verbum, vt in trinitate omnes vocarentur. Duodenarium numerum, ter quaterni faciunt. Merito ergo duodecim milia terrena percussa sunt, totus mundus percussus est: de toto enim mundo electa est Ecclesia, mortificata à terrena vita. Quare, In valle salinarum?) Vallis humilitas est, salinæ saporem significant. Multi enim humiliantur, sed vane & fatue, in vana vetustate humiliantur. Patitur quis tribulationem pro pecunia, patitur tribulationem pro honore temporali, patitur tribulationem pro commodis vitæ huius, passurus est tribulationem & humiliandus. Quare nó propter deum? quare non propter Christum? quare non propter saporem salis? An nescis tibi esse dictum: Vos estis sal terræ, & si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valebit aliud nisi vt foras proijciatur? bonum est ergo sapientem humiliari. Ecce nunc nonne humiliantur hæretici? Nonne leges contra illos datæ sunt etiam ab hominibus, contra quos diuinæ regnant, quæ illos ante etiam condemnauerant? Ecce humiliantur, ecce fugantur, ecce persecutionem patiun-

tur, sed sine sapore, pro fatuitate, pro
vanitate. Iam enim sal infatuatum est, ideo proiectum est foras, vt conculcetur ab hominibus. Audiuimus titulũ Psalmi, audiamus etiam verba Psalmi. Deus repulisti nos & destruxisti nos.) Nunquid il
le Dauid loquitur qui percussit, qui succendit, qui debellauit, & non illi quibus hæc fecit, vt perciuterentur & repellerẽtur qui mali erant, & rursus viuificarentur, & redirent vt boni essent? Istam quidem stragẽ fecit Dauid ille manu fortis Christus noster, cuius figuram gerebat ille homo, fecit ista, dedit hanc stragem gladio suo & igne suo: nam vtrunque attulit in hunc mundũ,
H & ignem venit mittere in mundum: habes in Euangelio, & gladium veni mittere in terram: habes in Euangelio, Attulit ignem & Syria Sobal: attulit gladium vnde percutetur Edom. Iam ergo ista strages facta est propter eos qui immutãtur in tituli inscriptionem ipsi Dauid. Audiamus ergo eorũ vocẽ, salubriter percussi sunt, erecti loquantur. Dicant ergo mutati in melius, mutati in tituli inscriptionem, immutati in doctrinam ipsi Dauid, dicant: Deus repulisti nos & destruxisti nos, Iratus es, misertus es nostri.) Destruxisti nos vt ædificares nos: destruxisti nos male ædificatos, destruxisti vanam vetustatem, vt sit ædificatio in nouum hominem, ædificatio mansura in æternum. Merito iratus es, & misertus es nostri. Nõ misereris, nisi irascaris. Destruxisti nos in ira tua, sed ira tua in vetustatem nostram fuit, vt destrueretur vetustas: sed misertus es nostri propter nouitatem, propter eos qui immutantur in tituli inscriptionẽ, quia & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Commouisti terram, & conturbasti eam.) Quomodo conturbasti est terra? Conscientia peccatorum. Quò imus? Quò fugimus, quando ille gladius vibratus est? Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Cõmouisti terram & cõturbasti eam. Sana contritiones eius, quoniam mota est.) Nõ digna est sanari si mota non est. Sed loqueris, prędicas, minaris de deo, venturum iudicium non taces, præceptum dei mones, ab his rebus non quiescis: & qui audit, si non timet, si non mouetur, stimulatur, pectus tundit, lachrymas fundit: sana contritiones eius, quoniã mota est. Post hæc, percussa terra, succensa vetustate, mutato homine in melius, facta eius qui tenebræ fuerunt: sequitur quod alibi scriptum est, Fili accedens ad seruitutẽ dei, sta in iustitia & timore, & præpara ani Eccle.2.
mam tuam ad tentationem. Prior labor vt displiceas tibi, vt peccata tua expurges & muteris in melius. Secundus labor pro eo quod mutatus es, ferre tribulationes & tentationes huius seculi, & inter illas perseueraee vsque in finem. De his ergo cum loqueretur has significans, quid subiungit? Ostendisti plebi tuę dura.) Iam plebi tuæ, post victoriam Dauid: Ostendi-
K sti plebi tuæ dura. In quibus? In persecutionibus quas pertulit Ecclesia Christi quando tantus martyrum sanguis effusus est. Ostendisti plebi tuæ dura. Potasti nos vino stimulationis.) Quid est, stimulationis? Non peremptionis: non enim erat peremptio perdens, sed medicina vrens. Potasti nos vino stimulationis. Quare hoc? Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.) Per tribulationes, inquit, temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni. Dicit enim Apostolus Petrus, Tempus est vt iudicium inci- 1.Pet.4.
piat à domino dei. Et exhortans martyres ad tolerantiam cum sæuiret mundus, cum stragis à persecutoribus fierent, cum longe lateque sanguis fidelium funderetur, cum in catenis, in carceribus, in tormentis, multa dura Christiani paterentur. Nẽ in his ergo duris deficerent, eos alloquitur Petrus, Tempus est vt iudicium inci- Ibidem.
piatur à domino dei. Et si initium à nobis qualis finis erit eis qui non credunt dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Quid ergo futurum est in iudicio? Arcus est extentus, adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione. Et videte quid sit in arcu. Nonne sagitta in priora mittenda est? Neruus tamen retro extenditur in contra-
L rium quã illa mittenda est, & quanto plus erit eius extensio retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora. Quid est quod dixi? Quanto magis differtur iudicium, tanto maiore impetu venturũ est. Ergo & de temporalibus gratias deo agamus, quia dedit plebi suæ significationem, vt fugiat à facie arcus, vt exercitati fideles eius in tribulationibus temporalibus, digni sint

cuadere

Universidad de Deusto
Biblioteca

euadere damnationem ignis æterni, quæ inuentura est omnes qui ista non credunt. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Vt liberentur dilecti tui, saluũ me fac dextera tua et exaudi me.) Dextera tua domine saluum me fac: ita saluum me fac, vt ad dexteram stem. Saluum me fac dextera tua: non salutem temporalem quæro, de hac fiat voluntas tua: ad tempus quid nobis profit, penitus ignoramus: quid enim oremus sicut oportet, nescimus:
Rom.8. sed saluũ me fac dextera tua, vt & si in tempore isto tribulationes aliquas patiar, transacta nocte omnium tribulationum ad dexteram inueniar inter oues, non ad sinistrã
Mat.25. inter hœdos. Saluum me fac dextera tua, &
Psal.21. exaudi me. Quia iam illud peto quod dare
M vis, non verbis delictorum meorum clamabo per diem & noctem, & non exaudies, & non ad insipientiam mihi, sed vtique ad cõmonitionẽ, addẽdo saporẽ de valle salinarũ? vt in tribulatiõe nouerim quid petã. Peto ãt vitã æternã, ergo exaudi me, quia dexteram tuam peto. Intelligat ergo charitas vestra omnem fidelem habentem in corde verbum dei, cum timore timentem iudiciũ futurum, viuentem probabiliter, ne de illo blasphemetur nomẽ sanctum domini eius, multa deprecari secundum seculum, & nõ exaudiri, ad vitam autem æternam semper exaudiri. Quis enim sanitatem non petat cum ægrotat? Et tamen forte adhuc ægrotare ei vtile est. Potest fieri vt hic nõ exaudiaris, non tamen exaudiris ad volũtatem,
Ro. 14. vt exaudiaris ad vtilitatem. At vero cum il
Matt.6. lud petis, vt det tibi vitam æternam deus,
Mat. 26 vt det tibi regnum cœlorum deus, vt det tibi ad dexteram filij sui stare cum venerit iudicare terram, securus esto, accipies, sed modo non accipias: nõ enim iam ven⁊ tẽpus vt accipias, exaudiris & nescis. Quod petis agitur, & si nescis in quo agitur. In ra
A dice res est, nondum in fructu. Saluum me fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo.) Quid times, ne non fiat quod deus locutus est? Si haberes aliquem grauem amicum & sapientem, quomodò diceres? Ille locutus est hæc, fiat necesse est quod locutus est. Vir grauis est, non leuitate vtitur, non facile de sententia dimouetur, quod promisit, fixum est: sed tamen homo est qui aliquando quod promisit facere vult, & non potest. De deo nõ est quod tu timeas, quia verax est, cõstat: quia omnipotens est, constat: fallere te non pomettiar. Forte propter oues Iacob, conualles tabernaculorum intelligitur gens Iudeorum, & ipsa diuiditur: nam transierunt inde qui crediderunt, foris reliqui remanserunt. Meus est Galaad.) Nomina sunt ista lecta in literis dei. Galaad habet interpretationis suæ vocem & magni sacrii. Interpretatur. n. aceruus testimonij. Quãtus aceruus testimonij in martyribus? Meus est Galaad, meus est aceruus testimonij, mei sunt martyres veri. Moriantur mali pro vetusta vanitate sua sine Sale, nunquid pertinent ad aceruum testimonij? Quia &
1.Co.13 si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Cum autem quodam loco mone-
ret dominus de pace retinenda, præmisit
D Salem: Habete, inquit, in vobis Salem, & pa-
Marc.9. cem habete inter vos. Ergo meus est Galaad: sed Galaad, id est, aceruus testimonij, in magna tribulatione euidenter factus est. Tunc ignominiosa Ecclesia erat in omnibus hominibus, tũc opprobrium illi viduę obiectabatur, quia Christi erat, qui signũ crucis in fronte portabat. Nondum erat honor, crimen erat tunc: qũ ergo non honor sed crimen erat, tunc factus est aceruus testimonij: & per aceruum testimonij dilatata est charitas Christi, & per dilationem charitatis Christi occupatæ sunt gentes: sequitur. Et meus est Manasses.) Quod in-
Psal.59. terpretatur oblitus. Huic. n. dictũ erat, Confusionem in perpetuũ obliuisceris, & ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor. Erat ergo confusio Ecclesiæ aliqũ, quam modo oblita est: confusionis enim & ignominiæ viduitatis suæ iam non est memor. Qũ. n. erat quædam confusio inter homines, acertestimonij factus erat: modo iam nemo vel memorie illius confusionis, quãdo ignominia erat esse Christianum: iam nemo me minit, iam omnes obliti sunt, iam meus est Manasses. Et Effrẽ fortitudo capitis mei.) Effrem fructificatio interpretatur. Mea, inquit, fructificatio, & hæc fructificatio fortitudo est capitis mei. Caput enim meum Christus est. Et vnde fructificatio fortitudinis eius? Quia nisi granum caderet in terram, non multiplicaretur, solum remanebat. Cecidit ergo in terram Christus in passione, & secuta est fructificatio in resurrectione. Et Effrem fortitudo capitis mei.
Psal.59. Prædebat & contemnebatur, granum erat

intus, habebat vires trahendi post se omnia. Quo in grano numeri seminum latentiũ, in terra iactum nescio quid apparet oculis, sed vis conuertens in se materiam, & proferens fructum abscondita est: sic in Christi cruce abscondita erat virtus, apparebat infirmitas. O magnũ granum: certe infirmus est pendens, certe ante illum caput plebs illa agitauit, certe dixerunt, Si filius dei est, descendat de cruce: audi fortitudinem eius. Mat.27.
Quod infirmum est dei, fortius est homi- 1.Co.1.
nibus: merito tanta fructificatio consecuta est: hæc mea est, dicit Ecclesia: Iuda rex meus.) Iuda rex meus. Quis Iuda? qui de tribu Iuda. Quis Iuda, nisi cui dixit ipse Iacob: Iuda te laudabunt fratres tui? Iuda rex Gen. 49
meus. Quid ergo timeam, quãdo Iuda rex Mat.10.
meus dicit: Nolite timere eos qui occidunt F
corpus? Iuda rex meus. Moab olla spei meæ) Quare olla? Quia tribulatio. Quare spei meæ? Quia præcessit Iuda rex meus: quia. n. præcessit te, debes sequi, quid times? Qua præcessit? Per tribulationes, per angustias, per opprobria. Septa erat via, sed antequam transiret: posteaquam transijt sequere, iam patet via illius, transi tu. Singularis
ego sum, inquit, sed quousque transeam. Sin Psal. 140.
gulare granum, sed quoadusque transeat: Ioan.12.
cum transierit, sequetur fructificatio. Iuda rex meus. Ergo quia Iuda rex meus? Moab olla spei meæ. Moab intelligitur in gẽtibus. Nata est enim ista gens de peccato, nata est ista gens de filiabus Loth, quæ cum patre inebriato concubuerunt, male vtentes patre. Melius erat vt steriles remanerent, q̃ sic matres fierent. Erat autem illa figura quædam eorũ, qui male vtuntur lege. Nolite enim attendere quia lex in Latina lingua fœminini generis est, in Græca masculini est: sed siue sit fœminini generis in loquendo, siue masculini, non præscribit veritati locutio. Lex. n. magis masculinam vim habet, quia regit, non regitur. Porro autem
apostolus Paulus quid ait? Bona est lex, si 1.Ti.1.
quis ea legitime vtatur. Illæ autẽ filiæ Loth
non legitime vsæ sunt patre. Quo autem G
nascuntur opera bona cum quisque lege bene vtitur, sic nascuntur opera mala cum lege quisque male vtitur. Proinde male illæ vtentes patre, hoc est, male vtentes lege, genuerunt Moabitas, per quos significantur opera mala. Inde tribulatio Ecclesiæ, inde olla obulliens, de hac olla quodam loco prophetice dicitur: Olla succensa ab

Esai.14. aquilone. Vnde nisi à partibus diaboli qui dixit,Ponam sedē meā ad aquilonem? Tribulationes ergo maximæ non oriuntur aduersum Ecclesiam,nisi ab eis qui lege male vtunt:quid ergo? Defectura est hinc Ecclesia,& p̄p ollam ,id est,abūdantiā scandalorum non erit perseueratura vsque in finē?

Mat.24. Nōnne Iuda rex illius p̄dixit hoc ei? Nōn ne ait illi: qm̄ abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum? Olla bulliente,charitas refrigescit. Quare non potius ò charitas,& tu contra olla ferues cis? An ignoras tibi esse dictum cū de illa abundantia scandalorū, rex tuus loqueretur: Qui perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit? Perseuera ergo vsque in finē contra ollā scandalorū. Ardet olla iniquitatis,sed maior est flamma charitatis. Noli vinci,perseuera vs-

H que in finem. Quid times Moabitas, opera mala eorum qui lege male vtunt? Quid.n. Iuda rex tuus qui p̄cesit, nōnne tales pertulit? Nescis Iudæos male vtēdo lege, Christum occidisse? Ergo propera,& qua præcesit rex tuus sequere. Dic Iuda, rex meus. Et ex eo quia Iuda rex meus, Moab quid factus est? Olla spei meæ,nō cōsumptionis meæ. Vide in tribulationibus ollā spei,audi Apostolū: Sed & gloriamur,inquit,in tri-

Rom.5. bulationibus. Olla est iā,sed vide istum,si explicat ollā spei: Scientes quia tribulatio patientiā operatur, patientia aūt probationem,probatio spē. Si tribulatio patientiam, patientia ,pbationem,probatio spem, olla est aūt tribulatio quæ operatur spem,merito Moab olla spei meæ. Spes aūt non confundit. Et quid? Ferues contra ollā? Ita planè,quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris p̄ spm̄ sanctum,qui datus est nobis.

In Idumæā extendā calciamentū meū.) Ecclesia loquit, perueniam vsque in Idumæā. Sæuiāt tribulationes,bulliat scādalis mundus, extendam calciamentum meum

I vsque in Idumæam, vsque ad eosipsos qui terrenam vitam diligūt, qm̄ Idumæa interpretāt terrena,vsque ad ipsos,vsque in Idumæam extendā calciamentum meū. Cuius

Rom.10 rei caleiamentū, nisi Euangelij? Quam speEphe.6. cioſi pedes eorū qui annunciant pacem,qui

Rom.5. annūciant bona,& calciati pedes in p̄parationem Euāgelij pacis. Prorsus qm̄ tribulatio patientiam operat, patientia aū probationē,probatio spē; olla non me consumet: charitas.n.dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritū sanctum qui datus est nobis. Non deficiamus Euangelium prædicare, non deficiamus dominum annunciare, vsque in Idumæam extendam calciamentum meum. Nōnne seruiunt & ipsi terreni? Et si cupiditatibus terrenis obligantur, Christum tamen adorant. Hodie videmus fratres,q̄ multi terreni cōmittunt p̄ lucro fraudes, p̄ fraudibus periuria, p̄p timores, sortilegos, mathematicos consulunt, omnes Idumæi terreni, & tamen omnes isti adorant Christum, sub calciamēto ipsius sunt, iam vsque in Idumæam extendit calciamētum suum. Mihi Allophyli subditi sunt. Allophyli qui sunt? Alienigenæ non pertinentes ad genus meum. Subditi sunt, quia multi adorant Christum, & nō sunt regnaturi cum Christo. Mihi Allophyli subditi sunt, Quis deducet me in ciuitatem circunstantiæ? Si K stantiæ?) Quæ est ciuitas circunstantiæ? Si memini stis, iam eam cōmemorauī in alio Psalmo vbi dictum est, & circumibunt ci- P uitatem. Circunstantiæ.n. ciuitas, gentium circunfusio est, quæ circunfusio gentium in medio habebat vnam gentem Iudæorū colentem vnum deum: cætera circunfusio gentium idolis supplicabat, dæmonibus seruiebat. Et mystice vocata est ciuitas circunstantiæ, quia vndique se gentes circunfuderant & ercircunsteterant, quæ colebat vnū deum. Quis deducet me in ciuitate circunstantiæ? Quis, nisi deus? Hoc vult dicere, quomodo deducet per illas nubes, de quibus dictum est: Vox tonitrui tui in rota. Ipsa est ciuitas circunstantiæ, quæ dicta est rota, id est, orbis terrarum. Quis deducet me in ciuitatem circunstantiæ? Quis deducet me vsque in Idumæam.) Id est, vt regnem etiam terrenis, vt me venerentur etiam qui de me non sunt, qui de me nolunt profiteri. Quis deducet me vsque in Idumæam? Nōnne tu deus qui repulisti nos, & non egredieris deus in virtutibus nostris?) Nōn ne tu nos deduces qui nos repulisti? Sed quare repulisti nos? Quia destruxisti nos. Quare destruxisti nos? Quia iratus es, & misertus es nostri. Tu ergo deduces L qui repulisti nos, qui non egredieris deus in virtutibus nostris, tu nos deduces. Quid est, non egredieris in virtutibus nostris? Sæuiturus est mundus, concaturus est nos mundus, futurus est? Jaceruus testimonij effusa martyrum sanguine, & dicturi sunt pagani sæuientes. Vbi est deus eorum? Tunc non egredieris

deus in virtutibus nostris, nō contra eos apparebis, non ostendes potentiā tuam, qualem ostendisti in Dauid, in Moyse, in Iesu Naue, qñ eorū fortitudini gentes cesserunt, & strage facta, magnaque reddita vastitate, in terrā quam promisisti, plebē tuam induxisti. Hoc tunc non facies, non egredieris deus in virtutibus nris, sed intus operaberis. Quid est, non egredieris? Non apparebis. Certe.n. qñ catenati martyres ducebantur, qñ includebantur in carcere, qñ lubrio habendi producebantur, qñ bestijs subijciebantur, qñ percutiebantur ferro, qñ igne cremabantur, nonne contemnebantur tanquam deserti, tanquam sine adiutore: Quo deus operabatur intus? quo intus consolabatur? quo eis dulcem faciebat spem vitæ æternæ? quo non deserebat corda eorū, vbi homo habitat in silentio, bene si bonus, male si malus? Nunquid ergo quia nō egrediebatur in virtutibus eorum, ideo deserebat? Nonne magis non egrediendo in virtutibus eorum deduxit Ecclesiam vsque ad Idumæam, deduxit Ecclesiam vsque in ciuitatem circunstantiæ? Si enim bellare vellet Ecclesia & gladio vti, videretur pro vita præsenti pugnare: quia vero contemnebat vitam præsentem, ideo factus est acerbus testimonij de vita futura. Tu ergo deus qui non egredieris in virtutibus nostris, Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis.) Eant nunc qui salutem non habent & optēt salutem temporalium suis, quæ est vana vetustas, da nobis auxilium: inde da vnde putabaris deserere, inde subueni. Da nobis auxilium de tribulatione, & vana solus hominis. In deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.) Non faciemus virtutem in gladio, non in equis, non in loricis, non in scutis, non in potentatu exercitus, non foris. Sed vbi? Intus vbi latemus. Vbi intus? In deo faciemus virtutem, & quasi abiecti, & quasi conculcati, quasi nullius momenti homines erimus, sed ipse ad nihilum deducet inimicos nostros: denique factum est hoc. Conculcati sunt martyres, patiendo, perferendo: vsque in finem perseuerando, in deo fecerunt virtutem. Fecit & ipse quod sequitur: ad nihilum deducet inimicos nostros. Vbi sunt modo inimici martyrū, nisi forte quia modo eos ebrios calicibus persequuntur, quos tunc furiosi lapidibus persequebantur?

In Psalmum sexagesimum enarratio.

CONsiderandum cum vestra charitate Psalmum istum suscepimus. Breuis est, aderit dominus vt sufficienter ex eo & breuiter loquamur, quantum adiuuerit ipse qui nos iubet loqui. Sic ero volentibus officiosus, vt non sim tardis molestus, nec paucis multus, nec occupatis onerosus. Titulus eius non nos tenet, Est enim. In finem, in hymnis ipsi Dauid.) In hymnis, vtique in laudibus: in finem, vtique in Christum. Finis enim legis Christus est, ad iu- Ro. 10.
stitiam omni credenti. Et ipsi Dauid, non Mat.1.
alium quàm ipsum accipere debemus, qui venit ex semine Dauid, vt esset homo inter homines, & æquales angelis faceret homines. Vocem autem in isto Psalmo si in membris eius & in corpore sumus, sicut illo exhortante præsumere audemus, nostram debemus agnoscere, non alicuius extranei. Nostram autem non sic dixi, quasi B
eorum tantum qui in præsentia sumus modo, sed nostram qui sumus per totum mundum, qui sumus ab oriente vsque in occidētem. Et vt noueritis sic esse vocem nostrā, loquitur hic quasi vnus homo: non est autem vnus homo, sed tanquam vnus vnitas loquitur. In Christo autē nos omnes vnus homo, quia huius vnius hominis caput est in cœlo, & membra adhuc laborant in terra. Et quia laborāt, videte quid dicat: Exaudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ.) Quis dicit? quasi vnus: vide si vnus. A finibus terræ ad te clamaui.) Iam ergo non vnus, sed ideo vnus, quia Christus vnus, cuius omnes membra sumus: nā quis vnus homo clamat a finibus terræ? Non clamat a finibus terræ, nisi hæreditas illa de qua dictum est ipsi filio, Postula a Psal.2.
me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hęc ergo Christi & possessio, hæc Christi hæreditas, hoc Christi corpus, hæc vna Christi Ecclesia, hæc vnitas quæ nos sumus clamat a finibus terræ. Quid autem clamat? Quod supra dixit, Exaudi deus deprecationem meam, intende oratsoni meæ, A finibus C
terræ ad te clamaui, id est, hoc ad te clamaui, A finibus terræ, id est, vndique. Sed quare clamaui hoc? Dum angeretur cor meū.) Ostendit se esse per omnes gentes toto orbe terrarum, non in magna gloria, sed in magna tētatione. Nanq; vita nostra in hac

peregrinatione non potest esse sine tentatione: quia profectus noster per tentationē nostram fit, nec sibi quisque innotescit nisi tētatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi certauerit, nec pōt certare nisi inimicum & tentationes habuerit.
Angitur ergo iste à finibus terræ clamans, sed tamen nō relinquitur. Q̄m nosipsos qđ est corpus suum, voluit præfigurare & in illo corpore suo, in quo iam & mortuus est & resurrexit, & in cœlum ascendit, vt quo caput præcessit, illuc se mēbra secutura confidant. Ergo nos transfigurauit in se, qñ voluit tentari à satana. Modo legebatur in Euangelio, quia dñs Iesus Christus in eremo tentabatur à diabolo. Prorsus Christus tentabatur à diabolo. In Christo.n.tu tentabaris', quia Christus de te sibi habebat carnē, de se tibi salutem: de te sibi mortem, de se tibi vitam: de te sibi contumelias, de se tibi honores. Ergo de te sibi tentationem, de se tibi victoriam. Si in illo nos tentati sumus in illo nos diabolum superamus. Attēdis quia Christus tentatus est, & non attendis quia vicit? Agnosce te in illo tentatum, & te in illo agnosce vincentem. Poterat à se diabolū prohibere, sed si non tentaretur, tibi tentando vincendi magisterium nō præberet. Itaque non mirum si inter tentationes positus iste clamat à finibus terræ. Sed quare non vincitur? In petra exaltasti me.) Iam ergo hic agnoscimus quis clamet à finibus terræ. Recolamus Euangelium, Super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. Ergo illi clamat à finibus terræ quam voluit ædificare super petram. Vt autem ædificaretur Ecclesia super petram, quis factus est petra? Paulum audi dicētem, Petra autem erat Christus. In illo ergo ædificati sumus. Propterea pertra illa in qua ædificati sumus, prior percussa est ventis, flumine, pluuia, qñ Christus à diabolo tētabatur. Ecce in qua firmitate te voluit stabilire. Merito, non vacat vox nostra, sed exauditur. In magna.n. spe positi sumus. In petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea.) Ille si nostra spes factus non esset, non nos deduceret. Deduxit tanquam dux, & in se duxit tanquā via, & ad se perduxit tanquam patria. Deducit ergo nos. Vnde quia factus est spes nostra. Vnde factus est spes nostra? Ecce sic quomodo nunc audistis quia tentatus est, quia passus est, quia resurrexit, factus est spes nostra. Quid enim nobis dicimus quando hęc legimus? Non enim perdet nos deus propter quos filium suum misit tentari, crucifigi, mori, resurgere. Non enim vere nos despicit deus, propter quos filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū. Sic ergo factus est spes nostra. In illo vides & laborem tuum, & mercedem tuam. Laborem in passione, mercedem in resurrectione. Sic ergo factus est spes nostra. Habemus enim duas vitas, sed vnam in qua sumus, alteram quam speramus. In qua sumus, ignota nobis est: quam speramus, ignotā nobis est. Tolera in qua es, & habebis quam nondum habes. Quomodo toleras? Vt non vincaris à tentatore. Laboribus suis, tentationibus, passionibus, morte sua demonstrauit tibi vitam Christus in qua es: resurrectione sua demonstrauit tibi vitam in qua eris. Nos enim non nouerāmus nisi nascī hominem & mori: resurgere hominem & viuere in æternum, non nouerāmus. Suscepit quod noueras, & demonstrauit quod non noueras. Ideo ergo factus est spes nostra in tribulationibus, in tentationibus. Vidēte Apostolum dicentem, Non solum autem sed & gloriamur, inquit, in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem. Spes autem non confundit. Quoniā charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo factus est spes nostra qui dedit nobis spiritum sanctum, & ambulamus modo ad ipsē: non enim ambularemus nisi sperāremus. Quid ait ipse apostolus? Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Et item: Spe enim salui facti sumus. Deduxisti me, quia factus es spes mea. Turris fortitudinis à facie inimici.) Angitur cor meū, inquit, ista vnitas à finibus terræ, & laboro inter tentationes & scandala. Inuident pagani: quia victi sunt: insidiantur hæretici pallio uelati nominis Christiani, intus in ipsa Ecclesia vim patitur frumentum à palea. Inter haec omnia cum angitur cor meū clamabo à finibus terræ. Sed non me deseret ipse qui me exaltauit super petram, vedebat me vsque ad se: quia & si laboro, diabolo per tot loca & tempora & occasiones insidiante aduersus me, hic est mihi turris fortitudinis: quo cum fugero non solum quæ vibo tela inimici, sed etiam in illum quæ vibuero securus ipse iaculabor. Ipse.n. Christus est turris, ipse nobis factus est turris a facie inimici, qui est & petra super quā ædificata est ecclesia. Caues ne feriaris a diabolo, fuge ad turrim, nunquā ad te illā turrim diabolica iacula secutura sunt: ibi stabis munitus & fixus. Q̄o autem fugies ad turrim? Ne forte quisque in tentatione positus corporaliter quærat turrim istā, & cum eā non inuenerit, fatigetur ac deficiat in tentatione. Ante te est turris, recordare Chm, & intra in turrim. Q̄o recordaris Christum vt intres in turrim? Quicquid pateris cogita quia prior passus est, & cogita quo fine passus est, vt moreretur & resurgeret. Talem & tu finem spera qualis in illo præcessit. & intrasti in turrim non consentiendo inimico. Si enim consenseris inimico, tunc ad te peruenict oppugnantis iaculum inimici. Tu potius in illum iaculare tela, quibus feriatur, quibus vincatur. Quæ sunt ista tela? Verba dei, fides tua, spes ipsa, tua bona opera. Non dico sic esto in ista turri, vt vaces ibi, & sufficiat tibi, ad te hostis tela quòd non perueniant: age ibi aliquid, nō cessent manus. Opera bona tua gladij sunt interficientes inimicum. Inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula.) Videtis quia ille de quo diximus, est qui clamat, Quis nr̄m est inquilinus vsque in secula? Paucis diebus hic viuimus, & transimus. Inquilini.n. hic sumus, habitatores in cœlo erimus. Ibi es inquilinus, vnde auditurus es vocem dñi dei tui: migra. Nam de domo illa æterna in cœlis nemo te videbit migra re. Hic ergo inquilinus. Vnde etiam dr̄ in alio Psalmo, Inquilinus ego sum apud te, & peregrinus sicut oēs patres mei. Hic ergo inquilini sumus, ibi dñs nobis mansiones dabit æternas. Multæ, inquit, māsiones sunt apud patrem meum. Mansiones illas non tanquam inquilinis dabit, sed tanquam ciuibus in æternum mansuris. Hic tamen fratres quia non modico tempore futura erat Ecclesia in hac terra, sed hic erit Ecclesia vsque in finem seculi: ideo hic dixit, Inquilinus ero in tabernaculo tuo, vsque in secula. Sæuiat quātumlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi præparet, scandalis crebre sciat, & faciat angi cor meum, inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula: Non vincetur Ecclesia, non eradicabitur, nec cedet quibuslibet tentationibus: donec veniat huius seculi finis, & nos ab ista temporali eterna illa habitatio suscipiat, ad quam nos deducet qui factus est spes nostra. Inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula. Si diu eris inquilinus, quasi hoc illi dicēremus, laboraturus ergo es in terra inter tantas tentationes: nam si paucorum dierū hic esset Ecclesia, cito finirentur tentatoris insidiæ. Bene paucorum dierum velles esse tētationes. Sed quo colligeret natos oēs nisi diu hic esset, nisi vsque in finem protenderetur? Noli inuidere cæteris post futuris, noli quia iam transisti pontem misericordiæ, velle præcidere. Sit hic vsque in secula. Et quid de tentationibus quæ necesse est vt abundent, quanto magis veniunt scandala? Etenim ipse ait, Quoniam abundauit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Sed illa Ecclesia quæ clamat a finibus terræ, in his est, de quibus sequitur dicens, Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed vnde perseuerabis. Quę vires tuæ inter tāta scandala, inter tātas tētationes, inter tantas pugnas? Quibus viribus vincis hostem quem non vides? Nunquid tuis? Ergo quia vsque in secula erit inquilinus iste hic: quæ illi spes est vt duret? Cooperiar in velamento alarum tuarum.) Ecce quare securi sumus inter tantas tentationes donec veniat finis seculi, & suscipiāt nos secula æterna, quia cooperimus in velamento alarū ipsius. Aestus est seculi, sed magna vmbra est sub alis dei. Cooperiar in velamēto alarum tuarum. Q̄m tu deus meus exaudisti orationem meam.) Quam? A qua cœpit. Exaudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ: A finibus terræ ad te clamaui. Hoc ad te clamaui à finibus terrę, Ideo cooperiar in velamēto alarum tuarū, quia exaudisti deprecationem meā. Admonemur ergo fratres nō cessare orando, quādiu tps est tentationum. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.) Perseueremus ergo in timore nominis dei, æternus pater non nos fallit. Laborant filij vt suscipiant parentum suorum hæreditatem, quibus mortuis successuri sunt. Nos non laboramus accipere hæreditatem ab illo patre, cui non morienti succedamus, sed cum illo in ipsa hæreditate in æternum viuamus? Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adiicies annos eius.) Hic est ergo rex noster, cuius mēbra sumus. Rex Christus est, caput nr̄m, rex noster. Dedisti illi dies super dies, non solum istos dies in isto tpe cū fine, sed dies

Psal.22. super istos dies sine fine. Habitabo,inquit, in domo domini,in longitudinem dierum. Quare in longitudinem dierum? Quia modo est breuitas dierum: Omnis.n.res quæ finem habet,breuis est:sed regis huius dies super dies,vt non diebus solum istis transeuntibus regnet Christus in Ecclesia sua, sed regnent cum illo sancti in diebus illis qui non habent finem, Ibi dies vnus est,& multi dies sunt,quia multi sunt. Dixi iam in lõgitudinem dierum,quia vnus dies sic intelligitur,Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vnum diem dixit hodie, sed iste dies nõ ponitur in medio inter hesternum & crastinum, nec initium eius finis est hesterni, nec finis eius initium est crastini. Nam & anni dicti sunt, Tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient. Quomodo anni,sic dies, sic dies vnus. Quicquid vis dicis de æternitate. Ideo quicquid vis dicis, quia quicquid dixeris,minus dicis. Sed ideo necesse est aliquid dicas, vt sit vnde cogites quod non potest dici. Dies super dies regis aducies annos eius. Vsque in diem generationis & generationis.) Generationis huius & generationis futuræ. Generationis huius quæ comparatur lunæ,propter quod luna nascitur,crescit,perficitur, senescit & occidit. Sic sunt generationes istæ mortales,& generatio qua regeneramur resurgẽdo, & permanebimus in æternum cũ deo, quando iam non sicut luna, sed quomodo ait dominus, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Luna.n. figurate in scripturis, pro mutabilitate huius mortalitatis ponitur. Ideo ad Hiericho descendebat ille ab Hierusalẽ qui incurrit in latrones, quia Hiericho ciuitas verbum est Hebræum,& interpretatur Latine luna. Descendebat ergo tanquam ab immortalitate ad motralitatem,& merito in itinere vulneratus à latronibus & semiuiuus relictus, est ille Adam, ex quo est totũ genus humanum. Ergo dies sup dies regis adijcies,annos eius vsque in diẽ generationis & generationis. Generationis mortalis accipio, cuius generationis alterius mentionẽ fecisti. Cuius? Audi: Permanebit in æternũ in conspectu dei.) Secũdum quid, aut propter quid? Misericordiã & veritatem eius quis requiret ei?) Dicit & alio loco, Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas requirentibus testamentũ eius, & testimonia eius. Magnus sermo de veritate & misericordia, sed veritatem promisimus. Breuiter accipite quid sit veritas & misericordia, quia non paruum est quod dictum est, Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas. Misericordia dicitur, quia non merita nostra attendit deus, sed bonitatẽ suã, vt peccata nobis omnia dimitteret, & vitam æternam promitteret. Veritas autem quia non fallit reddere quæ promisit. Agnoscamus hic eam & nos faciamus: vt quõ nobis deus exhibuit misericordiam suam & veritatem suam: misericordiam, dimittendo peccata nostra: veritatem, exhibendo promissa sua: sic & nos faciamus hic misericordiam & veritatem: misericordiam, circa infirmos, circa egentes, circa inimicos etiam nostros: veritatem, non peccando, nec adijciendo peccatum super peccatum: quoniam qui multũ sibi pollicetur dei misericordia dei, surrepit in animum ipsius vt faciat iniustũ deum, & putet, quia si permanserit peccator, & noluerit recedere ab iniquitatibus suis, veniat ille & ibi eum positurus sit, vbi ponit seruos suos qui ei obtemperant. Et iustum hoc erit, vt ibi te ponat perseverantem in peccatis, vbi positurus est illos qui recesserunt a peccatis? Sic vis iniustus esse, vt & deum facias iniustum? Quid vis ergo conuertere deum ad voluntatem tuam? Tu conuertere ad voluntatem dei. Quis est ergo qui hoc facit, nisi ex illis paucis, de quibus dicitur, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit? Merito & hic misericordiã & veritatem eius quis requiret ei? Quid est ei? Sufficeret, quis requirer. Quare addidit, et, nisi quia multi requirunt misericordiam eius, & veritatem discere in lectus. In quodã ergo loco munito positus sit, Nõne deo subijcietur anima mea?) Au dierat.n. Qui se exaltat humiliabit: & qui se humiliat, exaltabitur. Et trepidus ne tsan sliendo superbiret, nec elatus ex his q̃ infra essent, sed humilis ex eo, q̃ supra esset, tanq̃ minantibus ei ruinam inuidis qui eum tran siluisse doluerant, Nonne deo subijcietur anima mea? Quid est quod mihi veluti trã silienti quæritis laqueos? Insultatione deijcere me vultis, aut seductione decipere? Nunquid ita memini supra quod sum, vt oblitus sim sub quo sum? Nonne deo subie cta erit anima mea? Quantumcunque acce dam, quantumcunque ascendam, quantumcunque transiliam, sub deo ero, non contra deum. Securus ergo transcendo cætera, q̃ Ille me sub se tenet qui est super omnia. Nonne deo subiecta erit anima mea. Ab ipso.n. salutare meum. Etenim ipse est deus meus & salutaris meus, susceptor meus non mouebor amplius.) Scio quis supra me sit, scio quis prætendat misericordiam suam scientibus se, scio sub cuius alarum tegmine sperem, non mouebor amplius. Agitis quidem vos, ait quibusdam transiliens eos ipsos quibus dicit, Agitis quidem vos vt moueat, sed nõ veniat mihi pes superbiæ. Ex hoc.n. fit quod & in ipso Psalmo sequit, Nec manus peccatorum dimoueat me: cui cõsonat. Non mouebor amplius. Ad illud.n. quod ibi dictum est, nec manus pctõrũ dimoueat me, respondet hic, non mouebor amplius. Ad illud aũt quod ibi dictum est, nõ veniat mihi pes superbiæ: respondet hic, Nõne deo subiecta erit anima mea? Ergo de superiori loco munitus est & tutus, cui factus est dñs refugium, cui est ipse deus in locum munitum, respicit ad eos quos transiliuit, & despiciens eos loquitur tanquam de turri excelsa: nam & hoc dictum est de eo, Turris fortitudinis a facie inimici. Attendit ergo ad eos, & dicit, Quousque apponitis super hominem?) Insultando, opprobria faciendo, insidiando, persequendo, apponitis super hominem onera. Apponitis super hominem quantum potest terre homo, sed vt ferat homo sub illo est qui fecit hominem. Quoadusque apponitir super hominem? Si ad hominem attenditis. Interficite omnes.) Ecce apponite, fæuite, interficite omnes. Tanquam parieti inclinato & maceriæ impulsæ.) Instate, impellite, quasi deiecturi. Et vbi est, Nõ mouebor amplius? Sed quare non mouebor amplius? Quia ipse est deus salutaris meus, susceptor meus. Ergo homines potestis apponere hominẽ super hominem, nunquid super deum qui tuetur hominem? Interficite omnes. Quod tantum spatium corporis in vno homine, vbi posit interfici ab omnibus. Sed debemus intelligere personam nostram, personam Ecclesiæ nostræ, personam corporis Christi. Vnus enim homo cum capite & corpore suo Iesus Christus saluator corporis & membrorum corporis, duo in carne vna, & in voce vna, & in passione vna, & cum transierit iniquitas, in requie vna. Passione itaque Christi non in solo Christo, immo passiones Christi, non nisi in Christo. Si.n. Christum intelligas caput & corpus, passiones Christi non nisi in Chro. Si autem

pus. Vis in seculum seculi psallere: vis in æternum psallere? Redde ei vota tua de die in diem. Quid est, redde ei vota tua de die in diem? De die isto in diem illum, perseuera reddere vota in isto die, donec venias ad illum diem: hoc est, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

In Psalmum sexagesimumprimum enarratio.

Psal.24. DElectatio diuinorum eloquiorum,& dulcedo intelligendi verbi dei, adiuuante ipso qui dat suauitatẽ, vt terra nostra det fructum suum, & nos ad loquendum, & vos ad audiendum exhortatur. Videtis deo vos sine fastidio audire, & gaudeo pacato cordis vestri, a quo id quod salubre est, non respuitur, sed cum auiditate percipit, & vtiliter continetur. Loquamur ergo vobis & hodie, quantum dñs donat de isto Psalmo quem modo cantauimus. Titulus eius est: In finem pro Idithum Psalmus ipsi Dauid.) Iam vobis insinuatum esse quid sit Idithum recolo. Ex interpretatione.n. Hebreæ linguæ vt ad nos peruenit Latinè dicitur Idithum, transiliens eos. Transilit ergo iste qui cantat quosdam, quos desuper D despicit. Videamus quousque transilierit, & quos transilierit, & vbi quanuis quosdã trãsilierit positus sit. De quo spiritali quodã & securo loco intueatur ima, non ita respiciẽs vt cadat, sed vt moueat qui transiliuit pigros vt sequantur, & laudet locum quo trãsiliendo peruenit. Ita enim iste transiliens sup aliquid est, vt sub aliquo sit: vnde prius nobis insinuare voluit, sub quo tutus sit, vt illud qđ transiliuit, nõ sit superbiæ sed pro-

Psal.89. Psal.60. F

Gene.2. Ephe.5. G

autem Christum intelligas solum caput, pas-
siones Chri non nisi in solo Christo. Si.n.
passiones Christi in solo Christo, immo in
solo capite, vnde dicit, quoddam membrum
Col.1. eius Paulus Apostolus, vt suppleā quæ de-
sunt pressurarū Christi in carne mea? Si er-
go in membris Christi es quicunq; homo,
quisquis hæc audis quisquis hæc non audis,
sed tamen audis si in membris Christi es,
quicquid pateris ab eis qui non sunt in mē-
bris Christi, deerat passionibus Chri. Ideo
additur, quia deerat mensuram implens, nō
superfundens. Tantum ergo pateris, quan-
tum ex passionibus suis inferendū erat vni
uersæ passioni Christi, qui passus est in ca-
pite nostro, & patitur in membris suis, id
est, in nobisipsis ad communem hanc quasi
rempublicam. Nam quisque pro modulo
nostro exoluimus quod debemus, & pro
posse virium nostrarum quasi canonē pas-
sionū inferimus, paratoria plenaria: passio-
num omnium non erit finis, nisi cum secu-
lum finitum fuerit. Quousque apponitis su-
per hominem? Quicquid passi sunt Pro-
phetæ a sanguine Abel iusti, vsque ad san-
Mat.23. guinem Zachariæ, appositum est super ho-
H minē, quia præcesserunt aduentum incarna-
tionis Christi, quædam membra Christi: sic-
ut in nascente quodam, nondum quidem
procedente capite præcesserit manus, sed tū
capiti cōnectebatur & manus. Nolite ergo
putare fratres oēs iustos qui passi sunt per-
secutionem impiorum, et illos qui venerūt
missi ante dñi aduentum prænunciare dñi
aduentum, non pertinuisse ad mēbra Chri.
Absit vt non pertineat ad membra Christi,
qui pertinet ad ciuitatem quæ regem habet
Christum. Illa vna est Hierusalem cœle-
stis, ciuitas sancta, hæc vna ciuitas, vnum
Psal.86. habet regem. Rex huius ciuitatis Christus
est: ipse enim dicit, Mater Sion, dicet homo:
dicit ei mater, sed homo. Mater enim Sion
dicet homo, & homo factus est in ea, & ip-
se fundauit eam altissimus. Ille ergo rex
eius qui eam fundauit altissimus, ipse in ea
hō factus est humillimus. Ipse ergo ante ad-
uentum incarnationis suæ præmisit quæ-
dam membra sua, post quæ prænunciat se
venturum. Venit & ipse connexus, refert
ad similitudinem nascentis illius, quia ma-
Ro.11. nus ante caput procedentis, & cum capi-
te est, & sub capite. De Christo enim di-
ctum est, Cum laudaretur excellentia po-
puli primi, dolerentur fracti rami naturā-
les, quorum adoptio, inquit, & testamenta
& legis cōstitutio, quorū patres ex quibus
Christus sec̄m carnem qui est super om- Rom.9.
nia bndictus in secula deus. Ex quib. Chri
stus sec̄m carnē tanquā ex Sion, quia hō fa- Psal.86.
ctus est in ea, quia Christus super omnia
deus benedictus in secula, quia ipse funda-
uit eam altissimus. Ex quibus Chrs sec̄m
carnem filius Dauid, qui est super omnia
deus benedictus in secula, dñs Dauid. To-
ta ergo illa ciuitas loquit à sanguine Abel Mat.23.
iusti, vsque ad sanguinē Zachariæ. Inde &
deinceps à sanguine Ioannis, per sanguinē
Apostolorum, per sanguinem martyrum,
per sanguinem fidelium Christi, vna cui-
tas loquitur, vnus homo dicit, Quousque
apponitis super hominem? Interficite om-
nes. Videamus si deletis, videamus si extin-
guitis, videamus si tollitis de terra nomen
eius, videamus si non populi inania medita Psal.2.
mini, dicentes, Quando morietur & peri-
bit nomen eius? Tanquam parieti inclina-
to, & maceriæ impulsæ, incumbite, impelli
te. Audite supra, Sceptor meus non mouē- Psal.61.
bor amplius, quia tanquam cumulus hare-
næ impulsus sum vt caderem, & dñs susce-
pit me. Veruntamen honorem meum cogi-
tauerunt repellere.) Victi dum interficiū-
cedentes, sanguine interfectorum multipli-
cantes fideles, cedentes his etiam non valē-
tes occidere. Verūtamen honorem meum
cogitauerunt repellere. Modo quia non pō
occidi Christianus, agitur vt exhonoretur
Christianus. Nunc enim honore Christia-
norum corda torquentur impiorum, iā Io-
seph ille spiritalis post venditionem à fra-
tribus, post translationem de patria sua ad
gentes tanquam in Aegyptum, post humi-
liationem carceris, post factionem falsæ re
stis, postquam factum est quod de illo di-
ctum est, Ferrum pertransiuit animā eius:
Iam honorificatus est, iam non est subdi-
tus fratribus vendentibus, sed frumēta ero-
gat esurientibus. Victi eius humilitate &
castitate, incorruptione, tentationibus, pas-
sionibus: iam eum honoratum videt, & ho-
norem ipsius cogitant repellere. In cogita-
tionibus quippe eorum est illud, pctōr vi-
debit: neque enim non videbit quando nō
potest ciuitas abscondi supra montē consti-
tuta. Peccator ergo videbit & irascet, dēti-
bus suis frendet & tabescet. Latet in cordi,
& tegit fonte venenum in fœuientibus &
indignātibus. Propterea & hic cogitationi
eorum

eorum dicit, Honorem, inquit, meum cogi
Psal.5. tauerunt repellere. Non.n.audent verbis
proferre quod cogitant, Optemus illis bo-
na ēt si optāt mala, Iudica illos deus, deci-
dit à cogitationibus suis. Quid.n.illis me
liust, quid vtilius, q̄ vt inde cadant vbi male
Psal.39. stiant, vt posint ipsi correcti dicere, Statui-
pedes meos supra petrā? Verūtamen co
gitauerunt honorem meum repellere. Om
nes contra vnum, an vnus contra oēs? An
oēs contra omnes, an vnus contra vnum?
Interim cum dicit, Apponitis super homi-
nem, tanquam super vnum: & cum dicit, In
terficite omnes, quasi omnes contra vnum:
sed tamen & omnes contra omnes, quia &
Christiani omnes, sed in vno: Quid autem
illi diuersi errores inimici Christi, omnes
tantum dicendi sunt? Nonne & vnus? Pla-
nē audeo & vnum dicere: quia vna ciuitas,
& vna ciuitas, vnus populus & vnus popu-
lus, rex & rex. Quid est, vna ciuitas & vna
ciuitas? Babylonia vna, Hierusalem vna.
M Quibuslibet alijs etiā mysticis nominibus
appelletur, vna tamen ciuitas & vna ciui-
tas: illa rege diabolo, ista rege Christo. Intē
do.n. Euangelio quodā loco & monet me,
puto quod & vos. Posteaquā inuitati sunt
Mat.22. multi ad nuptias boni & mali, & impletæ
sunt nuptiæ recumbentiū: serui enim mis-
si, vt præceptum erat, inuitauerunt & bo-
nos & malos. Et ingressus est rex, respicere
recūbentes, & inuenit hominē nō habentē
vestem nuptialem, & ait illi quod nostis,
Amice, quomodo huc venisti, non habens
vestem nuptialem? At ille obmutuit: Et ius
sit ei ligari manus & pedes, & proijci eum
in tenebras exteriores. Leuatus est de con-
uiuio, & missus est in pœnas, nescio quis ho
mo in tam magna turba recumbentium.
Sed tamen dominus volens ostendere vnū
illum hominem, vnū corpus esse quod con
flat ex multis, vbi iussit eum proijci foras,
& mitti in debitas pœnas: subiecit cōtinuo,
Mat.22. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.
Quid est hoc? Conuocasti turbas, venit in
gens multitudo, annūciasti, locutus es, mul
tiplicati sunt super numerū, impletæ sunt
Psal.39. nuptiæ recumbentium, proiectus est inde
solus vnus, & dicis, Multi enim sunt voca-
ti, pauci verò electi. Cur nō potius oēs vo-
catis, multi electi, vnus proiectus? Si diceret,
multi n. sunt vocati, & plures electi, pauci
verò reprobi, in paucis fortè verisimilius
intelligeremus vnum illū. Nūc vero dicit
q̄ vnus inde proiectus est, & subdit, Multi
.n. sunt vocati, pauci vero electi. Qui sunt A
electi, nisi qui remanserunt? Proiecto vno,
electi remāserūt. Q̄uo proiecto vno de mul-
tis pauci electi, nisi quia in illo vno multi?
Oēs qui terrena sapiūt, oēs qui fœlicitatē Phil. 2.
terrenam deo prę ferūt, omnes qui sua quæ
runt, non quæ Iesu Christi, ad vnam illam
ciuitatem pertinent q̄ dr̄ Babylonia mysti-
ce, & habet regem diabolū. Omnes aūt qui
ea q̄ sursum sunt sapiunt qui cœlestia me-
ditātur, qui cum solicitudine in seculo vi
uunt, ne deū offendant, qui cauent peccare,
quos peccantes non pudet confiteri, humi-
les, mites, sanctī, iusti, pij, boni, oēs ad vnam
ciuitatem pertinēt, quæ regem habet Chri-
stum. Illa enim in terra quasi maior est tē-
pore, non sublimitate, non honore. Ciuitas
illa prior nata, ciuitas ista posterior nata.
Illa.n. incepit à Cain, hæc ab Abel. Hæc Gen. 4.
duo corpora sub duobus regibus agentia li. 15. de
ad singulas ciuitates ptinentia, aduersantur ciuit. dei
sibi vsque in finem seculi, donec fiat ex cō- cap. 4.
mistione separatio, & alij ponantur ad dex
teram, alij ad sinistram, dicaturq̄e illis, Ve Mtt. 25,
nite benedicti patris mei, percipite regnum B
quod vobis paratum est ab exordio mun-
di. Illis autem, Ite in ignem æternum, qui
paratus est diabolo & angelis eius. Chri-
stus.n. hoc dicit, Venite benedicti patris
mei, percipite regnum quod vobis paratū
est ab initio mundi, Rex ciuitatis suæ vi-
ctor super omnia. Illis autem ad sinistram
constitutis tanquam ciuitati iniquorum,
Ite, inquit, in ignem æternum. Nunquid se
parat ab eis regem? Non. Addidit.n. qui pa- Psal.86.
ratus est diabolo & angelis eius. Intendite Ps. 136.
fratres, intendite rogo vos. Delectat.n. me
pauca adhuc loqui vobis de ciuitate hac
dulci. Glorioſissima.n. de te dictā sūt ciuitas
dei, Et si oblitus fuero tui Hierusalem, ob
liuiscatur me dextera mea. Dulcis est.n.
vna patria, & vera vna patria, sola patria, p̄
ter illam quicquid nobis est, peregrinatio
est. Dicam ergo quod agnoscatis, quod ap-
probetis, commemorabo quod nostis, non 1. Co 15
docebo quod ignoratis. Non prius, inquit lib. 1. de
Apostolus, quod spiritale est, sed quod ani- ciuit. dei
male, postea quod spiritale. Ideo ciuitas il- cap. 1.
la maior ætate, quia prior natus est Cain, Gen. 4.
& postea Abel, sed in his maior seruiet mi- C
nori. Illa maior ætate, ista maior dignitate. 1. Co. 15
Quare illa maior ætate? Quia non prius
quod spiritale est, sed quod animale est.

Quare

Quare ista maior dignitate? Quia maior
Gen. 25 seruiet minori. Aedificauit autem ciuitatẽ
Gene.4. Cain, sicut legimus, antequã esset vlla ciui
Ii.15. de tas in primordio rerum humanarũ, ædifica
ciuit.dei uit ciuitatem Cain. Proculdubio intelligis
c.8. &.9 iã natos fuisse multos homines ex illis duo
C bus, & ex his quos genuerant, vt posit esse
aptus & conguus numerus, cui nomen ci-
uitatis imponeretur. Aedificauit ergo ciui
tatem Cain vbi nõ erat ciuitas. Aedificata
est & postea Hierusalem, regnum dei, ciui-
tas sancta, ciuitas dei, & posita in specie qua
dam vmbræ significantis futura. Intelligi-
1.C.15. te itaque magnum mysterium, & tenete
qđ prælocutus sum, nõ prius qđ spiritale,
sed qđ animale, postea spiritale. Ideo ergo
Cain prior ædificauit ciuitatem, & ibi ædi
Iosu. 18 cauit vbi nulla erat ciuitas. Vt vero ædifi-
2.Re.15 caretur Hierusalem non ibi ædificata est
vbi non erat ciuitas, sed erat ciuitas primo
quæ appellabatur Hiebus, vnde Hiebusæi.
Ea capta, deuicta, subiecta, ædificata est no-
ua ciuitas tanquam destructa vetere, & ap-
pellata Hierusalem, visio pacis, ciuitas dei.
Vnusquisque ergo natus ex Adã, nondũ p
tinet ad Hierusalẽ. Portat.n.secũ traducẽ
iniquitatis, pœnamque peccati, deputatus
morti, & pertinet quẽadmodo ad veterem
D quandam ciuitatem. Sed si futurus est in
populo dei, destruetur vetus, & ædificabit
nouus. Ideo ergo Cain ciuitatem ædifica-
uit vbi non erat ciuitas. A mortalitate.n.
& à malitia quisque incipit vt fiat bonus
Rom.5. postea. Sicut.n.per inobedientiã vnius ho
mines pctores constituti sunt multi, ita per
obedientiã vnius hominis iusti constituen
1.Co.15 tur multi. Et oẽs in Adã morimur, & vnus
quisque nostrum ab Adã natus est, Tran-
seat ad Hierusalẽ, destruetur vetus, & ædi-
Ephe.4. ficabitur nouus. Tanquam deuictis Hiebu
sæis ut ædificetur Hierusalẽ, dicitur, Exui-
te uos veterem hominẽ, & induite nouum.
Iamque ædificatis in Hierusalem, & gratię
luce fulgentibus, dicitur, Fuistis aliquando
tenebræ, nunc autem lux in domino. Mala
ergo ciuitas ab initio vsque in finem cur-
rit, & bona ciuitas mutatione malorum cõ
ditur. Et sunt istæ duæ ciuitates permistæ
interim, in fine separãdæ, aduersus se inui-
cem consligentes, vna pro iniquitate, altera
pro iustitia: vna pro vanitate, & altera p
ueritate. Et aliquando ipsa commistio tpa
lis facit, vt quidã pertinentes ad ciuitatem
E Babyloniã, administrent res ptinentes ad
Hierusalem. Et rursum quidam pertinen-
tes ad Hierusalem, administrent res pertu-
nentes ad Babyloniã. Difficile aliquid pro-1.Cor
misisse videor. Patientes estote donec de-
monstret exemplis. Omnia.n.in vetere po
pulo, sicut scribit Apostolus, in figura con-
tingebãt eis: scripta sunt aũt ad correctionẽ
nostram, in quos finis seculi obuenit. Re-
spicite ergo populum illum primũ positũ
etiam ad significandum populum posterio
rem, & videte ibi quæ dico, Fuerunt reges
magni in Hierusalem, notum est, numeran
tur, nominanť. Oẽs ergo iniqui ciues erant
Babyloniæ, & administrabant res Hierusa
lem: omnes in finem inde separãdi, non nt
si ad diabolum pertinent. Rursus inueni-
mus ciues de Hierusalẽ administrasse res
quasdam pertinentes ad Babyloniam. Nã Dan
tres illos pueros victus miraculo. Nabu-
chodonosor regni sui administratores fe-
cit, & constituit eos super satrapas suos, &
administrabãt res Babyloniæ ciues de Hie
rusalem. Respicite nunc impleri hoc & agi
in Ecclesia, & his temporibus. Omnes de Mat
quibus dictum est, Quæ dicunt, facite, quæ
aũt faciũt facere nolite: ciues sunt Babylo-
niæ, administrantes rempublicam ciuitatis
Hierusalem. Si enim nihil administrarẽt ci
uitatis Hierusalem, vnde est, Quæ dicunt
facite? Vñ cathedrã Moysi sedẽt? Rursus si
ciues sunt ipsius Hierusalẽ qui regnabunt
in æternum cum Christo vnde, Quæ fa- Luc
ciunt facere nolite: nisi quia audituri sunt,
Recedite à me oẽs qui operamini iniquita-
tem? Notum est ergo vobis, ciues malæ ci-
uitatis administrare quosdam actus bonæ
ciuitatis. Videamus si & nũc ciues bonæ ci
uitatis administrent quosdam actus malę
ciuitatis. Terrena ergo omnis respublica
quandoque vtique peritura, cuius regnum
transitorium est cum veniet illud regnum
de quo oramus, Aduenìat regnum tuum: Mat
& de quo prædictum est, Et regni eius non Luc
erit finis. Terrena ergo respublica, ha-
bet ciues nostros administrantes res eius,
Quàm multi enim fideles, quàm multi bo
ni & magistratus sunt in ciuitatibus suis, &
iudices sunt, & duces sunt, & comites sunt,
& reges sunt. Oẽs iusti & boni, & non ha-
bentes in corde nisi gloriosissima, quæ de
te dicta sunt ciuitas dei. Et quasi angariam
faciunt in ciuitate transitoria, & illic a do-
ctoribus ciuitatis sanctę, iubentur seruare Pro
fidem prępositis suis, siue regi quasi præ-
cellenti, siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad
1.Pet.2. vindictam malorum, laudem verò bonorũ:
G siue serui, vt dominis suis subditi sint, &
Christiani paganis, & seruet fidem melior
Ephe.6. deteriori ad tempus seruiturus, in ęternum
Psal.36. dominaturus. Fiunt.n.ista donec transeat
iniquitas. Iubentur serui ferre dominos ini
quos & difficiles: ciues Babyloniæ iubẽtur
tolerari à ciuibus Hierusalem, & amplius
obsequiorum exhibentibus, q̃ si ciues essent
Matt.5. ex ipsa Babylonia: tanquam implentibus,
Qui te angariauerit mille passus, vade cum
illo & alia duo. Hanc totam ciuitatẽ disper
sam, diffusam, pmistam, alloquitur his ver-
bis & dicit, Quousque apponitis super ho-
Mat.13. minem? Interficite oẽs, & qui fortis estis tã
quam spinæ in sepibus, aut tanq̃ ligna infru
ctuosa in syluis, quique intus estis tanquam
zizania, vel tãquam palea: omnes quotquot
estis, separati, permisti, tolerandi, separandi,
interficite omnes, tanq̃ parieti inclinato &
maceriæ depulsæ. Veruntamen honorem
Psal.54. meum cogitauerunt repellere. Non dixe-
ruat, sed tñ cogitauerunt. Cogitauerunt re
pellere honorem meum. Cucurri in siti.)
Retribuebant.n.mala pro bonis. Illi interfi
ciebant, illi repellebant, ego eos sitiebã. Illi
H honorem meum cogitauerũt repellere, ego
eos in corpus meum sitiebam traijcere. Bi-
bendo.n. quid facimus nisi humorem foris
positum in membra mittimus, & in corpus
ducimus nostrum? Hoc fecit Moyses in il-
la capite vituli. Caput vituli, magnum sa-
cramentum. Caput.n. vituli corpus erat im
porum, in similitudine vituli manducãtis
Ex.32. fœnum, & terrena quærentium. Quia om-
Esa.40. nis caro fœnum. Erat ergo, vt dixi, corpus
Psal.32. impiorum. Iratus Moyses in ignem misit,
comminuit, in aqua sparsit, bibendum po-
pulo dedit, & ira Prophetæ administratio
facta est prophetiæ. Corpus enim illud in
ignem mittitur tribulationum, & verbo dei
comminuitur. Paulatim enim desistunt ab
vnitate corporis eius. Sicut enim vestimen
tum per tempus absumitur, ita & vnusquis-
que qui fit Christianus separatur ab illo po
pulo, & quasi à massa comminuitur. Con-
spirati oderunt, comminuti credunt. Et q d
iam euidentius quàm in corpus ciuitatis
Hierusalem, cuius imago erat populus Is-
rael per baptismum traijciendi erant homi
nes? Ideo in aqua sparsum est, vt in potum
daretur. Hoc vsque in finẽ sitit iste, currit
& sitit. Multos.n.bibit, sed nunq̃ erit finę

siti. Inde est.n. Sitio, mulier da mihi biberc.
Samaritana illa ad puteum sitientem dñm Ioan. 4.
sensit, & à sitiente satiata est. Sensit prior il
la sitientẽ, vt biberet ille credentem. Et in I
cruce positus, Sitio dixit, quanuis illi non Ioan. 19
hoc dederint quod sitiebat. Ipsos.n. ille sitie
bat, at illi acetum dederunt, non vinũ nouũ
quo implentur vtres noui: sed vinũ vetus, Matt. 9.
& malum vetus. Dicitur.n. & vinũ vetus,
veteres homines, de quibus dictum est, Nõ
enim est illis commutatio, vt euersis Hiebu Psal. 54.
sæis ædificaretur Hierusalẽ. Sic & corpus Iosu. 18
capitis huius vsque in finem ab initio cu- 2.Re. 5.
currit in siti. Et quasi ei diceretur, quid
in siti, quid tibi deest ò corpus Chri-
sti, ò Ecclesia Christi? In tanto ho-
nore, in tanta sublimitate, in tanta
celsitudine etiam & in hoc seculo con-
stituta, quid tibi deest? Impletur de te quod
prædictum est, Adorabunt eum omnes re- Psal. 71.
ges terræ, omnes gentes seruient illi. Quid
ergo sitis? quid sitis? Tantis populis non sa-
tiaris? Quos populos dicis? Ore suo benedi
cebant, & corde suo maledicebant.) Multi Mat. 20.
vocati, pauci autem electi. Mulier fluxum
sanguinis patiens, vestis eius fimbria tetigit,
& sanata est. Et cum miraretur dominus tã
gentem, q̃ de se senserat exisse virtutẽ scili
cet ad sanandam mulierem, dixit, Quis me
tetigit? Et admirati discipuli dicunt, Turbæ K
te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Et Lucę. 8.
ille, tetigit me aliquis, tanquam diceret, vna
me tetigit, turbæ premunt. Qui solennita-
tibus Hierusalem implent Ecclesias, solen-
nitatibus Babyloniæ implent theatra: & ta-
men seruiunt, honorant, obsequuntur, non
solum ipsi qui portant sacramenta Chri, &
oderunt præcepta Christi: verũetiã illi qui
nec sacramẽta ipsa portãt, pagani licet sint,
Iudæi licet sint, honorant, laudant, prædi-
cant, sed ore suo benedicebant. Non attẽdo
ad hos, nouit ille qui me instruxit, corde
suo maledicebant. Ibi maledicebant vbi ho
norem meum cogitauerũt repellere. Quid
tu ò Idithum corpus Christi, transiliens
eos? Quid tu inter hæc omnia? Quid tu?
Deficiens, non perseuerabis vsque in finẽ? Mat. 10.
Non audies, Qui perseuerauerit vsque in &. 24.
finẽ hic saluus erit. Q̃m q̃uis abundat iniq̃ Phil. 3.
tas, refrigescet charitas multorum? Et vbi
est quod transiliisti eos? vbi est q̃ conuersa-
tio tua in cœlis est? Illi autem mhærent ter
renis, tanquam terrigenæ sapiunt terrã, &
sunt terra serpẽtis cibus. Quid tu inter hęc? Gene. 3.

Verun-

Veruntamen quanuis hæc faciant, quanuis
L hæc cogitent, quanuis impellant, quanuis
inclinato instent, quanuis iam erectum
sentiant, & honorem meum repellere co-
gitent, quanuis ore suo benedicant, & cor-
de suo maledicant, quamuis insidientur vbi
possint, calumnientur vbi possunt. Verun-
tamen deo subijcietur anima mea.) Et quis
tanta toleret, vel aperta bella, vel occultas
insidias? Quis tãta toleret inter apertos ho-
stes, inter falsos fratres? Quis tanta toleret?
Nunquid homo? Et si hõ, nunquid à seipso
homo? Non sic transiliui vt extollar & ca-
dam, Deo subijcietur anima mea. Qm̃ ab ip
so est patientia mea.) Quæ patientia mea
inter tanta scandala, nisi quia si id quod nõ
Rom.8. videmus speramus, per patientiam expecta
mus? Venit dolor meus, veniet & requies
mea, Venit tribulatio mea, veniet & purga-
tio mea. Nunquid lucet aurum in fornace
aurifícis? In monili lucebat, in ornamento
lucebat, patiatur tamen fornacem, vt purga
tum à sordibus veniat ad lucẽ. Fornax ista,
ibi palea, ibi aurum, ibi ignis ad hãc flat au-
rifex. In fornace ardet palea, & purgatur au
rum. Illa in cineres vertitur, à sordibus il-
lud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui,
M aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex deus.
Quod vult ergo aurifex, facio: vbi me po-
nit artifex, tolero: iubeor ergo tolerare, no-
uit ille purgare. Ardeat licet palea ad in-
cendendum me, & quasi consumendum
me, illa in cinerem vertitur, ego sordibus
careo. Quare? Quia deo subijcietur anima
mea, quoniam ab ipso patientia mea. Quis
Rom.8. est mihi iste à quo est patientia tua? Quoniã
ipse est deus meus & salutaris meus, susce-
ptor meus, non emigrabo.) Quoniam ipse
est deus meus, ergo vocat me: & salutaris
meus, ergo iustificat me: & susceptor meus,
ergo glorificat me. Hic enim vocor & iusti
ficor, ibi autem tecũ glorificor, & inde vbi
glorificor, non emigrabo. Ntquc.n.in pere
grinatione mea remanebo. Est hic vnde
Psal.38. emigrem, sed veniam vnde non emigrabo.
Nam inquilinus ego sum apud te in terra,
sicut omnes patres mei. Ergo ab inquilina-
tu migrabo, de domo cœlesti nõ emigrabo.
In deo salutare meum, & gloria mea.) Sal-
uus ero in deo, gloriosus ero in deo: non.n.
Rom.4. tantum saluus, sed & gloriosus. Saluus, quia
iustus ex impio, ab illo iustificatus. Glorio-
sus autem, quia non solum iustificatus, sed
et honorificatus, Etenim quos prdestinauit,
illos & vocauit, Vocans eos quid fecit? Hic
quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos aute Rom.8
iustificauit, ipsos & glorificauit. Iustificatio
ergo ad salutem pertinet, glorificatio ad ho
norem. Quia glorificatio ad honorem per-
tinet, disputare opus non est. Quia iustifica
tio pertinet ad salutem, quæramus aliquod
documentum. Ecce occurrit ex Euangelio,
Erant qui sibi videbantur iusti, & reprehẽ-
debant dominum, qꝝ admittebat ad conui-
uium peccatores, & cum publicanis & pec-
catoribus conuescebatur. Talibus itaque su
perbientibus fortibus terræ valde eleuatis,
multum de sua sanitate gloriantibus, quam
putabant, non quã tenebant: quid rãdit do-
minus? Non est opus sanis medicus, sed ma
le habentibus. Quos dicit sanos, quos dicit
male habentes? Sequitur & dicit, Non veni
vocare iustos, sed peccatores in pœnitẽtiã.
Appellauit ergo sanos iustos, non quia pha
risæi hoc erant, sed quia hoc se esse arbitra-
bantur, & ideo superbiebant, & medicum
ægrotantibus inuidebant, & plus ægrotan-
tes medicum occidebant. Appellauit tũ sa-
nos iustos, ægrotantes peccatores. Vt ergo
iustificarer ait iste transiliens, ab ipso mihi
est, & vt glorificarer ab ipso mihi est. In deo
salutare meũ & gloria mea. Salutare meũ,
vt saluus sim: gloria mea, vt honoratus sim. B
Hoc tunc, modo quid? Deus auxilij meij, &
spes mea in deo.) Donec perueniam ad per-
fectam iustificationẽ & salutem. Spe.n.sal- Rom.8
ui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nõ Ma
est spes. Donec veniam ad illam glorifica-
tionem vbi iusti fulgebunt in regno patris
sui tanquam sol. Interim nunc inter tenta-
tiones, inter iniquitates, inter scãdala, inter Psal.4
apertas o ppugnationes & subdolas locutio
nes, inter eos qui ore suo benedicunt & cor
de suo maledicunt, inter eos qui honorem
meum cogitant repellere: quid hic? Deus au
xilij mei, dat.n.auxilium certantibus. Con-
tra quos certantibus? Non est nobis collu-
ctatio aduersus carnem & sanguinem, sed
aduersus principatus & potestates. Deus er
go auxilij mei, & spes mea in deo. Spes, quã
diu nondum est quod promissum est, & cre
ditur quod nondum videtur. Cum autem
venerit, erit saluatio & glorificatio, non tu
dum illa differuntur, deferimur. Deus.n.au
xilij mei, & spes mea in deo. Sperate in eo
omne concilium plebis.) Imitamini Idithũ,
transilite inimicos vestros, repugnan-
tes vobis, resistentes itineri vestro,

odio vos habentes transilite. Sperate in eo
Comne concilium plebis. Effundite coram il
lo corda vestra.) Nolite credere eis qui di-
Psal.41. cunt vobis, vbi est deus vester? Factæ sunt,
inquit, mihi lachrymæ meę panes die ac no
cte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus
tuus. Sed qd ibi dicit? Hæc meditatus sum,
& effudi super me animam meam. Comme
moratus sum quod audio, vbi est deus tuus.
Memoratus sum hæc & effudi sup me ani-
mam meam. Quærens deum meum, effudi
super me animam meam, vt illum attinge-
rem non in me remansi, Ergo sperate in eo
Psal.61. oẽ concilium plebis: Effundite corã illo cor
da vestra, deprecando, confitendo, sperãdo.
Nolite corda vestra retinere intra corda ve
stra. Effundite coram illo corda vestra, Nõ
perit qđ effunditis, Ille.n.susceptor meus.
Si suscipit, quid times effundere? Iacta in
deo curã tuã, & spera in eum. Effundite co
Rom.2. ri illo corda vestra. Deus adiutor noster.)
Quid timetis iter susurrones, detractores,
deo odibiles? Vbi possunt palam oppugnan
tes, vbi non possunt occulte insidiantes, fal
so laudantes, vere inimicantes. Inter hos
quid timetis? Deus adiutor noster: an æmu
Rom.8. lantur deum? Nunquid fortiores illo sunt?
Deus adiutor noster est, securi estote. Si
deus pro nobis quis contra nos? Effundite
corã illo corda vestra, transilientes ad eum,
Dilatantes animas vestras. Deus adiutor nr.
Et iam constituti in loco mun to, in turri
fortitudinis à facie inimici, miseramini eos
quos timebatis: currere.n.debetis in siti. De
Psal.4. ficite ergo illos iam in loco illo constituti,
& dicite. Veruntamen vani filij hominum,
mendaces filij hominum.) Filij hominum
vsquequo graues corde? Filij hominum va-
ni, filij hominum mendaces, filij hominum
vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mẽ-
dacium? Cum miseratione ista dicite, atque
Luc.6. sapite. Si transiluistis, Si diligitis inimicos
vestros, si destruere cupitis vt ædificetis, si
eum amatis qui iudicat in gentibus & re-
Psal.12. plet ruinas, ita his ista dicite, non odio habẽ
tes, non malum pro malo reddentes. Men-
daces filij hominum. In stateris, vt decipiãt
ipsi de vanitate in vnũ.) Certe multi sunt,
Matt.12. ecce ille est vnus, vnus ille qui proiectus est
de turba conuiuantium: Conspirant, oẽs tẽ-
poralia quærunt, quique carnales carnalia,
& in futurum sperant quicunque sperant..
Etsi de opinionum varietate in diuersum,
Psal.4. de vanitate tñ in vnum sunt.. Diuersi qui-
dem errores & multiformes, & regnum ad
uersum se diuisum non stabit: sed similis in
omnibus voluntas vana & mendax, pertinens ad vnum regem, cũ quo in ignẽ æter- Mat.25.
nũ præcipitãda est. Ipsi de vanitate in vnũ. E
Et ad illos videte, quia sitit, videte quia cur
rit in siti. Conuertit ergo se ad illos, sitiens
eos. Nolite sperare super iniquitatem.) Nã
spes mea in deo est, nolite sperare super ini-
quitatem. Vos qui non vultis accedere &
transilire, nolite sperare super iniquitatem.
Ego.n.qui transiliui, spes mea in deo. Et nũ
quid iniquitas est apud deum? Nolite spera
re super iniquitatem. Hoc faciamus, illud Rom.9.
faciamus, illud cogitemus, sic insidias cõpo
namus, de vanitate in vnũ. Tu sitis, qui cõ-
tra te ista cogitant, ab eis quos bibis prodũ-
tur. Nolite sperare super iniquitatem. Vã-
na est iniquitas, nihil est iniquitas, potẽs nõ
est nisi iustitia. Occultari potest ad tempus
veritas, vinci non põt. Florere põt ad tẽpus
iniquitas, permanere non põt. Nolite spera
re super iniquitatẽ. Et rapinã ne concupisca
tis.) Non es diues & rapere vis? Quid inue
nis? Quid perdis? O lucra damnosa. Inue-
nis pecuniam, perdis iustitiam. In rapinam
ne concupiscatis. Pauper sum non habeo: 1.Pet.5.
ideo rapere vis? Quid rapias vides, à quo ra
piaris non vides? Nescis circuire inimicum
tanquam leonẽ rugientem, & qrentẽ quid F
rapiat? Præda illa quam vis rapere, in mu-
scipula est: tenes & teneris. In rapinã ergo
ne concupiscas ô pauper, sed concupisce in
deum qui præstat nobis omnia abundanter 1. Ti.6.
ad fruendum. Pascet te qui fecit te: esse pascit
latronem; non pascet innocentem? Pascet
te qui solẽ suum oriri facit super bonos & Matt. 5.
malos, & pluit super iustos & iniustos. Si pa
scit damnandos, non pascet liberandos? Er-
go in rapinam noli concupiscere. Dictum
est hoc pauperi, fortasis aliquid de necessi-
tate rapturo. Diues procedat, nõ habeo ego,
inquit, necessitatem rapiendi, nihil mihi de
est, abundant omnia: & tu audi. Diuitiæ si
fluant, ne apponatis cor.) Ille non hẽt, iste
habet. Ille non quærat rapere quod non ha
beat: iste non apponat cor in eo quod habet.
Diuitiæ si fluant, si exundent tanquam de
fonte currant, ne apponatis cor. Noli de te
præsumere, noli ibi te figere: certe vel hoc
time, diuitiæ si fluant. Non vides quia si ibi
cor posueris, & tu flues? Diues es, & ecce iã
nõ cõcupiscis adhuc habere quia multa ha-
bes. Audi, Præcipe diuitibus huius mundi, 1. Ti. 6.

non su-

non superbe sapere. Et quid est,ne apponatis cor? Neque speraſ in incerto diuitiarũ. Ergo diuitiæ si fluant ne apponatis cor:nec in diuitijs confidatis,non plumatis, nec spe
G retis,ne dicatur, Ecce hõ qui nõ posuit deũ
Psal.51. adiutorem suũ, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum & ꝓualuit in vanitate sua. Ergo vani filij hominum, mẽdaces filij hominum, Neque rapiatis neque si fluant diuitiæ cor apponatis: non iã vanitatẽ diligatis & mendacium quæratis, Beatus.n.cuius
Psal.30. est dominus deus spes eius, & non respexit in vanitates & insanias mẽdaces. Decipere vultis, fraudem vultis facere, quid assertis vt decipiatis? stateras dolosas. Mendaces.n. inquit, filij hominum in stateris, vt decipiãt ipsi proferendo stateras dolosas. Falso examine fallitis intuentes, nescitis aliũ esse qui appendit, aliũ qui de pondere iudicat? Non videt cui tu appendis, sed videt qui & teipsum appendit. Ergo non fraudem, non rapinã concupiscatis, non in his, q̃ habetis spem ponatis, monui, ꝓdixi, ait iste Idithũ. Quid sequitur? Semel locutus es deus, duo hæc audiui, qm̃ potestas dei est, & tibi dñe misericordia, quia tu reddes vnicuique secundum opera sua'.) Dixit Idithum, sonuit de alto, quo transiliuit, audiuit ibi quiddam & dixit nobis. Sed aliquantum in hoc quod nobis
H dixit perturbor fratres, & donec vobiscum participem, vel perturbationem, vel aliquã respirationem meam, intentos vos volo: etenim psalmum ad terminum duximus adiuuante dño. Post hæc quæ dicturi sumus, nõ restat aliquid quod de hoc vlterius exponamus. Itaque annitimini mecum, vtrũ posimus intelligere hoc: & si non potuero, & intelligit aliquis vestrum quod ego non possum, gaudebo potius q̃ inuidebo. Omnino inuestigare difficile est quemadmodum positum sit prius, Semel locutus est deus: deinde cum ille semel locutus est, ego duo audiui. Si.n.diceret, Semel locutus est deus, vnũ hoc audiui: videbatur partẽ quæstionis huius amputauisse, vt tantummodo quæreremus quid sit, semel locutus est deus. Nunc vero quæsituri sumus, & quid sit, semel locutus est deus: & quid sit, duo hæc audiui: cum semel ille locutus est. Semel locutus est deus. Quid dicis Idithum? Si tu loqueris qui transiliuisti eos, semel locutus est: ego scripturam aliam consulo, & dicit mi-
Hebr.1. hi, Multifarie multisque modis olim deus locutus est patribus in prophetis. Quid est, Semel locutus est deus? Nõne ille est deus, qui in primordio generis humani locutus est ad Adam? Nonne idemipse locutus est Gen.
ad Cain, ad Noe, ad Abraham, ad Isaac, ad &.
Iacob, ad Prophetas oẽs, & ad Moysen? 1
Vnus erat Moyses, & quotiens ad eũ locutus est deus? Ecce etiam vni non semel, sed
sæpius locutus est deus. Deinde locutus est
ad filium hic positum, Tu es filius meus di
lectus. Locutus est deus Apostolis, locutus
est omnibus sanctis, etiam si non voce sonã
te per nubem, in corde tũ vbi ipse magister
est. Vnde ille dicit, Audiam quid loquatur
in me dñs deus, qm̃ loquetur pacem in ple-
bem suam. Quid est ergo, semel locutus est
deus? Multum transiliuerat iste vt perueni
ret illuc, vbi semel loquutus est deus. Ecce
breuiter dixi charitati vestræ. Hic inter ho
mines hominibus sæpe multis modis, mul-
tis partibus, ꝓ multiformem creaturam lo-
cutus est deus. Apud se semel deus locutus
est, quia vnum verbum genuit deus. Iste er
go Idithum transiliens eos, trãsiliuerat acie
mentis forti & valida & præfidenti, transi-
liuerat terram, & quicquid in terra est, ae-
rẽ, nubes omnes, ex quibus locutus est deus
multa & sæpe, & multis: transiliuerat etiam
omnes angelos acie fidei. Erat enim iste trã
siliens nõ cõtentus terrenis, sed velut aqua-
la volans, præteruectus omnem nebulam,
qua tegitur omnis terra. Dicit enim sapien
tia, Et nebula texi omnem terram. Peruenit ad aliquid liquidum, vniuersam transiliens creaturã, & q̃rens deum, effundens se super animam suam, peruenit ad principiũ, & verbum dei apud deum: & inuenit vnius patris vnum verbum, & vidit quia semel locutus est deus. Vidit, verbum per quod facta sunt omnia, & in quo simul sunt omnia, non diuersa, non separata, non inæqualia. Non enim deus quod per verbum facie-
bat, ipse non nouerat: si autem quod facie-
bat nouerat, in illo erat antequam fieret quod
fiebat. Si.n.non in illo erat quod fiebat an-
tequam fiebat, vbi nouerat quod faciebat?
Non.n.potes deum dicere ignorata fecisse.
Sciuit vtique deus quod fecit. Et vbi sciuit
anteq̃ faceret, si sciri nisi facta non possunt?
Sed à factis sciri, nisi ante facta nõ possunt,
à te.s.ab homine in imo facto, & in imo po
sito. Antequam autem fierent hæc omnia,
sciebantur ab illo à quo facta sunt, & quod
sciuit fecit. Ergo in verbo illo, per quod fe-
cit omnia, antequam fierẽt erant omnia, &
cũ facta sunt ibi sunt omnia: sed aliter hic, aliter ibi, aliter in ꝓpria natura, in qua facta sunt, aliter in arte, ꝓ quam facta sunt.
L Quis hoc explicet? Conari possumus, ite-
rũ Idithũ & videte: Iã ergo vt potuimus di
ximus, quõ semel locutus est deus, videa-
mus quõ duo hęc audiuit. Duo hæc audi-
uit, forte non est consequens vt sola duo
hæc audierit, sed duo hæc, inquit, audiui.
Quædam duo quæ nobis opus est vt dican
tur, audiuit. Audiuit fortè alia multa, sed
non opus est ea dici nobis. Ait.n.& domi-
Iob.16. nus, Multa habeo vobis dicere, sed non po-
testis illa portare mõ. Quid est ergo, duo
hæc audiui? Hæc duo quæ vobis dicturus
sum, non à me vobis dico, sed q̃ audiui di-
co. Semel locutus est deus, vnum verbum
habet vnigenitum deum. In illo verbo sunt
omnia, quia per verbum facta sunt omnia.
Vnum verbum habet, vbi oẽs thesauri sa-
pientiæ & scientiæ absconditi. Vnum ver-
bum habet, semel locutus est deus. Duo
Ioan.1. hæc quæ vobis dicturus sum, ibi audiui, nõ
ex me loquor, non ex me dico, ad hoc per-
Colos.2. uenit, audiui. Amicus aũt sponsi stat & au-
Iohã.3. dit eum, vt verum loquar, Audit enim eũ
Iohan.8. ne loquendo mendacium de suo loquatur,
Vnde mihi hoc dicis? Audiui hæc duo, & il
la tibi loquor, quia audiui hæc duo, quia ẽt
cognoui, quia semel locutus est deus. Noli
contemnere auditorem dicentem tibi quæ
dam duo tibi necessaria, eũ qui transilien-
do vniuersam creaturam peruenit ad ver-
bum vnigenitum dei, vbi sciret quia semel
locutus est deus. Dicat ergo iam quædam
duo, Multum.n.ad nos pertinent hæc duo,
Quoniam potestas dei est, & tibi domine
misericordia. Ista sunt duo potestas & mise
ricordia? Ista planè, intelligite potestatem
dei, intelligite misericordiam dei. His duo-
bus continentur prope omnes scripturæ,
propter hæc duo Prophetæ, propter hæc
tus, propter hęc ipse dñs noster Iesus Chri
stus, ꝓ hæc Apostoli, ꝓ hæc annuncia-
tio omnis, & celebratio verbi dei in Eccle-
sia, propter hæc duo, propter potestatẽ dei
& misericordiam. Potestatem eius timete,
misericordiam eius amate: nec sic de mise-
ricordia eius præsumatis, vt potestatem
contemnatis: nec sic potestatem timeatis,
Psal.24. vt misericordia desperetis. Apud illum po-
testas, apud illum misericordia: hunc hu-
miliat, & hunc exaltat: hunc humiliat po-

testate, illum exaltat misericordia. Sic enim deus volens ostendere iram, & demonstra Rom.9.
re potentiam suam, attulit in multa patientia sua vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Audisti potestatem, q̃re misericor- A
diã, Vt notas, inquit, faceret diuitias suas in vasa misericordiæ. Pertinet ergo ad eius potestatem dãnare iniquos. Et quis illi dicit, Rom.9.
quid fecisti? Tu.n.ò hõ quis est qui rñdeas deo? Time ergo & treme eius ptãtem, sed spera eius misericordiam. Diabolo potestas quædam est, plerunq; tũ vult nocere & nõ põt, quia ptãs ista sub potestate est. Nam si tũ posset nocere diabolus quantum vult, non aliquis iustorũ remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra. Ipse per vasa sua impellit, quasi parietem inclinatum, sed tantũ impellit, quantum accepit potestatem. Vt autem non cadat paries, dñs suscipiet: qm̃ qui dat potestatẽ tẽtatori, ipse tentato præbet misericordiam. Ad mẽsuram enim permittitur tentare diabolus. Et potabis nos, inquit, in lachrymis in mensura. Noli ergo timere, nisi permissum aliquid facere tenta
torem. Habes enim misericordissimum sal- Psal.79.
uatorem, Tantum permittitur ille tentare, quantum tibi prodest vt exerceari, vt proberis, vt qui te nescibas, à teipso inueniaris. Nam vbi vel vnde nisi de hac dei potestate & misericordia securi esse debemus? Secundũ illam Apostolicam sententiam, Fidelis deus qui nõ permittit vos tentari su
per id quod potestis. Ergo potestas dei est, B
non est enim potestas nisi à deo. Noli dice- 1.Co.11
re, & quare dat tantam potestatem, & non Ro.13.
de potestate habet æquitatẽ? Qui dat potestatem, habet æquitatem. Tu inique mur
murare potes, ille æquitatem perdere non
potest. Nunquid iniquitas apud deum est? Rom.9.
Absit, Hoc fige in corde, hoc de cogitatione tua non excutiat inimicus. Faceret potest aliquid deus, vt tu nescias quare faciat, inique tũ facere non potest, apud quem nõ est iniquitas. Nam ecce reprehendis deum quasi de iniquitate. Ago tecum aliquid, attende paululum. Non reprehenderes iniquitatem, nisi videndo iustitiam. Reprehensor iniquitatis esse non potest, qui non cernit iustitiam, cui comparatam reprehendat iniquitatem. Vnde enim scis quia hoc iniustum est, nisi scias quid sit iustum? Quid si enim iustum est, & hoc quod dicis iniustum? Absit, inquis, iniustum est, & clamas quasi vidẽtibus oculis, videns hoc

iniustum

iniustum esse vtique ex aliqua regula iusti
tiæ, cui comparans hoc quod vides paruũ,
& cernés nõ conuenire rectitudini regulæ
tuæ, reprehendis tãquã artifex discernés iu
stum ab iniusto. Ergo q̃ro à te, iustũ hoc es
se vñ vides? Vbi, inquã, videbis hoc iustum,
C quo uiso, reprehẽdis iniustũ? Vñ illud ne-
scio quid, quo aspergitur anima tua ex mul
tis partib. in caligine cõstituta, nescio quid
hoc qđ coruscat mẽti tuæ? Vñ hoc iustũ?
Itane nõ hẽt fontẽ suũ? A te tibi est qđ iu-
stum est, & tu tibi potes dare iustitiã? Ne-
mo sibi dat quod non hẽt. Ergo cum sis iu-
iustus, esse nõ potes iustus, nisi non conuer
tendo te ad quandam iustitiã manentem, à
qua si recedis, iniustus es: ad quam si acce-
dis, iustus es. Te recedẽte nõ deficit, te acce
dente non crescit. Vbi est ergo ista iustitia?
Quæres in terra? Absit. Nõ enim aurũ aut
lapides p̃ciosos q̃ris, iustitiam quẽrẽs. Quę
re in amari, quære in nubibus, q̃re in stellis,
quære in angelis, inuenis in illis, sed & ipsi
Psal.35. de fonte bibunt. Iustitia. n. angelorũ in om-
nibus est, sed ab vno capitur. Respice ergo,
trãscende, vade illuc vbi semel locutus est
deus, & ib inuenies fontem iustitiæ, vbi est
fons vitæ, q̃m apud te est fons vitæ. Si enim
tu de rore exiguo iudicare vis quod iustum
est, & quod iniustum est, nũquid iniquitas
apud deum? Vnde ad te manat tanquam de
Rom.9. fonte iustitia, inquãtum iustum sapis, cum
ex multis partibus inique desipias? Habet
D ergo fontem iustitiæ deus, Noli ibi quære-
re iniquitatem vbi lux sine vmbra est. Sed
planè te põt latere causa. Si latet te causa,
respice ignorantiam tuã, Vide qui sis, atten
de hæc duo, quoniã potestas dei est, & tibi
Ecclesia dñe misericordia. Fortiora te ne quæsieris,
stici. 3. & altiora te ne scrutatus fueris, sed quę p̃ce
pit tibi dominus, illa cogita semper. Quia
ad hæc quæ tibi præcipit deus, pertinẽt ista
duo, q̃m potestas dei est, & tibi domine mi-
sericordia. Noli timere inimicum, Tantũ
facit quantum acceperit potestatem. Eum
time, qui habet summam potestatem. Eum
time, qui quantum vult tãtum facit, & qui
iniuste nihil facit, & quicquid fecerit, iustũ
est. Putamus iniustum esse nescio quid, &
ex hoc quia fecit deus crede iustum esse.
Ergo inquis, si quis hominem occidat inno
centem, iustè facit an iniquè? Iniquè sane.
Esa. 38. Quare hoc permittit deus? Vide prius ne
illud debeas, Frange esurienti panem tuum,
& egenum sine tecto induc in domũ tuã.

Si videris nudum vesti eum. Hoc enim iu
stitia est, hoc enim tibi præcepit dominus. Esaiæ 1
Lauamini, mundi estote, auferte nequitias
à cordibus vestris, atque à conspectu oculo
rum meorum. Discite bonum facere, iudi-
cate pupillo & viduæ, & venite & dispute-
mus dicit dominus. Disputare vis antequã fa
cias vnde dignus sis disputare, quare hoc
permisit deus? Consilium dei tibi dicere de
homo non possum. Illud tamen dico, quia
& inique fecit homo qui occidit innocen-
tem, & non fieret nisi permiserit deus, Et
quanuis ille inique fecerit, non tamen hoc
inique permisit deus. Lateat causa in iste,
nescio quo de quo moueris, cuius innocen
tia te permouet: Possem enim tibi cito rñ
dere, non occideretur nisi nocens esset, sed
tu eum innocentem putas. Possem tibi hoc
cito dicere. Non enim tu scrutareris cor
eius, discuteres facta eius, examinares cogi-
tationes eius, vt possis mihi dicere, iniustè
occisus est. Possem ergo facilè respondere:
sed opponitur mihi quidam iustus fuit con
trouersia, iustus sine dubitatione, iustus qui
non habebat pctm, occisus à peccatoribus,
traditus à peccatore, ipse Christus deus no-
ster de quo non possumus dicere q̃ habuit p
aliquã iniquitatem, quia ea quæ non rapuit
exoluebat, obijcitur mihi, Et quid dicã de
Christo? Tecum ago, inquis. & ego tecum.
De illo proponis quæstionem, de illo solua
q̃nem. Ibi. n. consilium dei nouimus, qđ
non nisi ipso reuelante nouimus: vt cum
tu inueneris consilium dei, qui permisit in
nocentem filium occidi ab iniustis, & tale
consilium quale tibi placeat, & quale tibi iu
stus es displicere non possit, credas quia
& in alijs consilio id agat deus, sed latet te,
Eia frẽs opus erat sanguine iusti ad delen-
dum chirographum pctõrũ, opus erat exẽ-
plo patientiæ, exẽplo humilitatis, opus erat
signo crucis ad diabolũ & eius angelos de-
bellandos, opus nobis erat passione dñi nr̃i.
Quanta bona egit passio dñi redẽptus est orbis.
sio huius iusti non esset, nisi dominum iu
qui occidissent. Quid ergo? Bonũ hoc qđ
bis p̃stitum est de dominica passione, ine
putandum est iniquis interfectoribus Chri
sti? Absit. Illi voluerunt, deus permisit. Illi
nocentes essent, etiam si tantummodo vo-
luissent. Deus autem non permisisset nisi
iustum esset. Voluerũt occidere, Pene quia
non potuerunt, Iniqui essent, homicidæ essent,

Psal.10. sent, quis dubitaret? Dñs enim interrogat
iustũ & impium, & in cogitationibus im-
pij interrogatio erit. Discutit deus quid
quisque voluerit, non quid potuerit. Ergo
si voluissent & non potuissent, & nõ occi-
dissent, iniqui illi remanerent, tibi Chri pas
sio non præstaretur. Voluit ergo facere im
pius vt damnaretur, p̃missus est vt tibi p̃
staretur. Quod voluit, imputatur iniquita-
ti impij, quod p̃missum est, imputatur pote
stati dei. Ille ergo inique voluit, deus iustè
permisit. Itaque fratres mei & Iudas malt-
genus traditor Christi, & persecutores Chri
sti, maligni omnes, impij omnes, iniqui
Rom.8. omnes, damnandi omnes, & tamen pa-
ter proprio filio suo non pepercit, sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Dispone si
Psal.15. potes, distingue si potes. redde deo vota
tua, quæ distinxerunt labia tua. Vide quid
tibi fecerit iniquus, quid iustus. Ille vo-
luit, iste permisit. Ille iniuste voluit, iste
iuste permisit. Voluntas iniusta damnetur,
permissio iusta glorificetur. Quid. n. mali
accidit Chro, quia mortuus est Christus?
Et illi mali sunt qui mala facere voluerũt,
& nihil mali passus est cui fecerunt. Occi-
sa est caro mortalis interficiens mortem,
præbens patientiæ documentum, præmit
tens resurrectionis exemplum. Quanta
bona facta sunt iusti, de malo iniusti? Hoc
est magnũ dei, quia & bonum quod facis ip
se tibi dedit, & de malo tuo ipse bene facit,
Noli ergo mirari, permittit deus & iudicio
permittit, permittit & mensura, numero,
& pondere permittit. Apud illum non est ini
quitas, tu tm̃ ad eum pertine. In ipso spem
pone, ipse sit adiutor tuus, salutare tuũ. In
illo sit locus munitus, turris fortitudinis.
Refugium tuum ipse est, & nõ te finit ten
tari, supra quam potes ferre, sed faciet cum
tentatione etiam exitum vt possis sustine-
re, vt q̃ te finit pati tẽtationẽ, potestas eius
est: q̃ nõ finit vltra in te fieri quẽ potes fer-
re, misericordia eius sit, q̃m potestas dei est,
& tibi domine misericordia, quia tu reddes
vnicuique secundum opera eius.

Post tractatum, cum mathematicus in po-
pulo monstraretur.

ILla Ecclesiæ sitis, etiã istum quem vide-
tis bibere vult, Simul etiã vt noueritis,
q̃ multi in cõmistione Christianorum
ore suo benedicãt, & corde suo maledicã

iste ex Christiano & fideli pœnitẽs redit,
& territus potestate dñi, conuertit ad mise-
ricordiam dñi. Seductus. n. ab inimico cum
esset fidelis, diu mathematicus fuit, seductus
deducens, deceptus decipiẽs, illexit, fefellit,
multa mẽdacia locutus est cõtra deum, qui
dedit hominibus potestatẽ faciẽdi quod bo
nũ est, & non faciendi qđ malũ est. Iste di- I
cebat, quia adulteriũ nõ faciebat voluntas
p̃pria, sed Venus: & homicidiũ nõ faciebat
volũtas p̃pria, sed Mars: & iustum non fa-
ciebat deus, sed Iouis: & alia multa sacrilega
nõ parua. Quã multis eũ putatis Christia-
nis nummos abstulisse? Quã multi ab illo
emerunt mẽdaciũ quibus dicebamus, Filij Psal. 4.
hominũ vsquequo graues corde, vt quid di
ligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ? Mo-
do sicut de illo credendũ est, horruit men-
daciũ, & multorum hominũ interitum: sed
aliqũ à diabolo sensit illectũ, conuertitur
ad deum pœnitens. Putamus fratres de ma
gno timore cordis accidisse. Quid. n. dictu-
ri sumus? Nãque si ex pagano conuerteret
mathematicus, magnũ quidẽ esset gaudiũ:
sed tũ posset videri, quia sic conuersus est
clericatũ quærere in Ecclesia. Pœnitẽs est,
nõ q̃rit nisi solã misericordiam. Commen
dandus est ergo, & oculis & cordibus ve-
stris. Eum quem videtis, cordibus amate,
oculis cũstodite. Videte illũ, scitote illũ, &
quãcũque ille transierit, fratribus cæteris
qui modo hic non sunt, ostendite illum, &
ista diligẽtia misericordia est, ne ille sedu-
ctor retrahat cor & oppugnet. Custodite
vos, nõ vos lateat cõuersatio eius, via eius,
vt testimonio vestro nobis confirmẽt vere K
illũ ad dñm esse conuersum, Non enim si-
lebat fama de vita eius, q̃m sic vobis & vidẽ
dus & miserandus offertur. Nostis in Actu Act. 19.
bus Apostolorum esse scriptũ, quia multi p̃
diti, id est, taliũ artium homines, & doctri-
narum nẽfariarum sectatores, omnes codi-
ces suos ad Apostolos attulerunt, & incen-
si sunt libri tam multi, vt pertineret ad scri
ptorem æstimationem eorũ facere, & sum-
mam præcij conscribere. Hoc vtique pro-
pter gloriam dei, ne tales etiam perditi de-
sperarent ab illo qui nouit quærere quod
perierat. Perierat ergo, nũc quæsitus, inuen Luc. 15.
tus, adductus est: portat secũ codices incen
dẽdos, p̃ quos fuerat incẽdendus, vt illis in
ignem missis, ipse in refrigerium transeat.
Sciatis eum tamen fratres olim pulsare ad
Ecclesiam ante pascha, Ante pascha enim

cœpit petere de Ecclesia Christi medicinã, sed qua talis est ars, in qua exercitatus erat, quæ supra se esset, de mendacio atque fallacia, dilatus est ne tentaret, & aliquando tamen admissus est, ne periculosius tentaretur. Orate pro illo Christum, prorsus hodiernam precem pro illo fundite domino deo nostro. Scimus enim & certi sumus, quia oratio vestra delet omnes impietates eius. Dominus uobiscum.

In Psalmum sexagesimumsecundum enarratio.

PRopter eos qui forte rudes sunt adhuc ad nomen Christi, quia vndique colligit qui pro omnibus dedit sanguinem suum, dicendum est paucis quod & illi libẽter audiant qui nouerunt, & discant qui nõ nouerunt. Psalmi isti quos cantamus, anteq̃ dñs noster Iesus Christus natus esset ex virgine Maria, spiritu dei dictante dicti & conscripti sunt. Fuit enim Dauid rex in Iudæo rum gente, quæ gens vna colebat deum vnum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in ipsis sunt, siue quæ videntur, siue quę non videntur. Cæteræ aũt gentes, aut idola colebant, quæ manibus suis fecerant, aut creaturam dei, non ipsum creatorem, id est, aut solem, aut lunam, aut stellas, aut mare, aut montes, aut arbores. Hæc. n. omnia deus fecit, & laudari se vult in illis, non illa coli pro se. Ergo in ipsa gente Iudæorum Dauid rex fuit, de cuius semine natus est dñs noster Iesus Christus ex Marie virgine: quia de illa ducebat genus virgo Maria, quæ peperit Chrm: & dicti sunt isti Psalmi, & prophetabatur in eis Chs venturus post multos annos: & dicebatur ab illis prophetis qui fuerunt antequam dñs noster Iesus Christus de Maria virgine nasceretur, quicquid futurum erat temporibus nostris: quod modo legimus & videmus, & multũ gaudemus, quia spes nostra prædicta est a sanctis, qui illud non videbant impletum, sed in spiritu futurũ videbant. Et nos modo legimus & audimus a lectoribus, disputamus illa, & quo sunt in scripturis, sic ea videmus impleri per totum orbem terrarum. Quis inde non gaudeat? Quis non & ea quæ nondum venerunt ventura speret, pp illa quæ iã tanta impleta sunt. Modo. n. fratres videtis, quia totus mundus, tota terra, omnes gentes, omnes regiones currunt ad nomẽ Christi, & credunt in Christum. Certe videtis hoc, hoc qũo vbique euertuntur vanitates paganorum, videtis, Hoc manifestum est uobis. Núquid & hoc de libro vobis legimus, & non ante oculos vestros fit? Hoc ergo totum, quod videtis ante oculos vestros fieri, scriptum est ante immensa volumina annorum per istos quos modo legimus, qñ iam ista impleri videmus. Sed qm scripta sunt & alia quæ nondum venerunt, id est, quia dominus noster Iesus Christus venturus est vt iudicet, qui primo venit vt iudicaretur, Venit. n. primo humilis, & postea venturus est excelsus, venit vt ostenderet exemplum patientiæ, postea venturus est, vt pro meritis iudicet omnes, siue bonos siue malos. Quia ergo nondũ venit hoc quod speramus venturum Christum ad iudicem viuorum & mortuorum, debemus illud credere modicũ quod restat. Venturũ esse credamus quando videmus tanta quæ tunc futura erant, modo compleri. Stultus est. n. qui non vult credere pauca quæ restant, cum videat tam multa impleta esse, & tunc non erant quando prędicebãtur. Pśalmus ergo iste dicitur ex persona dñi nostri Iesu Chrsti & capitis & membrorum. Ille enim vnus qui natus est de Maria, & ascendit in cœlum, & modo ad dexteram patris sedet & interpellat pro nobis, caput nostrũ est. Si ille caput est, nos membra sumus, tota Ecclesia eius quæ vbique diffusa est, corpus ipsius est, cuius est ipse caput. Nõ solũ aũt fideles qui modo sunt, sed & qui fuerunt ante nos, & qui post nos futuri sunt vsque in finem seculi, oẽs ad corpus eius pertinent, cuius corporis ipse caput est qui ascendit in cęlũ. Quia ergo iam nonimus caput & corpus, ille est caput, nos corpus. Qñ audimus vocem ipsius, & ex capite debemus audire & ex corpore: quia quicquid passus est in illo, & nos passi sumus: quia & nos quod patimur in nobis, & ipse patitur. Quo sit aliquid patiatur caput, nunquid potest dicere manus, quia non patitur? Aut si aliquid patitur manus, nunquid põt caput dicere, quia non patitur? Aut si aliquid patitur pes, nunquid põt caput dicere, quia non patit? Quia aliquid patitur membrum nrm, omnia membra currunt vt subueniant membro quod patitur. Si ergo ille cum passus est, nos in illo passi sumus, & ille iam ascendit in cęlũ & sedet ad dexterã patris, quicquid patitur

Ecclesia ipsius in tribulationibus huius seculi, in tẽtationibus, in necessitatibus, in angustijs, quibus illã oportet erudiri, vt igne tanq̃ aurum purgetur, ipse patitur. Probamus hoc, quia nos in illo passi sumus, dicente Apostolo. Si aũt mortui estis cum Chro, Colos. 3. quid adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Item dicit, Quia vetus hõ nr̃ simul crucifixus est cũ illo, vt euacuetur corpus peccati. Si ergo in illo mortui sumus, in illo & resurreximus. Dixit. n. ipse Apostolus, Si aũt resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt sapite, q̃ sursum sunt q̃rite, vbi xps est in dextera dei sedẽs. Si ergo in illo mortui sumus, & in illo resurreximus, & ipse in nobis moritur, & in nobis resurgit, ipse est enim vnitas capitis & corporis: non immerito vox ipsius ẽt nostra est, & vox nostra ẽt ipsius est. Audiamus ergo psalmum & in eo Christum loquentem intelligamus. Tibulum habet iste Psalmus. Ipsi Dauid cum effet in deserto Idumææ.) Per Idumææ nomen intelligitur seculum istud. Idumæa. n. gens erat quædam errantium hominũ, vbi idola colebantur. Nõ in bono ponitur Idumæa ista. Si non in bono ponitur, intelligẽdum est istam vitam, vbi patimur tantos labores, & vbi tantis necessitatibus subditi sumus, Idumææ nomine significari. Et hoc est desertũ vbi multum sitit itur, & audituri estis vocẽ modo sitientis in deserto. Si autẽ cognoscamus nos sitientes, cognoscemus nos & bibentes, quia qui sitit in isto seculo, in futuro seculo satiabitur, dicente dño, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Ergo in hoc seculo non debemus quasi amare saginam. Hic sitiendum est, alibi saginabimur. Modo autem vt non deficiamus in isto deserto, aspergit nobis rorem verbi sui, & non nos dimittet prorsus arescere, vt non sit de nobis repetitio, sed vt sic sitiamus vt bibamus. Vt autem bibamus, aliqua gratia eius aspergimur, tñ sitimus. Et quid dicit anima nra deo? Deus deus meus, ad te de luce vigilo: Quid est vigilare? Vt quę non dormire. Quid est dormire? Est somnus animæ, est somnus corporis. Somnum corporis oẽs debemus habere, quia si non habeatur somnus corporis, deficit hõ, deficit ipsum corpus. Non. n. potest diu sustinere corpus nostrũ fragile animã vigilan tẽ & intentam in actionibus. Si diu fuerit intenta anima in actionibus, corpus fragile & terrenũ nõ illã capit, nõ illã sustinet ppetuo agentem, & deficit, & succumbit. Ideo deus donauit somnum corpori, quo reparãtur mẽbra corporis, vt possint vigilantem animã sustinere. Illud ât cauere debemus, ne ipsa anima nra dormiat. Malus. n. ẽ somnus aiæ, bonus somnus corporis, quo reparatur valetudo corporis. Somnus ât aię, est obliuisci deũ suũ. Quæcũque aia oblita fuerit deũ suum, dormiuit. Ideo dicit Apostolus quibusdã oblitis deũ suũ, & tãq̃ in somno agẽtibus deliramenta culturæ idolorũ. Sic sunt. n. qui colũt idola, qũo qui vident in somnis vana. Si autem euigilet anima ipsorum, intelligit à quo facta est, & non colit qd̃ ipsa fecit. Dicit ergo quibusdã Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Nunquid corpore dormiẽtem, excitabat Apostolus? Sed excitabat aiam dormiẽtẽ, qñ ad hoc eã excitabat vt illuminaretur à Christo. Ergo secũdum ipsas vigilias dicit iste, Deus deus meus ad te de luce vigilo. Non enim vigilares in te, nisi oriretur lux tua, quæ te de somno excitaret. Illuminat enim animas Christus, & facit eas vigilare. Si autem lumen suũ detrahat, obdormiunt. Ideo. n. illi dr in alio Psalmo, Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. Aut si ab illo auersi obdormiunt, prẽsens est illis lumẽ, & nõ possunt videre, quia dormiũt. Quomõ & corpore qui dormit inter diẽ, iam ortus est sol, iam dies calet, & ille tanquam in nocte est quia non vigilat vt videat iam ortum diem. Sic quibusdam iam prẽsente Christo, iam prædicata veritate, inest adhuc somnus animæ illius. Ergo vos si vigiletis, dicite quotidie, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Vita enim vestra & mores vestri vgilare debent in Chro, vt sentiant alij Pagani dormientes, & ad somnũ vigiliarum vestrarum excitentur, & ipsi excutiãt somnum, & incipiant in Christo vobiscum dicere, Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit tibi anima mea.) Ecce illud desertũ Idumęæ. Videte quomõ hic sitit, sed videte quid hic bonum est, sitiuit tibi, Sunt. n. qui sitiũt, sed non deo. Omnis qui sibi vult aliquid præstari in ardore est desideri, Ipsum desiderium sitis est animæ. Et videte quãta desideria sint in cordibus hominum, Alius desiderat argentum, alius desiderat possessiones, alius desiderat hæreditates, alius amplã pecuniã, alius multa pecora, alius domũ magnam,

Ephe. 5.

Psal. 12.

Ephe. 5.

magnã,alius vxorẽ, alius honores, alius filios. Videtis desideria ista,quo ardent in cordibus hominũ. Ardent oĉs homines desiderio, & vix inuenitur qui dicat, Sitiuit tibi anima mea. Sitiũt.n.homines seculo, & nõ se intelligunt in deserto esse Idumææ, vbi debet sitire anima ipsorũ deo. Dicamus ergo nos,Sitiuit tibi anima mea, Omnes dicamus,quia in concordia Chri oĉs vna anima sumus,ipsa anima sitiat in Idumæa, Sitiuit tibi,inquit,anima mea,Quàm multipliciter tibi & caro mea.) Parũ est,quia sitiuit anima mea,sitiuit & caro mea. Porro si anima
G sitit deo, quo & caro sitit deo? Q̃n.n.caro sitit,aquam sitit:q̃n anima sitit:fontẽ sapientiæ sitit. De ipso fonte inebriantur animæ
nostræ,sicut dicit alius Psalmus, Inebriabã-
Psal.35. tur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte deliciarum tuarum potabis eos. Sitienda est ergo sapientia,sitienda est iustitia. Non ea satiabimur,non ea implebimur, nisi cũ fuerit finita vita ista, & venerimus ad illud quod promisit deus. Promisit enim deus æqualitatem angelorum, & modo angeli nõ sitiũt
Mat.14. quo nos, non esuriunt quomodo nos, sed habent saginam veritatis lucis immortalis sapientiæ. Ideo beati sunt, & de tanta beatitudine, quia in illa sunt ciuitate. Hierusalẽ cœlesti, vnde nos modo peregrinamus: attendunt nos peregrinos,& miserantur nos, & iussu dñi auxiliantur nobis, vt ad illam patriam communem aliq̃n redeamus,& ibi cum illis fonte dominico veritatis & æternitatis aliquando saturemur. Modo ergo sitiat anima nostra,vnde & caro nostra sitit, & hoc multipliciter. Multipliciter tibi, inquit,sitit & caro mea,quia & carni nr̃æ pro
H mittitur resurrectio. Quomodo animæ nostræ promittitur beatitudo, sic & carni nostræ promittitur resurrectio. Resurrectio carnis talis nobis promittitur. Audite & discite & tenete quæ sit spes Christianorũ. Quare sumus Christiani? Nõ enim ad hoc sumus Christiani,vt terrenã nobis fœlicitatem petamus,quam plerunque habent & latrones & scelerati, Ad aliam fœlicitatem nos sumus Christiani, quam tunc accipiemus cum vita ista huius seculi tota transierit. Ergo promittitur nobis & carnis resurrectio, & talis resurrectio carnis nobis promittitur, vt caro quidem ista quam modo portamus,resurgat in finem. Nec incredibile vobis videatur, Si enim deus fecit nos qui non eramus, magnum illi est reparare qui eramus? Ergo hoc vobis incredibile nõ videatur,quia quasi putrescere mortuos videtis,& ire in cineres & in puluerem, Aut si incendatur aliquis mortuus, aut si canes dilanient eum, putatis quia inde non erit resurrecturus? Omnia quæ discerpuntur,& in fauillas quasdam putrescunt,integra deo sunt. In illa.n.elementa mundi eunt, vnde primo venerunt,q̃ facti sumus:non illa videmus, sed tamen deus vnde scit producet illa, quia & antequam essemus, vnde scibat, nos produxit, Talis ergo resurrectio carnis nobis promittitur,vt quanuis ipsa sit caro, quam modo portamus quæ resurrectura est, tñ non habeat corruptionẽ quam modo habet. Modo enim ex corruptione fragilitatis,si non manducemus, deficimus, & esurimus: Si non bibamus, deficimus & sitimus: Si diu vigilemus, deficimus & dormimus: Si diu dormiamus, deficimus,ideo vigilamus: Si diu manducemus & bibamus, quanuis propter refectionem manducemus & bibamus, ipsa diuturna refectio defectio est: Si diu stemus fatigamur,ideo sedemus & si diu sedeamus,& ibi fatigamur, & ideo surgimus. Deinde videte quia nullus est carnis nostræ status,quoniam infantia auolat in pueritiam,& quæris infantiam, & nõ est infantia, quia iam pro infantia pueritia est. Iterum & ipsa migrat in adolescentiam, Quæris pueritiam & non inuenis, Adolescens fit iuuenis,quæris adolescentẽ & non est. Iuuenis fit senex,quæris iuuenem,& non inuenis. Et senex moritur,quæris senem,& non inuenis. Non stat ergo ætas nostra,vbique fatigatio est, vbique lassitudo, vbique corruptio. Attendentes qualem nobis spem resurrectionis promittat deus,in istis omnibus multiplicibus defectionibus nostris, firmus illam incurruptionem, & sic caro nostra multipliciter sitit deo. In ista Idumæa,in isto deserto,quàm multipliciter laborat, tam multipliciter sitit, q̃ multipliciter fatigatur,tam multipliciter fitit illã instigabilem incorruptionem:quanquã fratres mei bono Christiano & fideli etiam in hoc seculo caro deo sitit: quia si opus est carni panc,si opus est aqua,si opus é vino,si opus est nummo,si opus est iumento carni huius, a deo petere debet non a dæmonijs & idolis,& nescio quibus potestatibus huius seculi. Sunt enim qui q̃n famen patiũtur in isto seculo,dimittunt deum, & rogant Mercurium,aut rogant Iouem vt det illis,aut quæ dicunt cœlestem Panã,aut aliqua dæmonia similia,non deo sitit caro ipsorum. Qui autem deo sitiunt, vndique debẽt sitire & anima & carne:quia & animæ deus dat panem suum.i.verbũ veritatis: & carni deus dat q̃ necessaria sunt, quia deus fecit & animam & carnẽ. Propter carnẽ tuam rogat dæmonia,nunquid animã tuam deus fecit,& carnẽ tuã dæmonia fecerũt? Qui fecit animã, ipse fecit & carnẽ. Qui fecit ambas res ipse
I pascit ambas res. Vtrũque nostrum deo sitiat,& ex labore multiplici simpliciter satietur. Vbi aũt sitit anima nostra, & multipliciter caro nostra? Non cuicunque sed tibi domine.i.deo nostro sitit. Vbi sitit? In terra deserta & sine via & sine aqua.) Seculũ istud diximus,ipsa est Idumæa,hoc est,desertum Idumææ,vnde titulũ Psalmus accepit,In terra deserta. Parum est deserta, vbi nullus hominũ habitat, insuper & sine via & sine aqua,Vtinã vel viam haberet ipsum desertũ, vtinam illuc homo incurrens,vel hospes quã inde exiret. Non videt hominẽ ad solatium, nõ videt viã qua careat desertor. Ergo vbi diucrtit? vtinam esset vel aqua
Iob.14. vnde reficeretur qui inde non potest exire? Malum desertũ horribile & timendum, & tamen deus misertus est nostri,& fecit nobis viam in deserto, ipsum dñm nostrũ Iesum Christũ, & fecit nobis cõsolationẽ in deserto, mittẽdo ad nos prædicatores vers
bi sui,& dedit nobis aquã in deserto,implẽs spiritu sancto prædicatores suos, vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æter
Iohan.4. nam. Et ecce habemus hic omnia, sed non sunt de deserto. Ergo proprietatem deserti prius commendauit Psalmus,vt & tu cũ audisses in quo malo esses,si quas hic habere posses consolationes, vel sociorum, vel
K viæ,vel aquæ,non tribueres deserto, sed illi qui te visitare dignatus est in deserto. Sic in sancto apparui tibi vt viderem potentiã tuã & gloriam tuam.) Primò sitiuit anima mea,& caro mea multipliciter tibi in deserto,& in terra sine via & sine aqua, & sic in sancto apparui tibi vt viderẽ potẽtiã tuam & gloriã tuã. Nisi quis primo sitiat in isto deserto.i.malo in quo est,nunquã peruenit ad bonũ quod est deus. Apparui autem tibi,inquit,in sancto. Nam in sancto est magna consolatio. Apparui tibi quid est? Vt videres me, & ideo vidisti me vt viderem te. Apparui tibi vt viderem. Non dixit apparui tibi vt videres: sed dixit, apparui tibi

vt viderem potentiam tuam & gloriam tuam. Vnde & Apostolus, Nunc autem,in Gal. 4.
quit,cognoscentes deum, immò cogniti à deo. Prius.n.apparuistis deo, vt posset vobis apparere deus, Vt viderem potentiam tuam & gloriam tuam. Reuera in isto deserto,id est,in ista eremo,si tanquam ab eremo exigat homo quod sibi saluti est, nunquam videbit potentiam domini & gloriã domini,sed remanebit siti moriturus, nec viam inueniet,nec cõsolationem, nec aquã per quam duret in eremo. Cum autem erexerit se ad deum,vt dicant illi ex medullis omnibus,Sitiuit tibi anima mea,quam mul A
tipliciter tibi & caro mea:ne fortè vel necessaria carnis ab alijs petat,& non à deo, aut non desideret illam resurrectionem carnis, quam nobis promittit deus:cùm ergo se erexerit,habebit non paruas consolationes. Ecce fratres, quomodo caro nostra quandiu mortalis est,quandiu fragilis est,ante illam resurrectionem habet solatia ista quibus vimus,panem,aquam,fructus, vinũ,oleũ. Ista omnia solatia & subsidia,si nos deserãt, vtique durare non possumus,quanuis nondum receperit caro ista sanitatem illam perfectam,vbi nullam patietur angustiam,nullam indigentiam: sic & anima nostra cum hic est in ista carne inter tentationes,& pericula seculi huius,adhuc est infirma. Habet etiam ipsa solatia verbi, solatia orationis,solatia disputationis. Sic sunt ista animæ nostræ. Cùm autem resurrexerit caro nostra,vt iam istis non indigeamus, habebit locum quendam & statum incorruptionis suæ:sic & anima nostra habebit cibum suum ipsum verbum dei, per quod facta sunt omnia. Tamen gratias deo qui modo Ioan.1.
in hac eremo non nos deserit, siue dando nobis quod necessarium est carni, siue dan B
do nobis quod animæ necessarium est,& quando nos aliquibus necessitatibus erudit, vult vt amplius illum diligamus, Ne fortè per saginam corrumpamur & obliuiscamur eum, subtrahit nobis aliquando q̃ necessaria sunt, & atterit nos, vt sciamus quia pater & dominus est, non solum blandiens,sed & flagellans, Præparat n.nos quidam hæreditati incorruptibili, & magnæ. Si vnam cuppam, aut vnam cellam tuam, aut si quid habes in domo tua cogitas dimittere filio tuo,& ne perdat illud, erudis eũ, & flagellas eum ad disciplinam, corrigis ne perdat nihil tuum, quod & ipse hoc dimis-

furus est:sic & tu non vis vt nos erudiat pa
ter noster in flagellis etiam necessitatũ, aut
tribulationum, & nobis talem hæreditatẽ
daturus est,& quæ transire non possit?Hæ
reditatem.n.nobis dabit seipsum deus,vt ip
sum possideamus, & ab ipso possideamur
Ioã. 19. in æternum. Ergo in sancto appareamus
Mat.27. deo,vt appareat nobis. Appareamus illi in
sancto desyderio,vt appareat nobis in potẽ
tia,& gloria filij dei. Multis.n.nõ apparuit,
sint in sancto,vt appareat & illis.Nã multi
C putãt illũ tm̃modo hominẽ fuisse,quia p̃di-
catur natus ex homine, crucifixus & mor-
tuus,ambulasse in terra, manducasse & bi-
bisse,& cętera egisse q̃ sunt humana,& pu-
tãt illũ talem fuisse, quales sunt cæteri ho-
mines. Audistis autem modo cum Euange
liũ legeretur, qũo cõmendauit maiestatem
Ioã. 10. suã,Ego & pater vnũ sumus.Ecce q̃ta ma-
iestas & q̃ta æqualitas patris, descendit ad
carnẽ p̃p infirmitatẽ nram.Ecce quantum
dilecti sumus,antequã deũ diligeremus. Si
antequã deũ diligeremus,tm̃ ab illo dilecti
sumus, vt æqualem sibi filium suũ hominẽ
faceret p̃p nos, quid nobis seruauit iã dili-
gentibus se? Ergo multi nescio quid mini-
mum putant apparuisse in terra filium dei:
quia nõ sunt in sancto, non eis apparet po-
tentia ipsius & gloria ipsius.i.quia nõdum
sanctificatum hẽt cor, vñ intelligant emi-
nentiã virtutis illius,& gras agãt deo: quia
p̃p ipsos tantus quò venit,ad quã natiuita-
tem,ad quã passionem, nõ p̃t videre glo-
riam ipsius,& potentiã ipsius. Qm̃ melior
est misericordia tua super vitas.) Multæ
sunt vitæ humanæ,sed deus vnã vitam pro
mittit,& non illã dat nobis quasi p̃p meri-
ta nostra,sed p̃p misericordiã suam. Quid
.n.boni egimus,vt illud mereremur? Aut
quæ bona facta nostra præcesserũt, vt deus
nobis gratiam suam daret? Nunquid inue-
D nit iustitias quas coronaret, & nõ delicta q̃
donaret? Vtique delicta quæ donauit si pu-
nire vellet,non esset iniustum. Quid.n.tã
iustum q̃ vt puniatur peccator? Cũm iustũ
sit vt puniatur peccator pertinet ad miseri-
cordiam ipsius non punire peccatorem,sed
Rom.4. iustificare,& de peccatore facere iustum,&
de impio facere pium.Ergo misericordia ip
sius melior super vitas.Quas vitas? Quas
sibi homines elegerunt.Alius elegit sibi vi-
tam negociandi,alius vitam rusticãdi,alius
vitam fœnerandi, alius vitam militandi,
alius illam, alius illam. Diuersæ sunt vi-
tæ, sed melior est misericordia tua super vi
tas nostras. Melius est quod das correctis,
q̃ quod eligũt peruersi. Vnã vitam donas,
quæ præponatur omnibus nostris quascun
que in mundo eligere potuerimus. Quo-
niam melior est misericordia tua super vi-
tas,Labia mea laudabunt te.)Non te lauda
rent labia mea, nisi me præcederet miseri-
cordia tua. Dono tuo te laudo,per miseri-
cordiam tuam te laudo. Non enim ego pos
sem laudare deum, nisi mihi donaret lauda
re se posse. Quoniam melior est misericor-
dia tua super vitas, labia mea laudabũt te. E
Sic benedicam te in vita mea, & in nomine
tuo leuabo manus meas:)Sic benedicam te
in vita mea.Iam in vita mea quam mihi do
nasti,non in illa quam ego elegi secundum
mundum cum cæteris inter multas vitas,
sed quam dedisti mihi per misericordiam
tuam vt te laudarem, Sic benedicam te in
vita mea.Quid est sic? Vt misericordię tuę
tribuam vitam meam,in qua te laudo,non
meritis meis. Et in nomine tuo leuabo ma
nus meas. Leua ergo manus in oratione,
Leuauit pro nobis dominus deus noster Ma
manus in cruce, & extẽsæ sunt manus eius in
pro nobis.Ideo extensæ sunt manus eius in
cruce, ut manus nostræ extendantur in bo
na opera,quia crux ipsius misericordiã no-
bis præbuit. Ecce leuauit ille manus & ob-
tulit pro nobis sacrificium deo seipsum, &
per illud sacrificium deleta sunt omnia pec
cata nostra. Leuemus & nos manus no-
stras ad deũ in prece,& non confundentur
manus nostræ leuatæ ad deum,si exercea-
tur in bonis operibus. Quid.n.facit qui le-
uat manus? Vnde præceptum est vt leuatis
manibus oremus ad deũ? Apostolus enim
dicit, Leuantes puras manus sine ira & di-
sceptatione,vt cũ leuas manus tuas ad deũ,
veniant tibi in mentem opera tua. Quia.n.
manus istæ leuantur vt impetres quod vis,
ipsas manus cogitãs in bonis operibus exer
ce,ne erubescant leuari ad deũ. In nomine
tuo leuabo manus meas. Istæ preces no-
stræ sunt in hac Idumæa, in hoc deserto,in
terra sine aqua & sine via, vbi nobis Chri
est via,sed nõ via de hac terra. In nomine
tuo leuabo manus meas. Et quid dicã,cũm
leuo manus meas in nomine tuo? Quid pe-
tam? Eia fratres,quando leuatis manus,qra
re quid petatis. Ab omnipotẽte.n.petitis. A
liquid magnũ petite, nõ qualia petunt qui
nondum crediderunt. Videtis qualia dẽtur
& impijs. Petiturus es à deo tuo pecuniã,
nunquid non donat eam & sceleratis qui
in illum non credunt? Quid ergo pro ma-
gno petiturus es quod donat & malis? Sed
nõ tibi displiceat, quia quæ donat & malis,
tam friuola sunt,vt hæc & malis donari di
gna sint,ne tibi quasi magna videant, quæ
possunt donari & malis. Dei quidem sunt
& omnia dona terrena, sed videte,quia q̃
donat & malis,nõ p̃ magno habẽda sunt.
Est aliud qđ nobis seruat. Cogitemus au-
tem quæ donat & malis, & hic intelliga-
mus quid seruet bonis. Quæ donat malis
videte.Donat illis lucẽ istã, videte quia vi-
dent illam boni & mali. Pluuiam quæ de-
G scendit super terram, & hinc quanta bona
Mat.5. nascunt, & malis inde præstãtur & bonis,
dicente Euangelio,Qui solem suum oriri
facit sup̃ bonos & malos, & pluit super iu-
stos & iniustos.Dona ergo ista quę nascun
tur,vel de pluuia,vel de sole,à dño quidem
nostro petere debemus, cùm sint necessa-
ria,sed nõ ista sola, quia ista dant bonis &
malis.Quid ergo debemus petere q̃n leua-
mus manus? Quia qũo potuit, dixit illud
Psalmus. Quid est quod dixi,qũo potuit?
Quomodo potuit os humanũ auribus hu
manis.Quia p̃ ora humana ista dicta sunt,
& per quasdam similitudines dicta sunt,
quomodo capere possent oẽs infirmi, om-
nes paruuli.Quid dixit? Quid petiuit?In
nomine, inquit, tuo leuabo mauus meas.
Quid accepturus? Tanquã adipe & pin-
guedine repleatur anima mea.)Putatis ali
qua pinguedine repleatur anima mea? Pu-
tatis aliquam pinguedinẽ carnis desidera-
se animã istam fratres mei? Non.n.hoc p̃
magno desiderat vt pingues arietes,vt pin
gues porci illi mactarentur, vt veniret ad
aliquam coquinam, vbi inueniret obsonia
Ps. pinguia vnde saturaretur.Si hoc credideri
mus,digni sumus qui ista audiamus.Ergo
aliquid spiritale debemus intelligere. Ha-
bet quandam pinguedinem anima nostra.
Est quædam saturitas pinguis sapientiæ.Sa
pientia.n.ista,animæ, q̃ carẽt,marcescunt,
& omnino ita exiles fiũt,vt in bonis omni
bus operibus cito deficiãt. Quare cito de-
ficiũt in omnibus bonis operibus? Quia nõ
habent pinguedinem saturitatis suæ. Audi
Apostolũ dicentẽ de pingui anima, præci-
pientem vt quisque bene operetur. Quid
Gal.6. ait? Hilarem datorem diligit deus. Pinguis
anima vnde esset pinguis, nisi à dño satu-

raretur? Et tũ quantũlibet hic sit pinguis,
quid erit in illo futuro seculo quo nos pa-
scit deus interim in hac peregrinatione?
Quid erimus tũc? Nec dici põt. Et fortasse
ipsam saturitatẽ optamus hic q̃n leuamus
manus nras, vbi pinguedine sic saturabi-
mur, vt omnino omnis indigentia nostræ
intereat,& nihil desideremus, quia totũ p̃-
sto nobis erit, quicquid hic desideramus,
quicquid hic p̃ magno amamus. Iã patres
nri mortui sunt,deus aũt viuit. Nõ hic po- I
tuimus sem̃p habere patres, ibi aũt semper
habebimus viuum vnum patrẽ. Habentes
patriam nostram, quæcũque terrenę sunt,
semper ibi esse nõ possumus, & necesse est
vt alij nascantur, & ad hoc nascuntur filij
ciuium illorum, vt excludant inde paren-
tes suos. Ad hoc.n.nascitur puer, vt dicat
maior, Quid hic agis? Necesse ẽ vt qui suc-
cedunt & qui nascuntur,excludant eos qui
se præcesserũt. Ihi oẽs pariter uiuemus, nõ
ibi erit successor, quia nullus decessor.
Qualis illa patria? Sed diuitias hic amas,ip
se deus tibi erit diuitiæ tuæ. Sed amas fon-
tẽ bonũ:quid præclarius illa sapiẽtia? quid
lucidius? Quicquid hic potest amari, pro
omnibus tibi erit qui fecit omnia. Tanquã
adipe & pinguedine repleatur anima mea.
Et labia exultationis laudabũt nomẽ tuũ.)
In hac eremo, in nomine tuo leuabo ma-
nus meas, Impleatur anima mea tanquam
adipe & pinguedine, & labia exultationis
laudabunt nomen tuum. Modo.n.oratio
quandiu sitis, cum sitis transierit, transit
oratio,& succedet laudatio. Et labia exul-
tationis laudabunt nomen tuum. Si memo
ratus sum tui super stratum meum, in dilu
culis meditabar in te,quia factus es adiutor
meus.) Stratum suum, quietem suam di-
xit: Quando aliquis quietus est,nõ p̃ quie-
tem dissoluatur & obliuiscatur deũ. Si me-
mor est dei quando quietus est in actioni-
bus suis in deum meditatur. Diluculo K
enim dixit actiones, quia omnis homo di-
luculo incipit aliquid agere. Quid ergo
dixit? Si memor fui tui in strato meo,
& in diluculis meditabor in te. Si ergo
non fui memor in strato meo, nec in dilu-
culo meditabor in te. Qui quando ocio-
sus est non cogitat deum, in actionibus
suis cogitare deum potest? Qui autem
memor eius est, quando quietus est,in ipso
meditatur cùm agit, ne in actionibus suis
deficiat. Ideo quid adiecit? Et in diluculis

meditabor in te,q̃a factus es adiutor meus. Etenim nisi deus adiuuet bona opera nr̃a, impleri a nobis non possunt. Et digna debemus operari: id est, tanquã in luce, qñ Chro demonstrante operamur. Quicunque operatur mala, in nocte operatur, non in diluculo, Apostolo dicente, Qui inebriantur, 1. The. 5
nocte inebriantur: & qui dormiunt, nocte dormiũt: Nos qui diei sumus, sobrij simus. Hortatur nos vt sc̃m diem ambulemus honestè, Sicut in die, inquit, honeste ambulemus. Et iterũ, Vos, inquit, filij lucis estis, & filij diei, non estis noctis neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis, & filij tenebraru n? Qui omnia mala operantur: Vsque ad o filij noctis sunt, vt timeant videri quę operantur, Et quæ publicè operantur mala, ideo publicè operantur, quia multi illa operantur, Quæ pauci operantur, in abscondito operantur. Qui autem talia publicè operantur, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris cordis. Nemo ergo diluculo operaꝛ, nisi qui in Christo operatur. Sed qui ociosus memor est Christi, in ipso meditatur in omnibus actionibus suis, & est illi adiutor in bono opere, ne per infirmitatẽ suam deficiat. Si memoratus sum tui super stratum meũ, in diluculis meditabor i te, quia factus es adiutor meus. Et in velamento pennarũ tuarum exultabo.) Hilarescо in bonis operibus, quia super me est velamẽ pennarum tuarũ. Si me non protegas, quia pullus sum, miluus me raptet. Dicit. n. quodam loco ipse dñs noster ad Hierusalem quandam ciuitatem illam vbi crucifixus est, Hierusalẽ, Mat. 23.
inquit, Hierusalem, quotiens volui filios tuos cõgregare tanquã gallina pullos suos, & noluisti? Paruuli sumus, ergo protegat nos deus sub vmbraculo alarum suarum. M Quid cum maiores facti fuerimus? Bonum est nobis vt & tunc protegat nos, vt sub illo maiore semper nos pulli simus. Semper. n. ille maior est quãtumcunque creuerimus. Nemo dicat, protegat me cum paruulus sum: quasi aliqñ ad tantam magnitudinem possit peruenire, quæ sibi sufficiat. Sine ꝓtectione dei nihil es, semper ab ille protegi velimus. Tunc semper in illo magni esse poterimus, si semper sub illo paruuli simus. Et in velamento pennarum tuarum exultabo. Agglutinata est anima mea post te.) Videte desiderantem, videte sitientem, videte qũ hæret deo. Nascatur in uobis iste affectus, Si iam germinat, cõpluatur & crescat, perueniat ad tale robur, vt & vos dicatis ex to, agglutinata est anima mea post te. Vbi é ipsum gluten? Ipsum gluten charitas est. Charitatem habe quo glutine agglutinetur anima tua post deũ, Non cum deo, sed post deũ, vt ille præcedat, tu sequaris, Qui. n. voluerit deũ antecedere, consilio suo vult uiuere, & non vult sequi præcepta dei. Propterea & Petrus repulsus est, qñ voluit cõsilium dare Christo passuro pro nobis. Adhuc. n. infirmus erat Petrus, & quanta vult tas esset generis humani in sanguine Chri, non nouerat. Dñs autem qui venerat redimere nos, & dare precium pro nobis sanguinem suũ, cæpit prædicare passionem suam. Expauit Petrus quasi moriturũ dñm, quẽ volebat hic semper viuere, quo illum videbat, quia carnalib. oculis deditus, carnali affectu circa dominum tenebatur: & ait illi, Absit a te domine, propitius esto tibi. Et dominus, Redi post me satanas, non. n. sapis q̃ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Quare quæ sunt hominum? Quia antecedere me vis, Redi post me vt sequaris me, Vt iam sequens Christum diceret, Agglutinata est anima mea post te. Merito annectit, Me suscepit dextera tua.) Agglutinata est post te anima mea me suscepit dextera tua. Dixit hoc Christus in nobis, id est, in homine quẽ gestabat pro nobis, quem offerebat pro nobis. Dixit hoc, dicit hoc & Ecclesia in Christo, dicit in capite suo, quia & ipsa passa est hic persecutiones magnas, & singillatim & modo patitur. Quis enim pertinęs ad Christum, non varijs tentationibus agitatur, quotidie agit cum illo diabolus, & angeli eius, vt peruertatur qualibet cupiditate, qualibet suggestione, aut promissione lucri, vel terrore damni, vel promissione vitæ, vel terrore mortis, aut alicuius potentis inimicitijs, aut alicuius potentis amicitijs? Omnibus modis instat diabolus quemadmodũ deijciat. Et in persecutionibus uiuimus, & habemus perpetuos inimicos, diabolum & angelos eius, sed non timeamus. Sic sunt diabolus & angeli eius quasi milui. Sub illius gallinæ alis simus, & non nos potest contingere. Gallina enim quæ nos protegit, fortis est, Infirma est propter nos, sed fortis est in se dominus noster Iesus Christus, ipsa sapientia dei. Ergo dicit hoc & Ecclesia, Agglutinata est anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi verò in vanum quę sierunt animam meam.) Quid mihi fecerunt qui

quæsierunt animam meam perdere? Vtinã quærerent animam meam vt crederẽt mecum, sed quæsierunt animam meam vt perderent me. Quid facturi? Non. n. rapturi erant gluten quo adhæsit anima mea post Rom. 8. te. Quis. n. nos separabit a charitate Chri? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Dextera tua suscepit me. Ergo propter illud gluten, & propter potentissimam dexteram tuam, in vanum quæsierunt animã meam. Quotquot persecuti sunt, vel persequi cupiunt Ecclesiam, põt de his hoc intelligi, maxime hoc accipiamus de Iudæis, qui quæsierũt animam Christi perdere. Et in ipso capite nr̃o quod crucifixerũt, & in discipulis eius quos postea persecuti sunt. Quæsierunt animam meam. Introibunt in inferiora terræ.) Terram perdere noluerunt, ut crucifigerent Christum in inferiora terræ ierunt. Quæ sunt inferiora terræ? Terrenæ cupiditates. Melius est carne ambulare super terram, q̃ cupiditate ire sub terram. Omnis enim qui contra salutem suam cupit terrena, sub terra est: quia terram sibi præposuit, terram super se posuit, & se subter fecit. Illi ergo timentes terrã perdere, quid dixerunt de domino Iesu Christo, cum viderent multas turbas ire post illũ, quia mirabilia faciebat? Sinite illum dimiserimus viuum, venient Roмat. 11. mani & tollent nobis & locum & gentem. Timuerunt perdere terram, & ierunt sub terram, accidit eis & quod timuerunt. Nã ideo voluerunt Christum occidere, ne terram perderent, & ideo terram perdiderunt, quia Christum occiderunt. Occiso. n. Chri Mat. 21. sto, quia dixerat illis ipse dominus, Auferetur a vobis regnum, & tradetur genti facienti iustitiam, secutæ sunt illos magnæ calamitates persecutionum. Vicerunt illos imperatores Romani, & reges gẽtium, Exclusi sunt de ipso loco vbi crucifixerunt Christum, & modo locus ille plenus est laudato ribus Christianis, nullum Iudæum habet. D Caruit inimicis Christi, impletus est laudatoribus Christi. Ecce perdiderunt a Romanis locum, quia Chm occiderunt, qui propterea occiderunt, ne locum à Romanis perderent. Ergo introibunt in ima terræ. Tradentur in manus gladij.) Reuera sic illis visibiliter contigit, expugnati sunt inruentibus hostibus. Partes vulpium erũt.) Vulpes dicit reges seculi, qui tunc fuerunt quando debellata est Iudæa. Audite vt noueritis & intelligatis, quia ipsos dicit vulpes. Herodem regem ipse dñs vulpẽ appel- Luc. 13.
lauit. Ite, inquit, & dicite vulpi illi: Videte & attendite fratres mei, Christum regem habere noluerunt, & partes vulpium facti sunt. Qñ enim Pilatus præses in Iudæa legatus, occidit Christum ex vocibus Iudæo Ioan. 19
rum, dixit ipsis Iudæis, Regem vestrũ crucifigam? Quia dicebatur rex Iudæorũ, & verus rex ipse. Et illi repellentes Christum, dixerunt, Nos nõ habemus regem nisi Cęsarem. Repulerunt agnũ, elegerunt vulpẽ, merito partes vulpium facti sunt. Rex vero, ideo ita positũ est, quia illi vulpẽ elegerunt, regẽ vero noluerunt. Rex vero, id est, verus rex, cui titulus inscriptus est, qñ passus est. Nã Pilatus hunc titulum super caput eius inscriptũ posuit, rex Iudæorũ, He- E
bræa lingua, Græca, & Latina, vt oẽs qui transirent tegerẽt gloriã regis, & ad ignominiã ipsorũ Iudæorũ, qui reijcientes verum regẽ, elegerunt vulpem Cæsarem. Rex vero lætabitur in deo.) Illi facti sunt partes vulpium, Rex vero lætabitur in deo. Quẽ sibi visi sunt quasi superasse cum crucifigerent, tunc crucifixus fudit preciũ quo emit orbem terrarum. Rex vero lætabitur in deo. Laudabitur omnis qui iurat in ipso.) Quare laudabitur omnis qui iurat in ipso? Quia sibi elegit Chm, nõ vulpem: quia qñ illi Iudæi insultauerunt, tunc dedit ille vnde redimeremur. Ad ipsum ergo ptinemus, qui nos redemit, qui pro nobis mundum vicit, non armato milite, sed irrisa cruce. Rex vero lætabitur in deo, laudabit omnis qui iurat in ipso. Qui iurat in eo? Qui pollicẽtur ei vitam suã, qui vouet illi & reddit, qui fit Christianus, hoc est quod ait, Laudabitur omnis qui iurat in ipso. Qm oppilatum est os loquentium iniqua.) Quanta iniqua locuti sunt Iudæi, quanta mala dixerunt non solum Iudæi, sed & oẽs qui propter idola Christianos persecuti sunt. Q̃ sæuiebant F
in Christianos, putabant q̃ possent finire Christianos, cũ putabaut q̃ possent finire, Christiani creuerunt, & ipsi finiti sunt. Oppilatum est os loquentium iniqua. Nemo audet modo publice loqui contra Christũ, Iam omnes timent Christum. Quoniam oppilatum est os loquentium iniqua. Qñ in infirmitate agnus erat, etiam vulpes audebant cõtra agnũ, Vicit leo de tribu Iuda, Apoc. 5.
& siluerunt vulpes, quoniam oppilatum est os loquentium iniqua.

In Psalmum

In Psalmum sexagesimumtertium.
Enarratio.

PAssionis sanctorum martyrum diem hodie festum habentes, in eorum recordatione gaudeamus, recolentes quod patiebantur, & intelligentes quid intuebantur. Nunquam enim tantas tribulationes carne tolerarent, nisi magnam quietē mente conciperent. Hunc itaque Psalmum pro ipsa solennitate curramus. Hesterno enim die multa audiuit charitas vestra, nec hodie tamen huic festiuitati negare potuimus nostram seruitutem. Itaque quoniam maxime dñi passio commendatur in hoc Psalmo, nec potuerunt esse fortes martyres, nisi
G intuerentur eum qui primus passus est, nec talia sustinerent in passione qualia ille, nisi talia sperarent in resurrectione, quia ipse de se demonstrauit. Nouit autem sanctitas vestra caput nr̄m esse dñm nostrum Iesum Chr̄m, omnesque illi cohærentes membra esse illius capitis, eiusque vocem iam habetis notissimam, quoniam non ex solo capite, sed etiā ex corpore loquitur, Vocesque
Mar.16 Acto.1. eius non tantum ipsum dñm Iesum Christum, qui iam ascendit in cœlum, vel significant, vel prædicant, sed etiam eius membra caput proprium secutura, Agnoscamus hic non solum illius vocem, sed & nostram. Et nemo dicat quòd hodie in tribulatione passionum non sumus. Supra enim audistis hoc, quia illis temporibus Ecclesia quasi tota simul impellebatur, nunc autem per singulos tentatur. Alligatus est quidem diabolus ne faciat quantum potest, ne faciat quātum vult, tamen tantum tentare sinitur, quantum expedit proficientibus. Non nobis expedit esse sine tentationibus, nec rogemus deum vt non tentemur, sed vt non inducamur in tentationem. Dicamus ergo & nos: Exaudi deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici erue animam meam.) Sæuierunt inimici in martyres.
H Quid orabat ista vox corporis Chr̄i? Hoc
Dist.15. ca. Sancta Romana in medio. orabat vt eruerentur ab inimicis, & nō cos possent occidere inimici. Ergo exauditi nō sunt, quia occisi sunt, & deseruit deus contritos corde seruos suos, & sperantes in se despexit? Absit. Quis enim inuocauit dominum, & derelictus est ab eo? Quis sperauit in eum, & desertus est ab eo? Exaudiebantur ergo & occidebantur, & tamen ab inimicis eruebantur: Alij timentes consentiebant & videbant, & tamen ipsi ab inimicis absorbebantur, occisi eruebantur, viuentes absorbebantur. Inde est & illa vox gratulationis, Forsitan viuos absorbuissent nos, Psal. Multi absorpti, & viui absorpti, multi mortui absorpti. Qui putauerunt inanem esse fidem Christianam, mortui absorpti sunt. Qui autem scientes veritatem esse prædicationem Euangelij, Chr̄m esse filiū dei scientes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, cesserunt tamen doloribus, & idolis sacrificauerunt, viui absorpti sunt. Illi absorpti, quia mortui: illi autem quia absorpti, mortui. Non enim absorpti viuere potuerunt, quanuis viui absorberentur. Ergo hoc orat vox martyrum: A timore inimici erue animam meam, non vt me non occidat inimicus, sed vt non timeam occidentem inimicū. Hoc orat in psalmo impleri seruus, qd modo iubebat in Euāgelio dominus. Quid modo iubebat dominus? Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed eum potius timete qui habet potestatem & animam & corpus occidere in gehennam ignis: Et repetiuit, ita dico vobis, eum timete. Qui sunt qui corpus occidunt? Inimici. Quid iubebat dominus? Ne timerentur. Oretur ergo, vt præstet quod iubet. A timore inimici erue animam meam. Erue me a timore inimici & subde timori tuo. Nō timeam eum qui corpus occidit, sed timeam eum qui habet potestatem & corpus, & animam occidere in gehennam ignis. Non enim a timore volo esse immunis, sed a timore inimici liber, sub timore domini seruus. Protexisti me a conuentu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.) Iam ipsum ca put nostrum intueamur. Multi martyres talia passi sunt, sed nihil sic eluceat qūo caput martyrum, ibi melius intuemur qd illi experti sunt. Protectus est a multitudine malignantium protegente se deo, protegente carnem suam ipso filio & homine quem gerebat, quia filius hominis est, & filius dei est. Filius dei pp formam dei: filius hominis propter formam serui, habens in potestate ponere animam suam & recipere eā. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite, Parum ergo erat domino hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo. Nostis quia conuentus erat malignantium Iudæorum, & quæ multitudo erat operantium iniquitatem. Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere dominum Iesum Christum: Tanta opera bona, inquit, ostendi vobis, ppter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum, curauit oēs languidos eorum, prædicauit regnum cœlorū, nō tacuit vitia eorum, vt ipsa potius eis displicerent, non medicus à quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquā multa febri phrenetici insanientes in medicum qui venerat curare eos, excogitauerūt consilium perdendi eum, tanquā ibi volentes probare, vtrum vere homo sit qui mori posset, an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Verbum ipsorum agnosci mus in sapientia Salomonis: Morte turpissima, inquiunt, condemnemus eū. Interroge mus eū, erit. n. respectus in sermonibus illius. Si. n. vere filius dei est, liberet eum. Videamus ergo quid factum sit. Quia exacue runt tanquam gladium linguas suas.) Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus: quod dicit & alius psalmus, sic & hic, Exacuerūt tanquā gladium linguas suas. Non dicāt Iudæi, nō occidimus Christum. Etenim propterea eū dederunt iudici Pilato, vt quasi ipsi à morte eius viderentur immunes: nam cum diffiteis Pilatus, Vos eum occidite, Respō derunt: Nobis non licet occidere quenquā. Iniquitatem facinoris sui in iudicem homi nem refundere volebant. Sed nunquid deū iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit aliquantum particeps fuit, sed in comparatione illorum multo ipse innocentior. Institit enim quantum potuit, vt illum ex eorum manibus liberaret. Nam propterea flagellatum produxit ad eos: non perfequendo dominum flagellauit, sed eorū furoti satisfacere volens, vt vel sic iam mi rescerent & desinerent velle occidere eum flagellatum viderent, fecit & hoc. At vbi p uerauerunt, nostis illum lauisse manus & dixisse, qp ipse non fecisset, mundum se esse a morte illius. Fecit tamen, sed si reus quia fecit vel inuitus, illi innocentes qui coegerunt vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi, & quasi ipse occidit, & vos ò Iudæi occidistis. Vnde occidistis? Gladio linguæ. Acuistis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quando clamastis, Crucifige crucifige? Propterea enim non est prætermittendum, quia venit in mentem, ne forte aliquem perturbet lectio diuinorum librorum. Quidam Euangelista dicit: hora sexta crucifixum dominum, & quidam hora tertia: nisi intelligamus perturbamur. Iā incipiente sexta hora dicitur Pilatus sedisse pro tribunali: & reuera quando leuatus est dominus in ligno, hora sexta erat. Sed alius Euangelista intuens animum Iudæorum, quia volebant se immunes videri à morte domini, narrando eos ostendit reos, dicens dominum hora tertia crucifixum. Consyderantes autem omnem circunstantiam lectionis quanta agi potuerunt, cum apud Pilatum dominus accusaretur vt crucifigeretur, inuenimus horam tertiā esse potuisse, quando illi clamauerunt, Crucifige crucifige. Ergo verius illi tunc occiderunt quando clamauerunt. Apparitores potestatis hora sexta crucifixerunt, prævaricatores legis hora tertia clamauerunt: quod illi manibus hora sexta, hoc illi lingua hora tertia. Rei magis isti qui clamando fæuiebant, q̄ illi q̄ obtemperando administrabant. Ipsum est totum acumen Iudæorum, hoc est, quod p magno quæsiuerunt, Occidamus & non occidamus: sic occidamus vt non ipsi occidisse iudicemur. Exacuerunt tanquam gladium linguas suas. Intenderunt arcum rem amaram.) Arcum dicit insidias. Qui enim gladio cominus pugnat, aperte pugnat: qui sagittam mittit, fallit vt feriat. Prius enim sagitta percutit, q̄ venire ad vulnus præuideatur. Sed quem laterent insidiæ cordis humani? Nunquid & dominum nostrum Iesum Christum, qui non opus habebat vt ei testimonium quisquam perhiberet de homine? Ipse enim sciebat quid esset in homine, sicut Euangelista testatur. Tamen audiamus eos, & intueamur eos quasi nescięte domino facere quod moliuntur. Intenderunt arcum rem amaram: Vt sagittarent in abscondito immaculatum.) Quod dixit, intenderūt arcum, hoc est, in abscondito quasi fallentes insidijs. Nostis enim quibus dolis id egerint, quemadmodum discipulū ei cohærentem pecunia corruperint vt sibi traderetur: quō falsos testes procurauerint, quibus insidijs & dolis egerint, vt sagittarent in abscondito immaculatum. Magna iniquitas. Ecce de abscondito venit sagitta, quæ immaculatum ferit, qui nec tm habebat maculæ, quantum potest pungi à sagitta. Agnus quippe immaculatus, totus immaculatus, semper immaculatus, nō cui maculæ ablatæ sint, sed qui maculas nullas cōtraxerit.

Mar. 15

De pœ. di. 1. ca. Pericu- losę.

De cōs. euā. li. 3. cap. 13.

Ioan. 2.

B Mat. 20.

xerit. Nam fecit multos immaculatos donando peccata, ipse immaculatus non habẽdo peccata. Vt sagittent in abscondito immaculatum. Repente sagittabunt eũ & non timebũt.) O cor durũ, occidere velle hominem qui mortuos suscitabat. Repente. i. insidiose, quasi inopinate, quasi non præuise. Similis. n. nescięti erat inter ipsos dñs, ignorantes quid nesciret & quid sciret, immo ignorantes eũ nihil nescire, & omnia scire, & ad hoc venisse vt illi facerent qđ se potestate facere arbitrabantur. Repente sagittabunt eum & non timebunt. Obfirmauerũt sibi sermonem malignum.) Obfirmauerũt, facta sunt tanta miracula, non sunt moti, p stiterunt in consilio sermonis malign. Traditus est ille iudici: trepidat iudex, & non trepidant qui iudici tradiderunt: contremiscit potestas, & non contremiscit immanitas: Vult ille lauare manus, & illi inquinant linguas: sed quare hoc? Firmauerunt sibi sermonem malignum. Quanta egit Pilatus, quanta vt refrenarentur? Quæ dixit? quid egit? Sed firmauerunt sibi sermonem malignum, Crucifige crucifige. Repetitio, confirmatio est sermonis maligni. Videamus quõ firmauerunt sibi sermonem malignũ, Regem vestrum crucifigam? Dixerũt, Nos non habemus regem nisi Cæsarem. Obfirmauerũt sermonem malignum. Offerebat ille regem filium dei, illi ad hominem recurrebant: digni qui illum haberent, & illũ nõ haberent. Adhuc audi quomodo firmauerunt sibi sermonem malignum. Non inuenio aliquid in isto homine ait iudex, quo dignus sit morte. Et illi qui firmauerunt sermonem malignum, dixerunt, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Firmauerunt sibi sermonem malignum: firmauerũt sermonem malignum, non domino sed sibi: quomodo enim non sibi, cum dicunt, Super nos & super filios nostros? Quod ergo firmauerunt, sibi firmauerunt: quia ipsa vox est alibi, Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Dñm mors nõ occidit, sed ipse mortem: illos autem iniquitas occidit, quia noluerunt occidere iniquitatem. Prorsus fratres certamen est, aut occides iniquitatem, aut occideris ab iniquitate. Noli autem quærere occidere iuiquitatem tanquam aliquid extra te. Ad teipsum respice, vide quid tecũ pugnet in te, & caue ne expugnet te iniquitas tua, inimica tua, si interfecta non erit: ex te. n. est, & anima tua

C

Luc.23.

Ioan.19

Luc.23.

Mat.27.

Psal.56.

D

aduersus te rebellat, non aliud aliquid. Ex quadam parte cohæres deo, ex quadam parte delectaris seculo. Illud quo delectaris seculo, pugnat aduersus mẽtẽ, q̃ cohæret deo. Sed quæ cohæret cohæreat, nõ deficiat, nõ se dimittat, magnum adiutoriũ habet: Vincit quod in illa sibi rebellat, si perseuerat in pugnando. Est peccatum in corpore tuo, sed non regnet. Nõ ergo regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore, ad obaudiendum desyderijs eius. Si vero non obaudieris, & si est quod suadeat, quod delectet ad malum, non obtemperando facis vt non regnet quod est, & ita fiet postea vt non sit quod erat. Qñ? Cum absorbebitur mors in victoria, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, ibi non erit quod tibi repugnet, non erit qđ te aliud delectet nisi deus. Ergo & isti Iudæi inuiderunt dño, delecta bat eos principatus. Quidam videbant sibi ab eo auferri principatum, & ex delectatione sua rebellauerunt aduersus dñm: qui si rebellassent aduersus delectationem suam malam, ipsam inuidentiam vincerent, nec vincerentur ab ea: & esset illis dominus saluator qui venerat vt sanaret. Nunc autem fauerunt febri, repugnauerunt medico. Quicquid suggerebat febris, faciebant: quic quid iubebat contra medicus, negligebant. Ergo illi magis occisi sunt, non dominus: nã in domino mors occisa est, in illis iniquitas vixit. Viuente autem in se iniquitate, illi mortui sunt. Narrauerunt vt absconderent muscipulas, dixerunt quis videbit eas? Latere putabant eum quem occidebant, latere deum. Ecce puta homo erat Christus, sicut & cæteri homines, nesciebat quid de illo cogitarent, nunquid & deus nescit? O cor humanũ, quare tibi dixisti, quis videt me, cum ille videat qui te fecit? Dixerunt, quis videbit eas? Videbat deus, videbat & Christus, quia & Christus deus. Sed quare videbatur eis non videre? Audi sequentia: Perscrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutãtes scrutationes.) Id est, acerba & acuta consilia. Non tradatur per nos, sed per discipulum suum: non occidatur à nobis, sed à iudicẽto tum nos faciamus, & nihil feciſſe videamur. Et vbi est clamor linguæ, Crucifige crucifige? Sic cæci estis, vt & surdi sitis. Simulata innocentia non est innocentia: simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia & iniquitas est & simulatio. Ergo isti defecerunt scrutãtes scrutationes.

Quanto

Quanto acutius sibi excogitare videbant, tanto magis deficiebant, quia à lumine veritatis & æquitatis in profunda consiliorũ malignorum demergebantur. Habet iustitia quandam lucem suam, perfundit & illustrat animam inhærentem sibi. Anima vero auertens se à luce iustitiæ, quanto magis quærit quod inueniat contra iustitiam, tanto plus à luce repellitur, & in tenebrosa demergitur. Merito ergo & isti perscrutantes quod contra iustum moliebantur, à iustitia recedebant: & quanto à iustitia recedebant, tanto plus deficiebant scrutantes scrutationes. Magnum consilium innocentiæ, qñ ipsum Iudam pœnituit qđ tradidisset Chrm, & proiecit illis pecuniam quam dederant. Illi noluerunt eam mittere in gazophylacium, & dixerunt: Pecunia sanguinis est, non illã mittamus in gazophylaciũ. Quid est ergo gazophylacium? Arca dei vbi collẽbantur ea quæ ad indigentiam seruorũ dei mittebantur. O homo, cor tuum sit potius arca dei, vbi habitent diuitiæ dei, vbi sit nummus dei mens tua, habens imaginẽ imperatoris tui. Cum ergo hæc ita sint, qua re illa innocentiæ simulatio fuit, pecuniam sanguinis non mittere in arcam, & ipsum sanguinem mittere in conscientiã? Sed quid eis contigit? Defecerunt scrutantes scrutationes, vnde? Quia dicit, quis videbit eos, id est, quia eos nemo videbat. Hoc dicebant, hoc apud se opinabantur, quod nemo eos videret. Vide quid contingat animæ malæ! Recedit à luce veritatis, & quia ipsa non videt deum, putat se non videri à deo: sic & illi recedendo ierunt in tenebras, vt ipsi nõ viderent deum, & dixerunt, quis nos videt? Videbat & ille quem crucifigebant, illi dicendo, nec illum filium, nec patrem videbant. Si ergo & ille videbat, quare se patiebatur teneri ab eis, occidi ab eis? Quare si videbat, voluit cõsilia eorum prævalere in se? Quare? Quia homo erat propter hominem, & deus latens in homine, quia venerat nescientibus exemplum fortitudinis dare, ideo ipse sciens omnia sustinebat. Quid enim sequitur? Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur deus.) Illi dixerunt. Quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes consilia mala. Accesit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri vt homo. Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut cæderetur nisi homo, aut crucifigeret, aut moreretur nisi hõ. Accesit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accesit homo ad cor altum: id est, cor secretum, obijciens aspectibus humanis hominem, seruans intus deum, celans formã dei in qua æqualis est patri, & offerens formã serui qua minor est patre. Ipse. n. dixit vtrunq;: sed aliud est ex forma dei, aliud ex forma serui. Dixit ex forma dei, Ego & pater vnũ sumus. Dixit ex forma serui, Qm pater maior me est. Vnde ex forma dei, Ego & pater vnum sumus? Quia cum in forma dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Vnde ex forma serui, Qm pater maior me est? Quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Accesit ergo homo ad cor altum, & exaltatus est deus. Occiditur hõ, & exaltatur deus. Quod. n. occisus est, ex infirmitate humana fuit, q̃ resurrexit & ascendit, ex potestate diuina. Accedet homo ad cor altum, cor secretum, cor abditum, non ostendens quid nosset, non ostendens quid esset. Illi putantes hoc totum esse quod videbatur, occidũt hominem in corde alto, & exaltatur deus in corde diuino: potentia. n. maiestatis suæ exaltatus est. Et quo iuit exaltatus? Vnde non recesit humiliatus. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus: propterea iam attendiæ fratres mei cor altum hominis. Cuius hominis? Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. In ipsa ciuitate factus est homo, quam idem ipse fundauit altissimus, quia in ea factus est homo, ergo accesit homo ad cor altum. Intuere hominem in corde alto, vide quãtum potes, si potes & deum in corde alto. Accesit homo, & quia deus erat, & quia passurus erat volens, & quia exemplũ præbiturus infirmis, & quia nihil ei facturi erant qui sæuiebant tãquam passuro deo, sed in homine, sed in carne, quid sequitur? Sagittæ infantium factæ sunt plagę eorũ.) Vbi est illa sæuitia? Vbi est ille fremitus leonis, populi rugientis & dicentis, Crucifige crucifige? Vbi sunt insidiæ arcum tendentium? Nonne sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorũ? Nostis quemadmodum sibi faciunt de cannicijs sagittas infantes, quid feriunt, aut vnde feriunt? Quæ manus, aut quod telum? q̃ arma, aut quæ membra? Sagittæ infantiũ factæ sunt plagæ eorũ. Et infirmatæ sunt cõtra eos linguę eorũ.) Acuãt

nunc

Phil. 2.

Ioan. 10 & 14.

Phil. 2.

2. Co. 13 I

Psal. 83.

Luc. 23. Ioan. 19 K

nunc linguas suas tanquam gladium, firmẽt sibi sermonem malignum. Merito sibi eum firmauerunt, quia infirmatæ sunt super eos
Psal.21. linguæ eorũ. Nunquid poterat esse hoc firmũ aduersus deum? Mentita est, inquit, iniquitas sibi: Infirmatæ sunt super eos linguæ eorũ. Ecce resurrexit dñs qui occisus erat. Transibant ante crucem vel stabant & intuebantur illum, sicut tanto antè Psalmus
Psal.21. prædixerat, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, ipsi vero consyderauerunt & aspexerunt me.
Mat.27. Tunc caput agitabant dicentes, Si filius dei est, descendat de cruce. Tentauerunt quodammodo vtrũ filius dei esset, & quasi inuenerunt quod non esset, quia insultãtibus illis, de cruce non descendebat: si descenderet de cruce, filius dei esset. Quid tibi videtur, qui de cruce non descendit, & de sepulchro surrexit? Quid ergo profecerunt? Qđ
L & si dominus non resurrexisset, quid profecissent, nisi quod profecerunt & persecutores martyrum? Nam & martyres nondum surrexerunt, & tamen illi non profecerunt: nondum resurgentium iam natalia celebramus. Vbi est furor fœuientium? Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt super eos linguæ eorum. Quò perduxerunt illas scrutationes suas, quas p scrutantes defecerunt, vt etiam mortuo do-
Mat.28. mino & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrum? Dixerunt.n. Pilato, seductor ille, hoc appellabatur nomine dominus Iesus Christus, ad solatium seruorũ suorum qñ dicuntur seductores: Ergo illi Pilato, seductor ille, inquiunt, dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam: Iube itaque custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore: ait illis Pilatus,
Ibidem. Habetis custodiam, ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrũ, signantes lapidẽ cum custodibus. Posuerũt custodes milites ad sepulchrum, concussa terra dñs resurrexerit, miracula facta sunt
M talia circa sepulchrum, vt ipsi milites qui custodes aduenerant, testes fierent si vellent vera nunciare: sed auaritia illa quæ captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit & militẽ custodem sepulchri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam & dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius & abstulerunt eũ. Vere defecerunt scrutantes scrutationes. Quid est qđ dixisti, ò infœlix astutia? Tm̃ ne deseris lucẽ consilij pietatis, & in profunda versutia demergeris, vt hoc dicas, dicite quia nobis dormientibus venerunt discipuli eius & abstulerunt eum? Dor De vi-
mientes testes adhibes, vere tuipse obdor- mi sti, misti, qui scrutando talia fecisti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quo testes sunt? Sed defecerunt scrutãtes scrutationes. Defecerunt à luce dei, defecerunt in ipso effectu consiliorum suorũ, qñ quod voluerunt, nihil perficere potuerunt, vtique defecerunt. Quare hoc? Quia accessit homo ad cor altum, & exaltatus est deus. Propterea postea cũ innotuisset Christi Actus. 5. sti resurrectio, & veniens spiritus sanctus impleret fiducia timentes quosdã discipulos, vt auderent iã mortem non timentes p dicare quod viderant, exaltato deo in maiestate sua, qui propter nr̃am infirmitatẽ humilis iudicatus est. Et vbi cœperunt tubæ Actus. 9. cœlestes personare indicem venturum, quẽ Iudæi primo viderunt iudicatũ. Conturbati sunt omnes qui videbant eos.) Exaltato deo, vt dixi prædicato Christo, visi sunt Iudæi à quibusdam Iudæis, visi sunt deficientes in scrutationibus suis. Videbant enim illi in nomine crucifixi & occisi manibus suis fieri tanta miracula, & recesserunt corde ab eis qui pmanserunt in impietate. Displicuit eis illorum duritia, quæsierunt consilium salutis suæ, & dixerunt Apostolis: Quid faciemus? Conturbati enim sunt omnes qui videbant eos, id est, qui intelligebant quod linguæ eorum infirmatæ sunt super eos: q̃ intelligebant, quia in omnibus suis malis p scrutationibus consiliorum vtique defecerunt. Conturbati sunt isti. Et timuit omnis homo.) Qui non timuerunt, nec homines fuerunt. Timuit omnis homo, id est, omnis vtens ratione ad intelligenda quæ facta erant. Vnde illi qui non timuerunt, pecora potius nominandi sunt, bestiæ potius immanes & truces. Leo rapiens & rugiens, ille adhuc populus. At vero omnis homo timuit, id est, qui credere voluerunt, qui iudicium venturum contremuerunt. Et timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera dei.) Ille qui dicebat, A timore inimici eruã animam meam, timuit omnis homo. A timore inimici eruebatur, sed timori dei subdebatur. Non timebat eos qui corpus occidũt, sed eũ qui potestatẽ habet & corpus & animã mittere in gehennã. Prædicauerunt dominum

dñm: nam primo Petrus timuit, & inimicũ
Mat.26. timuit nondũ erat anima eius eruta ab inimico. Interrogatus ab ancilla q̃ inter discipulos eius esset, negauit dñm ter. Resurrexit dñs, firmauit columnam, iã Petrus prædicat sine timore, & cum timore. Sine timore eorum qui corpus occidunt, cum timo-
Mat.10. re eius qui habet potestatẽ & corpus & animam occidendi in gehennã ignis. Timuit omnis homo & annunciauerunt opera dei: Nanque annunciãtes istos Apostolos opera dei, exhibuerunt sibi principes sacerdo-
Actu.5. tum, & comminati sunt dicentes, ne in nomine Iesu prædicarent. Et illi dixerunt, Di
cite nobis, cui magis obtẽperare oporteat, deo an hominibus? Quid illi dicerent? Hominibus potius q̃ deo? Sine dubio non responderunt, nisi deo potius. Illi autem sciebant quæ iuberet deus, & contempserunt minantes sacerdotes. Quia ergo timuit omnis homo, non terruit homo, & annuncia-
uerũ opera dei. Si timet homo, non terreat homo. Eũ enim timere debet homo à quo factus est homo. Quod supra homines est timete, & homines te non terrebunt. Mortẽ
Ps.54. sempiternam time, & præsentem non cura
Ps.33. tem sine labe concupisce, & promittentem dona ista temporalia, & totum mũdum derelinquit deus, time quod minatur deus, nec
Ps.36. timebit. Ama ergo & time, ama quod promittit, nec terreberis ex eo quod minatur homo. Et timuit omnis homo, & annunciauerunt opera dei. Et facta eius intellexerũt.) Quid est,
Mat.26. facta eius intellexerunt? Hoc erat illud, o domine Iesu Christe quòd tacebas, & sicut ouis ad victimam ducebaris, & non aperiebas coram tondente os tuum, & nos eũ putabamus esse in plaga & dolore positum, & fugientem ferre infirmitatem. Hoccine erat
Ps.44. & abscondebas speciem tuam speciose formam præ filijs hominum? hoccine erat illud
Ps.33. in quo videbatis nõ habere speciem neque decorem? Portabas in cruce insultantes &
Mat.27. dicentes: Si filius dei est, descendat de cruce. Quis forte sciens potestatem tuam scidius tenus & dilectus tuus, non exclamauit
Ps.21. D lli corde suo, & dixit: O si modo descenderet, & isti omnes qui insultant confunderẽtur? Sed non erat sic: Moriendum erat propter morituros, & resurgendum pp semper victuros. Hoc illi qui volebãt illum de cruce descendere, non intelligebant: at vbi resurrexit, & glorificans ascendit in cœlũ, intellexerunt opera dñi. Annunciauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in domino.) Iam non est tristis iustus. Tristes.n. discipuli erant crucifixo dño, contristati, mœrentes discesserunt, perdidisse se spem putauerunt. Resurrexit & glorificatus ét apparens tristes inuenit.
Tenuit oculos duorum in via ambulantiũ Luc.24.
ne ab eis agnoscereturr, & inuenit eos gemẽtes & suspirantes, & tenuit eos donec exponeret scripturas, & per ipsas scripturas ostenderet, quia ita fieri oportebat sicut factum est. Oñdit.n. scripturis, quia post tertium diẽ resurgere oportebat dñm. Et qũo tertia die resurgeret, si de cruce descẽderet? Modo vos qui tristes estis in via, si Iudæis insultantibus videritis dominum de cruce Mat.27.
descendisse, quantum efferremini? Lætaremini q̃ ora Iudęorum sic obturasset? Expectate consilium medici: q̃ non descendit, quod occidi voluit, antidotum terit. Ecce E
iam resurrexit, ecce iam loquitur, nondum agnoscitur, vt lætius agnoscat. Postea ape- Luc.24.
ruit oculos corũ in fractione panis, agnoscunt cum, lætantur, exclamant, Lætabitur iustus in domino. Núciatur cuidam duriori, visus est dominus, resurrexit dominus,
adhuc ille tristis est, non credit, Nisi mise- Ioã. 20.
ro, inquit, manum meam, & tetigero cicatrices clauorum, non credam. Præbetur & corpus tangendum, mittit manum, contrectat & exclamat: Dominus meus & deus meus. Lætabitur iustus in domino. Illi ergo lætati sunt iusti in domino, qui viderũt, tetigerunt & crediderunt. Quid iusti qui modo sunt, quia non vident, quia non tangunt, non lætantur in dño? Et vbi est illa Ibidem.
vox dñi ad ipsum Thomã, Quia vidisti me credisti, beati qui nõ viderũt & crediderũt? Ergo oẽs lætemur in dño, oẽs secundum fidem vnus iustus simus, omnesque in vno corpore vnũ caput habeamus, & lętemur in domino, non in nobis, quia bonum nostrum non nos nobis, sed ille qui fecit nos. Ipse est bonum nostrum ad lætificandos nos. Nemo lætetur in se, nemo præsumat, nemo desperet de se, nemo de quoquam ho- F
mine, quẽ debet adducere vt socius sit spei ipsius, nõ dator spei. Lætabit iustus in domino. Et sperabit in eum, & laudabuntur omnes qui recti sunt corde.) Iam quia dominus resurrexit, iam quia ascendit in cœ- Mar. 16.
lum, iam quia ostendit esse aliam vitam, Actor. 1.
iam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam quia manifesta sunt consilia eius quibus latuit corde alto non fuisse inania, quia ideo sanguis ille fusus est vt esset precium redemptorum, iam quia manifesta sunt omnia quæ prædicta sunt, omnia quæ credita sunt, omnia sub omni cœlo, lætabitur iustus in dño & sperabit in eum, & laudabuntur omnes qui recti sunt corde. Qui sunt recti corde? Eia fratres mei sæpe diximus, & bonum est vt noueritis. Qui sunt recti corde? Qui omnia quæcunque in hac vita patiuntur, non ea tribuunt insipientiæ, sed consilio dei ad medicinam suam, nec præsumunt de iustitia sua, vt putent se iniuste pati quod patiuntur: aut ideo esse deum iniustum, quia nō plura patitur qui plus peccat. Videte fratres hæc sæpe dicimus: aliquid sentis, siue secm corpus, siue secundū dispendium rei familiaris, siue per orbitatē aliquam charissimorum tuorum, noli respicere eos quos nosti iniquiores te. Non.n. forte audes dicere iustum te, sed nosti peiores te, & florere in istis & non flagellari, vt dissimulet tibi cōsilium dei, & dicas: Ecce puta, peccator sum, & ꝓpea flagellor: quare ille non flagellatur, cuius noui tanta flagitia? Quantūcunque male fecerim ego, nūquid ergo tm̄ feci quantum ille? Distortum est Psal.72. cor tuum. Quam bonus deus Israel, sed rectis corde. Tui autem labuntur pedes, quia zelas in peccatores, pacem peccatorum intuens. Sine curari, nouit deus quid agat, qui vulnus nouit. Non secatur alius, quid si desperatur? Quid si propterea tu secaris, quia non desperaris? Patere ergo quicquid pateris recto corde: nouit deus quid tibi donet, quid tibi subtrahit. Quod tibi donat, ad cōsolationem valeat non ad corruptionem: & quod tibi subtrahit, ad tolerantiam valeat, non ad blasphemiam. Si autem blasphemas & displicet tibi deus, & tu tibi places, puerso corde & distorto es: & hoc pessus, quia cor dei vis corrigere ad cor tuum, vt hoc ille faciat quod tu vis, cum tu debeas facere quod ille vult. Quid ergo vis detorquere cor dei, quod semper rectum est, ad prauitatem cordis tui? Quanto melius ad rectitudinem dei corrigis cor tuum? Nonne hoc te docuit dominus tuus, de cuius passione H modo loquebamur? Nonne infirmitatem Mat.26. tuam portabat quando dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem? Nonne ipsum in se figurabat, cum dicebat: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste? Non.n. duo corda & diuersa patris & filij, sed in forma serui portauit cor tuum, vt doceret illud exemplo suo. Iam ecce quasi aliud cor tuū inuenit tribulatio, volens transire quod in minebat, sed noluit deus. Non consentit deus cordi tuo, consenti tu cordi dei. Audi vocem ipsius, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Laudabunt ergo omnes recti corde. Quid sequitur? Si laudabū tur omnes recti corde, dānabuntur peruersi corde. Duo tibi modo proposita sunt, elige cum tempus est. Si recto corde fueris, ad dexteram eris et laudaberis. Quomodo? Venite bñdicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi. Peruerso autem corde si fueris, si subsannaueris deum, si prouidentiam eius irriseris, si dixeris in animo tuo, vere nō curat deus res humanas: si curaret res humanas, ille latro tm̄ haberet, & ego innocēs indigerem? Peruerso corde factus es: veniet iudicium illud, apparebunt omnia ꝓpterea quæ ista omnia faciat deus, & tu qui noluisti in hac vita corrigere cor tuum ad rectitudinem dei, & te ad dexteram prēparare, vbi laudabuntur omnes recti corde, eris ad sinistram vbi tunc audies: Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et nunquid erit tunc tempus corrigere cor? Modo ergo corrigite fratres, modo corrigite, quis prohibet? Cantatur psalmus, legitur Euangelium, sonat lector, sonat disputator, patiens est dominus: peccas & parcit, adhuc peccas, adhuc parcit, & adhuc addis. Quàmdiu patiens est deus? Senties et iustū deum. Terremur, quia timemus: docte nos non timere, & non terremur. Sed melius nos deus docet timere, q̄ quisquam hominum nō timere, Timuit eum omnis homo, & annunciauerunt opera dei. Intellos nos computet deus qui timuerunt & annunciauerunt. Quia timemus, annunciamus vobis fratres: Videmus alacritatem vestram ad audiendum verbum, & ad exigendum videamus vota vestra, videmus affectus vestros. Bene compluitur terra, frumenta non spinas generat: frumentis horreum paratur ignis, spinis. Nosti quid facias de agro tuo, & nescit deus quid faciat de agro seruo suo? Quod pluit in agrum vberem, & dulce est: et quod pluit in agrum spinosum, dulce est. Nunquid pluuiam accusat? spinas genuerit? Nonne erit p'uuia illa testis in iudicio dei, & dicet, Ego dulcis sup omnia veni? Tu ergo quid proferas vide, vt quid tibi paretur attendas. Profers frumentum, horreum spera: profers spinas, ignem spera. Sed nondum venit, aut tempus horrei, aut tempus ignis: modo ergo paretur & non timebitur. In nomine Christi & qui loquimur viuimus, & quibus loquimur viuitis. Nunquid consilij corrigendi & mutandæ vitæ malæ in bonam, non est locus, non est tempus? Nonne si vis homo fit? Quid empturus es vt facias? q̄ emplastra quæsiturus es? ad quos Indos nauigaturus? quam nauim præparaturus? Ecce eum loquor, muta cor, & factum est quod tam sæpe & tandiu clamatur vt fiat, & quod æternam pœnam parturit si nō fiat.

In Psalmum sexagesimumquartum. Enarratio.

AGnoscenda est vox sanctæ prophetię ex ipso titulo Psalmi huius. Inscribitur: In finem Psalmus Dauid, cantici Hieremię & Ezechielis ex populo trāsmigrationis, cum inciperent exire.) Res 4. Reg. 17 quem admodum gesta sit apud patres nostros tempore trāsmigrationis Babylonię, non omnibus notum est, sed his qui scripturas sanctas diligenter aduertunt, vel audiēdo vel legendo. Captiuatus.n. populus Israel, ex ciuitate Hierusalē ductus ē in seruitutem Babyloniæ. Prophetauit autē Hieremias sanctus post septuaginta annos reditum populum de captiuitate, & instaura rum ciuitatem ipsam Hierusalem, quam deuictam ab hostibus planxerat: Illo autem tempore fuerunt prophetæ in illa captiuitate populi constituti in Babylonia, inter quos erat sanctus Ezechiel Propheta. Expectabat autem ille populus donec implerent tempora septuaginta annorum secundum prophetiam Hieremiæ. Factū est conpletis septuaginta annis, restitutum est templum quod delectum erat, & regressa est de captiuitate magna pars illius populi. Sed quoniam dicit Apostolus: Hæc in figura 1.Co.10 contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum obuenit: debemus & nos nosse prius captiuitatem nostram, deinde liberationem nostram, de qua debemus nosse Babyloniam, in qua captiui sumus, & Hierusalem ad cuius reditum suspiramus. Istæ quippe duæ ciuitates, secundū litteram reuera duæ ciuitates. Et illa quidē

Hierusalem modo à Iudæis non incolitur: post crucifixum enim dominum vindicatum est in illos flagello magno, & eradicati ab eo loco, vbi impia libertate furiosi ad uersus medicum insanierunt: dispersi sunt per omnes gētes, & data est illa terra Christianis, impletum est illud quod de his prædixerat dominus, Propterea auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti iusti- Mat.21 tiam. Cum autem viderent tūc multas turbas ire post dominum prædicantem regnū cœlorum & mirabilia facientem, dixerunt principes illius ciuitatis, Si dimiserimus eū, Ioā.11. omnes ibunt post illum, & venient Romani & tollent nobis & locum & gentem. Ne locum perderent, dominum occiderunt: & ideo perdiderunt, quia occiderunt. Ciuitas quidem illa terrena, cuiusdā ciuitatis æternæ in cœlis vmbram gerebat. At vbi cœpit illa quæ significabatur euidentius prædicari, vmbra qua significabatur deiecta est: pro Iosu.18. 2.Reg.5 pterea ibi modo templum non est, quod fa Ioan.2. bricatum fuerat in imaginem futuri corporis domini. Tenemus lucem, vmbra transiA uit, tamen adhuc in quadam captiuitate sumus. Quandiu sumus, ait Apostolus, in corpore peregrinamur à dño. Et videte nomina duarum istarum ciuitatum, Babylonis 2.Co.5. & Hierusalem. Babylon confusio interpretatur, Hierusalē visio pacis. Intendite nunc ciuitatem confusionis, vt intelligatis visionem pacis: istam toleretis, ad illam suspiretis. Vñ dignosci possunt istę duę ciuitates? Nunquid possumus eas modo separare abinuicem? Permixtæ sunt, & ab ipso exordio generis humani permixtæ currunt vsque in finem seculi. Hierusalem accepit exordium per Abel: Babylon per Cain, ædificia quippe vrbium postea facta sunt. Illa Gene.4 Hierusalem in terra Hiebuzeorum: nam lib.5.de primo Hiebus dicebatur, inde gens Hiebu ciuit.dei zeorum deleta est, quando populus dei li- c.8.&.9 beratus est de Aegypto, & introductus est Iosu.18 in terram promissionis. Babylon autem cō 2.Re.5. dita est in intimis Persidis regionibus, quæ diuturno tempore caput extulit super cęteras gentes. Duæ ergo istæ vrbes certis temporibus conditæ sunt, vt manifestarctur figura duarum ciuitatum olim cœptarum, & vsque in finem in isto seculo mansurarum, sed in fine separandarum. Vnde ergo possumus eas modo ostendere quæ permixtæ sunt? Ostendet tunc dominus cum alios ponet ad dexteram, alios ad sinistram. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierusalem ad dexteram erit, Babylon ad sinistram. Hierusalem auditura est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mũdi. Mat.25. Babylon auditura est, Ite in ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius. Possumus tamen & aliquid afferre quantum dominus donat, vnde distinguantur pij fideles, etiam hoc tempore ciues Hierusalẽ à ciuibus Babyloniæ. Duas istas ciuitates faciunt duo amores. Hierusalem facit amor dei, Babyloniam facit amor seculi. Interroget ergo se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis, & si se inuenerit ciuem Babyloniæ, extirpet cupiditatem, plantet charitatem. Si autem se inuenerit ciuem Hierusalem, toleret captiuitatem, speret libertatem. Multi.n. ciues sanctæ matris Hierusalem cupiditatibus Babyloniæ corrupti tenebantur, & ipsa corruptione cupiditatum tanq̃ ciues inde facti erant, & multi adhuc ita sunt, & multi post nos in hac terra futuri ita erunt: sed nouit dominus conditor Hierusalem quos ciues eius prædestinauerit, quos videat adhuc sub dominatu diaboli redimendos sanguine Christi: nouit illos ipse antequam se ipsi nouerint. Sub hac ergo figura cantatur hic Psalmus, in cuius titulo positi sunt etiam duo prophetæ, qui illo tẽpore in captiuitate fuerunt, Hieremias & Ezechiel, & cantabant quædam cum inciperent exire, Incipit exire, qui incipit amare: exeunt.n. multi latenter, & exeuntium pedes sunt cordis affectus, exeunt autẽ de Babylonia. Quid est de Babylonia? De cõfusione. Quomodo exitur de Babylone, id est, de confusione? Qui primo confusi erãt similibus cupiditatibus, incipiunt charitate distingui: iam distincti, non sunt confusi: & si adhuc corpore permixti sunt, desyderio tamen sancto discernuntur: & per permissionem corporalem nondum exierunt, propter affectum cordis exire cœperunt. Iam ergo audiamus fratres, audiamus & cantemus & desyderemus vnde ciues sumus. Et quæ gaudia cantantur nobis? Quomodo in nobis reformatur amor ciuitatis nostræ, quam diuturna peregrinatione obliti fueramus? Sed misit inde ad nos epistolas pater noster, ministrauit nobis scripturas deus, quibus epistolis fieret in nobis reC D deundi desyderium, quia peregrinationem nostram diligendo, ad hostes faciem posueramus, & dorsum ad patriam. Quid ergo hic cantatur? Te decet hymnus deus in Sion.) Patria illa est Sion, ipsa est Hierusalem quæ Sion, & huius nominis interpretationem nosse debetis. Sicut Hierusalem interpretatur visio pacis, ita Sion speculatio, id est, visio & contemplatio. Nescio q̃ nobis magnum spectaculum promittitur, & hoc ipse deus est qui condidit ciuitatẽ. Pulchra & decora ciuitas, quam pulchrorem habet conditorem? Te decet hymnus deus, inquit. Sed vbi? In Sion, in Babylone non decet. Etenim quisque cũ cœperit in nouari, iam corde in Hierusalem cantat, di- Philo cente Apostolo: Conuersatio nostra in cœlis est. In carne.n. ambulantes, inquit, non secundum carnem militamus. Iam desyderio ibi sumus, iam spem in illam terram quasi ancoram præmisimus, ut in isto mari turbati naufragemus. Quemadmodum ergo de naui quæ in ancoris est, recte dicimus q̃ iam in terra sit, adhuc tamen fluctuat, sed in terra quodammodo educta est contra ventos & contra tempestates. sic cõtra tentationes huius peregrinationis nostræ, spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem facit nos non abripi in saxa. Qui ergo secundum hanc spem cantat, ibi cantat: ergo dicit, Te decet hymnus deus in Sion. In Sion, nõ in Babylone. Sed modo ibi es adhuc in Babylone. Ibi, inquit, sum. Amator iste & ciuis iste ibi sunt, sed carne non corde. Cum autem duo quædam dixerim, quia ibi sum carne non corde, vnde ẽ to non ibi? Non.n. carne canto, sed corde. Carnem quidem sonantem audiunt & ciues Babyloniæ, cordis autem sonum audit conditor Hierusalem. Vnde dicit Apostolus, exhortans ipsos ciues ad amatoria quædam cantica & desyderia redeundi ad illam pulcherrimam ciuitatem visionem pacis, cantantes, inquit, & psallentes in cordibus vestris domino. Quid, est, cantantes in cordibus vestris? Ne inde cantetis vnde estis in Babylonia, sed inde cantate vnde estis habitatis. Ergo te decet hymnus deus in Sion. In Sion te decet hymnus non in Babylonia. Quid cantant in Babylonia? Ciues Babyloniæ, etiam hymnum der non decenter cantant: audi vocem scripturæ, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Te decet hymnus deus in Sion. Et tibi reddetur votũ in Hierusalẽ. Hic vouemus, & bonum est vt ibi reddamus. Qui autem hic vouent & non reddunt? Qui non perseuerant vsque in finem in eo quod nouerunt: vnde dicit alius Nah.1. psalmus, Vouete & reddite domino deo vestro. Et tibi reddetur votum in Hierusalem. Ibi enim crimus toti, id est, integri in resurrectione iustorum, ibi redetur votum totum nostrum, non sola anima, sed etiam ipsa caro iam non corruptibilis, quia iam non in Babylonia, sed etiam in corpus cœleste immutatum. Quaes.15 lis mutatio promittitur? Omnes enim resurgemus, ait Apostolus, sed non omnes immutabimur. Quomodo autem immutabuntur? Ipse dixit, In ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti, id est, integri, & nos immutabimur. Qualis autem erit illa mutatio? Sequitur & dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors aculeus tuus? Mordo enim inchoatis in nobis primitijs mentis, vnde desyderamus Hierusalem, multa ex carne corruptibili contendunt aduersum nos, quæ non contendent cum fuerit mors absorpta in victoria. Vincet pax & finietur bellum. Quando autem vincet pax, vincet & illa ciuitas quæ dicitur visio pacis. Nulla ergo erit à morte contentio. Modo cum morte quanta contendimus? Inde sunt enim delectationes carnales, quæ nobis etiam illicite multa suggerunt, quibus non consentimus, sed ramen non consentiendo contendimus. Primo ergo concupiscentia carnis sequentes duxit nos: postea retinentes traxit nos, deinde accepta gratia cœpit nos nec dulcere, nec trahere, sed adhuc contendere no biscum, post contentionem erit & victoria. Modo te & si oppugnat, non expugnet, postea cum absorpta fuerit mors in victoria & pugnare cessabit. Quid dicturum est? Nouissima inimica destruetur mors. Reddam votum meum. Quod votum? Quasi holocaustum. Holocaustum enim tunc dicitur, quando totum ignis absumit. Holocaustum sacrificium est vbi totum consumitur: ὅλον enim totum dicitur, καυσις incensio. Holocaustum totum incensum. Arripiat ergo nos ignis, ignis diuinus in Hierusalem. Incipiamus ardere charitate donec totum mortale consumatur, & quod contra nos fuerit eat in sacrificium domino: vnde alibi dicitur, Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hie- Psal.50. rusalem, Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem. Quærimus hic, ne forte rex nobis ipsius ciuitatis commendetur dominus & saluator noster Iesus Christus. Cantemus ergo donec ad euidentiora perueniamus. Possem enim iam dicere ipsum est cui dicitur, Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem. Sed si dicerem, mihi potius quàm scripturæ crederent, & ideo forte non mihi crederetur. Audiamus sequentia. Exaudi, inquit, orationem meam, ad te omnis caro veniet,) Et habemus dominum dicentem, datam sibi potestatem omnis carnis. Cœpit ergo apparere iam rex ille cum diceretur, Ad te omnis caro veniet. Ad te, inquit, omnis caro veniet. Quare ad illum omnis caro veniet? Quia carnem assumpsit. Quo veniet omnis caro? Tulit inde primitias I ex vtero virginali, assumptis primitijs cætera consequentur, vt holocaustum compleatur. Vnde ergo omnis caro? omnis homo. Et vnde omnis homo? Nunquid Luc.2. omnes credituri prænunciati sunt in Christum? Nonne multi impij qui etiam damnabuntur? Nonne quotidie multi non credentes in sua infidelitate moriuntur? Secundum quid ergo intelligimus, Ad te omnis caro veniet? Omnis caro dixit, omnis generis caro, ex omni genere carnis, venietur ad te. Quid est, ex omni genere carnis? Nunquid venerunt pauperes, & non venerunt diuites? Nunquid venerunt humiles, & non venerunt sublimes? Nunquid venerunt docti, & non venerunt indocti? Nunquid venerunt viri, & non venerunt fœminæ? Nunquid venerunt domini, & non venerunt serui? Nunquid venerunt senes, & non venerunt iuuenes? Aut venerunt iuuenes, & non venerunt adolescentes? Aut venerunt adolescentes, & non venerunt pueri? Aut venerunt pueri, & non allati sunt infantes? Postremo nunquid venerunt Iudæi, nam inde

Acto.2. erant Apostoli,inde multa milia primo tra-
K dãtiũ,postea credẽtiũ,& nõ venerũt Græci?
Aut venerũt Græci, & nõ venerunt Roma
ni? Aut venerunt Romani,& non venerũt
Barbari? Et quis numeret omnes gentes ve
nientes ad eum, cui dictum est, Ad te om
nis caro veniet? Exaudi orationem meam,
ad te omnis caro veniet. Sermones iniquo-
rum prævaluerunt super nos,& impietates
nostras tu propiciaberis.) Quid est,sermo-
nes iniquorum prævaluerunt super nos, &
impietatibus nostris tu propiciaberis ?
Quod nati sumus in hac terra, iniquos in-
uenimus,quos loquentes audiuimus. Si pos
sim explicare quod sentio, adiuuet me in-
tentio charitatis vestræ. Omnis homo vbi-
cunque nascitur, ipsius terræ vel regionis
vel ciuitatis linguam discit,illius imbuitur
moribus & vita. Quid faceret puer natus
inter paganos,vt non colleret lapidem,quã
do illum cultum insinuauerunt parentes?
Inde prima verba audiuit, illum errorem
cum lacte suxit: & quia illi qui, loquebã-
tur maiores erant, & puer qui loqui disce-
bat infans erat, vnde poterat paruulus nisi
maiorum authoritatem sequi, & id sibi bo-
num ducere quod illi laudarent? Ergo gen-
tes conuersæ ad Christum postea,& recor-
L dantes impietates parentũ suorũ, & dicen-
Hier.19. tes iam quod dixit ppheta ipse Hieremias,
Vere mendacium coluerunt patres nostri,
vanitatem quæ eis non profuit. Cum ergo
iam hoc dicunt, renunciant opinionibus &
sacrilegijs parentum suorum iniquorum.
Sed quia vt insererentur talibus opinioni-
bus & sacrilegijs,persuasiones fecerunt eo-
rum,qui tanto ætate præcedebant, tanto au
thoritate præcedere debere putabantur,con
fitetur iam redire volens ad Hierusalem de
Babylonia & dicit, Sermones iniquorum
prævaluerunt super nos: duxerunt nos ma-
la docentes, ciues Babyloniæ nos fecerunt,
dimisimus creatorem, adorauimus creatu-
ram: dimisimus eum à quo facti sumus,
adorauimus quod ipsi fecimus. Sermones
enim iniquorum prævaluerunt super nos,
sed tamen non oppresserunt nos. Quare?
Impietates nostras tu propiciaberis. In-
tendat charitas vestra: Propiciaberis im-
pietates nostras, non dicitur, nisi cuidam
sacerdoti offerenti aliquid vnde impietas
expietur & propicietur. Impietas enim
tunc dicitur propiciari, cum propicius
fit deus impietati. Quid est fieri deum im-
pietati propicium? Id est ignoscentem, &
veniam dantem. Sed vt dei venia impetre-
tur,propiciatio sit per aliquod sacrificium.
Extitit ergo à deo domino missus quidam
sacerdos nostra, assumpsit à nobis quod of-
ferret domino, ipsas diximus sanctas primi
tias carnis ex vtero virginis. Hoc holocau-
stum obtulit deo,extendit manus in cruce
vt diceret: Dirigatur oratio mea sicut incẽ-
sum in conspectu tuo, eleuatio manũ mea-
rum sacrificium vespertinum. Sicut no-
stis, quia dominus circa vesperam pepen-
dit in cruce,& impietates nostræ propicia-
tæ sunt,alioqui absorbuerant nos: Sermo-
nes iniquorum prævaluerunt super nos:
Duxerant nos prædicatores Iouis,& Satur
ni,& Mercurij. Sermones iniquorum pua
luerũt sup nos. Sed quid facies? Impietates
nostras tu propiciaberis: tu sacerdos,tu vi-
ctima: tu oblator, tu oblatio: Ipse sacerdos
est,qui nunc ingressus in interiora veli, so-
lus ibi ex his qui carnem gestauerunt inter
pellat pro nobis. In cuius rei figura in illo
primo populo, & in illo primo tẽplo vnus
sacerdos intrabat in sancta sanctorum, po-
pulus omnis foris stabat. Et ille qui solus
ingrediebatur in interiora veli, offerebat si
crificium pro populo foris stante. Si intelli
gatur bene,spiritus viuificat: si non intelli-
gatur,litera occidit. Modo cum legeretur
Apostolus audistis: Litera occidit,spiritus
autem viuificat. Quid.n.ageretur in illo
populo Iudæi nescierunt,sed nec mõ scitis.
De illis quippe dictum est: Quandiu legit
Moyses,vellamẽ supra cor eorũ positũ est.
Ibi velamẽ figura ẽ,sed tollet figura, & ap-
parebit veritas in ipsis. Sed qñ tollet ve-
amẽ? Audi Apostolum: Cũ autẽ transierit
ad dominum,auferetur velamen. Dum er-
go non transeunt ad dominum, quandiu
legũt Moysen velamen habent super cor,
Ad hoc sacramentum fulgebat tunc facies
Moysi,ita vt non possent intendere filij Is-
rael in faciem eius. Audistis modo cum le-
geretur, & velamen erat inter faciẽ Moysi
loquentis, & populum audientem verba,
Per velum verba audiebant, faciem non vi-
debant. Et quid ait Apostolus, Ita vt non
possent intendere filij Israel in faciem
Moysi. Non intendebant, inquit, vsque
in finem. Quid est, vsque in finem? Vsque
quo intelligerent Christum: Dicit quip-
pe Apostolus: Finis enim legis Christus, ad
iustitiam omni credenti. Est fides splẽdor

in facie Moysi, tanquam in facie carnali &
mortali. Nunquid diuturnus aut æternus
esse possit? Morte.n.succedente, profecto
auferetur: splendor autem gloriæ beati do-
mini nostri Iesu Christi, sempiternus est.
Sed illud figura erat temporalis,hoc autem
quod illa figura significabatur veritas: le-
guntitaque & non intelligunt Christum,
non perducunt intentionem vsque in finẽ,
quia velum oppositum negat eis aspectum
splendoris interioris. Et vide ibi sub velo
Christum: At ipse dominus noster Iesus
Christus,Si crederetis Moysi,credseretis &
mihi:de me enim ille scripsit. Propiciatis an
tem peccatis nostris,& impietatibus,per il
lud sacrificium vespertinum transimus ad
dominum vt auferatur velamen: propterea
& domino crucifixo,velum templi scissum
est. Exaudi orationem meam, ad te omnis
caro veniet. Sermones iniquorum præual-
uerunt super nos, & impietates nostras tu
propiciaberis. Beatus quẽ elegisti & assum-
psisti.) Quis est electus ab eo,& assumptus
ab eo? Et assumptus est aliquis electus à sal
uatore domino nostro Iesu Christo? An
ipse secundum carnem quod homo est, ele-
ctus & assumptus est? Vt tanquam verbo
dei dicatur,quod erat in principio,sicut di-
cit Euangelista, In principio erat verbum,
& verbum erat apud deum, & deus erat
verbum, quia & ipse est filius dei verbum
de quo etiam dicit, Omnia per ipsum fa
cta sunt,& sine ipso factum est nihil,vt illi
dicatur filio dei, quia ipse est sacerdos no-
ster, postea carne assumpta, Beatus quem
elegisti & assumpsisti.i. ille homo quo indu
tus es, qui cœpit ex tempore,natus ex fœ-
mina,templum quodãmodo illius est, qui
semper in æternum est,& in æternũ fuit.
An potius ipse Christus assumpsit quendã
beatum, & non dicatur ipse quem assum-
psit quasi in plurali numero, sed in singu-
lari: Vnum.n.assumit,quia vnitatem assu-
mit: schismata non assumit, hæreses non as-
sumit: multitudinem de se fecerunt, nõ est
vnus qui assumatur. Qui autem manent
in compage Christi, & membra eius sunt,
faciunt quodammodo vnũ virum: de quo
dicit Apostolus, Donec occurramus om-
nes in agnitionem filij dei in virum perfe-
ctum, in mensurã ætatis plenitudinis Chri
sti. Itaque vnus vir assumitur cui caput
est Christus, quia caput viri Christus est.
Ipse est ille beatus vir qui non abijt in cõ-
filio impiorum,& cætera quę ibi dicuntur. Psal.1.
Ipse est qui assumitur: non est extra nos,in D
ipsius membris sumus, sub vno capite regi-
mur, vno spiritu omnes viuimus, vnam pa
triam omnes desyderamus. Videamus er-
go quod ad Christum dicitur, vtrũ ad nos
pertineat, & de nobis dicatur. Interroge-
mus conscientias nostras,amorem illũ per
scrutemur,& si adhuc paruus est, & modo
natus amor iste, forte enim modo in ali-
quo germinauit, diligenter extirpet iuxta
germinantes spinas, id est, curas seculares,
ne crescendo sanctum germen offocent.
Beatus quem elegisti & assumpsisti: in illo
simus,& assumemur: in illo simus, & electi
erimus. Et quid nobis dabit? Inhabitabit,in
quit,in atrijs tuis.) Hierusalem illa enim
cui cantant qui incipiunt exire de Babylo-
nia: Inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur
in bonis domus tuæ.) Quæ sunt bona do-
mus dei? Fratres constituamus nobis aliquã
domum diuitem,quanuis bonis referta sit,
q̃ copiosa sit, vasa q̃ multa ibi aurea, sed &
argentea,quantum familię,quantum iumẽ
torum & animalium: ipsa denique domus
q̃ delectet picturis,marmore,laquearibus,
colũnis,spatijs,cubilibus, & desyderantur
talia,sed adhuc ex confusione Babyloniæ:
Amputa omnia ista desyderia, o ciuis Hie
rusalem, amputa si vis redire, non te dele- E
ctet captiuitas. Sed iam cœpisti exire,noli
retro respicere,noli remanere in via. Non
desunt adhuc hostes qui tibi persuadeant
captiuitatem & peregrinationem. Iam non
prævaleant super te sermones iniquorum.
Domum dei desydera, & bona eius domus
desydera, sed noli talia, qualia desyderare
soles vel in domo tua, vel in domo vicini
tui, vel in domo patroni tui. Aliud quidẽ
est bonum domus illius. Quid opus est vt
nos dicamus quæ sint bona illius domus,
Ipse iudicet qui cantat exiens de Babylo-
nia. Replebimur, inquit, in bonis domus
tuæ: Quæ sunt bona ista? Erexeramus for-
tasse cor ad aurum,ad argentum, & cętera
prætiosa: noli talia quærere, ista premunt,
non leuant. Hic ergo iam bona illa Hieru-
salem, bona illa domus domini, bona illa
templi domini meditemur: quia quæ do-
mus domini, hoc ipsum templum domini.
Replebimur in bonis domus tuæ: Sanctum
est templum tuum mirabile in iustitia.)
Ista sunt bona domus illius. Non dixit,
emplum sanctum tuum mirabile in colũ- F

nis,mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis: sed,mirabile in iustitia. Habes foris oculos vnde videas marmora & aurū, intus est oculus vnde videatur? pulchritudo iustitiæ. Intus,inquam,est oculus vnde videatur pulchritudo iustitiæ. Si nulla est pulchritudo iustitiæ,vnde amatur iustus senex? Quid affert in corpore quod oculos delectet? Curua membra,frōtem rugatam, caput canis albatum, imbecillitatem vndique querelis plenam. Sed forte quia tuos oculos non delectat senex iste decrepitus, aures tuas delectat. Quibus vocibus? Quo cantu? Et si forte adolescens bene cantauit, omnia cum ætate defecerunt. An forte sonus verborum eius delectat aures tuas,quę verba vix plene enunciat lapsis dentibus? Tamen si iustus est, si alienum non concupiscit, si de suo quod habet erogat indigentibus,si bene monet,& rectum sapit,si integre credit, si paratus est pro fide veritatis etiam ipsa confracta membra impendere, multi enim martyres etiam senes, vnde illum amamus, quid in eo bonum ,videmus oculis carnis? Nihil. Quædam ergo est pulchritudo iustitiæ,quam videmus oculis cordis,& amamus,& exardescimus: Quā multum dilexerunt homines in ipsis martyribus,cum eorum membra bestiæ laniarent.

G Nonne cum sanguis fœdaret omnia, cum morsibus beluinis viscera funderentur,non habebant oculi nisi quod horrerent? Quid ibi erat quod amaretur,nisi quia erat in illa fœditate dilaniatorum membrorum, integra pulchritudo iustitiæ? Ista sunt bona domus dei,his te para satiari. Sed vt inde satieris cum peruenieris ,hoc te oportet esurire & sitire cum peregrinaris: hoc siti,hoc esuri,quia ipsa erunt bona dei. Audi illum regem cui ista dicuntur,qui venit vt te reducat,& se tibi fecit viam. Quid dicit? Beati q Matt.5. esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sanctum templum tuum admirabile in iustitia. Et ipsum templum fratres nolite præter vos cogitare. Amate iustitiam, & vos estis templum dei. Exaudi nos deus saluator noster.) Aperuit modo quem deum dicat. Saluator est proprie dominus Iesus Christus, Aperuit modo apertius de quo dixerat, Ad te omnis caro veniet. Exaudi nos deus saluator noster. Ille vnus vir qui assumitur in templum dei, & plures sunt & vnus est. Ex vnius persona dixit, Exaudi oronē meā: & quia ipse vnus ex pluribus constat, modo ait, Exaudi nos deus saluator noster. Audi illum iam apertius prædicari: Exaudi nos deus saluator H noster, Spes omnium finium terræ & in mari longe.) Ecce vnde dictum est, Ad te omnis caro veniet. Vndique venitur, Spes omnium finium terræ non spes vnius anguli,non spes solius Iudææ, non spes solius Africæ, non spes Pannoniæ, non spes Orientis aut Occidentis, sed spes omnium finium terræ, & in mari longe. Ipsorum finium terræ & in mari longe, & quia in mari, ideo longe. Mare enim in figura dicitur seculum hoc, falsitate amarum, procellis turbulentum, vbi homines cupiditatibus peruersis & prauis, facti sunt velut pisces inuicem se deuorantes. Attendite mare malum, mare amarum, fluctibus sæuum: attendite qualibus hominibus plenum sit. Quis optat hæreditatem, nisi morte alterius? Quis optat lucrum, nisi damno alterius? Quam multi aliorum desolatione cupiunt sublimari? Quam multi vt emant optant alios vendere res suas? Quo modo se inuicem opprimūt, & qui possunt deuorant? Et cum deuorauerit vnus piscis maior minorem, deuoratur & ipse à maiore. O pisces male, prædam vis de paruo, præda efficieris maiori. Quotidie ista eueniūt ante nos sunt, vitemus illa, horreamus. Nō illa agamus fratres, quia spes est ille finium terræ. Ille si non esset spes & in mari longe, non diceret discipulis suis, Faciam vos pi Matt. scatores hominum. Iam in mari capti per retia fidei, gaudeamus nos ibi natare adhuc infra retia, quia adhuc mare hoc fœuit procellis: sed retia quæ nos ceperunt, perdūcentur ad littus. Littus est finis maris. Ergo gressu in finem seculi. Interim infra ipla retia fratres bene viuamus, non retia rumpētes, foras exeamus. Multi enim ruperunt retia & schismata fecerunt & foras exierunt, quia malos pisces intra retia captos se nolle tolerare dixerunt, ipsi mali facti sunt portius, quàm illi quos se non potuisse tolerare dixerunt, Nanque illa retia ceperunt pisces & bonos & malos. Dominus dicit, Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, quæ congregat ex omni genere: quam cum impleta esset educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit, inquit, in consummatione seculi. Ostendit littus, ostendit finem maris. Exibunt angeli, & separabunt malos

malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Eia ciues Hierusalem qui infra retia estis, & pisces boni estis, tolerate malos, retia nolite rumpere, cum illis estis in mari, nō cum illis eritis in vasis: Spes.n. ille finiū terræ, ipse spes est & in mari longe. Longe, quia & in mari. Præparans montes in fortitudine sua.) Non in fortitudine illorū. Præparauit enim magnos prædicatores, & ipsos appellauit montes, humiles in se, excelsos in illo. Præparans montes in fortitudine sua. Quid dicit vnus ex ipsis montibus? Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non fidentes in nobismetipsis sed in deo qui suscitat mortuos. Qui in se ficht, & in Christo non fidit, non est de his montibus quos ille præparat in fortitudine sua. Præparans montes in fortitudine sua. Circuncinctus in potentatu.) Potentatum intelligo, Circūcinctus quid est? Christum quem in medio ponunt circuncinctum faciunt. i. vndique cinctum. Habemus illum omnes communiter, ideo in medio est. Circuncingimus illum omnes qui credimus in illum, & quia fides nostra non de viribus nostris, sed de illius potentia est: ideo circuncinctus in potentatu suo, non nostra fortitudine: Qui conturbas fundum maris.) Fecit hoc, videtur quid fecerit, Præparauit. n. montes in fortitudine sua, misit illos prædicare. Circuncinctus est à credentibus in potentatu, & motum est mare, cōmotum est seculum, & cœpit persequi sanctos eius. Circuncinctus in potentatu, qui conturbas fundum maris. Non dixit, qui conturbas mare, sed fundum maris. Fundū maris est cor impiorum. Sicut à fundo vementius omnia mouentur, & fundus cōtinuet omnia: sic quicquid processit per linguam, per manus, per potestates diuersas, ad persecutionem Ecclesiæ, à fundo processit. Si enim nō esset radix iniquitatis in corde, non illa omnia procederent aduersus Christum. Fundum conturbauit forte, vt fundum exhauriret: nam in malis quibusdam exhausit mare à fundo, & posuit mare desertum. Dicit illud alius psalmus, Qui cōuertit mare in aridam. Omnes impij & pagani qui crediderunt, mare erant, terra facti sunt, falsis fluctibus primo steriles, postea iustitiæ fructu fœcundi. Qui conturbas fundum maris, Sonum fluctuum eius: quis sufferet?) Quid est, quis sufferet? Quis homo sufferet sonum fluctuum maris, iussiones sublimitatum seculi? Sed vnde sufferuntur? Quia præparat montes in fortitudine sua. Qd' ergo dixit, quis sufferet? hoc M ait, Nosipsi per nosmetipsos sufferre illas persecutiones non possemus, nisi ille daret fortitudinem. Qui conturbas fundum maris, sonum fluctuū eius: quis sufferet? Turbabuntur gentes.) Primo turbabantur, sed illi montes parati in fortitudine Christi, nunquid turbati sunt? Turbatum est mare, elisum est in montem, mare fractum est, montes inconcussi manserunt. Turbabūtur gentes, Et timebunt omnes.) Ecce iam omnes timent, antea qui turbati erant, timent iam oēs. Non timuerunt Christiani, & timent iam Christiani. Omnes qui persequebantur, modo timent. Superauit enim ille qui circuncinctus est in potentatu, sic ad illum venit omnis caro, vt cæteri paucitatem ipsam iam timeant. Et timebunt omnes, qui inhabitant fines terræ à signis tuis.) Miracula enim fecerunt Apostoli, & ideo omnes fines terræ timuerunt & crediderunt. Exitus mane & vespere delectabis: id est, delectabiles facis. Iam in ista vita quid nobis promittitur? Exitus delectabilis, mane & vespere, Sunt exitus mane, sunt exitus vespere. Nane significat prosperitatem seculi, vespera signat tribulationem seculi. Intendat charitas vestra. In vtroque enim tentatur anima humana: & prosperitate, ne corrumpatur: & aduersitate, ne frangatur. Ideo A autem mane prosperitatem significat, quia mane lætum est, transacta velut tristitia noctis. Tristes autem sunt tenebræ veniente vespera. Ideo veniente quasi mundi vespera, obtulit sacrificium vespertinum. Non ergo timeat vnusquisque vesperum, ne mane corrumpatur. Ecce nescio quis vt faciat mali aliquid, promisit lucrum, mane est. Arridet tibi ampla pecunia, mane tibi fit. Noli corrumpi, & habebis exitum mane. Si. n habes exitum, non capieris. Sic est. n. promissio lucri, quasi esca in muscipula. Coarctaris, & non est quo exeas, caperis in muscipula. Dedit autem tibi exitum dominus deus tuus, ne lucro capiaris, cum tibi dicit in corde, ego sum diuitiæ tuæ, noli attendere quod mundus promittit, sed qd promittit conditor mundi. Attende quod tibi promisit deus facienti iustitiam, & contēne quod tibi promittit homo, vt abducat iustitiam, & adducat iustitiam. Noli ergo attenPsal.45.

dere quod mundus promittit,sed quod cõditor mundi, & habebis exitum mane per dñi verbum dicẽtis, Quid prodest homini
Mat.16. si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Sed ille qui te
B promisso lucro corrumpere,& ad iniquitatem adducere non potuit,minatur pœnas, & conuertit se ad inimicitias, & incipit tibi dicere,Si hoc nõ feceris,ego ostendam, ego faciam,habebis me inimicum. Primo cũ lucrum promittebat,mane tibi erat, modo iã vesperascit,tristis factus es. Sed qui dedit tibi exitum mane,dabit & vespere,Quo contempsisti mane seculi ex luce dñi: sic contemne & vesperam ex passionibus dñi, vt dicas animæ tuæ,Quid mihi amplius facturus est iste, q̃ passus est pro me dñs meus
Mat.10. Deus,vt teneam iustitiam, non consentiam ad iniquitatem? Sæuiat in carne,frangatur muscipula, & volabo ad dominum meum qui mihi ait, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occi
Luc.22. dere. Et de ipso corpore securitatem dedit dicens, Capillus capitis vestri non periet. Magnifice hic posuit, delectabis exitus mane,& vespere. Si.n. non te delectet ipse exitus,non laborabis exire inde. Mittis caput in lucrum promissum,si non te delectet ,promissio saluatoris. Et rursus cedis tentanti & terrenti,si non te delectet ille qui prior passus est,vt tibi exitum faceret. Exitus mane
C & vespere delectabis. Visitasti terram & ine
Psal.22. briasti eam.) Vnde inebriasti terram? Calix tuus inebrians quàm præclarus est. Visitasti terram & inebriasti eã, misisti nubes tuas, pluerunt prædicationem veritatis,inebriata est terra. Multiplicasti ditare eam.) Vnde multiplicasti eam ditare? Fluuius dei repletus est aqua.) Quid est fluuius dei? Populus dei. Primus populus repletus est,vnde & cætera terra rigaretur. Audi illum pro
Ioan.7. mittentem aquam;Si quis sitit,veniat & bibat, Qui credit in me, flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Si ,flumina & vnus fluuius, quia propter vnitatem multi vnũ sunt:multæ Ecclesiæ & vna Ecclesia: multi fideles & vna sponsa Christi: ne multa flumina & vnus fluuius. Crediderunt multi Israelitæ,& impleti sunt spiritusancto. Inde diffusi sunt per gentes,cœperunt prædicare veritatem, & de fluuio dei qui impletus est aqua, irrigata est tota terra. Parasti cibum illorum quia ita est præparatio tua.) Non quia te promerunt quibus peccata donasti: merita illorum mala erant, sed vt propter misericordiam tuam, quia ita est præparatio tua, ita præparasti cibum illorum. Sulcos eius inebria.) Fiant ergo primo sulci qui inebrientur, duritia pectoris nostri aperiatur uomere sermonis dei. Sulcos eius inebria, Multiplica generationes D eius.) Videmus credunt, & ex credentibus alij credunt,& ex illis alij credunt, & non sufficit vni homini vt factus ipse sit fidelis, si non & alium lucretur: sic multiplicatur & semen,pauca grana mittuntur,& segetes exurgunt. Sulcos eius inebria, multiplica generationes eius. In stillicidijs suis lætabitur cum exorietur.) In stillicidijs suis, id est,antequam sit forte idonea capacitati fluminis, cum exorietur in stillicidijs suis, id est, sibi congruis lętabitur. Paruulis enim adhuc & infirmis stillantur quædam de sacramentis,quia non possunt capere plenitudinẽ veritatis. Audi quomodo stillet paruulis dum exoriuntur,id est, in recenti ortu, munus capacibus. Apostolus dicit, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus,quasi paruulis in Christo. Cum dicit paruulos in Christo, iam dicit exortos, sed nondum idoneos ad capiendam illam vberem sapientiam: de qua dicit, Sapientiam loquimur inter perfectos. Lætetur in stillicidijs suis cum exorietur, augetur & roboretur & capiet sapientiam, quo infans nutritur lacte & fit idoneus cibo. Benedices coronam anni benignitatis tuæ.) Seminatur modo super semen superseminauit inimicus zizania,& exorti sunt mali inter bonos pseudochristiani, similem habentes herbã, sed non parem fructum. Etenim zizania eæ proprie dicuntur, quæ nascuntur in similitudine frumentorum, sicuti est lolium, secuti est auena & cætera talia, quæ primam herbam prorsus similem habent. Propterea de seminatione zizaniorum hoc dicit dominus. Venit inimicus & superseminauit zizania. Cum autem creuisset herba & fructum feciſſet,tunc apparuerunt zizania. Ergo venit inimicus & superseminauit zizania. Sed quid fecit tritico? Non opprimitur zizanijs frumentum,immo per tolerantiam zizaniorum crescit fructus frumentorum. Ipse enim dñs dixit quibusdam operarijs

Ibidem. rarijs volentibus eradicare zizania, Sinite vtraque crescere vsque ad messem,ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicetis simul & frumentum,sed in tpe messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & Faligate fasciculos ad comburendũ, frumentum autem recondite in horreum. Ille est finis anni messis seculi,Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Coronam vbi audis, gloria victoriæ significatur. Vince diabolum,& habebis coronam. Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Rursus cõmendat benignitatem dei, ne quisquam de suis meritis glorietur. Et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescens fines deserti, & colles exultatione accingentur.) Campi,colles, fines deserti: idem ipsi sunt homines. Campi propter æqualitatem. Ergo propter æqualitatem inde victi sunt campi populi iusti. Colles, ppter erectionem, quia erigit in se deus eos qui se humiliant. Fines deserti erant, nullus ad eos Propheta missus erat. Sic erant illi quomodo eremus, qua non transit homo. Nullũ verbum dei missum erat ad gentes, soli populo Israel prædicauerunt Prophetæ. Ventum est ad dominum, crediderunt frumenta in ipso populo Iudæorum. Nam dixit tunc discipulis suis,Dicitis quia longe est messis, respicite & videte, quia albæ sunt regiones ad messem. Fuit ergo messis prima, erit secunda in vltimo seculo,Messis prima de Iudæis, qa mittebantur ad illos Prophetæ annunciantes venturum saluatorem. Ideo dixit discipulis suis dominus, Videte quia albæ sunt regiones ad messem: regiones vtique Iudææ. Alij, inquit,laborauerunt, & vos in eorum labores intrastis. Laborauerunt Prophetæ vt seminarent, & vos cum falce Ibidem. intrastis ad illorum labores. Facta est ergo prima messis, & inde de ipso frumento qd
Mat.13. tunc purgatum est, seminatus est orbis terrarum, vt surgat alia messis,quæ in fine metenda est. In secunda messe superseminata sunt zizania, modo hic laboratur. Quo in illa prima laborauerunt Prophetæ, quousque veniret dominus, Sic in ista secunda laborauerunt Apostoli, & omnes prædicatores veritatis laborant,quousque in finem dominus mittat in messem angelos suos. Antea ergo desertum erat, sed pinguescent fines deserti. Ecce vbi Prophetæ non soluerant,dominus Prophetarum acceptus est. Pinguescẽt fines deserti, & exultatione colles accingent. Induti sunt arietes ouiũ.) Subaudiendum exultatione. Qua enim exultatione colles accingentur,hac induuntur arietes ouium. Ipsi arietes, qui colles. Colles enim eminentiore gratia: arietes, quia duces gregum. Arietes ergo Apostoli H induti sunt exultatione, gaudent de fructibus suis,non sine causa laborauerunt, non sine causa pdicauerunt. Induti sunt arietes ouium. Et conualles abundabunt frumento.) Et humiles populi multum fructum afferent. Clamabunt.) Inde abundabunt frumento,quia clamabunt, Quid clamabunt? Et hymnum dicent.) Aliud est enim clamare aduersus deum, aliud hymnum dicere: aliud clamare sacrilegium,aliud clamare laudes. Si clamas in blasphemia, spinas protulisti. Si clamas in hymno,abundas frumento.

In Psalmum Sexagesimumquintum, Enarratio.

INscribitur in titulo Psalmus iste, In finem canticum Psalmi resurrectionis. In finem cum auditis quando Psalmi pronunciantur,In Christum intelligite, di- Ro.15.
cente Apostolo,Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Quomodo ergo hic cantetur resurrectio, & cuius resurrectio, quantum ipse donare & aperire dignetur,audietis. Resurrectiõe enim Christiani nouimus in capite nostro iam factã, & in membris futuram. Caput Ecclesiæ Colo.1.
Christus est, membra Christi Ecclesia. I
Quod præcessit in capite, sequetur in corpore. Hæc est spes nostra,ad hoc credimus, ad hoc duramus & perseueramus in tanta malignitate huius seculi,cõsolante nos spe, antequam spes fiat res. Res enim erit cum & nos resurrexerimus, & in cœlestem habitum commutati æquales angeli facti fuerimus. Quis hoc sperare auderet,nisi veritas
Mat.22. promitteret? Hanc autem spem promissam sibi Iudęi tenebant,& de bonis, & de quasi iustis operibus multum gloriabantur quòd acceperant legem secundum quam viuendo,& hic haberent bona carnalia, & in resurrectione mortuorum talia sperabant, de qualibus hic gaudebant. Propterea Saducęis qui negabãt futuram resurrectionem, Iudæi respondere non poterant proponen- Mat.22.
tibus quæstionem quam domino proposue Luc.20.
runt

runt ijdem Saducæi. Hinc.n.intelligimus eos hanc qõnem soluere non potuisse, quia dño soluente mirati sunt. Proponebant ergo Saducæi qõnem de quadam muliere q̃ habuit septem viros, non simul, sed succedẽ tes sibi. Erat.n.hoc legis ad populũ propa-
Deu. 25 gandum, vt qui forte sine liberis defunge-
K rẽt, frater eius si haberet, acciperet vxorem eius, ad resuscitandũ semen fratri suo. Proposita ergo illa muliere q̃ habuit septem viros omnes mortuos sine liberis, & ad hoc officium implendum ducentes fratris vxorẽ, dixerũt q̃rentes, In resurrectione cuius eorũ erit vxor? Proculdubio Iudei nõ fatigarent, nõ deficerẽt in ista qõne, si nõ talia sibi in resurrectione sperarent, qualia agebant in hac vita. Dñs aũt æqualitatẽ angelo rum ꝓmittens, nõ humanam carnis corru ptionẽ, ait illis, Erratis, nescientes scripturas
Mãt. 22 neq; virtutẽ dei. In resurrectione.n.neque
Luc. 20. nubent, neque vxores ducẽt: neque.n.incipient mori, sed erũt æquales angelis dei.

Demonstrauit ꝙ ibi non sit necessaria successio, vbi delet decessio. Ibi quia decessores nõ, nec successores, q̃rent. Ad hoc subiecit, non.n.incipient mori. Veruntamẽ quia Iudæi tenebant, & si carnaliter spem resurrectionis futuræ, gauisi sunt responsum esse Saducæis, cũ quibus illis erat de hac ancipiti & obscura quæstione certamen. Tenebant ergo Iudæi spem resurrectionis mortuorum, & solos se ad beatam vitam resurrecturos sperabant ꝓp opus legis, & ꝓp iustificationes scripturarũ, quas habebant so-
L li Iudæi, & gẽtes nõ habebãt. Crucifixus ẽ
Ro. 11. Christus, cẽcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gentiũ intraret. Hoc Apostolo dicente, cœpit ẽt gentibus promitti resurrectio mortuorum, credentibus in Iesum Christũ quod resurrexerit. Inde Psalmus iste est aduersus præsumptionem & superbiam Iudæorum, pro fide gentium ad eandem spem resurrectionis vocatarum. Quo dammodo fratres mei animum Psalmi audistis. In hoc quod dixi, In hoc quod proposui, tota vestra suspendatur intentio.

Hinc vos nulla cogitatio auertat. contra præsumptionem dicitur Iudæorum, qui de iustificationibus legis sperabant sibi resurrectionem, crucifixerunt Christum qui primus resurrexit, non membra resurrectura solos Iudæos habituros, sed omnes qui in eum credidissent: id est omnes gentes. Inde
Psal. 99. c epit: Iubilate deo.) Qui? Omnis terra.)

Non ergo sola Iudæa. Videte fratres quem admodum commendetur vniuersitas Ecclesiæ toto orbe diffusæ, & non solum dole te Iudæos, qui gratiam istam gentibus inuidebant, sed plus hæreticos plangite. Si enim dolendi sunt qui collecti non sunt, quanto amplius qui collecti diuisi sunt? Iubilate deo omnis terra. Quid est iubilate? In vocẽ eius erumpite gaudiorum, si non potestis verborum. Non enim verbis iubilatur, sed ꝑ solus gaudentium sonitus reddit quasi parturientis & parientis cordis lætitiam in vocem rei conceptæ, quę verbis explicari nõ posit. Iubilate deo omnis terra. Nemo iubilet in parte, Nemo, inquam, iubilet in parte, omnis terra iubilet, catholica iubilet, catholica totum tenet. Quicunque partem tenet, & à toto præcisus est, vlulare vult nõ iubilare. Iubilate deo omnis terra. Psallite autem nomini eius.) Quid dixit, psallentibus vobis? Benedicatur nomẽ eius. Quid sit autem psallere, heri dixi, & credo memisse charitatem vestram. Psallere est organum etiam assumere, quod psalterium dicitur, & pulsu atque opere manuum vocibus concordare. Si ergo iubilatis quod deus audiat, psallite etiam ꝙ homines videant & audiant, sed non propter nomen vestrum; Matt.
Cauete enim facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis. Et propter cuius nomen, inquies, psallam, vt non iudeantur ab hominibus opera mea? Attendi te alio loco, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificẽt patrem vestrum qui in cẽlis est. Videãt bona facta vestra, & glorificẽt non vos, sed deum. Nam si propter vos glorificandos facitis opera bona, respondetur vobis, quod ipse dixit de quibusdam talibus, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Et iterum, Alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Ergo, inquies, debeo abscondere opera mea, ne faciam coram hominibus? Non. Sed quid ait? Luceant opera vestra coram hominibus. Anceps ergo remanebo. Hic mihi dicis, Cauete facere iustitiam vestrã coram hominibus. Hic mihi dicis, Luceant opera vestra bona corã hominibus; Quid obseruabo? quod faciam? quid relinquam? Tam non potest homo seruire duobus dominis diuersa iubentibus, quam nec vni diuersa iubenti. Non, ait dominus, diuersa iubeo. Finem attende, in finẽ cuius quo

quo finẽ facias, vide. Si ideo facis vt tu glorificeris, hoc prohibui: si autẽ ideo vt deus glorificetur, hoc iussi. Psallite ergo non nomini vestro, sed nomini dñi dei vestri. Vos psallite, ille laudet: vos bene viuite, ille glo-
B rificetur. Vnde enim habetis ipsum bene vi uere? Si æternum haberetis, nunquam male viuisletis: si à vobis haberetis, nunquam bene viuissetis. Psallite autem nomini eius, Date gloriam laudi eius.) Totam intentionem nostram in laudem dei mittit, nihil nobis relinquit vñ laudemur. Gloriemur in
1 Co. 1. deo magis, & gaudeamus, illi inhæreamus, in illo laudemur. Audistis cum legeretur Apostolus, videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit deus, vt confundat fortia: & infirma mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi elegit deus, & in ea quæ non sunt tanquam q̃ sunt, vt ea q̃ sunt euacuentur. Quid voluit dicere? Quid voluit oñdere? Tescẽdit dñs deus nr̃ Iesus Christus in spũ reparare genus humanum, & dare gratiam suam omnibus intelligentibus, quia gratia illius est, nõ merita eorum. Et ne q̃libet persona gloria
Matth. 1. retur in carne, infirmos elegit: nã inde non
C est electus ille Nathanael etiam. Quid.n. tibi videtur, vt publicanum in telonæo se-
Matth. 1. dentem eligeret Matthæum, & non eligeret Nathanael cui perhibuit testimonium ipse dominus dicens, Ecce verus Israelita in quo dolus non est? Intelligitur ergo Nathanael iste doctus fuisse in lege: non quia doctos nõ erat electurus, sed si ipsos primo elegisset, doctrinæ suæ merito se electos putarent, & ita illorum scientia laudaretur, & laus Christi gratiæ minueretur. Perhibuit testimonium tanquam bono fideli, in quo dolus non erat, sed tamen eum non assumpsit inter illos discipulos, quos primũ idiotas elegit. Et vnde intelligimus ꝙ ille peritus erat legis? Quando audiuit ab vno ex eis qui secuti erant dominum dicentem, In
Ibidem. uenimus messiam, quod interpretat Christus: quæsiuit vnde, & dictum est à Nazareth esse. Proculdubio, qui intellexit, quia à Nazareth potest aliquid boni esse, peritus erat legis, & bene prophetas inspexerat. Nouit esse in illis verbis aliam pronunciationem, sed à prudentioribus non est approbata, vt quasi desperasse videatur ille, cum audiens dixisset, A Nazareth potest aliquid boni esse? id est, nunquid potest? Sic pronunciando quasi desperaret. Sequitur aũt ibi, Veni & vide. Hæc verba.i. veni & vide, vtrãque pñt ꝓnũciationẽ sequi: Si dicas, q̃si nõ credens, à Nazareth ꝑt aliq̃d boni esset? Respõdetur, Veni & vide quod nõ credis. Rursus si dicas confirmans, A Nazareth potest aliquid boni esse: Respon-D detur, veni & vide quod credis, quàm vere bonum sit, bonum quod nuncio à Nazareth, & quàm recte credas, veni & experire. Hinc tamen æstimatur doctus ille in lege fuisse, quia non est electus inter discipulos ab illo, qui stulta mundi prius elegit, cum tantum ei perhibuerit testimo- 1. Co. 1. nium dominus dicens, Ecce vere Israeli- Ioan. 1. ta, in quo dolus non est. Elegit ergo do- De ver-
minus postea, & oratores, sed illi super- bis Apo
birent si non prius eligeret piscatores. Ele stoli. ser.
git diuites, sed dicerent merito diuitiarum 28. Et
suarum se electos esse, nisi primo elegisset de ver-
pauperes. Elegit imperatores postea, sed bis dñi.
melius est vt Romam cum veniret impe- ser. 59.
rator, deposito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quàm vt piscator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma 1. Co. 1.
enim mundi elegit deus, vt confundant fortia: & ignobilia mundi elegit, & ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarentur. Et quid sequitur? Quid ait? Conclusit Apostolus, vt nõ glorietur coram deo omnis caro. Videte quemadmo Ibidem.
dum nobis abstulit gloriam, vt daret gloriam. Abstulit nostram, vt daret suam. Abstulit inanem, vt daret plenam. Abstulit E
nutantem, vt daret solidam. Tanto ergo gloria nostra fortior & firmior, q̃a in deo. Nõ ergo i te debes gloriari qđ ꝓhibuit veritas, sed qđ ait Apostolus, hoc ꝺcipit veritas, Qui gloriaꝰ, in dño gloriet. Date ergo gloriã laudi eius, nolite imitari Iudæos, qui q̃si meritis suis volebant tribuere iustificationes suas, & inuidebant gentibus accedentibus adgratiam euangelicam, vt peccata omnia donarentur eis, quasi illi non haberent quod donaretur sibi, quasi iam opari mercedẽ expectãtes. Et cũ adhuc ægroti eẽnt sanos se esse putabant, & inde periculosius ægrotabant. Nam si vel mitius ægrotassent, non quasi phrenetici occidissent. Date gloriam laudi eius. Dicite deo quàm timenda sunt opera tua.) Qua re timenda & non amanda? Audi aliã vocẽ Psal. 2.

mi

mi, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quid sibi hoc vult? Au-
Phili. 2. di vocem Apostoli, Cum timore, inquit, & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quare cum timore & tremore? Subiecit causam: Deus est. n. qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Si ergo deus operatur in te, gratia dei bene operaris non viribus tuis. Ergo si gaudes, & time, ne forte quod datum est humili, auferatur superbo. Nam vt noueritis hoc esse factum de ipsa superbia Iudæorũ, quasi se ex operibus legis iustificantium, & ideo
Psal. 19. cadentium, dicit alius Psalmus, Hi in curribus, & hi in equis, quasi in suis quibusdam passibus & instrumẽtis ad erectionem suã. Nos autem, inquit, in nomine dñi dei nostri magnificabimur. Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Videte quemadmodũ illi extollebantur in se, Videte quemadmodum isti gloriabantur in deo: propterea q̃d secutum est? Illis obligati sunt pedes & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus: Audi ipsum dominum nostrũ hoc
Ioan. 9. idem dicentem, Ego, inquit, veni, vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Vide in vna parte bonitatem, in alia quasi malitiam. Sed quid melius illo? Quid misericordius? Quid iustius? Quare ergo qui non vident videant? Propter bonitatem. Quare & qui vident cæci fiant? Propter elationem. Et vere videbant, & facti sunt cæci: non videbant, sed vidlere sibi videbantur. Nam ecce videte fratres cum dicerent ipsi
Ibidem. Iudæi, Num sumus cæci? Ait illis dñs, Si cęG ci essetis, peccatum non haberetis: modo autem quia dicitis, videmus, peccatũ vestrũ in vobis manet. Ad medicum venisti, videre te dicis? Cessabunt collyria, semper cæcus remanebis. Confitere te cæcum, vt illuminari merearis. Attende Iudæos, attende gẽtes. Qui non vident, videant inquit, Ideo veni, & vt qui vident cæci fiant. Ipsum dominum nostrum Iesum Christum in carne videbant Iudæi, gentes non videbant. Ecce qui viderunt crucifixerunt, qui non uiderũt, crediderũt. Ergo quid fecisti ò Christe, aduersus superbos? Quid fecisti? Videmus quia dignatus es, & mẽbra tua sumus, Videmus, Abscondisti deum, & hominem aspectibus obiecisti hominum. Quare hoc?
Ro. 11. Vt cæcitas ex parte in Israel fieret, & plenitudo gentium intraret. Ad hoc absconditi deum & hominem aspectibus obiecisti. Videbant & non videbant. Videbant quod acceperas, & non videbant quod eras. Vide p Phi. bant formam serui, non videbant formam Ioã. dei. Formam serui qua maior est pater, non formam dei propter quam modo audistis, Ego & pater vnum sumus. Tenuerunt Ioa. 10 quod videbant, crucifixerunt quod vide- Mat. bant, insultauerunt ei quem videbant, non &. agnouerunt qui latebant. Audi Apostolum H dicentem, Si enim cognouissent, nunquam 1. Co. dominum gloriæ crucifixissent. Ergo ger- Ro. tes quæ vocatæ estis attendite ramos præcisos propter seueritatem, vos autem insertos propter bonitatem, & participes factos pinguedinis oleæ, non altum sapientes, id est, non superbientes, Non enim tu radicem Ibidẽ portas, ait, sed radix te: magis terreamini, quia videtis amputatos ramos naturales. Iudæi enim per Patriarchas venerunt, & de carne Abrahæ nati sunt. Et quid ait Apostolus? Sed dicis, Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter infidelitatem fracti sunt, tu autem, inquit, fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim naturalibus ramis deus non pepercit, neque tibi parcet. Attende ergo ramos fractos & te insertum, noli extolli super ramos fractos, sed magis dicto deo, quàm metuenda sunt opera tua. Fratres si aduersus Iudæos olim præcisos debemus, sed timere potius & dicere deo, quã timenda sunt opera tua: quanto minus nos debemus extollere aduersus recentia vulnera præcisionum? Præcisi sunt antè Iudæi, insertæ sunt gentes. De ipsa insertione præcisi sunt hæretici: sed neque contra illos nos extollere debemus, ne forte præcidi mereamur, quos delectat insultare præcisis. Fratres mei qualiscunque episcopi vox sonuit vobis, rogamus vos vt caueatis quicunque in Ecclesia estis, nolite insultare eis qui non sunt intus, sed orate potius vt & ipsi intus sint. Potens est enim deus iterum inserere illos. De ipsis Iudæis dixit hoc Apostolus, & factum est in eis, Resurrexit do- Ibidem minus & multi crediderunt: non intellexerunt cum crucifigerent, tamen postea crediderunt in eum, & donatum est eis tam magnum delictum. Fusus domini sanguis donatus est homicidis, non vt dicam deicidis: quia si cognouissent, nunquam de- 1. Co. minum gloriæ crucifixissent. Modo homicidis donatus est fusus sanguis innocentis.

nocentis. Et ipsum sanguinem quem per in
Ro. 11 saniam fuderunt, per gratiam biberunt. Di cite ergo deo, q̃ timenda sunt opera tua. Vn de timẽda? Quia cæcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gentium intraret. O gentium plenitudo dic deo, quam timenda sunt opera tua, & sic gaude vt cõtremiscas, noli extolli super ramos præcisos. Dicite deo, q̃ timenda sunt opera tua. In multitu-
Ps. 65 dine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui.) Ad hoc tibi, inquit, mentientur inimici tui, vt multa sit potentia tua. Quid est hoc? Intentius audite. Potentia domini nostri Iesu Christi, maxime apparuit in resurrectione, vnde Psalmus iste titulum acce-
Mat. 16. pit. Et resurgẽs apparuit discipulis suis. Nõ apparuit inimicis suis, sed discipulis suis. Crucifixus apparuit omnibus, resurgens si delibus, vt etiam postea qui vellet crederet, & credenti resurrectio promitteretur. Mul
Mat. 14. tum mortuus resurrexit, quia & qui ab eis resuscitati sunt, morituri resuscitati sunt. In
Ioan. 6 tendat charitas vestra. Commendans dñs opera sua dixit, O pibus credite, si mihi non vultis credere. Et commendantur etiam pẽ-
Mat. 14. tenta opera Prophetarum: & si non eadẽ, tamen multa ciusdem potentiæ. Ambulauit dominus super mare, iussit & Petrum. Nũ-
Ioan. 14. quid non ibi erat ipse dominus quando se diuisit mare, vt Moyses cum populo Israel transiret? Idem dominus illa faciebat: qui fecit ista per carnem suam, ipse illa faciebat per carnem seruorum suorum. Illud tamen I. per seruos suos non fecit: nam ipse omnia faciebat, vt aliquis ipsorum mortuus esset, & resurgeret in vitam æternam. Quia ergo
3. Re. 17 possent dicere Iudæi cum miracula faceret
4. Re. 4. Helias, fecit hoc & Moyses, fecit hoc & ista dicere, quia & illi mortuos resuscitauerunt, & multa miracula fecerunt: propterea cum ab illo signum peteretur, proprium signum commendans quod in se solo futurũ
Ioã. 2. erat, ait, Generatio ista praua & amaricans signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis i corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Quo fuit Ionas in ventre ceti? Nonne vt postea viuus euomeretur? Hoc fuit infirmum dño, quod Ionæ cetus. Hoc signum pprium commendauit, hoc est, potẽtissimũ. Potentius est reuixisse mortuum, q̃ nõ fuisse mortuum. Multitudo potentiæ domini secundum quod homo factus est, in virtute resurrectionis apparet. Hanc commendat Phil. 3.
& Apostolus cum dicit. Non habens eam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est p fidem Christi, quæ est ex deo iustitia in fide ad cognoscendum eum & virtutem re-M surrectionis eius. Sic commendatur & alio 2. Co. 13
loco, Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit in virtute dei. Cum ergo ista magna potentia domini in resurrectione intelligatur, vnde titulum Psalmus iste accepit, quid sibi vult in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui: nisi vt sic intelligas, ideo tibi mentientur inimici tui vt crucifigaris, ideo crucifigeris vt resurgas? Mendacium ergo illorum ad commendandum multam potentiam tuam valebit. Quare solent inimici mentiri? Vt potentiam cuiusque minuant de quo mentiuntur. Tibi, inquit, contrarium accidit. Nam minus apparet potentia tua, si illi tibi non mentirentur. Attendite & ipsum mendacium falsorũ testium in Euangelio, & videte quia de resurrectione est. Cum. n. domino dictũ esset, quod signum ostendis nobis, quia ista facis: excepto eo quod dixerat de Iona, per aliam Mat. 12.
similitudinem hoc ipsum item dixit: vt noueritis hoc proprium signum maxime commendatum, Soluite templum, inquit, hoc, & Ioan. 2.
in tribus diebus excitabo illud. Et illi dixerunt, Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, & tu in triduo excitabis illud? Et Euangelista, quid illud esset, exponens, Hoc autem, inquit, dicebat Iesus de tẽ- Ibidem.
plo corporis sui. Ecce hanc potentiam suã hominibus se demonstraturum dicebat: vn
A de similitudinem de templo dederat, ppter carnem suam, quę erat templum latentis in tus diuinitatis. Vnde Iudæi templum foris videbant, numen intus habitans non videbant. Ex istis verbis domini concinnauerunt falsi testes mendacium quod contra eum dicerent, ex his ipsis vbi commendauit resurrectionem suam futuram loquens de templo. Dixerunt enim falsi testes aduersus eum, cum quæreretur ab eis quid illum audissent dixisse blasphemum: audiui- Mat. 26.
mus enim eum dicentem, Soluam templũ hoc, & post triduum reædificabo illud. Post triduum resuscitabo audierant, soluam non audierant, sed audierant, soluite. Vnde verbum mutauerunt & paucas literas, vt falsum

sum testimonium molirentur. Sed cui mutas verbū ò humana vanitas,ò humana infirmitas?Verbo incōmutabili verbum mutas? Mutas tu tuum verbū,nunquid mutas dei verbum?Vnde alio loco dicitur,Et men
Psal,26. tita est iniquitas sibi.Quare ergo tibi men titi sunt inimici tui ò domine, cui iubilat omnis terra ? In multitudine potentiæ tuæ mentiētur tibi inimici tui.Dicunt,soluā:cū tu dixeris,soluite.Quare te dixerunt dixisse,soluā:& non dixerunt quod tu dixisti,sol
B uite?Vt quasi ipse se à crimine soluti templi defenderent sine causa.Christus.n.quia voluit mortuus est,& tamen vos occidistis.Ecce concedimus vobis ò mendaces, ipse soluit templum. Dictum est enim ab Aposto-
Gala. 2. lo,Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Dictum est de patre,Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus
Rom.8. tradidit illum. Si ergo pater filium tradidit,& filius semetipsum tradidit,Iudas quid fecit ? Pater tradendo filiū ad mortem pro
Mat.26. nobis,bene fecit: Christus tradēdo seipsum pro nobis,fecit bene: tradendo Iudas magistrum pro auaritia sua,fecit male. Non.n. quod nobis præstitum est de passione Christi,malitiæ Iudæ deputabit. Habet ille mercedem malitiæ,Christus laudē gratię.Prorsus ipse soluerit templum, ipse soluerit qui
Ioan. 2. dixit, Potestatem habeo ponendi animam
Ioan.10 meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam:nemo tollet eam à me, sed ego ipse pono eam à me,& iterum sumo eam. Ipse soluit templum gratia sua, non malitia vestra.In multitudine potentiæ tuæ mentien
Mat. 27 tur tibi inimici tui. Ecce mentiuntur,ecce
Ioan.19 creditur eis,ecce opprimeris, ecce crucifige
C ris,ecce insultatur tibi, ecce caput agitatur, Si filius dei es, descende de cruce. Ecce qñ vis animam ponis, & lancea latus percute-
Mat. 28 ris,& sacramenta de latere tuo defluunt,de poneris de ligno,inuolueris linteaminibus, poneris in sepulchro,adduntur custodes ne tollant te discipuli tui: venit hora resurrectionis tuæ, terra concutitur, monumenta scinduntur,resurgis occultus,appares manifestus. Vbi sunt ergo illi mendaces?Vbi est falsum testimonium maleuolentiæ?Nonne in multitudine potentiæ tuæ mentiti sunt tibi inimici tui?.Da & illos sepulchri custodes,referant quid viderint, accipiant pecuniam & ipsi mentiantur. Dicant etiam ipsi moniti peruersi à peruersis,dicant à Iudæis corrupti, qui in Christo noluerunt esse integri,dicant,Mentiantur etiam ipsi, Quid dicturi sunt ? Dicite, videamus,mentimini
dicturi estis? Cum dormiremus nos, & vos in multitudine potentiæ domini. Quid dicturi estis? Cum dormiremus nos, venerunt discipuli eius & abstulerunt eum de monumento.O vere stultitia dormiens, aut vigilabas,& prohibere debuisti:aut dor. miebas,& quid sit gestum nescisti. Accesse. runt & ipsi mendacio inimicorum : auctus est & numerus mentientium, vt augeretur merces credentium,quia in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui. Ergo mentiti sunt, in multitudine potentiæ tuæ mentiti sunt. Apparuisti contra mendaces veracibus, & apparuisti eis veracibus, quos tu veraces fecisti. Remaneant Iudæi in mendacijs suis, quia tibi in multitudine potentiæ tuæ mentiti sunt: fiat quod sequitur, Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo altissime.) Pauloante humillime,modo altissime. Humillime inter manus mentientium inimicorum:altissime super verticem laudantium angelorū. Omnis terra adoret te & psallat tibi,psallat nomini tuo altissime. Venite & videte opera domini.)O gentes,ò vltimæ nationes,re linquite Iudæos mentientes, venite confitentes. Venite & videte opera domini. Terribilis in consilijs super filios hominum.) Filius hominis & ipse quidem dictus est, & vere filius hominis factus est. Vere filius hominis in forma dei:vere filius hominis in forma serui.Sed nolite formam istam serui ex aliorum similium conditione pensare. Terribilis est in consilijs super filios hominum. Machinati sunt filij hominum consilium ad crucifigendum Christum, crucifixus excæcauit crucifigentes. Quid ergo fecistis filij hominum machinando acuta consilia aduersus dominum vestrum, in quo latebat maiestas, & apparebat infirmitas? Vos machinati estis consilia perdendi, ille excæcandi & saluandi: excæcandi superbos, saluandi humiles. Ad hoc autem superbos istos excæcandi, vt cæcati humiliarentur : humiliati confiterentur : confessi illuminarentur. Terribilis in consilijs super filios hominum. Vere terribilis : ecce cæcitas ex parte in Israel facta est. Ecce Iudæi ex quibus natus est Christus, foris sunt : ecce gentes quæ contra Iudæam erant, in Christo intus sunt. Terribilis in consilijs super filios hominum. Propterea quid fecit terrore consilij

consilij sui? Conuertit in mare aridā. Hoc enim sequitur, Qui conuertit mare in aridam.) Mare erat mundus amarus falsitate, turbulentus tēpestate,sæuiēs fluctibus pse
Ps. 106. cutionū,mare erat. Certe in aridā conuersum est mare: mō sitit aquam dulcem mundus,quia falsa plenus erat. Quis hoc fecit?
Psal. 142. Qui conuertit mare in aridam. Iam animā gentium omniū quid dicit? Anima mea velut terra sine aqua tibi. Qui conuertit mare in aridam. In flumine pertransibunt pede.) Illi ipsi qui conuersi sunt in aridam, cum essent antea amari,in flumine pede p
transibūt. Quid est flumē? Flumē est omnis mortalitas seculi. Vide flumen,alia veniūt & transeunt.alia transitura succedunt. Nō sic fit in aqua fluminis, quæ de terra nascitur & manat? Omnis qui natus est,cæ-
dere oportet nascituro : & omnis iste,ordo rerum labentium, fluuius quidem est. In illum fluuium nō se mittat cupida anima, non se mittat,stet. Et quomodo transiet de lectationes rerum perituraru? Credat in Christum,& facile pertransibit pede,transibit illo duce,pede transibit. Quid est pede transire ? Facile transire, & non grat equū vt transeat, non erigatur superbia ad transitū. In flumine pertransibunt pede. Ibi secundum flumen:humilis trāseat, & ocyus iocundabimur in ipso.) In bonis operibus iocundare.O Iudęi,de vestris operibus gloriamini, deponite superbiam gloriandi de vobis,sumite gratiam iocundandi in Christo,Ibi enim iocundabimur,sed non in nobis:ibi iocundabimur in ipso. Quando iocundabimur? Cum flumen trāsierimus pede,vita æterna promittitur,resurrectio promittitur, ibi caro nostra iam non erit fluuien. Flumen.n.modo est, quando mortalis. Videte si stat aliqua ætas,Pueri crescere volūt & nesciūt Q spatiū vitæ suæ annis succedētib. minuit. Nō.n.addunt anni, sed trahunt crescētibus,sicut aqua fluminis pr
sus accedit,sed à fonte recedit:& volunt crescere pueri vt careāt dominatu maiorum. Ecce crescunt,agitur cito,perueniunt ad iuuentutem. Qui excesserunt pueritiam, si posint teneant iuuentutem. Transit & ipsa, senectus succedit : vel senectus æterna succedat,vel senectus æterna sit : morte autem transit,ergo fluuius est carnis nascentis. In hunc fluuium mortalitatis nemo se mortalium rerum concupiscentia subuertat ne rapiatur: facile trāsit qui humiliter, id est,pe-
de transit,duce illo qui prior transit, qui de torrēte in via vsque ad mortem bibit, propterea exaltauit caput. Tranieuntes ergo pede fluuium istum,id est, facile transeūtes mortalitatem istam fluentem, ibi iocundabimur in ipso. Modo autem in quo nisi vel in ipso,vel in spe ipsius ? Et si enim iocundamur modo,in spe iocundamur, tunc aūt in ipso iocundabimur : & modo in ipso,sed per spem:tunc autem facie ad faciem, ibi io
1.Co.13 cundabimur in ipso. In quo?Qui damnat H in virtute sua in æternum.) Nam nos quā
Gene.3. virtutem habemus? Nunquid æternam? Si æterna, esset virtus nostra, non lapsi essemus,non cecidissemus in peccatum,nō meruissemus mortalitatem pœnalem. Ille voluntate suscepit,quo nos meritū nostrū deiecit.Qui dñatur in virtute sua in æternū, eius participes efficiamur, in cuius virtute nos erimus fortes,ille autem in sua.Nos illuminati,ille lumen illuminans: nos auersi ab illo contenebramur, ille auerti à se non potest. Calore ipsius accendimur,vnde recedentes frigueramus, accedentes rursum accendimur. Ergo dicamus ei vt custodiat nos in virtute sua quia in ipso iocundabimur qui dominatur in virtute sua in æternum.Sed non hoc solis Iudæis prēstitit credentibus, quia multum se extulerunt Iudæi de virtute sua præsumentes : postea cognouerunt in cuius virtute fuerunt salubriter fortes,& quidam eorū crediderunt, sed nō sufficit Christo. Multū est quod dedit, magnum pciū dedit,nō pro solis Iudæis debuit valere quod dedit. Oculi eius sup gētes respiciunt.) Ergo oculi eius super gētes respiciūt.Et quid facimus? Murmurabunt Iudæi,dicturi sunt Iudæi,quod nobis, hoc & illis: nobis Euāgeliū,illis Euāgeliū:nobis gram resurrectionis, & illis gram resurrectionis:nihil nobis pdest qd nos legē acce-I pimus,& in iustificationib. legis vixim us, & tenuimus præcepta patrum ? Nihil valebit hoc illis quod nobis. Non litigent,non contendant. Qui amaricant non exaltentur in semetipsis. O caro misera & tabescens, nonne peccatrix es ? Quid clamat lingua tua ? Attendatur conscien-
Rom.2. tia. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Agnosce te infirmitas humana, accepisti legem vt & præuaricatrix legis esses. Non enim tenuisti & implesti quod accepisti. Accesit tibi ex lege non iustificatio quā lex iubet, sed puaricatio

Rom.5. tio quam tu fecisti. Si ergo abundauit pctm̃, quid inuides superabundanti gratiæ? Noli amaricare, quia qui amaricant non exalten tur. Quasi maledixisse videtur, qui amaricant non exaltentur, immo exaltentur, sed non in seipsis. Humiliẽt in seipsis, exalten

Mat.23. tur in Christo. Qui.n.se humiliat exaltabi tur, & qui se exaltat humiliabit. Qui amaricant, non exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes deum nr̃m.) Ecce repulsi sunt qui amaricant, reddita est illis ratio: aliqui conuersi sunt, aliqui superbi remanserunt.

K Non vos terreant qui gr̃am euangelicam

Gen.12 inuident gentibus, iam venit semen Abrahæ, in quo benedicentur oẽs gentes. Benedicite eum in quo benedicimini, benedicite gentes deum nostrum. Et audite vocẽ laudis eius.) Ne vosipsos laudetis, sed ipsum laudetis. Quę est vox laudis eius? Quia gratia ipsius sumus, quicquid boni sumus. Qui posuit animam meam in vitam.) Ecce vox laudis eius. Qui posuit animam meam in vitam. Ergo in morte erat. In morte erat, quia in te erat. Inde est quòd non debuistis exaltari in vobismetipsis. Ecce in morte

Ioan.14 erat in te. Vbi erit in vita nisi in illo qui dixit, Ego sum via, veritas & vita? Quo qui busdam credentibus ait Apostolus, Fuistis

Ephe.4. aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in dño? Tenebrę ergo in vobis, lux in dño, sic mors in vobis, vita in domino. Qui posuit animã meam in vitam, Ecce posuit animam nostram in vitam, quia credimus in eum qui in vitam posuit animam nostram. Sed quid deinde opus est, nisi vt perseueremus vsque in finem? Et hoc quis dabit, nisi de quo consequenter dictum est? Et non dedit in motum pedes meos.) Ipse posuit animam meã in vitam, ipse regit & pedes ne nutent, ne moueantur & dentur in motum, & ipse nos faciet viuere, ipse perseuerare vsque in finem, vt in æternum viuamus. Et non de-

L dit in motum pedes meos. Quare hoc dixi-

Mat.10. & 24. sti, & non dedit in motum pedes meos? Quid.n.passus es, aut quid pati potuisti vt mouerentur pedes tui? Quid? Audi quæ sequantur. Quare dixi, non dedit in motum pedes meos? Quia multa passuri sumus, de quibus mouerentur de via pedes nostri, nisi ipse regeret eos, & in motum non daret. Quæ sunt ista? Quoniã probasti nos deus, igniisti nos sicut ignitur argentum.) Non igniisti sicut fœnum, sed sicut argentum: adhibendo nobis ignem, non in cinerem conuertisti, sed sordes abluisti. Igniisti nos sicut ignitur argentum. Et vide quomodo sæuit deus in illos, quorum animam posuit in vitam. Induxisti nos in muscipulã.) Nó vt capti moreremur, sed vnde liberati exiremur. Posuisti tribulationes in dorso nostro.) Erecti enim male, superbi eramus, male erecti curuati sumus, vt curuati bene erigeremur. Posuisti tribulationes in dorso nostro. Imposuisti homines super capita nostra.) Hęc omnia passa est Ecclesia vartijs & diuersis persecutionibus: passa est hoc & sin gillatim, & modo patitur etiam. Non enim quisquam est qui se in hac vita ab his tentationibus, posit dicere immunem. Ergo imponũtur & homines super capita nostra, toleramus quos nolumus, patimur superio res aliqñ, quos nouimus peiores. Peccata autem si desint, bene superior est homo: quanto autem plura assunt, tanto est inferior. Et bonum est vt consyderemus nos peccatores esse, & sic toleremus impositos super capita nostra, vt & nos deo confitemur, quã digna patimur. Quid enim indigne pateris, quod facit qui iustus est? Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Sæuire videt deus cum ista facit, ne metuas quoniam pater est, nunquam sic sæuit vt perdat. Quando male viuis si parcit, plus iratcitur. Omnia istæ tribulationes flagella sunt corrigentis, ne sit sententia punientis. Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam.) Ignis & aqua vtrunque pericolosum est. In hac vita, certe videtur aqua ignem extinguere, & ignis vitam aquam siccare. Ita & ipsæ tentationes sunt, quibus abundat hæc vita. Ignis vrit, aqua corrumpit: vtrunque metuendũ, & vstio tribulationis, & aqua corruptionis. Quando sunt res angustæ & aliquæ infelicitates sunt in hoc mundo, quasi ignis est. quando sunt res prosperæ & abundantia seculi circunfluit, quasi aqua est. Vide ne te ignis exurat, ne aqua corrũpat. Firmus esto aduersus ignem, coqui te oportet, tanquam vas fictum mitteris in caminum ignis, vt firmetur quod formatum est. Vas ergo qd in igne formatum est, aquam non timet: vas autem si soldatum igne non fuerit, cita quam lutum aqua soluetur. Noli festinare ad aquam, per ignem transi ad aquam, vt transeas & aquam. Propterea & in sacra-

mentis & in catechizando & in exorcizan do adhibetur prius ignis. Nam v nde plerũ que immundi spiritus clamant ardeo, si ille ignis non est? Post ignem autem exorcis mi venitur ad baptismum, vt ab igne ad aquam, ab aqua in refrigerium. Quod autem in sacramentis aqua baptismi, hoc etiã in tentationibus huius seculi angustia timo ris. Accedit prima vice ignis, postea ablato timore metuendum est ne fœlicitas corrũpat mundana. Cum autem te ignis crepare non suffecerit, & in aquam non merseris, sed enatueris, per disciplinam transis ad re quiem, & transiens per ignem & aquã edu ceris in refrigerium. Quarum enim rerum signa sunt in sacramentis, ipsæ res sunt in illa perfectione vitæ æternæ. Iam cũ transierimus ad illud refrigerium fratres charissimi, nullum ibi timebimus inimicum, nullum tentatorem, nullum inuidum, nullum ignem, nullam aquam, perpetuum ibi refrigerium erit. Refrigeriũ propter quietem dicitur: nam si dicas calorem, verum est. Si dicas refrigerium, verum est. Si.n.refrigeriũ male accipias, quasi torpescimus ibi, non autem torpescimus ibi, sed requiescimus: nec quia calor dicitur, æstuabimus ibi, sed feruemus spiritu. Attende ipsum calorem in alio Psalmo, Nec est qui se abscõdat à calore eius. Quid dicit & Apostolus? Spiritu feruentes. Ergo transiuimus per ignem & aquam. Et eduxisti nos in refrigerium.) Attende quia non tm̃ de refrigerio, sed nec de ipso igne optabili tacuit. Introibo in domum tuam in holocaustis.) Quid est holocaustum? Totum incensum, sed igne diuino. Holocaustum.n.dicitur sacrificium cum totũ accenditur. Aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Quando totum ardet, & totum consumitur igne diuino, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidẽ holocaustum sacrificium, sed non omne sacrificiũ holocaustum. Holocausta.n.promittit, cor pus Christi loquitur, vnitas Christi loquitur, Introibo in domum tuam in holocausta. Totum.n.meum consumit ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totũ sit tibi. Hoc autem erit in resurrectione mortuorum, quando & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet quod scriptum est, Absorpta est mors in victoria. Victoria quasi ignis diuinus est, cum absorbet & mortem

Psal.17. dat à calore eius. Ho.12.

nostram, holocaustum est, Non remanet culpabile aliquid in spiritu, totum ex mortali vita consumetur, vt in æterna vita consumatur, vt a morte seruemur in vitam. Erunt ergo illa holocausta. Et quid erit in holocaustis? Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.) Quæ est distinctio in votis? Hæc est distinctio, vt te accuses, illum laudes: te intelligas creaturam, illum creatorem: te tenebras, illum illuminatorẽ, cui dicas, Tu illuminabis lucernam meam Psal.17. dñe, deus meus illumina tenebras meas. Nam quando dixeris, ò anima, quia ex te D tibi lucet, ne distingues, Si non distingues non reddes vota distincta. Redde vota distincta, confitere te mutabilem, illum incõmutabilem, confitere te sine illo nihil esse, ipsum autem sine te perfectum esse: te indigere illo, illum autem tui non indigere. Clama ad illum, Dixi domino, deus meus Psal.15. es tu, quoniam bonorum meorum non indiges. Iam eo q̃ te in holocaustum assumit deus, non ille crescit, non ille augetur, non ille ditior, non ille instructior fit, tibi est melius quicquid de te pro te facit, non ei qui facit. Hæc si discernas, reddis vota deo tuo, quæ distinxerunt labia tua. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum, in tribulatione mea.) Quã dulcis est sæpe tribulatio, quam necessaria est tibi. Quid ibi locutum est os ipsius in tribulatione sua? Holocausta medullata offeram tibi.) Quid est medullata? Intus teneam charitatem tuam, nõ erit in superficie, in medullis meis erit quod diligo te. Nihil.n.interius medullis nostris, Interiora ossa sunt carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in su- E perficie colit deum, magis placere vult hominibus. Aliud autem intus sentiens, non offert holocausta medullarum, cuius autẽ medullam inspicit, ipsum totũ accipit. Holocausta medullata offeram tibi. Cum incenso & arietibus.) Arietes sunt duces Ecclesiæ. Totũ corpus Christi loquitur, hoc est, quod offert deo incensum. Quid oratio cum incenso & arietibus? Maxime.n. arietes erant pro gregibus. Offeram tibi boues cum hircis.) Boues inuenimus triturantes, & ipsi offeruntur deo, Apostolus de annunciatoribus euangelij dixit intelligen 1.Co.6. dum quod scriptum est, Boui trituranti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad deum? Ergo magni illi arietes, ma-

gni boues. Quid reliqui qui forte conſcij ſunt aliquorum peccatorum, qui forte in ipſo itinere lappſi ſunt, & ſauciati per pœnitentiam ſanantur? Nunquid & ipſi remanebuut, & ad holocauſta non pertinebunt? Ne ipſi timeant addidit & hircos. Holocauſta, inquit, medullata offeram tibi, cum incenſo & arietibus, offeram tibi boues cum hircis, Adiunctione ipſa ſaluantur hirci, per ſe non poſſunt accipi, adiuncti bobus accipiuntur. Talibus enim dictum eſt, Facite
Luc.16. vobis amicos de mammona iniquitatis, vt
F & ipſi recipiant vos in æterna tabernacula. Ergo illi hirci non erunt a ſiniſtris, quia fecerunt ſibi amicos de mammona iniquitatis. Qui autem hirci ad ſiniſtram? Quibus
Mat.25. dicetur, Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, non qui peccata ſua eleemoſynis redemerunt, Venite audite, & narrabo omnes qui timetis deum.) Veniamus, audiamus quid narraturus eſt. Venite audite, & narrabo. Sed quid? Venite audite & narrabo omnes qui timetis deum. Si deum non timetis, non narrabo. Non eſt quibus narretur, vbi dei timor non eſt. Dei timor aperiat aures, vt ſic quod intret, & qua intret, quod narraturus ſum. Sed quid eſt narraturus? Quanta fecit animæ meæ,) Ecce narrare vult. Sed quid eſt narraturus? An forte quantum pareat terra, quantum diſtendatur cœlum, & quot ſint ſydera, & quæ ſint vices ſolis & lunæ? Iſta creatura peragit ordinem ſuum, qui multum eam curioſe quæſierunt, eius creatorem ignorauerũt. Illud audite, illud accipite, o qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ, Si vultis & veſtræ eſt: Quanta fecit animæ meæ? Ad ipſum ore meo clamaui:) Et hoc ipſum factum dicit animæ ſuæ, vt ad ipſum ore ſuo clamaret, factum eſſe dicit animæ ſuæ.

G Ecce fratres gentes eramus, & ſi non in no-
2.Co.12 bis in parentibus noſtris: Et quid dicit Apoſtolus? Scitis quando gentes eratis, ad ſimulacra ſine voce quodammodo aſcendebatis inducti. Dicat nunc Eccleſia quanta fecit animæ meæ, ad ipſum ore meo clamaui. Olim ad lapidem clamabam, ad lignum ſurdum clamabam, ſimulacris ſurdis, mutis loquebar, iam imago dei conuerſa eſt ad crea-
Hier. 2. torem ſuum. Qui dicebam ligno, pater
Matt. 6. meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti: modo dico, Pater noſter qui es in cœlis. Ad ipſum ore meo clamaui. Ore meo iam non
1 Pet. 1. ore alieno, Quando clamabã ad lapides in vna conuerſatione paternæ traditionis, ore alieno clamabam: quando clamaui ad dominum, quod ipſe donauit, quod ipſe inſpirauit. Ad ipſum ore meo clamaui. Et exaltaui ſub lingua mea.) Quid é clamaui ore meo, & exaltaui ſub lingua mea? Ipſum publice prædicaui, ipſum in ſecreto confeſſus ſum. Parum eſt deum exaltare lingua, ſed & ſub lingua, vt quod certus loqueris, hoc tacitus cogites, Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea. Vide quàm vult in ſecreto eſſe integer, qui in ſecreto offert hoſtia medullata. Hoc agite fratres, hoc imitamini, vt dicatis, venite, audite quanta fecit animæ meæ. Omnia enim quæ enarrat, ipſius gratia fiunt in anima noſtra. Videte & alia quæ dicat, Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus.) Conſyderate modo fratres, quàm facile, quam quotidie homines erubeſcentes in hominibus iniquitates accuſant, Male fecit, perdite fecit, ſceleratus homo eſt, hoc forte propter homines dicit. Vide ſi non in corde tuo conſpicis iniquitatem, ne forte quod de tuo conſpicis iniquitatem, ne forte quod reprehendis in altero, cogites facere, & ideo in illum clamas, non quia feci t, ſed quia inuentus eſt. Redi ad te intus, eſto tibi iudex. Ecce in cubiculo tuo abſcondito, ipſa vena intima cordis tui vbi tu ſolus es & ille qui videt illic tibi diſpliceat iniquitas, vt placeas deo. Noli illam reſpicere, id eſt, noli illam diligere, ſed potius deſpice, id eſt, contemne & auertere ab ea. Quicquid lætum promiſerit vt illiciat ad peccandum, quicquid triſte minatum fuerit, vt impellat ad malefaciendum, totum nihil eſt, totum tranſit, deſpici dignum eſt vt calcetur, non conſpici vt acceptetur. Suggerit enim aliquando per cogitationes vel per verba colloquio
tium malorum. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala: tu noli ea reſpicere. Sed parum eſt in vultu, parum eſt in lingua, in corde noli reſpicere: id eſt, noli diligere, noli acceptare. Nam reſpectum pro dilectione poni quotidianum eſt, promo quia de deo dicimus, reſpexit me. Quid eſt, reſpexit me? Ante enim te non videbat? Aut rurſum attendebat, & preciuus tuis commonitus eſt, vt in te oculos mitteret? Videbat te & ante, ſed reſpexit me, dilexit me. Et homini qui te videt, & rogas eum, dicis, vt miſereatur tui, reſpice me. Videt te, & dicis, reſpice me. Quid eſt, reſpice me? Dilige, attende, miſerere mei. Ergo non ideò dixit, iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo, quia omnino nulla iniquitas ſuggeritur cordi humano: Ibi ſuggerit, non ceſſat ſuggeſtio, ſed non fiat reſpectio. Si.n. reſpicis iniquitatẽ, retro aſpicis, & incurris ſententiã dñi dicentis in Euangelio,
Luc.9. Nemo ponens manum ſuper aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Quid ergo debeo facere? Quod ait Apoſtolus,
Phil.3. Quæ retro oblitus, in ea q̃ ante ſunt extentus. Retro.n. noſtra omnia quæ trãſierunt, iniqua ſũt. Nemo ex bono venit ad Chriſm, oẽs peccatores fuerunt, oẽs peccauerunt, ſed credendo iuſtificantur. Perfecta iuſtitia nõ erit, niſi in illa vita: tũ ad profectum & mores boni ab ipſo inſpirantur, ab ipſo donantur. Noli ergo tua merita computare, noli. Et ſi ſuggeritur iniquitas, noli conſentire. Quid enim ait? Iniquitatem ſi conſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Proinde exaudiuit me deus.) Quia iniquitatem non conſpexi in corde meo. Et intendit voci orationis meæ.) Benedictus deus meus, qui non amouit deprecationem meã & miſericordiam ſuam à me. Tenet ſenſum ab eo loco vbi ait. Venite audite & narrabo vobis omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ, & dixit quæ audiſtis, & ad finem ita concluſit: Benedictus deus meus qui non amouit deprecationem meam & miſericordiam ſuam a me.) Sic enim peruenit ad reſurrectionem iſte qui loquitur vbi iam & nos ſpe ſumus, immò & nos ſumus, Etenim noſtra vox iſta eſt. Quandiu ergo hic ſumus hoc rogemus deum, vt non a nobis amoueat deprecationem noſtram, & miſericordiam ſuam: id eſt, vt perſeueranter oremus, & perſeueranter miſereatur. Multi enim langueſcunt in orando, & in noxitate ſuæ conuerſionis feruenter orant, poſtea languide, poſtea frigide, poſtea negligenter, Quaſi ſecuri ſunt. Vigilat hoſtis, dormis tu. Ipſe dominus præcepit in euangelio, Quia oportet ſemper orare & non deficere. Et dat ſimilitudinem de illo iniquo iudice, qui nec deum timebat, nec hominem reuerebatur, quem interpellat iſta vidua quotidie vt audiret eam, & ceſſit, tædio, qui non flectebatur miſericordia, & ait Si iudex nequam, Si nec deum timeo, nec homines reuereor, vel propter tædium qđ mihi quotidie facit hæc vidua, audiam causam eius & vindicabo eam. Et ait dominus, Si iudex nequam hoc fecit, pater veſter nõ vindicabit electos ſuos, qui ad eum clamant die ac nocte? Ita dico vobis, facit iudicium eorum cito. Ergo non deficiamus in oratione. Ille quod conceſſurus eſt, & ſi differt, non aufert. Securi de pollicitatione ipſius non deficiamus orando, & hoc ex beneficio ipſius eſt. Propterea dixit, Benedictus deus meus, qui non amouit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me. Cum videris non a te amotam deprecationem tuam, ſecurus eſto quia non eſt a te amota miſericordia eius.

In Pſalmum ſexageſimumſextum, Enarratio.

MEminit charitas veſtra in duobus Pſalmis, qui iam tractati ſunt, exhortatos nos fuiſſe animam noſtram vt benediceret dominum, & pio cantu dixiſſe, Benedic anima mea dominum. Si ergo hor- Pſ.102.
tati ſumus in illis Pſalmis animam noſtrã, vt benediceret dominum, in hoc Pſalmo recte dicitur: Deus miſereatur noſtri, & benedicat nos.) Benedicat anima noſtra dominum, & deus benedicat nos. Cum benedicit nos deus, nos creſcimus: & cum nos benedicimus dominum, creſcimus: vtrunque nobis prodeſt. Non augetur ille benedictione noſtra, nec minuitur maledictione noſtra. Qui maledicit domino, ipſe minuitur: qui benedicit dominum, ipſe augetur. Prior eſt in nobis benedictio domini, & conſequens eſt, vt & nos benedicamus dominum. Illa pluuia, iſte fructus eſt. Ergo redditur tanquam fructus agricolæ deo, compluenti nos & colenti. Cantemus iſta deuotione, non ſterili, non inani voce, ſed vero corde. Apertiſsime enim deus pater dictus eſt agricola: Apoſtolus dicit, Dei 1.Co.3.
agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. In rebus huius mundi viſibilibus, vitis non eſt ædificium, & ædificium non eſt vinea. nos autem vinea dñi ſumus, quia colit nos ad fructũ. Aedificiũ dei ſumus, quia colit nos A
& habitat in nobis. Et quid ait idem Apoſtolus? Ego plãtaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Ergo neque qui plãtat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Ille ergo incrementum dat, nunquid forte iſti ſunt agricolæ? Agricola.n. dicitur qui plantat & qui rigat. Dixit autem Apoſtolus, Ego plantaui, Apollo rigauit. Quærimus vnde ipſe hoc fece- 1.Co.15
rit?

rit? Respondit Apostolus, Non ego aũt sed gratia dei mecũ. Ergo quocunque te verteris, siue per angelos deũ inuenies agricolam tuũ: siue p prophetas, ipse est agricola tuus: siue per Apostolos, eundem ipsum agnosce agricolã tuum. Quid ergo nos? Fortasse operarij sumus agricolæ illius, & hoc ipsum ab ipso impartitis viribus, & ab ipo donata gratia. Ipse ergo & colit & incrementum dat, Agricola aũt homo vineam colit hactenus, vt aret, putet, adhibeat cætera quæ pertinẽt ad agricolarum diligentiã pluere vineæ sue non potest. Quod si forte irrigare potest, de cuius potest? Ipse ducit quidem in riuum, sed deus implet fontem. Postremo in vinea sua incrementum dare sarmentis non po-
B test, formare fructus non potest, modificare semina non potest, t pa gignendi temperare non potest. Deus autem qui omnia potest agricola noster est, securi sumus. Forte ait aliquis, Tu dicis agricolam nostrum esse deum, Imo ego Apostolos agricolas dico esse qui dixerunt, Ego plantaui, Apollo rigauit. Si ego dico, nemo credat, si Christus dicit, væ qui nõ credit. Quid ergo dominus
Ioan. 15 Christus ait? Ego sum vitis, vos sarmenta,
Ps. 142. pr meus agricola. Sitiat ergo terra & ẽdat voces. sitis sue, qm scriptum est, Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Dicat ergo terra nostra, nosipsi, pluuiam dei desyderãs, Deus misereatur nostri & benedicat nos. Illuminet vultum suum super nos.) Quæsituras eras fortasse quid est, benedicat nos. Multis modis se volũt homines benedici a deo. Alius benedici se vult vt habeat plenam domum necessarijs rebus huic vitæ: alius benedici se cupit vt obtineat salutem corporis sine labe: alius benedici se vult si forte ægrotat vt reparet sanitatem: alius desyderat filios, & forte contristatus quòd non nascantur, benedici se vult vt habeat posteritatẽ.
C Et quis enumerat diuersa vota hominum se a domino deo benedici cupientiũ? Quis autem nostrum dicturus est non esse illam dei benedictionem: si vel agricultura ei fructum ferat, vel domus cuiusque abundet copia rerum temporalium, vel ipsa corporis salus, aut teneatur ne amittatur, aut amissa reparetur? Fœcunditas etiam fœminarum, & casta vota filios desyderantium, ad quem pertinent nisi ad dominum deum? Qui enim creauit omnia quando non erant, ipse prolis successa facit permanere quod condidit. Facit hæc deus, donat hæc deus. Parum est nobis dicere, facit hæc deus, donat hæc deus, sed solus hæc facit, solus donat. Quid enim Facit hæc deus, si facit hæc aliquis non deus? Facit hæc deus, & solus facit. Et sine causa ista petuntur, vel ab hominibus vel a dæmonibus, & quæcunque bona accipiunt inimici dei, ab illo accipiunt: & cum ab alijs petunt & accipiunt, nescientes ab illo accipiunt. Quo cum puniuntur & putant se ab alijs puniri nescientes ab illo puniuntur, Sic & cum vegetantur, implentur, saluantur, liberantur, & si hoc nescientes, vel hominibus vel dæmonibus vel angelis tribuunt, non habent nisi ab illo penes quem potestas est omnium. Ad hoc dixerimus hæc fratres, vt quisquis etiam ista terrena forte, vel propter supplementa necessitatis, vel propter aliquam infirmitatem desyderat, non nisi ab illo desyderet, qui est fons omnium bonorum et creator & recreator vniuersorum. Sed alia sunt dona quæ dat deus & inimicis suis, alia quæ non seruat nisi amicis suis. Quæ sunt dona quæ dat deus & inimicis suis? Ea quæ numerauit. Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessarijs, aut soli boni, vel sani facti sunt, vel ab ægritudine conualescunt, aut soli boni filios habent, soli boni pecuniam, soli boni cætera apta huic vitæ temporali atque transeunti, Habent hæc & mali, & aliquando desunt bonis, sed desunt & illis q̃ istis potius abundant. Permixta ista tpalia deus esse voluit, quia si bonis solis esset, putarent & mali propter hæc colendum deum. Rursus si ea solis malis daret, timerent infirmi conuerti, ne ista illis forte deessent. Est enim adhuc anima infirma minus capax regni dei, nutrire illam debet deus agricola noster. Nam & quæque arboriam tempestates robore sustinet, cum de terra nascererur herba erat. Nouit ergo ille agricola, non solum robustas arbores putare atque purgare, sed etiam teneras in recenti ortu sepire. Propterea dilectissimi, vt dicere cœperam, si solis bonis darentur ista, oẽs pp hęc accipienda vellent conuerti ad deum. Rursus si solis malis darentur, timerent infirmi ne cum conuerterentur, amitterent quod soli mali haberent. Permixte data sunt & bonis & malis. Rursus si solis bonis auferentur, idem ille timor esset infirmorum nec conuerterentur ad deum. Rursus si solis malis auferentur, ipsa sola pœna putaretur, qua mali plectũtur. Quòd ergo dat ea bonis, consolatur itinerantes, q dat ea & malis, admonet bonos vt alia desyderent quæ non habent cum malis communia. Rursus bonis aufert ea quãdo vult, vt interrogent se de suis viribus, & inueniant se qui forte latebant se vtrum iã possint dicere, Dominus dedit, dns abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictum. Benedixit. n & illa anima dñm, & reddidit fructus compluta sagina benedictionis, Dominus dedit, dominus abstulit. Subtraxit data, sed non subtraxit datorem. Anima benedicta omnis simplex, non hærens terrenis rebus, nec visco implicatis pennis iacens, sed exerto nitore virtutis in geminis alis geminæ dilectionis exultat in auras liberas: & videt sibi subtractum esse quod calcabat, Psal. 61. dicit secura. Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Dedit & abstulit manet qui dedit, & abstulit quod dedit: sit ergo nomen eius benedictum. Ad hoc ergo ista auferuntur bonis. Sed ne quis forte infirmus diceret, quãdo ergo esse possem tantæ virtutis sicut sanctus Iob? Robur mi-
Iob. 6. naris arboris, quæ modo nata est? Hæc magna quam modo miraris, sub cuius ramis, & vmbra refrigeraris, virga fuit. Sed times ne tibi auferantur hæc, tu cum talis fueris, attende, quia auferuntur & malis. Quid te ergo differs a conuersione? Quod bonus timet amittere, forte amissurus malus es. Si bonus ea perdideris, adest consolator qui abstulit. Arca eximanita est auro, cor plenũ est fide. Foris pauper es, sed intus diues es. Diuitias tecum portas, quas non amitteres etiam si de naufragio nudus exires. Quod ergo forte perditurus es malus, cur non bonum te inuenit damnum, quandoquidem vides & malos pati damnum? Sed maiore illi damno feriuntur. Inanis est domus, ina-
D nior conscientia est. Quisquis malus ista perdiderit, non habet foris quod teneat, nõ habet intus vbi requiescat, Fugit hæc vbi damnum passus est, vbi se ab oculis hominum de diuitiarum ostentatione iactabat. Iam se in oculis hominum iactare non potest, ad se intro non redit, quia nihil habet.
Prou. 6. Non est imitatus formicam, non sibi colligit grana cum æstas esset. Quid dixi cum æstas esset? Cum esset vitæ tranquillitas, cum esset seculi huius erga illum prospe-

ritas, quando ei vacabat, qñ fœlix vocabatur ab omnibus, æstas ipsius erat, Imitaret formicam, si audiret verba dei, colligeret grana, & intus reconderet. Venerat tentatio tribulationis, superuenerat hyems torporis, tempestas timoris, frigus tristitiæ, siue damnum esset, siue salutis periculum, siue aliqua orbitas suorum, siue aliqua exhonoratio, siue humiliatio, hyems erat. Redit formica ad id quod æstate collegit, & intus in secreto suo vbi nemo videt, æstiuis laboribus recreatur. Quando sibi ista colligebat æstate videbant omnes, cum his pascitur in hyeme, nullus videt. Quid est hoc? Vide formicam dei, surgit quotidie, currit ad Ecclesiam dei, orat, audit lectionem, hymnum cantat, ruminat quod audit, apud se cogitat, recondit intus grana electa de area. Hæc ipsa quæ modo dicuntur qui prudentes audiunt, hoc agunt, & ab omnibus videntur procedere ad Ecclesiam, redire de Ecclesia, audire sermonem, audire lectionem, inuenire librum, aperire & legere, Omnia ista videntur cum fiunt. Formica illa est conterens iter, portans, & recondens iu cõspectu cernentium. Venit hyems aliquando, cui enim non venit? Accidit damnum, accidit orbitas, Cæteri miserentur forte vt miserũ qui non norunt quid intus habeat formica quod comedat. & dicunt, Miser ille cui hoc accidit, aut ille cui hoc accidit: quid illi credis animi esse? quomodo confectus est? Metitur ex se, comparatur ex viribus suis, & ideo fallitur, quia mensuram qua se metitur, vult afferre ad eum quem non nouit, Vides illum passum damnum, aut humiliatum, aut orbitate percussum, Quid credis? Iste ergo aliquid mali fecit, vt hoc illi contingeret, Tale cor habeant, aut talem animum inimici mei. Ignorans o homo, vere tu tibi inimicus es, qui per æstatem tibi non colligis quod iste collegit. Modo intus formica comedit labores æstatis, sed eam colligentem videre poteras, manducantem videre non potes. Ista fratres quantum dominus dedit, quantum suggerere & imbuere I
dignatus est infirmitatem & humilitatem nostram, quantum capimus pro modulo nostro, diximus quare det deus omnia ista permixta, & bonis & malis, & quare auferat & bonis & malis. Dedit tibi, non extollaris, abstulit tibi, non frangaris. Times ne auferat, bono potest auferat & malo. Melius ergo bonus quod dei est amittis, sed

deum tenes, Sic ergo & ille malus, ipsum hortamur. Passurus es damnum, qs nō passurus est orbitatem? Aliqs casus irruet, aliqua calamitas de transuerso, undecunq. plenus est mundus, exempla non cessant. Loquor tibi in æstate, grana quæ colligas non desunt. Attende ad formicam o piger, colli ge æstate cū potes, hyems colligere te non sinet, sed manducare sinet quod collegeris. Quā multi. n. tribulationem ita patiuntur, vt nō eis vacet, nec legere aliqd, nec audire aliquid, nec forte admittuntur ad eos q eos consolentur. Remansit formica in cauerna videat si collegit æstate aliqd quo se auocet hyeme. Sed modo quia benedicet nos deus, quare benedicet nos? Quā benedictionem petit hæc uox? Vt benedicat nos deus bñdi K ctione quā seruat amicis suis, quā solis bo-
Matt. 5. nis dat, Non pro magno appetas quod & mali accipiunt, Quia bonus deus facit illa, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Quid ergo pcipue bonis? quid præcipue iustis? Illuminet vultum suum super nos. Solis huius vultum illuminat sup bonos & malos, vultum tuum illumina super nos. Vident istam lucem cum pecoribus & boni & mali, Beati. n. mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt, Illuminet vultum suum sup nos. Geminus intellectus est, vterque dicendus est, Illumina, inquit, vultum tuum sup nos ostende nobis uultum tuum, Non enim aliquando illuminat uultum suum deus, quasi aliquando fuerit sine lumine, sed illuminat super nos, vt quod nos latebat, aperiatur nobis: & quod erat, sed nobis absconditum erat reueletur super nos, hoc est, illuminetur. Aut certe imaginem tuam illumina super nos, vt hoc dixerit, illumina uultum tuum super nos, impressisti nobis uultum tuum,
Gen. 1. fecisti nos ad imaginem & similitudinem tuam, fecisti nos nummum tuum, sed non debet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium sapientiæ tuæ, repellat tenebras L nostras, & fulgeat in nobis imago tua. Co-
Can. 1. gnoscamus nos imaginem tuam, audiamus quod dictum est in canticis canticorum, Nisi cognoueris temetipsam o pulcherrima inter mulieres. Dicitur enim Ecclesię nisi cognoueris temetipsam. Quid est hoc? Nisi cognoueris ad imaginem dei te factam, O anima Ecclesiæ præcioso redempta sanguine agni immaculati, attende quā ti ualeas, quid pro te datum sit cogita. Di-

camus ergo & optemus, illuminet uultum suum super nos. Gestamus uultum eius, quomodo dicuntur uultus imperatorum. Vere quidem facer uultus dei est in imagine ipsius, sed iniqui non cognoscunt in se imaginem dei. Vt illuminetur vultus dei super illos, quid debent dicere? Tu illumina nabis lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Sum in tenebris peccatorum, sed radio sapientiæ tuæ discutiant tenebræ meę. Appareat uultus tuus: & si forte appareat per me aliquantulum deformis effectus, à te reformetur, quod à te formatum est. Illuminet ergo vultum suum super nos. Vt cognoscamus in terra viam tuā.) In terra hac, in hac uita cognoscamus viam tuam. Quæ est via tua? Quæ ducit ad te. Agnoscamus quo eamus, ego M scamus qua eamus, utrunque in tenebris non possumus. Longe es à peregrinātibus, viam nobis porrexisti, per quam redeundum sit ad te. Agnoscamus in terra uiam tuam. Quæ est uia ipsius, quia hoc optauimus vt cognoscamus in terra uiam tuā? Quæsituri sumus eam nos, non per nos di- scituri. Possumus eam de euangelio discere, Ego sum uia, dominus ait, Christus di- cit, Ego sum uia. Sed times ne erres, adiecit, & ueritas. Quis errat in ueritate. Errat in veritate qui recesserit à veritate. Veritas Christus, uia Christus. Ambula. Times ne moriaris antequam peruenias, Ego sum uita, Ego sum, inquit, uia & ueritas & uita. Quasi diceret, quid times? Per me ambulas, ad me ambulas, in me requiescit. Quid ergo ait, Cognoscamus in terra uiam tuam, nisi cognoscamus in terra Christum tuum? Sed ipse Psalmus respondeat. Ne puteris ex alijs scripturis, adhibendum esse testimonium, quod forte hic deest, repetendo ostendit quid dixerit? Vt cognoscamus in terra uiam tuam. Et quasi tu quæreres, in qua terra, quam uiam? In omnibus gentibus salutare tuum in qua terra quæris? Audi, In omnibus gentibus. Quam uiam quæris? Audi, Salutare tuum. An forte Christus non est salutare ipsius? Et quid est quod dixit senex ille Simeon, senex ille in Euangelio seruatus annosus usque ad infantiam verbi? Accepit enim senex ille manibus suis infantem uerbum dei. Qui & in utero esse dignatus est, in manibus senis esse dedignaretur? Ille in

vtero virginis, qui in manibus senis, infirmus infans & intra viscera & in manibus senis, ad dandā nobis firmitatē, p quem facta sunt omnia. Et si omnia, & ipsa mater. Venit humilis, venit infirmus, sed indutus infirmitate mutanda: qa & si crucifixus est xps, ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Apostolus ait. Erat ergo in manibus senis. Et qd ait senex ille? Quid ait gratulās iam soluēdus hinc esset, videns suis manibus contineri à quo & in quo salus eius continebatur? Iam dimittis, inqt, dñe seruum tuum in pace, qa viderunt oculi mei salutare tuū. Ergo benedicat nos deus & misereatur nostri, illuminet vultum suū super nos, vt cognoscamus in terra viam tuā. In qua terra? In omnibus gētibus Quā viam? Salutare tuū. Quid sequitur, qa cognoscitur in terra via dei, qa cognoscitur in omnibus gentibus salutare dei? Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi, inqt, populi oēs.) Exiistit hæreticus & dicit, Ego in Africa populos habeo: & alius ex alia parte: & ego in Galatia populos habeo. Tu in Africa, ille in Galatia, ego illū qro qui vbique habet. Certe ad istam vocē exaltare vos ausi estis, qm audistis, confiteātur tibi populi deus. Audite sequentē versum, quia non de parte loquitur. Confiteātur tibi populi oēs. Ambulate in via cū omnibus gentibus, ambulate in via cum omnibus populis o filij pacis, filij vnicæ catholicæ ambulate in via, cantate ambulantes. Faciunt hoc viatores ad solamē laboris. Cantate vos in hac via, obsecro vos per ipsam viam cātate in hac via. Canticū nouū cantate, nemo ibi 1 Cor. 5. vetera cantet. Cātate amatoria patriæ vīæ, nemo vetera. Via noua, viator nouus, canticum nouū. Audi Apostolū hortantē te ad canticū nouū, Si qua igit in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce noua facta sunt. Canticū nouū cantate in via, quā cognouistis in terra. In qua terra? In omnibus gētibus Propterea & canticū nouū non pertinet ad patrē. Qui in parte cantat, vetus cantat. Quodlibet cantet, uetus cantat vetus homo cantat, Diuisus est, carnalis est. Certe in quantum carnalis est, intantū vetus: & in quantum spiritalis, intantum nouus. Vide quid dicat Apostolus, Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde illos probat carnales? Cū enim vnus dicit, Ego sum Pauli, alter vero, Ego Apollo: Nonne, inquit carnales estis?

Ergo in spiritu canticum nouum canta in via secura. Sicut viatores cantant, & plerunque in nocte cantant. Formidolosa circunstrepunt oīa vel potius non circunstrepūt, sed circunsilent: & quāto magis silētia tantomagis formidolosa, cantant tamen qui latrones timen: Quanto se curius cantas in Christo? Non habet via ista latronem, sit tu non deserendo viam, incidas in latronem. Canta, inquam, securus canticum nouum in via quam cognouisti in terra, hoc est in omnibus gentibus. Vide quia ipsum canticum nouum non recum cantat qui in parte esse voluit Cantate, inquit, domino omnis terra. Confiteantur tibi populi deus: Inuenerunt viam tuam, confiteantur. Ipsa cantatio confessio est, confessio peccatorum tuorum & virtutis dei. Tuam iniquitatem confitere, gratiam D dei confitere. Te accusa, ilium glorifica. Te reprehende, illum lauda, vt & ipse veniens, inueniat te punitorem tuum vt exhibeat se tibi saluatorem tuum. Quid enim timetis confiteri, qui inuenitis hanc uiam in omnibus gentibus? Quid timetis confiteri & in confessione vestra cantare canticum nouum cum omni terra? In omni terra, in pace catholica, confiteri times deo ne confessum damnet? Si non confessus lates, non confesus damnaberis. Times confiteri qui non confitendo esse non potes occultus, damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Et quia ista confessio non ad supplicum dicit: sequitur & dicit, Lætentur & exultent gentes.) Si plangunt ante hominem confessi latrones, lætentur ante deum confessi fideles. Si homo iudicet, exiget à latrone confessionem tortor & tumor, imò aliquando confessionem premit timor, exigit dolor: Et ille qui plangit intormentis, timet autem occidi confessus, portat tormenta quantum potest, & si uictus dolore fuerit, profert ad mortem uocem E suā. Nusquam ergo lætus, nusquam exultans, antequam confiteatur exarat ungula, cum confessus fuerit damnat carnifex, ducit miser vbique. Sed lætentur & exultent gentes. Vnde? Per ipsam confessionē. Quare? Quia bonus est cui cōfitentur. Ad hoc exigit confessionem, vt liberet humilem: ad hoc damnat nō confitentē, ut puniat su-

perbum. Ergo tristis esto antequam confitearis, confessus exulta, iam sanaberis. Non confitentis conscientia saniem collegerat, apostema tumuerat, cruciabat te, requiescere non sinebat: adhibet medicus fomenta verborum & aliquando secat, adhibet medicinale ferrũ in corruptione tribulationis: tu agnosce medici manum, confitere, exeat confessione & defluat ois sanies, Iã exulta, iam lætare, quod reliquum est facile sanabitur. Confiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi oẽs. Et quia confitent, lætentur & exultent gentes. Quoniam iudicas populos in æquitate.) Nemo se fallat, gaudeat iudicandus, qui timuit iudicaturũ. Præuidit. n. & præuenit faciem eius in confessione, ille autem populos cum venerit in æquitate iudicabit. Quid ibi valebit callidi tas accusatoris, vbi est testis conscientia, vbi
F tu eris & causa tua, vbi iudex non quærit testem? Aduocatum misi tibi, p̃p illum, & p illum confitere. Age causam tuã, & defensor est pœnitentis, & petitor veniæ cõfitentis, & iudex innocentis. Vere timere poteris causam tuam, vbi aduocatus tuus erit iudex tuus. Lætentur ergo & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate. Sed timere poterunt ne male iudicentur, dent se corrigendos, dent se dirigendos ei q̃ videt iudicandos. Hic corrigantur, & nõ timeant cum iudicabuntur. Vide quid dicat
Psal.53. in alio Psalmo, Deus in noie tuo saluũ me fac, & in virtute tua iudica me. Quid ait? Si non me prius saluas in noie tuo, debeo timere cũ me iudicabis in virtute tua. Si aũt me prius saluas in noie tuo, quid timebo iudicantem in virtute cuius salus præcesit in nomine? Sic etiã hoc loco confiteantur tibi populi omnes. Et ne putetis aliquid timendum in confessione, lætentur, inquit, & exultent gentes. Quare lætentur & exultent? Quoniam iudicas populos in æquitate. Nemo contra nos præmium dat, nemo te corrumpit, nemo te fallit, Ergo securus sis. Sed quid de causa tua? Nemo corrumpit Deum manifestum est, ne forte ideo magis timendus sit, quia corrumpi nullo modo potest. Quomodo ergo securus es secundum illud quod iam dictum est, Deus in noie tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me: sic & hic, Lætentur & exultent gentes quoniã iudicas populos in æquitate. Et ne timeant iniqui, subiecit, Et gentes in terra diriges.) Prauæ erant gentes, & tortuosæ erant gentes, peruersæ erãt gẽtes merito prauitatis & distortionis & peruersitatis suæ, iudicem venientem timebant. Venit manus ipsius, extenta est misericorditer in populos, diriguntur vt ambulent rectam viam, quid timeant venturum iudicem qui primo agnouerunt correctorem? Manibus eius dent se, ipse gentes in terra dirigit. Directe autem gentes ambulantes in fide, exultantes in illo, facientes opera bona: & si qua forte quoniam per mare nauigant, intrat aqua per minutissimas cauernas, per rimulas ad sentinam, exhauriendo eam per opera bona, ne plus intrando cumulum faciat, & nauim deprimat, exhauriant quotidie, ieiunando, orando, elcemosynas faciendo, dicendo puro cor Mat. 6
de, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Dicendo ista, ambula securus, & exulta in via, cantata in via, noli timere iudicem, Antequam esses fidelis timebas, sed iam inuenisti saluatorem, impium te quæsiuit vt redimeret, redemptum deseret vt perdat? Et gentes in terra diriget. Exultat, gaudet, hortatur, repetit eosdem versus in exhortatione. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum, Quem fructum? Confiteantur tibi populi omnes. Terra erat, spinis plena erat, Accessit eradicantis manus, accelsit vocatio maiestatis eius & misericordiæ, cœpit terra confiteri, Iam dat terra fructum suum. Daret fructum suum, nisi ante complueretur? Daret terra fructum suũ, nisi ante misericordia Dei veniret desuper? Legant mihi, inquis, quòd compluta dederit terra fructum suum. Audi compluentem dominum, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Pluit, & ipsa pluuia tonitruus est, terret. Time tonantem, & excipe pluentem. Ecce post illam vocem tonantis & pluentis Dei, post illam vocem aliquid de ipso Euãgelio audiamus. Ecce illa meretrix malam famam habens in ciuitate, irrumpit in alienam domum, quò non erat inuitata ab hospite, sed ab inuitato vocata, non lingua, sed gratia. Nouerat ægra habere ibi se locum, vbi medicum suum discumbere sciebat. Ingressa est quæ erat peccatrix, non audet accedere nisi ad pedes, Flet ad pedes, irrigat lachrymis, tergit crinibus, vngit vnguento. Quid mirãris? Terra dedit fructum suum. Ergo hoc factum est ibi, pluente domino, per os suum,

facta sunt, quæ legimus in Euangelio, quo pluente domino per nubes suas, missis Apostolis, & prædicantibus veritatem, terra amplius dedit fructum suum, & ita seges iam impleuit orbem terrarum. Vide quid deinde dicatur, Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus.) Benedicat sicut iam dixit, etiam atque etiam benedicat, multiplicet benedicendo. Attendat charitas vestra, quoniam iam præcesit fructus terræ in Hierusalem. Inde enim cœpit Ecclesia, venit ibi spiritus sanctus, & impleuit
Act. 2. sanctos in vnum congregatos, facta sunt
Act. 4. miracula, linguis omnium locuti sunt, Impleti sunt spiritu dei, conuersi sunt qui ibi erant, timentes & suscipientes imbrem diuinum, dederunt in confessione tantum fructum, vt omnia sua in comune conferrent, distribuentes pauperibus, vt nemo diceret aliquid proprium, sed essent illis omnia communia, & habebant animam vnam & cor vnum in deum. Donatus. n. illis erat sanguis dñi quẽ fuderant, donatus erat ignoscente dño, vt iam quod fuderant etiam bibere discerent. Magnus ibi fructus, terra dedit fructum suũ, et magnum fructum et optimum fructum. Numquid terra illa sola debuit dare fructũ suum? Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus. Adhuc benedicat, Bene dictio. n. in multiplicatione solet maxime & proprie intelligi. Probemus hoc in Ge-
Gene. 1. nesi, vide opera dei. Fecit deus lucem & diuisit deus inter lucem & tenebras, Lucem uocauit noctem. Nõ dictum est, benedixit lucẽ, Etenim eadẽ lux redit & alternat dies ac noctibus. Vocauit cœlũ firmamẽtũ inter aquas & aquas: nõ dictum est, benedixit cœlum. Discreuit mare ab arida, & nominauit vtrumque aridam terram, & congregationem aquarum mare: nec hic dictũ est, benedixit deus. Ventum est ad ea quæ fœcunditatis habitura erant semen, & exaquis existentia, Ipsa enim maximam multiplicationis vbertatem habent, & benedixit ea dominus dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, & volatilia multiplicentur super terram. Sic & cũ ginem suam, scriptum est, Et benedixit eos deus dicens, Crescite, & multiplicamini, & implete faciem terræ. Ergo benedictio proprie ad multiplicationem valet, & ad implendam faciem terræ. Audi & in hoc Psalmo, Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus. Et quò valet ista bñdictio? Et metuant eũ oẽs fines terræ.) Ergo fratres mei charissimi sic abundanter in nomine Christi bñdixit nos deus, vt filijs suis impleat vniuersam faciẽ terræ, adoptatis in regnum suum cohæredibus vnigeniti sui. Vnicum genuit, inq̃, & vnum esse noluit, Vnicum genuit, inq̃, & unum eum noluit remanere. Fecit ei frẽs, & si non gignẽdo, tñ adoptando fecit ei coh æredes. Fecit eum participem prius mortalitatis nostræ, vt crederemus nos esse posse participes diuinitatis eius. Attendamus precium nostrũ, Prædicta sunt omnia, exhibentur omnia, id Euangelium per orbem terrarum, Omnis labor humani generis in hoc tpe testimoniũ dicit, implẽtur omnia q̃ in scripturis prædicta sunt. Sicut vsque ad hodiernũ diem omnia venerunt, sic & quæ restant M
euentura sunt. Timeamus iudicij diem, vẽturus est dñs: Qui venit humilis, veniet excelsus: Qui venit iudicandus, veniet iudicaturus. Agnoscamus humilem, vt non expauescamus excelsum: Amplectamur humilem, vt desyderemus excelsum. Desyderantibus enim se, propicius veniet. Illi. n. desyderant qui tenuerunt fidem eius, & fecerũt mandata eius. Nam & si nolumus veniet. Velimus ergo nolimus veniet, qui veniet & si nolumus. Quomodo velimus vt veniat? Bñ viuendo, bene agendo, Præterita nos non delectent, præsentia nõ nos teneãt, ne claudamus aurem tanquã de cauda, ne
Psal.57. premamus aurem in terra, ne præteritis retardemur obaudiendo, ne præsentibus implicemur: sed ad futura meditando, extendamus nos in ea quæ ante sunt, obliuiscamur præterita. Et q̃ modo laboramus, & q̃ modo gemimus, q̃ modo suspiramus, q̃ modo
Phili. 3. loquimur, q̃ ex quantulacunque parte sentimus, & capere non possumus, capiemus,
Psal.102. perfruemur in resurrectione iustorum. Renouabitur iuuentus nostra sicut aquilæ, tantummodo nos vetustatem nostram ad petram Christum conteramus. Siue illa vera sint fratres quæ dicuntur de serpẽte, vel quæ dicuntur de aquila, siue sit fama potius hominum q̃ veritas: veritas est tamen A
in scripturis, & non sine causa hoc dixerũt scripturæ, Nos quicquid illud significat faciamus, & q̃ sit illud verũ non laboremus. Tu esto talis vt iuuẽtus tua renouari pos-
1.Co.10 sit

sit sicut aquilæ. Et scias eam non posse renouari, nisi vetustas tua in petra contrita fuerit: nisi auxilio petræ, nisi auxilio Christi, non poteris renouari. Tu noli dulcedine pteritæ vitæ obsurdescere aduersus verbum Dei, noli præsentibus rebus sic teneri & impediri vt dicas, non mihi vacat legere, non
Psal.57. mihi vacat audire, Hoc autem aurem premere in terram est. Tu ergo talis noli esse, sed esto talis quod contra iuuenis, id est, vt præterita obliuiscaris, in anteriora te extendas, vt vetustatem tuam in petra conteras. Et si quæ tibi similitudines datæ fuerint, si inueneris in scripturis crede, si non inueneris dici nisi fama, nec valde credas, Res ipsa forte ita est, forte non est ita, Tu profice, tibi valeat ad salutem ista similitudo. Non vis per istam similitudinem, per aliam fac, dum tamẽ facias, & securus expecta regnũ Dei, ne rixetur tecum oratio tua. Tu enim
Matt. 6. christiane quando dicis, Adueniat regnum tuum, quomodo dicis, adueniat regnũ tuũ? Excute cor tuum: vide, Ecce veniet regnũ
B tuum, Clamat tibi venio, non times. Sæpe diximus charitati vestræ, prædicare veritatem nihil est, si cor à lingua dissentia: Et audire veritatem nihil est, si non auditionem fructus sequatur De isto loco quasi sublimiore loquimur ad vos: quam simus autem timore sub pedibus vestris Deus nouerit, qui propicius sit humilibus: quia non nos tam delectant voces laudantium, quam deuotio confitentium & facta rectorum, & q̃ non delectemur nisi profectibus vestris. In istis autem laudibus quam periclitemur ille mouerit qui nos ab oibus periculis liberet, & nos vobiscũ ab oĩ tentatione saluatos, ĩ regno suo cognoscere & coronare dignet.

In Psalmum sexagesimumseptimum Enarratio.

PSalmi huius titulus nõ videtur esse operosę disputationis: simplex enim appareret & facilis. Nam ita se habet, In finẽ ipsi Dauid Psalmus Cantici.) In multis aũt iam Psalmis ad monuimus quid sit in finẽ, qm̃ finis legis Christus ad iustitiam omni
Ro. 10. credenti: Finis qui perficiat, non qui consumat aut perdat. Veruntamen si quisquam conetur inquirere, quid sibi velit Psalmus cantici, cur non aut Psalmus aut cauticum, sed vtrumque, vel quid interfit inter Psal-
C mum cantici, & canticum Psalmi, q̃a & sic quorundam Psalmorũ tituli scribunt, ineniet fortasse aliquid q̃ acutibus & ociosioribus nos relinquimus. Discreuerũt quidam ante nos inter canticum & Psalmum, vt qm̃ canticum ore profertur, Psalmus autem visibili organo adhibito, id est, Psalterio canitur, videat cantico significari intelligentia mentis, Psalmo vero opera corporis: sicut in hocipso sexagesimo septimo, quem nunc tractandum suscepimus, illud quod dictum est, Cantate Deo, psallite nomini eius, ita quidam descreuerunt, vt cantate Deo dictum videatur, quia ea quæ in
D scipsa mens agit, Deo nota sunt quæ ab hominibus non videntur, Opera vero bona qm̃ ideo videnda sunt ab hominibus, vt glorificent patrem nr̃m qui in cęlis est, meritodictum sit psallite nomini eius, id est, dimationi eius, vt laudabiliter nominet. Hãc differentiam alicubi q̃m recolo, etiam ipse secutus sum. Memini autem legisse nos ét psallite Deo, quia talia quæ visibiliter bene operamur, non tm̃ hominibus, sed etiã Deo placent. Non autem omnia quę Deo placẽt etiã hominibus placere possunt, quæ videre non possunt. Vnde mirũ est si quemadmodũ vtrunque legitur, & cãtate Deo & psallite Deo, ita alicubi legi potest, cantate nomini eius. Quod si & hoc in scripturis sanctis dictum inuenit, hæc differentia frustra elaborata est. Mouet etiam me, q̃ generali nomine magis Psalmi q̃ cantica vocant, ita vt dns diceret, q̃ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me, Et liber ipse Psalmorũ dicit nõ canticorũ, sicut scriptũ est, inquis, in libro Psalmorũ, cum potius sc̃m istam differentiam, cantica dici debuisse videamus, qm̃ canticum etiam sine Psalmo esse potest. Psalmus vero sine cantico esse non potest. Possunt etenim cogitationes esse mẽtis, quarum non sint opera corporalia. Nullum est aũt opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio. Ac per hoc vtrobique cantica, nõ vtrobique Psalmi: & tm̃ sicut dixi gñaliter Psalmi appellant non cantica, liberque Psalmorũ non canticorũ. Et si intelligantur atque discutiatur sensus dictorũ, vbi titulus est tantũmodo Psalmi, & vbi tantummodo cantici, & vbi non Psalmus cantici sicut in isto, sed canticum Psalmi inscriptum est, nescio vtrum possit ista differentia demonstrati. Proinde sicut
E cęperamus relinquẽtes ista eis q̃ possunt & quibus vacat talia discernere, & certa differẽtiarũ rõne desinire, nos q̃tũ adiuuãte dño valem⁹

Rom.9. vsleimus huius Psalmi textum consyderemus atque tractemus. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius.) Iam factum est, exurexit Christus, quæ est super omnia Deus benedictus in secula: & dispersi sunt inimici eius per omnes gentes: Iudæi, in eo ipso loco vbi inimicitias exercuerunt debellati, atque inde per cuncta dispersi, & nunc oderunt, & metuunt, & in ipso metu faciũt quod sequitur, Et fugiant qui oderunt eum a facie eius.) Fuga quippe animi est timor. Nam carnali fuga quò fugiunt ab eius facie qui vbique presentiæ suę demonstrat effectum? Quò abibo, inquit ille, a spiritu tuo, & a facie tua quò fugiam? Animo ergo non corpore fugiunt, timendo. s. non latendo, nec ab ea facie quam non vident, sed ab ea quã videre coguntur, Facies quippe eius appellata est præsentia eius per Ecclesiam eius. Vnde illis inimicantibus dixit, A modo videbitis filium hominis venientem in nubibus: sicut venit in Ecclesia sua, diffundens eam toto orbe terrarum, in quo dispersi sunt inimici eius. Venit autem in talibus nubibus, de qualibus dicit, Mandabo nubibus meis, ne pluant super eã imbrem. Fugiant ergo qui oderunt eum a facie eius, timeant a præsentia sanctorum si quemque eius, de quibus dicit, Cum vni deliumque ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sicut deficit fumus deficiant.) Extulerunt enim se ab ignibus odiorum suorum in superbiæ typhum, & ponentes in cœlum os suum atque clamantes, crucifige crucifige, capto illuserunt, pendentem irriserunt, & vnde victores tumuerunt, mox victi euanuerũt. Sicut fluit æra a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.) Quanquam fortasse eos hoc loco significauerit, quorum duritia in pœnitentiæ lachrymas soluitur, tamen etiam illud intelligi potest vt futurum iudicium comminetur: quia cum in hoc seculo sicut fumus se extollendo: id est, superbiendo defecerint, veniet illis in fine extremum, cum in sua claritate fuerit præsentatus, velut ignis ad pœnam impiorum lucem iocundentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.) Tunc enim audient, Venite benedicti patri mei percipite regnum. Iocundentur ergo qui laboraue runt, & exultent in conspectu Dei. Non. n. erit exultationis huius tanquam horam ho minibus inanis vlla iactantia, sed in conspectu eius qui sine errore inspicit quod donauit. Delectentur in lætitia, non iam exultantes cum tremore sicut in hoc seculo, quam diu tentatio est vita humana super terram. Deinde se ad ipsos conuertit, quibus tantã spem dedit, & hic viuẽtes alloquitur & hortatur. Cantate Deo psallite nomini eius.) Iam hinc in tituli expositione quod viuebatur prelocuti sumus. Cantat Deo qui viuit Deo, psallit nomini eius qui operat gloriam eius. Ita in cantando, ita in psallendo: id est, sic viuendo, sic operando. Iter facite D
ei, inquit, qui ascendit super occasum.) Iter Esai.52.
facite Christo, vt per speciosos pedes euangelizantium, per via sint ei corda credentium. Ipse est enim qui ascendit super occasum: siue quia non eum excipit noua vita se ad eum conuertentis, nisi vetus occiderit huic seculo renunciantis, siue quia ascendit super occasum cum resurgendo vicit corporis casus. Dns enim nomen est ei.) Quod 1.Co.2.
illi si cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Et exultate ĩ cõspectu eius.)
O vos quibus dictum est, cantate Deo, psal H
lite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, & iam exultate in cõspectu eius, quasi tristes, semper autem gaudentes. 2.Co.6.
Dum enim facitis iter ei, dũ præparatis quà veniat gentesque possideat, multa passuri estis in cõspectu hoĩum tristia. Sed vos nõ solũ nolite deficere, sed etiam exultate, non in conspectu hoĩum, sed in conspectu Dei. Ro.11.
Spe gaudentes, in tribulatione tolerantes, Exultate in conspectu eius. Illi enim q̃ vos in conspectu hoĩum turbant, Turbabuntur a facie eius, patris orphanorum & iudicis viduarum.) Desolatos enim putant a quibus plerunque gladio verbi Dei, & parentes a filijs, & mariti ab vxoribus sepa- Mat.10.
rantur, sed habent consolationem destituti atque viduati patris orphanorum & iudicis viduarum Habent eius consolationem E
qui ei dicunt, quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem Psal.26.
assumpsit me, & qui sperauerunt in domino, persistentes in orationibus nocte ac die, a cuius facie illi turbabuntur cum viderint se nihil proficere, quoniam totus mundus post eum abijt. Nam de his orphanis & vi- Ioa.11.
duis: id est, spei secularis societate destitutis, dominus sibi templum fabricat, de quo eõsequenter dicit. Dominus in loco sancto suo.) Quis. n. sit locus eius aperuit cũ dicit,

Deus

Deus qui inhabitare fecit vniusmodi in domo.) Vnanimes, vnum sentientes, iste est locus sanctus domini. Cum enim dixisset, dominus in loco sancto suo: tanquam requiremus in quo loco, cũ ille vbique sit totus, & nullus eum contineat corporalium spaciorum locus, ilico subiecit, ne quæramus eum absque nobis, sed potius vniusmodi habitantes in domo mereamur, vt habitare ẽt ipse dignetur in nobis. Iste est enim locus sanctus quod plerique homines quærunt, vt habeant vbi orantes exaudiantur. Sint ergo ipsi quod quærunt, & quæ dicunt in cordibus suis. i. in talibus cubilibus suis cõ-
Psal.4. pungantur, habitantes vniusmodi in domo, vt à domino magnæ domus inhabitentur, & apud se in seipsos exaudiantur. Est. n. domus magna, in quo non solum aurea vasa
2.Ti.2. sunt & argentea, sed & lignea & fictilia. Et alia quidem sunt in honorem, alia in contumeliam. Si qui autem mundauerint semetipsos à vasis contumeliæ, erunt vniusmodi in domo & locus sanctus domini. Nã sicut in magna hominis domo, non in qualicun-
K que loco eius requiescit dominus eius, sed in aliquo vtique secretiore & honoratiore loco: sic deus non in omnibus, qui in domo eius sunt habitat: non enim habitat in vasis cõtumeliæ, sed locus sanctus eius sunt, quos habitare fecit vniusmodi vel vniusmoris in domo. q. n. τρόπου Græcè dicuntur, & modi & mores Latine interpretari pñt. Nec habet Græcus, Qui inhabitare facit: sed tm̃, habitare facit. Dominus ergo in loco sancto suo. Quis est locus iste? Ipse deus qui eũ sibi facit. Deus enim habitare facit vnius moris in domo, hic est locus sanctus eius. Quod autem gratia sua sibi ædificet hunc locum, non meritis eorum præcedentibus, ex quibus eum ædificat, vide quid sequat. Qui educit compeditos in fortitudine.)
Soluit. n. grauia vincula peccatorũ quibus impediebantur ne ambularent in via præceptorum, educit autem eos in fortitudine, quam ante eius gratiam non habebant. Similiter amaricantes qui habitant in sepulchris.) Id est, omnino mortuos occupatos in operibus mortuis, Hi enim amaricant resistendo iustitiæ: nam illi compediti forsitã volũt ambulare nec possunt, deumque precantur vt possint, eique dicunt, De necessitatibus meis educ me: A quo exauditi gra-
I. tias agunt dicentes, Dirupisti vincula mea.
Psal.24. Isti autem amaricantes qui habitant in sepulchris, in eo degeneres sunt, quod alio loco scriptura significat dicens, A mortuo velut qui non sit perit confessio. Vnde est illud, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Aliud est enim desyderare, aliud oppugnare iustitiam: aliud à malo liberari velle, aliud mala sua defendere potius q̃ fateri, vtrosque tñ gratia Christi educit in fortitudine. Qua fortitudine, nisi vt aduersus peccatum vsque ad sanguinem certent?) Ex vtroque. n. genere fiunt idonei, quibus construatur locus sanctus eius, Illi soluti, illi resuscitati, quia & mulieris quam alligauerat satanas per decem & octo annos, iubendo vincula soluit, & Lazari mortem clamãdo superauit. Qui fecit hæc in corporibus, potest mirabiliora facere in moribus, & facere vniusmodi habitare in domo, educens compeditos in fortitudine, similiter amaricantes qui habitant in sepulchris. Deus cum egredieris coram populo tuo.) Egressus eius intelligitur cum apparet in operibus suis. Apparet autem non omnibus, sed eis qui nouerunt opera eius intueri. Non enim ea nunc opera dico, quæ conspicua sunt omnibus, cœlum & terram & mare & vniuersa quæ in eis sunt: sed opera quibus educit compeditos in fortitudine, similiter amaricantes, qui habitant in sepulchris, & facit eos vniusmoris habitare in domo: sic egreditur coram populo suo, id est, coram eis qui istam gratiam intelligũt. Denique sequitur, Cum transieris in deserto, Terra mota est.) Desertum erant gentes, quæ ignorabant deum, Desertum erat vbi lex nulla ab ipso deo data erat, vbi nulli Prophetæ habitauerant, dominumque esse verum prædixerant. Cum ergo transires in deserto, cum prædicares in gentibus, terra mota est: terreni homines ad fidem excitati sunt. Sed vnde mota est? Etenim cœli distillauerunt à facie dei.) Forsitan hic aliquis requirat illud tempus, quando in deserto deus transibat coram populo suo, coram filijs Israel, die in columna nubis, nocte in fulgore ignis, & hoc esse sentiat, quod cœli distillauerunt à facie dei, quoniam manna pluit populo suo, hoc etiam esse quod sequitur, pluuiam voluntariam segregans deus hæreditari tuæ.) Mons Sina à facie dei Israel. Pluuiam voluntariam segregans deus hæreditati tuæ.) Quia in monte Sina locutus est deus ad Moysen quando legem dedit, vt manna sic pluuia voluntaria, quam segregauit deus hæreditati suæ, id est, populo suo, quia solos eos

eos ita pauit, non vt cæteras gentes: vt qđ
Mat.11. deinde dicit. Et infirmata est.) Ipsa hæreditas infirmata intelligatur, qm̃ murmurantes manna fastidiose respuerunt, desyderantes escas carnium, & ea quibus vesci in Aegypto consueuerant. Sed in his verbis si p̃ propriet tm̃odo literæ, non spiritalis requirendus est intellectus, oportet vt ostendat̃ sed m̃ proprietatem carnalem, qui tunc cõpediti, quique etiam habitãtes in sepulchris, eduĉi sunt in fortitudine. Deinde si ille populus, illa scilicet hæreditas dei fastidio mã
Psal.11. na respuens infirmata est, nõ debuit sequi.
Luc.14. Tu vero perfecisti eã.) Sed tu vero percussa atque fastidia, ingens plaga secuta est. Postremo illi oẽs in eremo consternati sunt, nec quisquam eorũ præter duos terrã promissionis intrare, quanq̃ ẽt si dicatur in filijs eorum hæreditas illa perfecta,
1.Cor.10. nos sensum spiritalem liberius tenere debemus. Omnia quippe illa in figura contingebant illis, donec aspiraret dies, & remouerẽtur vmbræ. Aperiat itaque nobis pulsanti-
bus dñs, & mysteriorum eius quantum ip
Psal.18. se dignatur secreta pãdantur. Etenim vt terra mota esset ad fidem, cũ in desertum gentium transiret Euangelium, cœli distillaue-
runt à facie dei. Hi sunt cœli, de quibus in alio Psalmo canitur: Cœli enarrant gloriã dei. De his quippe paulopost ibi dicitur: Nõ sunt loquelæ neque sermones quorum nõ audiantur voces eorum. In oẽm terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nec tñ istis cœlis tanta gloria tribuẽda est, tãquam ab hominibus illa gratia veneriţ, vt desertum, id est, gentium terra, moueretur ad fidem. Non. n. cœli à seipsis distillauerunt, sed à facie dei vtique inhabitantis eos, & facientis eos inhabitare
Psal.67. vnius moris in domo. Ipsi. n. sunt & mõtes, de quibus dicitur: Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Et tñ ne hominibus spem posuisse videretur, con-
Psal.17. tinuo subiecit: Auxilium meũ à dño qui fecit cœlum & terram. Ei quippe alio loco dicitur: Illuminans tu mirabiliter, à mõtibus, eternis: quanuis à montibus ẽternis, tamen illuminans tu. Sic & hic, cœli distillauerũt, sed à facie dei. Etenim ipsi salui facti sunt
C per fidem, & hoc non ex seipsis, sed donum dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, qui fecit vniusmodi habitare in domo. Sed quid est quod sequitur, mons Sina à facie dei Israel? An subaudiendũ est distillauit, vt qđ vocauit cœlorum nomine, hoc voluerit intelligi nomine etiam montis Sina, sicut diximus eos vocari montes, qui vocati sunt cœli? Nec in isto sensu mouere debet q̃ mons non montes, cum ibi dictum sit cœli, nõ cœlum, quia & in alio Psalmo cum dictum esset, Cœli enarrant gloriam dei: more scri-
Psal.18. pturæ eundem sensum verbis alijs repetentis subsequenter dictum est, Et opera manuum eius annunciat firmamentũ. Prius dixit, cœli non cœlum, & tamen postea nõ firmamenta, sed firmamentum. Vocauit enim
Gene.1. deus firmamentum cœlum, sicut in Genesi scriptum est. Ita ergo cœli & cœlum, montes & mons non aliud, sed hoc ipsum, sicut Ecclesiæ multæ & vna Ecclesia, non aliud sed hoc ipsum. Cur ergo mons Sina qui in
Gala.4. seruitutem generat, sicut dicit Apostolus? An forte lex ipsa intelligenda est in monte Sina, q̃ distillauerunt cœli à facie dei vt ter-
Exo.19. ra moueretur? Et ipse est terræmotus, cum conturbantur homines quia legem implere non possunt. Qđ si ita est, hæc est & pluuia
D voluntaria, de qua consequenter dicit. PluPsa.547 uiam voluntariam segregans deus hæreditati tuæ: quia non fecit sic vlli genti, & iudicia sua non manifestauit eis. Segregauit itaque pluuiam hanc voluntariam deus hæreditati suæ q̃ legẽ dedit, & infirmata est vel ipsa lex, vel ipsa hæreditas. Lex infirmata sic accipi potest, eo q̃ non impleretur, non q̃ ipsa infirma sit, sed q̃ infirmos facit minando pœnam, nec adiuuando per gratiam: nam & Apostolus ipso verbo vsus est, vbi
Rom.8. ait, Qđ enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem: significare voles quia per spiritum sanctum impletur, tamen ipsam dixit infirmari, cum ab infirmis non possit impleri. Infirmata vero ipsa hæreditas, id est, ipse populus, data sibi lege sine vlla ambiguitate intelligitur. Lex enim subintrauit, vt abundaret delictum. Quod autem
Rom.5. sequitur, Tu vero perfecisti eam: ad legem ita refert, quia secundum illud perfecta, id est, impleta est quod dominus in Euangelio
Matt.5. dicit, Non veni legem soluere, sed adimple-
Rom.8. re. Vnde & Apostolus qui dixerat legem infirmatam esse per carnem: quia caro nõ implet; quod per spiritum impletur, id est, per gratiam spiritalem. Ipse item dicit vt iusti-
Ibidem. tia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secm̃ spiritum. E

Hoc

Ro. 11. Rom. 5. Hoc est ergo, Tu vero perfeciſti eam: quia plenitudo legis est charitas: & charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis: hoc est, tu vero perfeciſti eam, si legē perfeciſſe intelligatur. Si vero hæreditatē, facilior est intellectus. Si.n. propter hoc dicta est hæreditas dei infirmata, id est, populus dei infirmatus data lege, quia lex subintrauit, vt abundaret delictum, ergo & quod sequitur, tu vero perfeciſti eā: ex illo intelligitur quod etiam in Apostolo sequitur, Vbi autem abūdauit delictū superabūdauit gratia. Nanq; abundante delicto, multiplicatæ sunt infirmitates eorum, & postea accclerauerunt, quia ingemuerunt, & inuocauerūt, vt ipso adiuuante impleretur, qđ ipso iubēte nō implebatur. Est in his verbis & alius sensus qui probabilior mihi videtur. Multo enim congruentius intelligitur ipsa gratia pluuia voluntaria, quia nullis præcedentibus operum meritis gratis datur. Si enim gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: non.n. dignus sum, inquit, vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei: gratia autem dei sum id qđ sum. Hæc est pluuia voluntaria. Voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis: hæc est pluuia volūtaria. Inde alibi dicitur, Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Istā pluuiam cum deus transiret in deserto, id est, prædicaretur in gentibus, cœli distillauerunt, non tamen à seipsis, sed à facie dei, qm̄ & ipsi gratia dei sunt id quod sunt, Et ideo mons Sina, quia & ipse qui plus omnibus illis laborauit, non ipse autem, sed gratia dei cum illo, vt abundantius distillaret in gentibus, id est, in deserto, vbi Christus non erat annunciatus, ne supra alienū fundamentum ædificaret, ipse, inquam, Israelita erat ex genere Israel de tribu Beniamin, Et ipse ergo in seruitutem generatus erat de Hierusalem terrena, quæ seruit cum filijs suis, & ideo psequebatur Ecclesiam: nā quod ipse commonuit, sicut tunc qui secundum carnem generatus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nūc: sed misericordiam consecutus est, quia ignorās fecit in incredulitate. Miramur ergo quod cœli distillauerunt à facie dei, magis miremur quod mons Sina, id est, qui prius persequebatur Hebræus ex Hebræis, secundū legem Pharisæus. Quid autem miramur?

Alius sē sus & p babilio.

1. Co. 15 F

Iacob. 1.

Psal. 5.

1. Co. 15

Ibidem.

Rom. 15

Phili. 3.

Gala. 4.

1. Ti. 1.

Phili. 3.

G Non.n. à seipso, sed quod sequitur, à facie dei Israel, de quo ipse dicit, Et super Israel dei: de quo dñs dicit: Ecce vere Israelita in Gala quo dolus non est. Hanc ergo pluuiā volū- Ioan. tariam nullis p̄cedentibus meritis operum bonorū segregauit deus hæreditatē suæ, & infirmata est. Agnouit.n. non esse se aliquid per seipsum, non viribus suis, sed gratiæ dei tribuēdum esse quod est. Agnouit qđ dictū est: In infirmitatibus meis gloriabor. A. 2. Co gnouit quod dictum est, Humilibus autem Ro dat gratiam. Et infirmata est: tu vero perfe Iacob. ciſti eam: quia virtus in infirmitate perfici tur. Quidam sanè codices, & Latini & Græci non habent mons Sina, sed à facie dei Si na, à facie dei Israel. i. cœli distillauerunt à facie dei. Et quasi quæreretur, cuius dei, à facie dei, inquit, Sina, à facie dei Israel. i. à fa. 2. Co cie dei qui legem dedit populo Israel. Qua re ergo cœli distillauerunt à facie dei, à facie huius dei, nisi quia sic impletum est qđ prædictum est, Benedictionem dabit qui & Psal. gem dedit? Legem, qua terreat de humana viribus præsumentem: benedictionem, qua liberet in deum sperantem. Tu ergo perficiſti deus hæreditatem tuam, quia infirmata est in se, vt perficeretur abs te. Animalia Ps subdita, non sibi libera: à te egentia, non sufficiētia. Denique sequitur: Parasti in tua suauitate egenti deus.) In tua suauitate, non in illius facultate. Egens est.n. qm̄ infirmus est vt perficiatur: agnouit se indigentē, vt repleatur. Hæc est illa suauitas, de qua alibi dicitur, Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum: vt bonū opus fiat non timore, sed amore: non formidine pœnæ: sed delectatione iustitiæ. Ipsa est enim vera & sana libertas: sed dominus hoc egenti parauit, non abundanti, cui opprobrio est ista paupertas, de qualibus alibi dicitur: Opprobrium his qui abundant, & despectio superbis. Hos.n. dixit superbos, quos dixit, q abūdāt. Dñs dabit verbū. Charia scilicet animalibus suis, quæ inhabitant in ea. Sed quid operabuntur hæc animalia, quibus dabit verbum? Quid nisi quod sequitur, Euangelizantibus virtute multa.) Qua virtute, nisi fortitudine illa, in qua educit competitos? q̄ forte se etiam virtutem hic dicit illam, qua euangelizantes mirabilia signa fecerunt. Quis ergo dabit verbum euangelizantibus virtute multa? Rex, inquit, virtutum dilecti.) Pater ergo est rex virtutum filij. Dilectus

Iēus.n. qñ non ponitur quis dilectus, per Antonomasiā filius vnicus intelligit. An virtutū suarū rex ipse filius? Virtutū. s. sibi seruientiū, quia virtute multa euangelizantibus dabit verbū rex virtutū, de quo dictū Ps. 23. est: Dñs virtutū, ipse est rex glorię. Quod autem non dixit, rex virtutum suarum: sed, rex virtutū dilectī: locutio est in scripturis vsitatissima si quis aduertat, qđ ibi maxime apparet, vbi etiam ꝓprium nomen exprimitur, vt eūdem esse, de quo dicitur, dubitari omnino non possit. Qualis est illa, Deut. 1. & in pentateucho multis locis inuenitur, & fecit Moyses illud atque illud, sicut præcepit dñs Moyſi. Nō dixit quod vsitatum est in locutionibus nostris, & fecit Moyses sicut præcepit ei dominus: sed fecit Moyses sicut præcepit dñs Moyſi: quasi alius sit Moyses cui præcepit, & alius Moyses qui fecit, cum idem ipse sit. Tales locutiones in no- Rom. 1. uo testamento difficillime reperiuntur. Inde est tamen quod Apostolus ait: de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri: tanquam alius sit filius dei qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, & alius Iesus Christus dominus noster, cum sit vnus atque idem. In veteribus autem libris crebra est ista locutio, & ideo qñ subobscure fit, ex manifestis huius generis exemplis intelligenda est, sicut hoc loco Psalmi huius quem tractamus, subobscure facta est. Non si diceretur Iesus Christus rex virtutū Iesu Christi, tā apertē esset q̄ illa, fecit Moyses sicut præcepit dominus Moyſi: quia vero dictum est, rex virtutum dilecti: non facilè est vt occurrat ipsum esse regem virtutum, qui est & dilectus. Rex ergo virtutum, qui est & dilectus, si diceretur, rex virtutum soa- Ps. 17. pot̄est, ac si diceretur, rex virtutum Christus est, & dilectus est idemipse Christus: quanuis nō habeat iste sensus tantam necessitatem, vt aliud non valeat accipi, quia & pater potest intelligi rex virtutum filij sui dilecti, cui dicit ipse dilectus, Omnia mea tua sunt, & tua mea. Quod si forte quæritur, vtrū deus domini Iesu Christi pater etiam rex dici possit, nescio vtrum quisquam audeat hoc ab eo nomen auferre, vbi Apostolus dicit, 1. Ti. 1. Regi autem seculorū immortali, inuisibili, soli deo: quia & si hoc dei ipsa trinitate dictum est, ibi est, & deus pr̄. Si aūt nō carnaliter intelligimus, Deus iudiciū tuū regi da, & iustitiā tuā filio regis: nescio vtrum Psal. 71. aliud aliquid dictū est q̄ filio tuo. Rex ergo est & pr̄. Vñ versiculus iste Psalmi huius, rex virtutū dilecti, vroque mō intelligi potest. Cū itaque dixisset, dñs dabit verbū euāgelizātibus virtute multa, quia ipsa virtus ab eo regit, eique militat à quo dat, ipse, inquit, dñs qui dabit verbū euāgelizantibus virtute multa, rex est virtutum dilecti: deinde sequitur, Dilecti, & speciei domus diuidere spolia.) Repetitio pertinet ad cōmendationē, quanquā istam repetitionē nō oēs codices habeant, & eam diligētiores stella, appositа. speciei domus diuidere spolia. i. dilecti etiam prænotant: quæ signa vocantur asterisci, quibus agnosci volūt ea nō esse in interpretatione Septuaginta, sed esse in Hebræa, quæ talibus insigniuntur notis. Sed siue repetatur, siue semel dictum accipiatur quod positum est, dilecti, sic intelligendū puto qđ sequitur, & speciei domus diuidere spolia: ac si diceret, dilecti etiā speciei domus diuidere spolia. i. dilecti etiam ad diuidenda spolia. Speciosam quippe do- M mum. i. Ecclesiam Christus fecit, diuidendo spolia illi, sicut speciosum est corpus distributione membrorum. Spolia porrò di- Mat. 12. cuntur quæ victis hostibus detrahuntur.

Hoc quid sit, Euangelium nos admonet, vbi legimus, Nemo intrat in domum fortis vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. Alligauit ergo diabolum Christus spiritalib. vinculis, superādo mortē, & sup cœlos ab inferis ascēdēdo. Alligauit eū sacramēto incarnationis suæ, q̄ nihil in eo reperiēs morte dignū, tū est permissus occidere, ac sic alligato abstulit tanquam spolia vasa eius. Operabatur quippe in filios diffidentiæ, quorum infidelitate vtebatur ad voluntatem suam. Hæc vasa dñs mundans remissionē pctōrum, hęc spolia sanctificās hosti erepta, ꝓstrato atque alligato, diuisit ea speciei domus suæ, alios constituēs Apostolos, alios Prophetas, alios pastores & doctores in opus ministerij, in ædificationē corporis Xp̄i. Sicut.n. vnū corpus est, & mēbra multa hēt, omnia aūt mēbra corporis cum sint multa, vnum est corpus, sic & Chr̄s. Nunquid oēs Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid oēs virtutes? Nūquid 1. Co. 12 omnes dona habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes

Ephe. 2.

Ephe. 4.

A oēs interpretantur? Omnia aũt hæc operatur vnus atque idē spūs, diuidēs ꝓpria vnicuique ꝓ vt vult. Et hęc est species domus, cui spolia diuiduntur, vt amor eius hac pulchritudine accensus exclamet, Dñe dilexi decorē domus tuæ. Iã in eo quod sequit̃, se Psal.25. ad ipsa mẽbra de quibus fit species domus, alloquenda cõuertit, dicens, Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ, & inter scapulas eius in viriditate auri.) Prius hic q̃rendus est ordo verborum qũo finiatur sententia, quæ vtique pendet cum dicitur si dormiatis: deinde ꝙ ait, pennæ colũbæ deargentatę: vtrum singulari numero intelligendum est, huius pennę, an plurali, hæ pennæ. Sed singularẽ numerum Græcus excludit, vbi omnino pluraliter hoc positũ legitur. Sed adhuc incertum est vtrum hæ pennæ, an o vos pennæ, vt adipsas pennas loq̃ videatur. Vtrũ ergo verbis quæ præcesserunt, finiatur ista sententia, vt ordo sit, dñs dabit verbum euãgelizãtibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros, o vos pennæ colũbæ deargentatæ: an in his quę sequuntur, vt ordo sit, si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargẽ-

B tatæ, niue dealbabuntur in Selmon. i. ipsę pennæ dealbabuntur, si dormiatis inter medios cleros, vt illis hoc dicere intelligatur, qui speciei domus tanquam spolia diuidun tur, id est, si dormiatis inter medios cleros ò vos qui diuidimini speciei domus, per manifestationem spiritus ad vtilitatem, vt alij

1.Co.12 quidem detur per spiritum sermo sapiẽtię, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides, alij genera curationum in eodem spiritu: & cætera. Si ergo vos dormiatis inter medios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatę niue dealbabuntur in Selmõ. Potest & sic, si vos pennæ columbę de argentatæ dormiatis inter medios cleros, niue dealbabuntur in Selmon, vt subintelligãtur homines qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum. Vnde etiam de ipsa Ecclesia dicitur in Cantico canticorum,

Cant.3. Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Promissio quippe dei tenetur per Prophetam dicentis, Si fuerint peccata vestra tanquam

Esaia.1. phœnicium, sicut nuem dealbabo. Potest & sic intelligi, vt in eo quod dictũ est, pennæ columbæ deargentatæ, subaudiatur eritis, vt iste sit sensus, O uos qui tãquam spolia speciei domus diuidimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbę deargentatæ eritis: id est, in altiora eleuamini, compagini tamen Ecclesiæ cohærentes. Nullam quippe aliam melius hic intelligi C puto columbam deargentatam, quàm illã de qua dictum est, Vna est columba mea. Deargentata est autem, quia diuinis eloquijs est erudita: eloquia nanque domini alio loco dicuntur argentum igne examinatum terræ, purgatum septuplũ. Magnũ itaque aliquod bonum est, dormire inter medios cleros: quæ non nulli duo testamenta esse voluerunt, vt 'dormire sit inter medios cleros, in eorum testamentorum auctoritate requiescere. i. vtriusque testamenti testimonijs acquiescere, vt quando aliquid ex his profertur & probatur, omnis contentio pacifica quiete finiatur. Quod si ita est, quid aliud admonere videtur euãgelizantes virtute multa, nisi quia tunc eis dominus dabit verbum vt euãgelizare possint, si dormiant inter medios cleros? Tunc enim eis verbum veritatis datur, si authoritas ab eis duorum testamentorum non retinquatur, vt ipsi sint & pennæ columbæ deargentatæ, quorum prædicatione in cælum gloria fertur Ecclesiæ. Inter scapulas autem, pars est vtique corporis, pars est circa regionem cordis, à posterioribus tamen, D ..i. à dorso, quam columbę illius deargentatæ partę in viriditate auri esse dicit, hoc est in virore sapientiæ, quem virorem melius non puto intelligi posse q̃ claritatem. Sed quare à dorso, & non à pectore? Quanquã mirer qũo positum sit hoc verbum in alio Psalmo, vbi dicitur, Inter scapulas suas obũbrabit tibi, & sub alis eius sperabis: cum sub alis obumbrari non possit nisi quod à pectore fuerit, & Latine quidem inter scapulas fortasse aliquo modo ex vtraque parte possit intelligi & ante & post, vt scapulas accipiamus quæ in medio caput habent. Et in Hebræo sit fortasis ambiguum, quod possit & hoc modo intelligi. Sed quod in Græco est μεταφερον, non nisi à posteriori bus significat, quod est inter scapulas: vnde propterea ibi est auri viriditas, id est sapientia & charitas, quia ibi sunt quodammodo & radices alarum, an quia ibi portatur illa sarcina leuis? Quid enim sunt vel ipsæ alæ, nisi duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & Prophetę? Quid ipsa sarcina leuis, nisi ipsa charitas quæ in his duobus præceptis impletur? Quicquid enim difficile est in præcepto, leue est amanti. Nec

Nec ob aliud recte intelligitur dictũ, Onus E meum leue est, nisi quia dat spiritũ sanctũ, Mat.11. per quem diffunditur charitas in cordibus 1.Ioan.4. nostris, vt amando liberaliter faciamus, qđ timendo qui facit, seruiliter facit. Nec est amicus recti, qñ mallet si fieri posset, id qđ rectum est non iuberi. Quæri etiam potest, cur non sit dictum, si dormiatis in cleris: sed, inter medios cleros? Quod quidẽ expressius transferretur ex Græco, inter medium clerorum diceretur, quod in nu lo interpretum legi, propterea credo, quia tandem valet quod dictum est, inter medios cleros. Hinc ergo quid mihi videatur exponam. Sæpe hoc verbum ad aliqua contendenda atque pacanda, ne inter se dissideant poni solet, sicut testamentum inter & populum deo constituente, hoc verbũ scriptura ponit: nam pro eo quod est in Latino inter me & vos, Græcus habet inter medium meum & uestrum. Sic & de signo circuncisionis cum loquitur deus ad Abra Genes.17. ham dicit, Erit testamentum inter me, & te, & omne semen tuum, quod Græcus habet inter medium meum & tuum, & inter medium seminis tui. Item cum loqueretur ad Genes.9. Noe de arcu in nubibus ad signum constituendum, hoc verbum sæpissime repetit, & quod habẽt Latini codices inter me & vos, vel inter me & omnem animam viuam, & si qua ibi talia dicuntur, inter medium meũ & vestrum inuenitur inter Græcos, quod est ἀναμέσον. Dauid quoque & Ionathan signum inter se constituunt, ne aliud opinando dissideant, & quod Latine dicitur inter ambos, inter medium amborum habet Græcus eodem uerbo quod est ἀναμέσον. Optime autem factum est vt loco Psalmi huius interpretes nostri non dicerent inter cleros, quod Latinæ locutioni vsitatum est: sed inter medios cleros, tanquam inter medium clerorum, quod potius in Græco legitur, & quod dici solet in eis rebus, vt dixi, quæ inter se debeant habere consensum. In uet ergo scriptura, vt inter medios cleros dormiant, qui vel sunt pẽnæ columbæ deargẽtatæ, vel ex hoc eis præstatur vt sint. Por ro si isti cleri duo testamenta significant, quid aliud admonemur, nisi vt testamentis inter se consentientibus non repugnemus, sed intelligendo acquiescamus, nosque simus eorum concordiæ signum atque documentum, cum alterum aduersus alterum dixisse sentimus, & cum pacifica admiratione, quasi ecstasis sopore monstramus? Cur G autem in cleris testamenta intelligantur, cum hoc nomen Græcum sit quidem, sed testamentum non ita dicatur, hæc causa est, quia per testamẽtum datur hæreditas, quæ Græce appellatur κληρονομία, & hæres κληρονόμος. Cleros antem sors Græce dicitur, & sortes ex promissione dei, partes hæreditatis vocantur, quæ populo sunt distributæ. Vnde tribus Leui præcepta est non habere Nu.18. sortem inter fratres suos, ꝙ ex eorum decimis sustentaretur. Nam & cleros & cleri- Cõc.12 cos hinc appellatos puto, qui sunt in Eccle- q.1.Cleri siastici ministerij gradibus ordinati, quia cus. et c. Matthias sorte electus est, quem primum duo sũt. per Apostolos legimus ordinatum. Proin- Acto.1. de ꝙ hæreditatem quæ sit testamento, tan quam per id quod efficitur id quod efficit, nomine clerorum testamenta ipsa significata sunt: quãquam mihi & alius hic sensus occurrat, nisi fallor, anteponendus, vt cleros multo probabilius ipsas hæreditates intelligamus, vt quoniam hæreditas veteris testamenti est quanuis in vmbra significativa futuri, terrena fœlicitas: hæreditas vero noui testamenti æterna immortalitas, dormire sit inter medios cleros, nec illam iam quærere ardenter, & adhuc istam expectare patienter. Nam qui deo ꝓpea seruiunt, vel H potius ꝓpea seruire volunt, dum quærunt in hac vita & in hac terra fœlicitatem, ablatus est somnus ab eis & non dormiunt. Inflammantibus .n. cupiditatibus agitati in flagitia & facinora propelluntur, nec omnino requiescunt, desyderando vt acquirant, metuendo ne amittant. Qui aũt me audit, Prou.1. ait sapientia, inhabitabit in spe, & requiescet sine timore ab omni malignitate. Hoc est, quantum mihi videtur, dormire inter medios cleros, id est, inter medias hæreditates, nondum in re, sed tamen in spe cœlestis hæreditatis habitare, & à terrenæ fœlicitatis iam cupiditate conquiescere. Cum autem venerit quod speramus, non iam inter duas hęreditates requiescimus, sed in noua vera, cuius vetus erat vmbra regnabimus. Quapropter etiam si intellexerimus quod dictũ est, si dormiatis inter medios cleros, tanquam si diceretur, si moriamini inter medios cleros, vt istam mortẽ carnis more suo scriptura dormitionem vocauerit, hæc est mors optima, vt in cupiditatum cohibitione, à terrenis in spe cœlestis hæreditatis ho-

mo usq; in fidem perseuerans, diem vitę huius vltimũ claudat. Sic.n.dormientes inter
I: medios cleros erunt pennæ columbæ deargentatæ, vt tpe quo resurgent, rapiantur in nubibus obuiã Christo in aera, & semper iam cum dño viuant: aut certe, quia per eos qui sic moriuntur, quanto securius, tanto sublimius Ecclesia diffamatur, & quasi qui busdã pennis excelsæ laudis attollitur. Ne-
Eccl.11. que.n.frustra dictũ est, Ante mortẽ ne laudes hominẽ quenquam. Omnes ergo sancti dei ab initio generis humani, vsq; ad tẽpus Apostolorũ, quia & ipsi nouerant dicere, Diem hominis non concupiui tu scis: &,
Hier.17. Vnam petij a dño, hanc requiram: eo tpe
Psal.26. Apostolorum, ex quo duorum testamento rum differẽtia clarius reuelata est, ipsi Apostoli & beati martyres cæteriq; iusti, tãquã arietes & arietum filij vsq; ad hoc tempus dormierunt inter medios cleros, regni terreni fœlicitatem iam cõtemnentes, & regni cœlorum æternitatem sperantes, & nõdum tenentes. Et qui tam beate dormierunt, eis velut pennis nunc volitat, & laudibus exaltatur Ecclesia. Columba igitur deargentata est, vt hac eorum fama ad imitandum posteris inuitatis, dum sic etiam dormiunt cæteri, addantur pennæ, quibus vsque in finẽ seculi sublimiter prædicetur. Dum discernit
K supercœlestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon.) Ille supercœlestis, ille qui ascendit super oẽs cœlos vt adimpleret omnia, dum discernit reges super eã, id est, super eandem columbam deargentatam, sequitur eã Apostolus ac dicit. Et ipse dedit
Ephe.4. quosdam quidem Apostolos, quosdam aũt Prophetas, quosdam vero Euangelistas, quosdam aũt pastores & doctores: Nã quid est aliud reges discernere super eam, nisi in opus ministerij in ædificationem corporis
Rom.6. Christi, quando quidẽ ipsa est corpus Christi? Dicuntur autem illi reges vtiq; à regẽdo, & quid magis q̃ carnis concupiscẽtias, ne regnet peccatum in eorum mortali corpore ad obediendum desyderijs eius, ne exhibeant mẽbra sua arma iniquitatis pctõ,
2.Co.6. sed exhibeãt se deo, tãquã ex mortuis viuentes, & membra sua arma iustitiæ deo? Sic enim erant reges primitus discreti ab alienigenis, quia non erant iugum ducentes cum infidelibus: deinde discreti concorditer in-
2.Co.12 ter se muneribus proprijs. Non enim omnes Apostoli, aut omnes Prophetæ, aut omnes doctores, aut omnes dona habent curationum, aut omnes linguis loquuntur, aut omnes interpretantur? Omnia autem hæc Ibidem operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs L propria vnicuiq; prout vult, quem dando ille supercœlestis discernit reges super columbam deargentatam. De quo spiritusanc̃to cum ad eius matrem gratia plenam missus angelus loqueretur, quærenti quomodo fieret quod paritura nunciabatur, quoniam non cognoscebat virum, Spiritussanctus, inquit, superueniet in te, uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quid est obumbrabit tibi: nisi, Lucæ vmbram faciet? Vnde & isti reges dum gratia spũs domini Christi discernuntur super columbã deargentatã, niue dealbabuntur in Selmon. Selmon quippe interpretatur vmbra. Non.n.meritis aut uirtute propria discernuntur. Quis.n.te, inquit, discernit? 1.Co
Quid autem habes quod non accepisti? Vt ergo discernuntur ab impijs, accipiunt remissionem peccatorum ab illo qui ait, Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, tãquã Esaiæ niuem dealbabo: Ecce quo niue dealbabuntur in Selmon, in gratia spiritus Christi, quo eis etiam propria dona discreta sunt, de quo dictum est quod commemorauit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: hoc est, vmbram sanctum, vocabitur filius dei. Vmbra porro Luc.1. ciet tibi: Propterea & quod nascetur ex te ista defensaculum intelligitur ab æstu concupiscentiarum carnalium: vnde illa virgo Christũ non carnaliter concupiscendo, sed spiritaliter credendo concepit. Constat autẽ vmbra lumine & corpore, propterea illud quod in principio erat verbum, lumẽ illud verũ, vt vmbraculum meridianum fieret nobis, verbum caro factum est & habitauit in nobis. Deo.s.homo, tanquam lumini corpus accesit, & in eum credentes vmbra protectionis operuit. Non enim de quali vmbra dicitur, Transierunt omnia illa tanquam vmbra: nec de quali vmbra dicit Apostolus, Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est vmbra futurorum: sed quasi vmbra scriptum est, Sub vmbra alarũ tuarum protege me. Dum ergo discernit illas supercœlestis reges super columbã deargentatam, non sua merita extollant, non de sua propria virtute confidant: Niue quippe dealbabuntur in Selmon gratia Christi, buntur in protectione corporis Christi. Hũc autem montem consequenter dicit: Mons

dei, montem vberem, montem incaseatum, vel montem pinguem.) Quid hic autem aliud pinguem, quàm vberem diceret? Est enim mons isto nomine nuncupatus. i. Selmon. Sed quem montem intelligere debemus montẽ dei, montem vberem, montem
Psal.1. incaseatum, nisi eundem dñm Christũ, de
1Co.3. quo & alius propheta dicit, Erit in nouissimis temporibus manifestus mons domini paratus in cacumine montiũ? Ipse est mons incaseatus propter paruulos gratia tanquã lacte nutriendos, mons vber ad robotãdos atque ditandos donorũ excellentia: nam & ipsum lac vnde fit caseus, miro modo significat gratiam. Manat quippe ex abundãtia viscerum maternorum, & misericordia delectabili paruulis gratis infunditur. Ambiguis est autem in Græco casus vtrum sit nominatiuus an accusatiuus, qm̃ in ea lingua mons neutri generis est non masculi-
Psal.67. nisideo nonnulli Latini non interpretati sunt montem dei, sed mons dei. Puto autẽ melius esse in Selmon mõtem dei, hoc est, in montem dei qui vocaẽ Selmon, secũdũ intellectum quem supra vt potuimus exposuimus. Deinde quod dixit montẽ dei, mõtem incaseatum, mõtẽ vberem, ne quis auderet ex hoc dominũ Iesum Chm̃ compare cæteris sanctis, quia & ipsi dicti sunt
Psal.67. mõtes dei: legitur quippe, Iustitia tua sicut montes dei: vnde Apostolus ait, Vt nos simus iustitia dei in ipso. De quibus montibus & alto loco dicitur, Illuminans tu admirabiliter à mõtibus ęternis, quia vita eis ęterna donata est, & per eos sanctarum scripturarum eminentissima authoritas constituta est, sed illuminante ab eis illo cui dicitur, Illuminas tu, leuaui.n.oculos meos
Psal.120. in montes, vnde veniet auxilium mihi. Nec tamen auxiliũ meum ab ipsis, sprie montibus, sed auxiliũ meum à dño q̃ fecit cœlum & terram: Vnus qppe ipsorũ montiũ multum excellẽs cum dixisset, q̃ plus il
Psal.4. lis omnibus laborauerit, Non ãt ego, inqt, sed gã dei mecum: ne qs ergo auderet etiã montem speciosum forma præ filijs hominum
Psal.44. nium: montibus filijs hominum comparatum, reqm̃ nõ defuerunt q̃ eum dicerẽt, alij Ioã nem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnũ ex prophetis, conuertit se ad illos & ait, Et quid suspicamini montes incaseatos? Montem, inquit, in quo placuit deo habitare in eo.) Vt quid suspicamini? Sicut enim lumen illi, quia & ipsis dictũ est, Vos estis lumẽ mundi: sed aliud illud dictum est lumen verum quod Matt. 5.
illuminat omnem hominem: sic montes illi, sed longe alius maior mons paratus in Ioan. 1.
cacumine montium. Montes itaque isti illiũ montẽ Portando glorioſi sunt, quorum Esai. 2.
ille vnus dicit, Mihi aũt absit gloriari, nisi Gala. 6.
in cruce domini nostri Iesu Christi, p quẽ
mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo, 1.Co.1.
vt qui gloriatur, non in seipso, sed in dño
glorietr. Vt quid ergo suspicamini montes
incaseatos, eum mõtem in quo placuit deo
habitare in eo? Non quia in alijs nõ inhabitat, sed quia in ipsis per ipsum. In ipso Col.1.
quippe ihabitat omnis plenitudo diuinita- 3.Re.6.
tis, non vmbraliter tanquam in tẽplo à rege Salomone facto, sed corporaliter. i. solide atque veraciter, qm̃ deus erat in Xpo 2.Co.5.
mundum reconcilians sibi. Quod siue de
patre dictum accipiamus, qm̃ ipse ait, Pater Ioan.14
autem in me manens facit opera, ego autem in patre & pater in me: siue ita intelligatur, deus erat in Xpo, verbum erat in ho Ioan. 1.
mine, sic erat vtique verbum in carne, vt
verbum etiam caro factum solus proprie
diceretur. i. homo verbum in vnam Xpi
personam copularetur. Vt quid ergo suspicamini montes incaseatos, eum montem, in
quo placuit deo inhabitare in eo? Longe
vtique aliter quam in illis montibus, quorum aliquem etiam hunc suspicamini. Nõ
enim quia & illi per adoptionis gram filij D
dei sunt, ideo quisquã illorũ est vnigenitus
cui diceret, Sede ad dexteram meam, donec
ponã inimicos tuos sub pedibus tuis. Etc- Psa.109
nim dñs inhabitabit vsque in finẽ:) Id est,
illos montes non comparendos huic monti, ipse dominus inhabitabit, qui est mons
paratus in cacumine montium, vt perduc- Esa. 2.
at eos in finem. i. in seipsum sicut deus est,
contemplandum, Finis.n.legis Christus ad
iustitiam omni credenti. Deo itaque pla- Rom.10
cuit habitare in isto monte, qui paratus
est in cacumine montium, cui dicit: Tu es
filius meus dilectus, in quo mihi bene com Matt. 3.
placui. Ipse autem mons dominus est qui
alios montes inhabitabit in finẽ, in quorũ
cacumine paratus est. Vnus enim deus &
vnus mediator dei & hominũ, homo Chrs 1.Ti. 2.
Iesus, mons montium, sicut sanctus sanctorum: vnde dicit, Ego in eis & tu in me. Vt
quid ergo suspicamini montes incaseatos, Ioan.17
montem in quo placuit deo inhabitare in
eo? Etenim montes illos incaseatos do-

minus iste mons inhabitabit vsque in finẽ,
Ioã. 15 vt aliquid sint quibus ait, Quia sine me nihil potestis facere. Ita fit etiam qđ sequit:
Currus dei decẽ miliũ multiplex.) Vel de-
E nũ miliũ multiplex, vel decies milies multiplex. Vnum verbum.n.Græcũ sicut quisque potuit Latinorum interpretum trãstulit, qđ ibi dictum est, μυριοπλάσιον, Latine autem satis exprimi non potuit, quoniam mille apud Græcos χίλια dicunt, μυρίας autem plura dena milia, μυριάς quippe vna decem milia sunt. Ingentem itaque multitudinem sanctorum atque fideliũ, qui portando deum fiunt quodãmodo currus dei, significauit hoc nomine. Hanc in manẽdo & regendo perducit in finem tãquam currum suum, velut in locum aliquem destina-
1.Co.15 tum. Initium enim Christus, deinde qui sunt Chri in præsentia eius, deinde finis. Hæc est sancta Ecclesia, quæ sunt quod sequitur: Milia lętãtium.) Spe enim sunt gau-
Ro. 11. dentes, donec perducantur in finem, quem nunc expectant per patientiam. Mirifice ãt cum dixisset, Milia lætantium, cõtinuo subiecit: Dominus in illis.) Ne miremur q̃ lę-
Act. 14. tentur, dominus in illis: Nam per multas tribulatiões oportet nos introire in regnũ dei. Sed dominus in illis, ideo & si sunt quasi tristes, semper tamen gaudentes, nec iam
2-Co.6. ipso fine quo nondum venerunt, sed spe sunt gaudentes, & in tribulatione patiẽtes,
F quoniã dñs i illis. In Sina in sancto.) In nominum Hebræorum interpretationibus inuenimus Sina interpretari mandatum: & alia quædam interpretatur, sed hoc puto p̃senti loco aptius cõuenire. Reddens.n. causam quare lætarentur illa milia, quibus constat currus dei, Dominus, inquit, in illis, in Sina in sancto. i. dñs in illis in mandato, qđ
Rom.7. mandatum sanctũ est, sicut dicit Apostolus, Itaque lex qdẽ sancta & mãdatum sanctum & iustum & bonum. Sed quid ꝓdesset mandatum nisi dominus ibi sit, de quo
Phili.2. dr̃, Deus.n. est qui operatur in vobis & velle & operari ꝓ bona voluntate? Nam man-
2.Co.3. datum sine dei adiutorio litera est occidẽs.
Rom.5. Lex enim subintrauit, vt abũdaret delictũ.
Ro. 11. Sed quoniam plenitudo legis charitas est, iõ per charitatem lex impletur, non per timorem. Charitas.n. dei diffusa est in cor-
Rom.5. dibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ideo lætentur hęc milia. Tãtum enim faciunt iustitiam legis, quantum adiuuantur spiritu gratiæ, quoniam dominus in illis in Sina in sancto: deinde ad ipsum dominum locutione conuersa: Ascendisti, inquit, in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.) Hoc Apostolus sic cõmemorat, sic exponit de domino Chro loquens, Vnicuique autẽ nostrũ, inquit, gratia scd̃m mensuram donationis Christi, propter quod dicit, ascẽdit in altũ, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus: Quod aũt ascendit quid est, nisi quia & ascendit in inferiores partes terrę? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Christo ergo sine dubitatiooe dictum est, Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Nec moueat quod Apostolus idem testimonium commemorans non ait, Accepisti dona in hominibus: sed, dedit dona hominibus. Ille quippe auctoritate Apostolica secundum hoc locutus est, quod deus filius cum patre fecit. Secundum hoc quippe dedit dona hominibus mittens eis spiritum sanctum, qui spiritus est patris & filij: secundum illud vero qđ idem ipse Christus in corpore suo intelligitur, propter quod & membra, proculdubio & ipse accepit dona in hominibus. Christus quippe ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris: sed nihil & hic esset in terris, non inde clamasset, Saule Saule quid me persequeris? Cum ergo idẽ ipse dicat, Qũ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: quid dubitamus eum accipere in mẽbris suis, quæ dona membra eius accipiunt? Sed quid est, captiuasti captiuitatem? Vtrum quia vicit mortem, quę captiuos tenebat in qbus regnabat: an ipsos homines appellauit captiuitatem, qui captiui sub diadolo tenebantur? Cuius rei mysterium continet etiã titulus illius Psalmi, quãdo domus ędificabatur post captiuitatem. i. Ecclesia post gẽtilitatem. Ipsos itaque homines qui captiui tenebantur appellauit captiuitatem, sicut militia cum dicitur, intelliguntur qui militant: eandem captiuitatẽ a Chro captiuatam dicit. Cur.n nõ sit capti-
uitas fœlix, si & ad bonum homines possunt capi? Vnde Petro dictum est, Ex hoc iam homines eris capiẽs. Captiuati ergo q̃ capti, & capti quia subiugati, sub leue illud iugum missi, liberati à peccato, cuius seruitutis erant: & iustitiæ serui facti, cuius liberi erãt. Vnde & ipse in illis est, qui dedit dona hominibus, & accepit dona in hominibus. Ideoq; in ista captiuitate, in ista seruitute, in isto curru, sub illo iugo non sunt milia plorantiũ, sed milia lætantiũ. Dñs quippe
I in illis in Sina in sancto. Cui sensui cõgruit & alia interpretatio, qua interpretat Sina mensura. Nã & de his donis lætitiæ spirita-
Ephe.4. lis Apostolus loquens idẽ quod supra commemoraui. Vnicuiq; aũt, inquit, nostrũ data est gratia scd̃m mensuram donationis Christi. Ac deinde sequitur, quod ẽt hic sequitur: Propter quod dicit, ascendit in altũ, captiuauit captiuitatẽ, dedit dona hominibus: quod hic est, accepisti dona in hominibus. Quid hac & illa ueritate concordius? Quid manifestius? Sed quid deinde adiungit? Etenim qui non credunt inhabitare.) Vel quod nonnulli codices habent: Etenim nõ credentes inhabitare.) Nunquid sunt alij nõ credentes, nisi qui non credunt? De quibus dictũ sit, non est facilis intellectus. Tanquã.n. ratio redderetur superiorũ verborũ cum dictũ esset. Captiuasti captiuitatem, accepisti. dona in hominibus: ita subiũgum est, Etenim qui non credunt inhabitare. i. non credentes vt inhabitarẽt. Quid est hoc? Ĩe quibus hoc dicit? An illa captiuitas antequam transiret in bonam captiuitatem, vnde fuerit mala captiuitas ostendit? Non credendo enim possidebantur ab
K inimico qui operatur in filijs diffidentiæ, in
Ephe.2. quibus & vos inquit, fuistis aliquando cũ viueretis in illis. Donis ergo gratiæ suæ qui accepit dona in hominibus, captiuauit istã captiuitatẽ. Etenim non credentes erant vt inhabitarent. Nam fides eos jnde liberauit, vt iam credentes inhabitent in domo dei, facti & ipsi domus dei, & currus dei decem milium lætantiũ. Vnde qui hæc canebat, in spiritu ea prædicẽs impletus etiam ipse lætitia eructauit hymnum dicens, Dominus deus benedictus. Benedictus dominus deus de die in diem.) Quod nonnulli codices habent: Die quotidie.) Quia sic habent Græci ἡμέραν καθ' ἡμέραν quod verius exprimitur die quotidie. Quam puto locutionẽ hoc significare quod dictum est, de die in diem. Quotidie quippe hoc agit vsque in finem, captiuat captiuitatem, accipiens dona in hominibus. Et quoniam currum illum ducit vsque in finem: sequitur & dicit, Proserum iter faciet nobis deus sanitatum no-
strarum. Deus noster deus saluos faciendi.)

Multum gratia commẽdatur, quis.n. saluus esset nisi ipse sanaret? Sed ne occurreret cogitationi, cur ergo morimur si per eius gratiam salui facti sumus, continuo subiecit, Et domini domini exitus mortis:) Tanquam diceret: quid indignaris humana conditio habere te exitũ mortis, & domini tui exitus
L non alius q̃ mortis fuit? Potius ergo consolare q̃ indignere, nã & domini exitus mortis. Spe.n. salui facti sumus. Si autem quod
Rom.8. non videmus speramus, per patientiam expectamus. Patienter ergo etiam ipsam mortem feramus illius exemplo, qui licet nullo peccato esset debitor mortis, & dñs esset, a quo nemo animam tolleret, sed ipse eam a semetipso poneret etiam ipsius fuit exitus mortis. Veruntamen deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis:) Id est, nimis se extollentium, nimis superbientium in delictis suis, in quibus saltẽ humiles esse
Luc.18. deberent dicentes: Domine propitius esto
Ibidem. mihi peccatori. Sed conquassabit capita eorum, qm̃ qui se exaltat humiliabitur, ac per hoc quanuis & dñi, si exitus mortis, tamen idem dominus quõniam deus est: & voluntate non necessitate secundum carnẽ mortuus est. Conquassabit capita inimicorum suorum, non solum eorum qui crucifixo illudentes & mouentes capita sua dicebant,
Mat.27. Si filius dei est, descendat de cruce: sed etiã
M omniũ extollentium se aduersus doctrinã eius, & tanquam mortem hominis irridentium. Idẽ q̃ppe ipse de quo dictũ est, Alios saluos fecit, semetipsum non potest saluum facere, deus est sanitatũ nostrarum, & deus est saluos faciendi: sed propter humilitatis & patientiæ documentum, & sanguine suo
Colo.2. delendum nostrorum chirographum peccatorum, etiam suum esse voluit exitũ mortis, ne mortem istam timeremus, sed illam potius, vnde nos liberauit per istam. Verũtamen illusus & mortuus conquassauit capita inimicorum suorum, de quibus ait, Resuscita me & reddam illis: siue bona pro malis, dum sibi subdit capita credentium: siue
Psal.40. iusta pro iniustis, dum punit capita superbientium. Vtroque.n. modo conquassantur & confringuntur capita inimicorum, cum à superbia dei jciuntur, siue humilitate correcti, siue in ima tartari absorpti. Dixit dominus, ex Basan conuertar.) Vel vt nõnulli codices habent: Ex Basan conuertã.) Ille quippe conuertit vt salui simus, de quo

dictum est supra, Deus sanitatum nostrarũ, & deus saluos faciendi. Ei quippe & alibi dicitur, Deus virtutum conuerte nos, & ostẽde faciem tuam & salui erimus. Item alibi: Conuerte nos deus sanitatum nostrarum. Psal.79.

A Ille aũt dixit: ex Basan conuertam. Basan interpretatur confusio. Quid est ergo, conuertam ex confusione: nisi quia cõfunditur de peccatis suis, qui pro eis dimittendis precatur misericordiã dei? Inde est & ille publicanus nec oculos ad cœlũ audebat leuare, ita se consyderans confundebatur, sed descendit iustificatus, quia dixit dñs ex Basan conuertã. Basan interpretatur & siccitas. Et recte intelligitur dñs ex siccitate conuertere, id est, ex inopia. Nã qui sibi videntur copiosi cum sint famelici, & pleni cum sint inanissimi, non conuertuntur. Beati. n. qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Ex ista dñs siccitate conuertit: de anima quippe sicca illi dicitur: Extendi manus meas ad te, anima mea velut terra sine aqua tibi. Ibi illud quoq; non absurde intelligitur, quod habẽt alij codices: Ex Basan cõuertar. Conuertitur. n. ad nos ẽt ipse qui dicit, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos: & non nisi extra confusionem, cum pctm̃ nostrum ante nos est semper: & extra siccitatem, quia eius desyderamus imbrem, qui pluuiam voluntariam segregauit hæreditati suæ. Nam siccitate infirmata est, ipse vero conuersus perficit eam, cui dr̃, Et conuersus viuificasti me. Dixit ergo dñs, ex Basan conuertam. Conuertam in profundum maris.) Si conuertam, quare in profundum maris? In seipsum quippe conuertit dñs, cũ salubriter conuertit, & non est vtique ipse in profundo maris. An fallit forte Latina locutio, & pro eo positum est in profundũ, quod est in profundo: Non enim ille se conuertit, sed sibi conuertit eos, qui in profundo huius seculi iacent demersi pondere peccatorum: vbi cõuersus ille dicit, De profundis clamaui ad te domine. Si autem non est, conuertam: sed conuertar in profundum maris: hoc intelligitur dixisse dominum nostrum, quòd sua misericordia conuerteretur etiam in profundum maris ad eos queque liberandos, qui essent etiam desperatissimi peccatores: quanquam in aliquo Græco codice inuenerim, non in profundum, sed in profundis, hoc est, ἐν βυθοῖς, quod priorem sensum confirmat, quòd etiam ibi conuertat ad se de profundis clamantes. Qui etsi intelligatur ibi se conuerti ad liberandos etiam tales, non est incongruum, & ira eos conuertit, vel ad eos liberandos conuertitur ita. Et intingatur pes tuus in sanguine.) Quod ad ipsum dominum Prophetam. dicit, vt tingatur pes tuus in sanguine: id est, vt ipsi qui ad te conuertunt, vel ad quos C liberandos conuertis, licet in profundo maris onere iniquitatis depressi fuerint, intantum gratia tua proficiant, qm̃ vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, vt fiat pes tuus inter membra tua ad annunciandum Rom.5. dum Euangelium tuum, & pro nomine tuo diu ducentes martyrium, vsque in sanguinẽ certent. Sic enim vt arbitror conueniẽtius intelligitur pes eius tinctus in sanguine: de quo dicit, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.) Eosdem ipsos qui vsq; ad sanguinem fuerant pro fide Euangelica certaturi, etiã canes vocat tanquã pro suo dño latrantes: non illos canes, de quibus dicit Apostolus, Cauete canes: sed illos qui edũt Phil.3. de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum: hoc enim confessa Chananæa meruit audire: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Canes laudabiles, non detestabiles, fidem seruantes domino suo, & pro eius domo contra inimicos latrantes. Non enim tantummodo canum dixit, sed linguam tuorum: nec eorum dentes, sed lingua laudata est: quoniam non vtique frustra, nec sine magno sacramento Gedeon eos eos iussus est ducere, qui fluminis aquã sicut canes lamberent, talesque nõ amplius D q̃ trecenti in tanta multitudine inuẽti sunt. In quo numero crucis signum est propter literam, quæ in Græcis numerorum notis trecentos significat. De talibus canibus & in alio Psalmo dicitur, Conuertentur ad Psal. vesperam, & famen patientur vt canes: nam & quidam canes reprehensi sunt a Propheta Esaia, non ideo quia canes essent, sed Esa.56. quòd latrare nescirent, & dormitare amarent. Vbi vtique demonstrauit, quia si vigilarent & pro domino suo latrarent, laudabiles canes essent, sicut laudantur isti, de quibus dicitur: Lingua canum tuorum: quos tamen Propheta ex inimicis futuros esse fidebus dicit, per illam. s. conuersionem de qua superius loquebatur. Vnde & ille Psalmus, Conuertentur, inquit, ad vesperam, & famen patientur vt canes. deinde velut quærentibus vnde hoc illis tantum bonum, vt canes eius fierent, cuius fuerant inimici, re-

sponsum est ab eo, sic. n. legitur, lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso: Ipsius vtique dilectione, ipsius misericordia, ipsius gratia. Nam qñ id possent à seipsis? Etenim cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: ad hoc & dñi fuit exitus E mortis. Viri sunt gressus tui deus:) Gressus quibus venisti per mundũ tanquam in illo curru peragraturus orbem terrarũ: quos & nubes in Euangelio sanctos & fideles suos Mat.24. significat, vbi ait, A modo videbitis filium Apo.14. hominis venientẽ in nubibus. Excepto illo aduentu, in quo erit iudex viuorum atque mortuorum, A modo, inquit, videbitis filiũ hominis venientẽ in nubibus. Hi gressus tui visi sunt. i. manifestati sunt, reuelata gratia testamenti noui: vnde dictũ est, Quam speciosi pedes eorum qui annunciant pacẽ, qui annunciant bona. Hæc. n. gratia & isti gressus latebant in veteri testamento: cũ autem venit plenitudo temporum, & placuit deo reuelare filium suum vt annunciaretur in gentibus, visi sunt gressus tui deus. Gressus dei mei regis mei qui est in sancto.) In quo sancto, nisi in templo suo? Tẽplum. n. dei sctm̃ est, inquit, quod estis, vos. Vt autem gressus isti viderentur: Præuenerunt principes coniuncti psallẽtibus, in medio adolescentularum tympanistriarum.) Principes sunt Apostoli. Ipsi. n. prœuenerũt vt populi sequerentur. Præuenerunt vt populi sequerentur, Præuenerunt annuncian tes nouum testamentum coniuncti psallentibus, de quorum bonis operibus etiam visibilibus tanquam organis laudis glorificare deus. Iidem autem principes in medio adolescentularum tympanistriarum, in ministerio scilicet honorabili: nam ita sunt in medio ministri præpositi Ecclesiarum nostrarum: hoc. n. est adolescentularum carne domita deum laudantium: hoc. n. est tympanistriarum, eo q̃ tympano fiant corio sicco & extento. Ideo ne quisquam carnalium per ista acciperet, & ex his verbis quosdam luxuriæ choros in animum induceret, sequitur & dicit: In Ecclesijs benedicite domino:) Tanquam diceret, quicunque auditis adolescentulas tympanistrias, lasciua delectamenta non cogitantis in Ecclesijs benedicite dñm. Ecclesiæ quippe vobis hac mystica significatione monstrantur. Ecclesiæ sunt adolescentulæ, noua gratia decoratæ, Ecclesiæ sunt tympanistriæ, castigata carne spiritaliter sonoræ. In Ecclesijs ergo benedicite dñm Deum de fontibus Israel.) Inde prius elegit quos fontes faceret. Nam inde sunt electi Apostoli, & hi primitus audierunt, Qui biberit ex aqua quã ego dabo, non sitiet vnquã, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Ibi Beniamin adolescẽtior in ecstasi.) Ibi Paulus nouissimus Apostolorum, qui dicit: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Sed planè in ecstasi, expauẽstentibus omnibus tam magnũ in eius vocatione miraculũ. Ecstasis nanque est mẽtis excessus, quod aliquando pauore contingit, nonnunquam vero per aliquam reuelationem & alienationem mentis à sensibus corporis, vt spiritui quod demonstrandum est, demonstretur. Vnde intelligi etiam sic potest quod hic positum est, in ecstasi, quia cum ei persecutori dictum esset de cœlo, Saule Saule quid me persequeris: adépto lumine oculorum carnalium, rñdebat dño quem spiritu videbat: qui autem cum illo erant, vocẽ respondentis audiebant, neminẽ autem videntes cui loqueretur. Potest hic ecstasis etiam illa eius intelligi de qua ipse loquens ait, Scire se hominem raptũ vsque ad tertium cœlum, siue aũt in corpore, siue extra corpus nescire, sed raptũ in paradisum, audisse ineffabilia verba quæ non liceret homini loq. Principes Iuda duces eorũ, principes Zabulõ, principes Neptalim.) Cũ Apostolos significet principes, ibi ẽ & Beniamin adolescentior in ecstasi, quibus verbis Paulũ significari nemo ambigit. Vel nomine principũ oẽs significantur in Ecclesijs excellentes atque imitatione dignissimi. Quid sibi volunt hæc nomina tribuũ Israelitarũ? Si. n. tm̃ Iudæ mentio fieret, qm̃ ex hac tribu reges fuerant ex qua & dñs Christus secundum carnem, ideo ex hac tribu putaremus figuratos etiam principes testamenti noui. Cum vero adiungit principes Zabulon, principes Neptalim, quisquã forsitan dicat ex his tribubus Apostolos fuisse, ex alijs autẽ non fuisse. Quod licet vnde probari hoc posset non videam, tñ quia nec vnde refellatur inuenio, & hoc loco principes Ecclesiarum, ducesque eorũ qui in Ecclesijs benedicunt dño, video cõmendari, non absurde etiam istum sensum probo, sed plus me delectat, quod ex istorum nominũ interpretatione clarescit. Hebræa quippe sunt nomina, quorum Iuda confessio interpretari dicitur: Zabulõ habitaculũ fortitu-

dinis:Neptalim dilatatio mea. Quæ omnia verisimos nobis insinuant principes Ecclesiarum, dignos ducatu, dignos imitatione, dignos honoribus. Martyres nanque in Ecclesijs locũ summum tenent, atque apice sanctæ dignitatis excellunt. Iam verò
I in martyrio primo cõfessio est, & pro illa quicquid acciderit, tolerãdi sequens assumitur fortitudo: deinde post omnia tolerata, finitis angustijs, latitudo consequitur in præmio. Potest & sic intelligi, vt qm̃ tria hæc præcipue cõmendat Apostolus, fidem, spẽ,
1.Co.13 charitatem: confessio sit in fide, fortitudo
Rom.10 in spe, latitudo in charitate. Fidei quippe res est, vt corde credatur ad iustitiã, ore autem cõfessio fiat ad salutem. In passionibus aũt tribulationũ res tristis est, sed spes fortis est. Si.n.quod nõ videmus speramus, p
Rom.8. 1.Ioã.4. patientiam expectamus. Latitudinem vero præstat charitatis in corde diffusio: nã consum mata charitas foras mittit timorẽ: q timor tormentũ habet p animæ angustias. Principes ergo Iuda duces eorum. Quorum? Qui in Ecclesijs benedicũt dominũ. Principes Zabulon, principes Neptalim, principes cõfessionis, fortitudinis, latitudi-
1.Co.8. nis, principes fidei, spei, & charitatis. Man
1.Co.1. da deus virtutẽ tuam.) Vnus aũt dominus noster Iesus Chrs per quem omnia & nos in ipso, quẽ legimus dei virtutem & dei sapientiam. Quo autem deus mandat Chrm suum, nisi dum eũ commendat? Commen-
Rom.5. dat.n.deus charitatẽ suã in nobis, qm̃ dum
K adhuc peccatores essemus, Chrs pro nobis mortuus est. Quo non & cum illo omnia nobis donauit? Manda deus virtutẽ tuam. Cõfirma deus hoc quod operatus es in nobis.) Manda dicẽdo, confirma iuuando. A templo tuo in Hierusalẽ, tibi offerẽt reges
Gal.4. munera.) A templo tuo in Hierusalẽ, quæ est libera mater nostra, quia & ipsa est templũ sanctum tuum. Ab illo ergo templo tibi offerent reges munera. Quicunque reges intelligantur, siue reges terræ, siue reges quos discernit supercœlestis super colũbam deargentatam, tibi offerent reges munera. Et quæ munera? Gratiosa. Quæ sacrificia? Laudis. Sed huic laudi obstrepũt christianum vocabulum habentes, & diuersa sentientes. Fiat ergo quod sequitur: Increpa feras calami.) Nam & feræ sunt, quoniam non intelligendo nocent. Et feræ calami sunt, quoniam scripturarum sensum pro suo errore peruertunt. Per calamum quippe tam conuenienter scripturæ significantur, quam sermo per linguam, secundũ quod dicitur lingua Hebræa, vel Græca, vel Latina, vel alia quælibet, per efficientem scilicet id quod efficitur. Vsitatum est autem in Latino eloquio, vt scriptura stylus vocẽt q̃ stylo fiat, ita ergo, & calamus q̃ calamo fiat. Dicit Apostolus Petrus, in L
2.Pet.3. doctos, & instabiles peruertere scripturas ad proprium suum interitum. Hæ sunt feræ calami, de quibus hic dicitur, Increpa feras calami. De his est.n.quod adiungit. Cõgregatio taurorum inter vaccas populorũ, vt excludantur ij, qui probati sunt argento.) Tauros vocans pp superbiam duræ in domitæque ceruicis. Significat.n.hæreticos: vaccas autem populorum seductibiles animas intelligendas puto, quia facilè hos tauros sequuntur. Non.n.populos vniuersos seducunt, in quibus sunt graues & stabiles: vnde scriptum est, In populo graui laudabo te: sed in eis populis quos inuenerint vaccas, Ex his.n.sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas onerratas peccatis, quæ ducuntur varijs desyderijs erroris, semper discentes, & ad veritatis scientiam nunquã peruenientes. Quod autem ait idem Apostolus, Oportet & hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis: hoc etiam hic sequitur, Vt excludantur ij qui probati sunt argento, id est, qui probati sunt eloquijs domini. Eloquia quippe domini eloquia casta, argentum igne probatum terræ. Nã excludantur dictum est appareãt, emineant, quod ait ille, manifesti fiant. Vnde & in arte argentaria exclusores vocantur, qui de confusione massæ nouerunt formam vasis exprimere. Mulcinã sensus scripturarum sanctarum latent, & rarum qui paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi cũ rãndi hæreticis cura cõpellit. Tũc.n. etiã qui negligũt studia doctrinæ, sopore discussõ ad audiẽdi excitantur diligentiam, vt aduersarij refellantur. Denique q̃ multi scripturarũ sanctarũ sensus de Chro deo asserti sunt cõtra Photinum, quàm multi de homine Chro contra Manichæum, quã multi de trinitate contra Sabellium, q̃ multi de vnitate trinitatis cõtra Arrianũ, Eunomianos, Macedonianos: quam multi de catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malorum commixtione vsque in finem seculi, quod bonis in sacramẽtorum eius sorcictate

dietate non obsint, aduersus Donatistas & Luciferianos aliosq̃ si q̃ sunt qui simili errore à veritate dissentiunt: q̃ multi contra cæteros hæreticos, quos enumerare vel commemorare nimis lõgum est, & præsentiũ probati assertores aut prorsus latent, aut non ita eminerent, vt eos eminere
A fecerũt superborũ cõtradictiones, quos velut tauros. i. iugo disciplinæ pacifico leniq̃;
Ps.11 Tia non subditos cõmemorat Apostolus, vbi talem dicit eligendum ad epatum, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. Sunt.n.multi nõ subditi, vt sunt tauri, elatione ceruicis impatientes aratri atque iunturæ, vaniloqui, & mẽtis seductores. Has mentes significauit iste psalmus appellatione vaccarum. Ad hanc ergo vtilitatem prouidentia diuina pmittit tauros congregari inter vaccas populo-
Tit.1. rum vt excludantur. i. vt eminẽãt qui probati sunt argento. Ad hoc.n.hæreses sinuntur esse, vt probati manifesti fiant. Quanquam & sic etiam possit intelligi, congregatio taurorũ inter vaccas populorũ, vt ab eis vaccis excludantur, qui probati sunt argento. Hanc.n.habent intentionem hæreti-
Ps.67 ci doctores, vt ab auribus animarum, quas seducere moliuntur excludat eos. i. separẽt eos qui probati sunt argento. i. qui idonei sunt docere eloquia dñi. Sed siue ille huius verbi, siue iste sit sensus: sequitur, Dispergentes, quę bella volunt.) Non.n.correctio tas, vt ipsi potius dispergãt, qui corrigunt, sed cõtentioni studẽt. Hoc ergo prophe-
B tæ, vt ipsi potius dispergãt, qui corrigunt, sunt, qui gregẽ Christi dispergere affectãt.
Exodus Gentes aũt appellauit, non pp generationes familiarum, sed propter generationes sectarum vbi series successionis confirmauit errorem. Venient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius.) Aegyptus vel
1.Co.5. Aethiopiæ nomine, omnium gentiũ fidem significauit, à parte totum, legatos appellãs reconcilationis, prædicatores. Pro Christo inquit, legatione fungimur tanquã deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo reconciliari deo. Non ergo de solis Israelitis vnde Apostoli electi sunt: sed etiam de cæteris gentibus futuros prædicatores Christianæ pacis hoc modo mystice prophetatum est. Quod vero ait, Præueniet manus eius: hoc ait, præueniet vindictam eius, conuersione. s. ad eum, vt peccata dimittantur, ne pcõres permanendo, puniã-

tur. Quod etiam in alio Psalmo dicit, Præueniamus faciem eius in confessione. Sicut
Psal.94. p manus vindictã, ita per faciem reuelatio nẽ præsentiamq̃ signat, quæ futura est in iudicio. Quia ergo per Aegyptum atque Aethiopiam totius orbis gẽtes significauit: continuo subiũxit, Deo regna terræ.) Non Sabellio, non Arrio, non Donato, non cæteris tauris ceruicatis, sed deo regna terræ. Plures ãt codices Latini & maxime Græci
C ita distinctos versus habent, vt non sit in eis, vnus versiculus, Deo regna terræ: sed, deo, in fine sit versus superioris, atque ita dicatur, Athiopia præueniet manus eius deo. Ac inde sequatur in alio versu, Regna terrę cantate deo, psallite dño.) Qua distinctione multorum codicũ & authoritate digno rum consonanti sine dubio præferenda fides commendari mihi videtur, quæ opera præcedit, quia sine bonorum operum meriRom.4. tis per fidem iustificatur impius, sicut dicit Apostolus. Credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam, vt deinde ipsa fides p dilectionẽ incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionẽ dei. Hęc aũt necesse est, vt antecedat fides, vt inde ista, non ab istis incipiat illa: qm̃ nullus operatẽ per dilectionẽ dei, nisi prius credat in deũ. Hæc est fides de qua dicitur, In xpo enim
Gala.5. Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Hæc est fides de qua ipsi Ecclesiæ dicitur in Canticis canticorum,
Cant.1. Venies, & pertransies ab initio fidei.
D Venit enim tanquam currus dei in mi-
Ioan.13 libus lætantium, prosperum iter habẽs, & pertransijt de hoc mundo ad patrem: vt fiat in ea quod sponsus in se dicit, qui transijt de hoc mũdo ad patrem, volo vt vbi ego sum,
Ioan.17 & isti sint mecum, ab initio fidei. Quia ergo vt bona opa sequantur, pcedit fides, nec vlla sunt bona opera, nisi quæ sequuntur præcedentem fidem: nihil aliud videtur dictũ, Aethiopia præuenict manus eius deo: nisi Aethiopia credet deo. Sic enim præuenit manus eius. i. opera eius. Cuius nisi ipsius Aethiopiæ? Quia hoc in Græco nõ est ambiguum: eius quippe ibi fęminino genere apertissime positũ est, ac per hoc nihil aliud dictum est, quã Aethiopia præueniet manus eius deo, id est, credendo in deum præuenit opera sua. Existimo enim, inquit
Rom.3. Apostolus, iustificari hominem per fidem sine

sine operibus legis. An Iudæorum deus tãtum? Nonne & gentium? Sic ergo Aethiopiam q̃ videtur extrema gentiũ, iustificatur per fidẽ sine operibus legis. Non enim vt iustificetur de legis operibus gloriatur, nec præponit fidei merita sua, sed fide ꝑuenit opera sua. Plures sanè codices Græci non habent manus, sed manum, qđ tantundem valet, qm̃ pro operibus positum est.

E Mallem autem Latini interpretes sic transtulissent, Aethiopia ꝑueniet manus suas, q̃ manus eius deo: qm̃ planius hoc esset, q̃ qđ nunc dictũ est eis, & salua veritate sic fieri posset, qa in Græca lingua id pronomẽ nõ solum eius, sed ẽt suam uel suas põt intelligi, qđ est ἑαυτῆς. suã ergo si manum: suas aũt, si manus. Nam quod est in Græco, χειρας ἑαυτῆς quod plures codices habent, & manũ eius & manum suam potest intelligi. Qđ uero rarum est in codicibus Græcis, χεῖρα ἑαυτῆς, & manus eius & manus suas Latine: potest dici. Hinc iam velut decursis per prophetiam rebus omnibus, quas impletas esse iam cernimus, hortatur ad laudẽ Christi, ac deinde prænunciat futurum eius aduentum. Regna terræ cantate deo, psallite dño. Psallite deo, qui ascendit supꝫ cœlũ cœlorum ad Orientem.) Vel sicut nonnulli dodices habent, Qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.) In his verbis ille non intelligit Christum, qui eius resurrectionẽ ascensionemq̃ non credit. Ad Orientem uero quod addidit, nonne etiam Christum locum, quoniam in partibus Orientis est vbi resurrexit & unde ascendit, expresit?
Mar. 16 Acto. 1. Ergo super cœlum cœli sedet ad dexteram
F patris. Hoc est quod dicit Apostolus, Ipse
Ephe. 4. est qui ascendit super omnes cœlos. Quid enim cœlorum restat post cœlum cœli? Quos & cœlos cœlorum possumus dicere, sicut uocauit firmamentum cœlum, qđ tamẽ cœlum, etiam cœlos legimus vbi scriptũ est,
Gene. 1 Psal. 48. Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. Et quoniam inde ven
Acto. 1. turus est ad iudicandos viuos & mortuos.
Esa. 53. Attende quod sequitur, Ecce dabit vocem suam vocem virtutis.) Ille qui sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, ecce dabit vocem suam, nec vocem infirmitatis tanq̃ iudicandus, sed vocem virtutis tanquam iudicaturus. Non enim deus occultus sicut prius, & in hominum iudicio non aperiens os suum, sed deus manifestus ueniet, deus noster & nõ silebit. Quid desperatis infideles? Quid irridetis? Quid dicit seruus mãlus, Tardat dominus meus venire? Ecce Psal. 44. dabit uocem suam, uocem uirtutis. Date Luc. 15. gloriã deo, super Israel magnificẽtia eius.) De quo dicit Apostolus super Israel dei, Non enim omnes, qui ex Israel hi sunt Israelitæ, quoniam est & Israel secũdum carnem. Vnde ait, Videte Israel secundum carnem. Non autem qui filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Tunc ergo quando erit fie nulla malorum commixtione populus eius tanquam massa uentilabro emundata, tanquã Israel in quo dolus non est, tunc eminentiꝰ sima erit super Israel magnificentia eius. Et uirtus eius in nubibus.) Non enim solus ueniet ad iudicium, sed cum senioribus populi sui, quibus promisit, quòd sedebunt super sedes iudicaturi, qui etiam angelos iudicabũt. Hæ sunt nubes. Denique ne aliud nubes intelligerentur: secutus adiũxit, Mirabilis deus i sanctis suis, deus Israel.) Tũc enim & nomen ipsum uerissime ac plenissime implebitur Israel, quod est uidẽs dẽũ: quando uidebimus eũ sicuti est. Ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.) Nunc fragiles & infirmi, habemus enim thesaurum istum in uasis fictilibus. Tunc uero etiam corporum gloriosissima commutatione, ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ. Seminatur enim hoc corpus in infirmitate, surget in uirtute. Ipse ergo dabit uirtutem, quã in sua carne prę̃misit, de qua dicit Apostolus, Virtutem resurrectionis eius. Fortitudinem aũt, qua inimica destruetur mors. Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum, tandem aliquando ipso adiuuante finiuimus, benedictus deus, Amẽ.

Concio prima de prima parte Psalmi sexagesimioctaui.

EO tpe in hoc seculo exorti sumus & aggregati populo dei, quo iã olus illud ex grano sinapis tetendit brachia sua: quo iã fermẽtũ illud, qđ primo cõtẽptibile fuit, fermẽtauit tres mẽsuras. i. totũ orbem terrarũ reparatũ ex tribus filijs Noe: qui ab oriẽte & occidẽte & aquilone & austro ueniunt, q̃ recũbẽt cũ patriarchis, expulsis foras eis, q̃ de illorũ carne sũt nati, & corũ fidẽ nõ sunt imitati. Ad hanc ergo Xpi Ecclesiæ gloriã oculos aperimus, & istã sterlem cui gaudium indictum atque prædictũ est, quod plures filios habitura esset, q̃ illa Esa. 54. quæ habebat virum, iam talem inuenimus Galat. 4. quæ oblita esset opprobriorum, & ignominiæ uiduitatis suæ: & iõ possumus fortè mirari cum voces humilitatis Christi vel nostræ relegerimus in aliqua prophetia. Et fieri poteſt vt minus ex eis afficiamur, q̃a nõ eo tempore venimus qm̃ ista cum sapore le gebantur abundante pressura. Sed rursus si tribulationum abundantiam cogitemus, & in qua ambulemus via cognoscamus: si tamen illa ambulamus, quæ sit angusta & pressuras atque tribulationes perducat ad requiem sempiternã: quamq̃ ipsa quæ in rebus humanis vocatur fœlicitas, plus sit timenda q̃ misera, quãdoquidem misera plerunque affert ex tribulatione fructum bonum, fœlicitas autem corrumpit animam peruersa securitate, & dat locum diabolo tẽtatori. Cum ergo cogitauerimus prudenter & rectẽ, sicut psallit hæc victima, tentationẽ esse vitam humanam super terram, neminemq̃ omnino esse securum, nec debere esse securũ, donec ad illam ꝑriam veniat, vnde nemo exit amicus, quò nemo admittitur inimicus, etiam nunc in ipsa Ecclesię gloria agnoscimus voces tribulationis nostræ: & tanq̃ membra Christi compage charitatis subdita capiti nostro, & nos in uicem retinentia dicemus de Psalmis, quod hic dixisse inuenerimus martyres, qui fuerant ante nos, quia tribulatio est omnibus communis ab initio vsque in finem. Tamẽ istum Psalmum, quem tractandum suscepi mus, & de quo loqui charitati vestræ in nomine domini proposuimus, in grano sinapis agnoscamus: paululum ab altitudine oleris & diffusione ramorum, & ab illa gloria, vbi aues cœli requiescunt, auocemus cogitationem, & hæc magnitudo quæ nos delectat in olere, q̃ de paruo surrexit audiamus. Christus enim hic loquitur, sed iam scienti bus dicimus, Christus non solum caput, sed & corpus, ex ipsis verbis agnoscimus. Nam quia Christus hic loquitur, dubitare omnino non permittitur. Hic sunt enim expressa verba, quæ in eius passione cõpleta sunt, Matt. 27. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quando ista ad literam impleta sunt, & prorsus quomodo prædicta, sic reddita. Cumque ipse Christus diceret, sitio, pendens in cruce, & ad hoc verbum ei acetum in spongia datum esset, quo

accepto dixit, Consummatum est, & sic inclinato capite tradidit spiritum: ostendens Ioan. 19
ista omnia quæ prædicta sunt, in illo fuisse tunc consummata, non licet hic aliud intelligere. Apostoli etiam loquentes de Christo, testimonia ex isto Psalmo dederunt. Quis autem deuiet à sententijs eorũ? Aut quis agnus nõ sequatur arietes? Ergo Christus hic loquitur, magisque nobis demonstrandum est, vbi eius membra loquantur, L
vt ostendamus quia totus hic loquitur, quã dubitandum quòd Christus loquatur.

Titulus Psalmi est,
In finem pro his qui commutabuntur ipsi Dauid.

NVnc commutationem in melius audi: commutatio. n. vel in deterius est, vel in melius est. Adã & Eua in deterius, qui ex Adam & Eua Christo adhæserunt, Gene. 3.
in melius commutati sunt. Sicut enim per vnum hominem mors, ita & per vnum hominem resurrectio mortuorum: Et sicut in 1. Co. 15
Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Ab eo quod formauit deus, mutatus est Adam, sed in peius iniquitatis suæ. Ab eo quod operatus est iniquitatem, mutantur fideles, sed in melius per gratiam dei. Vt mutaremur in peius, nostra iniquitas fuit: vt mutaremur in melius, non nostra iustitia, sed gratia dei ꝑstat. Qđ ergo i peius mutati sumus, nobis imputemus: q̃ in melius commutamur, deũ laudemus. Pro his ergo iste Psalmus, q̃ cõmutabunt. Vñ aũt ista cõmutatio facta est, nisi ex passione Chri? Pascha ipm̃, Latine trãsitus interpretat. Nõ est. n. pascha Græcũ nomen, sed Hebræorũ. Resonat qđe in Græca lingua passionẽ, qa πάσχειν pati dr. Sed cõsultũ M
Hebræũ eloquiũ, aliud indicat. Pascha trãsitũ cõmẽdat. Qđ admonuit ẽt Ioãnes Euãgelista, q̃ imminẽte passione cum veniret dñs ad cœnã, qua cõmendauit sacr̃m corporis & sanguinis sui, ita loquitur, Cum autẽ Ioan. 13
venisset hora qua trãsiret Iesus de hoc mũdo ad patrem: expresit ergo transitum paschæ. Sed nisi ipse transisset hinc ad patrem qui ꝑ nos venit, nos trãsire hinc quo possemus, qui non ꝑ aliquem leuandum descendimus, sed cecidimus? Ipse aũt non cecidit, sed descendit, vt eum qui ceciderat subleuaret. Trãsitus ergo illius & noster hinc ad patrem, de hoc mundo ad regnum cœlorum,

lorum, de vita mortali ad vitam æternam, de vita terrena ad vitam cœlestem, de vita corruptibili ad incorruptibilem, de tribulationum conuersatione ad perpetuam securitatem, Ideo pro his qui commutabuntur, Psalmi titulus est. Causam igitur commutationis nostræ. i. ipsam dñi passionem, nostramque in tribulationibus vocẽ in textu psalmi aduertamus, cognoscamus, cõgemiscamus, & audiendo, cognoscendo, cõgemiscendo mutemur vt impleatur in nobis titulus Psalmi, Pro his qui commutabuntur. A

Enarratio primæ partis.

Mar. 13. SAluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meã.) Granum illud est contemptum mundo, qđ videtur humiles dare voces, In horto oritur, miraturo mũdo oleris magnitudinem, cuius oleris semen contemptũ est à Iudæis. Reuera. n. conſvderate semen sinapis, minutum, fuscum, aspernabile prorsus, vt ibi impleatur qđ dictum est, Vidimus eum, & nõ habebat speciem neque decorem. Aquas autem intrasse vsque ad animam suam dicit, quia potuerunt illæ turbæ, quas aquarum nomine significauit, eousque prævalere vt occiderent Christum. Prevaluerũt ad contemnendum, ad tenendum, ad ligandum, ad insultandum, ad colaphizandum, ad cõspuẽdum. Adhuc quousque? Vsque ad mortem. Ergo introierunt aquæ vsque ad animam meam. Hanc quippe vitam dixit animam suam, quousque illi accedere sæuiendo potuerunt. Sed nunquid hoc possent nisi ab ipso permitterentur? Vnde ergo aliquid tanquam inuitus patiatur sic clamat, nisi quia caput membra sua præfigurat? Passus est quippe ille quia voluit, martyres vero etiã si noluerunt. Petro nanque ita prædixit passionem suam, Cum senueris, inquit, alius te præcinget, & feret quò tu non vis. Quanquam enim Christo inhærere cupiamus, mori tamen nolumus, & ideo libenter vel potius patienter patimur, quia alius transitus non datur, per quem Christo cohæreamus. Nam si possemus aliter peruenire ad Christum, id est, ad vitam æternam, quis vellet mori? Naturam quippe nostram, id est, consortiũ quoddã animæ & corporis, & quãdã in his duobus familiaritatẽ cõglutinationis atque cõpaginis, exponẽs quodã loco Apostolus, ait, habere nos domũ nõ manufactã, æternã in cœlis. i. immortalitatẽ pparatam nobis, qua induendi sumus in finem cum resurreximus à mortuis: & ait, In quo nolumus spoliari sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Si fieri posset sic vellemus, ait, fieri immortales, vt iam reniret ipsa immortalitas, & mõ sicut sumus mutaret nos, vt mortale hoc nostrum absorberetur à vita, non per morte corpus puergo à malis ad bona transeamus, tñ ipse trã situs aliquantũ amarus est, & hẽt fel qđ derunt dño in passione Iudęi, hẽt acre quid dam tolerandum, quo ostenduntur qui eũ aceto potauerunt. Præfigurans ergo & trãs formans in se nosipsos, hoc ait, Saluum me fac deus, qm̃ intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Potuerunt qui persecuti sunt etiam occidere, sed amplius quod faciãt nõ habebunt. Præmisit. n. exhortationem ipse dñs dicens, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & amplius non habent quid faciant, sed eum timete qui habet potestatẽ, & corpus & animam occidere in gehennã ignis, Maiore timore minora cõtemnimus, & maiore æternitatis cupiditate omnia tẽporalia fastidimus. Nam & hic delitiæ temporales, dulces sunt, & tribulationes temporales amaræ sunt. Sed quis non bibat tribulationis temporalis poculũ, metuens ignis gehennarum? Et quis non contemnat dulcedinem seculi, inhians dulcedini vitæ æternæ? Hinc ergo vt liberemur clamemus, ne forte in pressuris consentiamus iniquitati, & vere irreparabiliter forbeamur. Saluum me fac deus qm̃ intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.) Quid dicit limum? An ipsos qui persecuti sunt? De limo enim factus est homo, sed isti cadendo à iustitia limus profundi facti sunt: quibus persequentibus, & ad iniquitatem trahere cupientibus quisquis non consenserit, de limo suo aurum facit. Merebitur. n. limus ipsius conuerti in habitudinem cœlestem, & socius fieri eorum de quibus dicit titulus Psalmi, pro ijs qui commutabuntur. Isti autem cum limus profundi essent, hæsi in illis. i. tenuerunt me, prævaluerunt mihi, occiderunt me. Infixus sum ergo in limo profundi, & non est substantia. Quid est hoc, non est substantia: Nunquid nã ipse limus nõ est substãtia? An ego inhærẽs factus sum non esse substantia? Quid est ergo, infixus sum? Nunquid nam sic hæsit Christus? An vero hæsit? An non, sicut dictũ est in libro Iob, Terra tradita est in manus impij? An scđm corpus infixus est, qa teneri potuit, & ipsam crucifixionẽ habebat? Nisi. n. clauis fixus esset, crucifixus non esset. Vnde ergo non est substantia? An limus ille non est substãtia? Intelligamus ergo si potuerimus, quid sit & non est substantia, si prius intelexerimus, quid sit substantia. Substãtia qp pe dr & diuitiarũ, scđm quam dicimus, habuit substantiã,, & perdidit substantiã. Sed nunquid hoc putabimus hic dictum esse, & non est substantia. i. non sunt diuitiæ, quasi modo aliquid de diuitijs ageretur, aut aliqua qõ de diuitijs haberetur? An forte quia ille ipse limus paupertas erat, & diuitię non erunt, nisi qñ æternitatis participes effecti fuerimus? Tunc sunt. n. veræ diuitiæ, qñ nobis nihil deerit. Potest ẽt scđm huius verbi intellectũ accipi sensus iste vt diceretur, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. i. ad paupertatem peruẽni. Nam hic dicit, Pauper & dolens ego sum. Dicit & Apostolus, Qm̃ propter vos pauper factus est cũ esset dues, vt illius inopia vos ditare mini. Ergo paupertatem suam volens dñs nobis commendare, fortasse dixerit, Non est substantia. Ad summam. n. paupertatem uerit, qñ formam serui se induit. Diuitiæ eius quæ sunt? Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo. Hæ magnæ incomparabilesque diuitiæ. Vnde ergo ista paupertas? Quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, vt diceret, Introierunt aquæ vsque ad animam meã. Ad de super mortem, Quid amplius additurus es? Ignominiam crucis. Ideo sequitur, Mortem autẽ crucis. Magna paupertas, sed hinc erunt magnæ diuitiæ: quia sicut impleta est paupertas eius, ita & implebuntur diuitiæ nostræ de paupertate ipsius. Quantas diuitias habet, vt de sua paupertate nos diuites faceret? Quales nos facturus est de diuitijs suis, quos diuites fecit de paupertate sua: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Intelligit alio modo substantia, illud quod sumus quicquid sumus. Sed hoc ad intelligendum est aliquanto difficilius, quanquam res vsitatæ sint. Sed quia inusitatum verbum est, indiget commẽdationis & expositionis aliquantulæ: cui tũ si intenti fueritis, fortasis in ea non laborabimus. Dicitur homo, dicitur pecus, dr terra, dici hoc aũtur cœlum, sol, luna, lapis, mare, aer, omnia. Nata sunt, eo ipso quo sunt. Natura vero ipsæ substantiæ dr. Deus est ẽdam substantia: nam quod nulla substantia est, nihil omnino est. Substãtia ergo aliquid esse est. Vnde ẽt in fide catholica cõtra venena quorundam hæreticorum sic ædificamus, vt dicamus patrẽ & filium & spmsanctũ vnius substantiæ esse. Quid est vnius substantiæ? Verbi gratia, Si aurum est pater, aurum & filius, aurum & spiritussanctus. Quicquid est pater quod deus est, hoc est filius, hoc Ex his spiritussanctus. Cũ aũt pater est, non illud verbis est, quod illud est. Pater. n. non ad se, sed ad filium dr. Ad se autem deus dicitur. Itaque autem. eo quod deus est, hocipso substantia est. Et quia eiusdem substantiæ filius, proculdubio & filius deus. At vero quod pater est, quia non substantiæ nomen est, sed refertur ad filium, non sic dicimus filium patrem esse, quõ dicimus filium deũ esse. Quæris quid circa fisit pater? Respondetur deus. Quæris quid filius? Respondetur deus. Quæris quid sit pater & filius? Respondetur deus. De solo patre interrogatus, deum responde: de solo filio interrogatus, deũ responde: de vtroque interrogatus, non deos, sed deũ respon de. Non sicut in hominibus: quæris quid sit pater Abraham, respondetur homo, substãtia eius respondetur. Quæris quid sit filius eius Isaac, Respondetur homo: eiusdem substantiæ Abraham & Isaac. Quæris quid sit Abraham & Isaac? Non respondetur homo, sed homines. Non sic in diuinis: tanta enim ibi est substantiæ societas, vt equalitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis mihi filium hoc esse quod pater est, profecto & filius pater est: responde secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur. Ad se. n. deus dicitur, ad patrem filius dicitur. Rursusque pater ad se deus dicitur, ad filium pater dicitur. Quod dicitur ad filium pater, non est filius: Quod dicitur filius ad patrem, non est pater. Quod dicitur ad se pater & filius ad se, hoc est pater & filius, idem deus. Quid est ergo, non est substantia? Secundum hunc intellectũ substantiæ, qũo poterimus intelligere istã Psalmi sententiã, Infixus sum in limo profundi & non

Universidad de Deusto Biblioteca

Gene.1. non est substantia? Deus fecit hominẽ, sub-
2.sen. di. stantiam fecit: atque vtinam maneret in eo
37.c. In quod deus fecit. Si maneret homo in eo qđ
hoc. fecit deus, non in illo infixus esset, quẽ deus
Gene.3. genuit. Porrò autem quia per iniquitatem
homo lapsus est à substantia in qua factus
est: iniquitas quippe ipsa non est substantia:
non.n. iniquitas est natura quam formauit
deus; sed iniquitas est peruersitas, quam fe-
cit homo: venit filius dei ad limum profun-
di & infixus est, & non erat substantia in
qua infixus est, quia in iniquitate illorũ in-
I fixus est. Infixus sum in limo profundi, &
Ioan. 1. non est substantia. Omnia per ipsum facta
2.sen. d. sunt, & sine ipso factũ est nihil. Naturæ oẽs
37.c. In per ipsum factæ sunt, iniquitas per ipsum fa
hoc. cta nõ est, quia iniquitas facta non est. Sub-
stantiæ illæ per eum factæ sunt, quæ laudãt
eum. Vniuersa creatura laudans deũ, à tri-
bus pueris in camino commemoratur, & à
terrenis ad cœlestia, vel à cœlestibus ad ter
rena hymnus laudantium deum peruenit:
non quo cuncta ista habeant sensum laudã-
di, sed quia cuncta bene cogitata laudem pa
riunt, & impletur cor consyderatione crea
2.sen. d. turæ ad eructandũ hymnum creatori. Lau-
37.c. In dant omnia deum, sed quę fecit deus. Nun-
hoc cir- quid in illo hymno aduertistis, quod auari
ca finẽ. tia laudet deum? Laudat tibi deum & ser-
pens, auaritia non laudat. Omnia quippe re
pentia nominata ibi sunt in laudem dei. No
minata sunt omnia repentia, sed nõ sunt ibi
nominata aliqua vitia. Vitia.n. ex nobis &
ex nostra voluntate habemus, & vitia non
sunt substantia. In his infixus est dominus,
quãdo persecutionem passus est in vitio Iu-
dæorum, non in substantia hominum, quæ
per illum facta est. Infixus sum, inquit, ibi li
mo profundi, & non est substantia, Infixus
K sum, & non inueni quod feci. Veni in alti-
tudinem maris, & tempestas demersit me.)
Gratias ipsius misericordiæ qui venit in al-
titudinem maris, & glutiri à marino ceto di
gnatus est, sed euomitus est tertio die. Ve-
nit in altitudinem maris, in qua altitudine
nos depressi eramus, in qua altitudine nos
naufragium passi eramus. Venit illuc ipse,
& tempestas demersit illum, quia fluctus
Ioan.19 ibi passus est ipsos homines, tempestates, vo
ces dicentium, Crucifige, crucifige: dicente
Pilato, Non inuenio causam vllam in hoc
homine quare occidendus sit, inualescebant
voces dicentium, Crucifige, crucifige. Auge
batur tempestas donec demergeretur, qui
venerat in altitudinem maris: & passus est
dñs inter manus Iudæorum, quod non est
passus cum super aquas ambularet: qđ non
solum ipse passus non erat, sed nec Petrum
pati permiserat. Veni in altitudinẽ maris, &
tempestas demersit me. Laborauí clamans,
raucæ factæ sunt fauces meæ.) Hoc vbi?
Hoc qñ? Interrogemus Euangeliũ. Passio-
nẽ quippe dñi nostri in hoc Psalmo cognos-
cimus. Equidem passum eum nouimus, in-
trasse aquas vsque ad animam eius, quia po
puli prævaluerunt vsque ad mortem eius,
legimus: credimus tempestate illum demer
sum esse, quia prævaluit seditio ad eum oc- L
cidendum, agnoscimus verum esse: laborasse
se eũ clamando, & raucas factas esse fauces
illius, non solum non legimus, sed & contra
legimus, quia non respondebat eis verbum,
vt impleretur quod in alio Psalmo dictum Psal.37
est, Factus sum quasi homo non audiens,
& non habens in ore suo redargutiones. Et
quod in Esaia prophetatum est, Sicut ouis Esa.53
ad immolandum ductus est, & sicut agnus
coram tondente se, sic non aperuit os suũ.
Si factus est sicut homo non audiens & nõ
habens in ore suo redargutiones, qũo labo-
rauit clamans, & raucæ factæ sunt fauces
eius? An ideo iam tunc tacebat, quia raucus
erat, qui sine causa tantum clamauerat? Et Psal.21
illam quidem eius vocem de Psalmo quo-
dam in cruce nouimus, Deus meus deus
meus, vt quid me dereliquisti? Sed quanta
illa vox fuit aut quàm diuturna, vt in ea Mat.27
raucæ factæ essent fauces eius? Diu clama- Marc.15
uit, Væ vobis scribæ & pharisæi: diu clama-
uit, Væ mundo ab scandalis. Et reuera quo
dammodo raucus clamabat, & ideo non in-
telligebatur, quando dicebant Iudæi. Quid
est quod dicit? Durus est hic sermo, quis po Ioan.6.
test illum audire? Non scimus, quid dicat. M
Ille omnia verba dicebat, sed illis raucæ fue
runt fauces eius, qui voces eius non intelli-
gebant. Laboraui clamans, raucę factæ sunt
fauces meæ. Defecerunt oculi mei ab spe-
rando in deum.) Absit vt hoc de persona ca
pitis accipiatur. Absit vt defecerint oculi e-
ius ab sperando in deum eius, in quo magis
deus erat mundum reconcilians sibi, & qui
verbum caro factum est & habitauit in no- Ioan.1.
bis, vt non solum deus in illo esset, sed etiã
ipse deus esset. Non ergo ita, non ipsius ca-
pitis nostri oculi defecerunt ab sperando in
deum eius, sed defecerunt oculi eius in cor
pore eius, id est, in membris eius. Hæc vox
membro-

mẽbrorũ est, hæc vox corporis est, non ca-
pitis. Quomodo eam ergo in eius corpore
Luc.23. mẽbrisque inuenimus? Quid aliud dicam?
qđ aliud cõmemorem? Quando passus est,
quãdo mortuus est, oẽs discipuli desperaue
runt, qđ ipse esset Christus. A latrone Apo
stoli victi sunt, qui tunc credidit quando il
li defecerunt. Vide mẽbra eius desperantia,
attende duos illos quos post resurrectionẽ
inuenit in via colloquentes secum, quorũ
Luc.24. vnus erat Cleophas, quando detinebantur
oculi eorum ne eum agnoscerent. Qũo.n.
A oculis agnoscerent, à quo mente titubabãt?
Factum erat aliquid in oculis eorum simi-
le mentis ipsorum. Loquebantur enim in-
ter se, & cum ab eo compellarentur vnde
Ibidem. loquerentur, responderunt, Tu solus pere-
grinus es in Hierusalem, & nescis, quæ fa-
cta sunt, quomodo Iesus Nazarenus potẽs
in factis & dictis, occisus est à senioribus,
& principibus sacerdotum, & nos sperabа-
mus, qđ ipse erat redempturus Israel. Spera
bant & non sperabant. Defecerunt oculi eo
rum ab sperãdo in deum ipsorum. Ipsos er-
go in se transfigurauit dicendo. Defecerũt
oculi mei ab sperando in deum meũ. Hanc
spem reddidit quando cicatrices palpandas
obtulit, quas cum tetigisset Thomas redijt
Ioan.20. Dominus meus, & deus meus. Defecerunt
oculi tui ab sperando in deum tuum. Palpa
sti cicatrices, & inuenisti deum tuum. Pal-
pasti formã serui, & cognouisti dominum
Ibidem. tuum. Cui tamen ipse dominus ait, Quia
vidisti, credidisti. Et nos prænuncians vasa
misericordię suæ, Beati, inquit, qui non vi-
Psal.39. derunt & credunt. Defecerunt oculi mei ab
sperãdo in deum meum. Multiplicati sunt
super capillos capitis mei, qui oderunt me
gratis.) Quam multiplicati? Vt adderet sibi
Mat.26 vnum ex duodecim, Multiplicati sunt sup
Ioan.27 capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
Capillis capitis sui comparauit inimicos
suos. Merito rasi sunt, quando in loco cal-
uariæ crucifixus est. Accipiant membra vo
ceim hanc, discant odio haberi gratis. Iam
enim si necesse est christiane vt mundus
oderit te, quare non facis vt gratis te ode-
rit, vt in corpore domini tui, & in hoc Psal
mo de illo præmisso agnoscas vocẽ tuam?
Quomodo fiet vt oderit te mundus gratis?
Si nihil cuiquam noceas, & sic odio habea-
ris. Hoc est enim gratis, sine causa. Parũ sit
ubi sine causa odio haberi, insuper & præ-
sta vt retribuant tibi mala pro bonis. Cõfor-
tati sunt inimici mei, q persequuntur me
iniuste.) Qđ dixit, multiplicati sunt super
capillos capitis mei: hoc postea, confortati
sunt inimici mei: & quod primo, q oderunt
me gratis: hoc postea, qui psequuntur me
iniuste. Quod ergo gratis, hoc est, iniuste.
Ipsa est vox martyrum, non in pœna, sed
in causa. Non persecutionem pati, non te-
neri, non flagellari, non includi, nõ proscri
bi, non occidi laus est, sed habendo causam C
bonam ista pati, hæc laus est. Laus enim est
in causæ bonitate, non in pœnæ acerbitate.
Nam quantacunque fuerint supplicia mar
tyrum, nunquid æquantur supplicijs om-
nium latronum, omnium sacrilegorũ, om-
nium sceleratorum? Quid.n.? Et hos odit
mundus? Odit planè. Excedunt.n. mundi
medietatem, amplitudine malitiæ, & ab ip-
sa mũdanorũ quodãmodo hominum socie
tate alieni sunt infestantes pacem & terre-
nam, & patiunt multa mala, sed non gratis.
Denique vide vocem illius latronis cũ dño
in cruce pendẽtis, cũ insultaret ex alia par-
te vnus duorum latronũ dño crucifixo, &
Luc.24. diceret, Si filius dei es libera te: compescuit
illum alter & dixit, Tu non times deum,
vel quia in eadem damnatione positus es?
Et nos quidem rectè pro factis nostris. Ec-
ce non gratis, sed confessione effudit ex se
sanguinem, & factus est aptus cibo domini.
Exclusit iniquitatem suam, accusauit eam,
& caruit ea. Ecce ibi duo latrones, & ibi
dñs: & illi crucifixi, & illi crucifixus: & illos
odio habuit mundus, sed nos gratis; & illũ
odio habuit, sed gratis. Quę non rapui tũc
exoluebã.) Hoc est gratis, nõ rapui & exol-
uebam, non peccaui & pœnas dabam. So-
lus enim ipse talis, ipse vero nihil rapuit,
nõ solũ nihil rapuit, sed & qđ nõ de rapina D
habebat, hoc se euacuauit vt ad nos veniret Phili. 2.
Nõ.n. rapinã arbitratus est esse se æqualẽ
deo, & tũ semetipsum exinaniuit, formam
serui accipiens. Omnino non rapuit. Sed
quis rapuit? Adam. Quis rapuit pri-
mo? Ille ipse qui seduxit Adam. Quo- Gene.3
modo rapuit diabolus? Ponam sedem meã Esai.14.
ad aquilonem, & ero similis altissimo, vsur
pauit sibi quod non acceperat. Ecce rapi-
nam: vsurpauit sibi diabolus quod non
acceperat, perdidit quod acceperat, & de
ipso calice superbiæ suæ, ei quem decipere
volebat propinauit. Gustate, inquit, & Gene.3.
eritis sicut dij. Rapere voluerunt diuinita-
tem,

tem,perdiderunt fœlicitatem : ille ergo rapuit & ideo exoluit. Ego autẽ, inquit,quę non rapui tunc exoluebam. Ipse dominus propinquãs pasioni, in Euangelio sic loqtur, Ecce uenit princeps huius mundi, id
Ioã. 14. est,diabolus, & in me nihil inueniet.i.quare me occidat non inueniet. Sed ut sciant oẽs,quia uoluntatem patris mei facio,surgi te eamus. Et ijt ad passionem soluere qđ non rapuit. Quid est enim in me nihil inueniet?Nullam culpam. An aliquid perdidit de domo sua diabolus? Iste discutiat raptor nihil apud me inueniet. Et tñ nihil rapuisse se dicit,peccatum attẽdẽs,nihil usurE passe quod eius non erat, Hoc est enim rapine, hoc iniquitatis : nam ab ipso diabolo extorsit quos ipse rapuerat, Nemo,inquit, in domum fortis intrat & uasa eius diripit,
Mat.12. nisi prius alligauerit fortẽ. Alligauit fortẽ, & uasa eius diripuit,certè non rapuit'. Sed respondet tibi,Vasa ista de domo mea magna perierant, non furtum feci,sed furtum recepi.Deus tu scis imprudẽtiá meá.)Iterũ ex ore corporis, nã q̃ imprudentia in Chri sto?nonne ipse est dei uirtus & dei sapien-
1.Co.1. tia ? An illam dicit imprudentiam suam,de qua dicit Apostolus, Stultum dei sapiẽtius est hominibus?Imprudentiam meam hoc ipsum quod in me irriserunt, qui sibi uidẽtur esse sapientes, Tu scis quare fieret, tu scisti imprudentiam meam. Quid.n.tam simile imprudentiæ, q̃ cum haberet in potestate,una uoce suos persecutores prosterMat. 26 nere,pateretur se teneri, flagellari, cõspui, &.27. colaphizari,spinis coronari, ligno affigi ? Imprudentiæ simile est, stultum uidetur : sed stultum hoc superat omnes sapientes. Stultum quidem est: sed & granum quãdo cadit in terram,si nemo sciat consuetudinẽ agricolarum, stultum uidetur : labore maF gno metitur,portatur ad aream,trituratur, uentilatur,post tanta pericula cœli & tempestates & labores rusticanorum, curamque dominorum,mittitur in horreum frumentum purgatum.Venit hyems, & quod purgatum erat profertur & proijcitur, imprudentię uidetur, sed ut non sit impru-
Rom.8. dentia spes facit. Non ergo ille pepercit si-
Gala. 2. bi, quia & pater illi non pepercit, sed pro
Ioã. 12. nobis omnibus tradidit illum.Et de ipso,q dilexit me,inquit,Apostolus,& tradidit seipsum pro me: quia granum nisi ceciderit in terram ut moriatur,fructum,inquit, nõ
1.Co.2. reddet.Hæc est imprudentia,sed tu nosti il

lam . Isti autem si cognouissent, nunquam dominũ glorię crucifixissent. Deus tu scis imprudentiam meam. Et delicta mea à te non sunt absconditа.) Hoc plane,lucide & aperte,quia ex ore corporis intelligendum est.Delicta nulla Christus habuit, fuit delictorum susceptor, sed non commissor. Et delicta mea à te non sunt absconditа.i.confessus sum tibi omnia delicta mea, & ante os meum uidisti ea in cogitatione mea, uidisti uulnera quæ sanares.Sed ubi? Vtique in corpore,in membris,in illis fidelibus,un de illi hęrebat iam membrum illud,quod confitebatur peccata sua.Et delicta,inquit, mea à te non sunt absconditа. Non erubescant in me qui expectant te domine deus uirtutum.)Rursus uox capitis,non erubescant in me:nõ dicatur illis, ubi est deuo presumebatis ? Non dicatur illis,ubi est q uobis dicebat, Creditis in deum & in me credite ? Non erubescant in me qui expectant te domine deus uirtutum.Non confundantur super me, qui quærunt te deus Israel.) Potest hoc & de corpore intelligi, sed si corpus eius non unum hominem ponas: quia reuera nõ est unus homo corpus eius, sed exiguum membrum, corpus autẽ ex membris constat.Corpus ergo eius plenum tota Ecclesia.Merito ergo dicit Ecclesia, Non erubescant in me qui expectãt te domine deus uirtutum.Non sic affligar ab insurgentibus persecutoribus, non sic obterar ab inuidentibus inimicis meis, ab oblatrantibus hæreticis qui à me exierunt,quia non erant ex me.Nõ si fuissent ex me,mecum forsitan permansissent:non sic eorum scandalis premar, ut erubescant in me qui expectant te domine deus uirtutum.Non confundantur super me, qui quærunt te deus Israel. Quoniam propter te sustinui ignominiam, operuit irreuerentia faciem meam.) Nihil magnum est quod dicitur sustinui , sed quod dicitur propter te sustinui. Si enim sustines quia peccasti,propter te sustines,non propter deum. Quę enim vobis gloria est,ait Petrus,si peccantes puniamini & suffertis ? Si autem sustines quia mandatum dei seruasti,vere propter deum sustines, & merces tua manet in ęternum, propter deum sustinuisti opprobria. Ideo enim prior ille sustinuit , ut nos sustinere discęremus.Et si ille qui non habebat quod illi obijciebatur, quanto magis nos qui esti non habemus peccatum , quod nobis obijciat

cit inimicus,habemus tamen alterum, qđ digne in nobis flagelletur? Nescio qs,te furẽ dicit & non es fur,audis opprobriũ, nõ
Psal.49. tñ sic nõ es fur,vt nõ sis aliq̃d qđ deo displi
Psal.7. cet.Porrò si ille q̃ omnino nihil rapuerat, qui verisime dixerat,Ecce venit princeps
Psal.10 mũdi huius,& in me nihil inueniet: dictus est peccator, dictus est iniquus, dictus est Beelzebub,dictus est insanus,tu dedignaris serue audire ꝓ meritis tuis,qđ dns audiuit nullis meritis suis? Ille venit vt tibi præbret exẽplũ,Quasi gratis hoc fecerit,si tu nõ ꝓficis.Quare.n.ille audiuit,nisi vt tu cum audires non deficeres?Ecce tu audis & deficis.Frustra ergo ille audiuit,non enim propter se,sed propter te audiuit,Q̃m propter te sustinui exprobrationem, operuit irreuerentia faciẽ meã.Irreuerẽtia,inquit,operuit faciem meam . Irreuerentia quid est ? Non confundi. Denique quasi vitium videt cũ dicitur,irreuerens homo est.Magna irreuerentia hominis nõ illũ erubescere. Ergo irreuerentia quasi imprudentia est. Oportet vt habeat Christianus irreuerentiam istã, quando venerit inter homines quibus dicet Christus . Si erubuerit de Christo, delebitur de libro viuentium. Opus est ergo v. habeas irreuerentiam,quando tibi de Christo insultatur , quando dicitur cultor crucifixi,adorator male mortui, venerator occisi.Hæc si erubueris,mortuus es.Sentẽtiam ꝓpe ipsius vide qui neminem fallit, Qui me erubuerit corã hominibus , & ego erubescam eum corã angelis dei . Obserua igit tu,sit in te irreuerentia.Frontosus esto quando audis opprobrium de Christo: prquã signo crucis Christi armasti? Hoc est enim propter te sustinui exprobrationem . Et quia non de te erubui,quando mihi pro
Psal.68. ter te insultabatur,operuit irreuerentia faciem meã.Alienatus factus sum à fratribus
Psal.68. meis,& hospes filijs matris meę.) Filijs synagogæ hospes factus est.In patria quidem
Psal.68. ipsius dicebatur,Nonne nos scimus eum esse filium Mariæ & Ioseph?Et vnde alio loco,Hunc autem nescimus vnde sit. Factus sum ergo hospes filijs matris meæ Nõ sciebant de femore Abraham natum, vnde carne mea occulta erat,quando sub ipso femore manum seruus ponens iurauit per deum cœli? Hospes,inquit, factus sum filijs matris meæ? Quare hoc? Quare non agnouerunt? Quare alienum dixerunt? Quare ausi sunt dicere,nescimus vnde sit? Q̃m zelus domus tuæ comedit me.) Id est,quia persecutus sum in illis iniquitates ipsorum, quia non patienter tuli quos sic corripui, quia quæsiui gloriam tuam in domo tua, Ioan. 2. quia flagellaui in templo male versantes: vbi ẽt positum est, Zelus domus tuæ comedit me. Hinc alienus,hinc hospes,hinc nescimus vnde sit. Agnoscerent vnde sim si agnoscerent,quod mandasti.Si.n.inuenirẽ illos seruãtes mãdata tua, zelus domus tuę nõ comederet me.Et opprobria exprobrãtium tibi ceciderunt super me.) Hoc testimonio vsus est & Paulus Apostolus, lecta est ipsa modo lectio,& ait, Quæcunque au L tem scripta sunt, vt nos doceremur scripta Ro. 15. sunt, vt per consolationem scripturarũ spẽ habeamus . Dixit ergo Christi fuisse istam vocem,Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.Quare tibi? Nunquid patri exprobratur , & non ipsi Christo ? Quare opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me ? Quia qui me cognouit, cognouit & patrem : quia nemo exprobrauit Christo,nisi deo exprobrans:Quia ne-
Ioã. 14. mo honorat patrẽ,nisi q̃ honorat & filiũ. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me,quia me inuenerunt Et cooperui in ieiunio animam meam, & factum est mihi in opprobrium.) Ieiuniũ Christi spiritaliter iam in alio psalmo commendauimus charitati vestræ.Ieiunium ipsius erat, quando defecerunt omnes qui in eum crediderant,quia csuries ipsius erat vt in eum crederetur,quia & sitis ipsius erat quãdo dixit mulieri,sitio,da mihi bibere : fidem q̃pe ipsius sitiebat . Et de cruce cum diceret: Sitio:fidem illorum quærebat , pro quibus dixerat,Pater ignosce illis,q̃a nescIunt q̃d Ioã. 19. faciunt.Sed illi homines quid propinarunt Ldc.23. sitienti?Acetum. Acetum enim vinum vetus dicitur. Merito de vetere homine propinarunt,quia noui esse noluerunt.Quare M noui esse noluerunt?Quia ad titulum psalmi huius vbi scriptum est,Pro ijs qui commutabuntur,non pertinuerunt . Ergo operui in ieiunio animam meam. Denique respuit etiam fel,quod illi obtulerunt.Ieiunare elegit,q̃ amaritudinem accipere . Nõ.n. Psal.65. intrant in corpus eius amaricãtes , de q̃bus alio loco psalmus dicit,Qui amaricant non exaltentur in semetipsis.Ergo operui in ieiunio animam meam , & factũ est mihi in opprobrium . Hoc ipsum mihi in oppro-

briũ factũ est, quia non illis consensi, hoc est, ab illis ieiunaui. Qui.n.non consentit male suadentibus, ieiunat ab ipsis, & per hoc ieiuniũ meretur opprobriũ, vt ideo illi insultetur, quia non cõsentit ad malum. Et posui vestimentum meũ saccum.) Iã & de
Psal.34. sacco aliquid diximus: vnde illud est, Ego aũt cum mihi molesti essent, induebam me cilicio, Et humiliabã in ieiunio animã meã, Posui vestimentũ meum saccum: id est, opposui illis in quã sæuirent carnem meam, occultaui diuinitatem meam. Saccum, quia mortalis caro erat vt de peccato condemna
Rom.8. ret pctm in carne. Et posui vestimẽtũ meũ saccum. Et factus sum illis in parabolã.) Id
A est, in irrisionem. Parabola autem dicitur qñ datur similitudo de aliquo, quando de illo male dicit. Sic ille, verbi gratia, pereat, qũo ille parabola est, id est, comparatio & similitudo maledicti. Factus ergo sum illis in parabolã. Aduersus me insultabant qui sedebant in porta.) In porta, nihil aliud q̃ in publico. Et in me psallebunt qui bibebãt vinum.) Putatis hoc fratres Christo tmmodo contigisse? Quotidie illis in membris eius contingit, quando forte necesse erit seruo dei prohibere ebrietates & luxurias in aliquo vel fundo vel oppido, vbi non auditum fuerit verbum dei: parum est quia cantant, insuper & in ipsum incipiunt cantare, à quo prohibentur cantare. Comparate nunc illius ieiunium & illorum vinum. Et in me psalllebant qui bibebant vinum: vinum erroris, vinum impietatis, vinum superbiæ. Ego autem oratio mea ad te domine.) Ego autem ad te eam. Sed qũo? Ad te orando. Quãdo.n.maledíceris, & quid agas non habes, quãdo tibi iactantur opprobria, & qũo corrigas eum a quo iactantur, non inuenis, nihil tibi restat nisi orare. Sed memento, & pro ipso orare, Ego autem oratio mea ad te domine. Tẽpus bñplaciti deus.)
B Ecce enim sepelitur granum, exurget frũctus. Tempus beneplaciti deus. De hoc tem-
2.Co.6. pore & Prophetæ dixerunt quod commemorat Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordię tuæ.) Hoc tempus beneplaciti in multitudine misericordiæ tuæ. Nam si non esset multitudo misericordiæ tuæ, quid nos faceremus de multitudine iniquitatis nostræ? In multitudine misericordiæ tuæ. Exaudi me in veritate salutis tuæ.) Quia dixit misericordiam, subiunxit & veritatem, quia misericordia & vniuersæ viæ domini. Quare misericordia? Dimittendo peccata. Quare veritas? Reddendo promissa. Exaudi me in me veritate salutis tuæ. Saluum me fac Psal.68
de luto vt non inhæream.) De illo de quo supra dixerat, Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Proinde quia illud expositũ bene accepistis, quid hic audiatis expressius non est. Hinc se dicit liberandum, vbi se dixit infixum. Saluum me fac de luto vt non inhæream. Exponit ipse; Eruar ex ijs qui oderunt me.) Ipsi sunt ergo lutum cui non inhæream. Sed hoc forte suggeritur. Pauloã te dixerat, Infixus sum: modo dicit, Saluum me fac de luto vt non inhæream, cum secundum sententiam prior rem deberet dicere, Saluum me fac de luto vbi hæseram, eruendo me, non agendo vt non inhæream. Ergo hæserat carne, sed nõ hæserat spiritu dicit hoc ex infirmitate mẽbrorum suorum. Quando forte caperis ab eo qui te premit ad iniquitatem, tenetur corpus tuum, secundum corpus infidem corpus tuum, secundum corpus inxus es in limo profundi: sed quandiu nonconsentis, non hæsisti. si autem consentis, hæsisti. Oratio ergo tua ibi sit, vt quomodo iam tenetur corpus tuum, non teneatur & anima tua, sis liber in vinculis. Eruar ex his qui oderũt me. Et de profundo aquarum. Non me demergat tempestas aquæ.) Sed iam demersus erat. Veni in altitudinem maris tu dixisti, & tempestas demersit me. tu dixisti. Demersit secundum carnem, non demergat secundum spiritum. Quibus dictum est, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã: hoc eis dictũ est, vt nec carne hærerent nec spiritu. Non enim appetendum est, vt hæreamus vel carne, sed quantum possumus vitare debemus. Si vero hæserimus, & in manus peccatorum venerimus, iam corpore hæsimus, fixi sumus in limo profundi, restat pro anima deprecari, vt non inhæreamus, id est, non consentiamus. Non nos demergat tempestas aquæ, vt eam us in profundum limi. Neq; absorbeat me profundum, neque coarctet super me puteus os suum.) Quid est hoc fratres? Quid deprecatus est? Magnus est puteus, profunditas iniquitatis humanæ. Illuc quæque si ceciderit, in altum cadet, Sed tamen ibi positus, si confitetur peccata sua deo suo, non super eum claudit puteus os suum, vt est in alio quodam Psalmo scriptum, De Psal.68
profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meam. Si autem factum fuerit in illo quod in alia sententia scriptura dicit, Prou.18. Peccator cum venerit profundum malorũ cõtemnet: clausit super eum puteus os suũ. Quare clausit os suum? Quia clausit os illius. Perdidit.n. cõfessionem: vere mortuus est, impletumque est in eo quod alibi dr, A Psal.87 mortuo velut qui non sit perit confessio. Metuenda ista res est vehementer fratres. Si videris hominem fecisse iniquitatẽ, mersus est in puteum. Qñ autem illi dixeris iniquitatem ipsius, & dixerit, vere peccaui fateor, non super eum clausit puteus os suũ. Cum autem videris eum dicere, quid enim mali feci? factus est defensor peccati sui, clausit super eum puteus os suum, qua eruatur E non habet. Amissa confessione, non erit locus misericordiæ. Tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit deus liberator? Vt ergo sit ille liberator, tu esto accusator.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

POsterior pars Psalmi, de quo hesterno die locuti sumus charitati vestræ, hodie nobis explicanda remanserat. Et video esse tps reddendi debiti, si tamen eius prolixitas non nos etiam hodie debitores reliquerit. Itaq; hoc præloquor, & peto, ne diuturnum sermonem in his quę manifesta sunt expectetis. Ita.n. possumus in obscurioribus necessitate immorari, & fortasse supplere quod debemus, vt alijs diebus alia dependamus, aliaq; reddamus. Videamus ergo quæ sequuntur. Posteaquã dixit, Neq; coarctet super me puteus os suum: qđ hesterno die commendauimus charitati vestræ, vt omni animi intentione & fide pietatis cauea mus, ne hoc maledictum superueniat nobis. Tunc.n. coarctat puteus super hominẽ os suum, id est, profunditas iniquitatis, qñ F non solum mersus in peccatis iacet, sed etiã perdit aditum confessionis. Qñ autem dicit homo, peccator sum, radiatur aliquo lumine etiam profunditas putei. Sequitur ergo inter passiones exclamans dñs noster Iesus Christus caput & corpus, sicut commendauimus, vs quibusdam locis capitis verba cognoscatis: quæ autem dicta fuerint ita vt capitis conuenire non possint, ad corpus referatis. Sic enim loquitur Christus tanquam vnus, quia & vere vnus, de quo dictum est,

Erunt duo in carne vna. Si enim in carne vna, quid miraris, quia & in voce vna? Se- Ephe.5.
quitur ergo, Exaudi me domine qm suauis Gene.2.
est misericordia tua.) Hanc causam asseruit quare debeat exaudiri, quia suauis est misericordia dei. Nonne magis hoc erat consequens vt diceret, Exaudi me domine, vt suauis mihi sit misericordia tua? Quare ergo, Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua? Suauitatem misericordiæ domini de tribulatione sua commẽdauit alijs quodammodo verbis cum dixit, Exaudi me domine quoniam tribulor. Reuera.n. qui dicit, Exaudi me, quoniam tribulor domine: causam dicit quare se exaudiri roget. Sed homini in tribulatione posito, necesse est vt suauis sit misericordia dei. De hac suauitate misericordiæ dei videte quid alio G
loco scriptura dicat, Sicut pluuia in siccita- Eccl.35
te, ita speciosa est misericordia dei in tribulatione. Quod ibi ait, speciosa: hoc ait hic, suauis. Nec panis dulcis esset, nisi fames præcederet. Ergo & qñ dominus permittit aut facit vt in tribulatione aliqua simus, etiam tunc misericors est: non enim alimentum subtrahit, sed desyderium mouet, Itaq; qđ ait modo, Exaudi me domine qm suauis est misericodia tua: tantundem valet ac si dixisset, Iam noli differre exauditionem, in tanta tribulatione sum, ve suauis mihi fit misericordia tua. Ad hoc ergo subuenire differebas, vt mihi dulce esset qđ subueniebas. Iam ergo vltra non est quod differas, peruenit tribulatio mea ad mensuram certam calamitatis, veniat misericordia tua ad faciendum opus bonitatis. Exaudi me domine qm suauis est misericordia tua. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.) Non secundum multitudinem peccatorum meorum. Ne auertas faciem tuam a puero tuo.) Et hæc humilitatis commendatio est. A puero tuo, id est, à paruo, quia iam carui superbia per disciplinam tribulationis. Ne auertas faciem tuam a puero tuo. Hæc est illa speciosa misericor H
dia dei, quam supra dixit. Nam sequenti versu exponit quod dixit: Quoniam tribulor, velociter exaudi me.) Quid est velociter? Iam non est quod differas, tribulor, præcesit afflictio mea, sequatur misericordia tua. Intende animæ meæ & redime eam.) Non indiget expositione. Videamus ergo quid sequitur, Propter inimicos meos erue me.) Hæc planè miranda petitio est, nec

breuiter perstringenda,nec cursim trāsiliēda,prorsus mirāda: Propter inimicos meos erue me. Quid est,propter inimicos meos erue me? Vt confundantur,vt crucientur liberatione mea. Quid ergo? Si non essent illi qui de liberatione mea essent cruciandi, mihi subuenire non debuit? & tunc tibi acceptabilis est liberatio,cū fuerit alterius dānatio? Ecce non sunt inimici, qui vel cōfundant vel torqueātur de liberatione tua. Sic remanebis,nō liberaberis. An ad hoc vt valeat inimicis tuis, quo possint & ipsi tua liberatione conuerti? Sed & hoc mirum est si habeat aliquam petitionis causam. Nunquid enim ad hoc liberatur seruus dei à domino deo suo,vt alij proficiant? Quid si de essent qui proficerent,ille seruus dei non erat liberandus? Quocunque ergo me conuertam,siue ad punitionem, siue ad liberationem inimicorum,non video causam petitionis huius, propter inimicos meos erue me,nisi aliud quid intelligamus: Quod cū dixero adiuuante domino, iudicabit in vobis,qui habitat in vobis. Est quædam liberatio sanctorum occulta, & propter ipsos sit quod deus sanctos suos, quosdam occulte, quosdam vero liberat publice. Occulte sicut Machabæos, publice, sicut tres pueros de camino ignis educens. Est quædam publica & manifesta,& propter inimicos eorū fit,siue puniendos siue liberandos. Nam vti que deus de ignibus persecutoris non liberauit fratres Machabæos, q̄bus Antiochus sæuiens etiam matrem adhibuit,cuius blanditijs ad amorem vitæ conuerterentur, & amando viuerent hominibus,deo morerentur. At illa mater iam non Euæ, sed matri Ecclesiæ similis, quos cum dolore peperat vt viuos agnosceret, cum gaudio vidit morientes,& ad hoc hortata est, vt eligerēt potius mori pro paternis legibus domini dei sui, quām viuere contra eas. Quid hic crediturī sumus fratres, nisi quia liberati sunt? Sed occulta fuit illorum liberatio. Denique ipse Antiochus à quo occisi sunt, visus est sibi aliquid fecisse,quod eius crudelitas dictabat, vel potius incitabat. At vero tres pueri de camino ignis, aperte liberati sunt,quia & corpus eorum erutum est, salus eorum publica fuit. Illi ergo sunt in occulto coronati,isti in aperto liberati,oēs tamen saluati. Quis autem fructus liberationis trium puerorū? Quare eorū corona dilata est? Ipse Nabuchodonosor cōuersus est

2.Ma.7. Dani.3.

K

ad deum ipsorum,eumq; prædicauit, quia eruit seruos suos,quem contempserat,cum eos miserat in caminum. Est ergo liberatio occulta est,liberatio manifesta. Liberatio occulta ad animā, liberatio manifesta etiā ad corpus pertinet. In occulto.n.anima liberatur,in manifesto corpus. Porrò si ita est, in hoc Psalmo vocem dñi agnoscamus. Ad occultam liberationem pertinet quod supra dixit, Intende animæ meæ & redime eam. Restat corporis liberatio,qa eo resurgente,& in cœlos ascendente, & spūsanctū desuper mittente, conuersi sunt ad eius fidem qui in eius morte sæuierunt,& ex inimicis amici facti sunt per illius gratiam,nō per iustitiam suā. Ideo secutus est, Propter inimicos meos erue me, Intende animæ meæ,Sed hoc in occulto. Propter inimicos autem meos erue,& corpus meū. Nihil.n. inimicis meis proderit, si solam animam liberaueris: Aliquid se egisse,aliquid se impleuisse crediturī sunt. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionē? Ergo intende animæ meæ & redime eam, qđ tu solus scis. Deinde, pp inimicos meos erue me, vt caro mea nō videat corruptionem. Tu.n.agnoscis opprobrium meum, & confusionem meam,& verecundiam meā. Quid est opprobrium meum? Quid est cōfusio? Quid est verecundia? Opprobrium est,quod obijcit inimicus. Cōfusio est quæ facit ingenuam frontem, etiam de falsi criminis obiectione erubescere. Erubescere q dem non est crimen,aut & si crimen est, non est illius cui obijcitur, sed eius qui obijcit. Sed tamen infirmitas humani animi plerunque verecundatur etiam cum falsum obijcitur, non quia obiectum est, sed quia creditum. Omnia hæc sunt in corpore domini. Nam confusio in illo non poterat esse,in quo culpa non inueniebatur. Obijcitur crimē Christianis, hocipsum qđ Christiani essent. Illa quidē gloria erat, Fortes li benter accipiebant,& sic accipiebant,vt omnino in nomine domini sui non erubescerent. Operuerat.n.irreuerentia faciem ipsorum, habentium frontem Pauli dicentis, Non.n.erubesco de Euangelio. Virtus.n. dei est in salutem omni credenti. O Paule, nonne tu es adorator crucifixi? Parum est, inquit,inde mihi non erubescere, imò hinc solū glorior,vnde me putat inimicus erubescere. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce

M

domini

dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est,& ego mūdo. Huic ergo tali fronti opproprium solum poterat obijci. Nā nec confusio poterat esse in conscientia iam sanata,nec verecundia in fronte tam libera. Sed cum obijceretur quibusdam q̄ Christū interfecerint,merito compūcti sunt mala conscientia, & salubriter confusi atq; conuersi,vt possent dicere, Tu cognouisti confusionem meam. Tu ergo domine noluisti, non solum opprobrium meum, sed & confusionem meam in quibusdam, & verecundiam in quibusdam. Qui quanuis in me credant, publice me tamen coram impijs confiteri erubescunt,plus apud se valēte lingua humana q̄ promissione diuina. Videt ergo eos. Et commendantur ergo tales deo,non vt sic relinquat,sed vt eos adiuuando perficiat. Dixit.n.& quidam credens & adiuuans: Credo domine,adiuua incredulitatē meam. In conspectu tuo sunt omnes tribulantes me.) Quare mihi sit opprobriū tu nosti,quare confusio tu nosti, quare verecundia tu nosti. Ergo erue me pp inimicos meos,qa tu nosti ista mea, illi nō nouerūt ac p hoc, quia ipsi in cōspectu tuo sunt, ista nescientes non potuerunt vel confundi vel corrigi,nisi manifeste me erueris pper inimicos meos. Opprobrium expectauit cor meū & miseriā.) Quid est expectauit? Futura ista præuidit, futura ista prædixit. Non enim venit ad aliud, si mori nollet, nec nasci vellet, Causa resurrectionis verrunq; fecit. Duo.n.quædam nobis in generē humano nota erant, vnum autem incognitum. Nasci quippe homines & mori, videbamus: resurgere & in æternum viuere, nesciebamus. Vt ostenderet nobis quod nō noueramus, suscepit duo quæ noueramus. Ad hoc ergo venit, Opprobrium expectauit cor meum & miseriam. Sed miseriam cuius? Expectauit enim miseriam, sed magis crucifigentium, magis persequentium, vt in illis esset miseria, in illo misericordia. Misereatur quippe illorum miserans! etiam pendens in cruce, Pater, inquit, ignosce illis, qa nesciunt quid faciunt. Opprobrium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit.) Quid ergo profuit, quia expectaui, hoc est, quid profuit, quia prædixi? Quid profuit, quia dixi: ideo me venisse? Ventum est ut impleretur quod dixi: sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Et consolantes & non inueni:) Hoc est non fuit. Quod enim superiori versu dixit, Sustinui qui simul contristaretur: hoc sequenti versu, Et consolantes. Quod autem superiore versu, Et non fuit: hoc sequenti versu, Et non inueni, Ergo non altera subiecta,sed superior repetita sententia est. Quam sententiā si retractemus,qō nonnulla poterit oboriri. Nunquid.n.discipuli eius non sunt contristati, quando ductus est ad passionē,quādo ligno suspensus,quando mortuus? Vsqueadeo cō tristati sunt, vt illa Maria Magdalena quæ primo eū vidit, gaudens lugentibus nuncia ret quid viderit. Euangeliū ista loquit,non nostra præsumptio,non nostra suspitio est. Constat doluisse,constat luxisse discipulos. Extraneæ mulieres flebant, quando ad passionem ducebatur, ad quas conuersus ait, Flete,sed vos nolite flere me. Qūo ergo sustinuit qui simul contristaretur & nō fuit? Attendamus & inueniemus tristes, & lugētes,& plangentes, Vnde nobis mira uidetur ista sententia: sustinui qui simul contristaretur,& nō fuit: & consolantes & non inueni. Intendamus diligentius, & videbimus eum sustinuisse qui simul contristaretur & non fuisse. Cōtristabantur.n.illi carnaliter de vita mortali,quæ mutanda fuerat morte & reparanda resurrectione. Hinc erat illa tristitia, De illis.n.esse debuit tristitia, qui cæci medicum occiderunt, qui tanquā pernicioſe febrientes phrenetici, faciebant iniuriam ei à quo illis fuerat salus allata. Ille volebat curare,illi sæuire. Hinc tristitia me dico. Quære vtrū inuenerit huius tristitiæ comitē. Non.n.ait sustinui,qui contristarē & non fuit: sed,qui simul contristaretur.i. ex ea re qua ego contristabar & non inueni. Petrus certe inde plurimum amauit, & in fluctus calcandos se sine dubitatione proiecit, & ad vocem domini liberatus est: & eum ductum ad passionem, amoris audacia consecutus,tamen turbatus,ter negauit. Vn de,nisi quia malum illi videbatur mori? Id enim deuitabat,quod malum putabat. Hoc ergo & in domino dolebat, quod ipse devitabat. Propterea & ante dixerat, Absit à te domine, propitius tibi esto domine ne fiat istud: quando meruit audire,satanas,posthea q̄ audierat, Beatus es Simon Bar Iona. Ergo in tristitia quam habebat dominus de illis pro quibus orauit, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: nullum comitē inuenit. Et sustinui qui simul contristare-

Mat.16

C

Luc.13.

Mat.14.

Mat.26.

D

Mat.16.

Luc.23.

tur & non fuit. Prorsus non fuit, & consolantes & non inueni. Qui sunt cõsolantes? Proficientes. Ipsi enim nos consolantur, in si sunt solatio omnibus ꝓdicatoribus ueritatis. Et dederunt in escam meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto.) Factum est qui dẽ ad literã, & Euãgeliũ hoc nobis indicat: Sed intelligendũ est fratres hoc ipsũ quod nõ inueni cõsolantes, hoc ipsum quod non inueni qui simul cõtristaretur, hoc fuit fel meum, hoc mihi amarum, hoc acetum fuit. Amarum propter mærorem, acetum, propter uetustatem corum. Nanque legimus illi quidem oblatum fel, sicut Euangelium loquitur, sed in potum non in escam: Veruntamen sic accipiendum est & impetum, quod hic fuerat ante prædictũ, dederunt in escã meã fel: & in isto ipso facto, nõ solũ in hoc dicto mysteriũ requirere debemus, secreta pulsare, uelũ tẽpli cõscissum intrare, uidere ibi sacramentũ, vel qđ ita dictũ est, vel quod ita factũ est, Dederũt, inqt, in escã meam fel, nõ ipsum quod dederũt esca erat: Potus. n. erat, sed in escã dederũt. Quid? Iã dñs escã acceperat, & in ipsum iectũ est fel. Acceperat autẽ ipse escã suauem, qñ palcha mãducauit cũ discipulis suis, Ibi sacramẽtũ sui corporis demõstrauit. In hãc escã tã suauẽ tã dulcẽ unitatis Christi, q̃ cõmendauit Apostolus, dicẽs, Quia unus pãs unũ corpus multi sumus. In hãc escã suauẽ qs est q dat fel, nisi cõtradictores Euãgelij, tã q̃ illi persecutores Christi? Minus. n. peccauerunt Iudæi crucifigẽtes in terra ambulãtẽ, q̃ qconẽnunt in cœlo sedentẽ. Quod ergo fecerunt Iudæi ut in escã q̃ iam acceperat darent bibendũ amarũ illum potum, hoc faciunt qui male uiuendo scandalum in ferunt Ecclesiæ, Hoc faciunt hæretici amaricantes, sed nõ exaltenẽ in semetipsis, Dant fel super tam iocũdum cibum. Sed qd facit dñs? Non admittit ad corpus suum. Hoc sacramento ipse dñs qñ illi obtulerũt fel gustaunt & noluit bibere. Si non eos patere-
mur, nec omnino gustaremus. Quia uero
F necesse est eos pati, necesse est gustari. Sed quia in membris Christi tales esse non possunt, gustari possunt, recipi in corpus non possunt. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sitiebam & acetum accepi. i. fidẽ illorum desyderaui, & uetustatem inueni. Fiat mẽsa eorum coram ipsis in muscipulam.) Qualem muscipulam mihi exhibuerunt, dando mihi tale potum, talis muscipula illis sit. Quare ergo coram ipsis? Sufficeret, fiat mensa eorum in muscipulam. Sunt tales qui iniquitatem suã nouerut, & in ea pertinacissime perseuerãt, coram ipsis fit muscipula eorũ. Pernicios nimis ipsi sunt, qui descẽdunt in infernum uiuẽtes. Denique de persecutoribus ꝑ. 54. bus quid dictum est? Nisi quia dominus ꝑ. 54. erat in nobis fortasse uiuos absorbuissent nos. Quid est uiuos? Consentientes illis, & scientes quia hæc eis consentire non debebamus. Ergo coram ipsis muscipula & non corriguntur. Vel quia coram ipsis est muscipula & incidunt. Ecce norunt muscipulam, & pedem mittunt, & tenenda colla subijciunt. Quanto melis erat auerti à muscipula peccatum cognoscere, errorem dinare, amaritudinẽ coercere, in corpus Chri sti transire, domini gloriam quærere? Sed tantum ualet animi præsumptio, & coram ipsis muscipula sit, & incidant in eam. Obscurentur oculi eorum ne uideant, Sequtur hic, ut quoniam sine causa uiderunt, fiat illis & non uidere. Fiat ergo mensa eorum coram ipsis in muscipulam. Corã ipsis fiat in muscipulam, non optantis est, sed prophetantis. Nõ ut fiat sed quia fiet. Hoc scpe commendauimus, & meminisse debetis, ne quod præsaga mens in spiritu dei dicit, malcuole imprecari uideatur. Fiat ergo, nec põt aliter fieri, nisi ut talibus ista eueniant. Et quoniam uidemus per spiritum dei dici talia euentura malis, ad hoc in illis hæc intelligamus, ut nos talia deuitemus. Hoc nobis prodest intelligere, & ex inimicis pro ficere. Fiat ergo illis & in retributionem & in scandalũ. Et nunquid iniustum est hoc Iustum est. Quare. quoniam, In retributionem.) Non enim aliquid illis accideret, q̃ non debebatur, In retributionem fit, & in scandalum, quia ipsi sibi sunt scandalũ. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorũ semper incurua.) Hoc cõsequẽs est. Nam quorum oculi fuerint obscurati ne uideant, sequitur ut dorsum illorum incuruetur. Vnde hoc? Quia cum cessauerãt superna cognoscere, necesse est, ut de inferioribus cogitent. Qui bene audiunt, surdum cor, curuum non habent. Erecta quippe statura est, & expectat spem repositam sibi in cœlo: maxime si præmittat thesaurũ suum, quo sequatur cor eius. At vero qui futuræ uitæ speciem non intelligunt, iam excæcati de inferioribus cogitant, & hoc est habere

est habere dorsum curuum, à quo morbo dñs mulierem illã liberauit. Alligauerat. n. eã satanas annis decẽ & octo, & eã curuatã erexit, & quia sabbato faciebat, scandalizati sunt Iudæi. Bene scandalizati sunt de illa erecta ipsi curui. Et dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & indignatio iræ tuę cõprehẽdat eos.) Plana sunt, sed tamen comprehendat eos quasi fugientes agnoscimus. Quo autem fugituri sunt? In cẽlũ? Tu ibi es. in infernum? Ades. Pennas suas nolunt recipere ut uolẽt in directum, comprehendat eos indignatio iræ tuæ, non eos permittat effugere. Fiat habitatio eorum deserta.) Hoc iam in manifesto. Quomodo enim liberationem suam non solum occultam commendauit, dicens, Intende animæ meæ, & redime eam, uerum etiam manifestam secundum corpus adijciens, propter inimicos meos erue me. ita & his futuras quasdam calamitates prædicit occultas, de quibus pauloante loquebatur. Nam quotus quisque est, qui intelligat infelicitatem hominis cuius cor iam cæcum est? Tollantur illi oculi corporis, omnes homines miserum dicunt. Perdat oculos mentis, sed tamen circunfluant omnia temporalia fœlicem appellant, sed qui similiter oculos mentis perdiderunt. Ergo iam qd? Aperte appareat omnibus quia uindicatũ est in eis. Nã cæcitas Iudæorũ, occulta uindicta est. Manifesta vero quæ est? Fiat habitatio eorum deserta, Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.) Factum est hoc in ipsa ciuitate Hierusalem in qua sibi nisi sunt potentes clamando aduersus filium dei, Crucifige crucifige, & prævalendo, qa potuerunt occidere eum qui mortuos suscitabat. Quam sibi potẽtes, q̃ magni uisi sũt, Consecuta est postea uindicta domini, expugnata est ciuitas, debellati Iudæi, occisa sectio quot hominum milia: Nullus modo illuc permittit accedere Iudęorum. Vbi potuerunt aduersus dominum clamare, ibi à domino non permittuntur habitare. Perdiderunt locum furoris sui, atque utinam vel nunc agnoscant locum quietis suæ. Quid profuit illis Cayphas dicẽdo, Nos si istum dimittimus sic, uenient Romani & tollent nobis locum & gentem? Ecce & non eum dimiserũt uiuum & ille uiuit, & uenerunt Romani, & tulerũt eis & locum & regnũ. Mõ audiebamus cũ Euãgeliũ legeret. Hierusalẽ Hierusalẽ quoties uolui congre-

Luc.14.

gare filios tuos, tã q̃ gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Hoc & hic dicitur, Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Non sit qui inhabitet, sed ex numero illorum. Nam loca illa omnia & hominibus plena sunt, & Iudæis inania. Quare hoc? Quoniam quem tu percussisti ipsi ꝑsecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt.) Quid ergo peccauerunt si à deo percussum persecuti sunt? Quid animo eorum imputatur? Malitia. Nam id in Christo factum est, quod oportebat. Pati utique uenerat, & puniuit per quem passus est. Nam Iudas traditor punitus est, & Christus crucifixus est, sed nos redemit sanguine suo, & puniuit illum de prætio suo. Proiecit enim pretium argenti Mat.27.
quo ab illo dominus uenditus erat, nec a- L
gnouit prætium quo ipse à domino redemptus erat. Factum est hoc in Iuda. Sed cum uideamus mensuram quandam esse retributionis in omnibus, nec quenquam posse permitti amplius sæuire, quam acceperit potestatem: quomodo illi addiderunt, aut quæ est ista percussio domini? Nimirum ex persona locutus est eius unde corpus acceperat, unde carnem assumpserat .i. generis humani ipsius Adæ, qui percussus est primo morte propter peccatum suum. Mortales ergo hic homines cum pœ Gen .3.
na nascuntur, Huic pœnæ addunt quicunque homines fuerint persecuti. Iam enim hic homo moriturus non esset, nisi illum deus percussisset. Quid ergo tu homo sæuis amplius? Parum ne homini est quod aliquando moriturus est? Portat ergo unusquisque nostrum pœnã suam. Huic pœnæ uoluit addere qui nos persequuntur. Hæc pœnę percussio est domini. Dominus quippe sententia percussit hominem, Qua die tetigeritis, inquit, morte moriemini. Ex hac morte carnem susceperat, & uetus homo noster simul crucifixus est cum illo: Ex illius uoce ista dixit, Quem tu percus- Rom.6.
sisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Super quẽ dolorem uulnerum? Super dolorem pec- M
catorum ipsi addiderunt. Vulnera enim sua peccata dixit. Sed ne caput respicias, ad corpus aduerte: secundum cuius uocem dictum est ab ipso in alio Psalmo, in quo uocẽ suã ostendit, quia eius primũ uersum

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.21. de cruce clamauit, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Ibi secutus ait, Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Ipsa sunt uulnera inflicta a latronibus in uia ei quem leuauit in iumentum suum, quē sacerdotes& leuites trāseuntes inuenerant & contempserant, à quibus curari non potuit. Transiens aūt Samaritanus, miser-
Luc.10. tus est eius, accessit & in iumētum propriū leuauit. Samaritas aūt Latine custos interpretatur. Quis aūt custos, nisi saluator dūs
Rom.6. noster Iesus Christus? Qui quoniam surrexit à mortuis iam non moriturus, nō dor
Psa.120 mit neque obdormiet qui custodit Israel. Et super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum.) Quid est hoc? Quis non expauescat? Deo dī, Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorū. Vnde apponet deus iniquitatem? Habet iniquitatem quam apponat? Scimus enim verum esse quod dictū
A est, per Paulum Apostolum, Quid ergo di-
Rom.5 cemus, Nunquid iniquitas est apud deum? Absit. Vnde ergo appone iniquitatem super iniquitatem? Quō id intellecturi sumus? Asit dominus vt dicamus, & propter fatigationem uestrā breuiter dicere ualeamus. Iniquitas ipsorum erat: qui hominem iustū occiderunt. Addita est alia, quia filium dei
1.Co.2. crucifixerunt. Sæuire ipsorum tanquam in hominem fuit. Sed si cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Illi in iniquitate sua tanquam hominem occidere voluerunt, appositā est iniquitas super iniquitatem ipsorum, vt filium dei crucifigerent.
Mat.21. Quis hanc iniquitatem apposuit? Ille qui dixit, Forte reuerebuntur filium meum, ipsum mittam. Solebant. n. occidere missos ad se seruos, exactores locationis atque mercedis. Misit ipsum filium, vt & ipsum occiderent, Apposuit iniquitatem super iniquitatem ipsorum. Et hæc deus sæuiendo fecit, an potius iuste retribuendo? Fiat enim illis, inquit, in retributionem & in scandalum. Meriti erant fic excæcari vt filium dei non agnoscerent. Et hoc fecit deus, apponēs iniquitatem super iniquitatem ipsorum, non vulnerando, sed non sanando. Quomodo enim auges febrem, auges morbū, non mor
B bum adhibendo, sed non succurrendo: sic quia tales fuerunt, vt curari non mererentur, in ipsa malitia quodammodo profecerunt, sicut dictum est, Mali autem & facinorosi proficiunt in peius. Et appositā est iniquitas super iniquitatem ipsorum. Et non intrent in tua iustitia.) Hoc planum est. Deleantur de libro viuentiū. Aliqñ, nil-
lic scripti erant errantes? Fratres non sicae cipere debemus, q̄ quenquam deus scribat in libro vitæ, & deleat illum. Si homo dixit, Quod scripsi scripsi, de titulo, vbi scriptum erat, Rex Iudæorum: deus quenquā scribit & delet? Præscius est, Prædestinauit oēs ante constitutionē mundi, regnaturos cū filio suo in vita æterna. Hos quos conscripsit, ipsos continet liber vitæ. Deniq; in Apocalyp. si quid ait spūs dei, cum de pressuris ab Antichristo futuris loqueretur eadē scripturas? Consentient illi, inquit, oēs, qui non sunt scripti in libro vitæ. Proinde sine dubitatione non erunt consensuri, qui scripti sunt. Isti ergo quō inde delentur, vbi nunquam scripti sunt? Hoc dictum est, sed m spem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est, deleantur de libro vitæ? Et ipsis constet non illos ibi esse. Ex hac locutione dictū est C in alio Psalmo, Cadent a latere tuo mille, & dena milia a dextris tuis: id est, multi scandalizabuntur, & ex eo numero qui se sperabant sessuros tecum, & ex eo numero qui se sperabant staturos ad dexteram tuā, separati ab hœdis sinistris: Non quia cum ibi steterit aliquis, postea cadet, aut cum sederit cum illo quisquam, abijcietur: sed quia multi casuri erant in scandalum: quia iam ibi se esse putabant: id est, multi qui se sperabant, sessuros tecum, multi qui se sperauerunt staturos ad dexteram, ipsi casuri sunt. Sic ergo & hic illi qui se sperabant tanquā merito iustitiæ suæ in libro scriptos dei, q-
bus dī, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere: cum perducta fuerit damnatio eorum etiam ad cognitionem eorum, delebuntur de libro viuentium, id est, non ibi se esse cognoscent. Nam versus qui sequitur exponit quod dictum est, Et cum iustis non scribantur.) Dixi ergo, Deleantur scd m spem eorum, Scd m autem æquitatem tuam quid dico? Non scribātur. Pauper & dolens ego sum. Quare hoc? An ut agnoscamus, quod per amaritudinem animi maledicit pauper iste? Multa. n. dixit quæ illis eueniant, Et quasi ei diceremus, vt quid talia? Noli tātum, Respondet, Pauper & dolens ego sum. Perduxerunt me ad egestatem, ad istum dolorem depositi sunt, ideo ista dico: Non est tamen stomachatio maledicentis, sed prædictio

Matt.5. ctio prophetantis. Nā de paupertate sua & dolore suo q̄dā, q̄ posterius dicit commendaturus est nobis, vt discamus esse paupes & dolētes. Beati. n. pauperes, q̄m ipsorū est regnū cœlorū: Et beati qui lugent, q̄m ipsi consolabunt. Hoc ergo ipse prius iā nobis oñdit, & iō pauper & dolēs ego sum. Totū corpus eius hoc dicit. Corpus Christi in hac terra pauper est & dolēs, Sed sint diuites Christiani: Prorsus si Chriani sunt, pauperes sunt, in cōparatione diuitiarū cœlestiū quas sperant, oē aurū suū harenā deputant. Pauper & dolēs ego sū, Et salus vultus tui deus suscepit me.) Nūquid desertus est pauper iste, q̄ñ tu dignaris pannosum pauperē applicare ad mensam tuam? Porrò autem pauperem iustum salus vultus dei suscepit, in vultu suo abscondit eus egestatem. De
Psal.30. illo quippe dictum est, Abscondes eos in ab dito vultus tui. In illo autē vultu quę sint diuitiæ vultis nosse? Diuitię istę hoc tibi prestant, vt quod vis, quando vis prandeas: illę vero vt nunquam esurias. Pauper & dolēs E go sum, & salus vultus tui deus suscepit me. Ad quam rem? Vt iam non sim pauper, & non sim dolens. Laudabo nomen dei cū cantico, magnificabo eum in laude.) Iam dictum est, q̄ pauper iste laudat nomen dei cum cantico, magnificat eum in laude. Q̄ñ audiret cantare, nisi recreatus esset à fame? Laudabo nomē dei cum cantico, magnifica bo eum in laude: Magnæ diuitiæ, quas gem
Psal. mas laudis dei de thesauro interiore protu-
lit? Magnificabo eum in laude, hę sunt diuitiæ meæ: Dominus dedit, dominus abstulit. Ergo miser remansit? Absit. Vide diuitias, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Laudabo nomē dei cum cantico, magnificabo eum in laude. Et placebit deo.) Hoc quod eum laudabo, Placebit. Super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.) Gratius illi erit sacrificium laudis, q̄ sacrificium vituli. Sacrificiū laudis glorificabit me, & ibi via
Psal.49. est in qua ostendam illi salutare dei. Immo la deo sacrificium laudis, & redde altissimo F vota tua. Ergo laudabo deum, & plus ei placebit q̄ vitulus nouellus, cornua producēs, & vngulas. Amplius ergo placebit deo laus eius exiens de ore meo, q̄ magna victima adducta ad aram ipsius. An aliquid de cornibus & vngulis vituli huius dicēdum est? Qui bene instructus est, & laude dei opulentus, & cornua debet habere quibus aduersarium uentilet, & vngulas quibus terrā excitet. Nostis enim hoc facere uitulos pubescentes, & in taurinam audaciam grandescentes. Nam ideo nouellus est, propter uitam nouam. Aliquis ergo hæreticus forte contradicit, sed tamen terrenum abiecte sapit, ungulis excitetur. Ergo super hunc uitulum tibi placebit laudatio mea: Nam illā post paupertatem & dolorem in æterna societate angelorum, ubi nec aduersarius erit in certamine uentilandus, nec piger de terra excitandus, Videant inopes & lętentur.) Credant & spe gaudeāt, Magis inopes sint, ut saturari mereant, ne cum superbiæ sagina eructāt, negetur eis panis quo salubri
Matt. 5. ter uiuant. Quærite dominum inopes, &
Ioan. 6. esurite & sitite, Ipse est enim panis uiuus q de cœlo descendit. Quęrite dominum, & G uiuat anima uestra.) Quęritis panem ut uiuat caro uestra, dominum quærite ut uiuat anima uestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus.) Exaudiuit pauperes, nec exaudiret pauperes nisi essent pauperes. Vis exaudiri? Pauper esto, dolor de te clamet, non fastidium. Quoniam exaudiuit pauperes dominus. Et compeditos suos non spreuit.) Offensus à seruis, fecit eos compeditos, sed clamantes de compedibus non cō tempsit. Quæ sunt istę compedes? Mortalitas, corruptibilitas carnis, cōpedes sunt quibus ligati sumus. Et vultis nosse istarū cōpedum grauitatem? Inde dicitur, Corpus Sapiē. 9. quod corrumpitur aggrauat animam. Q̄ñ homines in seculo esse diuites volunt, istis compedibus pannos quærunt, Sed sufficiāt panni compedum, tantum quære, quantū depellendæ necessitatis satis est. Cum aūt superflua quęris, compedes tuas onerare desideras. In tali ergo custodia uel solæ cōpedes remaneāt, Sufficiat dici malitia sua. Matt. 9.
De ista malitia clamamus ad deum, Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & compeditos suos non spreuit. Laudent illum cę li & terra, māre & oīa repentia in eis.) Veræ diuitiæ huius pauperis istæ sunt, consyderare creaturam, laudare creatorem. Laudent illum cœli & terra, mare & omnia repentia in eis. Et creatura ista sola laudat deum? quoniam consyderata ea laudatur H deus. Audi & aliud: Quoniam deus saluam faciet Sion.) Reparat Ecclesiam suam, gentes fideles incorporat vnigenito suo: Non fraudat credentes in se præmio repromissionis suæ. Quoniam deus saluam

saluum faciet Sion. Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.) Ipsæ sunt Ecclesiæ, Nemo dicat, quando erit istud vt ædificentur ciuitates Iudæ? O si velis agnoscere structuram & esse lapis viuus, vt intres in eam, & tunc ciuitates Iudæ ædificabuntur. Iuda enim confessio interpretatur. De confessione humilitatis ædificantur ciuitates Iudæ, vt foris ab eis superbi remaneant, qui confiteri erubescunt. Quoniam deus saluam faciet Sion. Quam Sion? Audi in sequentibus, Et semen seruorum eius obtinebunt eam, & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.) Psalmus finitus est, sed paululum istos duos versus non relinquamus. Admonent enim nos aliquid, ne desperando in illam structuram non intremus. Semen, inquit, seruorum eius obtinebunt eam. Iam ergo semẽ seruorũ eius qui sunt? Forte dicis, Iudæi nati de Abraham. Nos autem qui non sumus nati de Abrahã, qũo habebimus istam ciuitatem? Sed non sunt I semen Abrahæ illi Iudæi, quibus dictum
Ioan. 8. est, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. Semen ergo seruorum eius, imitatores fidei seruorum eius obtinebunt eam. Denique vltimus versus superiorem exponit. Quasi.n. turbatus ne putares forte hoc de Iudæis dici,: Et semen seruorum eius obtinebunt eam, dicens, Non semen gentiũ sumus, quæ idola coluerunt & dæmonibus seruierunt, quod ergo nobis in hac ciuitate est: statim subiecit vt præsumas & speres, Et qui diligunt nomen eius inhabitabũt in ea. Hoc est. n. semen seruorum eius qui diligunt nomen eius. Quia. n. serui eius dilexerunt nomen eius, quicunque non diligunt nomen eius, non se dicant semen seruorum eius, & qui diligunt nomen eius, non se negent semen seruorum eius.

In Psalmum sexagesimumnonum, Prefatio.

Ioan. 12

GRatias grano tritici, qa mori voluit & multiplicari: gratias vnico filio dei domino & saluatori nostro Iesu Christo, qui mortem nostram subire non dedignatus est, vt nos vita sua dignos faceret, Ecce quia singularis erat donec transi-
K ret, sicut dixit in Psalmo, Singularis sum
Ps. 140. ego donec transeam. Quia sic erat singulare granum, vt in se haberet magnam multitudinis fœcunditatem, in quantis granis passionem eius imitantibus exultamus, qũ natalitia martyrũ celebramus? Multa ergo membra eius sub vno capite ipso saluatore nostro charitatis, & pacis vinculo colligata, sicut nosse dignamini, qm̃ sæpissime audistis, vnus homo sunt, & ipsorum vnius hominis vox in Psalmis plerunq; auditur, & sic clamat vnus tanquam oẽs, quia omnes in vno vnus sunt. Audiamus ergo qm̃ laborauerint martyres, & inter magnas tempestates odiorum in hoc seculo periclitati sunt, non tam corpore quod qũque posituri erant, sed ipsa fide, ne deficientes & fortæ acerbis persecutionum cedentes doloribus vel amori vitæ huius, amitterent quod promiserat deus, qui non solum verbo, sed etiã exemplo abstulerat oẽm timorem, Verbo dicens, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Exemplo: faciens quod verbo præcepit, vt nec eorum verberantium manus vellet deuitare, nec alapas percutientium, nec saluas conspuentium, nec coronam de spinis imponentium, nec crucẽ interficientiũ. Nihil horum vitare voluit cui nihil opus erat, propter eos quibus hoc opus erat, faciens ægrotis de seipso medicamentum. Laborauerunt ergo martyres, Et nisi ille semper adesset qui ait, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: vtique defecisset. Est ergo in hoc Psalmo vox contribulatorũ, & ideo vtiq; martyrum inter passiones periclitantium, sed de suo capite præsumentiũ. Audiamus eos & loquamur cum eis ex affectu cordis, etiam si non simili tudine passionis. Illi. n. iã coronati sunt, nos adhuc periclitamur, non quia tales nos persecutiones vrgent, quales ipsos vrgebãt, sed fortasse peiores in omnimodis generibus tantorum scandalorum. Nostra enim tempora magis abundant illo væ, quod clamauit dñs, Væ mundo ab scandalis: Et quũ abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Neque. n. & Loth ille sanctus in Sodomis ab aliquo corporalem persecutionẽ patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret: persecutio eius, facta mala Sodomitarum erant. Nunc ergo iam Christo in cœlo sedente, iam glorificato, iam subiectis ceruicibus regum iugo eius, & suppositis eorum frontibus signo eius, iam nullo remanente qui palam Christianis audeat insultare, adhuc tamen inter organa & symphoniacos gemimus, adhuc illi inimici mar tyrum

tyrũ, quia vocibus & ferro non possunt, eos sua luxuria persequuntur. Atq; vtinã Paganos tãmodo toleraremus, esset qualecunq; solatium expectare eos, qui nondum cruce Christi signati sunt, qũ signenẽ, & quando authoritate alligati desinant furere. Videmus etiã in fronte portare impudentiã luxuriarum, diebusq; & solennitatibus martyrũ nõ exultare sed insultare. Et inter hęc
Psal. 41. gemimus, & hæc persecutio nostra est, si est in nobis charitas q̃ dicat, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Nullus ergo seruus dei sine persecutione. Plerunq; est illud quod Apo-
Apoc. 3. stolus ait, Sed & oẽs qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur. Videris, vade videris, qũo diabolus biformis ẽ? Leo est in impetu, draco in insidijs: Leo minuetur, inimicus est: draco insidietur, inimicus est. Qm̃ nos securi? Ecce fiant omnes Christiani, nunquid & diabolus Christianus erit? Tentare ergo non cessat, insidiari
A non cessat. Infrenatus est atq; illigatus in cordibus impiorũ, ne sæuiat in Ecclesiam, & tantum faciat quantũ vult. Fremunt dẽtes impiorum aduersus dignitatem Ecclesiæ & pacem Christianorum: Et quia non habent quid agant fæuiendo, saltando, blasphemando, luxuriando, nõ impellũt corpora Christianorum, sed lacerant animas Christianorum. Clamemus ergo vna voce omnes hæc verba.

Enarratio Psalmi.

DEus in adiutorium meum intende.) Opus. n habemus sempiterno adiutorio in isto seculo. Qm̃ autem non? Modo tamen in tribulatione positi, maxime dicamus, Deus in adiutoriũ meum intende. Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam.) Christus dixit, Siue caput dicat, siue corpus dicat, ille dicit
Matth. 9. qui dixit, Quid me persequeris? Ille dicit
Matth. 25. qui dixit, Cũ vni ex minimis meis feceritis mihi feceritis. Nota est ergo vox huius hominis, totius hominis, capitis & corporis, non
Psal. 37. inquit, & reuereantur qui quærunt animã meã. In alio Psalmo dicit, Consyderabam ad dexterã & videbam, & non erat qui cognosceret, Perijt fuga à me, & non est qui
B requirat animã meã. Ibi de persecutoribus ait, quia non erat, qui requirat animã eius. Hic autem, confundantur & reuereantur, qui quęrũt animam meam. Dolebat se nõ quæri ad imitandum, gemebat se quæri ad opprimendũ. Quæris animam iusti cũ imitari cogitas, quæris animã iusti cum occidere cogitas. Qm̃ duobus modis quæritur anima hominis iusti, singuli in singulis Psalmis expressi sunt. Illic dolet, quia nõ est qui requirat animã eius ad imitandam passionẽ eius. Hic aũt, confundantur, & reuereantur, qui quærunt animã meam. Quærunt animam eius, non vt duas habeant. Non. n. sic quærebant animam eius, qũo quærit latro tunicam viatoris: Ad hoc occidit, vt expoliet, vt habeat. Qui aũt persequitur vt occidat, excludit animã, non se vestit. Quęrunt illi animam meam, occidere me volũt. Quid ergo tu illis optas? Confundãtur & reuereantur. Et vbi est quod audisti a dño tuo, Diligite inimicos vestros, bene facite Matt. 5
his qui vos oderunt, & orate pro his qui psequuntur vos? Ecce persecutionem pateris, & maledicis eis a qbus pateris. Quomodo imitaris passiones præcedentes domini tui pendentis in cruce & dicentis, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Respon Luc. 23
det talia dicentibus martyr & dicit, Domi C
num mihi proposuisti dicentem, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, agnosce & vocem meam, vt sit & tua. Quid enim dixi de inimicis meis? Confundantur & reuereantur. Iam facta est talis vindicta de inimicis martyrum. Saulus ille qui Stephauum persecutus est, confusus est & reueritus: anhelabat cædes, quærebat quos attraheret & necaret, audita desuper voce, Saule Saule, quid me persequeris? Acto. 9
confusus est, & prostratus est, & erectus ad obediendum, qui inflammatus erat ad persequendum. Hoc ergo optant martyres inimicis suis, confundantur & reuereantur. Quandiu enim nõ confunduntur & reuerentur, necesse est facta sua defendant. Gloriosi sibi videntur, quia tenent, quia ligant, quia verberant, quia occidunt, quia saltant, quia insultant. De his omnibus factis aliquando confundantur & reuereantur, nec ista facta sua excusent. Si enim confundentur & conuertentur, quia conuerti non possunt, nisi confusi fuerint & reueriti. Optemus ergo hæc inimicis nostris, securi optemus. Ecce ego dixi & vobis cum dixerim, omnes qui adhuc saltant, & cantant, & insultant

sultant martyribus, confundantur & reuereantur,& aliquando in his parietibus tundant cõfusi pectora sua. Auertantur retrorsum & erubescant, qui cogitant mihi mala.) Primo fuit impetus persequentiũ, modo remansit maleuolentia cogitantiũ. Prorsus tẽpora sunt in Ecclesiæ persecutione distincta,sequere sequentia. Factus est impetus in Ecclesia qñ reges persequebant, & quia ꝑdicti erãt & persecuturi reges & credituri, impleto vno vtique alterum sequebatur. Factũ est & aliud quod consequens fuit. Crediderunt reges,data pax est Ecclesiæ, cœpit esse in culmine dignitatis Ecclesia,ẽt in hac terra,ẽt in hac vita, sed nõ deest fremitus ꝓsecutorũ,impetus suos ad cogitationes verterunt. In illis cogitationibus tanquam in abyssο ligatus est diabolus,fremit & non erumpit. Dictum est.n.de his tẽ
Ps. 111. poribus Ecclesiæ,Peccator uidebit & irascitur. Et q̃d faciet? Nunquid q̃d primo? Attrahe,liga,percute, Non facit hoc: Quid ergo? Dentibus suis frendet,& tabescet. Et his tanquam irascitur martyr, & tamẽ pro his orat martyr, Qũo.n. bene optauit illis, de
Psal.39. quibus dixit, Confundantur & reuereanꝰ,
E qui q̃runt animam meam: sic & nũc, Auertantur retrorsum & erubescant, q̃ cogitant mihi mala. Quare? Vt non præcedant, sed ut sequãtur. Qui.n. reprehendit Xp̃ianam religionẽ,& consilio suo vult uiuere, quasi præcedere vult Christum, vt ille uidelicet errauerit, & inualidus infirmusq; fuerit, q̃ vel uoluerit pati inter manus Iudæorũ, vel potuerit, ille autẽ recordatus sit cauens ista omnia,declinans mortẽ, mentiens etiã inique ne moriatur, interficiens animam suã ut uiuat corpore,magni cõsilij prudẽtisque sibi uidetur. Præcedit reprendens Christũ ueluti antecedit Christum: credat in Christum,& sequatur Christũ. Nam quod optatum est modo persecutoribus cogitantibus mala, dixit hoc ipse dñs Petro. Præcedere qppe quodam loco Petrus uoluit dñm. Loquebatur.n. saluator de passione sua, quam si non susceꝑisset,nos salui non essemus: Et
Mat.16. Petrus qui pauloante eum confessus erat filiũ dei, & in illa cõfessione appellatus erat petra,supra quã fabricaretur Ecclesia, paulopost dño dicẽte de futura passione sua ait,
Ibidem. Absit dñe,propitius tibi esto,non fiet istud. Pauloãte,Beatus es Simon Bar Iona,q̃a nõ
F tibi reuelauit caro & sanguis, sed ꝑ meus q̃ in cœlis est: modo repente,Redi post me Satanas. Quid est,redi post me? Sequere me. Præcedet me vis: cõsiliũ mihi dare uis? Melius est vt cõsiliũ meũ sequaris: hoc est, redi retro,redi post me. Antecedẽtẽ compescit vt retro redeat,& appellat satanã, quia vult ꝑcedere dñm. Pauloãte beatus, modo satanas. Vñ pauloante beatus? Quia non tibi, inquit, reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Vnde modo satanas? Quia non satis, inquit, quæ dei sunt, sed quæ hominum. Qui ergo volumus recte celebrare natalitia martyrum, desyderemus imitationẽ martyrũ: Ne velimus ꝑcedere martyres, & melioris consilij nobis uideri esse, q̃a euitamus passiones pro iustitia & pro fide, quas illi non euitauerunt. Ergo illi qui cogitant mala, & in luxuria nutriunt corda sua auertant retrorsum & erubescant. Audi ab Apostolo postea dicente, Quem autem fructum habuistis aliquan
Rom.6. do, in quibus nũc erubescitis? Quid sequitur? Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge. Duo sunt genera persecutorum; uituperantium, & adulantium: Plus ꝑ
G sequitur lingua adulatoris q̃ manus interfectoris. Nam & ipsam caminum dixit fieri scriptura. Certe cum de persecutione loqueret ce probauit illos, de martyribus interfectis, & sicut holocausti hostiam accepit illos. Audi quia & lingua adulantium talis est, probatio, inquit, argenti & auri ignis, uir autẽ probatur per os laudantium cum. Argenti, inq̃t,& auri, ignis ille, ignis & iste de utroque te saluũ oportet exire: Fregit te reprehẽsor, factus es in fornace tanquam uas fictile. Formauit te uerbum, & uenit tentatio tribulationis. Illud quod formatũ est, oportet ut coquatur: Si bene formatum est, accedit ignis ut firmet. Vñ ille dicebat in paſſiõe, Aruit sicut testa uirtus mea. Passio ꝙꝑ pe, & caminus tribulationis fecerat fortem. Rursus si lauderis ab adulantibus & assentantibus, & annueris eis ueluti emens oleum non tecum portans, sicut quinque uirgines insipientes, erit caminus fracturæ tuæ etiam os laudantium te. Sed fine his nõ possumus, necesse est ut intremus in hæc & exeamus inde: Intremus in uituperatione aliquam malorum & improborum: intremus & in assentationem aliquam adulatorum, sed exire inde opus est. Rogemus eum de quo dictum est, Custodiat dominus introitũ tuũ & exitũ tuũ, ut intrãs integer, sic exeas

1.Cor.10 exeas integer. Ait.n.& Apostolus, Fidelis est deus, qui non vos sinat tentari supra q̃ potestis. Ecce habetis ingressum: Nõ dixit, non tentemini. Qui.n.non tentatur,nõ ꝓbatur: & qui non probatur,non proficit. Qui ergo optauit? Fidelis deus qui nõ vos sinat tentari supra q̃ potestis. Audistis ingressum,audite & exitum: Sed faciet cũ tentatione etiam exitum vt possitis tolerare. Ergo & illi auertantur statim erubescẽtes, qui dicũt mihi euge euge. Quare.n.me laudant? Laudent deum. Quis.n ego sum vt lauder in me? Aut quid ego feci? Quid habeo quod non accepi? Si accepisti, inquit, Ps.49. quid gloriaris quasi non acceperis? Auertã-
Ps.69 tur ergo statim erubescentes qui dicunt mihi euge euge. Tali oleo pinguefactum est caput hæreticorum,cũ dicunt, Ego sum,ego sum:& dicitur illis, Tu dñe: Acceperunt euge euge, secuti sunt euge euge, facti sunt duces cæci cæcorum sequentium. Apertissimis vocibus Donato dicuntur ista cantica, Euge euge,dux bone,dux præclare: Et non dixit ille, Auertantur statim & erubescant, qui dicunt mihi euge euge: nec eos corrigere uoluit vt Christo dicerẽt,dux bone,dux præclare. At vero Apostolus formidans eu
Gal. ge hominũ, vt vere laudaretur in Christo, uoluit se laudari pro Christo, dicentibusq̃ quibusdam, Ego sum Pauli: Respondit in illis? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ergo dicant martyres etiam in persecutione adulationum, Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge: Et quid sit cum illi auertuntur & erubescunt, oés siue qui q̃runt animam meã, siue qui cogitant mihi mala, siue qui peruersa & simulata beneuolentia lingua volunt emollire quod feriant, cum fuerint & ipsi auersi & confusi: quid fiet? Exultent & iocundentur in te.) Non in me, non in illo, aut in illo, sed in quo facti sunt lux, qui fuerunt tenebræ. Exultent & iocũdentur in te, Oés qui q̃rere hominem. Iocundentur qui q̃runt te. Non iocundabũtur ergo qui q̃runt se, quos prior quæsisti anteq̃ q̃rerent te. Nondũ q̃rebat ouis illa pastorẽ, aberrauerat à grege, & descendit ad eam, Quæsiuit eam, reportauit in humeris suis: Contemnet te, ò ouis q̃rentem se, qui prior q̃siuit contemnẽtẽ se, & non quærentẽ se? Iam ergo q̃r ere eũ in
Luc.15. tipe q̃ prior q̃siuit te, & reportauit i humeris suis. Fac q̃d ait, Q̃ę sunt oues meę, vocẽ meam audiunt, & sequunt me. Si ergo q̃- K
Ioã. 10. ris eũ q̃ prior q̃siuit te, & ouis facta es eius, & audis vocem pastoris tui, & sequeris cũ, uide q̃d tibi de se oñdit, q̃d de corpore suo, ne in ipso errares, ne in Ecclesia errares, ne q̃s tibi diceret, Chr̃s est q̃ nõ est Chr̃s, aut Ecclesia est q̃ nõ est Ecclesia. Multi.n.dixerũt carnẽ nõ habuisse Chr̃m, & nõ in corpore suo resurrexisse Chr̃m: noli seq̃ voces eorũ, Audi uocẽ ipsius pastoris, qui indutus est carne vt quereret ꝑditã carnem. Resurrexit & ait, Palpate & videte q̃a spiritus ossa & carnẽ non hẽt sicut me videtis habere. Oñdit se tibi, vocemq̃ eius sequere. Oñdit & Ecclesiam, ne quis te fallat no-
Luc.24. mine Ecclesię. Oportebat, inquit, Christũ pati et resurgere à mortuis tertia die,& ꝑdicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, inci-
Ibidem. pientibus ab Hierusalem. Habes vocẽ alienorum,& furem non timebis,si uocem pastoris fueris secutus. Vnde autem sequeris? Si nec cuiquam hominũ dixeris quasi eius merito euge euge,nec cum gratulatione audieris, ne oleo peccatoris pinguescat caput tuum. Exultent & iocundentur in te om-
L Ps.140. nes qui q̃runt te. Et dicant.) Quid dicẽt, qui exultent? Semper magnificetur dominus.) Dicant hoc omnes, qui exultant & q̃ quærũt te. Quid? Semper magnificetur dominus, Qui diligunt salutare tuum.) Non tantum magnificetur dominus, sed etiã dominus semper. Ecce errabas & auersus ab eo eras, vocauit te, magnificetur dominus. Ecce inspirauit tibi confessionem peccatorum confessus es: dedit veniam, magnificetur dominus. Iam cœpisti iuste viuere, iam puto quasi iustũ est, vt & tu magnificeris. Etenim cum te vocaret errantem, magnificandus erat dominus, cum tibi confitenti peccata dimitteret, magnificandus erat dominus. Modo iam audiens uerba eius cœpisti proficere, iustificatus es, peruenisti ad quandam uirtutis excellẽtiam, dignum est, vt & tu aliquando magnificeris. Dicant, Semper magnificetur dominus. Peccator es, magnificetur vt uocet: cõfiteris, magnificetur vt ignoscat: iam iuste viuis, magnificetur vt regat: perseueras vsque in finem magnificetur vt glorificet. Semper ergo magnificetur dominus. Hoc dicant iusti, hoc dicant qui quærunt eum. Quisquis hoc nõ dicit, non quærit eum. Ecce magnificetur dominus,

M dominus,Exultent & iocunden tur oēs qui quærunt eum : & dicant,Semper magnificetur dominus , qui diligunt salutare eius. Ab illo est.n.illis salus non à se.Salutare.n. dñi dei nři saluator dñs noster Iesus Christus Quisquis diligit saluatorē,confitetur se sanatum:Quisquis se cōfitetur sanatum, fuisse confitetur ægrotum.Dicāt ergo semper magnificetur dñs,qui diligunt salutare tuum,nō salutare suum, quasi ipsi se saluēt, non quasi salutare hominis,tanq̄ ab illo sal
Psa.145 uentur. Nolite,inquit,confidere in principes,& in filios hominum,in quibus non est
Psal.3. salus, Quare hoc? Domini est salus,& sup populum tuum benedictio tua. Ergo semp magnificetur dominus . Qui hoc dicunt? Qui diligunt salutare tuum.Ecce magnificetur dominus, nunquam tu,nusquam tu. In illo aliquid,in me nihil. Si autem in illo quicquid ego, ille non ego . Tu ergo quid? Ego vero egenus & pauper sum . Ille di-
Psal.17. ues,ille abundans,ille nullius indigens. Ecce lumen meum, ecce vnde illuminor , qñ
Psa.145 clamo,Tu illuminabis lucernam meā dñe, deus meus illuminas tenebras meas . Dñs soluit compeditos,dñs erigit elisos, Dominus sapientes facit cæcos , dominus custo-
A dit proselytos.Quid ergo tu?Ego vero egenus & pauper . Ego tanquam pupillus,anima mea tanquam vidua destituta & desolata , auxilium quæro , semper infirmitatem meam confiteor . Ego vero egenus & pauper.Donata sunt mihi peccata,iam cœpi sequi præcepta dei,adhuc tñ egenus & paup. Vnde adhuc egenus & pauper? Quia video
Rom.7. aliam legem in membris meis repugnantē
Matt.5. legi mentis meæ . Vnde egenus & pauper? Quia,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. Adhuc esurio,adhuc sitio, Saturitas mea dilata est,non ablata. Ego vero egenus & pauper,Deus adiuua me.) Vnde cœpit,Deus in adiutorium meum intēde,deus adiuua me. Rectissime & Lazarus adiutus interpretari dicitur,ille egenus & pauper,qui oblatus
Luc.16. est in sinum Abrahæ,& gerit typum Ecclesiæ dei,quæ semper confiteri debet adiutorio sibi opus esse.Hoc est verum,hoc pium. Dixi domino deus meus es tu. Quare? Qñ
Psal.13. bonorum meorum non eges . Ille non eget nostri,nos egemus ipsius, ideo verus dominus.Nam tu non valde verus dominus serui tui,ambo homines,ambo egentes deo.Si autem putas egere tui seruum tuum vt despanem,eges & tu serui tui vt adiuuet labores tuos , Vterque vestrum altero vestrum
B indiget. Itaque nullus vestrum vere domi-
nus,& nullus vestrum vere seruus . Audi verum dominū cuius verus es seruus. Dixi dño deus meus es tu, Quare tu dñs? Qñ bonorum meorum non eges. Quid autem tu? Ego vero egenus & paup . Ecce egenus & pauper.Pascat deus,subleuet deus , adiuuet deus.Deus,inquit,adiuua me . Adiutor & erutor meus es tu dñe, ne tardaueris.) Tu adiutor & erutor,Indigeo auxilio,adiua,Implicatus sum,erue.Nemo.n.eruet de implicationibus nisi tu.Circunstant nos nexus diuersarum curarum , hinc atque inde dilaniamur quasi spinis & sepibus . Ambulamus angustam viam, fortasse hæsimus in sepibus,dicamus deo , tu es erutor meus . Qui oñdit angustam viā , fecit vt sequeremur . Hæc vox perseueret in nobis fratres, Quantūcunque hic vixerimus q̄tūcunque hic profecerimus,nemo dicat,sufficit mihi, iustus sum , Qui dixerit remāsit in via,nō nouit puenire.Vbi dixerit sufficit,ibi hęsit. Attēde Apostolū cui nō sufficit , Vide quō se vult adiuuari donec pueniat. Fratres,inquit,ego me nō arbitror cōprehendisse, illi sibi viderentur apprehendisse,q bus rursus dicit, Qui se putat aliquid scire,nondū scit quēadmodū oporteat eum scire. Quid ergo ait? Fratres,ego me non arbitror cōprehendisse,Supra dixerat,Non quia iā accepe rim aut iam perfectus sim, Et ibi sequitur : Fratres, ego me non arbitror cōprehendisse. Si nondum accepit,egenus & pauper est si nondum perfectus est , egenus & pauper est:Bene dicit,deus adiuua me . Sed intelligit aliquid & excelsius intelligit. Vide tamē quid dicat , Ei autem qui potens est omnia facere superabundantius, quam petimus & intelligimus. Vide ergo quia nondum peruenit,nondum apprehēdit. Quid ergo ait? Fratres , ego me non arbitror apprehendisse,Vnum autem q̄ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus,secundū intētionem sequor ad palmā supernæ vocationis. Ille ergo currit,tu hæsisti,Ille dicit nondum se perfectum, & tu iam de perfectione gloriaris? Cōfundantur qui tibi dñt euge euge. Cōfundaris inter illos & tu , quia tu tibi dicis euge euge.Qui.n.seipsum laudat,sibi dicit euge euge,q ab alijs laudat & cōsentit,non portat oleū secum , Deficiunt faces,clausurus est ille ianuā.Hoc ergo nos docuit Psal Mus iste breuiter charissimi ex admonitione so-

lennitatis martyrum , ut intelligamus quia martyres tribulationem hic passi sunt
D corporalē.Nos in quantacunq; pace simus, necesse est patiamur tribulationē spiritalē, Et necesse est ut inter scandala & zizania & paleam gemat Ecclesia & illa massa , donec messis veniat,donec ventilabrū, donec veniat vltima ventilatio, vt separetur palea à frumento,donec ad horreū redigatur. Qd donec fiat clamemus , Ego vero egenus & pauper sum,deus adiuua me, adiutor meus es tu,Domine ne tardaueris. Quid est , ne tardaueris? Quia multi dicunt,longum est vt veniat Christus. Quid igitur ? Quia diximus,ne tardaueris,iam venturus est ante quam statuit venire? Quid sibi vult hoc votum,ne tardaueris? Ne mihi tardius videatur,quod venturus est . Tibi enim longum videtur,non deo longum videtur,cui mille anni dies vnus est,velut tres horæ vigiliæ . Sed tu si non habueris tolerātiam, tardum tibi erit. Et cum tibi tardum erit deflecteris ab eo , & eris similis illis qui in eremo fatigati sunt,& festinauerunt a deo petere deliciae,quas illis in patria referuabat: & cū nō darentur delitiæ itinere quibus forte corriperetur,murmurauerunt aduersus deū , & redierunt corde in Aegyptum: Vnde cor porē erant separati,corde redierunt . Nol ergo tu sic,noli sic: time verbum dñi dicen
E ti,Mementote vxoris Loth, Et ipsa in via iam liberata de Sodomis,retro respexit: vbi respexit , ibi remansit , facta est statua salis vt condiat tē. Exemplo enim tibi data est , vt tu cor habeas , non remaneas fatuus in via.Attende remanentem & transi, attende respicientem retro,& tu in anteriora extende retro? Quæ retro oblitus,inquit,iden se queris vocatus ad supernā palmam, de qua Posthea glorieris:quia idem Apostolus dicit, Supereſt mihi corona iustitiæ , quam mihi reddet dominus in illo die iustus iudex .

Gen.19.

Phil.3.

2.Co.4.

Tim.4.

Concio prima,de prima parte Psalmi septuagesimi.

IN omnibus scripturis sanctis gratia de liberat nos,commendat se nobis,vt commēdatos habeat nos.Hoc in isto psalmo cantatur , de quo cum vestra charitate locuturi suscepimus . Aderit dominus vt sic ea corde concipiam quomodo dignum est , & sic ea promā quomodo expedit uobis. Multum enim mouet dei amor & timor.Timor dei quia iustus est,amor q̄a misericors est . Quis enim ei diceret, quid fecisti si damnaret iustum ? Quanta ergo misericordia eius ut iustificet iniustum ? Ex hoc præ-
F ctum nobis & Apostolum audiuimus eandem maxime gratiam commendantem , & de cuius commendatione habebat Iudæos inimicos,velut de litera legis præsumentes, & tanquam iustitiam suam diligētes atque iactantes : de quibus dicit, Testimonium Ro. 10
perhibeo illis , quia zelum dei habent , sed non secundum scientiam . Et tanquam ei diceretur , quid est enim habere zelum dei non secundum scientiam : subiecit continuo, Ignorantes enim dei iustitiam & suam volentes constituere , iustitiæ dei non sunt subiecti . Gloriantes,inquit , tanquam de operibus,excludunt a se gratiam, & tanquā de sanitate sua falsa præsumentes, respuunt medicinam.Contra tales enim & dominus dixerat,Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam : non est opus sanis medicus,sed male habentibus . Hæc est ergo tota scientia magna hominis , scire quia ipse per se nihil est : & quoniam quicquid est , à deo est , & propter deum est . Quid enim habes,inquit , quod non accepisti ? Si 1.Co.4.
autem accepisti , quid gloriaris quasi non acceperis ? Hanc gratiam ergo commendat Apostolus : hinc habere meruit inimicos Iudæos,de litera legis & de sua iustitia glo- G
riantes.Hanc ergo commendans im lectione quæ lecta est,sic ait : Ego enim sum mi- 1.Co.15
nimus apostolorum , qui non sum dignus vocari apostolus , quia persecutus sum Ecclesiam dei.Sed ideo, inquit, misericordiam 1.Tim.1
consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate : deinde paulopost , Fidelis sermo est,inquit,& omni acceptione dignus,quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere , quorum primus ego sum. Nunquid ante illum non erant peccatores ? Quid est ergo,primus ego ? Antecedens omnes,non tempore,sed malignitate.Sed ideo , inquit , misericordiam conseruatus sum , vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem , ad informationem eorum , qui crediturī sunt illi in vitam æternam:id est , vnusquisque peccator & iniquus iam de se desperans , iam habēs quasi gladiatorium animum, vt ideo faciat quicquid vult , quia necessario damnandus est , respiciat tamen ad apostolum.

lum Paulū,cui tanta crudelitas,tantaq; malitia a deo donata est,& nō de se desperādo. conuertatur ad deū. Hanc ergo gratiā commendat nobis deus,& in isto psalmo intuea
H mur illā,& videamus an ita sit,an forte ego aliter suspicer. Etenim arbitror hunc cum habere affectum,& hoc omnibus propè suis syllabis resonare:id est,hoc nobis cōmenda re gr̄am dei gratuitam, quæ nos liberat indignos,non p̄p nos,sed propter se,vt etiam si non hoc dicerem,neq; hoc prælocutus essem, quilibet mediocris cordis homo attēte audiens verba eiusdem psalmi saperet hoc, & forte ipsis verbis si aliud habebat in corde, mutaretur & fieret q̄ hic sonat. Quid est hoc? Vt tota spes nostra in deo sit,nihilq; de nobis tanquam de nostris viribus præsumamus,ne nr̄m facientes quod ab illo est, & quod accepimus amittamus. Titulus est ergo psalmi huius, vt solet titulus psalmi, indicans in limine quid agatur in domo. Ipsi Dauid filiorum Ionadab, & eorum q̄ primi captiui ducti sunt.) Ionadab homo fuis quidam, commendatur nobis ex pro-
Hie.35. phetia Hieremiæ,qui filijs suis præceperat vt vinum non biberent,neque in domibus residerent, sed in tabernaculis habitarent. Præceptū aūt patris filij tenuerunt & seruauerunt, & ex hoc benedici à dño meruerunt. Dominus autem hoc non præceperat,sed pater ipsorum. Si aūt hoc acceperūt tanquam præceptum a dño deo suo: quia &
I si dominus non præceperat, vt nō biberent vinum,& in tabernaculis habitarent,præceperat tamen dñs vt filij patsi obedirent. In
De verbis dñi. 6.f.circa fi.& con cor.11.q. 3.Qui resistit. ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit cōtra dominum deum ipsius. Neque enim debet irasci pater quando sic ei præponitur deus. Vbi enim hoc iubet pater quod contra dominum non sit,sic audiendus est quomodo deus,quia obedire patri iusit deus. Benedixit ergo deus filios Ionadab propter obedientiam,eosq; obiecit inobedienti populo suo,exprobrans quia cum filij Ionadab obe-
Exo.20. Hie.35. dientes essent patri suo, illi non obedirent deo suo. Cum autē ageret ista Hieremias, id agebat cum populo Israel,vt putarent se ad captiuitatem ducendos se esse in Babyloniam,& non resisterent voluntati dei nec sperarent aliud, nisi quia futuri essent captiui. Videtur ergo inde coloratus titulus huius psalmi,vt cum dixisset, filiorum Ionadab,subijceret, & eorum q̄ primi captiui ducti sunt, non quia filij Ionadab captiui ducti sunt,sed quia illis qui captiui ducendi erant oppositi sunt filij Ionadab,quia patri obedientes erant, vt intelligerent illi proterea se fieri captiuos,quia deo obedientes non fuerunt. Accedit etiam quia Ionadab K interpretatur domini spontaneus. Quid est hoc,domini spontaneus? Dei voluntati libenter seruiens. Quid est,dñi spōtaneus? In me sunt deus vota quæ reddam laudes tibi. Quid est,domini spontaneus? Voluntarie sacrificabo tibi. Si enim disciplina apostolica seruum monet, vt homini domino suo, non tanquam ex necessitate, sed ex voluntate seruiat, & libenter seruiendo se in corde liberum faciat: quanto magis deo tota & plena & libenti voluntate seruiendum est, qui videt ipsam voluntatem tuā? Nam si seruus tibi non ex animo seruiat, manus eius,faciē eius, præsentiam eius potes videre,cor eius non potes: & tamen ait Apostolus, Non ad oculum seruientes. Et quid est,non ad oculum? Quid.n? Visurus est dñs meus qūo illi seruiam, vt dicas mihi,non ad oculum seruientes? Adiecit,sed quasi seruo Christi Dñs homo non videt, sed dñs Christus videt. Ex animo,inquit, cum bona voluntate. Non quia filij Ionadab, id est, hoc nomen ipsius interpretatur. Qui sunt ergo qui primi captiui ducti sunt? Duo sunt filij Israel captiui primi & secundi & tertij. Sed pro his psalmus,aut de his psalmus,qui primo ducti sunt, non hoc sonat, idemipse psalmus discussus, perscrutatus,interrogatus omnibus vestibus suis,alius tibi dicit, non de illis se loqui qui homines, nescio qui, nescio quando irruentibus hostibus in Babyloniam captiui ducti sunt ex Hierusalem. Sed quid dicit psalmus? Quid, nisi quod audistis ab Apostolo commendat nobis gratiam dei, commendat nobis: quia nos per nosmetipsos nihil sumus: commendat nobis, quia quicquid sumus, illius misericordia sumus. Quicquid autē ex nobis sumus,mali sumus. Quare ergo captiui, & quare nomine captiuitatis cōmendatur ipsa gratia liberatoris? Aperit: ipse dicit Apostolus,Condelector legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Ecce habes duci captiuum. Quid ergo commen-

dēndat iste Psalmus? Quid sequitur ibi Apostolus,Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrum. Quare ergo primi? Nam dictum est quare captiui. Quantum arbitror & hoc elucet, qm̄ in cō paratione filiorum Ionadab, omnis inobedientia culpata est. Per inobedientiam aūt captiui facti sumus, quia ipse Adam nō obediendo peccauit. Dictum est aūt ab eodem Apostolo, q̄ & verum est,quia oēs in Adā moriuntur,in quo oēs peccauerunt. Merito & primi ducti sunt captiui, quia primus homo de terra terrenus,secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœlestis,tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginem terreni,portemus et imaginem eius qui de cœlo est. Primus homo captiuos nos fecit, secundus homo nos de captiuitate liberauit. Sicut enim in Adā omnes moriuntur. sic & in Christo oēs uiuificabuntur. Sed in Adam omnes moriunt per carnis natiuitatem,in Christo liberant per cordis fidem. Non erat in potestate tua, vt non nascereris ex Adam,est in potestate tua vt credas in Christum. Quantumcunque ergo ad primum hominē pertinere voueris,ad captiuitatem pertinebis. Et quid ibi? Iam pertines exclama: quis me liberabit de corpore mortis huius? Audiamus ergo illū hoc exlamantē.

Enarratio primæ partis.

A Deus in te speraui dñe, non cōfundar in æternum.) Iam cōfusus sum vel non cōfundar in æternum. Quomodo enim non est confusus cui dicitur, Quem fructum habuistis in his in quibus nunc erubescitis? Quid ergo fiet, ne cōfundamus in ęternū? Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Confusi estis in Adam, recedite ab Adam, accedite ad Christum, & iam non confundemini: In te spera tui dñe non cōfundar in æternum. Si in me confundor, in te non confundar in æternū. In tua iustitia erue me & exime me.) Non in mea,sed in tua: si enim in mea,ero ex illis de quibus ille ait, Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ergo in tua iustitia, non in mea. Quia mea quid? Præcesserit iniquitas. Et cum ero iustus, in tua iustitia erit quia iustitia mihi abs te data iustus ero, & sic erit mea vt tua sit id est, abs te mihi data
In eum enim credo qui iustificat impium Rom.7.
vt deputetur fides mea ad iustitiam. Erit ergo & sic iustitia mea, non tamen tanquam propria mea, non tanquam a me ipso mihi data, sicut putabant qui per literam gloriabantur, & gratiam respuebant. Nam dictū est in alio loco: Iudica me domine secundū
B iustitiam meam. Certe non gloriabatur in Psal.7.
sua iustitia,sed reuoca te ad Apostolū, Quid 1.Co.4.
enim habes quod non accepisti? Et sic dic iustitiam tuam,vt memineris quod acceperis eam,& non eam inuideas accipientibus.
Nam & ille pharisæus tanquam a Deo acceptisse se dicebat: Gratias tibi ago quia non Luc.18.
sum sicut cęteri homines. Quare inde enim te delectat, quia bonus es quod alter malus est? denique quid addidit? Iniusti, raptores adulteri, sicut & publicanus iste Hoc iam non est exultare, sed insultare. Ille autem captiuus nec oculos ad cœlum audebat leuare,sed percutiebat pectus suū,dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Parum itaque est vt illud quod in te est bonum agnoscas quod a Adeo sit,nisi etiam inde nō extollas super illum qui nondum habet, qui fortasse cum acceperit,transiet te. Quando enim erat Saulus Stephani lapidator,quam
multi erant Christiani quorum erat ille p- Act.7.
secutor: tamen quando conuersus est, omnes qui se præcesserant superauit. Ergo dic Deo quod audis in Psalmo, In te speraui domine non confundar in æternum, in tua iustitia, non in mea erue me & exime me. Inclina me aurem tuam.) Et hæc confessio est humilitatis. Qui dicit,inclina ad me: C
confitetur quia iacet tanquam æger prostratus medico stanti: denique, vide quia æger loquitur, Inclina ad me aurem tuam: Et saluum me fac: esto mihi in Deum protectorem.) Non ad me iacula inimici perueniant. ego enim me protegere non possum. Et parum est in protectorem, addidit: Et in locum munitum mihi esto, vt saluū me facias.) In locum munitum mihi esto, tu esto locus munitus meus. Vbi est quod ab illo fugiebas Adam,& te inter paradisi li Gene.3.
gna abscondebas? Vbi est qđ eius saciē formidabas,ad quē gaudere cōsueueras? Abisti,& pisti,& captiuatus es,& ecce visitaris, & ecce nō dimitteris,& ecce dimittunt no- Mat.12.
nagintanouem oues in montibus,& quæritur ouis perdita, & ecce dicitur de inuen-

Luc.15. ta oue, Mortuus erat & reuixit, pierat & inuētus est. Ecce ipse Deus factus ē locus refugij tui, q primo erat metus fugæ tuæ. In locum munitum tu, inquit, esto mihi, vt saluum facias me: Non ero salus nisi in te, nisi tu fueris requies mea, sanari non potest ægritudo mea. Leua me a terra, in te iaD ceam, vt surgam in locum munitū. Quid munitius cum ad illum locum confugeris? Dic mihi quos aduersarios formidabis? Quis insidiabitur & peruenier ad te? Nescio quis dicitur de montis vertice clamasse cum Imperator transiret, non de te loquor, respexisse ille dicitur & dixisse, nec ego de te: Contempserat Imperatorem cū insignibus armis & exercitu potente. Vnde? De loco munito. Si securus ille in alta terra, qūo tu non in eo, a quo factum est cœlum & terra? Esto mihi ergo in Deum protectorem & in locum munitum vt saluum me facias. Ego si mihi alium locum elegero saluus esse non potero. Elige certe homo si inueneris munitiorem. Non est ergo quò fugiatur ab illo nisi ad illum. Si vis euadere iratum, fuge ad placatum. Q̄m firmamē tum meum & refugium meum es tu.) Firmamentum meum quid est? Per te sum firmus, & ex te sum firmus. Q̄m firmamentum meum & refugiū meum es tu: vt fiam firmus ex te, sicubi fuero infirmatus i me, refugiam ad te. Firmum enim te facit gratia Christi, & immobilem aduersus omnes
Rom.7. tentationes inimici. Sed ibi est & humana fragilitas, ibi est adhuc prima captiuitas, ibi est & lex i mēbris repugnans legi mentis, & captiuum volens ducere in legem peccaE ti, adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Quantumlibet firmus sis ex
Sapi. 9. gratia Dei, quādiu adhuc portas terrenum
2.Co.7. vas in quo thesaurus est Dei, aliquid etiam de ipso vase fictili formidandum est. Ergo firmamētum meum es tu, vt firmus sim in hoc seculo aduersus oēs tentationes. Sed si multæ sunt & turbant me, refugium meum es tu. Ad hoc confitebor infirmitatem meā, vt sim timidus tanquam lepus, quia spinis plenus tanquam ericius. Et sicut in alio Psalmo dicitur, Petra est refugium erinacijs & leporibus. Petra autē erat Christus.
Psa.130. Deus meus erue me de manu peccatoris.)
1.C.16. Generaliter itellige peccatores inter quos
Rom.7. laborat iste qui de captiuitate iam liberandus est, iste qui iam clamat: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dñm nr̄m. Intus est hostis, lex illa in membris: Psalm. sunt & foris hostes. Quò clamas? Ad illā cui clamatum est, Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Ergo saluum me fac cū dicitur, ab egritudine tua dicitur interiore, id est, ab iniquitate tua, ab ea qua captiuus es, ab ea qua ad primum hominē pertines, vt inter primos captiuos clames. Saluus aūt factus ab iniquitate tua, vide iā & de iniquitatibus alienis, inter quos tibi necesse est viuere quousque vita illa finiatur. Et quousque? Ecce finitur tibi. Nūquid finitur Ecclesiæ, nisi in fine seculi? Iste aūt vnus homo vnitas Christi clamat has voces. Necesse est ergo vt multi exeuntes de hoc corpore fideles iā sint in illa requie, quam præstat Deus spiritibus fidelium. Sed hic adhuc sunt membra Christi in his qui in hac vita degunt, in his qui postea nascentur. Ergo vsque in finem h̄ culi erit hic iste homo, qui clamat a peccatis suis liberari, & a lege membrorum repugnante legi mentis. Deinde inter peccata aliorū, inter quos necesse est vt viuat vsque in finem. Sed duo habēt genera peccatores isti. Alij sunt qui legē acceperunt, alij sunt qui nō acceperunt. Oēs Pagani legem non acceperunt, oēs Iudæi & Christiani legem acceperunt. Ergo gñale nomē est peccatores aut transgressor legis, si accepit legem: aut tantūmō iniquus sine lege, si non accepit legem. De vtroque gñe loquitur Apostolus & dicit, Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Tu autem qui inter vtrunque genus gemis, dic Deo quod audis in Psalmo, Deus meus erue me de manu peccatoris. Cuius peccatoris? De manu legem prætereuntis & iniqui.) Est qui dem & iniquus legem præteriens, nō enim non iniquus qui legem præterit: sed omnis legem præteriens iniquus est, non omnis iniquus legem præterit: vbi enim non est lex, ait Apostolus, nec præuaricatio, Qui ergo legem nō acceperunt, iniqui dici pñt, præuaricatores non possunt: Iudicantur vtrique secundnm merita sua, Sed ego qui de captiuitate volo liberari per gratiā tuā, clamo ad te: libera me de manu peccatoris. Quid est de manu eius? De potestate eius, ne cum sæuit adducat ad consensionem: ne cum insidiatur, psuadeat iniquitatem. Decum insidiatur, psuadeat iniquitatem. De manu legem ptercūtis, & iniq. Rūde illi. Quid

Quid te quæris liberari de manu legē prætereuntis & iniqui? Noli consentire, sed si sequit, patiens esto, tolera. Sed quis te tolerat si deserat ille qui est locus munitus? Quare ergo dico, libera me de manu legē prætereuntis & iniqui? Quia nō est in me vt patiens sim, sed in te qui donas patientiā. Denique sequit, quare hoc dico: Q̄m tu es patientia mea dñe.) Iam si patientia, recte & H quod sequitur: Dñe spes mea a iuuentute mea.) Ideo patiētia mea, quia spes mea. An Rom.5. potius ideo spes mea, quia patientia mea? Tribulatio ait Apostolus, patientiā operat, patientia probationē, ꝓbatio aūt spem, spes vero nō cōfundit. Merito i te speraui dñe, non confundar in æternum. Dñe spes mea a iuuētute mea. A iuuentute tua, Deus spes tua? Nonne & a pueritia tua, & ab infantia tua? Plane, inquit. Nā vide quid sequitur. Ne hoc putares ita me dixisse, Spes mea a iuuentute mea, quasi nihil profuerit Deus infantię vel pueritiæ meæ, audi quod sequitur: In te confirmatus sum ex vtero.) Adhuc audi. De ventre matris meæ tu es protector meus.) Quare ergo a iuuētute mea, nisi ex quo in te cœpi sperare? Ante enim non in te sperabam, quamuis tu fueris protector meus, qui me saluū ꝓduxisti ad tps quo in te discerē sperare. A iuuentute aūt mea cœpi in te sperare, ex quo me aduersus diabolū armasti, vt in procinctu exercitus tui armatus fide tua, spe, charitate, cæterisque donis tuis confligerem aduersus inuisibiles inimicos tuos, audiremque ab Apostolo Ro.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates & rectores mundi tenebrarū Ephe.6. harū, aduersus spiritalia nequitiæ. Ergo iuuenis est qui pugnat contra ista: sed quamtis iuuenis sit cadet, nisi ille sit spes eius cui clamat, Domine spes mea a iuuentute mea. In te decantatio mea semper.) Nunquid ex quo in te sperare cœpi, vsque nunc? Sed semper, Quid est, semper?) Non tantum tempore fidei, sed & tempore speciei. 1.Co.13. Nunc enim quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a dño: per fidem. n. ambulamus, non p speciē. Veniet tps vt videamus q̄d non vidimus credimus. Viso aūt q̄d credimus lætabimur: viso aūt quod non credide Psal. runt impij, confundent̄. Tunc veniet res, cuius modo est spes. Spes enim q̄ videt, nō est spes. Si aūt q̄d non videmus speramus, p patientiam expectamus. Modo ergo gemis, modo in locū refugij curris vt saluus fias, modo in infirmitate positus medicum rogas. Quid, cum acceperis perfectam etiā sanitatem? Quid cum effectus fueris æqua Mat.13. lis angelis Dei? Iam forte istam gratiā qua liberatus es obliuiscēris? Absit. In te decantatio mea semper. Tanquam prodigium factus sum multis.) Hic tempore spei, tempore gemitus, tpe humilitatis, tpe doloris, tpe infirmitatis, tpe vocis vocis a compedi K bus. Hic ergo quid? Tanquam prodigiū factus sum multis. Vnde tanq̄ prodigiū? vnde mihi insultant qui me ꝓdigiū putāt? Quia credo quod non video. Illi enim beati, in his quæ vident exultant, in luxuria, in scortationibus, i auaritia, in diuitijs, in rapinis, in secularibus dignitatibus, in dealbatione lutei parietis, in his exultāt. Ambulabo aūt ego in viam disimilem, contēnens ea quæ præsentia sunt, & timens etiam prosperā se culi, nec alicubi securus nisi in promissis Dei. Et illi, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quid ais? Repete, Manducemus, inquit, & bibamus. Age quid 1.Co.15 postea dixisti? Cras enim moriemur. Terruisti, non seduxisti. Planè hoc ipso quod postea dixisti, incussisti mihi timorem ne tibi consentiam. Cras enim moriemur dixisti, & prœcessit, Māducemus & bibamus. Cū enim dixisses, māducemus & bibamus: adiunxisti, cras enim moriemur. Audi contra a me, Immo ieiunemus & oremus, cras enim moriemur. Hāc viā tenens artā & angustā, tanq̄ ꝓdigiū factus sum multis. Sed tu adiutor fortis.) Adesto o Dñe Iesu qui mihi dicas, volui deficere in via angusta, Matt.7. ego prior transij, ego sum ipsa via, ego duL co, in me duco, ad me perduco. Ergo quis prodigiū factus sum multis, tū nō timebo, quia tu auditor fortis. Repleat os meū laude vt hymno dicā gloriā tuā, tota die magnificentiā tuā.) Quid est tota die? Sine intermissione, In prosperis quia cōsolaris, in aduersis quia corrigis. Anteq̄ essem, quia fecisti: cū essem, quia salutem dedisti: cū peccassem, quia ignouisti: cum cōuersus essem, q̄a adiuuisti: cū perseuerassem, q̄a coronasti. Ita planè repleatur os meum laude, vt hymno dicam gloriam tuā, tota die magnificentiam tuam. Ne proijcias me in tempore senectutis.) Spes mea a iuuentute mea, ne proiicias me in tempore senectutis. Quid est hoc tempus senectutis? Cum deficiet virtus mea ne derelinquas me.)

me.)Respondet hic tibi Deus, immo vero deficiat virtus tua, vt in te maneat mea, vt
2.Cor.1 dicas cũ Apostolo, Quando infirmor tunc potens sum. Noli timere ne proijciaris in infirmitatem in ista senectute. Quid enim? Dominus tuus nõ est infirmatus in cruce? Nõne ante illum tanquam ante hominem nihil valentem, captiuatum & oppressum,
Mat.27. caput agitauerunt fortissimi & tauri pingues,& dixerunt,Si filius Dei est, descẽdat
M de cruce? Nunquid ille quia infirmus erat desertus est, qui maluit non descendere de cruce,ne non potentiam ostendisse, sed insultantibus cessisse videretur? Quid te docuit pendens qui descendere noluit,nisi patientiam inter insultantes, nisi vt sis fortis in Deo tuo? An forte & ex eius persona dictum est, Tanquam prodigium factus sum multis,& tu adiutor fortis? Ex persona eius secundum infirmitatem, non secundum potestatem: secundum id quod nos in se transfiguratuerat, non secundum id quod ipse descenderat. Factus est enim multis prodigiũ. Et forte ipse erat senectus eius, quia ex vetustate non incongrue senectus vocatur, vt
Rom.6. ait Apostolus, Vetus homo noster simul crucifixus est cum illo. Si ibi erat vetus homo noster, senectus ibi erat, quia vetus senPsa.102 ctus: tñ quia verum est, Renouabitur sicut
Mat.20. aquilæ iuuentus tua: Resurrexit ipse die tertio, promisit resurrectionem finito seculo. Iam præcesit caput, membra secutura sũt. Quid times ne derelinquat te, ne abijciat in tempore senectutis cum defecerit virtus tua? Immo tunc in te erit virtus eius, qñ defecerit virtus tua. Quare hoc dico? Quia dixerunt inimici mei mihi, qui custodiebant
A animam meam consilium fecerunt in vnũ dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui
Mat.26. eruat eum.) Dictum est hoc de Christo. Ille enim qui potẽtia magnæ diuinitatis, qua patri æqualis est, resuscitauerat mortuos, subito inter manus inimicorum infirmus factus est, & quasi nihil valens cõprehensus
Psal.21. est. Qñ comprehenderetur, nisi illi primo in corde suo dicerent, Deus dereliquit eũ?
Mat.27. Vnde illa vox est i cruce, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Ergo Deus dereliquit Christum, cũ Deus esset in Christo mundum reconcilians sibi, cum esset &
1.Cor.5. Christus Deus? Et Iudæis quidem secundum carnem qui est super omnia Deus benedictus in secula, Deus reliquit illum? Absit. Sed in vetere nostro vox nostra erat, Rom.6.
quia simul crucifixus erat vetus homo noster cum illo: & de ipso vetere nostro corpus acceperat, quia Maria de Adam erat. Ergo quod illi putauerunt, hoc de cruce dixit: Quare me vereliquisti? Quare isti me derelictum putant malo suo? Quid est, derelictum putant malo suo? Si enim cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Persequimini & comprehendite eum. Familiarius tñ hoc fratres accipiamus ex membris Christi, & vocẽ nostram in his verbis agnoscamus, quia & ille tales voces ex persona nr̃a habuit, nõ ex potentia & maiestate sua, sed ex eo quod factus est propter nos, nõ secundum id quod erat qui fecit nos. Dñe Deus meus ne elonges a me.) Ita fit & non elongat omnino: Prope est enim Dñs his qui obtriuerunt cor. Deus meus in adiutorium meum respice. Confundantur & deficiant committentes animam meam.) Quid optauit? Confundantur & deficiant. Quare optauit? Committentes animam meam? Quid est, committentes aĩam meam? Committentes quasi in rixam aliquam. Cõmittenti enim dicuntur, qui rixari prouocantur. Si ergo ita est: caueamus cõmittentes animam nostram: Quid est, committentes animam nostram? Primo prouocantes nos vt Deo resistamus, vt in malis nr̃is Deus nobis displiceat. Qñ enim rectus es vt bonus sit tibi Deus Israel, bonus rectis corde? Qñ rectus es? Vis audire? Qñ in eo bono quod facis, Deus tibi placet: in eo autem malo quod pateris, Deus tibi nũ displicet. Videte quid dixerim fratres, & cauti estote contra
C cõmittentes animas vestras. Omnes enim qui nobiscum agunt, vt in mœroribus & tribulationibus fatigemini, id agunt vt in eo qđ patimini, Deus vobis displiceat, & exeat de ore vestro: Quid est hoc? Quid enim fecisti? Iam ergo tu nihil mali fecisti, & tu iustus es, & ille iniustus? Peccator sum, inquis, fateor, iustum me non dico: Sed quid, peccator est? Nunquid tñ quantum ille cui bene est? Quantum peior? Ego scio mala ipsius, ego scio, iniquitates ipsius, a quibus ego cesso, peccator longe absum, & tñ video eum florere oibus bonis, & ego tanta patior. Non ergo ideo dico, Deus quid tibi feci, quia nihil omnino mali feci, sed quia non tm feci vt ista dignus sim pati. Iterum tu iustus es, ille iniustus. Euigila miser, cõmissa est anima tua. Non, inquit, ego iustum me dixi.

Quid ergo tu dicis? Peccator sum, sed non tanta commisi, vt ista dignus essem pati. Non ergo dicis Deo, Iustus sum & tu iniustus es? sed dicis, Iniustus sum, sed tu es iniustior. Ecce commissa est anima tua, ecce iam bellum gerit anima tua. Quæ? Contra quem? anima tua contra Deum quæ facta est contra illum a quo facta est. Vel quæ es quæ contra illum clames? Inpsal. grata es. Redi ergo ad confessionem infirmitatis tuę, implora medici manum. Non tibi videantur fœlices qui florent ad tem-
D pus. Tu castigaris, illis parcitur: forte tibi castigato & emendato filio hæreditas reseruatur. Redi ergo, redi prævaricator ad cor, non committatur anima tua: Potentior est multum cui bellum indixisti. Quanto grauiores lapides in cœlum miseris, tanto te fortior ruina præssura est. Redi potius ad cognoscendum te, Deus est qui tibi displiPsal. cet. Erubesce, tu tibi displice: nihil boni face ret, nisi ille bonus esset: & nihil mali patere Psal. ris, nisi ille iustus esset: Euigila ergo in hanc vocem, Dñs dedit, dñs abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Iniusti erant qui iuxta Iob puIob. 1. trescentem sani sedebant, & tñ ille suscipiẽdus flagellabatur, illis puniendis parcebat. Quicquid ergo tribulationis tibi accidetPsal. rit, quicquid insultationis, non committatur anima tua, non committatur nõ solum contra Deum, sed nec contra eosipsos qui tibi ista faciunt. Si enim vel ipsos odio habueris, & contra illos commissa est anima tua: prorsus illi gratias age, pro istis ora. Forte enim & oratio pro ipsis est ista quam audisti, Confundantur & deficiant committentes animam meam. Confundantur & de
E ficiant: Multum enim de iustitia sua præsumunt, ergo confundantur. Hoc illis expedire vt peccata sua cognoscant vnde confundantur & deficiant: male enim de viribus suis pũmebant, & ipsi defecti dicant, Quãdo infirmor, tunc fortior sum: & ipsi defecti dicant, Ne abijcias me in tempus senectutis: Bonum ergo illis optauit. vt confundantur de malis suis, & deficiant a peruersis viribus suis, & tunc iam defecti & cõfusi quę rant illuminatorem a cõfusione, & refectorem a defectione: denique vide quid sequit, Induantur confusione & verecundia, qui cogitant mihi mala.) Confusionem & verecundiam, confusionem de mala conscia, verecundiam propter modestiam, Fiat hoc in illis, & boni erunt Non tibi videatur sæuire, vtinam exaudiatur pro illis: nam sæuire videbatur & Stephanus quando ore flammanti verba illa iaculabatur: Dura ceruice Act.7.
& non circuncisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto. Quam accensa iracundia, quam vehemens aduersus inimicos commissa tibi videtur anima ipsius? Absit. Salutem ipsorum requirebat, phrenetico s male sæuientes verbis ligabat: nam vide quomodo non erat commissa anima ipsius, non solum nõ contra Deum, sed nec
F contra ipsos: Dñe, inquit Iesu, tu accipe spiritum meum. Non ei dispicuit Iesus, quia passurus erat lapidatione pro verbo ipsius: non ergo erat cõmissa aĩa eius contra Deũ. Item dixit. Dñe ne statuas illis hoc delictũ: non ergo erat cõmissa anima eius, nec contra inimicos suos. Induantur confusione & verecundia, qui cogitant mihi mala. Hoc enim quærunt omnes qui me tribulant, mala mihi quærunt. Quæ mala quærebat etiã Iob. 2.
mulier illa quando suggesit: Dic aliquid in Tobi.1.
Deum, & morere: Et illa vxor Tobiæ quæ ait marito, Vbi sunt iustitiæ tuæ? Ad hoc docebat vt displiceret illi Deus? qui illum secerat cęcum, & cum illi displiceret committeretur anima ipsius. Si ergo nemo tibi tribulando persuaserit, nemo extorserit vt tibi displiceat Deus in his quæ pateris, aut voneris homines per quos pateris, non committitur anima tua, securus dicis quod sequitur: Ego autem semper in te sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuã.) Quid est hoc? Mouere nos debet, adijciam super omnem laudem tuam. Perfectiorem facturus es laudem Dei? Est aliquid qđ superadijciatur? Si iã omnis illa laus est, tu quid adiecturus es? Laudatus est Deus in omnibus bonis factis suis, in oĩ creatura sua, in oĩ institutione rerum oĩum, in gubernatione G
& regimine seculorum, in ordine temporũ in eminentia cœli, in fœcunditate terrarũ, in circunfusione maris, in oĩ præpollentia nascentis vbique creaturæ, & in ipsis filijs hoĩum, i dãda lege, i liberãdis suis a captiuitate Aegyptiorũ, & cæteris oĩbus mirabilibus suis: nondũ erat laudatus in eo q̃ suscitauit carnem in vitam æternam, sit ergo ista laus adiecta per resurrectionẽ dñi nr̃i Iesu Christi, vt hic eius vocem intelligamus super omnem laudem tuã præteritam, si hoc & recte intelligamus: sed quid tu forte peccator qui timebas cõmitti aĩam tuã, q̃ in ip

so solo sperabas, vt a prima illa captiuitate liberareris, qui de iustitia tua non præsumebas, sed de gratia illius, quam commendat hic Psalmus, quid tu? Adijcies aliquid super omnem laudem Dei? Adijciam, inquis. Videamus quid adijciat. Posset esse omnis laus tua, & nihil omnino desse videretur ad laudem tuam, quia & nihil deesset si damnares oēs inquos. Non enim non esset magna laus Dei iustitia ipsa qua iniqui damnantur? Magna laus esset. Feciſti homi-
Genes. 3. nem, dediſti ei liberum arbitrium, in paradiſo collocaſti, præceptum impoſuiſti, mortem ſi præceptum violaret iuſtiſsimam denunciaſti. Nihil non feciſti, nemo eſt qui a te amplius exigat. Peccauit, factum eſt genus humanum tanquam maſſa peccatorū, profluens de peccatoribus? Quid ergo? Tu ſi maſſam iſtam iniquitatis dānes, quiſquā tibi dicet, iniuſte feciſti? Eſſes planè etiam ſic iuſtus & oīs eſſet iſta laus tua, ſed quia liberaſti & ipſum peccatorem iuſtificando impium, adijciam ſuper omnem laudem tuam. Os meum pronunciabit iuſtitiam tuam.) Non meam. Inde adijciam ſuper
Rom. 4. oēm laudē tuā, qa & qp iuſtus ſum, ſi iuſtus ſū iuſtitia tua eſt in me, non mea. Tu.n. iuſtificas impium. Os meum annunciauit iu-
Pſal. 3. ſtitiam tuam. Tota die ſalutem tuā.) Quid eſt ſalutem tuam? dñi eſt ſalus, Nemo ſibi vſurpet quia ſe ſaluum facit: dñi eſt ſalus, non ſe ſaluum per ſe quiſquam facit: dñi eſt ſalus, vana ſalus hominis. Tota die ſalutem tuā, toto tempore. Aliquid aduerſi eſt prædica ſalutem dñi: aliquid proſperi eſt, prædica ſalutem dñi. Ne prædices in proſperis, & obmuteſcas in aduerſis, alioquin non erit quid dictum eſt, tota die. Tota enim dies cum ſua nocte eſt. Nunquid qñ dicimus,
I triginta dies, verbi cauſa, trāſieruut, non dicimus & noctes? Nonne & in ipſo numero dierum includimus & noctes? In Gene-
Gene. 1. ſi quid dicebatur? Factū eſt veſpere & mane dies vnus. Ergo dies totus eſt cum ſua nocte: nox enim diei ſeruit, non dies nocti. Quicquid facis in carne mortali, iuſtitię debet ſeruire: quicquid facis ex præcepto Dei, non propter emolumenta carnis fiat, ne dies ſeruiat nocti. Ergo tota die laudem Dei dic. ſ. in proſperis & in aduerſis: in proſperis tanquam tempore diurno, in aduerſis tanquam tempore nocturno. Tota tamē die laudem Dei, vt non fruſtra cantaueris,
Pſal. 3. Benedicam dñm in omni tempote, ſemper laus eius in ore meo. Saluis filijs, pecoribus familia, omni re ſua, Iob laudabat Deum: hoc quaſi diurno tempore. Damna venerunt, orbitas irruit, perijt quod ſeruabatur, obierunt quibus ſeruabatur: hoc quaſi noſi locis, hoc eſt, proſperitatis occaſus, deſecit a laudibus Dei? Nonne dies erat in cor-
Iob. 1. de vnde fulgebat, Dñs dedit, dñs abſtulit, ſi K cut dño placuit ita factum eſt, ſit nomen dñi benedictum? Et hoc quaſi adhuc veſpertinum erat tempus, venit & nox eraſſior, tenebræ profundiores, corporis dolor, putredo vermiū, nec ſic in ipſa putredine defecit a laudibus Dei. foris in nocte, q intus exultabat in die. Nāque vxori ſuadēti blaſphemiam, & cōmittenti aiam ipſius,
Iob. 2. male ſuadenti miſerę tanquam vmbræ nocturnæ, Locuta es, inquit, tanquam vna ex inſipientibus mulieribus. Vere filia noctis. Si bona ſuſcepimus de manu dñi, quare ma-
la nō ſuſtinebimus? Laudabimus in die, de ficiemus in nocte? Tota die, id eſt, cum ſua nocte ſalutem tuam. Qm non cognoui negociationes. Ideo, inquit, tota die ſalutem tuam, quoniam non cognoui negociationes. Quæ ſunt iſtæ negociationes? Audiāt negociatores & mutent vitā, & ſi fuerūt nō ſint, non cognoſcant qđ fuerunt, obliuiſcātur: poſtremo, non approbet, non laudent improbent, dānent, mutenē ſi peccatum eſt negociatio. Hic enim auiditate neſcio qua acquirendi o negociator, qñ dānum paſſus fueris, blaſphemas, & non erit in te quod dictum eſt, Tota die laudem tuam. Quando autem pro precijs rerum quas vendis, non ſolum mentiris, verumetiam falſum B iuras, qūo in ore tuo tota die laus Dei? Vel quando ſi Chriſtianus es, etiam ex ore tuo blaſpematur nomen Dei, vt dicatur. Ecce quales ſunt Chriſtiani? Ergo ſi propterea iſte tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negociationes, corrigant ſe Chriſtiani, non negocientur. Sed ait mihi negociator, Ecce ego affero quidem ex longin quo merces, ad ea loca in quibus non ſunt ea quæ attulero, vnde viuam, tanquam mercedem laboris mei peto vt carius vendam quam emerim. Vnde enim viuā, cum ſct: ptum ſit: Dignus eſt operarius mercede ſua? Sed agitur de mendacio, de periurio, hoc vitium meum eſt, non negociatio nis; neque enim non ſi ve[illegible] poſſem age re ſine iſto vitio. Non ergo culpam [illegible]hor ad negocium transfero, ſed ſi mentior, ego mentior, non negocium. Poſſem enim dicere, tanto emi, tanto vendam, ſi placet eme: non enim iſtam veritatem audiens emptor repelleretur, & nō oēs potius accurrerent? Quia plus fidem q̄ mercedem diligerent. Hoc ergo inquit, me mone, ne mentiar, ne periurem, non vt abijciam negocium vnde me tranſigo. Quò enim vocas, qñ hinc re-
M uocas? Forte ad aliquem? Ero furor, calcia-menta faciam hominibus. Mendaces enim & ipſi non ſunt? Periuri & ipſi non ſunt? Nonne locatis ab alio calciamentis, cum ac ceperint ab alio precium, dimittunt quod faciebant, & ſuſcipiunt alteri facere, & fallunt eum cui promiſerant cito ſe facturos? Nonne ſæpe dicunt, hodie facio, hodie impleo? Deinde id ipſa futura tantas fraudes non faciunt iſta & dicunt iſta: ſed ipſi mali ſunt, non ars quam profitentur. Oēs ergo artifices mali Deum non timentes, vel pro lucro, vel pro timore damni, aut egeſta tis mentiuntur, periurant, non eſt continua Dei laus in eis: Qūo ergo reuocas a negociatione? An vt agricola ſim, & aduerſus Deum tonantem murmurem, vt grandinē timens fortilegum conſulam, vt quæram quid faciam contra cœlum, vt optem paupertibus famem, hoc poſsim vendere quod ſeruatui? Ad hoc me adducis? Sed nōea faciūt, inquis, agricolæ boni: nec illa negociatores boni: Quid enim? Etiam & filios habere malum eſt, quia qñ eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas ſacrilegas & incantationes quærunt? Iſta hoium, non rerum peccata ſunt. Poteſt mihi hoc dicere A negociator, Quære ergo epiſcope quemadmodum intelligas negociationes quas legiſti in pſalterio, ne forte tu non intelligas, & me a negociatione prohibeas. Mone ergo quemadmodum viuam. Si bene, bene mihi erit: vnum tamen ſcio quia ſi malus fuero, non negociatio mihi facit, ſed iniquitas mea. Qñ verum dicitur, non eſt quod contradicatur, Quæramus ergo quas dixerit negociationes, quas vere qui non cognouit, tota die laudat Deum. Negociatio & in Græca lingua ab actu dicitur & in Latina: Negociatio ſiue actus ſiue negocium, diſcutiatur quid ſit: qui enim negociatores actuoſi quaſi ex eo quod agūt plumūt opa ſua laudant, nō pueniūt ad gram Dei. Ergo

contra illam gratiā ſunt negociatores, quā commendat hic pſalmus. Illam enim gratiam cōmendat, vt nemo de ſuis operibus glorietur. Quo quodam loco dicitur, Medici nō reſuſcitabunt: deſerere debent hoies medicinam? Sed quid eſt hoc? Sub iſto no-
Pſal. 87. mine intelliguntur ſuperbi, pollicentes ſalutem hoibus, cum dñi ſit ſalus. Qūo ergo
Pſal. 3. contra medicos, id eſt, ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat hoc quod dictum eſt, Tota die ſalutem tuam: ſic contra negociatores, id eſt, qui de actu ſuo & operibus gaudent, vigilat hoc quod dictum eſt, Os meū
Pſal. 70. annunciabit iuſtitiam tuā: id eſt, non meā. B Qui ſunt negociatores, id eſt, quaſi de actu
Ro. 10. ſuo ſibi placentes? Qui ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſubiecti. Merito & negocium dictum eſt, qp neget ocium. Quantum mali eſt quod negat ocium? Merito dñs expulit illos de templo, quibus dictum eſt: ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis vo-
Ioan. 2. cabitur, vos autem feciſtis eam domum negociationis: id eſt, gloriantes de operibus veſtris, ocium non qnærentes, nec audientes contra inquietudinem & negociationē veſtram dicentem ſcripturam, Vacate & vi-
Pſal. 45. dete qm ego ſum dñs. Quid eſt, vacate & videte qm ego ſum dñs: niſi vt ſciatis quia Deus eſt qui operatur in vobis, & non de veſtris operibus extollamini? Non audis vocem dicentis, Venite ad me omnes qui
Mat. 11. laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiā: tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vīs? Hæc requies contra negociatores prædicatur, hæc requies contra eos qui oderunt ocium prædicatur: agendo & iactando ſe de operibus ſuis, vt non longius requieſcant in Deo, & C tanto longius a gratia reſiliar, quanto ma- 88. diſtgis de ſuis operibus extolluntur. Sed eſt in c. Quoquibuſdam exemplaribus: Qm non cogno- niam. in ui literaturam.) Vbi alij codices habent ne principio. gociationem, ibi alij literaturam: quomodo concordent inuenire difficile eſt, & tamen interpretum diuerſitas forte ſenſum oſtendit, non errorem inducit. Quæramus ergo & literaturā quomodo intelligamus, ne ſic offendamus Grammaticos quomodo pauloante negociatores: quia & Grammaticus poteſt in arte ſua honeſte vivere, non peierare, non mentiri. Quæramus ergo literaturam quam non cognouit

iste, ia cuius ore tota die satis Dei est q̃dã literatura Iudæorum: ad illos enim & hoc referamus, ibi inueniemus quod dictũ est, qũo cum de negociatoribus quæreremus
Ro.10. pp actus & opera, inuenimus illam dici negociationẽ detestandã, quam notauit Apostolus, dicens, Ignorãtes enim Dei iustitia, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei
Ephe.2. non sunt subiecti. Contra quam dicit idem Apostolus, Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Qũo ergo? Nunquid non operabimur bonum? Operabimur, sed ipso in no
D bis operante. Ipsius enim sumus figmentũ, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Qũo hoc ergo inuenimus contra negociatores, id est, de actu gloriantes, de negocio qp neget ocium se extollentes, inquietos potius q̃ bonos operatores, quia boni operatores illi sunt, in quibus Deus operatur: sic & nescio quã literaturam inuenimus apud Iudæos, dñs asit vt explicem verbis quod dignatus est donare vt corde conspicerẽ. Superbia Iudæorum præsumentium tãquam de viribus suis, & de iustitia operum suorũ gloriabatur de lege, qp ipsi legẽ acceperint, aliæ gentes non acreperint: in qua lege, nõ de gratia gloriabant, sed de litera. Lex enim sine gratia, sola litera est: manet ad conuincendam iniquitatem, non ad dandam salu-
Gala.3. tem. Quid enim ait Apostolus? Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura oía sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. De hac litera dicit alio loco, Litera occidit, spiritus autẽ
1.Co.3. viuificat. Habes literam si præuaricator legis es, qui per literam, inquit, & circuncisionem præuaricator legis es. Nõne bene cantatur & dicitur: Erue me de manu legem prætereuntis & iniqui? Habes literam, sed
E non imples literam. Vade non imples literam? Qm qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras: qui abominaris idola, sacrilegium facis. Nomen enim Dei per vos blasphemat in gentibus, sicut scriptum est: Quid tibi ergo profuit litera, quam non imples? Quare autem non imples? Quia de te præsumis. Quare non imples? Quia negociator es, opera tua extollis. Nescis necessariam esse gratiam adiuuantis, vt impleatur præceptũ iubentis. Ecce iussit Deus, age quod iussit. Incipis agere quasi ex viribus tuis & cadis, & manet super te litera puniens, non saluans. Meritis per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta. Ioan.1.
Moyses quinque libros scripsit, sed in quin Ioan.5.
que porticibus piscinã cingentibus languidi iacebant, sed curari non poterant. Vide qũo manet litera, conuincens reum, nõ saluans iniquum. Illis enim quinque porticibus in figura quinque librorum prodebatur potius q̃ sanabantur ægroti. Quid ergo ibi tunc sanabat ægrotum? Motus aquæ. Piscina illa mota descendebat ægrotus, & lanabatur vnus, quia vnitas: Quisquis alius ante ipsum mutum descenderat non sanabatur, Qũo commendabatur vnitas corporis F clamantis a finibus terræ? Alius non sanabatur nisi rursus mota fuisset piscina. Significabat ergo piscinæ motus per turbationem populi Iudæorum, quando venit dñs Iesus Christus. Angeli enim aduentu intelligebatur moueri aqua in piscina. Aqua ergo cincta porticibus quinque, gens erat Iudæa cincta lege. Et in porticibus ægroti iacebãt, & in sola aqua turbata & mota sanabãtur. Venit dñs, turbata est aqua, crucifixus est, descendat vt sanetur ægrotus. Quid est descẽdat? Humiliet se. Ergo quicunque amatis literam sine gratia, in porticibus remanebitis, ægri eritis, iacentes, non conualescentes, de litera enim præsumitis. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed data est lex, vt reos vos faceret, rei facti timeretis, timentes indulgeretiam peteretis, iam de viribus vestris non præsumeretis, de litera vos non extollere tis: nam ipsa figura est etiam, qp Helisæus primo ad mortuum resuscitandum baculũ suum misit per seruum: Mortuus erat filius viduæ hospitæ ipsius, nunciatum est ei, seruo suo dedit baculum suum. Vade, inquit, pone super mortuum. Nesciebat propheta & quid ageret? Præcesit seruus suus, posuit baculum super mortuum, non surrexit mortuus: si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Non viuificat lex per seruum missa, & tũ ille misit baculum suum per seruum suum, qui postea secutus viuificauit. Namque cũ ille infans 11. non resurrexisset, venit Helisæus iam figuram portans dñi, qui seruum suum cum baculo tanquam cum lege præmiserat, venit ad iacentem mortuum, posuit membra sua super illum. Ille infans erat, ille iuuenis erat contraxit & breuiauit quodammodo iuuentutis suę magnitudinem, parnulus factus vt mortuo congrueret. Mortuus ergo surrexit, cum se viuus mortuo coaptauit, & fecit dñs qd non fecit baculus: fecit gra quod non fecit lra. Illi ergo qui in baculo remanserunt, in litera gloriantur, & ideo non viuificantur: Ego aũt de gra tua volo gloriari. Mihi aũt, ait Apostolus, absit gloriari nisi in cruce dñi nri Iesu Chri, nisi in illo q̃ se mihi uiuus mortuo vt resurgrẽ coaptauit, ut iã ego, non viuerem, viueret aũt in me Chs. In ipsa gratia gloriãs, litera turũ non cognoui: id est, homines de literatura præsumentes, & à gratia resilientes, toto corde reprobaui. Merito sequitur: Introibo in potentiã dñi.) Non meam, sed dñi: nam illi in potentia sua de litera gloriati sunt, iõ adiũctã lræ gratiã non cognouerunt: nam lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse n. venit vt legem impleret, qñ charitatem donauit per quam lex posset impleri. Plenitudo .n. legis charitas. Illi non habentes charitatem id est, non habentes spiritũ gratiæ, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis, remanserunt gloriantes in lra. Sed quia litera occidit, spūs autem viuificat: non cognoui litera uiuificare, & introibo in potentiam domini. Iõ uersus iste sequens confirmat perficitq. sententiam, ita vt eam figat in cordibus hominum, nec alium permittat omnino irrepere ulla ex parte intellectum. Domine memorabor iustitię tuę solius.) O solius. Quid addit solius, rogo vos? Sufficeret memorabor iustitiæ tuæ. Solius, inquit, prorsus, vbi nẽ cogito. Quid .n. habes qd nõ accepi si? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iustitia tua sola liberat me: mea sola non sunt nisi peccata. Nõ glorier ergo de viribus meis, nõ in lra remanẽã: reprobẽ literaturã, id est, hoĩes de lra gloriãtes, & de suis viribus puerse tanq̃ phrenetici prę sumentes: reprobem tales, intrem in potentiã domini: vt quando infirmus sum, tunc potens sim: vt tu in me sis potens, quoniã memorabor iustitiæ tuæ solius.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

GRatiã dei qua gratis salui facti sumus nullis nris meritis pcedẽtibus, nisi qbus suppliciũ debebat, in isto cõmendari Psalmo hesterno die insinuauimus cha-

ritati ure, eũque tractando qm finire nequiuimus, extremã eius partẽ in hodiernã diẽ distulimus, promittentes in nomine domini nos debitũ soluturos. Q̃d soluendi quoniã tps est, adestote animo tanquã agro fertili, vbi & semen multiplicetis, & pluuiæ ingrati non sitis. Commendauimus hesterna die titulum eius, sed pp renouandam intẽtionem vestrã, & his intimandum qui heri absentes fuerunt, breuiter cõmemoramus, qd recolant qui audierunt, audiant qui nescierunt. Filiorum Ionadab psalmus est, qd nomẽ interpretatur dñi spõtaneus, quoniã spontanee, hoc est bona, pura, syncera & pfecta voluntate, non ficto corde dño seruiẽ dũ est, quod etiã illud indicat vbi dictũ est, Voluntarie sacrificabo tibi. Filijs huius, id K est, filijs obedientiæ cãtatur psalmus, & his Psal.53. qui primi captiui ducti sunt, vt agnoscatur hic gemitus noster, & sufficiat diei malitia sua. Iam .n. si superbi desideramus, uel fatigati redeamus. Nec rediri nisi per gratiam põt: gratia gratis data. Nam nisi gratis, gra non esset. Porrò autem si propterea gratia est, buia gratis est, nihil tuum præcesit vt acciperes. Nam si aliqua bona opera tua pcesserunt, pcium accepistis non gratis: precium autem quod nobis debebatur, supplicium est. Quod ergo liberamur, non meritis nris, sed illius gratia est. Illum ergo laudemus, illi totum quod sumus, & quod salui efficimur debemus. Ad quod conclusit cũ multa dixisset, dicens, Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Ad istum uersum concluſa est hesterna tractatio: Primi ergo captiui. i. pertinẽtes ad primum hominem: propter hoc enim captiui propter primũ hominem, in quo omnes morimur: qa non prius qd spiritale est, sed quod animale, po 1.Co.15
stea quod spiritale. Propter primum hominẽ primi captiui, pp secundum hominem secundi redempti: nam & ipsa redemptio clamat captiuitatẽ nostrã. Vnde enim redẽpti, si non antea captiui? Et eã captiuitatem L
expresius ab apostolo insinuatam ex epistola eius uerba q̃dã cõmemorãtes insinuauimus & repetimus: Videoaliã legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, Rom.7.
& captiuum me ducente in lege pcti, q̃ est in mẽbris meis. Ipsa est prima captiuitas nostra qua concupiscit aduersus spiritum caro. Venit autem hoc de pœna peccati, ut Gala. 5.
homo aduersus seipsum diuideretur, qui vni subditus esse noluit. Nihil .n. tã expedit

animæ

animæ q̃ obedire. Et si expedit aíæ obedire in seruo vt obediat dño, in filio vt obediat patri, in vxore vt obediat uiro, quanto magis in homine vt obediat deo? Expertus ergo malum Adam, omnis aũt homo Adam, sicut in his qui crediderũt ois homo Christus, quia membra sunt xp̃i. Expertus ergo malum quod non debuit experiri si crederet dicenti, Nolite tangere. Expertus ergo malum, postea saltem obtemperet præceptis medici ut surgat, qui noluit credere medico ut resurgat, qui noluit credere medico vt non ægrotaret: nã & sanis bonus & fidelis medicus dat p̃ceptũ, ne sit illis necessarius. Non est. n. sanis necessarius medicus, sed male habentibus. Boni aũt amici medici qui nolunt vendere artem suam, & plus gaudent ad sanos quã ad ægrotos, dare q̃dam præcepta sanis, quæ obseruando in ægritudinem non cadũt. porrò aũt illi si præcepta contempserint & in ægritudinem inciderint, supplicant medico quẽ contempserunt sani, rogant ægroti. Vtinam saluté rogent, ne per febrem mente perdita medicũ cædant. Audistis mõcum Euangrlium legeretur, quemadmodum in illos dicta sit parabola. Mentis sanæ erant qui dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas? Vtique non. Puto quia occiderunt filium, & patrem occisuri erant? Hoc est mentem sanam non habere. Postremo ecce quia occiderunt filium, resurrexit filius & lapis te probatus ab ædificantibus factus est in caput anguli. offendeRunt in illum & conquassati sunt, veniet super eos & conteret eos. Sed non iste qui cãtat in psalmo & dicit: Introibo in potentiã domini: non meam, sed domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Nullam meam agnosco, solius tuæ iustitiæ memorabor. A te habeo, quicquid boni habeo: quicquid autem mali habeo, a me habeo. Non meritis supplicium reddidisti, sed gratiam gratis impertisti. Tuæ itaq. solius iustitiæ iustitiæ memorabor: Deus docuisti me ex iuuẽtute mea.) Quid ẽ me docuisti? Quia tuæ solius iustitiæ memorari dẽo. cõsiderãs n. vitã meã p̃teritã, uideo q̃d mihi debebaẽ & q̃d acceperi ,p̃ eo q̃d mihi dẽbaẽ. Dẽbaẽ pẽna, sed reddita ẽ grã: dẽbaẽ gehẽna, data ẽ vita æterna. Deus docuisti me ex iuuẽtute mea. Ex ipso initio fidei meę, q̃ me inouasti docuisti me. Nihil í me p̃cesit, vñ mihi dicerẽ deberi q̃d dedisti. Quis. n. conuertitur ad deum nisi ab iniquitate? Quis redimit nisi à captiuitate? Quis autem potest d cere iniustam fuisse captiuitatem suam, quando deseruit imperatorem, & diuerit ad desertorem? Imperator. n. deus, desertor autem diabolus. Præceptum dedit imperator, frau Genesis dem suggessit desertor. Vbi aures tuæ inter & præceptionem deceptionem? Melioꝛne diabolus q̃ deus? Melior qui te infecit q̃ qui te fecit? Credidisti quod promisit diabolus, & inueniſti quod minatus est deus. Liergo ex captiuitate liberatus, adhue tñ in spe nondum in re, ambulas per fidem nõ dum per speciem. Deus, inquit, docuisti me ex iuuentute mea. Ex quo cõuersus sum ad te, innouatus à te q factus à te, recreatus qui creatus, reformatus qui formatus: ex quo cõuersus sum, didici merita mea nulla p̃cesisse, sed gratiam tuam mihi gratis venisse, memorarer iustitiæ tuæ solius. Quid deinde post iuuentutem? Quoniam docuisti me, inquit ex iuuẽtute mea. Quid post iuuentutem? In ipsa. n. prima conuersione tua didicisti, q̃ ante conuerſionem iustus non fuisti, sed præcesit iniquitas, vt expulsa iniquitate succederet charitas, vt sis renouatus in nouum hoiem spe dũtaxat nondum re. Didicisti q̃ nihil tui boni præcesserat, & gratia dei cõuersus es ad deum. Iam forte ex quo conuersus es, habebis aliquid tuum, & de viribus tuis præsumere debes quemadmodum solent homines dicere: iam dimitte, opus erat vt viam ostenderes, sufficiat, ambulabo viam: & ille qui ribi viam ostendit, ne forte vis vt deducã te? Tu autem si superbis, ab sit: Sufficiat, ambulabo viã: Dimitteris, & per infirmitatem iterum aberrabis. Bonum erat tibi vt deduret te, qui prius in via collocauit te. Cæterum nisi & ipse ducat, rursus errabis: dic ergo, Deduc me dñe in via tua & ambulabo in veritate tua. Quòd autem viam ingressus es, iuuẽtus est, ipsa renouatio & inuitiũ fidei. Antea. n. ambulabas, p̃ vias tuas vagabũdus, errans per sy luosa per aspera, lacer-ratus omnibus membris, patriam quærebas, hoc est, stabilitatem quandam spiritus tui, vbi diceres bene est, & securus diceres, quietus ab omni molestia, ab omni tentatione, ab omni postremo captiuitate, & non inuenieBas. Quid dicam? Venit ad te qui tibi ostenderet viam, venit ad te ipsa via, & constitutus es in ea, nullis tuis meritis præcedentibus, quoniam

uiq. errabas. Quid est, ex quo ĩgressus es? La regis te, iam ille q uiam docuit te, dimittet te? Non, inquit, Docuisti me ex iuuentute mea. Et vsq. nunc annunciabo mirabilia tua.) Mirabile est. n. quod adhuc facis vt regas me, q in via posuisti me: & hæc sunt mirabilia dei: Quæ sunt putas mirabilia dei? Quid mirabilius inter dei mirabilia, quam mortuos suscitare? Nunquid nam ego mortuus sum inquis? Si mortuus non esses, nõ diceretur tibi, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Mortui sunt omnes infideles: omnes iniqui corpore viuãt, sed corde extincti sunt. Qui autem suscitat mortuum secundum corpus, reddit eum luci huic videndæ, & huic aeri ducẽdo, nõ aũt suscitator eius, ipse illi lux & aer est, incipit videre quẽadmodũ videbat antea. Anima non sic exuscitatur. Anima. n. exuscitatur a deo, quamquam & corpus exuscitetur a deo. Sed deus q̃ exuscitat corpus, mundo reddit: q̃ exuscitat animã, sibi reddit. Si recedat aer mundi istius, moritur corpus: si recedat deus, morit anima. Cũ ergo animam suscitat deus, nisi assit q̃ suscitauit, suscitata non uiuit. Non. n. suscitatus est quatriduanus mortuus, si resuscitatus est quatriduanus mortuus, suscitatus est corpore per domini corporalẽ præsentiam. Accesit. n. corporaliter ad sepulcrum, clamauit, Lazare veni foras: & surrexit Lazarus, processit de sepulchro ligatus, deinde solutus discesit. Resuscitatus est domino præsente, sed vixit & domino absente, quanquam eum dominus corporaliter resuscitasset, quantum ad visibilia per cineꝛ: cæterum præsentia maiestatis suæ illum suscitauit, quia præsentia nusquam recedit. Interim tamen ad præsentiam visibilem dominus suscitauit Lazarum. Discesit de ipsa ciuitate dominus vel de illo loco, nũ quid Lazarus non vixit? Non sic anima suscitatur. Suscitat illam deus, moritur si discesserit deus. Dicã enim audacter fratres, sed tamen verum. Duæ vitæ sunt: vna corporis, altera animæ. Sicut vita corporis anima, sic vita animæ deus. Quomodo si anima deserat moritur corpus, sic anima moritur si deserat deus. Inest enim gratia eius ut resuscitet & sit nobiscũ. Quòd ergo nos suscitat à morte nostra præterita, & innouat quodammodo uitam nostram, dicimus ei, Deus docuisti me ex iuuentute mea. Quia vero non recedit ab eis quos suscitat, ne cum recesserit moriantur, dicimus ei, Et vsq. nunc annunciabo mirabilia tua: quia cum mecum es viuo, & animæ meæ vita tu es, quæ moretur si dimittatur sibi, Ergo dum adest vita mea, hoc est, deus meus vsque nunc, quid postea? Et vsque in senectam & senium.) Duo ista nomina senectutis sunt, & discernuntur a Græcis. Grauitas enim post iuuentutem aliud nomen habet apud Græcos, & post ipsam grauitatem veniens vltima ætas aliud nomen habet. Nam πρεσβύτης dicitur grauis, & πρεσβὸς, senex. Quia vero in Latina lingua duorum istorum nominum distinctio deficit, de senectute ambo sunt posita senecta & senium. Scitis aũt esse duas ætates. Docuisti me gratiam tuam à iuuentute mea: & usq. nunc: post iuuentutem meam annunciabo mirabilia tua, quia mecũ es vt non moriar, quia venisti vt surgam. Et usq. in senectam, & senium: id est, usq. ad vltimum meum, nisi mecum fueris, non erit aliquid meriti mei. Gratia tua semper perse ueret mecum: hoc diceret vnus homo, tu, ille, ego. Quia vero vox ista vnius cuiusdã magni hominis est, hoc est, ipsius vnitatis, vox est. n. Ecclesiæ, quæramus iuuentutem Ecclesiæ. Q si venit Christus mortuus est, crucifixus est, surrexit: vocauit egentes, cœperunt conuerti, facti sunt martyres fortes in Christo, fusus est sanguis fidelis surrexit seges Ecclesiæ: hæc iuuentus. Progredientibus aũt temporibus confiteatur Ecclesia, dicat, Vsq. nunc annunciabo mirabilia tua, non tantum in iuuentute quando Paulus quando Petrus, quando primi Apostoli nunciauerunt, procedente etiam ætate ego ipse, id est, unitas tua, [membra tua,] corpus tuum, annunciabo mirabilia tua. Quid postea? Et usq. ad senectã & seniũ annũciabo mirabilia tua: vsq. in finẽ seculi erit hic Ecclesia. Si enim non hic futura est vsque in finem seculi, quibus dominus dixit, Ecce ego uobiscum sum omnib. diebus usque in consummationem seculi? Quare ista oportebat ut dicerentur in scripturis? Quia futuri erant inimici Christianæ fidei qui dicerent, ad certum tempus sunt Christiani, postea peribunt & redibunt idola, rediet quod erat antea. Quandiu erunt Christiani? Vsque ad senectam & senium: id est, vsque in finem seculi. Tu cum expectas miser infidelis ut transeant Christiani, transis tu sine xp̃ianis. Et

Chri-

Mat. 9.

Mat. 21.

Psa. 117.

Genc. 3.

Psa. 70.

Mat. 28.

Christiani vsque in finem seculi permanebũt, & tu puer per infidelitatẽ tuam cum fi
nieris breuem vitam tuã, qua fronte exies
ad iudicẽ,quẽ cũ viueres blasphemasti? Er
go à iuuentute mea & vsque nunc & vsque
ad senectam & seniũ, Dñe ne derelinquas
me.)Non quo dicunt inimici mei,vsque ad
tps erit.Ne derelinquas me,Donec annun
ciem brachium tuũ generationi omni su
uenturæ.) Et brachiũ dñi cui reuelatũ est?
Brachium dñi,Christus.Noli ergo derelin
quere me:non gaudeant qui dicunt, Vsque
ad certum tempus erunt Christiani:sunt q
annuncient brachium domini. Cui? Gene
rationi omni superuenturæ. Si ergo omni
generationi superuenturæ, vsque in finem
seculi: finito enim seculo, iam nulla super
ueniet generatio.Potentiam tuam & iusti
tiam tuam.)Hoc est,annunciem generatio
H ni omni superuenturę brachium tuum. Et
quid præstitit brachium tuum? Liberatio
nem nostram gratuitam.Hoc ergo annun
ciem,ipsam gratiam omni generationi su
peruẽturæ: dicam omni homini nascituro,
Nihil es per te, deum inuoca, tua peccata
sunt,merita dei sunt: supplicium tibi debe
tur,& cum præmium venerit, sua dona co
ronabit,non merita tua.Dicam omni gene
rationi superuenturæ, de captiuitate veni
sti, ad Adam pertinebas. Dicam hoc omni
generationi supuẽturæ, nullas vires meas,
nullam iustitiam meam, sed potentiam tuã
& iustitiam tuam. Deus vsque in altissima
quæ fecisti magnaila.) Potẽtiam tuã & iu
stitiam tuam vsquequo? Vsque ad carnẽ &
sanguinem, immo vsque ad altissima quæ
fecisti magnalia? In altis cœli sunt, in altis
angeli sunt,sedes, dominationes, principa
tus,potestates,tibi debent,ꝙ sunt,tibi debẽt
ꝙ viuunt, tibi debent ꝙ iuste viuunt, tibi
debent ꝙ beate viuunt.Potentiam tuam &
iustitiam tuam,vsquequo?Vsque in altisi
ma quæ fecisti magnalia. Neputes homi
nem solum pertinere ad gratiam dei: quid
erat angelus anteꝙ fieret? quid est angelus
si deserat qui creauit? Ergo potentiam tuã
I & iustitiam tuam vsque in altissimã quæ fe
cisti magnalia.Et homo se extollit,& vt ꝑ
tineat ad primam captiuitatem, audit ser
pentem suggerentem, Gustate & eritis si-
Gene.3. cut dij.Homines sicut dij?Deus quis simi
lis tibi?)Non in abysso, non in inferno,nõ
in terra,non in cœlo, omnia enim tu feci
sti:quid contendit opus cum artifice? Deus
quis similis ibi? Ego aũt ait Adam miser,
& in Adam omnis homo, cũ volo esse ꝑ
uerse similis tibi, ecce quid factus sum,vt
de captiuitate ad te clamẽ? Cui bene erat
sub rege bono, captiuus factus sum sub
meo sed vctore, & clamo ad te, q2 cecidi
abs te. Et vnde abs te cecidi? Cũ gro esse
peruerse similis tibi? Quid enim? Deus
nònne ad suã similitudinẽ nos vocat? Nõ
ne ipse est qui dicit, Diligite inimicos ve- Matt.
stros,orate pro eis q vos persequunt,bene
facite eis q vos oderunt? Hæc dicens,ad si
militudinem dei nos hortatur. Denique
quid adiungit? Vt sitis,inquit, filij ꝑfis ve
stri qui in cœlis est. Quid.n.ipse facit?Hoc
facit certe, Qui solem suum oriri facit sup
bonos & malos,& pluit super iustos & in
iustos. Qui.n.bene vult inimico suo, deo
simlis est: nec ista superbia, sed obedientia
est. Quare? Quia ad imaginem dei facti &
sumus,Faciamus,inquit,hominem ad ima
ginem & similitudinem nr̃am. Non ergo
aliquid alienum est si imaginem dei tene
mus in nobis: vntinam eã per superbiã non
amittamus.Sed quid est per superbiã? Vel Gene.
le esse similis deo.Quid putamus vt excla
maret captiuus. Dñe qs similis tibi? Quæ
est ista peruersa similitudo? Audite & in
telligite si potestis.Credimus autem ꝙ ipse
qui nos posuit hæc vobis dicere, dabit vo
bis ẽt posse & intellige.Deus nullo indiget
bono,& ipse est summũ bonũ,& ab ipso est
oẽ bonum. Vt ergo boni simus,deo indige
mus:vt bonus sit deus,nobis nõ indiget.Nec
nobis tm̃,sed vsq. ad altissima quæ fecit ma
gnalia:nec ipsis cœlestibus, nec su pœlesti
bus,nec cœlo cœli qđ dr̃ diget deus,ut aue
melior sit,aut potẽtior,aut beatior. Quid
enim eẽt qcqd aliud est nisi ipse fecisset?
Quo ergo eget abs te q erat ante te,& tam
potẽs erat,vt cũ tu nihil eẽs,faceret te? Nũ
qd qũo parentes faciunt filios?Per quandã
cõcupiscentiã carnalẽ generant potius qua
creant.Istis.n.generantibus,deus creat.Nã
si tuita creas, dic qd rua mulier paritura ẽ?
Quid dicã,tu dic ipsa dicat,quæ quod por
tat ignorat.Generãt tũ hoies filios,& ad so
latiũ suũ,& ad subsidiũ senectutis.Nunqd
iõ creauit hæc oia deus à qb. senex adiuua
retur?Nouit ergo de,qđ creat, & quale sit
per eius bonitatem,& quale futurũ sit per
propriam voluntatem, Nouit deus & ordi
nauit oia.Vt aũt homo sit aliquid cõuertit
se ad illũ a quo creatus est.Recedẽdo.n.fri
gescit,

gescit,accedẽdo feruescit,recedẽdo tenebre
scit:accedendo clarescit.A quo.n.hẽt vt sit,
Psal.35. apud illũ hẽt vt ei bene sit. Deniq. filius mi
nor,q uoluit in sua potestate habere substã
tiã suam, q illi apud patrẽ optime seruaba
tur,factus suæ potestatis,profectus est in re
gionẽ lõginquã,hæsit principi malo,porcos
pauit,fame correctus est q saturitate super
bus abscesserat.Ergo quisquis ita uult esse si
milis deo,vt ad illũ stet fortitudinemq. suã
Matt. sicut scriptũ est,ad illum custodiat, nõ ab il
lo recedat,ei cohærẽdo signeẽ tãquã ex anu
lo cæratilli affixus hẽat imaginẽ eius, faciẽs
quod dictũ est,Mihi aũt adhærere deo bo
nũ est,vere custodit similitudinẽ & imagi
nẽ ad quã factus est. Porrò aũt si peruerse
uoluerit imitari deũ,vt qũo deus non hẽt à
quo formetur,nõ hẽt à quo regatur,sic ipse
velit sua potestate uti, vt qũo deus nullo
formante,nullo regente uiuat: qd restat fra
tres nisi vt recedẽs ab eius calore torpescat,
recedens à veritate vanescat,recedens ab eo
quod summe atq. incõparabiliter ẽ,in dete
rius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit,
imitari deum voluit,sed peruerse,nõ eẽ sub
illius potestate, sed hr̃e contra illũ potesta
tẽ.Homo aũt positus sub ꝑcepto, audiuit à
Gene.2. dño deo,Noli tangere. Quid? Hanc arborẽ
Quid est enim illa arbor? Si bona est,quare
de non tango? Si mala est? quid facit in paradi
so? Prorsus ideo est in paradiso,qa bona est,
Gene.3. sed nolo tãgas. Quare nõ tango? Quia obe
dientem te volo, non contradicentem ser
uũ:ad hoc serue,sed noli male serue. Serue
audi prius domini iussum,& tunc iubentis
dilige consilium. Bona ẽ arbor,nolo tangas.
Quare? Quia dñs sum,& seruus es. Hæc to
ta causa ẽ. Si parua est,dedignaris eẽ seruus.
Quid aũt tibi expedit,nisi eẽ sub domino?
Quomodo eris sub domino,nisi fueris sub
præcepto? Porrò si expedit tibi esse sub do
mino & sub præcepto,quid tibi iussurus e-
rat deus? Aliquid.n.quærit abs te,Offer mi
hi sacrificium dicturus ẽ tibi? Nonne ipse
A fecit omnia,in quibus & te fecit? Obsequе-
re mihi,dicturus est tibi, siue ad lectum cũ
requiescо,siue ad mensam cum me reficio,
siue ad balneas cum lauo? quia ergo nullo
abs te indiget deus, nihil tibi debuit iube
re? Si autem debuit aliquid iubere, ut te,
quod tibi expedit, sentires esse sub domi
no,ab aliqua re prohibendus eras, non pro
pter illius arboris malitiam, sed propter
tuam inobedientiã. Non potuit deus perse
ctius demonstrare quantum sit bonum obe
dientiæ,nisi cum prohibuit ab ea re quæ nõ
erat mala.Sola ibi obedientia tenet palmã,
sola ibi inobedientia inuenit pœnã. Bonũ
est,nolo tangas.Non.n.non tangendo mo
riturus es.Nunquid qui hinc prohibuit, a
lia subtraxit? Nonne est paradisus fructuo
sis plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc
nolo tangas,hinc nolo gustes.Bonũ est,sed
obedientia melior. Proinde cum tetigeris,
nũqd arbor illa malũ erit vt moriaris? Sed
inobedientia te subiecit morti,quia prohi
bita tetigisti. Ideo arbor illa appellata est Ibidem.
scientia dignoscendi boni & mali, non qa
inde talia quasi poma pendebant:sed qcqd
esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet
fructus esset,ideo sic vocata est,quia homo
q nollet bonũ à malo discernere per ꝑcep- B
tũ,discreturus erat per experimentũ,vt tan
gẽdo vetitum,inueniret supplicium. Quа
re autem tetigit fratres mei? Quid illi dee
rat? Dicatur mih, quid illi deerat in paradi Gene.3.
so constituto,in media opulentia,medijsq.
delitijs? cui magnæ delitiæ erant ipsa uisio
dei,cuius faciem quasi inimici timuit post
peccatũ? Quid illi deerat ut tangeret,nisi
quia sua potestate vti voluit,præceptũ rũ
pere delectauit? Vt nullo sibi dominante
fieret sicut deus, quia deo nullus utiq. do
minatur. Male vagus,male præsumens, fu
turus mortuus, recedendo à vita iustitiæ:
ecce soluit præceptum,excusit a ceruice iu
gum disciplinæ,habenas regiminis exaltan
te animositate dirupit. Vbi est nunc? Certe
captiuus clamat,Domine quis similis tibi? Psal.48.
Volui esse peruerse similis tibi,& factus sũ
similis pecori. Sub tua dominatiõe, sub tuo
præcepto vere similis eram,sed homo in ho
nore positus non intellexit,comparatus est
iumẽtis insensatis,& similis factus est illis.
Iam de similitudine iumentorum clama se
ro & dic,Deus quis similis tibi? Quantas
ostendisti mihi tribulationes multas & ma
las.)Merito superbe serue. Voluisti enim
peruerse esse similis domino tuo, q factus
eras ad imaginẽ dñi tui. Bene tibi uelles ut C
esset,recedenti ab illo bono? Prorsus dicit Gene.1.
tibi deus,Si recedis a me & bene tibi est,e
go nõ sum bonũ tuũ. Proinde si ille bonus
& summe bonus,& de se sibi bonus,& nul
lo alieno bono bonus,& ipse nostrum sum
mum bonum recedendo inde, quid eris ni
si malus? Item si ipse est beatitudo nostra,
quid erit recedẽti nisi miseria? Redi ergo

post

post miseriã,& dic.Dñe qs similis tibi? quã cas ostendisti mihi tribulationes multas & malas? Sed disciplina fuit admonitio non desertio. Denique gras agẽs quid dicit? Et conuersus viuificasti me,& de abysis terrę iterum reduxisti me.) Qñ.n.antea? Quid est hoc iterum? Cecidisti ab altitudine o homo,mancipium inobediens, superbe aduersus dominum cecidisti. Factũ est in te,
Lac.14. Omnis q se exaltat, humiliabit: fiat in te, Omnis q se humiliat, exaltabitur. Redide ꝓfundo. Redeo,inquit redeo,agnosco, Deus quis similis tibi? Ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas,& cõuersus viuificasti me, & de abysis terræ iterũ reduxisti me. Intelligimus,audio, Reduxisti me de abysis terræ,reduxisti me à ꝓfunditate & submersione peccati. Sed quare iterũ? Qñ iam factum erat? Sequamur ne forte poste-
D riora Psalmi ipsius exponant nobis, quod hic nondum intelligimus qd dixerit iterũ. Ergo audiamus, Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas,& conuersus viuificasti me,& de abysis terrę iterũ reduxisti me. Quid deinde? Multiplicasti iustitiã tuam, conuersus consolatus es me, & de abysis terræ iterũ reduxisti me.) Ecce alterũ iterũ. Si hoc iterũ soluere laboramus semel positũ, qs poterit soluere geminatum? Iam ipsum iterũ geminatio est, & rursum positum est iterũ. Asit ille a quo gra,asit & brachium quod annunciamus omni gnationi supuenturæ. Asit ipse, & tanq̃ claue crucis suæ clausum sacramentum aperiat. Neque.n.frustra illo crucifixo, velũ tẽpli medium scissum est, nisi qa per ipsius passionẽ oium mysteriorũ secreta patuerunt.
Mat.27. Asit ergo ipse transeuntibus ad eũ,auferat
2.Co.3. velamen,dicat nobis dominus noster & saluator Iesus Christus, quare talis vox Prophetæ præmissa est, Ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abysis terræ iterum reduxisti me. En hoc primum positum est iterum, uideamus quid hoc sit, & inueniemus quare alterũ iterũ. Quid est Christus?
E in principio erat uerbum, & uerbum erat
Ioan.1. apud deum,& deus erat uerbum, hoc erat i principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Grã de hoc,magnum hoc. Tu quid captiue? Vbi iaces? In carne,sub morte. Quis ergo ille? Quis tu? Et quid ille postea? Propter quẽ? Quis ille, nisi quod dictum est verbum? Quod verbum? Ne forte sonat & transit? Verbum deus apud deum, verbum per qđ facta sunt omnia. Quid propter te? Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Qui filio proprio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo ergo non & cũ illo omnia nobis donauit? Ecce quid,quis, ꝓp quem. Flius dei caro ꝓp peccatorẽ, ꝓpter iniquum, ꝓp desertorem, propter superbum, ꝓpter peruersum dei sui imitatorem. Factus ille quod tu, filius hominis, vt nos efficeremur filij dei. Caro factus. Vnde caro? Ex Maria virgine. Vñ Maria virgo? Ex Adam. Ergo ex illo primo captiuo & caro in Xpo de massa captiuitatis. Vt quid hoc? Ad exemplũ. Suscepit à te, in quo moreretur pro te. Suscepit a te quod offerret pro te, quo exemplo doceret te. Quid doceret te? Qua resurrecturus es. Vnde.n.crederes, nisi exemplum carnis præcederet assumptæ de massa carnis tuæ? Ergo in illo primo resurreximus, quia & Xps cum resurrexit, nos resurreximus. Non.n.verbum mortuum est, & resurrexit, ꝙsed in verbo caro mortua est & resurrexit. Ibi mortuus est Xps, vbi es tu moriturus: & ibi resurrexit Christus, vbi tu es resurrecturus. Exemplo suo docuit quid non timeres, quid sperares. Timebas mortem, mortuus est: desperabas de resurrectione, resurrexit. Sed dicis mihi, Ille resurrexit, nunquid ego? Sed resurrexit in eo quod pro te accepit ex te. Ergo natura tua in illo præcessit te: & quod sumptum est ex te, ascendit añ te. Ibi ergo & tu ascendisti. Ascẽdite ergo ille prior, & in illo nos, qa caro illa de genere humano. Ergo & illo resurgẽte, reducti sumus ex abysis terræ. Cum itaque resurrexit Xps, de abysis terræ reduxit me. Cum vero credimus in Christum, de abysis terræ iterum reduxisti me. Ecce vnum iterum audi impleri ab Apostolo, Si ergo resurrexistis cũ Xpo, quæ sursum sunt q̃rite, vbi Xps est in dextera dei sedens, q̃ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Præcessit ergo ille, tã resurreximus & nos, sed adhuc in spe. Audi hoc idẽ Apostolum Paulũ dicentẽ, Et ipsi nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redẽptionẽ corporis nri. Adhuc ingemiscis, adhuc expectas. Quid ergo est quod tibi pstitit Christus? Audi quod sequitur. Spe.n. salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes. Quod.n.videt quis quid sperat? Si aũt quod non videmus speramus, p patientiã expectamus. Reducti ergo sumus iterũ ab abysis spe. Quare iterũ? Quia iam Chris præcesserat. Sed qa resurgemus i re, modo enim spe viuimus, modo secundũ fidẽ ambulamus, reducti sumus ab abysis terræ, credẽdo in eum qui ante nos resurrexit ab abysis terræ. Resuscitata est anima nostra ab iniquitate infidelitatis, & facta est in nobis quasi prima resurrectio per fidem. Sed si sola erit, vbi est qđ Apostolus ait? Adoptionem expectantes redemptionẽ corporis nostri? Vbi est qđ illo loco dixit, Corpus mortuũ est ꝓp pctm, spiritus vita est propter iustitiam? Si aũt qui suscitauit Chrm a mortuis habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Chrm a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nra per inhabitantẽ spiritum eius in nobis. Ergo iam resurreximus, mente, fide, spe, charitate: sed restat vt resurgamus corpore. Audistis vnũ iterum, audi alterũ iterũ. Vnũ iterũ propter Chrm ꝓcedẽtem: tu iterũ, sed adhuc spe. Quid restat in re? Multiplicasti iustitiam tuã, iã in credentibus, iam in illis qui primo resurrexerunt in spe, Multiplicasti iustitiam tuã. Ad ipsã iustitiam pertinet & flagellũ, qa tẽpus est vt iudiciũ incipiat a domo dei, ait Petrus. i. a sanctis eius. Flagellat autem omnem filiũ quẽ recipit. Multiplicasti iustitiam tuã, qa iam nec filijs pepercisti, sed quibus hæreditatẽ æternam seruabas, disciplina non deseruisti. Multiplicasti iustitiam tuam, & cõuersus cõsolatus es me, & propter corpus in fine, resurrecturum, & ab abysis terræ iterũ reduxisti me. Etenim ego confitebor tibi in vasis Psalmi veritatẽ tuam.) Vasi Psalmi, psalterium. Sed quid est psalteriũ? Organum ligneum cum chordis. Quid significat? Interest aliquid inter ipsum & citharã? Interesse dicunt qui norunt, eo ꝙ conuertuntur illud lignum cui chordæ supertenduntur vt resonent, in superiore parte habet psalterium, cithara in inferiore: & quia spiritus desuper, caro de terra, significari videtur, per psalterium spiritus, per citharam caro. Et quia duas dixerat reductiones nostras ab abysis terræ, unam secundum spiritum in spe, alteram secundum corpus in re: audi eas duas, Etenim ego confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam. Hoc est secundum spiritum. Quid de corpore? Psallam tibi in cithara sanctus Israel.) Iteꝝ hoc audi, Propter ipsum iterum & iterum. Exultabunt labia mea cum psallam tibi.) Sed quia labia solent dici & interioris hominis & exterioris, incertum est qũo posita sint labia. Sequitur ergo, Et anima mea, quã redemisti.) Ergo de labijs interioribus saluati in spe, reducti ab abysis terræ in fide & charitate, expectantes tamen adhuc redemptionem corporis nostri, qđ dicimus? Iã dixit, Et anima mea quã redemisti. Sed Rom.8.
ne solam animam redemptã putares, in qua nunc audisti vnũ iterum. Adhuc autem, inquit, Quid adhuc? Adhuc autem & lingua mea.) Ergo iam lingua corporis. Tota die meditabitur iustitiam tuã.) Id est, in æterni tate fine fine, Sed quando hoc? Iam in fine seculi, in resurrectione corporis, & immutatione in angelicum statum. Vnde hoc ꝓbatur, quia de fine dicitur? Adhuc autem & lingua mea tota die meditabitur iustitiam K
tuã. Cum confusi fuerint & erubuerint, qui quęrunt mala mihi.) Qñ confundẽtur, quãdo erubescent, nisi in fine seculi? Duobus enim modis confundentur, aut cum credẽt in Christum, aut cum uenerit Christus. Nam quandiu hic est Ecclesia, quandiu gemit triticum inter paleas, quandiu gemunt spicæ inter zizania, quandiu gemunt vasa Matt. 3.
misericordiæ inter uasa iræ facta in contu- & 13.
meliam, quandiu gemit liliũ inter spinas, nõ deerunt inimici, qui dicant, Quãdo morietur & peribit nomen eius? Id est ecce veniet tempus vt finiantur, & non sint Chri- 1. Ti.2.
stiani. Sicut cœperunt ex aliquo tẽpore, ita vsq. ad certum tempus erunt. Sed cũ ista dicunt, & sine fine moriuntur, & permanet Cant.2.
Ecclesia prædicans brachium domini omni generationi superuenturæ. Veniet & ipse Psal.50.
vltimus in claritate sua, resurgent omnes mortui, quisq. cum causa sua: separabuntur boni ad dexteram, mali autem ad sinistrã, Mat.25
& confundentur qui insultabant, erubescẽt qui garriebant: & sic lingua mea post resurrectionem meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam: cum confusi fuerint & L
erubuerint, qui quærunt mihi mala.

In Psalmum septuagesimumprimum Enarratio.

IN Salomonẽ) quidẽ psalmi huius titulus ꝓnotat. Sed hæc in eo dicũtur q̃ nõ possint illi Salomoni regi Israel secũdũ carnẽ iuxta ea q̃ de illo sancta scriptura loq̃t, cõuenire. Dño aũt Chro aptissime pñt. Vñ intel-

intelligitur etiam ipsum vocabulum Salomonis ad figuratam significationem adhibitum, vt in eo Christus accipiatur. Salomō quippe interprettatur pacificus, ac per hoc tale vocabulum illi verisime atque optime congruit, per quem mediatorem ex inimicis accepta remissione peccatorū reRom.5. conciliamur deo. Etenim cū inimici essemus reconciliati ſumus deo per mortem filij eius. Idemipse est ille pacificus qui fecit vtraque vnū, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua legē mandatorū decretis euacuās, vt duos cōderet in se in vnū nouū hominē facies pace,
Eph.2. & veniens euangelizauit pacē ijs qui lōge, & pacē ijs qui prope. Ipse in Euangelio dicit, Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis. Et multis alijs testimonijs dñs Xps pacifiM cus esse monstratur, nō secundum pacem q̄ nouit & quærit hic mundus, sed illā pacē de qua dicitur apud Prophetā, Dabo eis solatiū verū, pacē super pacem, cui.s.paci reconciliationis, additur pax imortalis. Nā post omnia reddita quæ promisit deus, nouissimam pacē nos expectare debere, qua cum deo viuamus in æternū, idē, Propheta ostēdit vbi ait, Dñe deus noster pacē da nobis, Omnia.n.dedisti nobis. Pax erit planè illa
Esa.26. perfecta, qñ nouissima inimica destruetur mors. Et in quo erit hoc nisi in pacifico illo
1.Co.15 reconciliatore nr̄o? Sicut.n.in Adam oēs moriunt̄ sic & in Xpo omnes viuificabuntur. Qm̄ ergo inuenimus vero Salomonē, hoc est verū pacificium, quid deinde Psalmus ipse de illo doceat attendamus.

Enarratio Psalmi.

Ioā.14. DEus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuā filio regis.) Dñs ipse in Euangelio dicit, Pater non iudicat quenquā, sed oē iudicium dedit filio: hoc est ergo, Deus iudicium tuum regi da. Qui rex, etiam filius est regis, q̄a & deus p̄ vtique rex est. Ita scriMat.22. ptū est, q̄ rex fecit nuptias filio suo. More autem scripturæ idem repetitur. Nam q̄d dixit, iudicium tuū: hoc aliter dixit, iustitiā
A tuam: & quod dixit, regi: hoc aliter dixit, filio regis: sicut est illud. Qui habitat in cœPsal.2. lis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Q̄d est, qui habitat in cœlis: hoc est, & dñs. Et
Psal.18. q̄ est irridebit eos hoc est, subsannauit eos. Et cęli enarrant gloriā dei, & opera manuū eius annunciat firmamentum. Cœli repeti ti sunt nomine firmamenti. Et quod dictū est, gloriam dei: repetitum est opera manuū eius. Et quod dictum est enarrant, repetitū est annunciant. Istæ autem repetiones multum eloquia diuina cōmendant, siue eadem verba alia sententia, siue alijs verbis eadem sententie repetatur: & maxime reperiunt in psalmis, & in eo genere sermonis, quo animi est mouendus affectus. Deinde sequit, Iudicare populum tuum in tua iustitia, & pauperes tuos in iudicio.) Rex pater regi filio ad quam rem dedit iudicium tuum & iustitiam suam, satis oñditur cum dicit Iudicare populum tuum in iustitia? id est, ad iudicandum populum tuum. Talis locutio est apud Salomonem, Prouerbia Salomonis filij Dauid, scire sapientiam & disciplinam: hoc est Prouerbia Salomonis, ad sciendam sapientiam & disciplinam. Ita iudicium tuum regi da, iudicare populū tuū: id est, iudicium tuum da ad iudicandum populum tuum. Quod autem ait prius, populum tuum: hoc ait posterius, pauperes tuos: & quod ait prius, in iustitia: hoc posterius, in iudicio: more illo repetitionis. Vbi sanè demonstrat populum dei pauperem esse debere. i. non superbum, sed humilem. Beati enim pauperes spiritu q̄m ipsorum est regnum cœlorum. Qua paupertate & beatus Iob pauper fuit, & antequā magnas illas terrenas diuitias amisisset. Quod ideo commemorandum putaui, q̄m sunt quidā q̄ facilius omnia sua pauperibus distribuūt, quam ipsi pauperes dei fiant. Inflatis sunt enim iactantia, qua putant sibi esse tribuendum non grāe dei, q̄ bene viuunt: & ideo iā nec bene viuunt quantacūque bona opa facere videanī. De suo quippe hīe se putāt, & glorianī quasi non acceperint, Diuites sui, nō pauperes dei: abundantes sibi, non egentes deo. Sed ait Apostolus, Si distribuero oīa mea pauperibus, & tradidero corpus meū vt ardeam, charitatem aūt nō habeā- nihil mihi prodest. Tanq̄ si diceret, Si distribuero oīa mea pauperibus, & paup dei non fuero, nihil mihi prodest. Charitas.n. non inflatur, nec est vera charitas de in eo qui ingratus est spiritui sancto eius, p quē diffunditur in cordibus nr̄is, charitas eius. Et iō tales nō ptinēt ad populū dei, q̄a nō sunt pauperes dei. Pauperes quippe dei dicunt, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Nā cum

eum & in isto Psalmo propter suscepti hoPsa.1. minis sacramentum, quo verbum caro facta est, dicatur Deo patri regi, iustitiā tuā
Psa.2. da filio regis: nolunt isti sibi dari iustitiā, sed a semetipsis eam habere confidūt. Ignorantes.n. Dei iustitiā & suā volentes cōstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Non sunt itaque, vt dixi, pauperes Dei, sed diuites sui, quia nō sunt humiles, sed superbi. Vnicet vero ille iudicare populū Dei in iustitia, & pauperes Dei i iudicio, & eo iudicio discernet a diuitibus corū pauperes suos, sed quos paupertate sua fecit diuites suos. Psa.71. Clamat ei q̄ppe populus pauper, Iudica me Deus, & discerne causam meā, de gēte non sancta. Quod aūt mutato verborū ordine, ea prius dixisset, Deus, iudiciū tuū regi da, & iustitiā tuā filio regis, prius ponēs iudiciū, deinde iustitiā: prius iustitiā posuit, de inde iudiciū, dicens, Iudicare populū tuum in iustitiā, & pauperes tuos in iudicio: magis ostendit iudiciū se appellasse iustitiā, nihil interesse demonstrans quo ordine ponat, cum idē significet. Solet enim dici iudiciū prauum q̄ iniustum est, iustitiam vero iniquam vel iniustam dicere non solemus. Si enim prava & iniusta erit, nec iniustitia iā dicenda est. Proinde ponendo iudicium at que iustitiæ noīe repetendo, vel ponēdo iustitiā & eā iudicij noie repetendo, satis edocet proprie se appellare iudiciū q̄d pro iustitia poni soleti: id est, q̄d in male iudicādo Psa.7. intelligi nō potest: Vbi enim dñs dicit, Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate: oñdit esse posse prauum iudicium cum dicit, Rectum iudicium iudicate, Denique illud vetat, hoc præcepit. Cū vero sine vlla adiectione dicit iudicium, cō Psa.93. tinuo iustum vult intelligi, sicut est q̄ ait, Relinquitis grauiora legis, misericordiam & iudiciū. Et illud q̄ Hieremias dicit, Fa- Jer.17. ciens diuitias suas non cū iudicio. Nō ait, facio, vel non cū iudicio recto aut iusto, sed non cū iudicio, iudiciū non appellans, nisi q̄d rectū est. Suscipiāt. mōtes pacē populo, & colles iustitiā.) Montes maiores sunt, colles minores. Nimirum ergo hi sunt quos alius habet psalmus, pusillos cum magnis. Psa.113. Illi quippe montes exultauerunt sicut arietes, & illi colles sicut agni ouium, in exitu Israel de Aegypto. i. in populi Dei liberatione ab huius seculi seruitute. Excellenti ergo sanctitate eminentes in Ecclesia, montes sunt: qui idonei sunt & alios docere, sic loquendo vt fideliter instruantur, sic viuendo vt salubriter imitentur. Colles autem sunt illorum excellentiam sua obedientia subsequētes. Quare ergo montes pacē, & colles iustitiam? An forte nihil interesset etiam si ita diceretur, Suscipiant mōtes iustitiam populo, & colles pacē? Vtrisque enim iustitia & vtrisque pax necessaria est: & fieri potest vt alio noīe pax appellata sit ipsa iustitia. Hæc est enim vera pax, non qualem iniusti inter se faciunt. An potius cum distinctione non contēnenda intelligendum est q̄d ait, Montes pacem & colles iustitiam? Excellentes quippe in Ecclesia, paci debent vigilanti intentione consulere, ne propter suos honores superbe agendo schismata faciant, vnitatis compage dirupta. Colles autem ita eos imitando & obediendo subsequantur, vt eis Christum auteponant: ne malorum montium, qm̄ vidē tur excellere, vana authoritate seducti, se a Christi vnitate dirumpant. Ideo dictū est. Suscipiant montes pacem populo. Dicant F quidem, Imitatores mei estote, sicut & ego 1.Co.4. Christi, sed rursus dicant, Licet si nos aut Gala. angelus de cœlo vobis annunciauerit præterquam q̄d accepisti, anathema sit. Dicant 1.Co.1. etiam, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut i nomine Pauli baptizati estis? Ita suscipiant pacem populo Dei, id est, pauperibus Dei, non illis, sed cum illis regnare cupientes. Illi quoque nō dicant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ: sed oēs dicant. ego sum Christi. Hæc est iu- 1.Co.3. stitia, nō anteponere seruos dño, nec æqua re: ita leuare oculos in montes vnde veniat auxilium sibi, vt tamen auxilium suum nō Psa.120. sperent a montibus, sed a dño qui fecit cœlum & terram. Potest & sic conuenientissime intelligi. Suscipiant montes pacem populo, vt pacē intelligamus i reconciliatione qua Deo reconciliamur: mōtes q̄ppe eā suscipiūt populo eius. Hoc Apostolus ita testat, 1.Co.5 Vetera trāsierūt, ecce facta sunt noua, Oia autem ex Deo qui reconciliauit nos sibi p Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Ecce quomodo suscipiunt montes pacē populo eius. Deus enim erat G in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis. In quibus, nisi in mōtibus qui suscipiunt pacē populo 2.Co.5. eius? Quocirca legati pacis subsequenter

Ibid. adiungunt & dicunt, Pro Christo ergo legatione fungimur tanq̃ Deo exhortante p nos obsecramus Chr̃o recõciliari deo. Hãc pacem suscipiunt mõtes populo eius, id est, prædicationem legationemque pacis eius. Colles aũt iustitiam, hoc est, obedientiam, quod est in hominibus & in omni rationali creatura, omnis iustitiæ origo atque perfectio: ita vt duorum hominũ, id est, Adã qui fuit caput mortis nostræ, & Christi q̃ est caput salutis nostræ, hæc commendetur magna distinctio, quia sicut per inobe-
Rom.5. dientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiã vnius hominis iusti constituent multi. Suscipiãt ergo montes pacem populo, & colles iustitiam, vt hoc modo vtrisque cõcordantibus
Psal.84. fiat, quod scriptum est, Iustitia & pax osculatæ sunt se. Quòd vero alij codices habẽt. Suscipiant montes pacem populo & colles: vtrosque prædicatores euangelicæ pacis intelligendos puto, siue præcedentes siue sub
H sequentes. In his autem codicibus illud sequitur, In iustitia iudicabit pauperes populi. Sed illi magis codices approbantur, qui habent quod supra exposuimus, Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Aliqui autem habent, populo tuo, aliqui non habent, tuo, sed tantummodo populo. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum.) Pauperes & filij pauperum idem ipsi mihi videntur, sicut eadem. ciuitas est Sion & filia Sion. Si autem distinctius intelligendum est, pauperes accipimus montes, filios autem pauperum colles, velut Prophetas atque Apostolos pauperes, filios autem eorum, id est, qui sub eorum authoritate proficiunt filios pauperũ. Quod vero supra dictum est, iudicabit, & postea, saluos faciet, quædam velut expositio est quomodo iudicabit. Ad hoc enim iudicabit vt saluos faciat, id est, a perdendis damnandisque discernat, quibus donat salutem paratam reuelari in tempore nouis-
Psal.25. simo, vt alibi illi dicitur, Ne perdas cum impsal.42. pijs animam meam. Et, Iudica me Deus & discerne causam meam de gente nõ sancta. Consyderandum etiam quod non ait, Iudicabit pauperem, populum: sed, pauperes populi. Sed enim vbi dixit, Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio: eundem dixit populũ Dei quos
I pauperes eius, id est, tantummodo bonos,
Mat.25. & ad dexteram partem pertinentes. Quia vero in hoc seculo simul dextri sinistrique pascunt qui velut agni & hœdi in fine separandi sunt, totum sicut commixtum est, noie populi nuncupauit. Et quia iudicium etiam hic in bono ponit, id est, ad saluos faciẽdos: ideo ait, Iudicabit pauperes populi: id est, eos ad salutem discernet qui sunt in populo pauperes. Iam qui sint pauperes supra exposuimus, hos & egenos intelligamus. Et humiliabit calũniatorem.) Nullus melius q̃ diabolus hic calũniator agnoscit. Calũnia eius est, Nunquid gratis colit Iob Deum? Humiliauit aũt illum dãs Iesus gratia sua, suos adiuuans, vt gratis Deum colant. i. delectentur in dño. Humiliauit etiã sic, quia cum diabolus. i. princeps huius mũdi nihil in eo inuenisset, occidit per calumnias Iudæorum, quibus est vsus calumniator tanquam vasis suis operans in filijs diffidentię. Humiliatus est enim quia ille quẽ occiderant resurrexit, & regnum abstulit mortis, cuius ille potestatem ita gerebat, vt ex vno hoie quem deceperat, oẽs per mortem traheret ad condemnationem. Sed humiliatus est, q̃m si ob vnius delictum mors & regnauit per vnum, multo magis qui abũdantiam gratiæ & iustitiæ accipiũt, in vita, regnabunt per vnum Iesum Christum, qui humiliauit calũniatores, falsa crimina, iniquos iudices, falsos testes, vt eum perderẽt mittentes. Et permanebit soli.) vel permanebit cum sole. Sic enim melius interpretãdum quidam nr̃i putauerunt, qđ in Greco est συμπαραμενῶ. Quod si Latine vno verbo dici posset, compermanebit dicendum esset: ideo quia Latine verbum non põt deici, vt saltem sententia exprimeretur, dictũ est, permanebit cum sole. Nihil est enim aliud, compermanebit soli: q̃ permanebit cum sole. Quid aũt magnum est permanere cum sole ei per quem facta sunt oia, & si ne quo factum est nihil, nisi quia hæc prophetia p̃p eos præmissa est, qui putãt relligionem nominis Christiani vsque ad certũ tps in hoc seculo victuram, & postea non futuram? Permanebit ergo cum sole, quãdiu sol oritur & occidit. hoc est, quãdiu temp̃ora ista voluunt, nõ deerit Ecclesia Dei, i. Christi corpus in terris. Quod vero additum est, & cum sole, & ante solem, quod intelligit: Et ante lunam & generationes generationum.) Potuit dicere, & ante solem, id est, & cum sole, & ante solem, quod intelligeretur, & cum temporibus, & ante tempora. Quod ergo tps antecedit, æternum est.

Et hoc vere habendum est æternũ, qđ nullo modo variatur, sicut in principio erat verbum. Sed per lunam significare maluit incrementa defectusque mortalium. Denique cũ dixisset, ante lunã, volens quodãmodo exponere pro qua re lunam posuerit, generationes, inquit, gñationũ: tanq̃ diceret, ante lunam, i. ante gñationes gñationũ quæ trãscũt decessione & successione mortalium, tanq̃ decrementis incrementisque Lunaribus. Ac per hoc quid melius intelligitur permanere ante lunam, nisi omnia mortalia immortalitate præcedere? Quod ẽt sic non incõuenienter accipi potest, vt qm̃ humiliato calũniatore sedet ad dexterã patris, hoc sit permanere cum sole. Splendor enim æternæ gloriæ intelligitur filius, tanquam sol sit pater, & splendor eius. Sed sicut ista dici pñt de inuisibili substãtia creatũræ, non sicut de ista visibili creatura, in qua sunt corpora cœlestia quo illustrius eminet sol, de quo hęc similitudo adhibita est, sic adhibetur etiam de terrestribus, pecore, agnus, hõ habẽs duos filios, &c. Er go humiliato calũniatore permanet cũ sole, quia victo diabolo per resurrectionem, M. sedet ad dexteram patris, vbi iam non mo- Mar.16 ritur, & mors ei vltra non dominabit. Et hoc Rom.6 ante lunam, tanquam primogenitus a mortuis præcedens Ecclesiam, mortalium decessione ac successione transeuntem. Ipsę sunt gñationes gñationũ: aut forte quia gñationes sunt quibus generamur mortaliter: generationes aũt generationum quibus regeneramur imortaliter. Et hæc est Ecclesia q̃ ille antecessit, vt permaneret ante lunã qui primogenitus est ex mortuis. Sanè qđ est i Græco γενεὰς γενεῶν, nõnulli iterp̃tati sũt, non gñationes, sed gñationis gñationẽ, qa γενεὰς ambiguus est casus in Græco, & vtrũ genitiuus singularis sit τῆς γενεᾶς, id est, huius gñationis, an accusatiuus pluralis τὰς γενεάς, id est, has gñationes, non euidenter apparet: nisi quia merito sensus ille prælatus est, vt tanquam exponendo quid dixerit lunam, secutus adiungeret generationes generationum. Et descendet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ stillantes super terram.) Recoluit & admonuit illud qđ scm̃ est per iudicem Gedeon, de Christo id habere in finem. Petijt quippe ille signum a dño, vt in area positum solum vellus compluereť, & sicca esset area: & rursum solũ vellus siccum esset, & cõpluereť area: & ita factum est. Quod significauit, tanq̃ in area in toto orbe terrarum, siccum vellus, fuisse priorem populum Israel. Idemipse ergo Christus descendit sicut pluuia in vellus cum adhuc area sicca esset, Vnde etiam di-
Mat.15. xit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Ibi matrẽ de qua formam serui acciperet, in qua hominibus appareret elegit: ibi discipulos quibus hoc idẽ
Mat.10 præcepit dicens, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, Ite primum ad oues quæ perierunt domus Israel. Cum dicit, Ite primum ad illas: oñdit & postea cum iam esset area compluenda, ituros eos etiam ad alias oues quæ non essent ex veteri populo Israel, de
Ioã.10. quibus dicit, Habeo alias oues quę nõ sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere,
Ro.15. vt sit vnus grex & vnus pastor. Hinc & Apostolus, Dico enim inquit, Christũ ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones
B patrum. Sic pluuia descendit super vellus
Ibidem. sicca adhuc area. Sed qm̃ sequitur, Gentes aũt super misericordia glorificare Deum, vt accedente tempore cõpleretur quod per
Psa.17. Prophetam dicit, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi: videmus iam gratia Christi siccam remansisse gentem Iudæorũ, totũque orbẽ terrarũ in oibus gentibus Christianę gratiæ plenis nubibus compluí. Alio quippe verbo eandem pluuiam significauit, di-
Luc.22. cens, Guttæ stillantes nõ iam super vellus sed super terram. Quid est enim aliud pluuia q̃ guttæ stillantes? Ideo aũt illã gentẽ velleris noie significari puto, vel quia expoliãda fuerat authoritate doctrinę, sicut ouis expoliatur vellere: vel quia in abdito eam dem pluuiam detinebat, q̃ nolebat præputio prædicari. i. incircuncisis gentibus reuelari. Orietur in diebus iustitia & abundantia pacis, donec tollatur luna.) Id qđ dictũ est, tollať, alij interpretati sunt, auferať. alij vero extollat, vnum verbũ Græcũ, sicut vnicuiq. visum est, trãsferentes, q̃ ibi positũ est, ἀνταρθῇ. Sed qui dixerunt, tollať, & q̃ dixerũt auferať, non vsqueadeo dissonant. Tollať enim magis habet cõsuetudo ita dici, aut auferatur & non sit, quam ita C vt altius eleuetur. Auferatur vero prorsus aliter intelligi non potest, nisi vt pdať, hoc est, vt non sit. Extollať aũt nihil nisi vt altius eleueť. Quod quidẽ cũ in malo ponit,

Pro.32. superbiam solet significare, sicuti est, In tua sapientia noli extolli. In bono autem ad honorem pertinet ampliorem, velut cum aliquid eleuatur, sicuti est, In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum. Hic ergo si auferatur dictum intellexerimus, quid erit donec auferatur luna, nisi efficiatur vt non sit? Fortasis enim hoc intelligi voluit, ne vlterius sit mortalitas, qñ nouissima inimica destruetur mors vt pacis abundantia vsque ad hoc perducatur, ne quid resultat felicitati beatorum ex infirmitate mortalitatis: quod erit in illo seculo, cuius tenemus fidelem promissionē Dei per Iesum Christū dñm nrm, de quo dicitur, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec morte omnino deuicta atque destructa omnis mortalitas absumatur. Sin vero vocabulo lunæ, nō mortalitas carnis, per quam nunc transit Ecclesia, sed ipsa omnino Ecclesia significata est, quæ permaneat in æternum, ab hac mortalitate liberata, ita dictum accipiendum est,

D Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec extollatur luna: tanquam diceret, orietur in diebus eius iustitia quæ contradictionem ac rebellationem carnis vincat, & fiat pax intantū crescens & abundās, donec luna extollatur. i. eleuetur Ecclesia per gloriam resurrectionis, cum illo regnatura, qui eam in hac gloria primogenitis a mortuis antecessit, vt sederet ad dexteram patris: ita cum sole permanet ante lunam, quo postea extolleretur & luna. Et dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terræ.) De quo vtique dixerat, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec extollat luna. Si ecclesia hic recte significatur vocabulo lunæ, consequenter ostendit quàm late eandē Ecclesiam fuerat diffusurus, cum adiecit, & dñabitur a mari vsque ad mare. Mari quippe magno cingitur terra, qui uocatur oceanus, de quo influit quiddam exiguum in medio terrarum, & facit ista maria nota nobis quæ nauigijs frequentantur. Proinde a mari vsque ad mare, a quolibet fine terræ, vsque ad quemlibet finem dominaturum dixit, cuius nomen & potestas toto orbe fuerat prædicanda multumque valitura. Quod ne aliter posset intelligi, a mari vsque ad mare: continuo subiecit, Et

E a flumine vsque ad terminos orbis terræ. Quod ergo ait vsque ad terminos orbis terræ, hoc ante dixerat, a mari vsque ad mare. Quod vero nunc ait, A flumine, euidenter expressit inde voluisse Christū potestatem suam iam cōmendare, vnde & discipulos cœpit eligere: a flumine scilicet Iordane, vbi supra baptizatum dñm cū descendere spiritussanctus, sonuit vox de cœlo, Hic est filius meus dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiens, & magisterij cœlestis authoritas dilatatur vsque ad terminos orbis terræ, cum prædicatur Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Corā illo decident Aethiopes, & inimici eius terrā lingent.) Per Aethiopes a parte totum, oēs gentes significat, eam eligens gentem, quā potissimum nominaret quę in finibus terræ est. Coram illo procident dictum est, adorabunt eum. Et qm schismata futura erant per diuersa terrarum loca, quæ inuiderent Ecclesiæ catholicæ toto terrarum orbe diffusæ: eadem porro schismata per hoium nomina se fuerant diuisura, & homines amando quibus authoribus scissa sunt, gloriæ Christi, qui per oēs terras est inimicatura, ideo cū dixisset, Coram illo decident Aethiopes: adiunxit, Et inimici eius terram lingent. i. hoies amabunt vt inuideāt Christi gloriæ, cui dictū est, Exaltare super cœlos Deus, & super oēm terrā gloria tua. Homo quippe audire meruit, Terra es, & in terrā ibis. Hanc terram lingendo. i. talium authoritate vaniloqua delectati, eos amādo, & in suis simos habendo, contradicunt diuinis eloquijs, quibus catholica Ecclesia prænuncia ta est, non in aliqua parte terrarum futura, sicut quælibet schismata, sed in vniuerso mūdo fructificando atque crescendo vsque ad Aethiopes, extremos videlicet & teterrimos hoium peruentura: Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eū oēs reges terrę, omnes gentes seruient ei.) Hoc iam non expositorem, sed contemplatorem desyderat, imo non solum lætantiū fideliū, sed etiam infidelium gementium insertur aspectibus, nisi fortasse qr quærendum est quid dictum sit, dona adducent. Ea quippe adduci solent quæ ambulare non possunt. Nunquid nam ergo de imolandis victimis dici potuit? Absit vt talis oriatur in diebus eius iustitia. Sed ista dona quæ adducenda prædicta sunt, hoies mihi videntur significare, quos in societatem Ecclesię Christi,

regum adducit authoritas, qūis reges etiā plequentes dona adduxerint, non scientes quid facerent, sanctos martyres imolando. Cum vero exponeret causas cur ei tantus honor deferret a regibus, eique seruiretur ab oibus gentibus, Quia liberauit, inquit, egenū a potente, & pauperē cui non erat adiutor.) Iste egenus & pauper, populus est credētium in eum. In hoc populo sunt etiā reges adorantes eum. Nō enim egeni esse dedignant & pauperes. i. humiliter peccata cōfitentes, egentes gloria & gratia dei, vt eos rex ille filius regis liberet a potente. Idē quippe est potens ille qui superius catholicos, & in captiuitate retinendos illuminator est dictus, quē potentē ad hoies sibi subdēdos, & in captiuitate retinendos non virtus eius fecit, sed humana peccata. Idem ipse & fortis est dictus, ideo & hic potens: sed qui humiliauit calūniatorē, & in uasis eius diriperet, hic liberauit egenū a potente, & pauperem cui non erat adiutor. Non enim hoc efficere potuit vel cuiusquā virtus, vel quisquam homo iustus, vel aliquis angelus. Cū ergo nullus esset adiutor, ipse adueniēs saluos fecit eos. Occurrebat aūt, si pp peccata homo renebat a diabolo, nūquid nam Christo qui eruit egenum a potente, peccata placuerunt? Absit. Sed Parmenet illi humili, & non de suis meritis cō fidenti, aut de sua virtute salutem speranti, sed indigenti gra saluatoris sui. Cū aūt addidit, Et animas pauperum saluas faciet.) Vtrunque adiutorių græ cōmendauit, & quod est in remissionem peccatorū, cū ait, Parcet pauperi & inopi: & quod est in participatione iustitiæ cū addidit, Et aias pauperum saluas faciet. Nemo. n. sibi est idoneus ad salutem, quæ salus nō est perfecta iustitia, nisi Dei adiuuet gra: quia plenitudo legis non est nisi charitas, quæ non a nobis existit in nobis, sed diffunditur in cordibus nostris p spiritūsanctū qui datus est nobis. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorū.) Quæ sunt istæ vsuræ, nisi peccata quæ etiā debita nominantur? Vsuras aūt appellatas puto, quia plus mali inuenit in supplicijs q commissum est in peccatis. Nam, verbi gra, cum homicida corpus tantum hois perimat, animæ autem nihil noceret posit, ipsius & anima & corpus perdetur in gehenna. Propter huiusmodi contemptores præsentis pcepti, & irrisores futuri supplicij dictum est, Ego veniens cum vsuris exigerem. Ab his vsuris redimentur animæ pauperum sanguine illo qui fusus est in remissionem peccatorum. Redimet ergo ab vsuris, remittendo peccata quibus debebantur ampliora supplicia. Redimet aūtē ab iniquitate, adiuuando per gratiam etiam ad faciendam iustitiam. Eadem itaque duo repetita sunt quæ supra dicta erant. Quod enim supra est, Parcet inopi & pauperi: hoc intelligitur, Redimet ex vsuris. Quod vero ibi dicit, Et aias pauperum saluas faciet: hoc videtur, Ex iniquitate redimet: vt vtrūque subaudiatur. Nam parcendo redimet ab vsuris, saluos aūt faciendo redimet ab iniquitate. Itaque sicut parcet pauperi & inopi, & aias pauperum saluas faciet, sic ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Et honorabile nomen eius coram ipsis.) Dant enim honorem nomini eius pro tantis beneficijs, qui respondent dignum & iustum esse gratias agere dño Deo suo. Vel quod habent codices aliqui, Et honorabile nomen eorum coram ipso: quia & si videntur huic seculo contemptibiles Christiani, nomen eorum corā ipso est honorabile, qui eis illud dedit, iam non memor nominum eorū per labia sua, quibus antea vocabantur, cum essent gentilium superstitionibus obligati, vel suorum malorum meritorum signati vocabulis, an tequā essent Christiani. Quod nomen honorabile est coram ipso, & si contemptibile videtur inimicis. Et viuet & dabitur ei de auro Arabiæ.) Non diceretur, & viuet, de quo enim non posset dici hoc quantulocunque spatio tpis viuente in hac terra, nisi in illa vita cōmendaretur, in qua iam nō moritur, & mors ei vltra non dñabitur? Atque ideo & viuet qui cōtemptus est moriens: qm sicut alius Propheta dicit, Tolletur de terra vita eius. Sed quid est, & dabitur ei de auro Arabiæ? Nam quod inde aurum etiam ille Salomō accepit, in hunc Psalmum figurate traiectum est in alium verum Salomonem. i. verū pacificum. Nō enim ille dominatus est a flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sic ergo prophetatū est etiam sapientes huius mundi in Christo fuisse credituros. Per Arabiam aūt etiā gentes intelligimus, per aurum sapietiam, quæ ita excellit inter omnes doctrinas, vt aurum inter metalla. Vnde scriptum est, L Accipite prudentiam sicut argentum, & sa

Mat. 25

Psal. 15.

K

Rom. 6.

Prou. 8.

pientiam sicut aurum probatum. Et orabunt de ipso semper.) Quod habet Græcus περὶ αὐτοῦ aliq̃ iterpretati sunt de ipso, aliqui pro ipso, vel pro eo. Qui est autem, de ipso, nisi forte quod oramus dicentes,
Matt. 6. Adueniat regnum tuum? Christi namque aduentus p̃sentauit fidelibus regnum Dei. Pro eo vero qũo intelligatur, angustũ est, nisi quia cum oratur pro Ecclesia, p̃ ipso, orat̃, quia corpus est eius. De Chr̃o quippe & Ecclesia præmissum est sacramentũ ma
Ephe. 5. gnum, Erunt duo in carne vna. Iam vero quod sequitur, Tota die,) Id est, toto tpe, Benedicent ei.) Satis apertum est. Et erit firmamẽtum in terra in summis montiũ.) Omnes. n. promissiones Dei etiã in illo firmatæ sunt, qñ in illo impletum est, quicq̃d pro salute nostra p̃phetatum est. Nã summa montium, scripturarum diuinarum authores. i. per quos ministratæ sunt, intellige re conuenit, in quibus vtique ipse est firmamentũ, qñ ad illum oĩa quæ diuinitus scripta sunt referunt. Hoc autem in terra esse voluit, quia p̃ eos qui in terra sunt illa
M conscripta sunt. Vnde & ipse in terram ve
Luc. 24. nit, vt ea cuncta firmaret. i. in se mõstraret impleri. Oportebat. n. inquit, impleri oĩa q̃ scripta sunt in lege & Prophetis & Psal-
Esaia. 2. mis de me. i. in summis montium. Sic enim venit in nouissimis tẽporibus manifestus mons dñi, paratus in cacumine montium, quod hic ait, in summis montium. Super extolletur super Libanum fructus eius.) Libanum solemus accipere veluti huius seculi dignitatem, quoniam mons est Libanus, excelsas arbores habens, & nomen ipsum interpretatur candidatio. Quid ergo mirum si super huius seculi præclarum omne fastigiũ fructus superextolleẽ Christi, cuius fructus dilectores omnia secularia culmina contempserunt? Si autem in bono accipimus Libanum propter cedros Libani quas plantauit, quis alius fructus intelligendus est, qui super hunc Libanum
1. Co. 13 extollitur, nisi de quo Apostolus dicit de charitate sua locuturus, Adhuc supereminentem viam vobis demonstro? Hoc enim & in primo proponitur munerum diuino
Gal. 5. rum, vbi ait, Fructus autem spiritus est charitas: atque inde cætera vtique consequentia contexuntur. Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.) Quoniam ambigue posita est ciuitas, nec adiunctum est
A eius aut Dei: non enim dictum est de ciuitate eius, vel de ciuitate Dei, sed tantum de ciuitate, in bono intelligitur, vt de ciuitate Dei, hoc est, de Ecclesia floreant sicut fœnum, sed fœnum fructifer-
rum, sicuti est frumentum: nam & hoc fœnum appellat̃ in sancta scriptura, sicut in Genesi iussum est producere terram oẽ li- Genes.
gnũ & oẽ fœnum, nec adiũctum est, oẽ frumẽtũ: quod proculdubio non p̃teriret ni
si fœni noĩe ẽt hoc intelligeret̃, & in multis alijs scripturarum locis hoc inuenit. Si
aũt sic accipiendũ est, florebũt sicut fœnũ terræ, quemadmodũ dictum est, Omnis ca- Esa. 40.
ro fœnum, & claritas hominis sicut flos fœni: profecto & ciuitas illa intelligenda est q̃ Genes.
seculi huius societatem significat. nõ enim frustra primus Cain cõdidit ciuitatẽ. Exaltato itaque fructu Christi super Libanum
id est, super arbores diuturnas, & ligna imputribilia, quia ille fructus æternus est, oĩs claritas hominis sc̃dm tpalem seculi celsitudinem fœno comparatur: qm̃ a credentibus & vitam ẽternam iam sperantibus sper
nitur fœlicitas tpalis, vt impleatur illud q̃ scriptum est, Omnis caro fœnum, & omnis claritas carnis vt flos fœni: Fœnum aruit, flos decidit, verbum aũt dñi manet in æternum. Ibi est fructus eius exaltatus super Li B
banum. Semper enim caro fœnum fuit, & claritas carnis vt flos fœni. Sed quia nõ demonstrabatur quæ fuerat eligenda & præponenda fœlicitas, flos fœni pro magno habebatur, nec solum minime conténebatur, sed ẽt maxime appetebat̃. Quasi ergo tunc ita esse cẽperit: qñ enim animaduersum est atque contemptum, quicquid florebat in se culo, ita dictum est, Superextolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ: id est, diffamabitur super omnia quod in ẽternum promittitur & comparabitur fœno terræ, quicquid pro magno habetur in seculo. Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius.) Per solem tempora significata sunt: Ergo in ẽternum permanet nomen eius. Aeternum enim antecedit tempora, nec clauditur tempore. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ,) In ipso Gal. 3.
quippe impletur quod promissum est Abrahæ, Non enim dicit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Abrahæ autẽ Genes. 22.
dicit̃, In semine tuo benedicent̃ oẽs tribus terr̃: Neq. filijs carnis, sed filij p̃missionis Rom. 9.
deputantur in semine. Omnes gentes magnificabunt eum.) Tanquam exponendo repetitum est quod supra dictum est. Quia enim benedicentur in eo, magnificabunt eum, Non ipsi faciendo vt magnus sit, qui per scipsum magnus est, sed laudãdo & magnum fatendo. Sic. n. magnificamus Deũ: Psal. 69.
sic etiam dicimus, Sanctificet̃ nomen tuũ: quod semper vtique sanctum est. Benedictus dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus) Consyderatis oĩbus supra dictis, eructatur hymnus, & benedicitur dñs Deus Psal. 71.
Israel. Impletur. n. quod ad illam sterilem dictum est, Et qui eruit te, ipse dñs Deus Israel vniuersæ terræ vocabitur, Ipse facit mirabilia solus. Qm̃ quæcunque faciunt, ipse in eis operatur, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ eius in æternum, & in seculũ seculi.) Quid aliud Latini interpretes dicerent, qui nõ possent dicere, in æternum, & in æternum æterni? Quasi enim aliud dictum sit in æternum, & aliud in seculum, ita sonat. Sed Græcus habet, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνος, qđ forte cõmodius diceretur in seculum, & in seculum seculi: vt in seculum intelligeretur, quantum hoc seculum durat: in seculũ aũt seculi, quod post huius finem futurum promittitur. Et replebitur gloria eius oĩs terra, fiat fiat.) Iussisti dñe, ita fit. ita fit, donec illud quod cœpit a flumine, peruenias oĩno vsque ad terminos orbis terræ.

In Psalmum septuagesimumsecundum. Enarratio.

AVdite audite dilectissima viscera cor
poris Chr̃i, quorũ spes dñs Deus vester est, & non respicitis in vanitates
Psal. 61. & insanias mendaces, & qui adhuc respicitis, audite, ne respiciatis. Psalmus iste inscriptionẽ habet, id est, titulũ, Defecerunt hymni Dauid filij Iesse, Psalmus ipsi Asaph. Tot habemus psalmos in quorum titulis scriptum est nomen Dauid, nusquã est addendum est non frustra factum neque inauditum, Vbiq. n. nobis innotuit deus, & ad intellectum vocat pũ studium charitatis. Quid est defecerunt hymni Dauid filij Iesse? Hymni laudes sunt dei cum cantico. Hymni cãtus sunt continentes laudes dei. Si sit laus & non sit dei, non est hymnus. Si sit & laus, & dei laus, & nõ cãtetur, nõ ẽ hymnus. Oportet ergo vt si sit hymnus, habeat hæc tria, & laudẽ, & dei, & canticum. Quid est ergo, defecerunt hymni? Defece
F runt laudes quæ cantantur in deum. Molestãrem & quasi luctuosam vr̃ nunciare. Qui. n. cãt laude, nõ solũ laudat, sed ẽt hilariter laudat. Qui cantat laudẽ nõ solum cãtat, sed & amat eum quẽ cantat. In laude confitentis est prædicatio, in cantico amantis affectio. Defecerũt ergo hymni Dauid
1. Re. 26 ait, & addidit, filij Iesse. Erat. n. Dauid rex Israel filius Iesse, tpe quodam veteris testamenti. Quo tpe nouum testm̃ occultatum ibi erat, tanquã fructus in radice. Si. n. quæras fructum, in radice non inuenis: nec tamen inuenis in ramis fructum, nisi q̃ de radice processerit. Illo ergo tpe populo primo veniẽte ex semine Abrahæ carnaliter: nam & populus secundus pertinens ad nouũ testm̃, ad semen Abrahę ptinet, sed iam
F spiritaliter. Illi ergo populo primo adhuc carnali, vbi pauci Prophetæ intelligebant, & quid desyderaret à deo, & qñ haberet publice prædicari, p̃nunciauerunt futura hæc tpa, & aduentũ dñi nr̃i Iesu Chr̃i. Et quem admodũ ipse Chr̃s sc̃dm carnẽ nasciturus,
Esa. 11. in radice erat occultus in semine Patriarcharũ, & quodam tpe reuelandus tanquã fructu apparente, sicut scriptum est, Floruit uirga de radice Iesse: sic ẽt ipsum nouũ testamentum quod in Christo est, prioribus illis temporibus occultum erat, solis Prophetis cognitum, & paucissimis p̃jis, nõ ex manifestatione præsentium, sed ex reuelatione futurorum. Nam quid sibi vult fratres, vt vnum quiddam commemorem, q̃ Abraham mittens seruum suum fidelem, ad desponsandam vxorem vnico filio suo, facit eum iurare sibi, & in iuramento dicit
Gen. 14 ei, Pone manum sub femore meo & iura? Quid erat in femore Abrahæ, ubi ille manum iurans posuit? Quid ibi erat, nisi qđ & tunc ei promissum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes? Femoris nomine caro significatur. De carne Abrahæ, p
Gen. 28 Isaac & Iacob, & ne multa commemoremus, per Mariam dominus noster Iesus Christus. Quia vero radix erat in Patriarchis, vnde ostendemus? Paulum interrogemus. Gentes iam credentes in Christũ, & quasi superbire cupientes contra Iudæos, qui crucifixerunt Christum: cum & de ipso populo venerit alius paries, occurrens in angulo, id est, in ipso Christo, de di

uerso venienti parieti præputij, id est, gentium. Cum ergo se erigerent gẽtes, sic eas reprimit, Si enim tu, inquit, ex naturali in-
G cisus oleastro, insertus es in illis, noli glo-
Ro. 11. riari aduersus ramos. Nã si gloriaris, nõ tu radicẽ portas, sed radix te. Ergo de radice Patriarcharũ dicit fractos quosdam ramos pp infidelitatẽ, & insertum ibi oleastrũ, vt esset particeps pinguedinis oliuæ, id est, Ecclesiã ex gentibus venientẽ. Et quis inserit oleastrum in oliua? Oliua solet esse in oleastro, oleastrũ in oliua nunq̃ vidimus. Nam quisquis fecerit, non inueniet baccas nisi oleastri. Quod enim inseriẽ, hoc crescit, & eius rei fructus inuenitur. Inueniẽ non radicis fructus, sed surculi. Hoc ostendens Apostolus oĩ potentia sua Deum fecisse, vt oleaster in radicem oliuæ insereret, & nõ baccas syluestres, sed oliuã daret: ad oĩpotentiã Dei reuocans hoc Apostolus ait, Si tu ex naturali incisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonã oliuã, noli gloriari aduersus ramos, inquit. Sed dicis, ait, Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatẽ fracti sunt, Tu aũt fide
Ro. 11. sta, noli altum sapere, sed time. Quid. m. est, noli altum sapere? Noli superbire, quia insertus es, sed time ne frangaris p infidelitatem, sicut illi fracti sunt. Propter infidelitatem, inquit, fracti sunt, Tu aũt fide sta, noli
H altũ sapere, sed time. Nã si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. Et sequitur bonus locus necessarius, & totus audiendus. Vides ergo, inquit, bonitatem & seueritatẽ Dei. In eos quidẽ qui fracti sunt seueritatẽ, in te aũt qui insertus es bonitatem, si permanseris in bonitate. Alioquin, id est, si tu non pmanseris in bonitate, & tu excideris: & illi si non pmanserint in infidelitate, inserentẽ. Tempore igit vetes testamenti fratres, promissiones a Deo nr̃o populo illi carnali terrenæ erãt & tpales. Promissum est regnũ terrenum, pmissa est terra illa, qua etiam inducti sunt ab Aegypto liberati: p Iesum Naue introducti sunt in terrã repromissionis, vbi etiam Hierusalẽ terrena ędificata est, vbi regnauit Dauid. Acceperunt terram, liberati ex Aegypto, transeuntes p rubrum mare, finitis anfractibus ac terroribus solitudinum, acceperunt terrã, acceperunt regnũ. Deinde post regnum acceperunt, quia terrena acceperant, cœperunt merito peccatorum suorum oppugnari, expugnari & captiua-

ri, Ad extremum euersa est & ipsa ciuitas. Tales erant & illæ, pmissiones non pseueraturæ, p quas tũ figurabant futuræ, pmissiones perseueraturæ, vt ille ois decurrus tpaliũ, pmissionum, figura esset & quædã, pphetia futurorũ. Itaque cũ illud regnum
I deficeret, vbi regnauit Dauid filius Iesse: id est, homo quidã, etsi, ppheta etsi sãctus, qa videbat & præuidebat Chr̃m venturũ, de cuius semine ẽt secundũ carnẽ nasciturus erat, tũ homo, tũ nondum Chr̃s, tũ nõdum rex nr̃ filius Dei, sed rex Dauid filius Iesse. Quia ergo defecturum erat illud regnũ, p quod regnũ acceptũ laudabat tunc Deus a carnalibus: hoc solũ. n. pro magno tunc habebant, qa liberati erant tpliter abhis, a quibus tũc opprimebant, & euaserãt hostes psequentes p mare rubrũ, & ducti erant p solitudinem, & inuenerant patriã & regnum, hinc solum laudabant Deum, nondum intelligentes quid in illis figuris præsignaret & promitteret Deus. Deficientibus ergo rebus, pro quibus laudabat Deum populus ille carnalis, cui regnauit ille Dauid, defecerunt hymni Dauid, non filij Dei, sed filij Iesse. Periculosum locum tituli Psalmi psentis, sicut dñs voluit, pterrecti sumus. Accepistis quare dictum sit, defecerunt hymni Dauid filij Iesse, cuius vox est Psalmus Asaph. Quid ẽ Asaph?
Sicut inuenimus in interpretationibus ex K
lingua Hebræa in Græcã & ex Græca nobis in Latinã translatis, Asaph synagoga interpretatur. Vox est ergo synagogæ. Sed tu cũ audieris synagogã, noli continno detestari quasi interfectionẽ dñi. Erat quidẽ illa synagoga iterfectrix dñi, nemo dubitat: sed meméto de synagoga fuisse arietes quorũ filij sumus. Vnde dicit in Psalmo, Afferte dño filij Dei, afferte dño filios arietum, afferte dño gloriam & honorem. Qui sunt de arietes? Petrus, Ioannes, Iacobus, Andreas, Bartholomæus, & cęteri Apostoli. Hinc & ipse primus Saulus, postea Paulus, id est, primo superbus, postea humilis. Saul enim vnde dictũ est nomen Sauli, nostis quia rex superbus & infrenis fuit. Nõ quasi aliqua iactantia sibi nomen mutauit Apostolus, sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus. Paulũ. n. modicum est. Vis nosse q d sit Saulus? Ipsum audi iã Paulũ recordantẽ q d fuerit p malitiã suã, & q d iam nunc sit per gratiam Dei. Audi quo fuerit Saulus, & quo sit Paulus. Quid sit prius?

Tit. 1. prius? quid? Blasphemus, & psecutor & in-
Dan. 5 suriosus. Audisti Saulum, audi & Paulum. Ego. n. sum, inquit, minimus Apostolorũ. Quid est minimus: nisi, ego sum Paulus?
L Et secuti, Qui nõ sum dignus vocari Apostolus. Quare? Quia fui Saulus. Quid est, Saulus? Ipse dicat. Quia psecutus sum, in-
Salom. 9 Ecclesiã dei: sed gratia dei ait, sum id qđ sum. Abstulit sibi oẽm granditatem suam, minimus iam in se, grandis in Chr̃o. Et iste Paulus quid dicit? Non repulit deus plebẽ suã, de plebe ex Iudæis veniente, plebẽ suã
Rom. 11. inquit quam præsciuit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benia-
min. Ergo & Paulus nobis de synagoga, & Petrus, & alij Apostoli de synagoga. Itaq. cum audis veteris vocem synagogæ, noli attendere meritum, sed intende partum. Loquitur ergo in hoc Psalmo synagoga, deficiẽtibus hymnis Dauid fi lij Iesse, id ẽ, deficiẽtibus rebus tẽporalibus, p quas solebat à carnali populo laudari deus. Quare ât illæ defecerũt, nisi vt aliæ q̃rerent? Vt quæ rerent quæq. ibi non erant? Non: Sed quæ ibi tegebantur figuris, nõ q̃ iam ibi nõ erãt, sed ibi tanq̃ in radice occultabantur q busColo 4 dã secretis mysteriorum, quæ, inqt, ipse Apostolus, figuræ nostræ fuerũt. Et attendite iam breuiter ipsam figuram nostram. Populus Israel sub Pharaonis & Aegyptiorum dominatione, populus Christianus
M ante fidẽ prædestinatus à deo, & adhuc seruiẽs dæmonibus & diabolo pricipi eorum,
Exo. 1. Ecce populus subiugatis Aegyptijs, seruiẽs peccatis suis. Non. n. nisi p peccata nostra potest diabolus dominari. Liberatur populus ab Aegyptijs per Moysen, liberat popu
Deut. 4 lus à præterita vita pctorum per dñm nostrum Iesum Christum. Transit populus ille per mare rubrum, iste per baptismum. Moriuntur in mari rubro omnes inimici populi illius, moriuntur in baptismo omnia peccata nostra. Intendite fratres. Post mare illud rubrum nõ continuo patria, nec datur tanquam iam hostes desiit, secure triumphatur, sed restat eremi solitudo, restant hostes insidiantes in via. Sic & post baptismum restat vita Christiana in tentationibus. In illa eremo suspirabatur patriæ pmissæ. Quid aliud Christianis suspirant iam abluti in baptismo? Nunquid iã regnat cum Chr̃o? Nõdũ ventũ est ad terram promissionis nostræ, sed nõ defecturã. Non. n. ibi deficient hymni Dauid. Hoc modo audiant oẽs fideles, sciant vbi sint. In eremo sunt, pr̃iæ suspirant. Mortui sunt hostes in baptismo, sed insequentes à tergo. Quid est insequentes à tergo? Ante faciem A
futura habemus, à tergo præterita. Omnia præterita peccata deleta sunt in baptismo, quibus modo tẽtamur, nõ à tergo insequũtur, sed in via insidiantur. Vnde Apostolus Phili. 3.
huius eremi in via adhuc constitutus, Quę retro, inqt, oblitus, in ea q̃ ante sunt extẽtus, secundum intentionem sequor ad palmam supnæ vocationis dei, Tanq̃ diceret, Ad patriam supernę promissionis dei. Et ibi iã fratres in eremo quicquid passus est populus ille, & quicquid eis deus largitus est, q̃c ũq. illa flagella fuerũt, quæcunq. dona significationes sunt rerũ, quas in hac solitudine huius vitæ ambulantes in Chr̃o quærentes patriam, & accipimus ad consolationem, & patimur ad probationem. Nõ ergo mirũ, qa illud defecit quod figurabat futurum. Nam perductus est populus ad patriam promissionis, nunquid semper staturam? Si hoc esset, non esset figura sed res. Quia vero figura erat, ad tpale quiddã perductus est ille populus. Si ad tpale quiddã perductus est, oportebat vt deficeret, & defectu suo cogeretur quærere quod nunq̃ deficeret. Synagoga ergo, id est, qui deum ibi pie colebant, sed tũ pp terrenas B
res, pp ista psentia. Sunt. n. impij qui psentium rerum bona à dæmonibus quærunt. Hic autem populus ideo melius erat gentibus, q̃ quanuis præsentia bona & temporalia, tũ ab vno deo quærebat qui est creator omnium & spiritualium & corporaliũ. Cum ergo illi pij secundum carnem attenderent, id est, illa synagoga quæ erat in bonis, pro temporalibus bonis, non spiritalibus, quales erant ibi Prophetæ, quales pauci intellectores regni cœlestis æterni. Ergo illa synagoga animaduertit quæ acceperit à deo, & quæ promiserit deus populo illi, abũdãtiã rerũ terrenarũ, patriã, pacem, fœlicitatem terrenam. Sed in his omnibus figura erat, & non intelligens quid ibi lateret in rebus figuratis, putauit hoc pro magno dare deum, nec habere melius quod dare posset diligentibus se & seruientibus sibi. Attendit & uidit quosdam peccatores impios, blasphemos, seruos dæmonum, filios diaboli viuentes in magna nequitia & superbia, abundare rebus talibus terrenis & tpalibus, pro qualibus rebus ipse deo seruiebat,

uiebat, & nata est cogitatio pessima in corde quæ faceret nutare pedes,& propè labi à via dei.Et ecce ista cogitatio in populo erat veteris testamenti, Vtinam non sit in carnalibus fratribus nris, cum iam aperte præ
C dicatur fœlicitas noui testamenti. Quid.n. dixit illa tunc synagoga? Quid dixit ille populus? Nos seruimus deo & corripimur,flagellamur, subducuntur nobis ea q̃ pro magno à deo acceperamus. Illi aũt sceleratihomines nequissimi,superbi,blasphemi,inqeti,abundant his oĩbus rebus, ꝓp quas nos deo seruimus. Puto sine causa seruitur deo. Hic sensus est Psalmi deficientis populi & nutantis,dum cõsyderat bona terrena, ꝓp quæ seruiebat deo, abundare his qui non seruirent deo, nutat & prope labitur,& cũ hymnis illis deficit,quia in talibus cordibus hymni deficiebãt. Quid est,in talib. cordib. hymni deficiebant? Quia iam talia cogitabant,& deũ nõ laudabãt? Quomodo enim laudarent deũ, q̃bus quasi peruersus videbatur,dans impijs tantã fœlicitatẽ, & auferens eam seruientibus sibi? Non illis bonus videbatur deus, Et quibus deus bonus non videbatur,non utique ab eis laudabatur, A quibus autem deus non laudabatur, defecerunt in illis hymni. Postea uero populus iste intellexit quid eum admoneret deus q̃rere, cum ista temporalia subtraheret seruis suis,& donaret ea inimicis suis, blasphe
D mis, impijs, admonitus intellexit, qa præomnibus quæ dat deus & bonis & malis, & aliqñ aufert & bonis & malis, præ oĩbus eruat aliquid bonis. Quid est seruat aliqd bonis? Quid illis seruat? Seipsum. Iam quãtum arbitror curritur in Psalmo, intellectus est in noĩe dñi. Audi recordantem & pœnitentem qui errauerat, putando deum non bonum,qui dat bona terrena malis, & aufert illa a seruis suis. Intellexit.n. qd deus seruaret seruis suis,& recogitãs,fec. castigãs erupit hoc modo: Quã bonus Israel deus.) Sed quibus? Rectis corde.) Peruersis qd?
Psal.17. Peruersus,videtur. Sic & in alio Psalmo dicit, Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, Et cum peruerso peruersus eris. Quid est peruersus eris cum perfuerso? Peruersum te putabit peruersus, non quod nullo modo peruertatur deus. Absit. Quod est, est. Sed quemadmodum sol oculos puros,sanos,vegetes,fortes habenti,tranquillus apparet,in oculos autem lippos quasi tela aspera iaculatus, intuentem illum vegetat,hunc exercitat,non mutatus sed mutarum: sit cum ceperis esse peruersus,& tibi deus peruersus eẽ videbitur,tu mutatus es non ille. Ergo erit tibi pœna, quod bonis gaudium: Hoc iste recolens,quã bonus,inqt,quid deus Israel rectis corde. Quid autem tibi? Mei autem pene cõmoti sunt pedes.) Quãdo commoti sunt pedes, nisi quando non erat rectum cor? Vnde non erat rectum cor? Audi: Paulominus effusi sunt gressus mei.) Quod dixit penè: hoc dixit, paulominus: Et quod dixit, penè moti sunt pedes: hoc dixit effusi sunt gressus mei. Penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Moti pedes, Sed vnde moti pedes & effusi gressus? Ad errãdum fusi sunt gressus, pedes ad lapsum, non omnino sed penè. Quid enim est? Iam ibam in errorem, non ieram, iam cadebã non ceciderã. Sed quare & hoc? Quia zelaui, inqt, in pctõribus pacẽ pctõrũ intuẽs.) Attẽdi pctõres, vidi illos habere pacẽ. Quã pacem? Temporalem, fluxam, caducam atque terrenam, sed tamen talem qualem & à deo ego desyderabã. Vidi illos habere q̃ nõ seruiebant, deo quod ego desyderabam vt seruirem deo, & moti sunt pedes mei, & penè effusi sunt gressus mei. Quare autem hoc habent peccatores, dicit breuiter. Quia non est declinatio mortis eorum, & firmamentum in flagello eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.) Iam intellexi inquit, quare illi habent pacem & florent in terra, quia morti eorum non est declinatio. i. quia certa mors & æterna eis manet, quæ nec ulla declinat ab eis, nec ipsi declinare ab ea possunt. Quia non est declinatio mortis eorũ, & firmamentum in flagello eorũ. Et est firmamentum in flagello eorum. Non est.n. temporale flagellum eorum, sed firmum in sempiternum. Propter hæc ergo mala quæ illis æterna futura sunt, mõ quid? In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Numquid & ipse diabolus cum hoibus nõ flagellatur, cui tamen eternum suppliciũ præparatũ? Propterea q̃d hinc isti dũ non flagellantur, dũ non laborãt cũ hominibus? Ideo, inquit, obtinuit eos superbia.) Attende illos superbos indiscipli
natos, attende taurum deuotum victimæ, pmissum errare libere & vastare quæ ptest vsque ad diem occisionis. Iam bonum est fratres, in ipsius Prophetæ verbis audiamus

hunc quasi taurũ, de quo dixit. Sicut il
Psal.7. lum & alibi scriptura commemorat. Ducit eos tanq̃ ad victimam præparatos,& parcit eis ad malam libertatem, ideo dixit, Obtinuit eos superbia. Quid est obtinuit eos superbia? Circũamicti sunt iniquitate & im
G pietate sua.) Non dixit tecti, sed circũamicti, vndique coopti impietate sua. Merito miseri nec vident nec videnẽ quia circumamicti sunt, nec videntur interiora eorũ. Nam quisquis malorum homium; quasi fœlicem secundum tps interiora conspiceret, quisquis eorum videret truces conscientias, quisquis aias eorum posset inspicere, diuerberari tantis perturbationibus cupiditatũ & timorum, videret illos miseros & qñ fœlices vocantur. Sed qa circũamicti sunt iniquitate & impietate sua, nõ vident, sed nec videntur. Nouerat illos spũs, qui de illis ista dicit, & eo oculo tales debemus inspice
H quo scimus videre, si nobis auferatur ingẽs ab oculis impietatis. Videamus istos & cum fœlices sunt fugiamus, & cum fœlices sunt non imitemur, nec à dño deo nro talia nobis pro magno petamus, qualia accipere meruerunt qui illi nõ seruiũt. Aliud quiddam seruat, aliud desyderandum est. Quid sit autem, audite. Primo isti describuntur. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.) Vide si nõ taurus ille agnitus est. Audite fratres, Non qñocũque transeundum est, quod dixit, Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Sunt.n. mali sed macie mali, ideo mali, quia macri, id est, exiles exigũitate quadam necessitate affecti, & ipsi
I mali & dinandi. Ferenda est enim magis oĩs necessitas, q̃ perpetranda est aliqua iniquitas. Tñ aliud est de necessitate peccare, aliud in abundantia. Pauper mendicus furtum facit, ex macie processit iniquitas. Diues abũdans rebus tantis, quare diripit res alienas? Illius iniquitas ex macie, huius ex adipe processit. Ideo macro cum dicis, quare hoc fecisti, humiliter afflictus & abiectus, rñdet, Necessitas coegit me. Quare nõ timuisti deum? Egestas compulit. Dic diui tantus es qui possis dicere, vide si vel digna tur audire, vide si non etiam in teipso proiciet iniquitas ex adipe eius. Iam.n. præceptoribus & correptoribus suis inimicitias
K facient & fiunt inimici verum dicẽtibus iã fueti palpari verbis adulantiũ, aure molli corde nõ sano. Quis dicit diuiti, male feci-

sti rapiendo res alienas? Aut forte si aus is fuerit aliqs dicere, & talis est, cui non possit ille resistere, quid rñdet? Totũ in contẽptu dei loquit. Quare? Quia superbus est. Quare? Quia pinguis est. Quare? Quia deuotus ad victimã est. Prodijt quasi ex adi- I pe iniquitas eorũ. Trãsierũt i dispositionẽ cordis.) Ibi intus transierunt. Quid est trãsierunt? Prætergressi sunt viã. Quid est trãsierunt? Excesserunt metas humani gñis, hoies se pares cæteris non putant. Transierũt, inquã, metas humani generis. Q̃ñ dicis tali homini, frater tuus est iste pauper, eosdem parentes habuistis Adam & Euam: noli attẽdere tumorẽ tuum, noli attendere typhum tuum in quo eleuatus es: & si te circũstant familiç, & si numerosum; aurum & argentum, & si domus marmorata cõtinet, & si tecta laqueata contegunt, simul te & pauperem cõtegit tectũ mundi cœlum: sed diuersuses à paupere rebus non tuis, extrinsecus appositis. Te in illis vide, non illa in te. Attende teipm quis sis ad pauperem, teipsum, nõ quid habes. Quid.n. despicis fratrem? In uisceribus matrũ vestrarum ambo nudi fuistis. Certe et iam cum de ista vita exierit, & istæ carnes exuta anima fuerint putrefactæ dignoscantur ossa diuitis & pauperis. De cõditione loquor æquali, de ipsa sorte generis humani, in qua oẽs nascũtur Et diues cum hic sit & pauper non semper hic erunt: Et sicut diues venit diues, sic nec diues abscedit Idem ipse est vtriusq. introitus, & par exitus. Addo quod forte mutabitis vices. Iam vbique Euangelium præ K dicatur. Attende quendam pauperem ulcerosum qui iacebat añ ianuam diuitis, & cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: Attende illum parem tuum, Luc.16. qui induebatur purpura & byssо,& epulabatur quotidie splendide. Contigit nempe mori inopem illum & afferri ab angelis in sinu Abrahæ. Ille autem mortuus est & sepultus est, Nam illius forte sepulturam nemo curauit. Et cum apud inferos ille diues in tormentis esset, nonne eleuauit oculos suos & vidit in infinito gaudio eum quem contempsit ante ianuam suam, & digito eius aquæ stillam desyderauit, qui de mensa eius cadentes micas desyderauerat? Fratres labor ille pauperis quantus fuit? Delitiæ illæ diuitis quam longe fuerunt? Quod aũt mutauerũt, perpetuum est, Illius ergo quia non erat declinatio in morte, & firmamentum

mentū erat in flagello eius,in laboribus ho minum non fuit, & inter hoīes flagellatus non est.Ille aūt flagellatus hic,requit ibi,
Heb.12 quia flagellat oēm filiū quem recipit. Sed cui dicis ista?Epulanti splendide & induen ti se quotidie purpura & bysso. Cui dicis? Qui transiit in dispositionem cordis.Meri
L to sero dicturus,est, Mitte Lazarum dicat
Luc.16. vel fratribus meis, qū ei non cōceditur fru ctus pniæ.Non enim pœnitentia non dat, sed sempiterna erit pna,& nulla salus post pniam.Ergo isti transierunt in dispositio-nem cordis. Cogitauerūt & locuti sunt ma lignitatem)Sed loquuntur malignitatē ho mines,& cum timore.Isti autem qūo? Iniquitatem in altum locuti sunt.)Non solum locuti sunt iniquitatem,sed ēt clare audien-tibus omnibus,Ego facio,ego ostendo, sen-ties cum quo habes,viuere te nō sinā.Sup-be vel cogitares ea, non etiam effunderes, uel intra claustra cogitationis mala cupidi-tas coerceret, refrenares eam intra cogita-tionē suā.Quare? An forte macer est? Pro-diet quasi ex adipe iniquitas eorū.Iniquita-tem in altum locuti sunt.Posuerunt in cœ-lum os suum:hoc est,transiit super terram. Transeunt terrena omnia.Quid est terre-na omnia transire?Non se cogitat hominē
M subito mori posse,cum loquitur,quasi sem-per victurus minatur,Transcendit iniqui-tas cogitationis illius terrenam fragilitatē, nescit quali vase coopertus est,nescit quod
Ps.145. scriptum est in alio loco de talibus, Exiet spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eius.Sed isti diem vltimum suum non cogi tantes,loquuntur superbiam,& in cœlū po nunt os suum,& transcēdunt terrā. Si vlti-mum suum diem non cogitaret,id est,iudi cii sui vltimum diem latro missus in carce-rem,nihil illo esset immanius,& tū posset ef fugere.Quo fugis ne moriaris?Certus erit ille dies.Quid est diu qđ victurus es?Quā tum est diu quod habet finem, & si diu es-set?Huc accedit,quia non est diu, & incer-tum est ipsum quod dicit diu. Quare hoc non cogitat? Quia posuit in cœlum os suum,& lingua eius transiuit super terrā. Ideo reuertetur populus meus huc.)Iam ip se Asaph reuertetur huc, Vidit enim ista abundare iniquis, vidit superbis, redit ad deum,& incipit quærere & disputare.Sed quādo? Cum dies pleni inuenientur in eis. Quid est dies pleni?Cum autem uenit ple-
Gal.4 nitudo temporis misit deus filium suū. Ip-sa est plenitudo temporis quando venit ille temporalia docere contemni, non habere A magnum quicquid mali homines cupiunt, pati quicquid mali homines metuunt. Fa-ctus est via, reuocauit ad cogitationem in-timam, admonuit quid a deo quærendum esset.Et vide de qua cogitatione reuerbera-ta in se,& quodammodo reuocante fluctus impetus sui,transitur ad vera eligenda, Iō reuertetur populus meus huc, & dies ple-ni inuenientur in eis. Et dixerunt, Quo-modo sciuit deus,& si est scientia in altissi-mo?) Vide per quam cogitationem transe-unt. Ecce iniqui fœlices sunt, nō curat de-us res humanas.Vere scit quid agamus. Vi dete qnę dicuntur.Rogamus fratres,iam à Christianis non dicatur, quomodo sciuit deus,& si est scientia in altissimo?Vnde.n. tibi videtur non scire deum,& nō esse scie-tiam in altissimo? Respondet, Ecce ipsi pec-catores, & abundantes in seculo obtinue-runt diuitias,)Et peccatores sunt, & abun-dantes diuitias in seculo obtinuerunt.Cō-fessus est,quia ideo nolebat esse peccator ut hēret diuitias.Carnalia anima visibilibus re-bus & terrenis vendiderat iustitiam suam. Qualis iustitia, quę propter aurum habe-tur,quasi preciosius sit aurum quam ipsa iu stitia,aut cum quisquam negat res alienas, maius damnum patiatur cui negat,q̄ ille,q̄ B negat. Ille perdit vestem,iste fidem. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo ob tinuerunt diuitias.Inde ergo nescit deus,& inde non est scientia in altissimo. Et dixi,si ne causa iustificaui cor meum.) Quando seruio deo,& ista non habeo, non seruiunt illi,& his abundant, Ergo sine causa iustifi caui cor meum. Et laui inter innocen-tes manus meas,) Hoc sine causa feci. Vbi est merces bonæ vitæ meæ? Vbi est præ-mium seruitutis meæ? Bene viuo & egeo, & iniquus abundat. Et laui inter inno-centes manus meas. Et fui flagellatus to-ta die.) A me non recedunt flagella dei. Bene seruio & flagellor, non seruit & or-natur. Magnam quæstionem sibi fecit.Agi tatur anima,[transit anima] transitura ad contemnenda terrena, & concupiscenda æterna. Transitus est ipsius animæ in hac cogitatione, Vbi fluctuat in quadā tempe-

state,peruentura est ad portum, Et quomō
Galat. solet ægri, q̄ lenius ægrotant cum sanitas longe est,vicina sanitate plus æstuant. Ac-cessionem criticam medici uocant, per q̄ trāsitur ad sanitatē,Maior ibi æstus,sed du cens ad salutem:maior ibi ardor,sed uicina C refectio,Sic ergo & hic æstuat, Nā piculo sa verba sunt frēs,molesta, & pene blasphe mia,qūo sciuit deus,hoc est & pene?Non di xit nescīuit deus, non dixit, non est scia in altissimo:sed quasi q̄rens,hæsitans & dubi-tans,Hoc est quod ait pauloante,Penè effu si sunt gressus mei,Quomō sciuit deus, & est scia in altissimo? Non confirmat,sed ip-sa dubitatio periculosa est. Per periculum transit ad sanitatem. Audi iā sanitatē.Ergo in vanum iustificaui cor meū,& laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die. Et argutio mea in matutinū.) Ar gutio correptio est.Qui arguitur,corripit. Quid est in matutinum? Nō differtur. Dif ferur impiorū,mea nō differt.Illa sera uel nulla est,mea i matutinū. Et fui flagellatus tota die,& argutio mea in matutinum. Si dicebā narrabo sic.)Id est docebo sic. Qūo doctus es,quia non est scia in altissimo, quia nō scit deus? Hanc scientiā vis profer-re,q̄ sine causa iuste uiuūt q̄ iuste viuūt, quia perdidit homo iustus seruitutem suā, quia magis deus malis fauet,aut neminem curat?Hoc uis dicere, hoc vis narrare.Re-primit se authoritate cōpescente.Qua au-
D thoritate? Aliquando vult homo erumpi-pere in istam sniam, sed reuocatur scriptu-ris dicentibus,vt semper bene viuatur, di-centibus,quia deus curat res humanas, q̄a discernit inter pium & impiū. Ergo & iste volens iam istam proferre sententiam, re-uocat se. Et quid ait? Si dicebam narrabo sic,Ecce generationem filiorum tuorum re-probaui.) Reprobaui generationem filio-rum tuorum sic:si narrabo sic,generationē iustorum reprobabo.Sicut & quædam ha-bent ememplaria. Ecce generationem filio-rum tuorum cui concinui, id est,cui filio-rum tuorum concinui,Id est, cui congrui, cui accommodatus sum.Dissonui ab omni-bus si sic doceo. Concinit enim qui con-sonat,qui autem non consonat,non conci-nit.Aliud dicturus sum quam dixit Abra-ham, quam dixit Isaac, quam dixit Iacob, quam dixerunt Prophetæ. Illi enim om-nes dixerunt, quia curat deus res huma-nas,Ego dicturus sum,quia non curat?Ma-iorne in me prudētia,quam in illis, maior ue intellectus q̄ in illis?Saluberrima autho-ritas reuocauit cogitationem ab impietate, Sed quid sequitur?Si dicebam narrabo sic, ecce gnationem filiorū tuorum reprobaui. Ergo ne reprobaret, quid fecit? Et suscepi cognosere.) Suscepit cognoscere, deus illi asitvt cognoscat.Interim frēs,a magno lap-
E su reuocatur, qm̄ non se iā sciente psumit, sed suscepit cognoscere qđ nesciebat. Iā.n. volebat quasi sciēs videri, & prædicare nul lam deo esse curam de rebus humanis. Fa-cta est enim ista iniquorum nequissima & impia doctrina.Sciatis fratres multos dispu tare & dicere, quia deus res humanas non curat,quia casibus reguntur omnia, vel qa stellis subiectæ sunt voluntates nostræ, qa vnusquisq. non pro meritis agitur, sed ne-cessitate stellarū suarū.Doctrina mala, do-ctrina impia. In hæc iste ibat, cuius penè cōmoti sunt pedes,& cuius paulominus ef-fusi sunt gressus, In hunc ibat errorē. Sed dei. cap
quia non concinebat gnationi filiorū dei, 20. lib.
suscepit cognoscer,& dānauit sciam,in qua de Ciui.
iustis dei nō cōgruebat.Et quid dicit,audia 28:1in fi
mus,quia suscepit cognoscere & auditus est ne.
& didicit aliquid, & indicauit nobis.Et su-scepi in qt, cognoscere.Hoc labor est inqt, ante me.) Vere magnus labor cognoscere qūo & deus curet res humanas, & bene sit malis & laborent boni. Magna vis qōnis, Ideo hoc labor est ante me, Quasi stat mi- Psal.17.
hi in facie murus quidam, sed habes vocē F
Psalmi,In deo meo trāsgrediar murū. Hoc labor ē ante me.Verū dicis,Labor est ante me,sed ante deum non est labor. Fac te añ deum vbi non est labor, & nec tibi erit la-bor. Et fecit hoc,Non dicit,quandiu labor ante se. Donec introeā in sanctuarium dei, & intelligā in nouissima:) Magna res fra-tres. Tandiu laboro,inquit,& ante faciem meam laborem quendam quasi inextrica-bilem video, vt cognoscam quomodo & iu-stus sit deus, & res humanas curet,& non sit iniquus, q̄ peccantes & scelera facien-tes fœlicitatem habent in hac terra:Pij ve-ro & seruientes in tentationibus plerūque & in laboribus fatigantur.Magna difficul-tas est hoc scire,sed donec introeam in san-ctuarium dei. In sanctuario.n.dei quid ti-bi præstatur vt hanc soluas qōnem? Et in-telligam,inquit, in nouissima, non in præ-sentia.Ego,inqt de sanctuario dei itēdo ocu-lum in finem,presentia transgredior. To-

tum

tum hoc quod vocatur humanum genus, omnis ista massa mortalitatis vētura est ad examen, ventura est ad libram, appendent ibi opera hominum, Cuncta mō nubes inuoluit, sed deo cognita sunt merita singulorum. Et intelligam, inquit, in nouissima, sed non a me. nam ante me labor est. Vnde intelligam in nouissima? Intrem in sanctuarium dei. Vbi ergo intellexit, & vnde modo isti fœlices? Veruntamen propter dolositatem posuisti eis.) Quia dolosi sunt, id ē, fraudulenti, quia dolosi sunt, dolos patiuntur. Quid est hoc, quia fraudulenti sunt, fraudem patiuntur? Fraudem volunt facere generi humano in omnibus nequitiis suis, fraudem & ipsi patiuntur, vt terrena bona eligant, & relinquant æterna. Ergo fratres in eo quod fraudem faciunt, fraudem patiuntur. Quod iam dudum dixi, fratres, quale cor habet quis vt lucretur vestem & perdat fidem? Ille cui tulit vestē passus est fraudem, an iste qui tanto damno percutitur? Si preciosior est vestis quam fides, maiore damno ille afficitur. Si autē incomparabiliter fides excedit totum mundum, ille videbitur damnum vestis perpeti.

Mat.16 Huic autem dicitur, Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ aūt suæ dānum patiatur? Ergo q̄d illis contigit? Propter dolositatem posuisti eis. Deiecisti eos dum extollerentur.) Nō dixit deiecisti eos quia eleuati sunt, non quasi postea q̄ eleuati sunt deiecisti eos, sed in eo ipso quod eleuati sunt, deiecti sunt. Si. n. efferri iā cadere est, deiecisti eos dum extollerentur. Qūo facti sunt in desolationem subito?) Admiratur super eos, intelligens in nouissima. Defecerunt.) vere quomodo fumus, q̄ dum extollitur, deficit. Defecerunt. Qūo dicit defecerūt? Qūo qui intelligit in nouissima. Defecerunt. Perierunt propter iniquitatē suā, Velut somnum exurgentis.) Qūo defecerunt? Quomodo deficit somnum exurgentis. Fac hominem in somnis videre se inuenisse thesauros. diues est, sed donec euigilet. Veluti somnium exurgentis, sic defecerunt qūo somnium euigilātis. Quæritur igitur, & non est, nihil in manibus, nihil in lecto. Pauper dormierat, diues in somnis factus fuerat. Si non euigilasset, diues esset. Euigilauit, iuenit erumnam quam dimiserat dormiens. Et isti non inuenient miseriam quā sibi comparauerant? Cum euigilauerint de hac vita, transit illud quod quasi somno tenebatur, veluti somnium exurgentis. Et ne diceretur, Quid ergo? Parua tibi videt claritas eorum, parua tibi videtur pōpa corū, parui tibi videnī tituli, imagines, statuę, laudes, cunei clientum: Dñe, ait, in ciuitate tua imagines eorū ad nihilū rediges.) Itaq. frēs mei libere loquens de hoc loco, veluti vnde libet, quia q̄ vobis miscemur, magis vos ferimus, q̄ docemus in nomine Christi & in timore eius exhortor vos, vt quicū que ista nō habetis, non cupiatis: quicunq. habetis, nō in eis pſumatis. Ecce dixi vobis, non dico damnamini q̄a habetis, sed damnamini si de talibus pſumatis, Si de talibus pſumatis, si de talibus inflemini, si propter talia magnivobis videamini, si pp talia paueres non agnoscatis, si generis humani cō ditionem cōem pp excellentem uanitatem obliuiscamini. Tunc. n. deus necesse est retribuat in nouissimo, & in ciuitate sua imaginem talium ad nihilū redigat. Qui autē dies est, hoc modo sit quo præcepit Apostolus, Præcipe, inquit, diuitibus huius mūdi, non superbe sapere, neq. sperare in incerto diuitiarū suarū, sed in deo vno, qui pſtat omnia nobis abūdanter ad fruendū. Abiit lit superbiam diuitū, dat consiliū. Quasi dice rent, diuites sumus, superbire nos prohibes, iactare pompas diuitiarum nfarum vetas. Quid ergo facturi sumus de istis diuitijs? Vsqueadeo non est quod inde fiat? Diuites, inqt, sint in opibus bonis, facile tribuāt, cōmunicent. Et quid pdest hoc? Thesaurizent sibi fundamentū bonū in futurū, vt apprehendāt verā vitam. Vbi debent sibi thesaurizare? Quo misit iste oculū intrans in sanctuariū dei? Exhorrescāt oēs frēs nri & diuites, abundantes pecunia, auro, argento, familia, honoribus, exhorrescant quod modo dictum est, Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Non ne digni sunt hæc pati, ut deus in ciuitate sua imaginem eorum ad nihilum rediget, quia & ipsi in ciuitate sua terrena imaginē dei ad nihilum redegerunt? In ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Quia delectatum est cor meum) Dicit quibus rebus tentatur, quia delectatum est, hoc quit, cor meum. Et renes mei mutati sunt.) Quando me delectauerunt ꝓpalia ista, mutati sunt renes mei. Potest & sic intelligi, quia delectatum est cor meum in deum, & renes mei mutati sunt, id est libidines meæ mutatæ sunt, & castus totus factus sum. Renes mei mutati sunt. Et audi quō. Et ego ad nihilum redactus sum, & non cognoui.) Ego ille qui modo ista dico de diuitibus, aliqū talia desyderaui: ideo & ego ad nihilum redactus sum, quando penè effusi sunt gressus mei. Et ego ad nihilum redactus sum, & non cognoui. Non est ergo desperandum, & de illis in quos talia dicebam. Quid est non cognoui? Quasi peccatus sum ad te, & ego semper tecum.) Multū interest inter istū & alios. Iste quasi pecus factus est desyderando terrena, qñ recidit ad nihilū non cognouit æterna. Sed non recessit à deo suo, quia nō illa desyderauit à dæmonibus, à diabolo. Hoc. n. iam vobis cōmendaui. Vox est synagogæ, id est, illius populi qui nō seruiuit idolis. Pecus qđ factus sum, à deo meo terrena desyderans, sed nunq̄ recessi ab ipo deo meo. Quia ergo quis factus pecus, non recessi à deo meo, seq̄, Tenuisti manū dexteræ meæ.) Non dixit manū dexterā meā, sed manum dexteræ meæ. Si dexteræ manus est, manus est manū. Manū tenuisti dexteræ meæ, vt deduceres me. Quid posuit manū? Potestatē. Hoc. n. dicimus quē q̄ hre in manu quod habet in potestate, qūo dixit diabolus deo de Iob, Mitte manum tuā, & tolle quæ hēt. Quid est mitte manū tuam? Da potestatē. Manum dei, potestatem dei dixit: sicut scriptum est alio loco, Mors & vita in manibus linguæ. Nunq̄d lingua manus habet? Quid est in manibus linguæ? In ptāte linguæ. Quid est in potestate linguæ? Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo cōdēnaberis. Tenuisti ergo manū dexteræ meæ, potestatem dexteræ meæ. Quæ est dextera mea? Quia ego semp tecū. In sinistra habebam, quia pecus factus sum, id est, qa terrena in me fuit cōcupiscentia, Sed dextera mea erat, quia semp tecū eram. Huius dexteræ meæ manū tenuisti, id est potestatem rexisti. Quam potestatē? Dedisti eis potestatem filios dei fieri. Cœpit esse iam inter filios dei ad nouum testm pertinens. Vide qūo retenta est manus dexteræ eius. In voluntate tua deduxisti me.) Quid est in voluntate tua? Non meis meritis. Quid est in voluntate tua? Audi Apostolum, qui fuit pecus primo terrena desyderans, & secundū vetus testm viuens. Quid ait? Qui primo fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum. Quid est in voluntate tua? Gratia dei

sū id qd sum. Et cū gloria assumpsisti me.) Iam quod assumptus est, & in qua gloria eius quis explicat? Quis dicit? Expectemus hoc, quia in resurrectione erit, in nouissimis erit, Cum gloria assumpsisti me. Et cœpit cogitare fœlicitatem ipsam cœlestē, & arguere se, quia pecus fuit, & terrena desyderauit. Quid. n. mihi est in cęlo, & à te qd volui sup terram?) Ex voce vestra intellexisse vos video. Comparauit voluntati suæ terrenæ pmium cœleste quod acceptu- A
rus est, vidit quid ibi sibi seruaret, & cogi- In lib. de
tans & æstuans in cogitatione cuiusdam rei Ciui. dei
ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec au- ca. 25. in
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nō fine.
dixit illud, aut illud mihi est in cœlo: sed, 1. Co. 2.
quid mihi est in cœlo? Quid est illud quod habeo in cœlo? Quantum est? quale est? qd est? Et cum non transijt, quod habeo in cœlo à te, quid uolui sup terram? Seruas mihi tu, sed dicam vt possum, sed date veniam, Accipite conatū meum, deuotionem nitendi, nam explicandi nulla facultas est. Seruas, inquit, mihi tu in cœlo diuitias immortales te ipsum, & ego volui à te in terra qđ hūt & impij, quod habent & mali, quod habent & facinorosi, pecuniā, aurum & argētum, gemmas, familias, quod hūt & scelerati multi, qđ hūt multæ fęminę turpes, multi viri turpes. Hæc pro magno desyderaui à deo meo super terram, cum seruet se mihi in cęlo deus meus.) Quid. n. mihi est in cœlo? Oñdere habet ipsum quid? Et à te quid uolui super terram? Defecit cor meum & caro mea, deus cordis mei.) Hoc ergo mihi B
est in cœlo seruatum, Deus cordis mei. Et pars mea deus meus.) Quid est frēs? Inuenimus diuitias nras, eligat sibi partes genus humanum. Videamus hoies cupiditatum diuersitate dilāniari, Eligant alij militiam, alij aduocationem, alij diuersas variasque doctrinas, alij negociationem, alij agriculturam, Istas partes sibi faciant de rebus humanis, clamet populus dei, pars mea deus meus. Non ad tps pars mea sed pars mea Deus. In secula.) Aurum & si semper hēo, quid habeo? Deum si semper haberē, q̄ magnū bonum haberē. Huc accedit quia deus ipsum mihi pmittit, & id me in ęternū habiturū pmittit. Tm habeo, & nunq̄ nō hēo. Magna fœlicitas pars mea deus. Quandiu? In secula. Quomodo? Ecce vide qūo illum amauit. Fecit cor castum, Deus cordis mei, & pars mea deus in secula. Factum est

est cor castum,gratis iam amatur deus, Nõ ab illo petitur aliud præmium. Qui aliud præmium petit à deo, & ppea vult seruire deo, carius facit qđ vult accipere, q̃ ipsum à quo vult accipere. Quid ergo? Nullum præmium dei? Nullum præter ipsum. Præmium dei ipse deus est. Hoc amat,hoc diligit,si aliud dilexerit, non erit castus amor.

C Recedis ab igne immortali,frigescες, corrũperis. Noli recedere,corruptio tua erit,fornicatio tua erit. Iam iste redit,iam iste pœnitet,iam pniam iste elegit, iam dicit, pars mea deus. Et quo delectatur in ipso quem partem sibi elegit? Ecce qui longe se faciũt a te, peribunt,) Iste ergo recessit à deo, sed non longe,quia quasi pecus factus sum, inquit,& ego semper tecum. Illi vero lõge recesserunt,quia non solum terrena desyderauerunt,sed ea à demonibus & a diabolo petierunt. Qui longe se faciunt a te,peribunt. Et quid est,lõge à deo fieri? Perdidisti oẽm qui fornicatur abs te.) Huic fornicationi contrarius est amor castus. Quis est amor castus? Amat iam anima sponsum suũ. Qui ab illo quærit, ab sponso suo quem diligit? Forte quomodo sibi eligunt homines aut generos,aut sponsos fœminæ eligunt,Forte diuitias & aurum eius amat, & fundos, argentum,& pecuniam,& equos & familiã & cætera? Absit. Iste ipsum solum amat,gratis amat,quia in ipso habet omnia,quia per
Ioan.1. ipsum facta sunt omnia. Perdidisti, inquit, omnem qui fornicatur abs te. Tu autẽ qd facis? Mihi aũt adhærere deo bonum est.) Hoc est totum bonum. vultis amplius? D leo volentes. Fratres quid vultis amplius?
1.Co.15 Deo adhærere nihil est melius,qñ eum videbimus facie ad faciem. Modo ergo quid? Quia adhuc peregrinus loquor? Adhærere deo,inquit,bonum est,sed modo in peregrinatione, quia nondum venit res. Ponere in deo spem meam.) Quandiu ergo nondũ adhæsisti,ibi pone spem. Fluctuas,præmitte ad terram hanc ancoram, Nondum hæres per præsentiã,inhære per spem. Ponere in deum spem meam. Et quid hic agis ponens in deo spem tuam? Quod erit negociũ tuum nisi vt laudes quem diligis, & saties te cum coamatoribus eius? Ecce si amares aurigam, non raperes cæteros, vt tecũ amarent? Amator aurigæ quacunque transis loquitur de illo, vt cum illo cum ament & cæteri. Gratis amantur flagitio si homines, & à deo præmium quæritur ut amatur? Ama deũ gratis,nu lli inuideas deũ. Ra
Ibidem. sorte confirmatorum. Non enim oẽs qui
4. sunt ex Israel,hi sunt Israelitæ,sed in Isaac, inquit,vocabitur tibi semen: hoc est, nõ hi qui filij carnis,hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Sunt ergo qui dam Israelitæ, ex quibus erat ille de quo dictum est, Ecce vere Israelita in quo do-
Ioan.1. lus non est. Non sed m hoc dico,qđ & nos Israelitę sumus,quia & nos semen Abrahę G sumus. Gentibus quippe loquebatur Apo-
Gala.3. stolus cum diceret, Ergo Abrahæ semen estis sed m promissionem hæredes. Sed m hoc ergo oẽs Israelitæ qui sequimur vestri
Rom.4. gia fidei patris nostri Abrahæ. Sed illo mo do hic intelligamus Israelitarum vocẽ,quo dixit Apostolus, Nam & ego Israelita sum
Rom.9. ex semine Abrahę de tribu Beniamin. Hic ergo intelligamus quod Prophetæ dixerũt Reliquiæ saluæ fient. Reliquiarum itaque illætarum audiamus hic vocem, & loqua tur synagoga quæ acceperat vetus testm,& intenta erat in promissa carnalia,& ex hoc
Psal.72. factum est vt nutarent ei pedes. Nam & in alio quodam Psalmo, vbi titulus et habet Asaph, quid dicitur? Quam bonus Deus Israel rectis corde? Mei aũt penè commoti
Ibid. sunt pedes. Et quasi diceremus, vnde tibi cõmoti sunt pedes? Paulominus, inquit, effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Cum enim sed m promissa Dei ad uetus testm p timentia expectaret fœlicitatem terrenam, aduerterit eam abundare apud impios, in his rebus quas expectauerat a Deo pollere illos qui non colerent Deum: & tanq̃ sine causa Deo seruisset, nutauerũt pedes eius. Ibi enim dicit, Ecce ipsi peccatores & abũ dantes in seculo obtinuerunt diuitias. Nũquid in vano iustificaui cor meum? Videte quẽadmodum paulominus effusi sunt gressus eius, vt iam sibi dicat aia. Quæ vtilitas
Psal.72. quia seruio Deo? Ecce ille non seruit & fœlix est, ego seruio & laboro. Postremo puto, quia & ego fœlix sum, qñ & ille fœlix est qui non seruit: quare me putem ideo fœlicem esse quia seruio? Ille autem Psalmus cuius testimonium produxit,præcedit istũ quem nunc in manibus habemus. Opportune autem non ex nra, sed ex Dei dispen-
Psal.72. satione factum est, vt modo audiremus ex Euangelio, Quia lex per Moysen data est gratia,& veritas per Iesum Christum facta est. Si.n. discernimus duo testamenta, ve-

tus & nouum, non sunt eadem sacra, nec eadem promissa, eadem tñ pleraq. præcepta. Nam non occides, non mœchaberis, non furaberis, honora patrem & matrem, non falsum testimonium dixeris, non concupisces res proximi tui, & non cõcupisces vxorem proximi tui, & nobis præceptum est: & quisquis ea nõ obseruauerit, deuiat, nec oino dignus est qui accipere mereatur mõtem sanctum Dei, de quo dictum est, Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Innocens manibus & mundo corde. Hæc dicimus fratres charissimi, vt oẽs de nouo tostamento discatis, non inhærere terrenis rebus, sed cęlestia adipisci. Discussa ergo præcepta, aut oia eadẽ inueniunt, aut vix aliqua in Euãgelio quæ non dicta sint a Prophetis. Præcepta eadem, sacra non eadem, promissa nõ eadem. Videamus quare præcepta eadem, qa sed m hæc Deo seruire debemus, Sacra non eadem, quia alia sunt sacra dantia salutem, alia promittentia saluatorem. Sacra noui testamenti dant salutem, sacramenta veteris testamenti promiserunt saluatorẽ. Cum ergo iam teneas promissa, quid quæris promittentia saluatorem, iam habens? Hoc dico, teneas promissa, non quod iam acceperimus vitam æternam, sed quia iam venerit Christus qui per Prophetas prænunciabatur. Mutata sunt sacra, facta sunt faciliora, pauciora, salubriora, fęliciora Promissa quare non eadem? Quia promissa est Exod.3. terra Canaan, terra copiosa, fructuosa, affluens lacte & melle, promissum regnum terrale, promissa fœlicitas seculi, promissa fęcunditas filiorum, promissa subiectio inimicorum, Hæc oia ad terrenam fœlicitatẽ pertinent. Sed quare ipsa primo promitti oportebat? Quia nõ primo q̃ spiritale est, K
1.Co.15 sed quod aiale, postea, inquit, spiritale. Primus hõ de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis: qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes: sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem eius q̃ de cœlo est. Ad imaginẽ terreni pertinet vetus testm, ad imaginem cęlestis nouũ testm, Sed ne quisq̃ putaret ab alio fem esse hoiem terrenũ, ab alio cęlestem, ideo Deo oũdens se esse vtriusq. creatorem, & vtriusq. testamenti se esse voluit authorem, vt & terrena promittere in veteri testamento, & cœlestia in nouo testamento. Sed tandiu primus homo terrenus

es,quãdiu terrena sapis. Nunquid qm̃ puero dantur quædam puerilia ludicra,quibus puerilis animus auocetur,ꝓpea grandescẽtium non excutiuntur è manibus, vt aliquid iam vtilius tractet,quod grandem decet? Veruntamen tuipse dedisti filio tuo & nuces paruulo,& codicem grandi.Non ergo quia illa quasi ludicra puerorum, Deus per nouum testamentum excusit de manibus filiorum, vt aliquid vtilius daret grandescentibus,propterea priora illa non ipse dedisse putandus est. Ipse vtrunque dedit.

Ioan. 1. Sed lex ipsa per Moysen data est,gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Gratia,quia impletur per charitatem, quod per literam iubebatur: veritas,quia redditur q̃ promittebatur, Hoc ergo intellexit Asaph iste.Denique omnia quæ Iudæis promissa

Dan. 9. fuerant ablata sunt.Vbi est regnum eorũ? Vbi templum,vbi vnctio,vbi sacerdos,vbi iam apud illos Prophetæ? Ex quo venit q̃ per Prophetas prædicabatur in illa gente, iam nihil horum est,Iam perdidit terrena, & nondum quærit cœlestia.Inhærere ergo terrenis,quamuis ea Deus donet, non debes. Veruntamen nõ quia eis inhærere nõ debemus,alium ea dare, nisi Deum credere debemus:ipse ea dat,sed noli pro magno expectare ab eo bonum, quod dat & nõ bono. Nam si pro magno ea daret, malis ea non daret, Ideo aũt ea voluit dare & malis,vt discant boni aliud ab eo quærere, qđ non dat & malis. Illi aũt inhærentes terrenis miseri, & non de illo præsumentes qui fecit cœlum & terram,qui eis dedit & ipsa

Exo.14. terrena, qui eos ẽt tpaliter de Aegypti captiuitate liberauit,qui eos per diuisum mare duxit,qui eorum inimicos persequentes fluctibus obruit, non in illo pręsumentes

M qui daret vtique cœlestia grandibus, sicut

71. terrena paruulis dedit,timentes perdere q̃ acceperant,occiderunt qui dederat.Hæc dicimus fratres, vt oẽs de nouo testamẽto discatis non inhærere terrenis,Si enim illi in excusabiliter terrenis inhæserunt, quibus ipsum nouum testm̃ nondum fuerat reuelatum,quanto inexcusabilius terrena sectãtur, quibus iam promissa cœlestia in nouo testamẽto reuelata sunt? Nam recolite fratres mei quid dictum sit a persequentibus

Ioa.11. Christum, Si dimiserimus eũ, sic venient Romani & tollent nobis & locum & gentem. Videte quia timendo terrena perdere, regem cęli occiderunt. Et quid eis factum est? Perdiderunt etiam ipsa terrena,Et vbi occiderunt Christum,ibi occisi sunt.Et cũ terram nolentes perdere, datorem vitæ occiderunt, eãdem terram occisi perdiderũt. Et eo tpe quo illum occiderunt,eoipso tẽpore admonẽtur, quare ista perpessi sunt. Quando enim euersa est ciuitas Iudæorũ, eo

Iosephus de Iudaic. bello. pascha celebrabant,& in multis milibus hominum tota ipsa gens conuenerat ad illius festiuitatis celebrationem. Ibi Deus per malos quidem sed tũ ille bonus, per iniustos sed iustus & iuste ita in eos vindicauit,vt perimerentur multa milia hoũm,& ipsa ciuitas euerteretur. Hoc in isto Psalmo plangit intellectus Asaph,& in ipso plã ctu tanq̃ intellectus discernit terrenata cœlestibus,discernit vetus testm̃ a nouo testõ, vt videas per quæ transeas, quid expectes, quid relinquas,quibus hæreas.Sic ergo cœpit,Vt quid repulisti nos Deus in finem? Repulisti in finem, ex persona populi Iudęorum,& ex persona congregationis quæ proprie synagoga appellatur. Vt quid repulisti nos Deus in finem? non reprehendit sed quærit vt quid,quam ob rem, propter quid hoc fecisti? Quid fecisti? Repulisti nos in finem. Quid est in finem? Forte vsque in finẽ seculi. An repulisti nos in,Christo qui finis est omni credenti? Vt quid.n. repulisti nos deus in finem? Iratus est animus tuus super oues gregis tui.) Quare iratus es super oues gregis tui,nisi quia terrenis inhærebamus, & pastorem non agnoscebamus? Memento congregationis tuę, quam possedisti ab initio.) Nunquid ista potest esse vox gentium? Nunquid gentes possedit ab initio? Sed possedit semen Abrahæ populum Israel etiam secundum carnem natum de Patriarchis patribus nostris,quorum nos filij facti sumus,non veniendo de carne, sed imitando fidem. Illi aũt a deo possẽsi ab initio,quid eis cõtigit? Memento congregationis tuæ q̃ possedisti ab initio. Redemisti virgam hæreditatis tuę.) ipsam congregationem tuam virgam hæreditatis tuæ redemisti. Hac ipsam congregationem dixit virgam hæreditatis. Respiciamus ad factum primum, qũ voluit possidere ipsam congregationem liberans illam de Aegypto, ꝓ signum dederit Moysi cum diceret Moyses ei, Quod signũ dabo vt credat mihi qa tu me misisti? Et deus ait ad illum: Quid in manu tua portas? Virgã. Proijce illã in terrã. Et dimisit virgã in terrã,

terrã.& facta est serpens, & expauit Moyses,& fugit ab eo. Et ait illi dñs, Apprehende caudam eius. Et apprehendit, & reuersa est in statum suum virga facta, sicut antea virga erat. Quid significat? Non.n.frustra factum est. Interrogemus lras Dei. Quid

Exo.7. serpens persuasit homini? Mortem. Ergo

Mat.11. mors a serpente, Si mors a serpente, virga in serpente, Christus in morte. Ideo etiam cum a serpentibus in deserto mordentur & necarentur, præcepit dominus Moysi,vt serpentem æneum exaltaret

C in eremo,& admoneret populũ, vt q̃squis a serpente morsus esset,illum intueretur & sanaretur. Sic & fiebat: sic & hoies a venenis,morsi a serpentibus sanabantur intuendo serpentem. Sanari a serpente magnum facim. Quid est,intuendo serpentem sana

Ioa.4. ri a serpente? Credendo in mortuum,saluari morte. Et tñ expauit & fugit Moyses.

Luc.24. Quid est,ab illo serpente fugisse Moysen? Quid fratres, nisi quod scimus in Euangelio factum? Mortuus est Chrs, & expauerunt discipuli, & ab illa spe in qua fuerant

Luc.24. de caudam eius. Quid est caudam? Posteriora comprehende. Hoc significauit & illud,Posteriora mea videbis. Primo factus est serpens, sed cauda retenta facta virga. Primo occisus,postea resurrexit. Est etiam in cauda serpentis finis seculi, quia sic modo mortalitas Ecclesię ambulat: alij eunt, alij veniunt ꝓ mortem tanq̃ per serpentẽ, quia a serpente mors seminata est: sed in fine seculi, tanquam cauda redimus ad matrem Dei, & efficimur stabilitum regnum Dei,vt impleat in nobis, Redemisti virgã hæreditatis tuæ. Sed quia synagogæ vox

D est, Redemisti aũt virgã hæreditatis tuæ: magis apparet in gentibus: occulta autem ꝓpes Iudæorum, vel eorum qui futuri sunt vt credant, vel eorum qui eo tpe crediderunt,qũ misso spiritu sãcto,discipuli oĩum gentium linguis locuti sunt. Tunc.n.aliquot millia de Iudæis ipsis Christi crucifixoribus crediderunt: & quia prope inuentierant, ita crediderunt, vt oia quæ habebant venderent, & precia rerum suarum ante pedes Apostolorum ponerent. Quia ergo occultũ erat hoc, magisq̃. redemptio virgæ Dei clara futura erat in gẽtibus,eximit vnde dicat quod dixit, Redemisti virgam hæreditatis tuæ. Hoc dixit non de gentibus,in quibus manifestum est: Sed vn-

de? Monte Sion.) Ad hæc & mons Sion põt aliter intelligi? Istum: In quẽ habitasti in ipso:) Vbi erat populus ante,vbi institutum templum, vbi celebrata sacrificia, vbi oĩa illo tempore necessaria,Chrm promittentia. Promissio cum redditur res, iam fit superflua: nam anteq̃ reddatur quod promittitur, necessaria est ipsa promissio, ne promissum sibi obliuiscat cui promittit,& non expectando moriatur. Oportet ergo vt expectet, vt cum venerit accipiat: ideo non debet deserere promisionem. Propter hoc non deserebantur figuræ, vt veniente die,vmbræ tollerent̃. Montem Sion istum quem inhabitasti in ipso. Eleua manũ tuã E in superbiam eorum in finem.) Qũo nos repellebas in finem,sic eleua manum tuam in superbiam eorum in finem. Quorũ superbiam? A quibus euersa est Hierusalem. A quibus aũt,nisi a regibus gẽtium? Bene eleuata est manus eius in superbiam eorũ in finem: nam & ipsi iam Chrm cognouerunt. Finis.n.legis Christus ad iustitiã oĩ Ro. 10 credenti. Quam bene illis optat: quasi iratus loquitur,& maledicere videtur: & vtinam eueniat quod maledicit,imo iã in nomine Christi euenire gaudeamus. Iam tenentes sceptrum, subduntur ligno crucis: iam fit quod p̃dictum est, Adorabunt eum Psal.71 oẽs reges terræ, oẽs gentes seruient illi. Iã in frõtibus regum preciosius est signũ crucis, q̃ gemma diadematis. Eleua manum tuam in superbiã eorum in finem. Quanta maligne operatus est inimicus in sanctis tuis?) In his quæ sancta tua erant,id est, in tẽplo,in sacerdotio,in illis oĩbus sacris quę illo tempore fuerunt,quanta maligne operatus est inimicus? Reuera inimicus tunc operatus est. Gentes enim tunc quæ hoc fecerunt, Deos falsos colebant, simulachra adorabant,dæmonibus seruiebant: operati F sunt tamen multa mala in sanctis Dei. Quando possent, nisi permitterentur? Quando autem permitterentur, nisi iam gens sancta illa prima promissa non essent, cum ipse qui promiserat teneretur? Ergo quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis. Et gloriati sunt oẽs qui oderũt te.) Seruos attende dæmonum,seruos simulachrorũ, quales tũc gentes erant,qũ euerterunt templum & ciuitatem Dei. Et gloriati sunt: In medio solennitatis tuæ.) Mementote quod dixi tunc euersam esse Hierusalẽ,cũ ipsa solennitas ageret̃,in qua solẽ

niate dñm crucifixerunt. Congregati sæuierunt,congregati perierunt: Posuerunt signa sua signa & non cognouerunt.) Habebant signa sua quæ ibi ponerent, vexilla sua,aquilas suas,dracones suos, signa Romana,aut ẽt statuas suas, quas primo in tẽplo posuerunt, aut forte signa sua quæ audierant a vatibus dęmonum suorum,& nõ cognouerunt. Quid non cognouerunt? Ioã. 19. Quia non hꝛes in me potestatem, nisi tibi data esset desuper. Non cognouerunt, quia non ipsis honor delatus est, vt affligerent, vt caperent, vel euerterent ciuitatem, sed impietas eorum tanquam securis Dei facta est. Facti sunt instrumentum irati, non regnum placati. Facit hoc.n. Deus qđ plerũq. facit & homo. Aliqñ iratus homo apprehẽdit virgã iacentẽ in medio,fortasse qualecũque sarmentum,cędit inde filium suum,ac deinde ꝓijcit sarmentũ in ignẽ,& filio seruat hæreditatem. Sic aliqñ Deus ꝓ malos erudit bonos,& per tpale potentiã dánandorum, exercet disciplinã liberandorum. Quid enim? Putatis fratres, quia vere sic data est disciplina illi gẽti, vt omo periret? Quanti inde postea crediderunt,quãti adhuc crediturꝰ sunt? Alia est palea,aliud frumentum,super vtrunque tñ intrat tribula, sed sub vna tribula aliud cõminuitur,aliud purgatur. Quantum bonum ꝓstitit nobis Deus de malo Iudæ traditoris? De ipsa sæ

Nu. 21. uitia Iudæorum quantum bonum præstitũ est fidelibus gentibus? Occisus est Chꝛs, vt esset in cruce, qđ attenderet qui esset a serpente ꝓcussus. Sic ergo & isti forte a diuinis suis audierant,quia debuerunt ire ad Hierusalẽ,& capere eam, & cum cępissent atque euertissent eam,dixerunt sibi ꝙ a dęmonibus suis factum sit, posuerunt signa sua signa,& non cognouerunt. Quid non cognouerunt: Sicut in egressu desuper.)

H Quia nisi desuper egredereꝰ iussio, nunq̃ sæuientibus gentibus in Iudæorum populum talia liceꝛent. Sed egressum est desu ꝓ,

Dani. 9. qũo dicit Daniel a principio orationis suę, Egressus est sermo. Hoc & dñs ipsi Pilato instanti se,& ponenti signa sua signa,& nõ cognoscenti & dicenti ad Chꝛm, Mihi non respondes, nescis quia potestatem habeo occidendi te, & potestatem habeo dimittendi te? Et dñs ad instatum tanquam veficã

Ioã. 19. malatam pungens, Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi datum esset tibi desu ꝓ. Sic & hic posuerunt signa sua signa,& non cognouerunt. Qũo non cognouerunt? Sicut in egressu desuper. Qũo egressus factus fuerat desuper, vt hoc impleretur? Nũquid sic illi cognoscere potuerunt? Iam ꝓcurramus versus istos euersa Hierusalem, ꝓpꝛa quia & manifesti sunt,& nõ libet immorari nec in pœna inimicorum. Quasi in sylua lignorum securibus conciderunt tanuas, eius in idipsum, in dolabro & in fractorio deiecerunt eam.) Id est conspiranter, constanter in dolabro & fractorio deiecerunt eã. Incenderunt igni sanctuarium tuum, 4. Reg. polluerunt in terra tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorũ I inter se.) Quid dixerunt? Venite cõprimamus oẽs solennitates dñi de terra.) Dñi, ex persona huius interpositum est, id est, ex ꝓsona Asaph. Nõ.n. illi sæuientes dñm appellarent, cuius templum euertebant. Venite comprimamus oẽs solennitates dñi de terra. Quid Asaph? Quid itellectus Asaph in his? Quid? Non ꝓficit vel disciplina data? Mentis prauitas non corrigitur? Euersa sunt oꝛa quæ primo erant: nusquam sacerdos, nusquam leuita Iudæorum, nusquam victima, nusquã templũ. Ergo nihil aliud cognoscendum est. nisi qđ huic decedenti succesꝰit. Aut vero hoc ꝓmissum signum non auferreꝰ, nisi ueniſſet qđ promittebaꝰ. Videamus ergo hoc modo intellectũ Asaph, videamus si ꝓficit ex tribulatione. Attendite quid dicat: Signa nꝛa vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscet adhuc.) Ecce isti Iudæi qui se dũt non agnosci adhuc, id est, in captiuitate adhuc se esse, nõdum se liberari, expectant adhuc Christum. Venturus est Christus, sed veniet vt iudex: Primo vocator, postea discretor veniet, quia venit, & eum venturũ esse manifestum est: sed iã desuper veniet. Ante K te erat o Israel: quassatus es, quia offendisti in iacentem: ne conteraris obserua desu per venientem, ita.n. prædictum est ꝓ Prophetam, Quisquis offenderit in lapidem il Luc. 20. lum, conquassabitur, & super quem venerit conteret eum. Conquassat paruos, conteret magnos. Iam signa tua non vides, nõ est Propheta, & dicis: Et nos non cognoscet adhuc, quia vos non agnoscitis adhuc. Iam non est Propheta, & nos non cognoscet adhuc. Vsquequo Deus exprobrabit inimicus? Clamas quasi derelictus, quasi desertus clamas tanquam æger qui medicum cædere, q̃ curari maluisti: nõ te agno-

Ecclus. scit adhuc. Etenim quibus non est annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent, & tu adhuc clamas, iã non est Propheta, & nos non cognoscet adhuc? Vbi est itellectus tuus? Irritat aduersarius nomẽ tuum in finem. Ad hoc irritat aduersarius nomen tu um in finem, vt iratus corripias, corripiens cognoscas in finẽ, aut certe in finem vsque ad finem. Vsque ad quẽ finem? Quousque cognoscas, quousq; clames, quousque apprehensa cauda redeatur ad regnum. Vt quid auertis manum tuã, & dexterã tuã, de medio sinu tuo in finem?) Iterum aliud signum quod datũ est Moy- L si. Quo.n. superius de virga signum, ita & Exod. 4. de dextera. Cum.n illud tactũ esset de virga, dedit Deus alterum signum, Mitte, inquit, manum tuã in sinum tuũ, & misit: ꝓduce eã, & ꝓduxit, & inuenta est alba, id est imunda. Albor.n. in cute lepra est, non candor. Ipsa.n. hæreditas Dei, id est, populus eius foras ab eo missus, imundus factus est. Sed quid illi ait? Reuoca cã in sinum tuũ: reuocauit, & reuersa est ad colorem suum. Qũ hoc facis ait Asaph iste? Quousque dexteram tuam alienas a sinu tuo, vt foris immunda remaneat? Reuoca eã, redeat ad colorem, agnoscat saluatorẽ: vt quid auertis manum tuã, & dexteram tuã de medio sinu tuo in finem? Hæc clamat cęcus non M intelligens, & hoc Deus facit quod facit. Quare.n. venit Chꝛs? Cæcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gentium intraret, & sic ois Israel saluus fieret. Ergo iam Asaph agnosce quod præcesserit, vt vel seroris si ꝓcedere non potuisti. Non.n. frustra venit Christus, aut frustra occisus est Christus, aut frustra granum cecidit in terram, nisi vt multipliciter surgeret. Exalta- Ioan. 12. tus est serpens in cremo, vt percussos a veneno sanaret. Attende quod factum est, no putare vacare quod venit, ne te malum inueniat cum iterum venerit. Intellexit Asaph, quia in titulo Psalmi intellectus Asaph: Et quid ait? Deus aũt rex nꝛ ante secula, operatus est salutẽ in medio terræ.) Hæc nos clamamus, Iam non est Propheta, & nos non cognoscet adhuc. Hæc autẽ Deus nꝛ, rex noster, qui est ante secula, operatus est salutem in medio terræ: quia ipse est in principio verbum, per quod facta sunt secula, operatus est salutem in medio terræ. Deus ergo rex nꝛ ante secula, quod fecit? Operatus est salutem in medio terræ, & ego adhuc clamo quasi desertus? Ille operatur salutẽ in medio terræ, & ego remansi terra? Intellexit Asaph bene, quia intellectus est Asaph. Quare enim ista, aut qualem salutem operatus est Christus, nisi vt discerent homines æterna desyderare, non semper temporalibus inhærere? Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. Dum nos clamamus, Vsquequo dñe exprobrabit inimicus in finem, vsquequo irritat aduersarius, vsquequo manum tuam auertis a sinu tuo: cum hæc dicimus, Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutẽ in medio terræ, & nos dormimus. Iam vigilant A gentes, & nos stertimus, & tanquam nos deus deseruerit, in somnis delyramus. Operatus est salutem in medio terræ. Iam ergo Asaph corrigere ad intellectum, dic nobis qualem salutem operatus est Deus in medio terræ: cũ illa terrena vestra salus euersa est, quid fecit? Quid promisit? Tu confirmasti in virtute tua mare.) Tanquam gentem Iudæorum velut aridam a fluctibus seꝛ paratam. Mare in amaritudine sua gentes erant, terram illam vndique circũfluebãt: ecce confirmasti in virtute tua mare, & remansit terra sitiens imbrem tuum. Tu confirmasti in virtute tua mare. Cõtriuisti capita draconum in aqua.) Draconum capita, dęmoniorum superbias a quibus gentes possidebantur contriuisti super aquã, quia eos quos possidebant tu per baptismum liberasti. Quid adhuc post capita draconũ? Illi enim dracones habent principẽ suum, & ipse primus est magnus draco. Et de illo quid fecit qui operatus est salutẽ in medio terræ? Audi. Tu confregisti caput draconis.) Cuius draconis? Intelligimus dracones omnia dæmonia sub diabolo militantia. Quem ergo singularem draconem cuius caput contractum est, nisi ipsum diabolum intelligere debemus? Quid de illo fecit? Tu confregisti caput draconis. Illud B est initium peccati, caput illud est quod accepit maledictum, vt semen Euæ obseruaret caput serpentis. Admonita est enim Ec Gene. 3. clesia initium peccati deuitare. Quod est initium peccati? Tanquã caput serpentis, Eccl. 10. initium omnis peccati superbia. Contractũ est ergo caput draconis, confracta est superbia diabolica. Et quid de illo fecit qui operatus est salutem in medio terræ? Dedisti eum in escam populis Aethiopibus.)

Quid est hoc? Quomodo intelligo populos Aethiopes? Quo, nisi per oes gentes? Et bene per nigros. Aethiopes enim nigri sunt. Ipsi vocantur ad fidem qui nigri fuerunt, ipsi prius, vt dicatur eis, Fuistis enim aliqñ tenebræ, nunc autem lux in dño. Ipsi prorsus vocantur nigri, sed ne remaneant nigri: de his.n.fit Ecclesia cui dicit, Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Quid.n.de nigra factum est, nisi quod dictum est, Nigra sum & speciosa? Et quo acceperunt isti in escam draconem istum? Puto quia magis Christū acceperunt in escam: sed Christum quo se consummarent, diabolū quē consumerent, Nā & vnde vitulus ille quē adorauit populus infidelis & apostata, quærens deos Aegyptiorum, dimittens eū qui liberauit de seruitute Aegyptiorum? Vnde agitatum est illud magnum sacramētū? Cum enim sic irasceretur Moyses colentibus & adorantibus idolum, & zelo Dei inflammatus vindicaret tpaliter, vt a morte sempiterna deuitanda terreret, tū ipsum caput vituli in ignem misit & exterminauit, cōminuit, in aquam sparsit, dedit populo bibere: sic factum est magnum sacramētum. O ira prophetica & animus non turbatus sed illuminatus, Quid egit? Mitte in ignem vt forma ipsa prius confundatur, minutatim cōminue vt paulatim consumatur: Mitte in aquā, da populo bibere. Quid est hoc, nisi quia adoratores diaboli corpus ipsius facti erant, quo agnoscentes Christū fiunt corpus Christi vt eis dicatur, Vos autem estis corpus Christi & membra? Corpus diaboli consumendum erat, & hoc ab Israelitis consumendum. Ex illo.n.populo Apostoli, ex illo prima Ecclesia: Et dictū erat Petro de gentibus, Macta & manduca. Quid est macta & manduca? Occide qđ sunt, & fac quod es. Hac macta & manduca, hac cōminue & bibe, vtrunque tñ in eodem sacramento, quia oportebat vtique, & sine dubitatione oportebat, vt corpus quod erat diaboli, credendo trāsiret in corpus Christi: sic diabolus consumitur amissis membris suis. Hoc figuratum est & in serpente Moysi. Nam fecerunt magi similiter, proiectisque virgis suis exhibuerunt dracones: sed draco Moysi omnium illorum magorum virgas absorbuit. Intelligatur ergo & modo corpus diaboli: hoc sit, deuoratur a gentibus quæ crediderunt, factus est esca populis Aethiopibus. Illud quoq. intelligi potest, Dedisti eum escam populis Aethiopibus, quia nunc eum oes mordent. Quid est mordent? Reprehendendo, culpando, accusando. Quo dictum est in prohibitione quidem, sed tū expressum, Si autem mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini. Quid est, mordetis & comeditis inuicem? Litigatis inuicem, detrahitis inuicem, opprobria obijcitis inuicem. Attendite ergo nunc his morsibus consumi diabolū. Quid non iratus seruo suo etiam paganus dicat illi satanæ? Vide diabolum datum in escā. Hoc dicit Christianus, hoc dicit Iudæus, hoc dicit Paganus ipsum adorat, & de ipso maledicit. Videamus ergo reliqua fratres, & obsecro intendite, cum magna voluptate audiuntur, quia audita etiam in orbe terrarum cognoscuntur. Hæc quando dicebantur, non fuerunt, quia tunc promittebantur, non reddebantur: nunc vero quia voluptate afficimur, cum ea quæ prædicta legimus in libro, compleri videmus in mundo, videamus quid fecerit, quem iam intellexit Asaph, qui operatus est salutem in medio terræ. Tu disrupisti fontes & torrentes:) Vt manarent liquorem sapientiæ, vt manarent diuitias fidei, vt irrigarent fallitatem gentium, ut oēs in fideles in fidei duitatem cōuerterent, disrupisti fontes & torrentes. Forte discretum est, forte vnū est, quia fontes tam largi fuerūt vt flumina facerent: Tu disrupisti fontes & torrentes. Si autem ad discretionem, in alijs sit verbum Dei fons aquæ salientis in vitam æternam: alij autem audientes verbum, & non sic habentes vt bene viuant, tamen non tacentes lingua torrentes fiunt. Torrentes enim dicuntur proprie q̄ non sunt perennes: nam aliqñ & translate dicitur torrens pro fluuio: sicut dictū est. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potabis eos. Non enim ille torrens aliqñ siccabitur; sed torrentes proprie dicuntur fluuij qui æstate deficiunt, aquis autem hyemalibus inundantur & currunt. Vides ergo hominem bene fidelem perseueraturum vsq. in finem, non relicturum Deum in tentatione omni, pro veritate, non pro falsitate & errore omnes molestias sustinentem. Hic Ioan. 4. vnde sic viget, nisi quia verbum factū est in eo fons aquæ salientis in vitā æternam? Alius aūt accipit verbum, prædicat, non tacet, currit: sed æstas probat fontem aut torrentem; tū ex vtroq. rigat terra ab eo qui operatus est salutem in medio terræ. Exundent fontes & torrentes. Tu dirupisti fontes & torrētes. Tu siccasti fluuios Ethan.) Hæc rumpit fontes & torrentas, hac siccat fluuios Ethan, vt inde currant aquæ: Et q̄ aquæ sicceni? Fluuios, inquit, Ethan. Quid est Ethan? Verbum.n.Hæbreū est, Quid interpretat Ethan? Fortis, robustus. Quis est iste fortis & robustus, cuius fluuios siccat Deus? Quis, nisi ille ipse draco? Nemo enim intrat in domū fortis vt vasa illius diripiat, nisi prius alligauerit fortē. Ipse n.est fortis de virtute sua præsumens & Deum deferens: ipse est fortis, qui ait, Ponam sedē meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. De ipso calice peruersæ fortitudinis homini propinauit. Fortes esse voluerunt qui se Deos futuros de cibo vetito credide runt. Factus est Adam fortis cū audiret, Ecce factus est Adā quasi vnus ex nobis. Fortes & Iudæi de iustitia sua præsumentes: Ignorantes.n.Dei iustitiā, & suā quærentes constituere iustitiam, tanq̄ fortes iustitiæ Dei non sunt subiecti. Videte hominē digessisse fortitudinem suam, & remansisse infirmum, inopem, longe stantem, nec oculos suos ad cœlos leuare audentem, sed percutientem pectus suum, & dicentem, Dñe propitius esto mihi peccatori. Iam infirmus est, iam infirmitatē confitetur, non est fortis: arida terra est, riget fontibus & torrentibus. Illi adhuc fortes sunt qui de virtute sua præsumunt: Siccent flumina eorū, nō proficient doctrinæ gentium, haruspicum, mathematicorum, magicæ artes, qm̄ siccati sunt fluuij fortes. Tu siccasti fluuios Ethā. Arescat illa doctrina, inundentur mentes Euangelio veritatis. Tuus est dies, & tua est nox.) Quis hoc ignorat qñ ipse fecit hæc oia, quia per verbum facta sunt oia? Ille ipse qui operatus est salutē in medio terræ, illi dicitur, Tuus est dies, & tua est nox. Aliquid hic intelligere debemus quod per hoc tineat ad ipsam salutem, quam operatus est Deus in medio terræ, Tuus est dies. Qui sunt isti? Spiritales. Et tua est nox. Qui sūt isti? Carnales, Tuus est dies, & tua ē nox. Loquant spiritales spiritalia spiritalibus: dictum est.n. Spiritalibus spiritalia compantes, Sapientiam loquimur inter perfectos. Nondum capiunt istam sapientiam carnales, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Ergo cū spiritales spiritalibus loquunt̄, Dies diei eructat verbum. Cum vero & ipsi carnales nō tacent fidem crucifixi Christi, quam possunt capere parui, nox nocti annunciat sciētiam. Tuus est dies, & tua est nox: ad te ptinent spiritales, ad te ptinent carnales. Illos illustras incōmutabili sapientia & veritate, illos consolaris carnis manifestatione, tanq̄ luna cōsolans noctem: Tuus est dies, & tua est nox. Vis audire diem? Vide si capis, erige quātum potes mentem tuam. Videamus si pertines ad diem, iam videamus. Si non palpitat aspectus tuus, potes videre quod audisti modo ex Euangelio, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū. Non nosti.n.tu cogitare verba nisi quę sonāt & transeunt. Potes iam capere verbum, non sonum, sed Deum? An nō ibi audisti, & Deus erat verbum? Sed tu ista verba cogitas, Omnia p ipsum facta sunt: & p ipsum facti sunt, & qui verba faciunt. Quale ergo illud verbum est? Capis, o carnalis? Rūde, Capis? Non capis, adhuc ad noctem pertines, luna tibi necessaria est ne in tenebris moriaris. Etenim quidam peccatores intenderūt arcum vt sagittarēt in obscura luna rectos corde. Obscurata est.n.caro Christi de cruce deposita, & in sepulchro posita: & illi q̄ occiderunt insultauerunt, & nondum resurrexerat, & sagittati sunt discipuli recti corde, sed in obscura luna. Ergo vt non solum dies diei eructat verbum, sed etiā nox nocti annunciet sciētiam: qm̄ tuus est dies, & tua est nox: dignare descendere, manere apud eum a quo descendis, sed venire ad quos descendis. Dignare descēdere qui in hoc mundo eras, & mundus p te factus est, & mundus te nō cognouit. Habeat & nox consolationem suam: habeat, inquit, ververbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tuus est dies, & tua est nox. Tu perfecisti solem & lunam:) Solem spiritalē, lunā carnales: adhuc carnalis est, non desperatur, & ipse perficiatur. Tu perfecisti solem & lunam: solem tanquam sapientem: lunam tanquam insipientem, non tamen deseruisti: nam ita scriptum est, Sapiens permanet sicut sol, stultus autem sicut luna mutatur. Quid ergo? quia sol permanet. i. sapiens permanet sicut sol, stultus sicut luna mutatur: adhuc carnalis, adhuc insipiens deserendus est? Et vbi est, quod

Exo.32.
Ephe.5.
Cant.1.
Act.10.
Exod.4.
Psa.18.
Ioan.1.
Psal.10.
Mat.27.
Esa.18.
Ecc.27.
Rom.1.

dictum est ab Apostolo,Sapientibus & insipientibus debitor sum? Tu perfecisti solē & lunam. Tu fecisti omnes terminos terræ.) Nonne & antea quam fundauit terrā? Sed qūo fecit terminos terræ,qui operatus est salutem in medio terræ? Qūo, nisi qūo
Ephe.2. dicit Apostolus, Gratia aūt salui facti sumus,& hoc non ex nobis, sed Dei donum est, non ex operibus ne forte quis extollatur? Ergo nō erant opera bona? Erant. Sed
Ibidem. quomodo? Gratia Dei. Sequere, videamus: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis: Ecce qūo fecit terminos terræ, qui operatus est salutem in medio terræ. Tu fecisti omnes terminos terrę: Aestatem & ver tu fecisti ea.) Feruentes spiritu æstas est: Tu, inquam, fecisti spiritu feruentes, tu fecisti & nouellos in fide, ver est, Aestatem & ver tu fecisti
L ea: non glorientur quasi non acceperint, tu fecisti ea. Memor esto huius creaturę tuę.) Cuius creaturę tuę? Inimicus exprobrauit dño.) O Asaph dole in intellectu pristinā cęcitatem tuam, inimicus exprobrauit do
Ioan.6. mino: dictum est Christo in gente sua, Pec cator est iste, non nouimus vnde sit, Nos Moysen nouimus: Illi locutus est Deus, iste Samaritanus est. Inimicus exprobrauit dño: Et populus imprudens exacerbauit nomen tuum.) Populus imprudens tunc Asaph, sed non intellectus Asaph tūc.
Psal.72. Quid dicitur in superiore psalmo? Quasi pecus factus sum a te, & ego semper tecum: quia non iui ad deos & idola gentiū. Et si non cognouit vt pecus, tamen recognouit vt homo: dixit enim semper tecum quasi pecus. Et quid postea in ipso psalmo
Ibidem. vbi Asaph? Tenuisti manum dexterę męę, in voluntate tua deduxisti me,& cum gloria assumpsisti me. In voluntate tua, nō in iustitia mea, dono tuo, non opere meo. Ergo & hic inimicus exprobrauit dño, & populus imprudens exacerbauit nomen tuū.
Ro.11. Omnes ergo perierunt? Absit. Et si aliqui
M ex ramis fracti sunt, manent tamen aliqui quo inseretur oleaster, & radix manet, & ex ipsis ramis per infidelitatem fractis, reuocati sunt quidam per fidem. Nam & ipse Apostolus Paulus per infidelitatem fractus erat,& per fidem radici restitutus est. Ita plane populus iprudēs exacerbauit no
Mat.27. men tuum, quando dictum est, Si filius dei est, descendat de cruce. Sed quid tu Asaph iā in intellectu? Ne tradideris bestijs aiam confitentem tibi.) Agnosco, inquit, Asaph, quia sicut in alio Psalmo dicitur, Peccatū Psal.50.
meum cognoui, & facinus meū non operui. Quare? Quia locutus est Petrus mirā tibus linguas Israelitis, quoniam ipsi occiderūt Christum, cum propter illos missus sit Christus. Hoc audito compuncti sunt corde,& dixerunt ad Apostolos: Quid ergo faciemus? Dicite nobis: & apostoli, Agi- Actor.
te pēnitentiam,& baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi & dimittentur vobis peccata vestra. Quia ergo per pœnitentiam confessio facta est: ne tradideris bestijs animam confitentem Psal.73.
tibi. Quare confitentem tibi? Quia conuersus sum in erumna dum configitur spina. Compuncti sunt corde,& facti sunt erū nosi pēnitendo, qui fuerant glorioſi sæuien A do. Ne tradideris bestijs animam confiten psal.76.
tem tibi. Quibus bestijs, nisi quarum capi ta contrita sunt super aquam? Quia dictus est bestia leo & draco ipse diabolus. Noli, inquit, dare diabolo & angelis eius animā Genes.3
confitentem tibi. Deuoret serpens si adhuc terrena sapio, si terrena desydero, si adhuc in promissis veteris testamenti nouo re uelato remaneo. Cum autem iam depo suerim superbiam, & iustitiam meam non agnoscam sed gratiam tuam, non habeant in me superbæ bestiæ potestatem. Ne tradideris bestijs animam confitentem tibi. Animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.) Diuites eramus, fortes eramus, sed siccasti fluuios Ethan. Iam modo non constituimus iustitiam nostram, sed agnoscimus gratiam tuam. Pauperes sumus, exaudi mendicos tuos. Iam oculos nō audemus ad cœlum leuare, sed percutientes pectus nostrum dicimus, Domine propitius esto mihi peccatori. Animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum.) Redde quod promisisti, tabulas tenemus, hæreditatem expectamus. Respice in testamentum tuum, non illud vetus: non propter terram B Canaan rogo, non propter inimicorum temporalem subiectionem, non propter horum carnalem fœcunditatem, non propter diuitias terrenas, non pp salutem tpalem. Respice in testamentum tuum, quo promisisti regnum cœlorum. Iam agnosco testm tuum, iā intellectus est Asaph, nō est pecus Asaph, iam videt quod dictū est, Ec- Hie.31.
ce dies veniūt dicit dominus, & cōsumma-
bo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum Hier.31.
quod disposui patribus eorum. Respice in testamentum tuum. Qūm repleti sunt q ob scurati sunt terrę domorū iniquarū:) Quia corda habebant iniqua. Domus nostræ cor
Mat.5. da nostra: ibi libenter habitant beati mun
Psal.9. do corde, quoniam ipsi deum videbunt. Respice ergo in testamentum tuum, & reliqę
Psal.1. saluæ fiant, quia multi qui attendunt ad ter ram, obscurati sunt & repleti sunt terra. In
Psal.9. trauit in oculos eorum puluis & excæcauit eos, & facti sunt puluis quem proijcit ventus a facie terrę, Repleti sunt qui obscurati sunt terræ domorum iniquarum. Attē
Psal.9. dendo.n.terram obscurati sunt, de quibus dictum est in alio Psalmo, Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum C semper incurua. Terra ergo repleti sunt q obscurati sunt terræ domorum iniquarum, quia corda habēt iniqua. Domus.n.nostræ sicut supra diximus, corda nostra sunt: ibi li benter habitabimus, si ea ab iniquitate mūdemus. Ibi est mala cōscięti& q inde repellit homine, quo iubetur ire portans grabatū
Ioan.5. suū, cui peccata dimissa sunt, dicente domino, Tolle grabatū tuū, & vade in domum tuam. Porta carnē tuā, & intra ad sanatam conscientiam, quoniam repleti sunt qui ob scurati sunt terræ domorum iniquarū. Ob scurati sunt, repleti sunt terra. Illi obscurati qui sunt? Qui corda iniqua habent. Reddet illis dominus secundum cor suum. Ne re
Psal.9. uertatur humilis confusus.) Illos enim sup men tuum.) Videtis fratres q̄ debeat dulcis esse paupertas, videtis pauperes & inopes p
Mat.5. tinere ad deum, sed pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Qui sunt pauperes spiritu? Humiles, trementes verba dei, confitentes peccata sua, non de suis meritis, nec de sua iustitia præsumentes. Qui sunt pauperes spiritu? Qui quando faciunt aliquid boni, deum laudant: quoniam mali, se accusant. Super quem requiescet spiritus meus, ait Propheta, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea. Iam ergo Asaph intellexit, iam terræ non hæret, iam promissa terrena ex veteri testamento non expetit: mendicus tuus factus est, pauper tuus factus est, fluuios tuos sitit, quia sui siccati sunt. Quia ergo talis factus est, non fraudetur spe.
Psal.87. Quæsiui manibus nocte coram te, non

decipiatur, Ne auertatur humilis confusus, egenus & inops laudabunt nomen tuum. Confitentes peccata sua laudabunt nomen tuum, desyderantes æterna promissa tua, laudabunt nomen tuū: non de tpalibus turgidi, non de propria iustitia in superbiā eleuati & inflati. Nō ipsi: sed qui? Egenus & inops laudabunt nomen tuū. Exurge dñe iudica cām meam. (Desertus enim videor, q a nondū accepi quod promisisti, & factæ sunt Psal.41.
mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Et quia non possum ostendere deum meum, quasi inane sequor: Insultatur mihi, nec Paganus tantum, vel Iudęus, uel hęreticus, sed aliquando frater ipse catholicus torquet os, quando promissa dei prędicantur, qū futura resurrectio prænunciatur. Et adhuc ipse q̄uis iā tinctus aqua salutis æternæ portans E
sacramentū Chri, forsitan dicit. Quis huc resurrexit? &, Non audiui patrem meū de sepulchro loquentem, ex quo eum sepeliui. Deus dedit legem ad tps seruis suis, ad qđ se auocarent, nam quis redit ab inferis? Et quid faciam talibus? Oſidam quod non vident? Non possum: non enim propter illos deus visibilis debet fieri. Iam id agant si placet, ita faciant, ita conentur, quia ipsi nolūt conuerti in melius, deum conuertunt in peius. Videat qui potest, credat qui non pōt, esse deum. Et si videt qui potest, nunquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Non enim solem & lunam volebat ostendere qui dicebat, Beati mundo corde, quo- Matt.5
niam ipsi deum videbunt. Immundum autem cor nec ad fidem idoneum, vt quod nō potest videre credat. Non uideo, inquit, q̄d crediturus sum? Anima enim tua videtur? Vt opinor stulte, corpus tuum videtur, animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solum videatur, quare non sepeliris? Miratur quia dixi si corpus tantum videtur, quare non sepeliris: Et respondet, sapit enim adhuc quia viuo. Vnde scio quia viuis, cuius animam non video? Vnde scio? Respondebis, quia loquor, quia ambulo, F
quia operor. Stulte ex operibus corporis agnosco viuentem, ex operibus creaturæ non potes agnoscere creatorem? Et forte quis dicit, Cum mortuus fuero, postea nihil ero. Et literas didicit, & ab Epicuro didicit hoc, nescio quo delyro philosopho, vel potius amatore vanitatis non sapientiæ, quem ipsi etiam philosophi porcum
nomi-

nominauerunt, quia voluptatem corporis summum bonum dixit: hunc philosophum porcum nominauerunt volutans in cœno carnali. Ab illo forte didicit Iras iste literatus dicere: non ero posteaquã mortuus fuero. Siccentur flumina Ethan, pereãt doctrinæ istę gẽtium, pullulẽt vireta Hierusalem, videant quod poterunt, credant corde quod videre non possunt. Certe ista oia q̃ per mundum modo videntur, quando operabatur deus salutem in medio terræ, cum ista dicebantur nondum erant: & ecce tunc prædicta sunt, nunc impleta mõstrantur, & adhuc dicit stultus i corde suo, nõ est deus,

Psal.13. Væ peruersis cordibus, qm̃ ita ventura sunt quæ restãt, sicut venerunt ista quæ tunc nõ fuerunt, & ventura prænunciabantur. An vero exhibuit nobis deus omnia quæ ꝓmisit, & de solo die iudicij nos fefellit?

G Non erat Christus in terra, promisit, exhibuit. Non virgo pepererat, promisit, exhibuit. Non erat fusus sanguis preciosus, quo deleretur chirographum mortis nostræ, promisit, exhibuit. Nondum resurrexerat caro in vitam æternam, promisit, exhibuit. Nondum crediderant gẽtes, promisit, exhibuit: nondũ hæretici in noie Chri armati, contra Chm militabant, prædixit, exhibuit. Nondum idola gentium de terra ista deleta erant, prædixit, exhibuit. Ista omnia cum prædixisset & exhibuisset, de solo die iudicij mentitus est? Veniet omnino qũo ista venerunt, quia & ista anteq̃ venirent futura erant, & futura prius prænunciata sunt, & postea venerunt. Veniet fratres mei, nemo dicat, non veniet, aut veniet, sed longe est quod veniet: sed tibi prope est vt eas hinc. Sufficiat prima deceptio si nõ potuimus primo permanere in præcepto, saltem corrigamur exemplo. Nõdum erat exemplum casus humani, qũ dictum est

Gene.2. & 3. ad Adam, Morte morieris si tetigeris: & venit de transuerso serpens, & dixit, Non morte morieris. Creditus est serpẽs, contẽptus est deus, tactum est vetitum, mortuus

H est homo, Nonne impletum est potius qđ minatus est deus, q̃ quod promiserat inimicus? Sic est certe, agnoscimus hoc, ideo omnes in morte iam vel experti eauti simus. Non.n. cessãt & modo serpens insusurrare & dicere, Nunquid vere damnatus est deus tãtas turbas, liberaturus ẽ paucos? Quid est aliud, q̃ facite cõtra ꝓceptum non morte moriemini? Sed qũo tunc, sic & nunc. Si feceris qđ suggerit diabolus & contempseris quod præcepit deus, veniet iudicij dies, & inuenies verum quod minatus est deus, & falsum quod pollicitus est diabolus? Exurge dñe iudica causam meam. Mortuus es & contemptus es, dicitur mihi: vbi est deus tuus? Exurge iudica causam meam. Non.n. venturus est ad iudicium, nisi qui exurrexit a mortuis. Véturus prænunciabatur, venit & contemptus est a Iudæis ambulans in terra, contẽnitur a falsis Christianis sedens in cœlo. Exurge dñe iudica causam meam, qm̃ in te credidi, non peream, quia credidi quod non vidi: spe mea non fallar, accipiam quod promisisti. Iudica causam meam, Memento opprobrium tuorum, eorum quæ ab imprudente sunt tota die.) Adhuc enim insultatur Christo, nec deerunt tota die, hoc est, vsque in finem seculi vasa iræ. Adhuc dicitur. Vana prædicant Christiani: adhuc dicitur, Inanis est resurrectio mortuorum, Iudica causam meã, memento opprobriorum tuorum. Sed quorum, nisi eorum quæ ab imprudente sunt tota die? Nunquid prudens hoc dicit? Prudens.n. dictus est porrò videns. Si prudens porrò videns, fide videtur porrò: nam oculis vix ante pedes videtur tota die. Ne obliuiscaris voces deprecantium te.) Ingemiscentium & expectantium iã quod promisisti de nouo testamento, & ad ipsam fidem ambulantium, ne obliuiscaris voces deprecantium te: sed illi adhuc dicunt, Vbi est deus tuus? Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper ad te.) Noli & eorũ supbiã obliuisci. Nec oblivisci tur omnino aut punit, aut corrigit.

In Psal. septuagesimũquartũ, enarratio.

PSalmus iste tumori superbiæ medicinã humilitatis apportat. Humiles ũt cõsolat i spe, hoc agẽs, vt ne q̃sq̃ supbe deesperãt, nec q̃sq̃ humilis de dño desperet. Est.n. ꝓmisio dei rata, certa, fixa & feo cut sa, fidelis, & oi dubitatiõe carẽs, q̃ cõsolat afflictos. Tota.n. uita humana sup terrã, sicut Iob scriptũ ẽ, tẽtatio ẽ: Nec q̃si ꝓspa eligẽda ẽ, & sola aduersa deuitãda, sed vtraq̃ cauẽda ẽ illa ne corrũpat, ista ne frãgat, vt vnicuiq. horum i quocũq. statu rerũ i hac vita eggrit, nõ sit refugiũ nisi deus, nec vllũ gaudiũ nisi i ꝓmissis eius. Vita.n. hæc qualibet rẽdũdans fœlicitate multos fallit, deus nemnẽ. Quia ergo oi homini cõuerso ad deum mutatur delectatio, mutantur delitiæ: non enim subtrahũtur; sed mutant. Oẽs aũt delitiæ nostræ in hac vita, nondum sunt in re, sed ipsa spes tam certa est, vt omnibus hu-

Psal.36. ius seculi delitijs præponenda sit, sicut scriptum est, Delectare in domino. Et ne puta res teipã habere quod promittit, subiecit statim, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo iondũ habes petitiones cordis tui, vnde delectaris in dño, nisi quia tenes certũ promissorem qui se effecit ꝓmittẽdo debitorẽ? Huius igit̃ deprecationis, ut permaneat nobiscũ spes nra, & introducamur in id quod promisit deus, loquitur titulus huius Psalmi: In finẽ ne corrumpas.) Quid est ne corrumpas: Quod promisisti, exhibe. Sed qñ? in finem. Illuc ergo mentis oculus dirigatur in finem. Omnia q̃ in uia occurrerint transeantur, vt perueniatur in finem. Exultent superbi de præsenti fœlicitate, tumeant hominibus, fulgeant auro, redundent familijs, obsequijs clientũm constipentur: prætereũt ista & trãseunt tanq̃ vmbra. Cum ille finis venerit, vbi omnes qui mõ in domino, sperent gaudebunt, tunc illis veniet sine fine tristitia. Qñ acceperint humiles quod iam vident superbi, tunc superborum typhus cõuerteretur in luctum. Tunc erit illa vox quã in libro sapientiæ nouimus. Dicent.n. tunc videntes gloriam sanctorum, qui cũ hic humiliarentur tolerauerunt: qui cum hic subPsal.52. lmarentur, non annuerunt. Tunc ergo illi dicent, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: vbi etiam dicẽt, Quid nobis ꝓfuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquã vmbra. Quia de corruptibilibus præsumpserunt, spes eorum corrumpetur, nostra uero spes tunc erit res. Promissio enim dei vt maneat integra & firma & certa erga nos

Ad Pas. dissimus ex corde fidei: In finem ne corrũmpas. Noli ergo timere ne promissiones dei corrumpat aliquis potentum: Ipse vero nõ corrumpit, quia verax est, potentiorem nõ habet a quo eius promissio corrumpatur. Certũ ergo simus de promissis dei, cãtemus iam vnde incipit Psalmus.

Expositio Psalmi.

COnfitebimur tibi deus, confitebimur tibi & inuocabimus nomẽ tuũ.) Noli antequã confiteris inuocare, confitere & inuoca. Illum quippe quẽ inuocas, in te vocas. Quid est enim inuocare, nisi in ipsum vocare? Si inuocatur a te. i. si vocatur in te, ad quem accedit? Ad superbũ non accedit, certe altus est, non eum attingit elatus. Omnia sublimia vt contingamus, attollimus nos, & si attingere non possumus, machinamenta aliqua vel scalas quærimus, vt sublimati sublimia cõtingamus. Cõtra deus & altus ẽ, & ab humilibus contingit̃: scriptũ est, Prope est dñs his qui obtriuerunt cor. Tritura cordis, pictas, humilitas. Qui se cõ Psal.33. terit, ꝓfitetur sibi, se habeat iratum, vt illũ habeat propitiũ: se habeat iudicem, vt illũ habeat defensorem. Ergo inuocatus deus venit. Ad quem venit? Ad superbũ non venit. Audi aliud testimonium. Excelsus dñs & humilia respicit, excelsa autem a lõge cognoscit. Excelsus dominus & humilia respi A cit non a longe, excelsa aũt a longe cogno- Ps.137. scit. Et ne forte eum dictũ esset, quia humilia respicit, superbi de impunitate gauderẽt, quasi eos superbientes non agnoscat qui in excelsis habitat, territi sunt, & dictũ est eis, videt vos, & cognoscit uos, sed a lõge. Hos facit beatos quibus propinquat: Vos autem, inquit, o superbi o excelsi, non eritis impuniti, quia cognoscit: non eritis beati, quia a lõge cognoscit. Videte ergo quid agatis, qa si agnoscit, non ignoscit. Melius ergo ignoscit quam agnoscit. Quid est.n. ipsum ignoscere, nisi non noscere? Quid est non noscere? non animaduertere: nam & vindicantis solet dici animaduersio. Audi orationẽ vt ignoscat. Auerte faciem tuã a peccatis meis. Quid igitur facies si auerterit faciem tuam Psal.50. a te? Molestum est, & timendum ne deserat te. Rursus si faciem non auertit, animaduertit. Nouit hoc deus, potest hoc deus, & auertere faciem a peccante, & non auertere a confitente. Itaque alibi ei dicitur, Auerte faciem tuam a peccatis meis: & alibi ei dicitur, Ne auertas faciem tuam a me. Ibi a peccatis meis auerte, hic autem Psal.26. a me noli auertere. Confitere ergo & inuo B ca: confitendo.n. mundas templum quo veniat inuocatus. Confitere, & inuoca, Auerte faciem suam a peccatis tuis, non auertat a te. Auertat faciem ab eo quod tu fecisti, non auerrat ab eo quod ipse fecit. Te enim hominem ipse fecit, peccata tua ipse fecisti. Confitere ergo & inuoca, dic. Confitebimur tibi deus, confitebimur tibi. Ipsa repetitio, confirmatio est, ne te confessum esse pœniteat. Non enim alicui crudeli confessus es, non vltori, non insultatori, confitere securus. Audi aliã

vocem

vocem Psalmi adhortantem, Confitemini
Psal.119 dño qñ bonus est. Quid est quoniam bonus est? Quid timetis confiteri? Bonus est, ignoscit confitenti. Time confiteri iudici homini, ne forte confessum puniat. Deo noli. Fac confitendo propitium, quem negando non facis nescium. Confitebimur tibi deus confitebimur, & securi iam inuocabimus nomen tuum. Exhausimus corda nra confessione, terruisti, mundasti. Confessio nos humiles facit propinqua humilibus, q recedis ab excelsis. Firmamentum autem esse sententiæ in repetitione multis scripturarum locis docemur. Inde est quod dñs
Ioan. 1. C ait, Amen, amen. Inde in aliquibus Psalmis, Fiat fiat. Ad significationem rei sufficeret vnum fiat, ad significationem firma-
Psal.71. & 88. menti accesit alterum fiat, Rex Aegypti Pharao nostis q cum ibi iam esset Ioseph propter puditiię morem inclusus in carcerem, vidit somnium idem Pharao notũ omnibus nobis, a septem macris consumptas esse septem boues pingues, & rursus a septem spicis exilibus consumptas esse septem fœcundas. Et quid est interpretatus
Gen.42 Ioseph? Si meministis, nõ duo sunt ista somnia, sed visum vnum. Vna est, inquit, interpretatio eorum, sed quod bis vidisti ait, ad cõfirmationem valet. Hæc dixi vt non putetis repetitionẽ i verbis sanctę linguę, qua
Psal.56. si loquacitatis esse apetitum. Sepeibi repeti
Psal.26. tio firmamenti habet vim. Paratum cor meũ, deus inquit, paratum cor meum: alio loco dicit, Sustine dñm, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dñm. Innumerabilia talia sunt per omnes scripturas, his sufficit commẽdasse nos loquendi genus, quod obseruatis in omnibus similibus. Mó ad rem aduertite, Confitebimur tibi, inqt, & inuocabimus nomen tuum. Dixi quare
D ante inuocationem præcedit confessio, qa quem inuocas, inuitas. Venire autem non vult inuocatus, si tu fueris elatus. Elatus si fueris, confiteri non poteris, nec ea quæ negas deo nescit. Itaque confessio tua non illum doctet, sed te mundat. Et iam confessus est & inuocauit, immo confessi sunt, inuocauerunt, & dicitur ex persona vnius. Enarabo omnia mirabilia tua.) Confessus exinaniuit se malis, inuocans impleuit se bonis, enarrans eructauit quo se impleuit. Et videte fratres cum confiterentur multi erant. Confitebimur tibi deus, confitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuum.

Multa enim sunt corda confitentium, vnã credentium. Quare multa sunt corda confitentium, vnum credentium? Diuersa enim peccata homines confitentur, vnã fidem hoies credunt. Iam ergo cũ cœperit Christus habitare in interiore homine per Ephes. 3. fidem, cœperitque inuocatus possidere confessum, fit totus Christus caput & corpus, & ex multis vnus. Audite iam Christiana verba: nam quasi non verba eius videbantur. Cõfitebimur tibi deus, cõfitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuũ? Iam incipit ex persona capitis sermo. Siue autem caput loquatur, siue membra loquantur, Christus loquitur: loquitur ex persona capitis, loquitur ex persona corporis. Sed quid dictum est? Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego inquit, dico in Ephes. 5. Christo & in Ecclesia. Et ipse in Euãgelio, Matth. 19. Igitur iam non duo, sed vna caro: Nam vt noueritis has duas quodammodo esse personas, & rursus vnam copulationem consiugij, tanquam vnus loquitur apud Esaiã Esa. 61. & dicit, Sicut sponso alligauit mihi mitrã, & sicut sponsam induit me ornamento. Spõsum se dixit ex capite, sponsam ex corpore. Loquatur ergo vnus, audiamus, eum, & in eo nos quoque loquamur. Simus membra eius, vt hæc vox & nostra esse possit. Enarrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Euangelizabat Christus seipsum, euangelizat se etiam in membris suis iam existentibus, vt & alios adducat, & accedãt qui nõ erant, & copulentur membris eius, per quæ mem bra eius prædicatum est euangelium, & fiat vnum corpus sub vno capite, in vno spiritu, in vna vita. Et quid ait? Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.) Quando iudicabit iustitias? Cum acceperit tempus. Nondum est ipsum tempus? Gratias misericordię eius. Prius prędicet iustitiam, & sic iudicet iustitias. Nam si ante veller iudicare quam prædicare, quis inueniretur liberandus? Quis absoluendus occurreret? Modo ergo prędicationis tps est: Narrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Audi narrantem, audi prædicantem, nam si contempseris, cum accepero tempus, inquit, ego iustitias iudicabo. Dono, inquit, nunc peccata cõfitenti, non parcã postea cõtemnẽti. Misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Dicitur in Psalmo, misericordiam & iudicium, Modo misericordia, postea iudicium, in qua misericordia peccata donantur, in quo

quo iudicio peccata puniuntur. Vis non timere peccatorum punitorem? Ama donatorem, noli respuere, noli extolli, noli dicere: quod habet mihi donec: audi n. qd sequitur, Cum accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Accepit tempus Christus? Accepit tẽpus filius dei? Filius dei nõ accepit tẽpus, sed filius hominis accepit tẽpus. Idem ipse autem & filius dei per quem facti sumus, & filius hominis per quem refecti sumus. Homine assumpto, ipse non assumptus: homine mutato in melius, nullo modo ipse in deterius cõmutatus non desiit esse quod erat, sed accepit quod non erat? Quid erat? Cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Apostoli verba sunt. Et quid accepit? Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Sicut formam serui accepit, ita & tẽpus accepit. Demutatus est ergo? Diminutus? Exilio redditus? In defectio la sus? Absit. Quid ergo, Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Exinanisse se dicit, quia est accipiendo inferiorem, non degenerando ab æquali. Ergo fratres quid est hoc, Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo? Accepit tempus vt filius hominis, gubernat tempora vt filius dei. Audi quia vt filius hominis accepit tempus iudicandi: dicit in euangelio, Dedit ei potestatem iudicij faciendi, quoniam filius hominis est. Secundum quod filius dei nunquã accepit potestatem iudicandi, quia nunquã caruit potestate iudicandi: secundum quod filius hominis, accepit tempus sicut nascendi & patiendi, sicut & moriendi & resurgendi & ascendendi, ita veniendi & iudicandi. Dicit in illo ista & corpus eius: non enim sine illis iudicabit. Dicit quippe in euangelio, Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Ergo totus Christus dicit. i. caput & corpus in sanctis, Cũ accepero tempus ego iustitias iudicabo. Modo autem quid? Defluxit terra.) Si defluxit terra, vnde defluxit nisi de peccatis? Ideo & delicta dicuntur. Delinquere est tanq̃ de liquido quodam refluere a stabilitate firmamenti virtutis atque iustitiæ. Cupiditate enim inferiorum quisque peccat: sicut roboratur charitate superiorum, sic deficit & quasi liquescit cupiditate inferiorum. Hunc fluxum rerum in peccatis hominũ attendens donatos misericors, & donator peccatorum, nondum exactor suppliciorum attendit & ait, Defluxit terra. Et omnes inhabitantes in ea.) Ipsa vtiq. terra defluxit inhabitantibus in se. Expositio est consequens non additio, tanquam si diceres: quomodo defluxit terra? Subtracta sunt fundamẽta, & aliquid in ea hiatu quodam demersum est? Quid dico terram? Omnes inhabitantes in ea. Inueni, inquit, terram peccatricem. Et quid feci? Ego confirmaui colũnas eius.) Quas columnas cõfirmauit? Columnas Apostolus dicit. Sic. Gal. 2. Apostolus Paulus de coapostolis suis: qui videbantur, inquit, columnæ esse. Et quid essent illæ columnæ nisi ab illo firmarentur? Quia terræ motu quodam etiam ipsę I columnæ nutauerunt, in passione domini omnes Apostoli desperauerunt. Ergo colũnæ illæ quæ in passione Domini nutauerunt resurrectione firmatæ sunt. Clamauit initium ædificij per columnas suas, & in eis omnibus columnis architectus ipse clamauit. Colũna enim vna erat ex illis Paulus Apostolus cum diceret, An vultis ex- 2. Co. 13 perimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Ergo ego, inquit, confirmaui columnas eius, resurrexi, ostendi mortem non esse metuendam, ostendi timentibus nec ipsum corpus perire in morientibus. Tenuerunt eos vulnera, firmauerunt cicatrices. Posset Dominus Iesus Christus sine vlla circatrice resurgere. Quid enim illi potestati magnum erat, ad tantam integritatem compagem corporis reuocare, vt nullum omnino vestigium præteriti vulneris appareret? Habebat potestatem vnde illud etiam sine cicatrice sanaret, sed habere voluit vnde nutantes columnas firmaret. Audiuimus iam fratres quod quotidie non tacetur, audiamus quid clamauerit p columnas has. Tempus audiendi est propter terrorem illum, ego iustitias iudicabo cum accepero tempus. Ille accepturus est tempus iustitias iudicandi, vos iam nũc habetis tempus iustitias faciendi. Si taceret, K non haberetis quid faceretis, sed confirmatis columnis clamat, Quid clamat? Dixi iniquis nolite inique agere.) Clamat fratres mei, certe clamatis, delectat vos, audite clamantem. Per ipsum obsecro terreat vos ista vox, non tam nos vestræ istæ voces delectare debent, quam vos istæ terrere. Dixi iniquis nolite inique agere. Sed iam fecerunt & rei sunt: iam defluxit terra, & omnes qui habitant in ea. Compuncti sunt cor Actor. 2. de

de qui Christum crucifixerunt, agnouerũt peccatũ suum, didicerunt aliquid ab Apostolis ne desperarent de indulgentia prædicatoris. Medicus.n.venerat, & iõ nõ ad sanos venerat. Nõ est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus, Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã, Ergo dixi iniquis, nolite inique agere. Nõ audierunt. Olim.n.nobis dictum est: Nõ audiuimus, lapsi sumus, mortales facti, mortales geniti. Defluxit terra, audiãt vel mõ vt surgãt ad medicũ qui venit ad languidum: quem noluerunt audire sani vt non caderent, audiant iacentes vt surgant. Dixi iniquis, nolite inique agere. Quid agimus? Iã fecimus. Et delinquentibus nolite exaltare cornu.)

Matt. 9.

L Quid est hoc? Si feciſtis iniquitatem p cupiditatem, nolite eam defendere per elationem, confitemini si feciſtis: qui.n.non confitetur, & iniquus est, & exaltat cornu. Dixi iniquis, nolite inique facere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu uestrum. Exaltabitur in vobis cornu Christi, si non exaltetur cornu vestrum. Cornu vestrum de iniquitate est, cornu Christi de maiestate est. Nolite ergo efferri, ne loquamini adue rsus deum iniquitatem.) Audite iam voces multorum, audiat vnusquisq. & pungatur. Quid solent homines dicere? Vere nõ iudicat deus de rebus humanis. Et est vllũ iudicium dei? Aut vere curat quid agatur in terra? Tam multi iniqui redundant fœlicitatibus, innocentes premuntur laboribus. Sed illi accidit nescio quid mali castigãte deo, & admonente, & nouit conscientiã suam, nouit pro merito peccatorum suorũ aliquid se posse perpeti, vnde argumẽtetur aduersus deum. Quia non potest dicere, iustus sum, quid putamus eum dicere? Sunt peiores iniqui, & tamen ista non patiũtur. Hæc est iniquitas quam loquuntur homines aduersus deum. Videte autem quã iniquum sit, dum se vult iustum videri, illum facit iniustum. Qui.n.dicit inique patior quod patior, illum iniquum facit cuius iu-

M dicio patitur, se autem iustum qui iniquus patitur. Rogo vos fratres mei, æquum est hoc, vt deus credatur iniustus, tu iustus? Cum aũt hoc dicis, loqueris aduersus deũ iniquitatẽ. Quid dicit alio Psalmo? Hæc fecisti, Numeratis q busdam peccatis, hæc, inquit, fecisti & tacui. Quid est tacui? Nũquam tacet præcepto, sed interim tacet supplicio: quiescit a vindicta, non profert in damnatum sententiam, Sed hoc ille dicit, Feci illa & illa, & non vindicauit deus. Ecce sanus sum, nihil mali contigit mihi. Hæc fecisti & tacui, suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. Quid est, quod ero tibi similis? Quia tu iniquus es, & me tanq̃ iniquũ putasti, tanq̃ approbatorẽ facinorũ tuorum, non aduersatorem, non ultorem. Et quid postea tibi dicit? Arguam te & constituam te ante faciem tuam. Quid é hoc? Quia modo peccãdo post terga te ponis, non te vides, non te inspicis: ego te pono ante te, & faciã tibi supplicium de te. Sic & hic, Ne loquamini aduersus deum iniquitatem: Attendite, Multi autem loquunt iniquitatem, sed non audent, palam, ne blasphemi exhorreantur ab hominibus pijs. A in corde suo ista rodunt, intus tali nefario cibo pascuntur, delectat eos loq aduersus deum inquitatem, & si non erumpũt lingua, corde non tacent. Vnde in alio Psalmo dicitur, Dixit stultus in corde suo, nõ est deus. Dixit stultus, sed hoies timuit, noluit dicere vbi audirent homines. Et vbi dixit? Vbi audierat ipse de quo dixit. Propterea & hic in isto Psalmo charissimi attendite, quonã hoc dixit, Nolite loqui aduersus deum iniqtatẽ, vidit multos hæc in corde agere, & adiunxit: Qm̃ neq. ab oriente neq. ab occidente neq. a desertis montium qm̃ deus iudex est.) Iniquitatũ tuarum iudex deus. Et si deus est, vbiq. prẽsens est. Quo te auferes ab oculis dei, vt in parte aliqua loqueris quod ille non audiat? Si ab Oriente iudicat deus, secede in Occidentem, & dicquicquid vis aduersus deum. Si ab Occidente, vade in Orientem & ibi loquere. Si a desertis montium iudicat deus, vade in medium populorum vbi tibi submurmures. De nullo loco iudicat, qui vbique secretus est, vbique publicus: quem nullus licet vt est cognoscere, & quem nemo permittitur ignorare. Vide quid agas? Loqueris aduersus deum iniquitatem. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Audisti scriptura dicit hoc, & hoc quod contilet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc q loquitur iniqua, non potest latere. Noli ergo cogitare deum in locis, ille tecit est talis qualis fueris. Quid est, talis qualis fueris? Bonus si bonus fueris, & malus tibi videtur si malus fueris, sed opitulator si bonus fueris, vltor si malus fueris. Ibi habes iudicem in secreto tuo. Volens facere aliquid mali, de publico recipis te in domum tuã, vbi nemo inimicorũ videat: de locis domus tuæ prõptis & in faciẽ constitutis, remoues te in cubiculum: times & in cubiculo aliũde cõsciũ, secedis in cor tuũ, ibi meditaris: ille in corde tuo interior est. Quocunq. ergo fugeris, ibi est. Teipsũ quõ fugies? Nonne quocunq. fugeris te se queris? Qñ aũt & te ipso interior est, nõ ẽ quo fugias a deo irato, nisi ad deũ placatũ. Prorsus nõ est quo fugias. Vis fugere ab ipso? Fuge ad ipsum. Ergo ne loquamini aduersus deum iniquitatem, nec illic vbi loq mini: Iniquitatem inquit, meditatus est in cubili suo. Quid meditatus est in cubili suo? Cubile cor eius dicens, Sacrificate, inquit, sacrificium iustitiæ & sperate in dño. Sed supra dixit, Dicite in cordibus vris, & in cubilibus vris cõpungimini. Quot habebis ibi compunctiones facinorum tot habebis punctiones confessionum. Vbi ergo loqueris aduersus deum iniquitatem, ibi te iudicat, nõ iudicii differt, sed pœnam. Iam iudicat, iã nouit, iã videt, pœna restat. Cũ fuerit præsentata habebis & pœnam. Cum apparuerit facies illius hominis, qui hic iri sus est qui iudicatus est, qui crucifixus est, qui sub iudice stetit, cũ apparuerit iudicans in præsentia sua, tunc habebis pœnam si te nõ correxeris. Quid ergo modo faciemus? Præueniamus faciẽ eius ἐν ἐξομολογήσει. Præueni in confessione, veniet mitis quẽ fecerat iratum. Neque a desertis, qm̃ deus iudex est: non ab Oriente, non ab Occidẽte, non a desertis montium. Quare? Qm̃ deus iudex est. Si in aliquo loco esset, non esset deus: quia vero deus iudex est, non homo, noli illum expectare de locis. Locus eius tu es, si bonus, si confessus inuocaueris eũ. Hunc humiliat & hũc exaltat.) Quem humiliat, quem exaltat iudex ille? Attendite duos illos in templo, & videtis quem humiliat, & quem exaltat. Ascenderunt in templo orare, ait, vnus phariseus, & alter publicanus. Phariseus dicebat, Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. Ieiunio bis in sabbato, decimas do omnium quæcunque possideo. Ad medicum ascenderat, & membra sana ostendebat, vulnera tegebat. Quid ergo ille qui melius notabat vnde sanaretur? Publicanus autem de longinquo stabat & percutiebat pectus suum. Videtis eum de longinquo stantem, illi propinquabit quem inuocabat & percutiebat pectus suum, dicẽs, Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit iustificatus Publicanus ille magis q̃ Pharisæus ille: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabit. Expositus est versus Psalmi huius, Deus iudex quid facit? Hũc humiliat, & hunc exaltat: Humiliat superbum, exaltat humilem. Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.) Merito. Et inclinauit ex hoc in hunc, veruntñ fex eius nõ est exinanita, bibent ex eo oẽs peccatores terræ.) Renouamini paululum, obscurum aliquid est. Sed quomodo audiuimus Euangelij lectionem recentissimam, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: sed dicis mihi, Quo pulso vt aperiatur mihi? Neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montium, quoniã deus iudex est. Si præsens est hic atque illic, & absens nusquam, vbi stas, ibi pulsa: ibi tantum sta, quia stando pulsatur. Quid ergo est hoc? Primo quæstio ista occurrit, Vini meri plenus est mixto. Quomodo meri, si mixto? Cæterum calix in manu domini, cum dicit, eruditis in Ecclesia Christi loquitur, non vtique veluti forma humana circumscriptum deum debetis vobis in corde pingere, ne clausis templis simulachra in cordibus fabricetis. Calix ergo iste aliquid significat, Inueniemus hoc. In manu autem domini est, in potestate domini est. Manus enim dei, potestas dei commendata est. Nã & de hominibus plerumque dicitur, In manu hoc habet: hoc est in potestate habet, vt cum vult, faciat. Vini meri plenus est mixto. Consequenter ipse exposuit. Inclinaui inquit, ex hoc in hunc, veruntamen fex eius non est exinanita. Ecce vnde mixto vino plenus erat. Non ergo vox terreat, quia & merum & mixtum: merum, propter synceritatẽ: mixtum, propter fecem. Quid ergo ibi vinum, & quid ibi fex? Et quid est, inclinauit ex hoc in hunc, ita vt fex eius non sit exinanita? Vnde venerit ad hoc recordamini, hunc humiliat, & hunc exaltat. Quod figuratum est nobis in Euangelio per duos homines, Pharisæum & publicanum, hoc latius acipientes, itelligamus duos populos, Iudęorũ & Gẽtiũ. Iudæorũ populus Pharisæus ille, Gẽtiũ populus Publicanus ille. Iudeorũ populus iactabat merita sua, Gẽtiũ populus cõfitebaẽ peccata

Ibid.

Matt. 7.

E

Luc. 18.

F

cata sua. Qui nouit in literis sanctis & epistolas apostolicas, & actus Apostolorũ, uidet ibi quod dico, Ne longum faciam, qũo Apostoli exhortabantur gentes ne desperarent, quod in magnis peccatis iacuissent, &
Rom.3. reprimebant Iudæos ne se extollerent, quasi ex iustificationibus legis, & ideo se putarent iustos, gẽtes autem peccatores esse, qa Iudæis & lex erat, & templum erat, & sacerdotium erat. Illi autem omnes cultores idolorum, veneratores dæmoniorum, longe q dem positi, sicut Publicanus ille de longinquo stabat: sicut illi superbiendo recesserũt, sic isti confitendo propinquauerunt. Calix ergo vini meri plenus in manu domini, q̃tum dominus vt intelligam. Potest enim a-
G lius melius, quia, sic se habet obscuritas scripturarum, difficile est vt vnum pariant inteilectum, Quicunq. tamen intellectus exierit, opus est vt regulæ fidei congruat, nec maioribus inuidemus, nec de paruulis desperamus. Quid nobis uideatur dico charitati uestræ, non vt obstruam aures vestras aduersus alios aliquid melius forte dicturos, Calix.n. uini meri plenus mixto, uidetur mihi esse lex quę data est Iudæis, & omnis illa scriptura veteris quod dicitur testamenti, vbi sunt põdera omniũ sententiarum. Nam ibi nouum absconditũ latet testamentum tanquam in fece corpo-
Rom.2. ralium sacramentorum, Circũcisio carnis magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo circumcisio cordis. Templum Hierusalem illud magni sacramenti est res, & intel-
Ioan.3. ligitur ex eo corpus domini. Terra promissionis intelligitur regnum cœlorum. Sacrificium victimarum, & pecorum, magnum habet sacramentum. Sed in omnibus illis generibus sacrificiorum intelligitur vnum illud sacrificium, & vnica victima in cruce domini. Pro quibus omnibus sacrificiis vnum nos habemus, quia & illa figurabant hæc, id est, illis hæc figurabantur. Accepit populus ille legem, accepit mandata iusta
Deut.5 & bona. Quid tam iustum, quam non occi-
H des, non mœchaberis, nõ furaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces rem proximi tui, vnum deum adorabis & illi soli seruies? Omnia ista ad vnum pertinent. Illa vero carnalia quasi resederunt, ut remanerent apud illos, & effunderetur inde omnis spiritalis intellectus. Calix vero in manu domini, id est, in potestate domini, vini meri, id est, legis syncerę, plenus est mixto, id est, cum fece corporalium sacramentorum. Et quia hunc humiliat superbum Iudæum, & hunc exaltat confitentem gentilem, Inclinauit ex hoc in hunc, id est, a Iudaico populo in gẽtilẽ populũ. Quid inclinauit? Legem. Eliquatus est inde spiritalis intellectus. Veruntamen fex eius non est exinanita, quia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bibent omnes peccatores terræ. Qui bibẽt? Oẽs peccatores terræ. Qui peccatores terræ? Iudęi quidem erãt peccatores, sed superbi: gentiles aũt erant peccatores, sed humiles. Oẽs peccatores bibent, sed vide qui fecem, q vinum. Etenim illi bibẽdo fecem euanuerunt, isti bibendo vinũ iustificati sunt. Audeã dicere, & inebriatos, & I non timebo: atq. vtinã oẽs sic inebrieminiː Psal.3 recordamini, Calix tuus inebrians quam p clarus est. Quid.n? Putatis fratres mei, omnes illos qui confitendo Christum ẽt mori voluerunt sobrios fuisse? Vsqueadeo ebrij erant vt tuos non agnoscerent. Omnes principui sui, qui eos a tpe cœlestium promissorum terrenis blandimentis auerte mouerunt, non sunt agniti, non sunt auditi ab ebrijs. Non erãt ebrij quibus musatum cor erat? Non erant ebrij quorũ mens alienata erat ab hoc seculo? Bibent, inquit, oẽs peccatores terræ. Sed quid bibent? vinum. Peccatores bibent, sed ne remanent peccatores, vt iustificentur non vt puniantur. Ego ãt.) Nam omnes bibunt, sed seorsum ego, id est Christus cum corpore suo. In seculum gaudebo, psallam deo Iacob,) Promissione illa futura de qua dicitur, in finem ne corrumpas. Ego aũt in seculum gaudebo. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.) Hoc est, hunc humiliat & hunc exaltat. Nolunt sibi frangi cornua peccatores, quæ sine dubio frangentur in fine. Non uis vt ille tunc frangat, vt hodie frange. Audisti enim supra, noli contemnere, Dixi iniquis, nolite inique agere: & delinquẽtibus, nolite exaltare cornu. Quãdo audisti, nolite exaltare cornu: tontemsisti, & exaltasti cornu: venies ad finẽ, vbi fiet, omnia cornua peccatorum confringã, & exaltabuntur cornua iusti. Cornua peccatorum, dignitates superborum: cornua iusti, munera Christi. Per cornua enim sublimitates intelliguntur. Oderis in terra sublimitatem terrenam, vt possis habere cœlestem. Amas terrenam, non te admittit ad

cœlestem: & ad confusionem pertinebit quod frãgitur tibi cornu, quomodo ad gloriam pertinebit, si exaltẽ tibi cornu. Modo ergo est tibi tempus eligendi, tunc non erit. Non es dicturus, dimittat & eligã. Præcesserunt enim voces, dixi iniquis: Si non dixi para excusationem, para defensionem: si aũt dixi, præoccupa confessionem, vt nõ venias ad damnationem, quia tunc confessio sera erit, & defensio nulla erit.

In Psalmum septuagesimumquintum Præfatio.

SOlent inimici dñi nostri Iesu Christi omnibus noti Iudæi gloriari in isto Psalmo quem cantauimus dicentes, Notus in Iudæa Deus, in Israel magnũ nomen eius, & insultare gentibus quibus non est notus Deus, & dicere quia sibi soli notus est Deus, qñ Propheta dicit, Notus in Iudęa Deus: alibi ergo ignotus. Notus aũt est reuera in Iudæa Deus, si intelligant quid sit Iudæa. Nam vere non est notus Deus, nisi in Iudæa. Ecce & nos hoc dicimus quia nisi quisque fuerit in Iudæa, non ei Deus esse non potest. Sed qui dicit Apostolus? Qui in occulto Iudæus est, q circuncisione cordis, non litera sed spiritu. Sunt ergo Iudęi in circuncisione carnis, & sunt Iudæi in circuncisione cordis. Patres nostri multi sancti & circuncisionem carnis habeant pp signaculum fidei, & circuncisionem cordis pp ipsam fidem. Ab his patribus degenerantes isti qui modo in nomine gloriantur, & facta perdiderunt. Ab his ergo patribus degenerantes remanserunt in carne Iudæi, in corde Pagani. Ipsi enim Iudęi qui sunt? Ex Abraham a quo Isaac natus est, Et ex illo Iacob, & ex Iacob duodecim patriarchę, & ex duodecim patriarchis populus vniuersus Iudæorũ. Sed Iudæi propterea maxime appellati sunt, quia Iudas vnus erat de filijs duodecim Iacob, patriarcha inter duodecim filios Iacob & de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Nam ois ille populus secundum numerũ duodecim filiorum Iacob, duodecim tribus habebat. Tribus dicuntur tanq̃ curiæ & congregationes distinctæ populorum. Habebat ergo ille populus duodecim tribus, ẽ qbus duodecim tribubus vna tribus erat Iuda, ex qua erant reges, & erat altera tribus Leui, ex qui erant sacerdotes. Sed quia sacerdotibus templo seruientibus terra diuisa non est, oportebat vt duodecim tribubus dispertiretur omnis regio promissionis: Excepta ergo vna tribu maioris dignitatis, id est, tribu Leui, quæ erat in sacerdotibus, remanerent vndecim, nisi per adoptionem duorum filiorũ Ioseph duodecim complerẽtur. Hoc quid sit aduertite. Vnus de duodecim filijs Iacob erat et Ioseph. Iste est Ioseph quem fratres sui in Aegyptum vẽdiderũt, & illic merito castitatis ad sublimitatem dignitatis perductus est, & affuit illi Deus in omni opere suo, & suscepit fratres suos a quibus venditus erat, & prẽsame laborantes, sed pp panem ad Aegyptum descendentes. Iste Ioseph duos filios habuit, Ephraim & Manasse. Moriens Ia- Gen.48
cob tanquam testamento assumpto, assumpsit illos nepotes suos in numerum filiorũ & dixit filio suo Ioseph, Cæteri qui nascũtur, tibi erunt, isti autem mihi, & diuident terram cum fratribus suis. Adhuc non erat A
data nec diuisa terra promissionis, sed dicebat ille in spiritu prophetans. Accedentibus ergo duobus filijs Ioseph, factæ sunt nihilominus duodecim tribus, quia iam tredecim sunt. Pro vna.n. tribu Ioseph, duæ accesserunt, & factæ sunt tredecim. Excepta ergo tribu Leui, illa tribu sacerdotum, quæ seruiebat templo, & de decimis viuebat cæterarum omnium quibus terra diuisa est, remanerent duodecim. In his duode- 1.Re.9.
cim erat tribus Iuda, vnde reges erant. Nã 1.Re.16
primo de alia tribu datus est rex Saul, reprobatus est tanquam malus rex: postea Gen.49
datus est rex de tribu Iuda rex Dauid, et ex illo de tribu Iuda fuerũt reges. Iacob autẽ ille hoc dixerat quando benedixerat filios suos, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat cui repromissum est. De tribu autem Iuda venit dominus noster Iesus Christus. Est enim sicut scriptura dicit, & modo audistis, ex semine Dauid natus de Maria. Cæterum Rom.1.
quod attinet ad diuinitatem dñi nostri Iesu Christi, in qua ęqualis est patri, non solũ ante Iudęos, sed etiã ante ipsum Abrahã Ioan.8.
nec solum ante Abraham, sed & ante Adã: Ioan.1.
nec, solum ante Adam, sed & ante cœlum B
& terram & ante secula, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quia ergo in prophetia dictũ est, Non deficiet princeps ex Iuda, neq. dux de femoribus eius, donec veniat cui repromissũ est

considerentur priora tpa, & inuenitur quia Iudæi de tribu Iuda semp reges habuerũt, vnde dicti sunt Iudæi, & non habuerunt regẽ prius alienigenã, nisi Herodem illum,
Luce.1. qui fuit qñ dñs natus est. Vnde cœperunt reges alienigenæ? Ab Herode. Ante Herodem oẽs de tribu Iuda, sed donec veniret
Gen.39 cui repromissum est. Ipso ita veniente dño euersum est regnum Iudæorum, & sublatũ est ex Iudæis. Modo non habent regnum, quia nolunt cognoscere verum regẽ. Videte iam si Iudæi sint appellãdi. Iã videtis qa Iudæi non sunt appellandi, Ipsi voce sua abdicauerunt se ab isto nomine, vt Iudæi non sint digni appellari nisi tm̃ carne. Vbi ergo separauerunt ab isto nomine? Dicebãt, sæuiebant in Chm̃, id est, in genus Iuda,
Ioñ.19. C sæuiebant in semen Dauid. Et ait Pilatus, Regem vestrũ crucifigam? Et illi, Nos non
Gen.49 habemus regẽ nisi Cæsarem. O ergo Iudæi qui vocamini, & non estis, Si non habetis regem nisi Cæsarẽ, defecit iam princeps de Iuda. Venit ergo ille cui repromissum est. Illi ergo versus Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudæis: cæteri Iudæi qui in Chm̃ non crediderunt, ẽt nomen ipsum perdere digni fuerunt. Iudæa ergo vera Christi Ecclesia est, credens in illum regẽ, qui venit ex tribu Iuda per virginem Mariam, credens in illum de quo modo Apostolus dicebat,
2. Ti.2. ad Timotheum scribens, Memor esto Iesum Chm̃ resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum. De Iuda.n. Dauid, & ex Dauid dñs Iesus Christus. Nos autem credentes in Christũ pertinemus ad Iudam, & nos cognouimus Christum, Qui oculis non vidimus, fide retinemus. Non ergo insultent Iudæi quia iam non sunt Iudæi. Ipsi dixerunt, Nos nõ
Ioan.19. habemus regem nisi Cæsarẽ, Nam melius illis erat, vt rex illorum esset Christus, ex semine Dauid de tribu Iuda. Tamen quia ipse Chs̃ ex semine Dauid secundum carnem, deus autem super omnia benedictus in secula, ipse rex noster & dñs noster: rex noster secundum quod natus est ex tribu Iuda secundum carnem Christus dñs saluator: deus autem noster quia est ante Iu-
Ioan.1. dam, & ante cœlum & terram, per quem facta sunt omnia, & spiritalia & corporalia.
D Si enim omnia per ipsum facta sunt, & ipsa Maria de qua natus est, per ipsum facta est. Quomodo ergo ille quasi cæteri homines nasceretur, qui sibi fecit matrem de qua nascerẽte cum loqueretur de Iudæis quorum patres & ex quibus est Christus secundum Rom.9
carnẽ, qui est super omnia, deus benedictus in secula. Quia ergo Iudæi viderunt Chm̃ & crucifixerunt, non viderunt deum. Gen
tes antẽ quia non viderunt & crediderunt, intellexerunt deum. Et si innotuit eis deus, in Christo mundũ reconciliant sibi, & ideo illi crucifixerunt, quia in carne latentẽ deũ non intellexerunt, recedat illa quæ vocatur Iudæa & non est, accedat vera Iudæa, cui dicitur, Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Vultus vestri, Iudæi, non confundentur. Etenim audierunt & crediderunt, & facta est Ecclesia vera Iudæa, vbi notus Christus qui homo est ex semine Dauid, deus super Dauid. Notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomẽ eius.) Et de Israel sic debemus accipere, quõ de Iudæa, quõ illi non sunt veri Iudei, sic nec verus Israel. Quis enim dicit Israel? Videns deum. Et quõ illi viderunt deum, & inter quos ambulauit in carne, & cum parent hominem, occiderunt? Resurgens ille apparuit deus omnibus quibus se voluit demonstrare. Illi ergo digni sunt Israel dici, qui meruerunt Christũ intelligere deũ, in carne positum, vt non quod videbant adoratemnerent, sed quod non videbant adorarent, Non visum enim oculis gentes humili mente perceperunt illum quem non videbant, & fide tenuerunt. Proinde illi qui manibus tenuerunt, occiderunt: qui fide tenuerunt, adorauerunt. In Israel magnũ nomen eius. Vis esse Israel? illum attende, de Ioan.1
quo dominus ait, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Si verus Israelita est, in quo dolus non est, dolosi & mendaces non sunt veri Israelitæ. Non ergo dicant isti, quomã apud illos est deus, & magnum nomen eius in Israel. Probent se Israelitas & concedo ego quia in Israel magnum nomen eius. Et factus ẽ in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.) Rursus Sion quasi patria est Iudæorum: vera Sion, Ecclesia est Christiano rum. Interpretatio autem nominum Hebræorum sic nobis traditur: Iudæa confessio interpretatur. Israel videns deum. Post Festus, Iudæam Israel, sic hic positum est, Notus in Iudæa deus in Israel magnum nomen eius. Deum vis videre? Prius confitere tu, & sic in teipso fit locus dei, quia factus est in pace locus eius. Quandiu enim non confiteris peccata

peccata tua quodam modo rixaris cum deo. Quõ enim non cum illo litigas, qui quod illi displicet laudas? Punit ille furem, tu furtam laudas: punit ille ebriosum, tu laudas ebriositatem. Litigas cum deo, non fecisti illi locum in corde tuo, quia in pace factus est locus eius. Et quõ incipis pacem habere cũ deo? Incipis illi in confessione. Psalmi vox est dicentis, Incipite dño in confessione. Quid est, incipite dño in confessione? Incipite adiungi deo. Quomodo? Vt hoc vobis displiceat, quod & illi displicet. Displicet il
li vita tua mala: si placeat tibi, disiungeris ab illo: si displiceat tibi, per confessionem illi coniungeris. Vide ex quanta parte dissi-
Ps.1. milis es, qñ vtique propter ipsam dissimilitudinem displices. Factus enim es o homo ad imaginem dei: per vitam vero puersam & malam perturbasti in te, & exterminasti in te imaginem conditoris tui. Factus dissimilis attendis in te & displices tibi: iam ex eo cœpisti similis fieri: quia hoc in te tibi
G displicet quod displicet & deo. Sed quomodo sum similis, inquis, deo, quando adhuc mihi displiceo? Ideo dictum est, incipite. In
corpore, inquit, domino in confessione, prohteris in pace. Adhuc enim habes aduersum
Eph.6. aduersus suggestiones diaboli, aduersus principem potestatis aeris huius qui operatur in filijs diffidentiæ, aduersus diabolum & angelos eius spiritalia nequitiæ: non solum ergo aduersus istos tibi bellum indicitur, sed aduersus teipsum. Quomodo aduersus teipsum? Aduersus tuam consuetudinem malam, aduersus uetustatem vitæ tuæ malæ, quæ trahit te ad solitam, & refrenat a nouitia. Indicitur.n. tibi quædam noua uita, & tu vetus es. Nouitatis gaudio suspenderis, vetustatis onere prægrauaris. Incipit tibi esse bellum aduersus te, sed ex qua parte tibi displices, iũgeris deo: & ex qua parte iam iungeris deo, idoneus eris ad vincendum te, quia ille tecum est qui omnia superat.
Rom.7. Attende quid dicit Apostolus, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Vnde mente? Quia displicet tibi vita tua mala. Vnde carne? Quia non desunt suggestiones & delectationes malæ: sed ex eo quod mente iungeris deo, vincis quod in te non vult
H sequi. Præcessisti enim ex parte, & ex parte tardaris. Trahe teipsum ad illum, qui te surgere, aduersus
Psal.7. suum tollit. Pondere quodam vetustatis grauaris, clama & dic, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quis Sapiẽ.9.
me liberabit ab eo a quo grauor? Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam. Quis ergo liberabit? Gratia dei per ipsum Christum dominum nostrum. Quare aũt permittitur, vt diu contra te litiges, donec absorbeantur oẽs cupiditates malæ? Vt intelligas in te pœnam tuam. In te ex teipso est flagellum tuum, sit rixa tua tecum. Sic vindicatur in rebellem aduersus deum, vt ipse sibi sit bellũ, qui pacẽ noluit habere cũ deo. Sed tene membra tua aduersus concupiscentias tuas malas. Surrexit ira, tene tu manũ coniunctus deo. Potuit surgere, sed non inuenit arma. Apud iram tuã impetus est, apud te arma sunt. Sit impetus inermis, & discit iam non surgere qui frustra surrexit. Hoc autẽ dico charissimi, ne forte quia Rom.7.
diximus, carne aũt legi peccati, putetis consentiendum esse desiderijs vestris carnalibus: & si non possunt modo nisi esse desyderia carnalia, non est illis consentiendũ. Propterea non dixit Apostolus, Non sit peccatum in vestro mortali corpore, nouit enim I
quia quandiu mortale est, est ibi peccatum. Sed quid ait? Nõ ergo regnet peccatum in Ibidem.
vestro mortali corpore. Quid est, non regnet? Ipse expoſuit, Ad obediendũ, inquit, desyderijs eius. Sunt desyderia, existunt desyderia, non tu obaudis desyderijs tuis, non sequeris ipsa desyderia, non illis consentis. Est tibi pctm̃, sed amisit regnum, quãdo iam in te non regnat pctm̃, postea inimica no- 1.Co.15
uissima destruetur mors. Quid.n. nobis p- Rom.7.
mittitur, quando dictum est, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati? Audi promissionem, quia non semper erunt in carne desideria illicita. Etenim resurget & mutabitur, & cum mutata fuerit caro ista mortis in spiritale corpus, iam nullis concupiscentijs secularibus, iam nullis terrenis delectationibus titillabit animam, nec auertet a contemplatione dei. Fit ergo in ea quod dicit Apostolus. Corpus quidem mortuũ est ꝓpter pctm̃, spiritus aũt vita est ꝓpter Rom.8.
iustitiã. Si autẽ qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestrra propter spiritum suum
K qui habitat in vobis. Viuificatis ergo corporibus vestris, erit pax uera, vbi locus est dei, sed præcedat confessio. Notus in Iudæa deus. Confitere ergo prius, in Israel magnum nomen eius. Nondum vides

in ſpecie, vide ex fide: & fiet in te quod ſequitur, Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Sion interpretatur contemplatio, Quid eſt contemplatio? Cõ
1.Co.13 templabimur enim Deum facie ad faciem. Hic nobis promittitur, in quem modo non videtes credimus. Quomodo gaudebimus cum viderimus eum? Fratres, ſi modo tñ gaudium in nobis facit promiſsio, quantũ eſt factura redditio? Reddet enim nobis quod promiſit ſeipſum, vt facie ipſius & illius contemplationes gaudeamus, & non aliquid aliud delectabit nos, quia nihil eſt melius illo qui fecit omnia quę delectant. Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius, in Sion: id eſt, in contemplatione quadam & ſpeculatione, facta eſt habitatio eius in Sion. Ibi confregit fortitudines arcuũ, & ſcutum & gladium & bellum.) Vbi confregit? In illa pace æterna, in illa pace perfecta. Et modo fratres mei, qui bene crediderunt, vident quia de ſe non debent præſumere, & omnem potentiam minarum ſuarum: & quicquid in eis acutũ eſt ad nocendum, confringũt illud: & quicquid qua
L ſi pro magno habent vnde ſe protegant tẽporaliter, & bellum quod aduerſus Deum defendendo peccata ſua gerebant, oia hæc ibi confregit. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.) Qui ſunt montes æterni? Quos ipſe fecit æternos. Qui ſunt mõtes magni? Prædicatores veritatis. Tu illuminans, ſed a montibus æternis. Primi magni montes excipiunt lucem tuam, & a luce tua quam ſuſcipiũt montes, veſtitur terra. Sed illos magnos montes exceperunt Apoſtoli, tanquam oriẽtis luminis primordia exceperunt Apoſtoli. Nunquid quod
Mat.25. acceperunt, apud ſe retinuerunt? Non. Ne diceret & illis, Serue nequam & piger, dares pecuniam meam nummularijs. Si ergo quod ſuſceperunt, non apud ſe retinuerunt ſed omni orbi terrarum prędicauerunt: Illuminans tu admirabiliter a montibus ęternis: Quos æternos feciſti, per illos vitam æternam & cæteris promiſiſti. Illuminans tu admirabiliter a montibus æternis. Magnifice cum pondere dictum eſt, Tu, ne putet aliquis ꝙ montes illuminent. Multi. n. putantes ꝙ ab ipſis montibus illuminarentur, fecerunt ſibi partes de montibus, & ipſos montes conciderunt, & ipſi confracti
M ſunt. Neſcio qui ſibi fecerunt Donatũ, neſcio qui fecerunt Maximinianum, neſcio qui ſibi fecerunt illum & illum. Quare cõ putant ſalutem ſuam in hominibus eſſe nõ iu deo? O homo, venit ad te lux per montes, ſed Deus te illuminat, non montes. Illuminans tu, inquit, non montes. Tu illuminans a montibus quidem ęternis, ſed tu illuminas. Vnde & in illo loco q̃d ait Pſal
Pſ.120. mus? Leuaui oculos meos in montes, vnde dicẽs, Nunquid Paulus ꝑ vobis crucifixus eſt? Et alio loco, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementũ dedit. Ergo neq. qui plantat eſt aliquid, neq. qui rigat, ſed
1.Cor.3. qui incrementum dat Deus. Tales montes in ſe humiles ſunt, in deo excelſi ſunt. Qui aũt in ſeipſis excelſi ſunt, a deo humiliantur: qm̃ q ſe exaltat, humiliabit: & q ſe humiliat, exaltabit. Ideo tales qa ſuperbias ſuas
Pſal.67. odẽt, inamaricãt hoibus pacificis in Eccleſia. Illi volunt coagulare pacẽ, iſti inter ſe miſcent diſſenſionem. Et quid de illis dicit alius Pſalmus? Qui amaricant, non exaltẽt in ſemetipſis. Illuminans tu, attẽde hic tu admirabilis a montibus æternis: Cõturbati ſunt oẽs inſipientes corde.) Prædicata eſt veritas, dicta eſt æterna vita, dicta eſt eſſe alia vitã, quæ non eſt de iſta terra. Cõtempſerunt hoies vitã præſentẽ, & amauerunt vitã futurã, illuminari ꝑ montes illuminatos, Inſipientes aũt corde conturbati ſunt. Qũo cõturbati ſunt? Cũ Euangeliũ prædicat. Et quid eſt vita æterna? & qs eſt
1.Cor.15. qui reſurrexit a mortuis? Admirati ſunt Athenienſes, loquente Paulo apoſtolo de reſurrectione mortuorũ, & putauerũt cũ neſcio quas fabulas dicere. Sed qa dicebat eſſe aliã vitã, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois aſcendit, ergo inſi-
Act.17. pientes corde turbati ſunt. Sed qd eis cõtigit? Dormierunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenierunt oẽs viri diuitiarũ in manibus ſuis.) amauerunt præſentia, & dormierunt in ip ſis pũtibus: & ſic illis facta ſuut ipſa pſentia delitioſa, qũo qui videt per ſomniũ inueniſſe ſe theſauros, tamdiu diues, quãdiu non euigilet. Somnium illud diuitem fecit, euigilatio pauperem fecit. Tenuit illũ ſomnus ſortaſſe in terra dormientem, & in duro ia centem, pauperem & forte mẽdicũ. In ſomnis vidit ſe iacere in lecto oburneo vel aureo, & in plumis aureis altius extructis: q̃diu dormit bũ dormit, euigilans inuenit ſe
Deut. iacere in duro in quo illum ſomnus tenuerat. Tales ſunt & iſti. Venerunt in hanc vi ti, & ꝑ cupiditates tpales quaſi obdormie runt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vanæ pompæ volaticæ, & tranſierunt, non intellexerunt quantũ inde boni poſſet fieri. Nã ſi noſſent aliã vitã, illic ſibi theſaurizarent, qd̃ hic erat periturũ: ſicut Zacchæus vidit illud bonum maior publicanorũ, qñ ſuſcepit dñm Ieſum hoſpitio, & ait, Dimi- Luc.19.
dium rerũ mearũ do pauperibus: & ſi cui aliquid fraudaui, quadruplum reddo. Non erat iſte in vanitate ſomniantium, ſed in ſi de euigilantium. Ideo dñs quia medicus in trauerat ad ægrotum, pronunciauit ſalutẽ illius, & ait, Hodie ſalus huic domui facta
Ibidem. eſt; qm̃ & hic eſt filius Abrahæ: vt noueritis, quia nos imitando fidẽ filij Abrahæ ſumus: Iudæi aũt q̃ de carne ſuperbiunt a fide degenerauerunt. Ergo dormierunt ſomnum ſuum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt viri diuitiarũ in manibus ſuis. Dormierunt. n. in cupiditatibus ſuis, delectat illos, tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta, & nihil inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chri. Vis aliquid in uenire in manibus tuis poſtea? Noli contẽnere modo manũ pauperis, & reſpice manus inanes, ſi vis habere manus plenas. Di E
Mat.25. xit. n. dñs, Eſurijui & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes fui, & adduxiſtis mihi manducare: & cætera. Et illi, Qñ te vidimus eſurientem, ſitiẽtẽ, aut hoſpitem? Et ille dicit illis, Qñ vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Eſurire in pauperibus voluit, quia diues in cęlo eſt: & tu dubitas hõ dare homini cum ſcias te Chro dare quod das, a quo accepiſti quicquid das. Sed illi dormierunt ſomnum ſuũ, & nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarũ in manibus ſuis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt oẽs q̃ aſcenderũt equos.) Qui ſunt q̃ aſcẽderunt equos? Qui humiles eſſe noluerunt. Non in eqs ſedere peccatũ eſt, ſed ceruicẽ poteſtatis cõtra Deũ erigere, & putare ſe in aliquo honore eſſe. Quia diues es aſcendiſti, increpat Deus & dormis. Magna ira increpãtis, magna ira. Attẽdat charitas vra rẽ tremendã. Increpatio ſtrepitũ habet, ſtrepitus expergiſci ſolet hoies facere. Tantum põdus eſt increpantis Dei, vt diceret, Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt oẽs qui
Exo.14. aſcẽderunt equos. Ecce quo ſomno dormitauit ille Pharao qui [illegible]ebat equos? Nõ F
enim vigilauit in corde, [illegible] de increpatione durum cor habebat. Duritia. n. cordis, obdormitio eſt. Rogo vos, fratres mei, vi-

qui ꝑ ipſum volunt ab vnitate recedere. Sic. n. ipſe remanebit in vnitate, ſi ꝑ ipſũ non diuiſa fuerit ipſa vnitas. Illi aũt diuiſi ſunt, qñ receſsit populus ab orbe terrarũ, & ſecutus eſt nomen ipſorum, grauiſi ſunt elati ſunt, & eiecti ſunt. Humiliarentur & exaltarenſ, qũo humiliatus eſt Apoſtolus dicẽs, Nunquid Paulus ꝑ vobis crucifixus eſt? Et alio loco, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementũ dedit. Ergo neq. qui plantat eſt aliquid, neq. qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Tales montes aũt in ſeipſis excelſi ſunt, a deo humiliantẽ: qm̃ q ſe exaltat, humiliabit: & q ſe humiliat, exaltabit. Ideo tales qa ſuperbias ſuas at ẽdũt, inamaricãt hoibus pacificis in Eccleſia. Illi volunt coagulare pacẽ, iſti inter ſe miſcent diſſenſionem. Et quid de illis dicit alius Pſalmus? Qui amaricant, non exaltẽt in ſemetipſis. Illuminans tu, attẽde hic tu admirabilis a montibus æternis: Cõturbati ſunt oẽs inſipientes corde.) Prædicata eſt veritas, dicta eſt æterna vita, dicta eſt eſſe alia vitã, quæ non eſt de iſta terra. Cõtempſerunt hoies vitã præſentẽ, & amauerunt vitã futurã, illuminari ꝑ montes illuminatos, Inſipientes aũt corde conturbati ſunt. Qũo cõturbati ſunt? Cũ Euangeliũ prædicat. Et quid eſt vita æterna? & qs eſt qui reſurrexit a mortuis? Admirati ſunt Athenienſes, loquente Paulo apoſtolo de reſurrectione mortuorũ, & putauerũt cũ neſcio quas fabulas dicere. Sed qa dicebat eſſe aliã vitã, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois aſcendit, ergo inſipientes corde turbati ſunt. Sed qd eis cõtigit? Dormierunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenierunt oẽs viri diuitiarũ in manibus ſuis.) amauerunt præſentia, & dormierunt in ip ſis pũtibus: & ſic illis facta ſuut ipſa pſentia delitioſa, qũo qui videt per ſomniũ inueniſſe ſe theſauros, tamdiu diues, quãdiu non euigilet. Somnium illud diuitem fecit, euigilatio pauperem fecit. Tenuit illũ ſomnus ſortaſſe in terra dormientem, & in duro iacentem, pauperem & forte mẽdicũ. In ſomnis vidit ſe iacere in lecto oburneo vel aureo, & in plumis aureis altius extructis: q̃diu dormit bũ dormit, euigilans inuenit ſe iacere in duro in quo illum ſomnus tenuerat. Tales ſunt & iſti. Venerunt in hanc vi ti, & ꝑ cupiditates tpales quaſi obdormie runt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vanæ pompæ volaticæ, & tranſierunt, non intellexerunt quantũ inde boni poſſet fieri. Nã ſi noſſent aliã vitã, illic ſibi theſaurizarent, qd̃ hic erat periturũ: ſicut Zacchæus vidit illud bonum maior publicanorũ, qñ ſuſcepit dñm Ieſum hoſpitio, & ait, Dimi- Luc.19.
dium rerũ mearũ do pauperibus: & ſi cui aliquid fraudaui, quadruplum reddo. Non erat iſte in vanitate ſomniantium, ſed in ſi de euigilantium. Ideo dñs quia medicus in trauerat ad ægrotum, pronunciauit ſalutẽ illius, & ait, Hodie ſalus huic domui facta
Ibidem. eſt; qm̃ & hic eſt filius Abrahæ: vt noueritis, quia nos imitando fidẽ filij Abrahæ ſumus: Iudæi aũt q̃ de carne ſuperbiunt a fide degenerauerunt. Ergo dormierunt ſomnum ſuum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt viri diuitiarũ in manibus ſuis. Dormierunt. n. in cupiditatibus ſuis, delectat illos, tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta, & nihil inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chri. Vis aliquid in uenire in manibus tuis poſtea? Noli contẽnere modo manũ pauperis, & reſpice manus inanes, ſi vis habere manus plenas. Di E
Mat.25. xit. n. dñs, Eſurijui & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes fui, & adduxiſtis mihi manducare: & cætera. Et illi, Qñ te vidimus eſurientem, ſitiẽtẽ, aut hoſpitem? Et ille dicit illis, Qñ vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Eſurire in pauperibus voluit, quia diues in cęlo eſt: & tu dubitas hõ dare homini cum ſcias te Chro dare quod das, a quo accepiſti quicquid das. Sed illi dormierunt ſomnum ſuũ, & nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarũ in manibus ſuis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt oẽs q̃ aſcenderũt equos.) Qui ſunt q̃ aſcẽderunt equos? Qui humiles eſſe noluerunt. Non in eqs ſedere peccatũ eſt, ſed ceruicẽ poteſtatis cõtra Deũ erigere, & putare ſe in aliquo honore eſſe. Quia diues es aſcendiſti, increpat Deus & dormis. Magna ira increpãtis, magna ira. Attẽdat charitas vra rẽ tremendã. Increpatio ſtrepitũ habet, ſtrepitus expergiſci ſolet hoies facere. Tantum põdus eſt increpantis Dei, vt diceret, Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt oẽs qui
Exo.14. aſcẽderunt equos. Ecce quo ſomno dormitauit ille Pharao qui [illegible]ebat equos? Nõ F
enim vigilauit in corde, [illegible] de increpatione durum cor habebat. Duritia. n. cordis, obdormitio eſt. Rogo vos, fratres mei, vi-

dete quo dormiunt, qui ſonante Euangelio & amen & halleluia per totum orbem terrarum, adhuc vitam veterem nolunt damnare & in nouam euigilare. Erat ſcriptura Dei in Iudæa, modo per totum orbem terrarum cantatur. In illa vna gente dicebatur Deus vnus qui fecit omnia, eſſe adorãdus & colẽdus, modo ibi tacetur Chriſtus. Reſurrexit Chriſtus, irriſus eſt in cruce, ipſam crucem ſuam in qua irriſus eſt, iam fixit in frontibus regum, & adhuc dormit. Magna ira Dei fratres: Melius nos eum au-
Ephe. 5. diuimus qui dicit, Surge q̃ dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Sed qui illum audiunt? Qui non aſcẽdunt equos. Qui ſunt qui non aſcendunt equos? Qui modo non ſe iactant & extollunt, quaſi in honoribus & poteſtatibus ſuis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui aſcenderunt equos.) Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi tũc ab ira tua? Modo dormiunt & iratum non ſentiunt, ſed vt dormirent iratus eſt. Modo q̃ dormientes nõ ſentiunt, in fine ſentient. Apparebit enim
G iudex viuorum & mortuorum. Et quis reſiſtet tibi tunc ab ira tua? Modo enim loquunt q̃d volunt, & diſputant cõtra Deũ, & dicũt. Qui ſunt Chriſtiani, aut quis eſt Chriſtus? aut quales inepti qui credũt q̃d non vident, & dimittũt delitias quas vidẽt, & ſequunt fidẽ rerũ quæ oculis ipſorũ nõ
Pſal. 93. exhibent? Dormitis & balatis, loq̃mini aduerſus deum q̃tum poteſtis. Vſquequo peccatores dñe, vſquequo peccatores gloriabunt? Reſpondent & loquuntur iniquitatem. Q̃ñ aũt nemo rũdet, & nemo loquit, niſi q̃ñ ſe in ſe conuertat? Q̃ñ in ſe conuertent dentes, quibus modo nos rodunt, quibus nos diſcerpunt irridendo Chriſtianos, reprehendendo vitam ſanctorum? Tunc ſe in ſe conuertent, cum illis eueniet q̃d dicitur in libro Sapientiæ, Dicent inter ſe pœnitentiam agentes, & per anguſtiam ſpiri-
Sapi. 5. tus gemẽtes, cum viderint gloriam ſanctorum, tunc dicent, Hi ſunt quos aliq̃ habuimus in riſum. O qui multũ dormiſtis, certe iã euigilatis, & in veſtris manibus nihil inuenitis. Videtis qũo plenas habeant manus gloria Dei, quos tanquam pauperes irriſiſtitis. Dicite ergo tunc vobis quãdo nõ reſiſtitis iræ Dei, non manu, nõ lingua, nec
H verbo, nec cogitatione. Apparebit enim vobis manifeſtus quem irridendum putaſtis, cum vobis venturus nunciaretur, Et quid dicent? Ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol non ortus eſt nobis. Q̃o iuſtitię ſol oritur dor- Ibidem.
mientibus? Sed ab ira & increpatione eius dormiunt. Hoc forte dicturus eſt, ſed melius eſt nõ aſcendere equũ, & tũ ipſi equos ſuos accuſabũt. Audi illos accuſantes equos ſuos in quibus dormierunt. Ergo errauimus, inquit ſcriptura, a via veritatis, & iuſtitiæ lumẽ non luxit nobis, & ſol non ortus eſt nobis: Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia tanq̃ vmbra. Ergo vi-
gilaſti aliquando, ſed melius equum non aſcenderes, vt tunc non dormitares, quando vigilare debuiſti, & audire vocem Chriſti, vt illuminaret te Chriſtus, Tu terribilis es, & q̃s reſiſtet tibi tũc ab ira tua? Quid enim erit tunc? De cœlo iaculatus es iudicium, terra timuit.) Quæ ſe modo turbat, quæ modo loquitur, timere habet in finem & quieſcere. Melius modo quieſceret, vt in fine gauderet. Terra timuit & q̃euit. Cũ exurgeret in iudicio dñs, vt ſaluos faceret omnes mites corde.) Qui ſunt mites corde? Qui frementes equos non aſcenderunt, ſed in humilitate ſua peccata confeſſi ſunt. Vt ſaluos faceret omnes mites corde. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquię cogitationis ſolennia celebrabunt tibi.) Prima cogitatio, poſteriores reliquiæ cogitationis. Quæ eſt cogitatio prima? Vnde incipimus, bona illa cogitatio vnde incipies confiteri. Confeſsio adiunget nos Chriſto. Iam vero confeſsio ipſa, id eſt, prima cogitatio, facit in nobis reliquias cogitationis, & ipſæ reliquiæ cogitationis ſolennia celebrabunt tibi. Cogitatio hominis confitebitur tibi, relquiæ cogitationis ſolennia celebrabunt tibi. Quæ eſt cogitatio quæ confitebitur? Quæ damnat vitam priorem cui diſplicet quod erat, vt ſit quod non erat, ipſa eſt prima cogitatio. Sed quia ſic debes recedere a peccatis, prima cogitatione confeſſus Deo, vt non tibi recedat de memoria quia peccator fuiſti: per hoc quod peccator fuiſti, ſolennia celebras Deo. Adhuc intelligendum eſt, prima cogitatio cõfeſsionẽ habet, & receſsionẽ a vetere vita. Sed ſi oblitus fueris a q̃bus peccatis liberatus ſis, nõ agis gr̃as liberatori, & nõ celebras ſolẽnia deo tuo. Ecce prima cogitatio confitens Sauli apoſtoli, iã Pauli, q̃ primo Saulus fuit q̃ñ audiuit vocẽ de cœlo cũ

tũ perſequeret Chm̃m, & fureret in Chriſtianos, & vellet vt vbicunque inuentos adduceret necandos, audiuit vocẽ de cœlo, Saulle Saule, quid me perſequeris? Et circũfulgus lumine, facta ſibi cęcitate in oculis vt intus videret, emiſit primam cogitationem
Act. 9. obedientiæ, cũ audiret, Ego ſum Ieſus Nazarenus quẽ tu perſequeris: Dñe ait, quid me iubes facere? Et hæc cogitatio confitentis, iã Deum appellat quem perſequebatur. Q̃o reliquiæ cogitationis ſolẽnia celebrabãt in Paulo audiſtis, cum ipſe Apoſtolus
1. Tim. 2. legeret, Memor eſto Chm̃ Ieſum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundũ Euangelium meũ. Quid eſt, memor eſto? Non deleaſ de memoria tua cogitatio qua primo confeſſus es: ſint reliquiæ cogitationis in memoria. Et quemadmodũ repetit quod ſibi donatum eſt, idem Paulus apoſtolus alio loco, Qui prius, inquit, fui blaſphemus & pſecutor, & iniuriоſus. Quid
1. Tim. 1. dicit? Prius fui blaſphemus. Nunquid adhuc blaſphemus eſt? Vt non eſſet blaſphemus, fuit prima cogitatio confitens: vt aũt commemoraret quid illi donatum eſt, reliquię cogitationis ſolennia celebrabant. Etenim fratres mei, ecce innouauit nos Chr̃s, dona-
1. Ioan. 1. uit nobis oĩa peccata & conuerſi ſumus. Si obliuiſcamur quid nobis donatum eſt, & a quo donatum eſt, obliuiſcimur munus ſaluatoris. Cum aũt nõ obliuiſcimur munus ſaluatoris, nonne quotidie nobis Chr̃s immolatur? Et ſemel pro nobis Chr̃s immolatus eſt, Cum credidimus, tũc nobis fuit cogitatio: modo autem reliquiæ cogitationis ſunt, qua meminimus quis ad nos venerit, & quid nobis donauerit: ex ipſis reliquijs cogitationis, id eſt, ex ipſa memoria, quotidie nobis ſic imolatur, quaſi quotidie nos
1. Ioan. 1. innouet, qui prima gr̃a ſua nos innouauit. Iam. innouauit nos dñs in baptiſmo, & facti ſumus noui hoies, in ſpe quidem gaudentes, vt in tribulatione ſimus patientes: ſi non debet de memoria noſtra recedere, quid nobis p̃ſtitum ſit, & ſi modo non eſt cogitatio tua quæ fuit. Etenim prima cogitatio fuit cõfitentis recedere a peccato, modo aũt non recedis. ſed tunc receſsiſti: ſint reliquiæ cogitationis, nec excidat a memo-
Matth. 9. ria q̃ ſanauit. Vulnus te habuiſſe ſi oblitus fueris, nõ tibi erunt reliquiæ cogitationis. Quid enim putatis dixiſſe Dauid? Ecce ex
Pſal. 50. totum perſona loquitur. Peccauit Dauid ſã ctus grauiter, miſſus eſt Nathan propheta ad illum, & corripuit illum, & confeſſus eſt, & dixit, Peccaui. Hæc fuit prima cogitatio confitentis. Cogitatio hoĩs confitebitur tibi. Quæ erant reliquiæ cogitationis, quando ait, Et peccatum meum ante me eſt ſemper? Quæ fuit ergo prima cogitatio? Vt recederet a peccato. Et ſi iam receſſit a peccato, quomodo peccatum illius ante illum eſt ſemper? Si prima cogitatio trãſijt, ſed reliquiæ cogitationis ſolennia celebrabunt. Meminerimus ergo fratres chariſſimi, rogamus vos, Quiſquis liberatus eſt a peccato, meminerit quid fuit: ſint in illo reliquiæ cogitationis. Tunc enim portat alium ad ſanandum ſi ſe meminerit eſſe ſanatum. Ergo vnuſquiſque recordetur quid fuit, & vtrum iam non ſit, & tunc ſubueniet ei qui adhuc eſt quod ille iam non eſt. Si aũt iactat ſe quaſi de meritis ſuis, & repellit tanquam indignos peccatores, & ſine miſericordia ſequit, equũ aſcendit, videat ne dormiat. Dormitauerunt enim qui aſcenderunt equos. Iam tunc dimiſit equum: humiliauit ſe, non iterum aſcendat equũ, A
id eſt, non ſe rurſus erigat in ſuperbiam. Vnde fit illi hoc? Si reliquię cogitationis ſolẽnia celebrent Deo. Vouete & reddite domino Deo noſtro.) Quis quod poteſt voueat, & reddat. Non voueatis, & non reddatis, ſed quiſq. quod poteſt, voueat, & reddat. Non ſitis pigri ad vouendum, non. n. viribus vſis implebitis, deficietis ſi de vobis præſumitis: ſi aũt de illo cui vouetis, vouete ſicuti reddetis. Vouete & reddite dño deo noſtro oẽs cõiter. Quid debemus vouere? Credere in illum ſperare ab illo vitam æternam, bene viuere ſecundum cõmunem modum. Eſt. n quidam modus cõmunis omnibus, furtum non facere, non nubere caſtimoniali præcipitur, & nuptæ non præcipitur: adulterium non facere, omnibus præcipitur. Non amare vinolentiam qua ingurgitatur anima, & corrumpitur in ſe templum Dei, omnibus æqualiter præcipitur. Non ſuperbire, omnibus æqualiter præcipitur. Non hominem occidere, non odiſſe fratrem, non aduerſus aliquem tenere pernicięm, omnibus in communi præcipitur. Hoc totum omnes vouere debemus. Sunt etiam vota propria ſingulorum, alius vouet Deo caſtitatem coniugalem, vt præter vxorem
I ſuam non nouerit aliam ſic & fœmina, vt B

præter virū ſuum non nouerit aliū. Alii
ēt vouent, & ſic experti tale coniugium,
vltra nihil tale pati, nihil tale concupiſce-
re aut ſuſtinere,& ipſi vouerūt aliquid ma
ius, quàm illi. Alii virginitatem ipſam ab
in eunte ætate vouent, vt nihil tale vel ex
periantur,quale illi experti ſunt & relique
runt,& iſti vouerunt plurimum. Alii vo-
uent domum ſuam eſſe hoſpitalē oībus ſan
ctis aduenientibus, magnū votū vouent.
Alius vouet relinquere oīa ſua diſtribuen
do pauperibus,& ire in cōem vitam, in ſo
cietatem ſanctorum,magnum votum vo-
uit. Vouete & reddite dño Deo nro. Quiſ
que ꝙ vouere uoluit voueat illud attendat
ꝙ vouerit reddat. Vnuſquiſque Deo ꝙ vo
uet,ſi reſpicit retrorſum,malū eſt. Neſcio
quę caſtimonialis nubere voluit. Quid vo
luit? Quod & virgo quælibet. Quid vo-
luit? Quod & mater ipſius. Aliquid mali
voluit? Mali planè. Quare? Quia iam vo
uerat domino d eo ſuo. Quid enim dixit
1.Ti.5. de talibus apoſtolus Paulus, cum dicat vi
1.Co.7. duas aduleſcentulas nubere ſi velint? Sed
tamē āit quodā loco, Beatior aūt erit ſi ſic
permanſerit ſecundum meum conſilium.
C Oſtendit beatiorem ſi ſic permanſerit, nō
tamen dānandā ſi nubere voluerit. Quid
aūt ait de quibuſdam quæ vouerunt & nō
1.Ti.5. reddid erunt? Habētes,inquit,dānationē,
qa primam fidem irritam fecerunt. Quid
eſt,primam fidem irritam fecerunt? Voue
Ad frēs runt & non reddiderunt. Nemo ergo poſi
3 eremo tus in monaſterio frater, dicat: recedo de
ſer.40. monaſterio,neq.n.ſoli q ſunt in monaſte-
rio puenturi ſunt ad regnum cœlorū, &
illi q ibi non ſunt ad deū non pertinent.
Reſpondetur ei, Sed illi non vouerunt, tu
vouiſti, tu retro reſpexiſti. De die iudicii
cū dominus minaretur, quid ait? Memēto
Luc.17. te vxoris Loth. Otous dixit. Quid.n.fe-
Ge.16. cit vxor Loth? Liberata eſt a Sodomis, &
in via poſita,retrorſum reſpexit. Vbi reſpe
xit, ibi remanſit. Facta eſt aūt ſtatua ſalis,
vt illius cōtemplatione condiantur hoīes,
cor habeant,non ſint ſatui,non retro reſpi
ciant,ne malum exemplum dantes, ipſi re
maneant,& alios condiant, Nam & modo
dicimus illud qbuſdā fratribus nris, quos
forte viderimus velut infirmari in propo-
ſito bono, & talis uis eſſe quales illi. Obii-
cimus illis quoſdam q retro reſpexerunt,
D illi, ſatui ſunt in ſe,ſed alios condiunt, quā
do cōmemorantur vt illorum exemplum

timētes,iſti retro ne reſpiciant. Vouete &
reddite domino deo noſtro, quia illa vxor
Loth ad oēs pertinet. Maritata mulier vo
luit facere adulterium,de loco ſuo quo per
uenerat retro reſpexit. Vidua quæ iam ſic
permanere uoluerat, uoluit nubere. Hoc
uoluit quod licuit ei quæ nupſit,ſed illi nō
licuit, quæ loco ſuo retro reſpexit. Virgo
eſt, caſtimonialis, iam dicata Deo,habebat
& cætera q̄ vere ornant ipſam uirginita-
tem,& ſine qbus illa uirginitas turpis eſt.
Quid ſi enim ſit corpore integra,& mēte
corrupta? Quid eſt quod dixi? Quid ſi nul
lus terigerit corpus,ſed ſi forte ebrioſa ſit,
ſuperba ſit,litigioſa ſit, linguoſa ſit? Hæc
oīa damnat Deus. Si anteq̄ uouiſſet nupſi
ſſet,non dānaretur. Elegit aliquid melius,
ſuperauit ꝙ ei licebat,ſupbit & illicita tan
ta committit. Hoc dico, nubere licet ante
quam uoueat,ſuperbire nūquā licet. O tu
uirgo Dei nubere noluiſti ꝙ licet, extollis
te ꝙ nō licet. Melior uirgo humilis, q̄ ma
ritata humilis: ſed melior maritata humi
lis,q̄ uirgo ſuperba. Quæ aūt reſpexit ad
nuptias, non quia noluit nubere dānatur;
ſed quia iā ante receſſerat,& ſit vxor Loth
reſpiciendo retroſum. Non ſitis pigri qui
poteſtis, quibus aſpirat deus apprehendere
gradus meliores,quia non iſta ideo loqui-
mur vt nō voueatis,ſed vt voueatis & red
datis. Vouete & reddite dño Deo noſtro.
Iam qa iſta tractauimus,forte volebas vo
uere,& modo non vis vouere. Sed quid ti
bi dixerit pſalmus attende,non dixit,noli-
te vouere:ſed,vouete & reddite. Quia au-
diſti reddite,non vis vouere? Ergo vouere
uolebas & non reddere? Immo utrūq.fac.
Vnum ſit ex profeſsione tua, aliud ex adiu
torio Dei perficietur. Aſpice eum qui te
ducit,& non reſpicis retro unde te educit.
Qui te ducit,ante te ambulat:unde te edu
xit,poſt te eſt. Ama ducentem,& nō re dā
nat retro reſpicientem. Vouete & reddite
domino Deo noſtro. Omnes qui in cir-
cuitu eius ſunt,offerent munera.) Qui
ſunt in circuitu eius? Vbi eſt enim iſte, ut
ducat omnes qui in circuitu eius ſunt? Si
Deum pſem cogites,ubi non eſt q̄ ubique
præſens eſt? Si filium cogites ſecundū for
mam diuinitatis,& ipſe cum patre ubique
eſt,quia ipſe eſt ſapientia Dei,de qua dictū
eſt, Attinget aūt ubiq. pp ſuam mundi
ciam. Si aūt filium ſic intelligas,ſecundum
quod aſſumpſit carnem, & uiſus eſt inter

hoīes,& crucifixus eſt, & reſurrexit,nouit-
mus quia aſcendit in cœlū. Qui ſunt in cir
cuitu eius? Angeli. Ergo nos nō offerimus
munera,quia oēs, qui in circuitu eius ſunt,
dixit,offerent munera? Si ſepultus dās no-
ſtō alicuius martyris vel apoſtoli,attēdere
mus eos qui in circuitu eius eſſent,quæcun
que vel gentes eſſent circa ipſum locum un
diq. uel conuenientes ad illam ſepulturā cū
muneribus. Nunc aūt aſcendit, ſurſum ē.
Quid eſt hoc,Oēs q. i circuitu eius ſunt,of
ferent munera? Hoc interim quod deus ad-
monet dicā vobis, qd ex his verbis ipſe mi-
hi inſpirare dignatus ſit: ſi melius aliq̄d po-
ſtea viſum fuerit, & hoc veſtrum eſt, quia
cōmunis eſt omnibus veritas. Nō eſt mea,
nec tua: non eſt illius aut illius, oībus com-
munis eſt. Et fortaſsis ideo media eſt, ut in
circuitu eius ſint oēs qui diligūt ueritatem.
Quicquid.n.omnibus commune eſt,in me
dio eſt. Quare in medio dicitur? Vt tm̄ di-
ſtet ab omnibus, & tm̄ propinquet omnib.
Quod non in medio eſt, quaſi priuatō ſit.
Quod publicum eſt,in medio ponitur: ut
oēs qui ueniunt,percipiant,illuminent. Ne
mo dicat,meum eſt, ne in parte ſua velit fa
cere quod in medio eſt omnibus. Quid eſt
ergo,oēs qui circuitu eius ſunt,offerent mu
nera? Omnes qui intelligunt cōem eſſe om
nibus veritatem,& non illam faciunt quaſi
ſuam ſuperbiendo de illa, ipſi offerēt mune
ra qui humilitatem hāt: qui autē quaſi ſuū
faciunt quod omnibus commune eſt, tan-
quam in medio poſitū, ad patrem ſeducere
conantur, non offerent hi munera: quia om
nes qui in circuitu eius ſunt, offerent mu-
nera terribili, Offerentur munera terribili.
Timeant ergo omnes, qui in circuitu eius
ſunt. Ideo.n.timebunt,& cum tremore lau
dabunt,quia ideo in circuitu eius ſunt, ut
omnes aſſequantur eum,& publice omnib.
confluat,& publice illuminet,hoc eſt, con-
tremiſcere. Tu cum feceris eum tibi quaſi
proprium,& iam non communem,extolle
tis in ſuperbiam: cum ſcriptum ſit, Seruite
domino in timore, & exultate ei cum tre-
more. Ergo offerent munera, qui in circui
tu eius ſunt. Ipſi.n.humiles ſunt, qui com-
munem nouerunt eſſe omnibas [veritatē.]
Cui offerent munera? Terribili & ei qui
aufert ſpiritum principum.) Spiritus enim
principum, ſuperbi ſunt ſpiritus. Illi ergo
non ſunt ſpiritus eius, quia & ſi aliquid no

uerunt, ſuum volunt eſſe, non publicū? Sed H
ille qui commendat ſe, tanquam æqualem
omnibus, qui ſe in medio ponit, ut omnes ca
piant quantum poſſunt, quicquid poſſunt,
non de cuiuſquam hois, ſed de dei: & iō de
ſuo, quia ipſi facti ſunt eius: Ergo illi omnes
humiles ſint, neceſſe eſt. Perdiderunt ſpm̄
ſuum,& ſpiritum dei habent. A quo perdi-
derunt ſpiritum ſuum? Ab illo qui aufert
ſpiritum principum. Q̄ñquidem dicitur ei
in alio loco, Auferes ſpiritum eorum & de- Pſ.103.
ficient,& in puluerem ſuum conuertentur.
Emitte ſpm̄ tuum & creabuntur,& innoua
bis faciem terræ. Neſcio quis intellexit ali-
quid ſuum uult eſſe, adhuc ſpiritum ſuū ha-
bet: Bonum eſt illi ut perdat ſpiritum ſuum,
& habeat ſpiritum dei. Adhuc inter princi
pes ſuperbit, bonum eſt illi ut redeat ad pul
uerem ſuum,& dicat, Memēto domine qa Pſ.102.
puluis ſumus. Si.n.te confeſſus fueris pulue
rem, deus de puluere facit hominem. Om-
nes qui in circuitu eius ſunt, offerent mune
ra. Omnes humiles confitentur ei & adorāt
eum, Terribili offerent munera. Vnde ter- Pſal.2
ribili? Exultate cum tremore: Et ei q̄ aufert
ſpiritum principum, id eſt, tollit audaciā ſu-
perborum. Terribili apud reges terræ.) Ter I
ribiles ſunt reges terræ, ſed ille ſuper omnes
qui terret reges terræ. Eſto rex terræ,& e-
rit tibi terribilis deus. Quomodo, inquies,
ero rex terræ? Rege terram, & eris rex ter-
ræ. Noli ergo auiditate imperandi ponere
tibi ante oculos prouincias latiſsimas, qua
tua regna diffundas: Terram quam portas
rege. Audi Apoſtolum regentem terram,
Non ſic pugillor quaſi aerem verberās, ſed 1.Co.9.
caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redi
go: ne forte aliis prædicans, ipſe reprobus ef
ficiar. Ergo fratres mei, eſtote in circuitu e-
ius, ut per quemcunque vobis veritas ſo-
nuerit, non illam imputetis illi per quē ſo-
nat: ſed de medio ſit oībus, quia ꝙ qualiter
adeſt omnibus. Et eſtote humiles, ne vobis
& vobiſpſi vſurpetis ſi quid forte boni illius
intellexeritis, quia & nos quod melius in-
tellexerimus, ueſtrum eſt: & quod uos me-
lius intellexeritis, noſtrum eſt, vt in circui-
tu eius ſimus, & humiles ſimus. Atq. ita per
dentes ſpiritum noſtrum offeremus mune-
ra terribili ſuper omnes reges terræ, id eſt,
ſuper omnes regentes carnem ſuam, ſed ſu-
biectos creatori ſuo.

In

In psalmum septuagesimumsextum Enarratio.

K Psalmi huius limē ita scribitur: In finem pro Idithū psalmus ipsi Asaph.) In finē
Rom.10 q̄d sit, nostis. Finis. n. legis Chr̄s ad iusti
tiam omni credēti. Idithū interpretatur trā
siliens eos. Asaph interpretatur cōgregatio.
Loquit hic ergo congregatio transiliens, vt
perueniat ad finem q̄ est Chr̄s Iesus. Quæ
sint itaq. transilienda, ut ad illum finē per-
uenire possimus, ubi iam quod trāsiliamus
nō habemus: Psalmi textus ipse demōstrat.
Etenim tandiu transilire debemus, quicq̄d
nos impedit, quicquid irretit, q̄cquid uisco
quodam illigat, & onere aggrauat uolatum
nostrū, donec perueniamus ad id quod suffi
cit, ultra quod nihil est, infra quem sunt om
nia, & ex quo sunt omnia. Patrē quippe ip-
Ioa.14. sum uolebat Philippus ſtueri, & dicebat do
mino Iesu Christo, Ostende nobis patrem
& sufficit nobis: tanquam tandiu transilien
dū esset, q̄cquid aliud esset, donec pueniret
ad patrem, ubi iā securus alsisteret, & quid
ei vltra requirendum esset nō haberet. Hoc
est. a sufficit. Verum ille qui uerissime dixe
Ioa.10. rat, Ego & pater vnū sumus admonuit Phi
lippum, docuitq. omnem hominem q̄ Chri
stum intelligeret, etiam in eo habere finem,
L quia ipse & pater unum sunt. Tāto. n. inq̄t,
tempore vobiscum sum, & non vidistis me?
Philippe qui me uidet, uidet & patrē. Quis
quis ergo Psalmi huius animum sentire, imi
tari, tenere uult, omnia desyderia carnalia
transiliat, seculiq. huius pompam & ille-
cebram calcet, nihilq. sibi aliud ꝓponat v-
bi confistat, nisi ex quo sunt omnia, In qui-
bus omnib. ēt ipse laborat, donec ad finē p-
ueniat. Quid nobis ergo idicat trāsiliēs iste?

Expositio Psalmi.

Ps.141. VOce mea, inquit, ad dñm clamaui.)
Sed multi clamant ad dñm pro diui-
tijs acquirendis damnisq̄. deuitandis
pro suorū salute, pro stabilitate domus suæ,
pro fœlicitate temporali, pro dignitate se-
culari, postremo etiam pro ipsa salute cor-
poris, quæ patrimonium est pauperis. Pro
his atq. huiusmodi rebus multi clamant ad
dominum, uix quisquam propter ipsum do
minum. Facile quippe homini est quodli-
bet desiderare a domino, & ipsum dominū
non desiderare, quasi uero suauius esse pos-
sit quod dat, quam ipse qui dat. Quisquis
ergo pro alia re qualibet clamat ad dominū
nondum est transiliens. Hic vero transilies M
quid dicit? Voce mea ad dominum clamaui,
Et ne arbitreris uocem ipsius qua clamauit
ad dominum, propter aliud emissam, quam
ꝓpter ipsum dominum, secutus ait, Et vox
mea ad deum.) Emittitur. n. vox qua clame
mus ad deum, & ipsa uox ad aliud est, non
ad deum. Ad hoc. n. est uox, propter quod e-
ditur vox. Iste ergo q̄ deum gratis amabat, Plal.9
qui voluntarie deo sacrificabat, qui trāsilie-
rat quicquid infra est, nihilq. aliud supra se
viderat, quo effunderet animam suam, nisi
ex quo & per quem & in quo creatus erat,
ad quem clamauerat uoce sua, ad illum esse
fecerat ipsam uocem suam, Vox mea, inq̄t,
ad deum. Et nunquid sine causa? Vide quid
sequitur: Et attēdit mihi.) Vere tunc tibi at
tendit, quando ipsum quæris, non quando
per ipsum aliud quæris. Dictum est de qui- Plal.9
busdam, Clamauerunt, nec erat qui saluos
faceret: ad dominū, nec exaudiuit eos. Qua-
re? Quia uox eorum non ad deum. Expri-
mit hoc alio loco scriptura, ubi dicit de tali
bus, dominum non inuocauerunt. Ad illum
clamare non cessauerunt, & tamen domi-
num non inuocauerunt. Quid est, Domi-
num non inuocauerunt? Dominum in se
non uocauerunt. Ad cor suum dominum A
non inuitauerunt, a domino se habitari no-
luerunt. Et ideo quid eis contigit? Ibi trepi Ibidem
dauerunt timore ubi non erat timor. Ideo
de rerum prēsentium amissione tremue-
runt, quoniam non erant pleni illo quem
non inuocauerunt, Non gratis amauerunt,
vt amissis temporalibus rebus possent dice-
re, Sicut domino placuit, ita factum est, sit
nomen domini benedictum. Ergo iste, vox
mea, inquit, ad dominum, & attende mihi.
Doceat nos quomodo id fiat. In die tribu-
lationis meæ deum exquisiui.) Qui es qui
hoc facis? In die tribulationis tuæ, uide
quid exquiras. Si carcer facit tribulatio-
nem, exire de carcere exquiris. Si febris
facit tribulationem, sanitatem exquiris.
Si fames facit tribulationem, saturitatem
exquiris. Si damna faciunt tribulatio-
nem, lucrum exquiris. Si peregrinatio fa-
cit tribulationem, ciuitatem tuæ carnis ex-
quiris. Et quid cuncta commemorem,
aut quando cuncta commemorem? Vis
esse transiliens? In die tribulationis tuæ
deum exquire, non per deum aliud, sed ex

tribulatione deum: vt ad hoc deus remo-
ueat tribulationē, vt, securus inhæreas deo.
In die tribulationis meæ deū exquisiui nō B
aliud aliquid, sed deum exquisiui. Et quō
exquisisti? Manibus meis nocte coram eo.)
Dic hoc rursus, videamus, intelligamus, imi
temur si possumus. In die tribulationis tuæ
quid exquisisti? Deum. Quomodo exquisi-
sti? Manibus meis. Quando exquisisti? No-
cte. Vbi exquisisti? Corā eo. Et quo fructu
exquisisti? Et non sum deceptus.) Omnia
ergo videamus frēs, omnia cōsyderemus,
omnia interrogemus, & quid sit tribulatio
in qua iste deum exquisiuit, & quid sit ma-
nibus inquirere deum, & quid sit nocte, &
quid sit coram illo, & sequitur, quod omnes
intelligunt, Et non sum deceptus. Quid
est. n. & non sum deceptus? Inueni q̄ quod-
rebam. Tribulatio non illa vel illa cogitan-
da est, Etenim vnusquisque nondū transi-
lies nondū putat esse tribulationē, nisi quæ
acciderit huic vitæ ex aliquo tristi tpe. At
vero ille transiliens, totam vitā istā tribula-
tionē suā reputat. Hic. n. amat patriā super-
nam, vt terrena peregrinatio, ipsa sit maxi-
ma tribulatio. Quō. n. non sit tribulatio vi-
ta ista, rogo vos? Quō non sit tribulatio q̄
dicta est tota tentatio? Habes scriptum in
libro Iob, Nunquid non tentatio est vita hu- C
mana super terram? Nunquid dixit, tenta-
tur vita humana super terram? Ipsa vita ten
tatio est. Si ergo tentatio, vtique tribulatio.
In hac igitur tribulatione, hoc est, in hac vi-
ta, deū exquisiuit iste transiliēs. Quō? Mani
bus, inquit, meis. Quid est, manibus meis?
Operibus meis. Non. n. aliquid corporeum
quærebat, vt contrectando inueniret, quod
perdiderat, vt manibus quęreret nummum,
aurum, argentum, vestem, quiequid tale
se est qđ manibus teneri possit: quamq̄ &
ipse dominus noster Iesus Christus voluit
manibus inquiri, qñ dubitāti discipulo cica-
trices ostēdit. Sed nunq̄d cum ille exclamas
set tangens cicatrices vulnerum eius, Domi
nus meus & deus meus nōne audiuit, Quia
vidisti me credidisti, beati qui non vide-
runt & crediderunt? Si ergo ille manibus
quæreus Christum, hoc audire meruit, vt
opprobrium ei fuerit ita quæsisse, nos qui
beati dicti sumus, qui non vidimus & credi
dimus. Quid ergo? Ad nos non pertinet ma
nibus quærere? Pertinet sicut dixi, operibus
quærere. Quando hoc? Nocte. Quid est
nocte? In hoc seculo. Nox enim est ante

effulgeat dies, in aduentu clarificato domi
ni nostri Iesu Christi, Nam vultis videre
quia nox est? Nisi lucernā hic haberemus, D
in tenebris permaneremus. Petrus enim di 2.Pet.1
cit, Et nos habemus certiorē propheticum
sermonem, cui bene facitis intendentes, ve-
lut lucernæ lucent in obscuro loco donec
dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus
vestris. Venturus est ergo dies post istam
noctem, interim in hac nocte lucerna non
desit. Et hoc est fortasse quod nunc faci-
mus. Has literas exponendo, lucernam in-
ferimus, vt in hac nocte gaudeamus, Quæ
quidem debet accensa esse semper in domi-
bus vestris. Talibus enim dicitur, Nolite
spiritum extinguere, Et tanquam exponēs 1.The.5
quid diceret, secutus ait, Prophetiam nolite
spnere, id est, lucerna in vobis semper lu-
ceat. Et hæc quidem lux in comparatione
cuiusdam ineffabilis diei nox dicitur, Nam
ipsa vita fidelium in comparatione vitæ
infidelium dies est. Quomodo autem sit
nox iam diximus, & ostendimus Petri apo-
stoli testimonio, Qui quidem etiam & lu-
cernam nominauit, & de ipsa lucerna nos
admonuit vt intendamus ei, id est prophe
tico sermoni, donec dies lucescat, & lucifer
oriatur in cordibus nostris. Quomodo au- Rom.13.
tem iam vita fidelium dies sit in compara-
tione vitæ impiorum, Paulus ostendit: E
Abijciamus, inquit, opera tenebrarum, &
induamur arma lucis, sic vt in die honeste
ambulemus. Ergo honeste viuentes in com
paratione vitę impiorum in die sumus. Sed
iste dies vitę fidelium non sufficit huic Idi-
thum, transilire vult & istum diem, donec
veniat ad illum diem vbi noctis tentatio- Iob.7.
nem nullam omnino formidet. Hic enim
quanuis dies sit vita fidelium, tentatio est vi
ta humana super terram: Nox & dies, Dies
in comparatione infidelium, Nox in com-
paratione angelorum. Hīt. n. diem angeli,
quem nos nondum habemus, Iam nos ha-
bemus quem non hīt infideles: Sed non
dum habent fideles, quem angeli habent: Mat.22
Tunc autem habebunt cum erunt æquales
angelis dei, quod illis in resurrectione pro-
missum est. In hac ergo iam die & adhuc
nocte, in cōparatione futuri diei quem de-
syderamus, die in cōparatione ꝑteritæ no-
ctis cui renunciauimus: In hac ergo, inquā,
nocte deū req̄ramus manibus nostris: Non
cessent opera, quæramus deum, non sit ina-
ne desideriū. Si in via sumus, sumptus ero

gemus,

gemus,vt peruenire posſimus, Manibus q̃ramus deũ:Et ſi nocte quærimus quem manibus quærimus, non decipimur,quia corã
Mat. 6. ipſo quærimus. Quid eſt coram ipſo?Noli
F te facere iuſtitiam veſtram coram homini
Ibidem. bus,vt videamini ab eis, alioqui non habebitis mercedem apud patrem veſtrum. Cũ ergo facis eleemoſynam,ait,manus illę ſunt quærẽtes deum, noli tubicinare ante te, ſicut hypocritæ faciũt,ſed ſit eleemoſyna tua in occulto: & pater tuus qui videt in occulto,reddet tibi. Ergo manibus meis nocte coram eo, & non ſum deceptus. Quanta tñ iſte Idithũ pertulerit in hac terra, & in hac nocte, & qũo habuerit quodãmodo tranſiliendi neceſsitatem impingentibus atq. pũgentibus deorſum tribulationibus,vt neceſſe fuerit trãſilire,intẽtiſsime audiamus.Ne gaui conſolari animam meam. Tantum tædiũ me hic occupauit, vt contra omnem cõſolationem clauderet ſe anima mea. Vnde huic tale tædium?Fortaſſe quia vinea grandinata eſt, aut quia olea non prouenit, aut quia vindemia a pluuia intercepta eſt. Vnde huic tædium ? Audi hoc ex alio Pſalmo. Ipſius.n.& ibi vox eſt, Tædium detinuit
Pſ. 118. me a peccatoribus relinquentibus legẽ tuã. Tanto ergo tædio de hmõi malo affectum ſe iſte dicit,vt negaret cõſolari aĩam ipſius, Propè abſorbuerat eum tædium, Triſtitia quæ eũ omnino irreparabiliter merſerat,ne
G gat ſe conſolari. Quid igitur reſtaba ? Primo vide vnde conſoletur. Nõne ſuſtinuerat qui ſimul contriſtaretur & non inueneratPſal.68. ? Quò.n.ſe verteret ad conſolationem quem occupauerat tædium de peccatoribus relinquentibus legem dei?Quò ſe verteret? ad hominem dei quemlibet ? In multis iam forte iſte expertus erat magnam tribulationem, qui magis de illorum aliqua delectatione præſumpſerat, Videntur.n.aliquãdo iuſti homines,& gaudetur ad eos, Et neceſſe eſt vt gaudeatur,quoniã charitas ſine gaudio talis eſſe nõ poteſt. In his autẽ in quibus gauiſus eſt homo ſi forte aliquid prauum contigerit, quomodo ſæpe contingit,quanta lætitia ibi erat,tantus mœror accedit: ita vt poſtea iam timeat homo laxare habenas gaudiorum, timeat ſe lætitiæ committere, ne quanto magis lætatus fuerat, tanto ampliꝰ ſi aliquid contigerit contabeſcat. Percuſſus ergo ſcandalis abundantibus quaſi multis vulneribus clauſit contra ſe humanam conſolationem, & negauit conſolari animam ipſius.Et vnde vita? Vnde reſpiratio?Memor fui dei & delectatus ſum?Non fruſtra manus operatę fuerant, inuenerant magnum conſolatorem. Non quieſcendo memor fui dei & delectatus ſum.Prædicandus igitur eſt deus, cuius iſte memor tactus H deleCtatus eſt & conſolatus in quadam tribulatione, & quodammodo ſalute deſperata recreatus,Prædicandus eſt deus.Deniq.quod conſolatus eſt iſte,ſecutus ait, Garriui.)In ipſa conſolatione memor factus dei, delectatus garriui. Quid eſt garriui ? Lætatus ſum,exultaui loquendo, Garruli enim proprie dicuntur,qui a vulgo verboſi appellantur,accedente lætitia,nec valentes nec volẽtes tacere.Factus eſt iſte talis. Et rurſus qd aĩt?Et defecit ſpiritus meus,) Tædio contabuerat,Recolendo deum delectatus fuerat, rurſus garriendo defecerat. Quid ſequitur?Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei.) Vigilauerunt ſuper me omnes inimici mei.Plus me vigilauerunt,vigilando prę occupauerunt me. Vbi non muſcipulas ponunt ? Nonne vigilias anticipauerunt omnes inimici mei?Qui ſunt enim iſti inimici Ebr.6.
niſi illi de quibus dicit Apoſtolus, Non eſt vobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & potẽtates & rectores mundi tenebrarum harum, aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus ? Ergo aduerſus diabolum & angelos eius inimicitias exercemus. Rectores eos mundi dixit,quia ipſi regunt dilectores mũdi. Non enim regunt mundum, quaſi rectores ſint cœli & terræ, ſed mundum peccatores dicit, Et mundus eum non cognouit. Talem mundum illi regunt,qui non cognoſcunt Chriſtum, Contra hos habemus I Ioan.2
inimicitias perpetuas. Denique quaslibet habeas inimicitias aduerſus hominem, cogitas finire, ſiue illius ſatisfactione ille te læſit, ſiue tua ſit ſi tu læſiſti, ſiue vtriuſque ſi vos inuicem læſiſtis, laboras ſatisfacere & concordare, Cum diabolo autem & angelis eius nulla concordia eſt. Ipſi nobis inuident regnum cœlorum, Miteſcere omnino erga nos non poſſunt, quia anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Plus illi vigilauerunt ad decipiendum,quam ego ad cuſtodiendum me. Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei.Quo.n.non anticipauerũt vigilias,qui vbique muſcipulas poſuerunt? Tædium ineſt cordi, Metuendum eſt ne abſorbeat triſtitia : lætitia, metuendum eſt

eſt ne garriendo deficiat ſpiritus tuus. Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Denique in ipſa garrulitate dum loqueris, quanta plerunque inueniuntur,quę velint
K tenere inimici & reprehendere, vnde vellut etiã criminari & calũniari, hoc dixit, illud ſenſi,hoc locutus eſt,Quid faciat homo,niſi quod ſequitur ? Conturbatus ſum & non ſum locutus.) Conturbatus ergo,ne in eius garrulitate inimici anticipantes vigilias,calũnias quęrerent & inuentrent,nõ eſt locutus, Nunquam tñ iſte tranſiliens ceſſaret in ſe.Et ſi forte a garrulitate ceſſaret,qua ſubrepſerat ei de ipſa locutione plere hominibus,non tamen deſtitit, nõ ceſſare. Et qd dicit? Cogitaui dies antiquos.) Iam iſte velut qui vapulauerat foris, tulit ſe intro, In ſecretario ſuæ mentis agit, Et quid ibi agat dicat nobis, Cogitaui dies antiquos. Bene eſt illi. Videte quæ cogitat ro go vos. Intus eſt, apud ſe cogitat dies antiquos:Nemo illi dicit,male dixiſti: nemo illi dicit, multum locutus es:nemo ei dicit, puerſe ſenſiſti. Ita ſit ei bene ſecũ, adiuuet Deus,cogitet dies antiquos, & dicat nobis in ipſo interiore cubiculo ſuo, quid egerit, quò peruenerit,quid tranſilierit, vbi manſerit. Cogitaui dies antiquos. Et annorum æternorum memor fui.) Qui ſunt anni æterni? Magna cogitatio. Videte quid ſibi vult iſta cogitatio,niſi magnum ſilentium, L ab omni forinſecus ſtrepitu, ab omni rerũ humanarũ tumultu? Intus requieſcat, qui cogitare vult iſtos annos æternos. Nunqd anni in quibus ſumus, æterni ſunt, aut in quibus fuerunt maiores nſi, aut in quibus futuri ſunt poſteri nſi? Abſit vt æterni eximantur. Quid enim de his annis manet? Ecce loquendo dicimus,hoc anno. Et quid tenemus de hoc anno præter vnum diem in quo ſumus ? Nam ſuperiores dies anni huius iam tranſierunt nec tenentur, futuri autem nondum venerunt. In vno die ſumus & dicimus hoc anno,imò dic hodie,ſi aliquid vis præſens dicere. Nam de toto anno quid præſens tenes? Quicquid de illo põ teritum eſt,iam non eſt:quicquid de illo futurum eſt, nondũ eſt. Quo hoc anno? Corrige locutionem : Hodie dic, verum dicis. Hodie iam diceremus. Rurſus & hoc attende,cum hodie hoc horæ matutinę tranſierunt, horę futuræ nondum venerunt, Et hoc ergo corrige, Hac hora dic : Et de iſta hora quid tenes ? Momenta eius quędam iam tranſierunt,quæ futura ſunt nondum venerunt:Hoc momento dic, Quo momẽto? Dum ſyllabas loquor:ſi duas ſyllabas dicam,altera non ſonat,niſi cum illa tranſierit. Ipſa denique vna ſyllaba ſi duas literas habeat,nõ ſonat poſterior litera, niſi prior abierit. Quid ergo tenemus de his annis? Anni iſti mutabiles ſunt,anni æterni cogitandi ſunt,anni qui ſtant,qui non venientibus & abeuntibus diebus peraguntur, anni de quibus alio loco ſcriptura dicit deo, Tu autem idem ipſe es,& anni tui non de- Pſa.101
ficient. Hos annos iſte tranſiliens, non in garrulitate forinſecus, ſed in ſuo ſilentio cogitauit. Et annorum æternorum memor fui : Et meditatus ſũ nocte cũ corde meo.) Nemo illi calũnioſus tẽdiculas verborum requirit, in corde ſuo meditatus eſt. Garriebã.) Ecce eſt illud garrire : Obſerua igit iterum te,ne deficiat ſpiritus tuus: Non in quit,non ſic garriebam quaſi foris, alio mõ nunc:Quo nunc ? Garriebam, Et ſcrutabar ſpiritum meum.) Si ſcrutaretur iſte terram,vt venas auri inueniret, nemo eũ deſipere diceret,imò ſapientem multi dicerent,qui vellet ad aurum peruenire. Quãta homo habet intus,& non fodit? Srutabatur iſte ſpiritum ſuum, & cum ipſo ſpiritu ſuo loquebatur,& in ipſa locutione garriebat. Seipſum enim interrogabat, ſeipſum examinabat,in ſe iudex erat. Et quid ſequitur? Scrutabar ſpiritum meum. Timendũ eſt ne in ipſo ſpiritu ſuo remaneat, garriuit.n.foris. Et quia anticipauerunt vigilias A
oẽs inimici eius,inuenit ibi triſtitiã,& defecit ſpũs eius. Qui garriebat foris,ecce cœpit intus garrire ſecurus. Ibi ſolus, ibi in ſilentio cogitat annos æternos. Et perſcrutabar, inquit, ſpũm meũ. Et hic timendum, ne in ſpũ ſuo remaneat, & non ſit trãſiliẽs: Iam tñ melius agit,q̃ fortis agebat: Tranſcendit aliquid, Et hinc videamus quò. Nõ enim ceſſat iſte tranſiliens,donec veniat in finem:vnde habet titulum Pſalmus, Garriebam,inquit, & ſcrutabar ſpũm meũ. Et quid inueniſti ? Non in æternum repellet Deus.) Tędiũ inuenerat ĩ hac vita,vnuſq̃ fidẽ,vnus q̃ ſecurã cõſolationem. Ad quoſcunque hoies intendebat,ſcandalum in eis inueniebat,aut timebat. Nuſquam ergo ſecurus: Tacere illi malũ erat,ne ſileret a bonis. Loqui & foris garrire moleſtum erat, ne anticiparent,vigilias oẽs inimici eius,calum-

lumnias,inquirentur in verbis eius. Angustatus in hac vita vehementer, multum de alia vita cogitauit, vbi ista non sit tentatio. Et quando illuc puenitur? Non.n.nõ constat,quia qđ hic patimur,ira dei est. Dñ hoc
Esai. 57. in Esaia, Non in æternum vindex in vobis ero,neq; per omne tps irascar vobis. Et di-
B cit, Quare Spiritus.n.a me proceder,& omnẽ flatum ego feci: Propter peccatũ paululũ quidem contristaui eum & percussi eum,& auerti faciẽ meam ab illo, & abjit tristis,& ambulauit vias suas. Quid ergo? Hæc ira dei semper erit? Nõ hoc inuenit iste in silẽtio. Quid.n.dicit? Nõ in ęternum repellet deus: Et non apponet vltra vt beneplaceat ei adhuc.) Quid est,vt bũplaceat ei adhuc? Repellere & in æternum repellere non apponet. Necesse est vt reuocet ad se seruos suos,necesse est vt recipiat fugitiuos redeuntes ad dominũ, necesse est vt exaudiat vocẽ compeditorum. Non in æternum repellet deus, & non apponet vltra vt beneplaceat ei adhuc: Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem, Aut obliuiscetur misereri deus.) In te,à te, in alterum nulla est misericordia, nisi eam tibi deus donet, Et ipse deus obliuiscitur misericordiam? Riuus currit,fons ipse sicca tur? Aut obliuiscetur misereri deus? Aut continebit in ira sua miserationes suas? Id est,sic irafcetur vt non misereatur? Facilius
C ille iram,q̃ misericordiam continebit. Hoc
Esai. 57. & per Esaiam dixerat, Non in æternũ vindex in vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis. Hoc & postea quàm dixit, Abijt tristis,& ambulauit vias suas: Vias, inquit,eius vidi,& sanaui eum. Hoc vbi cognouit iste, transcendit se,& delectatur domino,vt ibi esset, & in eius operibus magis garriret,non in spiritu suo, non in eo quod erat,sed in eo à quo factus erat. Et hinc ergo transiliens transcendit. Videte transilientem, videte si remaneat alicubi quousque perueniat ad deum. Et dixi.) Iam seipsum transiliens: quid dixit? Nũc cœpi.) Cum excessissem & me, nunc cœpi, Hinc iam nullum periculum est: Nam in meipso remanere, periculum fuit: Et dixi, Nunc cœpi. Hæc est immutatio dexteræ excelsi.) Modo me cœpit mutare excelsus,modo recepi aliquid, vbi securus sim: modo intraui aliquam aulam gaudiorum,vbi nullus timetur inimicus: Modo cœpi esse in ea regione, vbi non anticipent vigilias omnes

inimici mei Nunc cœpi,hæc est immutatio dexterę excelsi. Memor fui operũ domini,) Iam videte illum spatiari in operibus dñi, Garriebat.n.foris, & contristatus inde decit spiritus eius, Garriuit intus cũ corde suo & cum spiritu suo,& perscrutatus eum dem spiritum suum: memor fuit annorum D
æternorũ, memor fuit misericordiæ domini,quia non repellet dominus in æternũ,& cępit iam in eius operibus securus gaudere, securus exultare. Audiamus iam opera ipsa,& exultemus & nos: Sed affectus ẽ nos transiliamus,nec ad ipsa gaudeamus. Habemus.n.& nos cubile nostrũ, Quare non illuc intramus? Quare non in silentio agimus? Quare non spiritũ nr̃m pscrutamur? Quare annos ętternos nõ cogitamus? Quare in operibus dei non lætamur? Sed nũc audiamus,& ipso dicente delectemur, vt etiã cũ hinc abierimus,faciamus qđ ipso loquẽte faciebamus: si tamẽ facimus cœptũ ipsius quod dixit,nũc cœpi. Gaudere in operibus dei est obliuisci,& te, si potes illo solo delectari. Quid.n.melius illo? Non vides,quia cũ ad te redis,in deteriorem redis. Memor fui operum dñi: Quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in affectionibus tuis garriã.) Ecce tertium garrire. Garriuit foris qñ defecit, garriuit in spiritu suo intus qñ profecit, garriuit in operibus dei quando peruenit quo profecit. Et in affectionibus tuis garriã,nõ in affectionibus meis. Quis E
viuit sine affectionibus? Et putatis fratres, quia qui deũ timent,deũ colunt,deum diligunt, nullas habent affectiones? Vere hoc putabis & putare audebis,quod affectiones habeat tabula,theatrum,venatio, aucupiũ, piscatus,& non habeant opera dei,& nõ habeant meditationes dei interiores affectiones quasdã suas,cũ inspicitur mũdus,& ponitur ante oculos spectaculum naturæ rerum,& in his quæritur artifex,& inuenitur nusquam displicens, & per omnia placens, Deus in sancto via tua.) Inspicit iam opera misericordiæ dei circa nos,ex his garrit, & in his affectionibus exultat. Primo inde cœpit in sancto via tua. Quæ via tua in sancto? Ego sum, inquit, via veritas & vita. Rede ergo homines ab affectionibus uestris. Quò itis? Quò curritis? Quò non solum a deo,sed ẽt a uobis fugitis? Redite prævaricatores ad cor,scrutamini spiritũ vestrũ, recolite annos æternos,inuenite misericordiã dei

dei circa vos, attendite opera misericordiæ eius,In sancto via eius. Filij hominũ vsque
Iac. 4. quo graues corde. Quid q̃ritis in affectioni
bus vestris? Vt quid diligitis vanitatem, & q̃ritis mendaciũ? Et scitote quoniã magnifi
F cauit dñs sanctũ suũ. In sancto via tua. Ad ipsum ergo attendamus Chm̃, Attẽdamus ibi viam eius. Deus in sancto via tua. Quis deus magnus sicut deus noster?) Habẽt gẽtes affectiones circa deos suos,idola adorãt, oculos habent & nõ vident, aures habẽt &
Psal. 113. non audient, pedes habẽt & nõ ambulabũt. Quid ambulas ad deum qui non ambulat? Non,inquit,ea colo. Et quid colis? Nomen quod ibi est? Certe hoc colis qđ alibi dictũ
Psal. 95. est. Quoniã dii gentiũ dæmonia. Aut idola colis,aut dæmonia? Nec idola,nec dæmonia,inquit. Et quid colis? Stellas,Solem,lunam,ista cœlestia. Quanto melius,qui fecit cœlestia & terrena & cœlestia? Quis deus magnus sicut deus noster? Tu es deus qui facis mirabilia solus.) Tu vere magnus deus,faciẽs mirabilia,in corpore,in anima,solus faciẽs. Audierunt surdi,viderunt cæci,cõualuerũt languidi,surrexerunt mortui,cõstricti sunt paralytici,Sed miracula ista tunc in corporibus. Videamus in anima, Sobrij sunt pauloante ebrioſi. Fideles sunt,pauloante adoratores simulacrorũ. Res suas donant pauperibus,qui alienas antea rapiebant. Quis deus magnus sicut deus nr̃? Tu es deus qui facis mirabilia solus. Fecit & Moyses,sed nõ solus. Fecit & Helias,fecit & Helisæus,fecerunt & Apostoli,sed nullus eorũ solus. Illi cũ facerent, tu cũ eis,tu qñ fecisti, illi non tecum. Non.n.tecum fuerunt cum fecisti, quando & ipsos tu fecisti. Tu es deus qui facis mirabilia solus. Quo solus? Nunquid forte pater & non filius, aut filius & non pater? Immo pr̃ & filius & spiritus sanctus. Tu es deus, qui facis mirabilia solus. Non enim tres dij,) sed vnus deus facis mirabilia solus,& in ipso transiliente. Nam vt etiam transiliret,& ad ista perueniret,miraculum dei fuit. Q̃ intus garriuit cum spiritu suo, vt transiliret & ipsum spiritum suum,& in dei operibus delectaretur, ipse ibi fecit mirabilia. Sed quid fecit deus? Notam fecisti in populis virtutem tuam.) Inde congregatio ista Asaph transiliens, quia notam fecit in populis virtutem suam. Quam virtutẽ suã notam fecit in populis? Nos aũt prædicamus Chm̃ crucifixum, Iudæis quidem scãdalum,gentibus autem stultitiam,ipsis autẽ vocatis Iudæis & Græcis Chm̃ dei virtutem,& dei sapiẽtiã. Si ergo virtus dei Christus,notũ fecit Chm̃ in populis, An & hoc nondum agnoscimus, & ita desipimus, ita infra iacemus, ita nihil transilimus, vt hoc non videamus? Notam fecisti in populis virtutem tuam. Redemisti in brachio tuo H
populum tuum.) Brachio tuo,hoc est,virtute tua. Et brachium domini cui reuelatum est? Redemisti in brachio tuo populũ tuũ. Filios Israel & Ioseph.) Qũo duos popu- Esa. 53.
los filios Israel & Ioseph? Nonne filij Ioseph in filijs Israel? Ita plane, Hoc scimus, hoc legimus,hoc scriptura clamat, hoc veritas indicat, quoniã Israel idem qui Iacob, habuit filios duodecim, inter quos vnus erat Ioseph,& ex duodeci filijs Israel quotquot nati sunt,ad populum Israel pertinẽt. Qũo ergo ait, filios Israel & Ioseph? Nescio quid hic distinguendũ admonuit, Perscrutemur spiritũ nr̃m, fortasis ibi aliquẽ posuit deus, quem debemus & nocte quærere manibus nostris, vt non decipiamur, forte inueniemus & nos in hac distinctione filios Israel & Ioseph. Per Ioseph alium populũ intelligi voluit, Gentium populum intelligi voluit, Quare gentium populum Gen 37
per Ioseph? Quia Ioseph vẽditus est in Aegyptũ a fratribus suis. Ille Ioseph cui frẽs inuiderunt,& eũ in Aegyptũ vendiderunt, venditus in Aegyptũ laborauit,humiliatus est,agnitus,exaltatus,floruit,imperauit. Et his omnibus quid significauit? Quid nisi Chm̃ a fratribus venditũ eiectum de terra I
sua tanquã in Aegyptũ gentium? Ibi primo humiliatũ, qñ persecutiones martyres patiebantur, nunc exaltatũ sicut videmus, qm̃ impletum est in eo, Adorabunt eum oẽs re Psal. 71.
ges terræ, oẽs gentes seruient illi. Ergo Ioseph populus ex gentibus, Israel vero populus ex gente Hebræorũ. Redemit populum suũ deus filios Israel & Ioseph, Per quid? Ephe. 2.
Per lapidem angularem, in quo duo parietes copulati sunt. Et exequitur qũo. Viderunt te aquæ deus.) Quid sunt aquæ? Populi. Quæ sunt istæ aquæ? Dictum est in Apo Apo. 17.
calypsi, respõsum est populi, Ibi inuenimus aptissime aquas in figura positas populorũ. Supra ãt dixerat, Notã fecisti in populis virtutem tuam. Merito ergo viderunt te aquæ deus. Viderunt te aquæ & timuerũt.) Ideo mutatæ sunt quia timuerunt. Viderunt te aquæ deus & timuerunt. Et conturbatæ sunt abyssi.) Quæ sunt abyssi? Altitudines aquarum.

aquarum. Quis non turbaſ in populis cũ
conſcientia pulſaſ? Quæris altitudinẽ ma-
ris,quid ꝓfundius humana cõſcientia? Iſta
profunditas turbata eſt, qñ in brachio ſuo
redemit populum ſuum Deus. Quo turba
tæ ſunt abyſſi? Qñ oẽs cõſcientias ſuas cõ-
fitendo fuderunt. Et turbatæ ſunt abyſſi.
Multitudo ſonitus aquarum.) In laudibus
Dei,in cõfeſſionibus peccatorũ,in hymnis
& canticis,in orationibus. Multitudo ſoni
K tus aquarum.Vocem dederunt nubes.) In
de iſti ſonitus aquarũ, inde abyſſorum per
turbatio,quia vocẽ dederunt nubes. Quæ
nubes? Prædicatores verbi veritatis. Quæ
nubes? De q̃bus minaſ cuidã vineæ Deus,
Eſa. 5. q̃ pro vua fecit ſpinas,& dicit,Mãdabo nu-
bibus meis, ne pluant ſuper eam imbrem.
Denique Apoſtoli relinquentes Iudæos,ie
runt ad gentes, In oĩbus gentibus vocẽ de-
derunt nubes ꝓdicando Chriſm. Vocem de
derunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ ptrãſie-
runt.) Eaſdẽ voces nubiũ rurſus ſagittas di
xit. Verba.n.Euangeliſtarum ſagittæ fue-
runt, Similitudines.n.ſunt, Nam proprie
nec ſagitta eſt pluuia, nec pluuia ſagitta.
At vero verbũ dei & ſagitta eſt quia percu
tit,& pluuia quia rigat. Nemo ergo iã mi-
retur abyſſorũ conturbationem,qñ ſagittę
tuæ pertranſierunt. Quid eſt, pertranſie-
runt? Non in auribus remanſerunt,ſed cor
da trãſfixerunt. Vox tonitrui tui in rota.)
L Quid eſt hoc? Qũo intellecturi ſumus?
Adiuuet dñs. Vox tonitrui tui in rota. So-
lebamus pueri ſuſpicari cũ audiremus toni
trua de cœlo, quaſi vehicula deſtabulo pro
ceſsiſſe. Habent.n.tonitrua quãdam cõcuſ
ſionem ſimilẽ vehiculis. Nunquid ad iſta
puerilia redituri ſumus, vt intelligamus,
Vox tonitrui tui in rota: quaſi aliqua ve-
hicula habeat Deus in nubibus & trãſitus
vehiculorum illorũ ſtrepitũ cõcitet? Abſit.
Hoc puerile eſt vanũ,nugatorium. Quid
eſt ergo,Vox tonitrui tui in rota? Voluitur
vox tua,Neque hoc intelligo. Quid facie-
mus? Interrogemus ipſum Idithum, ne for
te ipſe exponat,quod dixit, Vox,inquit,to
nitrui tui in rota. Non intelligo. Audiam
quid dicis, Apparuerunt fulgura tua orbi
terrarũ.) Dic ergo,Non intellexeram. Or-
bis terrarum eſt rota. Nam circumitus or-
bis terrarum merito & orbis dicitur,Vnde
breuis etiã rotella,orbiculus appellaſ. Vox
tonitrui tui in rota, apparuerunt fulgura
tua orbi terrarum. Nubes illæ in rota cir-

cumierunt orbem terrarum,circumierunt
tonando & coruſcando, abyſſum cõmoue
runt,ꝓceptis tonuerũt, miraculis coruſca-
uerunt. In oẽm.n.terrã exiuit ſonus eorũ, Pſa. 18.
& in fines orbis terræ verba eorum. Com
mota & contremebunda facta eſt terra.)
Ideſt,oẽs qui habitant in terra. Per ſimili- M
tudinem autẽ ipſa terra, mare eſt. Quare?
Quia gentes oẽs maris nomine nuncupan
tur,quod vita humana amara eſt,& procel
lis ac tempeſtatibus ſubdita. Iam illud ſi at-
tendas ꝙ hoies ſe tanq̃ piſces deuorant, cũ
maior minorẽ abſorbet. Hoc eſt ergo hoc
mare,illuc Euangeliſtæ ierunt. In mari eſt
via tua.) Iamduduꝫ in ſancto via tua, modo
in mari eſt via tua, quia ipſe ſanctus in ma
ri,& merito etiam ſup aquas maris ambu-
lauit. In mari eſt via tua. i. in gentibus ꝓdi-
catur Chriſtus tuus. In alio quippe Pſalmo ita
dicitur, Deus miſereaſ noſtri & benedicat
nos,illuminet vultũ ſuum ſup nos & miſe
reatur nri, vt cognoſcamus in terra viam
tuam. Vbi in terra? In oĩbus gentibus ſalu-
tare tuũ, Hoc eſt, In mari eſt via tua. Et ſe- Matt. 16
mitæ tuæ in aquis multis.) Hoc eſt, in po- Pſalm.
pulis multis. Et veſtigia tua non agnoſcen
tur.) Neſcio quos tetigit,& mirum niſi &
ipſos Iudæos. Ecce iã ſic prolata eſt genti-
bus miſericordia Chriſti, vt in mari ſit via
tua,& ſemitæ tuæ in aquis multis,& veſti-
gia tua non agnoſcent. Vnde? A quibuſdã
non agnoſcent, niſi ab his q̃ adhuc dicunt,
Nondũ venit Chriſt? Quare dicunt, nondũ
venit Chriſt? Quia non agnoſcunt veſtigia
ſuper mare ambulantis. Deduxiſti ſicut A
oues plebẽ tuã. In manu Moyſi & Aaron.)
Quare hoc addiderit, indagare aliquantu-
lũ difficile eſt. Adiuuate ergo nos intentio
ne vra, q̃a poſt ipſos duos verſus finis erit
& Pſalmi & ſermonis. Ne forte cũ aliquid
reſtare arbitramini, timore laboris minus
ad ꝓſens attendatis. Cũ dixiſſet, In mari eſt
via tua: quod intelligimus in gentibus: &
ſemitæ tuæ in aquis multis: quod intelligi-
mus in populis multis: adiunxit, Et veſti-
gia tua non agnoſcentur: Et quærebamus
a quibus non agnoſcerentur, & ſubiecit cõ-
tinuo, Deduxiſti ſicut oues plebem tuam
in manu Moyſi & Aaron, id eſt, ab iſta ple
be tua, quæ deducta eſt in manu Moyſi &
Aaron, veſtigia tua non cognoſcentur.
Quare ergo poſitum eſt, niſi increpandi
& exprobrandi cauſa in mari eſt via tua?
Vnde in mari eſt via tua, niſi quia ex-

cluſa eſt a terra tua? Expulerunt Chriſm no
luerunt eſſe ſuum ſaluatorem ægri, Ille aũt
cœpit eſſe in gentibus,& in oĩbus gẽtibus,
in multis populis,ſaluæ factæ ſunt etiã reli
quæ populi illius, Remanſit foris ingrata
multitudo, & claudicans Iacob femoris la-
titudo. Latitudo n.femoris intelligiẽ via
in multitudine generis, & facta eſt in ma-
na & inſipiens, q̃ non agnoſceret veſtigia
Chriſti in aquis. Deduxiſti ſicut oues ple-
bem tuam,& non te cognouerunt. Tanta
cum illis bona feciſti, mare diuiſiſti, inter
aquas pet aridã traieciſti, perſequentes ini-
micos fluctibus operuiſti, in deſerto egenti
bus manna pluiſti, deducens eos in manu
Moyſi & Aaron,& expulerunt te a ſe, vt
in mari eſſet via tua, & veſtigia tua non
agnoſcerent.

In Pſalmum ſeptuageſimumſeptimum
Præfatio.

PSalmus iſte ea continet quæ in veteri ꝙ
teſtamento ꝙ populo acta narrant, re-
cẽtior aũt & poſterior populus admo-
neſ, vt caueas ne ſit ingratus beneficijs dei,
tuiſq. in ſe prouocet iracũdiam, cuius obe-
dienter & fideliter debet ſuſcipere gr̃am,
Ne fiant, inquit, ſicut patres eorum gñatio
prauã & amaricans, gñatio quæ non dire-
xit cor ſuũ, & non eſt creditus cum Deo
ſpis eius. Hæc eſt igiẽ Pſalmi huius inten
tio, hæc vtilitas, hic vberrimus fructus. Sed
cum hæc oĩa videant perſpicua & aperta
dici atq. narrari, primitus mouet atq. intẽ
tion facit titulus eius. Neque.n.fruſtra in-
ſcribiẽ Intellectus Aſaph,) Niſi quia fortaſ
ſe non ꝙd ſuperficies ſonat, ſed interius ali
quid intelligentem q̃runt iſta lectorẽ. De-
inde narraturus & commemoraturus hæc
oĩa, q̃ vident auditore q̃ expoſitore potius
indigere, Aperiam, inquit, in parabolis os
meũ, eloquar ꝓpoſitiones ab initio. Quis
non hic de ſomno excitetur? Quis audeat
velut manifeſtas legendo percurrere para-
bolas & propoſitiones q̃ nominibus ſuis in
dicant altius ꝑſcrutari oportere? Parabola
quippe alicuius rei ſimilitudinẽ præ ſe ge-
rit, ꝙd licet ſit vocabulum Græcum, iã tñ
pro Latino vſurpaſ. Et notum eſt, ꝙ in pa
rabolis quæ dñs, rerum ſimilitudines re-
ſtitones autem quæ Græce appellantur, ꝓ-
blemato quæſtiones ſunt, habentes aliquid
quod in diſputatione ſoluendum ſit. Quis
ergo parabolas & propoſitiones tranſito-
rie legat? Quis nõ his auditis vigilantiam
mentis inteudat, vt ad earum fructum in-
telligendo perueniat?

Expoſitio Pſalmi.

ATtendite, inquit, populus meus legẽ
meam.) Quem hic credamus loqui
niſi Deum? Ipſe.n.legẽ dedit populo
ſuo, quẽ liberatũ ex Aegypto congregauit,
q̃ congregatio ꝓprie ſynagoga nuncupaſ,
qd̃ interpretaſ Aſaph. Vtrũ ergo ita dictũ D
eſt, Intellectus Aſaph, ꝙ ipſe Aſaph intel-
lexerit: an figurate intelligendũ, ꝙd eadẽ
ſynagoga, hoc eſt, idem populus intellexe-
rit, cui dr, Attendite populus meus legem
meã? Quid eſt ergo ꝙ eũdẽ populũ ꝓ Pro
phetã increpat dicẽs, Iſrael aũt me nõ agno Eſa. 1.
uit, & populus meus non intellexit? Sed ꝓ
fecto erant ẽt in illo populo q̃ intelligeret
habentes fidem, q̃ poſtea reuelata eſt, non
ad legis literã, ſed ad gratiã ſpũs ꝓtinẽtem.
Non.n.ſine ipſa fide fuerunt q̃ in eius in
Chriſo futurã reuelationem puidere & præ
nunciare potuerunt, cũ & illa vetera ſacra
ſignificatiua fuerint futurorũ. An ſoli pro
phetæ habebant hanc fidem, non & popu-
lus? Imò vero ẽt qui Prophetas fideliter au
diebant, eadẽ adiuuabant gr̃a, vt intelli-
gerent qd̃ audiebant. Sed vtique ſacrm regni
celorũ velabaſ in veteri teſtamento, quod
plenitudine tpis reuelareſ in nouo. Nõ. n. i. Co. 10
vos ait, Apoſtolus, ignorare fratres, qñ pa-
tres noſtri oẽs ſub nube fuerunt, & omnes
mare tranſierunt, & oẽs per Moyſen ba-
ptizati ſunt in nube & in mari, & oẽs eun-
dem cibum ſpiritalem manducauerunt, &
oẽs eundem potum ſpiritalem biberũt. Bi- E
bebant n.de ſpiritali conſequente eos pe-
tra, petra aũt erat Chriſs. Idem itaq. in my-
ſterio cibus & potus illorũ qui noſter, ſed
ſignificatione idem, non ſpecie, quia idem-
ipſe Chriſs illis in petra figuratus, nobis in
carne manifeſtatus eſt. Sed non, inquit, in
oĩbus illis beneplacitum eſt Deo. Oẽs qui- Ibidem.
dem eundem cibum ſpiritalẽ manducaue-
runt, & eundẽ potũ ſpiritalem biberunt. i.
ſpiritale aliquid ſignificantem, ſed non in
oĩbus illis beneplacitum eſt Deo. Cum di-
cit, Non in oĩbus erant ergo ibi aliqui in
quibus beneplacitum eſt Deo, Et cũ eſſent

4.sen.d. oĩa cõia sacra,non cõis erat oibus gra,quæ
4.qui vc sacrorum virtus est,Sicut & nunc iã reue-
re. lata fides quæ tunc velabatur,oibus in no-
mine patris & filij & spiritus sancti baptizatis cõe est lauacrum regenerationis: sed
Mat. 28 ipsa gra cuius ipsa sunt sacra, qua membra
corporis Christi cum suo capite regenera
ta sunt,non cõis est oibus.Nam & hæretici habent eundem baptismum, & falsi fratres in cõione catholici nominis. Ergo & hic recte dr, sed non in oibus illis beneplacitum est deo Neque tunc tñ,neque nunc
F infructuosa est vox dicentis, Attendite populus meus legem meam.Quæ locutio nota est in oibus literis,quod nõ ait,attende: sed,attendite. Ex multis.n.populus cõstat, quibus multis quod sequitur pluraliter dicitur: Inclinate aurem vestra in verba oris mei.)Quod est attendite,hoc est,inclinate aurẽ vestram. Et quod ibi ait,legem meã: hoc ait hic,verba oris mei.Ille namque pie attendit legem Dei & verba oris eius, cuius aurem inclinat humilitas,nõ cuius erigit ceruicem superbia. Quod.n.infundit, concauo humilitatis excipitur, eminentia tumoris expellitur. Vnde alio loco, Incli-
Pro.22. na,inquit,aurem tuam,& excipe verba intellectus. Satis itaq. admoniti sumus etiã istum Psalmum huius intellectus Asaph, quia genitiuo casu in titulo positum est huius intellectus,nõ hic intellectus,inclinata aure suscipere.i.humili pietate. Nec ipsius Asaph dictum est,sed ipsi Asaph,qd Græco articulo apparet, & in quibusdam Latinis codicibus inuenitur. Verba igitur ista intellectus sunt.i.intelligentię sunt,quę data est ipsi Asaph, Quod non vni homini, sed melius congregationi populi Dei, vnde nequaquã nos alienare debemus. Quã-
G tis enim proprie dicatur synagoga Iudæorum, Ecclesia vero Christianorum, quia congregatio magis pecorum, conuocatio vero magis hoium intelligi solet, tñ & illã
Psa.105 dictam inuenimus Ecclesiam,& nobis fortasse potius conuenit dicere, Salua nos dñe Deus noster,& congrega nos de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo. Neque dedignari nos oportet,imò gratias ineffabiles agere,qm sumus oues manuũ eius, quas
Ioan.10 præuidebat cum diceret, Habeo alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, vt fit vnus grex & vnus pastor: iungendo. s. fidelem populum gentium fideli populo Israelitarum,de quibus

prius dixerat, Nõ sum missus nisi ad oues, Mat.15
quæ perierunt domus Israel.Nam & congregabuntur ante eum oẽs gentes, & sepa-
rabit eos sicut pastor segregat oues ab hœ- Mat.25
dis.Sic igitur audiamus, quod dictum est,
Attendite populus meus legem meam, In-
clinate aurem vestram in verba oris mei:
non tanquam Iudæis, sed potius tanquam
nobis, vel certe tanquam etiam nobis ista
dicantur. Cum enim dixisset Apostolus, 1.Dath
Sed non in omnibus illis beneplacitum
est deo:ita ostendens fuisse ibi etiam illos,
in quibus beneplacitum est deo, continuo
subiecit,Prostrati enim sunt in deserto.De
inde adiunxit, Hæc autem figuræ nostræ H
factę sunt,vt non simus concupiscentes ma
la,sicut & illi concupierunt, Neque idolis
seruientes,sicut quidam eorum seruierunt,
sicut scriptum est, Sedit populus manduca
re & bibere,& surrexerunt ludere.Neque
fornicemur,sicut quidam eorum fornicati
sunt, & ceciderunt vna die viginti tria mi-
lia. Neque tentemus Christum,sicut qui-
dam eorum tentauerunt, & à serpentibus
perierunt. Neque murmuraueritis, sicut
quidam eorum murmuraueruntt, & perie-
runt ab exterminatore.Omnia autem hæc
in figura contingebant illis, Scripta autem
sunt ad correctionem nostram, in quos fi-
nes seculorum obuenerũt.Nobis ergo po-
tius ista cantata sunt, Vnde in hoc Psalmo
inter cætera dictum est, Vt cognoscat gene
ratio altera,filij qui nascentur & exurgẽt,
Porrò si ille interitus à serpentibus, & ab
exterminatore illa perditio, & gladij truci
datio,figuræ fuerunt, sicut euidenter dicit
Apostolus, cum illa omnia contigisse ma- 1.Cor.
nifestum sit:non enim ait, in figura dice-
bantur:vel,in figura scripta sunt:sed, in fi-
gura,inquit,contingebant illis:quanto ma
iore diligentia pietatis cauendæ sunt pœ-
næ,quarum figuræ illæ fuerunt? Proculdu
bio quippe sicut in bonis rebus multo am-
plius bonum est, in eo quod per figuram si
gnificatur quàm in ipsa figura,ita & in ma
lis longe vtique peiora sunt,quæ significa-
tur figuris,cum tanta mala sint etiam signi
ficantes figuræ.Nam sicut terra illa pmis-
sionis,quo ille populus ducebatur, in com-
parationem regni cœlorũ nihil est,quo chri-
stianus populus ducitur:ita & pœnæ illæ q
figuræ fuerunt,cum tam sint atroces,in co
parationem pœnarum quas significant nihil
sunt. Quas autem figuras dixit Apostolus,

eas dicit ille Psalmus, quantum existima-
re possumus, parabolas & propositiones,
non habentes in eo fidem qꝑ contigerunt,
sed in his rebus ad quas rationabili compa
ratione deferunt.Attendamus ergo legem
Dei populus eius,& inclinemus aurem no
stram in verba oris eius. Aperiam, inquit,
in parabolis os meum, eloquar propositio-
nes ab initio.) A quo initio dicat, satis ap-
paret in cõsequentibus.Non enim ex quo
factum est cœlum & terra,vel ex quo crea
tum est in primo hoie genus humanum,
sed ex quo populi congregatio quæ abdu-
cta est ex Aegypto, vt sensus pertineat ad
Asaph,quod interpretatur cõgregatio,Sed
vtinam qui dixit, Aperiam in parabolis os
meũ,et intellectum nrm in eas aperire di-
gnetur.Si enim sicut os suum aperuit in pa
rabolis,ita aperiret et ipsas parabolas:& si-
cut eloquitur propositiones, ita eloqueret
& earum expositiones,nõ hic qstuaremus.
Nunc vero ita obtecta & clausa sunt oia,
vt et si ad aliquid ipso adiuuante vnde sa-
lubriter pascamur peruenire possimus, in
furore tñ vultus nri edamus panem,& pę
nam diffinitionis antiquę,nõ corporis tm,
sed & cordis labore pendemus. Dicat ergo
& audiamus parabolas & propositiones.
Quanta,inquit,audiuimus & cognouimus
ea,& patres nri narrauerunt nobis.) Dns
superius loquebatur. Nam cuius alterius
verba credẽda sunt,Attẽdite populus meus
legem meam? Quid est ergo qd nunc re-
pente homo loquitur? Iam enim hois ver
ba sunt,Quãta audiuimus,& cognouimus
ea,& patres nri narrauerunt nobis.Nimi-
rum iam Deus ex hois ministerio locutu-
rus:sicut ait Apostolus, An vultis experi-
mentum accipere eius, qui in me loquitur
Christus ex persona sua primum verba fie
ri voluit,ne verba eius loquens homo,con
tẽnetur vt homo.Ita enim se habent locu-
tiones Dei, quæ nobis insinuant per sen-
sum corporis nri, Creaturam subditam,
opere inuisibili creator mouet,Nõ eius sub
stantia in aliquid corporale & tpale cõuer
titur,aut corporalibus & tpalibus signis,si
ue ad oculos siue ad aures pertinentibus q̃
tum capere hoies possunt,suam facit inote
scere voluntatẽ. Si enim angelus vti potest
aere,aere,nube,igne,& alia qualibet na-
tura vel specie corporali,& homo, vultu,
lingua,manu,calamo,literis,aliisue signifi-
cantibus rebus ad suæ mentis iudicanda se

creta:postremo cum homo fit,nuncios ho-
mines mittit,& dicit alij vade, & vadit: &
alij,veni,& venit:& seruo suo, fac hoc, &
facit:quanto maiore & efficaciore potesta-
te Deus,cui dño vniuersa subiecta sunt, &
ipso angelo & homine vtitur,vt qđ ei pla-
cet annunciet? Quamuis itaq; iam homo Luc.7.
dicat,Quanta audiuimus, & cognouimus
ea & patres nri narrauerunt nobis:tñ tanq̃
humanas fabulas audiamus. Propter hoc
enim præmissum est, Attendite populus
meus legem meam, inclinate aurem vram
in verba oris mei.Aperiam in parabolis os
meũ,eloquar propositiones ab initio,Quã
ta ergo audiuimus,inquit, & cognouimus
ea, & patres nri narrauerunt nobis. Sic est
audiuimus,& cognouimus,qũo, Audi filia M
& vide. Audita.n. sunt in veteri testamẽto Psal.44.
quæ cognoscuntur in nouo,Audita cum p
phetarentur, cognita cum implerent, Vbi
promissio redditur, nõ fraudat auditio. Et
patres nri Moyses & Prophetæ narraue-
runt nobis.Non sunt abscondita a filijs eo
rum,in gnone altera.)Hæc est gnõ,in qua
nobis donata est regeneratio. Annuncian-
tes laudes dñi & potentias eius, & mirabi-
lia eius quæ fecit.) Ordo verborum est,Et
patres nri narrauerunt nobis, annuncian-
tes laudes dñi. Laudat dns vt amet. Quid
enim salubrius amatur? Et suscitauit testi-
monium in Iacob,& legẽ posuit in Israel.)
Hoc est initium de quo supra dcm est,Elo
quar ꝓpositiones ab initio. Initiũ est ergo
vetus testm,finis nouũ.Timor.n.prꝫualet
in lege,Et initium sapientiæ,timor dñi.Fi- Psa.110.
nis aũt legis Christus est ad iustitiã oi cre Ro. 10.
denti', Quo donante diffunditur charitas Rom.5.
in cordibus nostris per spiritum sanctum,
qui datus est nobis, Et consummata cha-
ritas,foras mittit timorem,qm non sine lege 1.Ioa.4.
iustitia Dei manifestata est,sed qm testimo
nium habet a lege & prophetis. ideo susci-
tauit testimonium in Iacob, & legem po-
suit in Israel. Nam & illud quod tam insi- A
gni & pleno tantis significationibus opere
tabernaculum constitutum est,tabernacu-
lũ testimonij nominat:in quo erat velamẽ Exo.40.
cõtra arcã legis,sicut velamẽ cõtra faciẽ mi 2.Co.3.
nistri legis,qa in illa disp̃satione, parabo-
læ,& ꝓpositiones erãt.Ea qppe q̃ ꝓdicabãtur & faciebãt, velatis significationibus cõ
debant,& non reuelatis manifestationibus
cernebant.Cum aũt trãsierit ad Chm, ait Ibidem.
Apostolus, auferetur velamen. Quoquot

enim sunt promissiones Dei, in illo erant.
2.Co.1. Quisquis igitur Christo adhæret, totum bonum qp etiã in literis legis non intelligit habet, Quisquis aũt est alienus a Christo, nec intelligit, nec habet. Suscitauit ergo testimonium, in Iacob, & legem posuit in Israel. More suo repetit, Nam quod est, suscitauit testimonium: hoc est, legem posuit. Et quod est, in Iacob: hoc est, in Israel. Nã sicut ista duo noia sunt hoĩs vnius, ita lex & vetus testimonium; duo sunt noia rei vnius. Interest aliquid, ait quispiam, inter suscitauit & posuit? Ita sane, quemadmodũ interest ẽt inter Iacob & Israel, Nõ
Ge. 25. & 32. quia erant duo hoies, sed eadem duo noia diuersis causis vni homini sunt imposita. Iacob pp supplantationem, qm̃ nascentis tenuit plantam fratris, Israel aũt pp visionem Dei. Sic aliud est suscitauit, aliud est posuit. Nam suscitauit testimonium, quantum existimo dictum est, qp illo aliquid suscitatum est. Sine lege enim ait Apostolus
Rom.7. peccatum mortuum est, Ego aũt viuebam aliquando sine lege, Adueniente aũt mandato, peccatum reuixit. Ecce quod suscitatum est per testimonium, quod est lex, vt appareat quod latebat, Sicut Paulo post dicit, Sed peccatum, vt appareat peccatum p
Ibidem. bonum mihi operatum est mortem. Posuit aũt legem dictum est, tanquam iugum
1.Ti.1. peccatoribus: vnde dicitur, Quia iusto nõ est lex posita. Testimoniũ est igitur inquãtum aliquid probat, lex aũt inquantum iubet, cũ sit vna eademque res. Quocirca sicut lapis Christus, sed credentibus in caput
Psa.117. anguli, non credentibus aũt lapis offensionis, & petra scandali: ita testimoniam legis eis qui lege non legitime vtuntur, testimonium est, quo conuincantur puniendi peccatores: his vero qui ea legitime vtuntur, testimonium est quo demonstrat ad quẽ
C liberandi confugere debent peccatores. In
1.Pe.2. eius enim gratia est iustitia Dei, testimo-
Ro.10. nium habens a lege & prophetis qua iustificatur impius: q̃ qdã ignorantes, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quanta, inquit, mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascent & exurgent, narrabunt filijs suis: Vt ponãt in deo spem suam, & non obliuiscant operum dei, & mandata eius exquirant. Ne fiãt sicut patres eorum generatio praua & amaricans. Gũo quę non direxit cor suũ, & non est creditus cũ deo spũs eius.) Hęc verba iudicat duos quodãmõ populos, alterũ ad vetus alterũ ad nouum testamentum pertinentẽ: nam qđ ait, Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis: mandata eos accepisse dixit, nota ea facere filijs suis, non tñ eos agnouisse aut fecisse, sed ad hoc acceperunt ipsi, vt cognoscat gũo altera, qđ illa non cognouit. Filij qui nascentur & exurgent. Nam illi qui nati sunt, non exurrexerunt, quia non surgunt cor, sed in terra potius habuerũt. Cũ Christo enim exurgitur: vnde dictum est, Si exurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite. Et narrent, inquit, filijs suis, vt ponant in deo spem suam. Ita enim non suam iustitiam iusti volunt constituere, sed reuelant ad Deum viam suam, & speCol.3. rant in eũ, vt ipse faciat. Et non obliuiscant operum Dei: magnificando scilicet, & iactã do opera sua tanq̃ ipsi faciant, cũ Deus sit qui operat in eis qui bona operant, & vel le & operari pro bona voluntate. Et mandata eius exquirãt. Cũ iã ea didicerint, quo exq̃rant? Quanta. n. inq̃t, mãdauit patribus nr̃is, nota facere ea filijs suis, vt cognoscat gũo altera. Quid cognoscat? Vtiq. mandata q̃ mandauit. Quo ergo adhuc exquirãt, nisi q a ponendo in Deo spem suam? Tũc mãdata eius exquirãt, vt ab eis illo adiuuã te cõpleant. Ne fiant sicut patres eorũ gũo praua & amaricans, gũo quæ non direxit cor suum. Et dicit quare, cõtinuo subiungendo, Et non est creditus cũ deo spiritus eius. i. q a nõ habebat fidem quæ impetrat, qđ lex imperat. Qñ. n. cũ spiritu dei operante spiritus hominis cooperatur, tunc quod Deus iusserit impletur: & hoc nõ fit nisi credendo in eum qui iustificat impium. Quã fidem non habuit gũo praua & amaricans, & ideo de illa dictum est, Non est creditus cũ deo spũs eius. Multo. n. hoc expressius dẽ est, ad significandã grã Dei, quæ nõ solũ operatur remissionẽ peccatorũ, sed ẽt cooperantem sibi facit hoĩs spũm in opere bonorum factorũ quasi diceret, Non credidit Deo spũs eius. Hoc est. n. hŏe cũ Deo creditũ spũm, non credere spiritũ suũ posse facere sine Deo iustitiam, sed cũ Deo. Hoc est. n. credere in Deum, quod vtique plus est quam credere deo. Nam & hominã cui libet plerunque credendum est, q̃us in eũ non sit credendũ. Hoc est ergo credere in Deũ, credẽdo adhærere ad bñ cooperandã bona

Gen.49. bona operanti Deo: Quia sine me, inquit
Ioan.15. Apostolus, nihil potestis facere. Quid autẽ plus hinc dicere potuit q̃ quod ait, Qui adhæret Deo vnus spiritus est? Alioqn lex ista testimonium est quo damnetur, nõ quo absoluatur reus. Litera. n. est minax, q̃ conuincat puaricatores, non spiritus aduuans qui liberet & iustificet peccatores. Gratio ergo illa, cuius exẽplũ cauẽdũ est, ideo praua & amaricans fuit, quia non est credidi Deo, nõ tñ credidit in Deum. Nõ ex fide adhæsit Deo, vt sanata a Deo bene cooperaret cooperanti in se Deo. Denique filij Ephrem intendentes & mittentes arcus, conuersi sunt in die belli.) Persequentes legem iustitiæ, in legem iustitiæ non p
Rom.9. uenerunt. Quare? Quia non ex fide. Genera
Rom.9. tio. n. erat cuius spiritus cum Deo credi-
Rom.9. tus non est, sed tanq̃ ex operibus, quia non
Rom.9. fuit tetendit misit arcus, quod foris appa-
Rom.9. reret, tanq̃ in operibus legis, ita direxit & ordinẽ operatur, qua inhæretur Deo q ope
Phil.2. ratur in homine & velle & operari pro bona voluntate. Nam quid est aliud tendere arcus & mittere & conuerti in die belli, nisi attendere & promittere in die auditionis, & deserere in die tentationis, armis quasi proludere, & ad horam certaminis nolle pugnare? Quod sanè ait tendentes & mittentes arcus: cum debuisse dicere videa
Rom.9. tur, tendentes arcus, & mittentes sagittas: nam. n. arcus mittitur, sed ab arcu aliquid mittitur: aut illa locutio est de qua superius diximus, vbi dictum est, Suscitauit testimoniũ, quia suscitauit aliquid testimonio: Ira & hic mittẽtes arcus, quia miserunt alii quid arcubus: aut obscurus ordo verborũ est cum ptermissione verbi, quod etiã tacitum subaudiendum est, vt iste ordo sit: Filij Ephrem intendẽtes arcus & mittentes, & subaudiatur sagittas: plenusq. sit sensus, tendentes arcus & mittentes sagittas: quia etiam si diceret, tendentes arcus & mitten
Psa.77. tes sagittas: non vtiq. tendentes sagittas in
Psa.77. telligere deberemus, sed audito eo quod di
Psa.77. xit tendentes, subaudire potius arcũ, q̃us dictum non fuerit. Nonnulli sanè codices Græci habere dicunt, tendentes & mittentes arcubus: vt sine dubitatione subaudiamus sagittas. Quod vero per filios Ephrẽ vniuersam illã gñationem amaricantem intelligi voluit, locutio est a parte totum significans. Et ideo fortasse electa est ista pars, ex qua totus ille populus significaret, quia de his potissimum boni aliquid expectandũ fuit, quia ex illo nati sunt quem nepotem suum Iacob, q̃is a patre eius tanq̃ Ge. 48.
Ge. 48. minorem ad sinistram constitutum, manu tñ dextera benedixit, eumq. maiori fratri arcana benedictione præposuit, vt quod ita hoc loco tribus illa culpat, nec aperuisse in ea quod illa bñdictio promittebat ostenditur, satis intelligamus quod etiã tũc ex veribis Patriarchæ Iacob longe aliud figurabatur, q̃ prudentia carnis expectat. Figuraba
Mat.20. tur. n. qp futuri essent nouissimi, qui erant
Ioan.1. primi, & primi futuri essent qui erant no-
Ge.4.& uissimi, p saluatoris aduentũ, de quo dictũ
21.& 25 est, Qui post me venit, ante me factus est. H
Sic Abel iustus maiori platus est fratri: sic
Ge. 38. Hismaeli Isaac: sic Esau cõgemino suo, sed tñ prius nato, ipse Iacob: sic Phares & ipse congemino suo, qui prius manum ex vtero miserat, & cœperat nasci, & iã nascendo p-
1.Re.16 cessit. Sic Dauid maioribus platus est fratribus: & pp quod istæ oĩs atq. aliæ similitudines non solum dictorũ, sed ẽt factorũ parabolæ pcesserunt. Sic populo Iudæorũ platus est populus Christianus, pro quo redimendo quemadmodũ Abel a Cain, sic a
Gene.4 Iudęis occisus est Chr̃s. Hoc pfiguratum
Gen.48 est. n. etiã, cum Iacob decussatim porrectis manibus dextera tetigit Ephrẽ ad sinistrã constitutũ, eumq. pposuit Manasse ad dexterã constituto, quẽ sinistra ipse tangebat. Nã secundum carnẽ filij Ephrem intendẽtes & mittentes arcus, conuersi sunt in die belli. Quid sit aũt quod ait, Conuersi sunt in die belli, consequentia docent, quibus id apertissime exposuit. Non custodierunt, inquit, testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.) Ecce quid est, Conuersi sunt in die belli: non obseruauerunt testamentũ Dei. Vbi arcus tendentes & mittentes, etiam promissionis verba promptis-
Exo.19. sime protulerunt dicentes, Quęcunq. locu
I tus est dñs Deus nr̃, audiemus: & faciemus:
Conuersi sunt in die belli, quia promissionẽ obedientiæ, non auditio, sed tentatio, pbat. Cuius est aũt cũ, Deo spiritu creditus, fidelem tenet Deum, qui non eum pmittet
2.Co.10 tentari super id quod potest, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possit sustinere, ne conuertatur in die belli. Qui aũt in
1.Co.1. se, non in Deo gloriat, quantumuis iactet pollicitationem virtutis suæ, velut tendens & mittens arcus, conuertitur in die belli.

Eccle.2. Quia.n.non est creditus cũ Deo spiritus eius, non est cũ illo etiam spiritus Dei. Et sicut scriptum est, quia non credidit, ideo non protegetur. Quod vero cum dixisset, Non obseruauerunt testamentũ Dei: adiecit & ait, Et in lege eius noluerunt ambulare: repetitio est superioris sententię, cum quadã eius expositione. Hoc.n.appellauit legẽ eius, quod supra dixerat testamentum Dei, vt illud quod dictum est, non custodierunt, repetitum intelligãt, in eo ambulare noluerunt. Sed cum breuius dici posset, Et in lege eius noluerunt ambulare: non nihil mihi videt in hoc uerbo nos q̃rere voluisse quod maluit dicere, noluerunt ambulare: q̃ non ambulauerunt. Poterat.n.putari lex operũ quasi sufficere ad iustificationẽ, cũ ea quæ præcipiuntur forinsecus fiunt ab
K eis hominibus, qui mallẽt non prẽcipi quæ non ex corde faciunt, & tñ faciunt: ac per hoc quasi videntur ambulare in lege Dei, sed nolunt ambulare: nõ.n.ex corde faciũt. Ex corde aũt nullo modo fieri potest, qđ formidine fit pœnæ, non dilectione iustitiæ. Nam quantum attinet ad facta quæ forinsecus aguntur, & qui timent pœnam, & qui amant iustitiã, nõ furant, & ideo pares sunt manu, dispares corde, pares opere, dispares voluntate. Ideo illic sic notati sũt: Gñatio, inquit, q̃ non direxit cor suũ. Non dictum est opera, sed cor. Recto.n.corde, recta sunt opera. Cum aũt correctum non est, opera recta non sunt, etiam si recta videantur. Et vnde cor non direxit praua generatio, satis aperuit cũ ait, Et non est creditus cum Deo spiritus eius. Rectus est.n. Deus, & ideo recte adhærens, tanq̃ incommutabili regulæ potest fieri rectum, quod in se fuit prauũ cor hoĩs. Vt aũt cor cum illo sit, & per hoc rectum esse possit, accedit ad eum, non pede, sed fide. Ideo dicitur etiã in Epistola ad Hebræos de illa ipsa gñatio
Hebr.4. ne praua & amaricante, Non profuit sermo auditus illis, nõ contemperans fidei eo
L rum qui obaudierunt. Voluntas igitur quę est in corde recto, paratur a dño, fide præcedẽte, qua acceditur ad Deũ directum, vt cor fiat rectũ. Quæ fides pueniente & vocante misericordia Dei, p obedientiã suscitatur, & applicare incipit ad Deum cor ut dirigatur, vt quanto magis magisq. dirigit tanto magis videat, quod non videbat, & valeat quod non valebat. Hoc non fecerat
Actor.8. Simon, cui Petrus Apostolus dixit, Non est tibi pars neq. sors in hac fide: cor.n.tuũ non est rectũ cũ Deo. Ibi.n.ostendit quia non põt esse rectum sine Deo, vt incipiant hoĩes nõ tanq̃ serui sub lege ambulare metuentes, sed in lege tanq̃ filij volentes, in qua illi ambulare noluerunt, & sub illa rei remanserunt. Hanc.n.voluntatẽ nõ timor, Rom.
sed charitas habet, q̃ diffunditur in cordibus credentium p spũm sanctũ. Quibus dicit, Gratia salui facti estis p fidẽ, & hoc nõ ex Ephe.2.
vobis, sed Dei donũ est, non ex operibus, ne forte q.s extollat: Ipsius.n.sumus figmẽtum creati í Chro Iesu, in operibus bonis, q̃ præparauit Deus, vt in illis ambulemus: Non qũo isti q̃ in lege eius noluerunt ambulare, non credendo in eum, neq. viã suã reuelando ad eum, & sperãdo in eũ, vt ipse
M faceret. Et obliti sunt bñficiorũ eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis: Corã pribus eorum fecit mirabilia.) Quid sit hoc, non est q̃stio negligenda. De ipsis patribus pauloante dicebat, p fuisset gñatio praua & amaricans. Ne fiant, inquit, sicut patres eorum gñatio praua & amaricans, gñatio q̃ non direxit cor suum, & cætera q̃ adhuc de ipsa gñatione dicuntur: cuius imitationem eo modo cauendã pcipit alteri gñatio ni, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscant operum Dei, & mandata eius exquirant: de quibus iã satis, quod visum est, disseruimus. Quid sibi ergo vult cũ de ipsa gñatione praua loquat quo obliti sunt bñficiorum Dei, & mirabilium eius q̃ ostendit eis, quod addidit & dicit, Corã patribus eorum fecit mirabilia: Quibus patribus cum ipsi sint patres eorum, quorum nõ vult esse posteros similes? Si illos acceperimus ex q̃bus isti nati erant, velut Abraham, Isaac & Iacob, iam olim dormierant, q̃ mirabilia Deus ostẽdit in Aegypto. Sequit.n. In terra Aegypti, in campo Thaneos.) Vbi dicit ostendisse Deum istis mirabilia corã patribus eorũ. An forte spiritu præsentes erant, Luc.10.
quia de ipsis dñs in Euangelio ait. Oẽs.n.illi viuunt? An accommodatius accipimus patres Moysen & Aaron, aliosq. seniores A
qui commemorantur in eadem scriptura Nu.11.
etiã spũm accepisse, vnde acceperat & Moyses, vt eum adiuuarent. ad eundẽ populum regendum ac ferendũ? Cur.n.non appellarent patres? Non sicut Deus pr vnus, est, q̃ regenerat spiritu sancto quos facit filios ad
Gal.4. æternã hæreditatẽ, sed honoris gra pp ætatem curamq. pietatis: sicut Paulus senior 1.Cor.4.
dicit,

dicit, Non vt confundam vos hæc scribo,
1.Cor.4. sed vt filios meos charissimos moneo, cum
stiret vtiq. a dño dictum, Ne vobis dicatis
patrẽ in terra, vnus est enim pater vester
Deus. Quod non ideo dictum est, vt hoc
vocabulum honoris humani de loquendi
consuetudine tolleret, sed ne gra Dei qua
in æternam vitã regeneramur, naturæ, vel
potestati, vel ét sanctitati cuiusquam hoĩs
tribueret. Ideo cũ diceret, Ego vos genui:
ddixit, in Chro & p Euangelium: ne ipsius
putaretur esse quod Dei est. Ergo illa gñatio praua & amaricans, obliti sunt beneficiorum Dei, & mirabilium eius quæ ostẽdit eis coram patribus eorum, q̃ fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thaneos.
Et incipit eadẽ mirabilia commemorando
B retexere: q̃si parabolæ sunt & propositiones, profecto ad aliquid cõparandũ referendæ sunt: nec oculum intentionis debemus auferre ab eo, quod Psalmus iste intendit ostendere, hunc esse fructum oĩum q̃ dñr, & quare admoniti sumus hæc intentissime audire Deo dicente, Attendite populus meus legẽ meã, inclinate aurem vestrã, in verba oris mei: vt ponamus in Deo spem nram, & ne obliuiscamur operũ Dei, & mãdata eius exquiramus, ne fiamus sicut illi patres gñatio praua & amaricans, gñatio q̃ cor non direxit suum, & non est creditus cum Deo spũs eius. Ad hoc ergo oĩa referenda sunt, ac per hoc quicquid figurata actione ista significant, ita fieri possunt spiritaliter in hoĩe, vel gra Dei si bona sunt, vel iudicio Dei si mala sũt, sicut illa bona facta sunt in Israelitas, vel mala & in ipsos, & in eorum inimicos. Quæ si non obliuiscamur, sed in Deo spem nram ponamus, nec ipsius græ simus ingrati, eumq. timeamus, non timore seruili quo sola mala corpora in seculum seculi, qui timor magnam esse iudicat pœnam priuari luce iustitiæ, non efficiemur tanquam patres illi gñatio praua
C & amaricans. Terra itaq. Aegypti in figura intelligẽda est huius seculi. Cãpus Thaneos planicies est mandati humilis. Nam mandatum humile interpretatur Thanis. In hoc ergo seculo humilitatis mandatum suscipiamus, vt in alio seculo exaltationem quã promisit qui pp nos hic factus est humilis, accipere mereamur. Nam qui dirupit mare & traiecit eos, statuit aquas quasi in vtres.) Vt sic staret vnda tanquam fuisset inclusa, potest per suam gratiam cohibere fluida & labentia concupiscentiarum carnalium, cum huic seculo renunciatur, vt tanquam inimicis peccatis omnibus p deletis fidelium populus per sacrm baptismatis traijciatur. Qui eduxit eos in nube Psal.12 8
diei, & tota nocte in illuminatione ignis.) Potest etiam spiritaliter dirigere itinera, si ad Deum clamet fides, Itinera mea dirige secundũ verbum tuũ: de quo alibi dicitur, Ipse.n.rectos faciet cursus tuos, & itinera Prou.4.
tua in pace perducet per Iesum Christum dñm nostrum, cuius in hoc seculo tãquam in die sacrm manifestum est in carne velut in nube: in iudicio vero: tanquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio seculi, tanquam ignis, & lucebit iu- Exo. 17
stis, & ardebit iniustis. Qui dirupit í deserto petrã, & adaquauit eos sicut in abysso multa: Et eduxit aquam de petra, & dedu D
xit tanq̃ flumina aquas.) potest vtique sitientis fidei donum spũs sancti, quod illa res gesta spiritaliter significabat infundere de spirituali sequente petra qui est Chrs, q̃ stabat & clamabat, Si quis sitit, veniat ad me: &, Qui biberit de aqua quã ego dabo, Ioan. 7.
flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. &.4.
Hoc.n.dicebat, sicut in Euangelio legitur, de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Ad quẽ velut virga lignum passionis accessit, vt emanaret credentibus gra. Et tñ illi tanquam gñatio praua & amaricans. Apposuerunt adhuc peccare ei? Id est, non credere. Nam hoc est peccatum, de quo arguit spũs mundum, sicut dñs dicit, De pec Ioa. 16.
cato quidẽ, quia non crediderunt in me. Et exacerbauerunt, altissimum in siccitate. Quod alij codices habent, in inaquoso: Quod de Græco est expressius, nec aliud q̃ siccitatem significat. Vtrũ in alia eremi siccitate, an potius in sua? Quia licet bibissent de petra, non ventres, sed mentes aridas habebant, nulla virentes fœcunditate iustitiæ. In qua siccitate magis fideliter Deo supplices esse debuerunt, vt qui satietatẽ donauerat faucibus, æquitatẽ donaret & moribus. Ad cũ qppe fidelis aia clamat, E
Oculi mei videant æquitatem. Et tentauerunt Deũ in cordibus suis, vt peterẽt escas Psal.16.
aiabus suis.) Aliud ẽ petere credẽdo, aliud Nu.11.
tentando. Denique sequitur: Et detraxerunt de Deo & dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Qm̃ percussit petrã & fluxerunt aquæ & torrẽtes

inundauerunt: Nunquid & panem poterit dare,aut parare mensam populo suo?) Nõ credentes ergo petierunt escas aiabus suis. Non sic Apostolus Iacobus escam mentis præcepit postulari,sed a credentibus eã peti admonet, non a tentantibus atque detrahentibus Deo. Si quis aũt vestrum, inquit,indiget sapientia,postuleta Deo, qui dat oĩbus affluenter & non improperat,& dabit ei:Postulet aũt in fide nihil hæsitans. Hãc fidẽ non habebat gñatio, quæ cor nõ direxit suũ,& nõ erat creditus cũ deo spũs eius.Propter hoc audiuit dñs & distulit,& ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascẽdit in Israel.) Expostrit qd ignẽ dixerit.Irã qppe appellauit ignẽ,quanq̃ multos ꝓpè ẽt ignis accẽderit.Quid ergo est ꝙ ait, Audiuit dñs & distulit? An distulit eos introducere in terram promissionis quò ducebant qđ intra paucos dies fieri poterat?Sed pp peccata in eremo fuerant conterẽdi,vbi & cõtriti sunt per quadraginta annos. Q đ si ita est,distulit ergo populũ,non istos ipsos qui tentãtes detrahebãt Deo; nã oẽs in eremo perierunt,& filij eorum in terram promissionis ingressi sunt. An distulit pœnam vt prius satiaret etiam infidelem concupiscentiam, ne propterea putaretur iratus, quia hoc ab illo licet tentantes & detrahentes petebant, qđ facere non posset? Audiuit ergo & distulit vindicare, & postea q̃ fecit ꝙ eũ illi facere non posse putauerunt,tunc ira ascendit in Israel, Deniq. vtrũque breuiter positũ, deinceps apte ordinẽ narrationis exequit.Quia non crediderunt in Deo,nec sperauerunt in salutare eius.)Namque cũ dixisset,quare ignis accẽsus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.i. qa non crediderũt in Deo, nec sperauerũt in salutari eius, continuo subijciens q̃ euidẽtibus bñficijs ingrati fuerũt,Et mãdauit inquit,nubibus desup,&Ianuas cęli apuit: Et pluit illis mãna ad manducandũ, & panẽ cęli dedit eis. Panẽ angelorũ manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Transtulit Austrũ de cęlo, & induxit in virtute sua Aphricũ.Et pluit sup eos sicut puluerem carnes, & sicut arenã maris volatilia pennata. Et ecciderũt in medio castrorum eorũ circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt priuati a desiderio suo.) Ecce quare distulerat.Quid autem distulerat,audiamus.Adhuc esca erat in ore ipsorum,& ira dei ascẽdit in eos.) Ecce qđ distulerat. Prius enim distulit, & postea ignis accensus est in Iacob, & in ira ascendit in Israel. Distulerat ergo vt prius faceret,qđ eũ facere nõ posse crediderãt,deinde inferret ꝙ eos pati oportebat. Nã si ponerent in Deo spem suam, non solũ eis illa desideria carnis,sed ẽt spiritus implerentur.Qui.n. mandauit nubibus desuper,& ianuas cœli aperuit,& pluit illis mãna ad manducandum, & panẽ cœli dedit eis, vt panem angelorum mãducaret homo,qui cibaria misit eis in abundãtia,vt satiaret incredulos, non est inefficax dare credentibus verum ipsum de cœlo panem, quem mãna significabat,qui vere cibus est angelorum.Quod Dei verbum corruptibiliter pascit.qđ vt manducaret homo, caro factum est,& habitauit in nobis.Ipse.n.pacis ꝙ nubes euãgelicas vniuerso orbi pluit & apertis prædicatorum cordibus tanquã cęlestibus ianuis,non murmuranti,& tentanti synagogę,sed credenti, & in illo spẽ ponenti Ecclesiæ prędicatur.Qui transtulit Austrum de cœlo, & induxit in virtute sua Aphricum, & pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pẽnata:Et ecciderũt i medio castrorũ eorũ,circa tabernacula eorũ:Et mãducauerũt,& saturati sunt nimis,& desiderio eorũ attulit eis, nec sunt priuati a desiderio suo. Potest & non tentantium,sed credentium, paruulam fidem,carne æditis vocum signis & per aerem trãscurrentibus tanquam volatilibus pascere,nõ tũ ab Aquilone venientibus, vbi frigus & caligo prędulent,i.elocutionibus, vbi frigus & caligo prędulent,sed transitquentia quæ huic sęculo placet,sed transferendo Austrum de cœlo. Quo nisi ad terras? Vt qui in fide sunt paruuli audiẽdo terrestria,nutriant ad capienda cœlestia.Si.n. terrestria,inquit, dixi vobis, & non creditis, qũo si cœlestia dixero vobis, creditis? Transtulit enim erat ille de cœlo quodammodo vbi mente excesserat Deo, vt temperans eis esset quibus dicebat,Non potui vo bis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Ibi enim audierat ineffabilia verba, quæ in terra illi nõ licebat loq;p verbũ sonantia quasi per volatilia pennata. Et ducendo in virtute sua Aphricum,hoc est, per ventos meridianos feruentes,& prædicantium spiritus. Et hoc in uirtute sua, ne sibi tribuat Aphricus ꝙ habet ex Deo. Venit aũt vltro isti venti ad hoĩes, & apportant eis verba diuinitus missa, vt in suis sedibus & circa tabernacula sua colligantur eiusmodi volatilia, & adoret vnusquisque dominum de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed infidelibus tanq̃ prauæ & amari cãti gñationi, cũ adhuc esca esset in ore ipsorum ira dei ascendit in eos. Et occidit in plurimis eorũ.) Hoc est,plurimos eorum. Vel sicut nõnulli codices hũt: Pingues eorũ.) Quod qđẽ in Grecis quos habuimus non inuenimus: sed si hoc est verius,quid aliud intelligendi sunt pingues eorũ nisi in superbia prævalentes: de quibus dr: Prodijt quasi ex adipe iniqtas eorum? Et electos Israel impediuit.) Erant illic ẽt electi,quorum fidei non contẽperabatur gñatio praua & amaricans. Impediti sunt aũt, ne aliq d eis ꝓdessent, qbus paterno effectu consulere cupiebant. Quibus.n.deus irascitur, qđ misericordia conferetur humana.An potius simul cum eis cõpeditos etiã electos intelligi voluit, vt q mente & vita discernebantur,ad exẽplum nõ iustitiæ tñ,sed ẽt patientiæ cum illis molestias sustinerent? Nam sanctos cum peccatoribus nõ ob aliã forsitan causam ẽt captiuos ductos esse didicimus,qñ in Grecis codicibus non ἀναπόδικτος quod est impediuit, sed συναποδίοτος egitio praua. In omnibus his peccauerunt adhuc,& crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorum.) Cũ possent si crederent,dies in veritate sine defectu hãe apud eum cui dictum est, Anni tui non deficient. Defecerunt ergo in vani tate dies eorum. Et anni eorum cum festinatione.) Festinatur quippe tota vita mortalium, & quæ videtur ꝓlixior, vapor est aliquanto diuturnior. Verunt amen cum occideret eos, quærebant eum.) Non ꝓp eternam vitam, sed vaporem citius finire ij quos occiderat, sed qui exemplo eorum occidi timebant.Sic autem de illis scriptura locuta est, tanquam hi deum quærerent q occidebantur,quia vnus populus erat,tanq̃ de vno corpore dicitur. Et reuertebantur & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt, qñ deus est adiutor eorũ & deus excelsus redemptor eorum est.) Sed hoc totum propter acquirenda temporalia bona, & vitanda temporalia mala. Nam qui propter veneficia terrena deum quęrebant non vtique deum, sed illa quærebant: quia eò modo timore seruili,nõ liberali dilectione deus colitur. Sic ergo deus non colitur, hoc.n.colitur quod diligitur. Vnde rebus omnibus maior & melior inuenitur, plus omnibus diligendus est vt colatur. Denique sequentia videamus. Et dilexerũt eum,inquit,in ore suo, & in lingua sua mẽtiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testõ eius.) Aliud in lingua eorum, aliud in corde eorum inueniebat, cui secreta hominum nuda sunt, & sine vllo obstaculo quid potius amarent videbat. Rectũ itaq. cor cum deo est,qñ ꝓp deum quærit deũ. Vnam quippe concupiuit a domino, hanc requiret, vt habitet in domo dñi sem ꝓ, & contẽpletur eius delectationem: Cui dicit cor fideliũ, saturabor, non ollis carniũ Aegyptiorum, nec melonibus, & peponibus, & alio & cepis, q̃ gñatio praua & amaricans ẽt pani cœlesti pferebat, nec mãna visibili atque ipsius volatilibus pẽnatis, sed saturabor cum manifestabitur gloria tua. Hæc est.n.hæreditas noui testamenti, in quo illi fideles habiti non sunt, cuius tñ fides etiam tunc qñ velabatur erat in electis, & nunc qñ iam reuelata est,non est in multis vocatis, Multi.n.sunt vocati, pauci aũt electi. Talis ergo erat generatio praua & amaricans ẽt cum deum quærere videret, diligens in ore, & in lingua mentiens: in corde autem non recto cum deo,vbi ea potius diligebat ꝓp quæ dei adiutorium req rebat. Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram suam, & non accendit oẽm iram suam. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non reuertens.) In his verbis multi sibi iniquitatis impunitatem de diuina misericordia pollicentur, ẽt si tales esse perstiterint, qualis generatio ista describitur praua & amaricans, quæ cor non dixerit suum, & non est creditus cum deo spiritus eius, quibus consentire non expedit. Si.n.vt secundum ipsos loquar, deus fortasse non perdet nec malos, sine dubio non perdet bonos. Cur ergo non potius id eligimus, vbi dubitatio nulla est? Nã q in lingua sua mentiũtur illi,cũ aliud habeat cor eorũ.putãt vtiq. & volunt qñ pœnam æternam talibus comminatur, etiam deum esse mendacem. Sed cum ipsi eum mentiendo non fallant, ille verũ dicendo non fallit. Hæc itaque verba

Iacob.1.

Exo.16. Sap.16.

Num.11.

Exo.16.

Psal.16.

Mat.20

ba diuinorum eloquiorum, de quibus sibi generatio praua blanditur non ea deprauet sicut cor suum, qa & illo deprauato ista recta pſistunt. Primo quippe secundum hoc intelligi potest quod in Euangelio scriptū
Matt.5. est, Vt sitis sicut pater uester q in cœlis est, q facit oriri solem suū super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Quis.n. non uideat quanta misericordiæ patientia malis parcat? Sed ante iudicium. Sic ergo pe percit illi gēti, ut non accenderet omnē irā suam ad eam penitus eradicandā atq. finiē dam: quod in uerbis eius & intercessione p
Exo.32 peccatis eorū Moysi serui eius euidēter ap pareat, ubi deus dicit, Deleā eos, & faciam te in gētem magnam. Ille intercedit, paratior deleri pro ipsis q̄ ipsos, sciens apud misericordē se id agere, q quoniā nullo modo delere ipsum, etiam illis ipsis parceret propter ipsum. Videamus enim quātum pepercerit,
B & adhuc parcat. Nam introduxit eos in terram promissionis, & seruauit eam gentem quousq. se Christum interficiendo sceleri omnium maximo colligarēt. Quod eos ex illo regno eradicaros per cuncta gentiū regna disseminauit, non utiq. deleuit, sed manet idem populus prolis successione seruatus, uelut Cain signo accepto, ne quis eum
Gene.4 occidat, id est, penitus perdat. Ecce quēadmodum impletur quod dicitur, Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos, & abundauit ut auerteret iram suam, & non accendit omnē iram suam. quia si omnis ira eius, id est, q̄tum digni sunt in eos accenderetur, gens illa relinqueretur. Ita deus cui cantatur mi-
Psa.100 sericordia & iudicium, & in isto seculo per
Mat.5. misericordiam facit oriri solem suum super bonos & malos, & in fine seculi per iudiciū ab æterna luce sua separatos, æternis tenebris punit malos. Deinde ne uim diuinis verbis inferre uideamur, & tibi dictū est, Non perdet eos: nos dicamus, sed postea perdet eos: de hoc ipso præsenti Psalmo uisitatissimam scripturæ locutionem aduertamus, unde ista quæstio multo diligentius ueriusque soluatur. Certe de hisipsis loquēs paulo post, cum commemorasset quæ propter eos Aegyptii perpessi fuerant, commemorans etiam ultimam plagam, Et percussit, inquit, omne primitium in terra Aegypti, primitias laboris eorum in tabernaculis Cham. Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam
C

gregem in deserto. Et eduxit eos in spe & nō timuerunt, & inimicos eorū operuit ma
re: Et induxit eos in montem sanctificationis suę, monte quem acquisiuit dextera eius: Et eiecit a facie eorū gentes, & sorte distribuit eis terrā in funiculo distributionis. Si quis ad hæc uerba nobis inferens stultionem dicat, quomodo eis hæc omnia collata esse commemorantur, cū ipsi non fuerint p ducti in terrā promissionis, qui ab Aegypto liberati sunt, qm̄ illi mortui sunt, quid respondebimus nisi eos dictos, q a idē ipse populus fuit per successionē filiorum? Sic ergo cum audiuimus maxime quia futuri temporis uerba sunt, Et propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos, & abundauit ut auertat iram suam, & nō accendit oēm irā suam: intelligamus in his impletū, de q̄bus dicit Apostolus, Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ per electionem gratię saluæ factę sunt. Rom.11
vnde etiā dicit, Nunquid repulit deus plebē suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex ge D nere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus Philip.3
ex Hebræis. Hos igitur scriptura prędidit, qui in Christum fuerāt ex isto populo erę dituri, & accepturi peccatorum remissionē, vsque ad illud maximum, quo insanientes ipsum medicum peremerunt. Hinc omnino dictum est, Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos, & abundauit ut auerteret iram suā, quia etiam illud remisit, q̄ ab eis unicus filius eius occisus est. Et non accendit omnē iram suam, quia reliquiæ saluæ factæ sunt. Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus uadens & non reuertens. Ideo eos uocando & miserando prr suam gratiam ipse reuocauit, quia per seipsos redire non possent. Quomodo enim redit caro spiritus ambulans & non reuertens, vrgente se in ima malorum atque longinqua pondere meritorum, nisi per electionem gratiæ, quæ non meritis tanquam merces redditur, sed tan Rom.4
quam donum gratis datur vt iustificetur Matth.
impius, & redeat ouis perdita, non tamen in viribus suis, sed in humeris reportata pastoris, quæ perdere potuit, dum sponte uagaretur, se autem inuenire non potuit? Nec omnino inueniretur, nisi pastoris misericordia quæreretur. Non enim & ille filius ad hanc ouem non pertinet, qui reuersus in semetipsum dixit, Surgam & ibo ad patrem meum? Occulta itaq. uocatione & inspiratione ēt ipse quæ

situs est, & resuscitatus, non nisi ab illo qui
Ioan.5. uiuificat omnia. Et inuentus, a quo, nisi ab
Luc.19. illo qui perrexit saluare & quærere quod perierat? Mortuus.n. erat & ruixit, perierat & inuentus est. Nam & illa non leuis sic solueretur quæstio, q̄ in prouerbijs scriptū
Prou.2. est, cū de via iniquitatis scriptura loqueretur, Omnes qui ambulant in eam non reuertentur. Sic.n. dictum est, quasi de iniquis hominibus desperandum sit. Scriptura vero gratiam commendauit, quia per seipsum homo potest in illa ambulare, non potest autem per seipsum redire, nisi gratia reuocatus. Hi ergo praui & amaricātes. Quo
Psa.77. tiens exacerbauerunt eum in deserto, & in ira concitauerunt eum in inaquoso? Et conuersi sunt & tētauerunt deum, & sanctum Israel exacerbauerunt.) Eandem illorum infidelitatem repetit, quam superius iam commemorauerat: sed repetendi causa est, vt commemorentur plagę quas inflixit Aegyptijs propter illos: quæ omnia vtiq. recordari debuerunt, neque existere ingrati. Denique quid sequitur? Non sunt recordati manus eius, in die qua redemit eos de
Psa.77. manu tribulantis.) Et incipit dicere quæ fecit Aegyptijs. Posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Thaneos. Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent, Vel potius, magnationes aquarum.) Sicut nonnulli intelligunt quod Grece scriptū est τὰ ὑμβρήματα, quas Latine scaturigines dicimus, ab imo aquas ebulliētes. Foderunt enim Aegyptij, & sanguinem pro aquis inuenerunt. Misit in eos cynomyam, & comedit eos: & rana, & disperdidit eos. Et dedit erugini fructum eorum, & labores eorum locustæ. Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumēta eorū, & possessionē eorū igni. Misit in eos irā indignationis suæ, indignationē & tribulationē, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitę iræ suæ, & non pepercit a morte animarum eorum, & iumenta eorum in mortem concluſit. Et per cussit omne primitiuum in terra Aegypti, primitias laborum suorum in tabernaculis Cham.) Hæ omnes Aegyptiorum pœnę allegorica interpretatione exponi possunt, prout ea quisque intelligere, & rebus ad quas referendæ sunt comparare voluerit. Quod nos quoque facere tentabimus, tanto aptius facturi, quanto magis diuinitus

fuerimus adiuti. Ad hoc.n. Psalmi huius illa verba constringunt, vbi dictum est, Aperiam in parabolis os meum, eloquar propo Psa.13 & 135.
sitiones ab initio. Propter hoc quippe etiā aliqua hic dicta sunt, quæ omnino accidisse Aegyptijs non legimus, cum omnes eorum plagæ in Exodo diligentissime ex ordine contexātur, vt quoniam id quod ibi non dictum est, non frustra in Psalmo dictum esse certi sumus, neque id in terpretari nisi figurate possumus, simul intelligamus etiā cætera quæ facta esse constat, ob aliq̄ figuratam significationem facta atque conscripta. Facit enim hoc scriptura in multis locis propheticorum eloquiorum: Dicit aliquid quod in illa re gesta quam videtur commemorare non inuenitur, immo & aliter esse inuenitur, vt hinc intelligatur non hoc dicere quod potest putari, sed aliud potius qđ
Psal.71. magis debet aduerti, sicut est illud, Dominabitur a mari vsq. ad mare, & a flumine usq. H
ad terminos orbis terræ. Quod in illius Salomonis regno constat non esse completum, de quo putari posset iste Psalmus loqui, cum de Christo domino loqueretur, In plagis ergo Aegyptiorū quæ sunt in libro qui Exodus nominatur, vbi maxime scriptura curauit, vt ea quibus afflicti sunt, omnia ex ordine dicerentur, non inuenitur quod habet iste Psalmus, Et dedit eru
Exo.9. gini fructus eorum. Illud etiam quod cum dixisset, Et tradidit grandini iumenta eorum: addidit, Et possessionem eorum igni: De iumentis grandine occisis legitur in Exodo: q̄ vero possessio eorū igne cremata sit omnino non legimus: Quanuis voces & grandines cum igne fierent, sicut tonitrua cum fulgoribus solent, non tamen scriptum est aliquid traditum igni vt arderet. Deniq. mollia quæ lædere grando non poterat, dicuntur nō esse percussa, id ē duris ictibus læsa, quæ postea comedit locusta. Item quod hic dicitur, Et mors eorum in pruina: non est in Exodo: multum enim pruina distat a grandine, nam serenis hyemalibus noctibus pruina terra canescit. Quid ergo ista significēt, dicat tractator vt potest, iudicet lector & auditor vt iustum est. Aquæ in sanguinem conuersa mihi videtur significare de rerum causis sentire carnaliter. Cynomya, canini mores sunt qui nec parentes quando nascuntur vident. Rana est loquacissima vanitas. Rubigo occulte nocet quam etiam eruginem non I
nulli

nulli interpretati sunt, alij caniculã, qđ malum cui uitiorum aptius cõparatur, nisi qđ difficillime apparet, sicuti est multum de se fidere. Aura est.n. noxia quæ hoc in fructibus latẽter operatur, sicut in moribus occulta superbia, qsi se quisquam putat aliquid esse cum nihil sit. Locusta est malitia ore lædẽs, infideli.s.testimonio. Grando est iniquitas, res alienas auferens, unde furta, rapinæ, prædationesq. nascuntur, plus autem uitio suo vastatur ipse vastator. Pruina significat vitium, quo charitas proximi stultitiæ tenebris uelut nocturno frigore cõgelascit. Ignis vero si non ille hic commemoratur qui erat in grandine ex fulgurantibus nubibus, qm hic dixit, Tradidit possessionem eorum igni: vbi eam significat vtiq. incẽsam, quod ignis ille feciſſe non legitur, immanitatem ergo iracundiæ mihi uidetur significare, qua & homicidium admitti potest. Morte pecorũ figuratum est, quantum arbitror, damnum pudicitiæ. Concupiscentiã quippe qua fœtus exoritur, cõem cum pecoribus habemus.

K Hanc itaq. edomitam habere & ordinatam, pudicitiæ virtus est. Mors primitiuorum est amissio ipsius iustitiæ, qua quisq. humano

De tẽpo re se.95. generi socialis est. Sed siue ita se habeant harum rerum figuratæ significationes, siue aliter melius intelligantur, quem non moueat qđ decem plagis percutiũtur Aegyptii, & decem præceptis scribuntur tabulæ, quibus regatur populus dei? De quibus e contrario inter se comparãdis, id est, plagis & præceptis, quoniam alibi diximus, expositionem Psalmi huius in his onerari non opus est, tantũ admonemus, quia & hic etsi non eodem ordine, decem tamen Aegyptiorum plagę cõmemorantur, dum pro his tribus quæ sunt

Ex.8.& 9.&.10. in Exodo, & hic non sunt. i. scyniphes, ulcera, tenebræ, aliæ tres commemorantur quæ ibi non sunt, id est, rubigo, pruina, & ignis, non fulgurum, sed cui dicta est tradita possessio eorum, quod ibi non legitur, Satis autem hic expressum est iudicio dei fieri hæc in illis per angelos malos, in hoc seculo maligno, tanquam in Aegypto in campo Thaneos, ubi humiles esse debemus, donec veniat seculum vbi exaltari ex ista humilitate mereamur. Nam & Aegyptus in

L Hebræa lingua, tenebras vel tribulationes significat: in qua lingua Thanis sicut supra commemorati, humile intelligitur esse mandatum. De angelis ergo malis in isto psalmo, cum de ipsis plagis loqueretur, sic interpositum est, quod non transitorie præ tereundum est: Misit in eos, inquit, iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. Esse autem diabolum & angelos eius tam malos, utique ut eis ignis præparetur æternus, nullus fidelis ignorat. Sed immittere per eos immissionem super quoslibet a domino deo, quos hac pœna iudicat dignos durum videtur eis? qui minus idonei sunt cogitare quemadmodum summa dei iustitia bene utatur & malis. Quos quidem quã tum pertinet ad eorum substantiam, quis alius quam ip se fecit? Sed malos ipse non fecit, utitur tamen eis qui bonus est bene, id est conuenienter & iuste: sicut e contra iniqui creaturis eius bonis utuntur male. Vtitur ergo deus angelis malis, non solum ad puniendos malos, sicuti in illis omnibus, de quibus loquitur psalmus, sicut in rege Achab, quem fallaciæ spiritus ex dei uoluntate seduxit, ut caderet in bello: uerumetiam ad probandos & manifestandos bonos, sicuti fecit in Iob. Quod autem pertinet ad istam materiam corporalem visibilium elementorum, puto qđ ea possunt uti angeli & boni & mali, quantum cuique potestas est, quemadmodum & homines boni malique utuntur talibus, quantum possunt pro modulo infirmitatis humanę. Nam & terra utitur & aqua & aere & igne, non solũ in necessarijs rebus substentationis nostræ, uerũ etiam in multis superfluis & ludicris & mirabiliter artificiosis operibus. Nã inumerabilia q̃ appellantur μιχανήματα his elementis arte tractatis modificantur. Sed in hæc angelis longe amplior est potestas & bonis & malis, quanuis utiq. maior bonis, sed q̃rum dei nutu atque ordine iubetur aut sinitur, sicut & nobis. Neq.n. in his omnia quæ uolumus possumus. In libro autem fidelissimo legimus diabolum potuisse etiam de cœlo ignem immittere, ad sancti uiri tantum pecorum numerum mirabili & horrendo impetu consumend: quod diabolo tribuere nemo fidelium fortasis auderet, nisi sanctę scripturæ authoritate legeretur. Sed ille vir dei dono iustus & fortis & pie peritus, non, ait, Dominus dedit, diabolus abstulit: sed dñs dedit, dñs abstulit: opti me sciens diabolum etiam quod facere de istis elementis poterat, non tamen seruo dei, nisi domino volente ac permittente fuisse factam malitiam diaboli confidebat

Ephe.2. quoniam qs illa in se probando vteret, sciebat. In filijs vero diffidentiæ tanquã in suis mancipijs operatur, quẽadmodũ hoies in pecoribus suis, & illic tamen quantũ de iusto iudicio sinitur. Sed aliud est quando potestas eius etiam suis sicut ei placet tradit. Quã ei potestas etiam in eos, qui ab illo alieni sunt, datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit qđ vult: nec sane facit si prohibeatur a potestate maiore: de alieno autem pecore vt faciat, expectat sibi ptãtem dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas q̃ fuerat prohibetur: hic aũt quæ non fuerat, tribuitur. Quæ cum ita sint, si per angelos malos deus illas plagas inflixit Aegyptijs, nunquid audebimus dicere, & aquam in sanguinem p eosdem angelos uersam, & ranas p eosdem angelos factas, quorum similia etiam Magis Pharaonis veneficijs suis facere potuerunt, vt angeli mali ex vtraque parte cõfligerent, hinc illos affligentes, inde fallentes, secundum iudicium & dispensationẽ iustissimi & omnipotentissimi dei iuste vtẽtis et iniquorum malitia? Non audeo dicere. Vnde.n. scyniphes facere magi Pharaonis minime potuerunt? An quia hoc permissi ipsi angeli mali non sunt? An qđ verius dicendum est, occulta causa est, & vires naturæ inquisitionis excedit? Nam si p peaperos angelos illa deum feciſſe putauerunt, quia pœnæ infligebantur, non beneficia præstabantur, tanquam nemini deus pœnas irroget p angelos bonos, sed per illos velut militiæ cœlestis carnifices, conseruos eius erit, vt et Sodomã per malos angelos euersam esse credamus, & malos Abraã & Loth hospitio suscepisse videantur, quod absit: vt contra scripturas apertissimas sentiamus. Claret igitur ista hominibus pieris per bonos & malos angelos posse. Quid autem qsi fieri oporteat me latet, illum vero qui tacit non latet, & cui voluerit reuelationi scriptura diuina moderatur, malis pœnas irrogari, & per bonos angelos sicut Sodomitis, & per malos angelos sicut Aegyptijs legimus: iustos vero corporalibus pœnis per bonos angelos tentari & probari non mihi occurrit. Quod vero pertinet ad præsentem psalmi huius locum, si ea quæ mirabiliter de creaturis facta sunt, malis angelis tribuere non audemus, habemus qđ eis tribuere sine dubitatione possumus, mortes peccorum, mortes primitiuorum, & illud maxime vnde religata sunt omnia obdurationem cordis illorum, vt populum dei nollent dimittere. Hanc enim iniquisi- Exo.4.
mam obstinationem deus cum facere dicitur, non instigando & inspirando, sed dese- Ephe.2.
rendo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ, quod deus debite iusteq̃ permittit: nã & illud quod Esaias propheta dicit, Esa. 64.
Domine ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes: ea ratione intelligitur. Præcesserit enim aliquid vnde deus iustissime iratus ab eis suum lumen auferret, vt in peccata quæ nulla tergiuersatione defendi possunt non esse peccata, cęcitas humanæ mentis offenderet ab itinere iustiD tiæ deuiando & errando, Et quod in alio psa.104.
psalmo scriptũ est de hisipsis Aegyptijs, qđ deus conuerterit cor eorum vt odissent populum eius, & dolum facerent in seruos eius, bene creditur deus feciſſe per illos angelos malos, vt etiam vitiosæ mentes filiorum infidelitatis per eos angelos quibus ea dem amica sunt vitia, excitarentur in odiũ populi dei, atque ad terrendos & corrigendos bonos illa mirabilia sequerentur. Illa enim mala morum quæ his corporalibus plagis significata esse prædiximus, propter quod dictum est, Aperiam in parabolis os meum: per malos angelos exerceri in eos qui illis diuina æquitate subduntur, conuenientissime creditur. Neque enim cum fit, quod ait Apostolus, Tradidit illos deus in Rom.1.
concupiscentias cordis eorum, vt faciant q̃ non conueniunt: non illic mali angeli tanq̃ in materia sui operis versantur & gaudent quibus iustissime subdita est vitiositas humana, præter eos quos liberat gratia. Et adhæc quis idoneus? Vnde cum dixisset, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationẽ & iram & tribulationem, immissionem p angelos malos: illud quod addidit, Viam fecit semitæ iræ suæ: cuius tandem acies sufficit penetrare, vt intelligat capiatq. sniam in tãta profunditate latitantem? Erat.n. semita iræ dei, quæ Aegyptiorum impietatẽ occulta æquitate puniret, sed eidem semitæ viam fecit, vt eos, tanq̃ ex abditis per malos angelos in manifesta scelera perducens, in euidentissimos impios euidẽtissime vin- E
dicaret. Ab hac potestate malorum angelorum non liberat hominem nisi gratia dei: Colo.1.
de qua dicit Apostolus, Qui eruit nos de

potestate

potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ: cuius rei populus iste figuram gerebat, cũ esset erutus de potestate Aegyptiorum, & traslatus in regnũ terræ promissionis fluentis lac & mel, qđ suauitatem significat gratię. Sequitur ergo post commemorationem plagarum Aegyptiorum psalmus, & dicit. Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanq̃ gregem in deserto. Et deduxit eos in spe & non timerunt, & inimicos eorum operuit
Exo.14. mare.) Tanto sit hoc melius, quanto interius, vbi eruti de potestate tenebrarum in regno dei mente trasferimur, & secundum pascua spiritalia efficimur oues dei, ambulantes in hoc seculo velut in deserto, qm̃ nemini est fides nostra cospicua: vnde dicit Apostolus, Vita vestra abscondita est cum
Colo.3. Chro in deo. Deducimur aũt in spe qm̃ spe
Rom.8. salui facti sumus, nec timere debemus. Si.n.
Ibidem. deus pro nobis, quis contra nos? Et inimicos nostros operuit mare. Aboleuit in baptismo remissione pctorum. Deinde sequitur. Et induxit eos in mõtem sanctificatio
F nis suæ.) Quanto melius in sanctam Ecclesiam? Montem quem acquisiuit dextera eius?) Quanto est Ecclesia sublimior quam acquisiuit Christus de quo dictum est, Et
Esa.73. brachium domini cui reuelatum est? Et eiecit a facit eorum gentes.) Et a facie fidelium suorum. Nam quodammodo gentes sunt gentilium errorum maligni spus. Et sorte diuisit eis terram in funiculo distribu
1.Co.12 tionis.) Et in nobis omnia operatur vnus atque idem spũs, diuidens propria vnicuiq. prout vult. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.) In tabernaculis, in quam, gentium habitare fecit tribus Israel: Quod spiritaliter sic melius desyderandũ puto, vt ad cœlestem gloriam, vnde peccantes angeli eiecti sunt, nos per Christi gratiã subleuemur. Illa.n. generatio praua & amaricans, qm̃ istis beneficijs corporalibus imponebat tunicam vetustatis. Tentauerunt adhuc & exacerbauerunt deum excelsum, & testimonia eius nõ custodierunt. Et auerterunt se & non seruauerunt pactum, quẽadmodum patres eorum.) Pacto.n. quodã
Exo.1. & placito dixerunt, Omnia quæ locutus est dominus deus noster, faciemus & audiemus. Notandum sanè quod ait, Quemad-
G modum patres eorum cum per totum psalmi textum tanquam de hominibus eisdem loqui videretur: apparet tamen nunc de illis dici, qui iam erant in terra promissionis, & patres eorum dictos qui in eremo amaricauerunt. Conuersi sunt, inquit, in arcum prauum.) Vel sicut alij codices habent: In arcum peruersum.) Quid autem hoc sit, in eo quod sequitur magis apparet vbi ait: Et in ira concitauerunt eum in collibus suis.) In idololatriam eos prosiluisse significat: Arcus ergo peruersus est nõ prõ nomine domini, sed cõtra nomen domini, qui dixit eidem populo, Non erunt tibi dij Exo.20
alij præter me. Per arcum autem significat animi intentionem. Hoc ipsum denique psalmus planius exprimẽs. Et in sculptibilibus suis, inquit, ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit. Et
est, auertit & vindicauit. Et ad nihilum redegit nimis Israel.) Deo quippe spernente quid remaserũt, q deo adiuuante fuerũt qđ fuerunt? Nimirũ autem rem istam gestam cõmemorat, quando victi sunt ab Allophy
1.Re. lis tempore Heli sacerdotis, & area domini capta est, & magna strage vastati sunt. Hoc est quod dicit: Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.) Eleganter expositum quare repulerit tabernaculum sum cũ ait, vbi habitauit in hominibus. Cũ ergo digni non
H essent in quibus habitaret, cur non repelleret tabernaculum quod vtique propter se non instituerat, sed propter ipsos quos iam iudicabat indignos in qbus habitaret? Et tradidit in captiuitatem virtutem eorũ, & pulchritudinem eorum in manus inimici.) Ipsam arcam vnde sibi videbantur inuti, & vnde sibi plaudebant, virtutem & pulchritudinem eorum dicit. Denique & postea male viuentes, & de templo domini gloriantes, terret per prophetam dicens, Vi
dete quid feci Sylo, vbi erat tabernaculum meũ. Et cõclusit in gladio populum suũ, & hæreditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis:) Id est, ira. Et virgines eorum non sunt lamentatæ.) Quia neque hoc vacabat in hostili metu. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabãtur.) Ceciderunt.n. in gladio filij Heli quorum vnius vxor viduata, & mox in partu mortua, propter eandem perturbationem plangi non potuit honore funeris. Excitatus est tanquam dormiens dominus.) Videtur enim dormire, quando populum suum dat in manus eorum I
quos odit, vbi eis dicitur: vbi est deus tuus?

tuus? Excitatus est ergo tanq̃ dormiẽs dñs:
Psal.77. Tanquam potens crapulatus a uino.) Nullus hoc de deo dicere auderet, nisi spiritus eius. Dixit enim, sicut uidetur impijs insultantibus, qp velut ebrius diu dormiat, quando non tam cito q̃ putant, hominibus subue
Psal.5 nit. Et pcussit inimicos suos in posteriora.) Illos utiq. qui gaudebant qp arcam eius capere potuerunt: percussi enim sunt in sedibus suis. Quod eius pœnæ signum mihi vi
Psal.9 detur, quia quisq. cruciabitur si in posterira relpexerit, quæ, sicut Apostolus ait, æstimari debẽt ut stercora. Qui.n. sic suscipiũt
Psal.40 testamentum dei, ut ueteri uanitate non se exuant, similes sunt hostibus populi eius, q arcam testamenti captiuatam iuxta sua ido
Psal.77 la posuerunt: & illa quidem uetera etiam illis nolentibus cadunt: quia omnis caro fœnum, & claritas hominis ut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit, arca aũtem
Psal.91 domini manet in æternum, secretum scilicet testamenti regnum cœlorum vbi est æternum verbum dei. Sed illi qui posterira dilexerunt, ex ipsis iustissime cruciabuntur. Opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum
K Ephrem non elegit. Et elegit tribũ Iuda.) Non dixit, repulit tabernaculum Ruben,
Psal.77 qui fuit primogenitus Iacob, nec eos qui se nunc tur, & Iudam nascendo præcedunt, ut illis repulsis & non electis, tribus Iuda eligeretur. Poterat enim merito dici illos repulsos quia & in benedictione Iacob, qua filios suos benedixit, peccata eorum commorans grauiter detestatur, quamuis in eis tribus Leui sacerdotalis tribus essi se meruerit unde etiam Moyses fuit. Nec
Psal.77 dixit, repulit tabernaculum Beniamin: vel, tribum Beniamin non elegit: ex qua
Psal.88 rex esse iam cœperat: nam inde electus fuerat Saul. Vnde ex ipsa uicinitate tẽporis qsi ille repulsus est atq. reprobatus, & Da uid electus, cõuenienter posset hoc dici, nec
Psal.77 tũ dictũ est: sed eos potissimũ nominauit, qui clarioribus meritis uidebant excellere. Nam Ioseph pauit in Aegypto patrem & fratres suos, & impie uenditus, merito pietatis, castitatis, sapiẽtiæ iustissime sublimatus est, & Ephrem maiori fratri aui sui Ia
Psal.77 cob bñdictione prælatus est: & tamen deus repulit tabernaculum Ioseph, & tribũ Eph
rem non elegit. Vbi per hæc præclari meri
L ti nomina, qd aliud q̃ uniuersum populũ illũ uetustã cupiditate a dño terrena præmia requirentem, repulsum & reprobatum intelligimus: electam autem tribum Iudæ, non pro meritis ipsius Iudę? Longe qppe maiora sunt merita Ioseph, sed per tribum Iuda, qm̃ inde extitit Christus secundũ carnem, uouum populum Christi illi populo veteri prælatum scriptura testatur, aperiente domino in parabolis os suum. Iam uide etiam quod sequitur: Montem Sion quem dilexit.) Ecclesiã Chri melius intelligimus, non propter præsentis temporis beneficia carnalia deum colentem, sed futura & ęterna præmia oculis fidei longe speculantem. Nam & Sion speculatio interpretatur. Deniq. sequitur: Et ædificauit sicut unicornio rum sanctificationem suam.) Vel sicut quidam interpretes uerbum nouum fecerunt, Sanctificium suum.) Vnicornii recte intelli
guntur, quorum firma spes in unũ illud eri
Psal.26. gitur de quo dicit alius Psalmus, Vnam pe
1.Pe.2. tii a dño hanc requiram. Sanctificium uero dei est secundum Apostolum Petrũ, in
M tellecta plebs sancta & regale sacerdotium. Quod uero sequitur: In terra quam fundauit in æternum.) Quod habent Græci codices ἐις τὸν αἰῶνα, vtrum in æternum in seculum dicatur a nobis, in Latinorum interpretum potestate est, qm̃ vtrunq. significat. & ideo hoc in Latinis codicibus, illud in aliis inuenitur. Habent aliqui etiam pluraliter, id est, in secula, quod in Græcis quos habuimus non inuenimus. Quis vero fideliũ dubitet Ecclesiam ẽt si alijs abeuntibus, alijs venientibus ex hac vita mortaliter transit, tñ in æternum esse fundatam? Et elegit
1.Re.16 Dauid seruum suum.) Tribum ergo Iuda propter Dauid, Dauid autem propter Christum. Tribum igitur Iuda propter Christũ. Qun transeunte clamauerunt cæci, Misere
Mat.20 re nobis fili Dauid: Et continuo misericordiæ eius lumen receperunt, quia verum erat quod clamauerunt. Hoc igitur non trãseunter dicit, sed attente commendat Apo-
2.Ti.2. stolus scribens ad Timotheũ, Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro usque ad uincula tanquam malefaciens, sed sermo dei non est alligatus. Ipse itaque saluator secundum carnem factus est ex semine Dauid, figuratur in hoc loco nomine Dauid, aperiente domino in parabolis os suum, Nec mouet quod cum dixisset, Et elegit Dauid:
A quo nomine Christũ significauit: addidit, ser-

ruum suũ: non, filium suũ. Imo vero hinc agnoscamus, nõ patri coæternam unigeniti substantiam, sed formam serui susceptam ex semine Dauid. Et sustulit eum de gregibus ouiũ, & de post fœtantes accepit eũ, Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suã,)Ille quidẽ Dauid, ex cuius semine caro Christi est, ab officio pastorali pecorũ, ad hominum regnum translatus est. Noster autẽ Dauid ipse Iesus ab hominibus ad hores, a Iudæis ad gẽtes, tũ sẽd m parabolam ab ouibus ad oues allatus atq. trãslatus est. Nõ sunt. n. modo in terra illa Ecclesiæ Iudeæ in Christo, quę fuerunt circũ
Gala. 1. cisorum recenti passione, & resurrectione dñi nostri, de quibus dicit Apostolus, Erã autẽ ignotus facie Ecclesiis Iudææ, q̃ sunt in Christo. Tantum autem audiebant, qa is qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliqñ vastabat, & in me magnificabant dominũ. Iam hinc illæ ecclesiæ transierunt populorũ circumcisorum: ac per hoc in Iudæa quæ mõ in terra est, non est modo Christus, Ablatus est inde, nunc gentium greges pasci. Sane de
B post fœtantes inde acce; tus est. Illæ quippe
Can. 4. priores fuerunt tales, de qualibus dicit in Cantico canticorum, vni Ecclesię q̃ constat ex multis id est uni gregi, cuius membra sunt multi greges. De talibus ergo dicitur, Dentes tui, id est, per quos loqueris, vel per quos in corpus tuum velut manducando cæteros traiicis, Hoc itaque significantes dentes tui, sicut grex detonsarũ ascendentes de lauacro, quæ oĉs geminos creant, & sterilis non est in eis. Depo-
Act. 2. &. 4. suerunt enim tunc velut vellera, onera seculi, quando ante pedes Apostolorum venditarum rerum suarum precia posuerunt, ascendentes de lauacro illo, de quo eos admonet Apostolus Petrus, sollicitos quod
Acto. 2. Christi sanguinem fuderint, & dicit, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq. vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Geminos autem creauerũt, opera scilicet duorum præceptorum geminæ charitatis, dilectionis dei, & dilectionis proximi, vnde sterilis non erat in eis. De post has oues fœtãtes Dauid noster acceptus, nunc alios greges pasceit in gentibus, & ipsos Iacob & Israel. Sic enim dictum est, Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.
Nõ enim, quia ex gentibus sunt istæ oues, ideo ab illo semine alienatæ sunt, quod est C Iacob & Israel. Semen est. n. Abrahæ, semẽ promissionis, de quo ei dñs dixit, In Isaac Gen. 21
vocatur tibi semen. Quod exponens Apo- Rom. 9
stolus, Non, inquit, filij carnis, sed filii pro Gala. 3
missionis deputantur in semine. Ex gentib. enim erãt fideles quibus dicebat, Si autem vos Chri, ergo Abrahæ semen estis, & secũ dum repromissionẽ hęredes. Quod vero ait, Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam: more suo scriptura repetiuit eandem sententiam, nisi forte quispiam sic distinguere uelit, ut hoc tempore Iacob seruiat: tunc autem si æterna hæreditas dei, qñ videbit deũ facie ad facie, vnde Israel nomen accepit. Et pauit eos, inquit, in innocẽtia cordis sui,) Quid illo innocentius, q ul lũ peccatum, non solum a quo uinceretur, sed etiam quod uinceret, non habebat? Et in iutellectu manuũ suarum deduxit eos.) Vel sicut aliqui codices habent, In intellectibus manuum suarum.) Alius putaret ita cõgruentius potuisse dici, Innocentia manum & intellectu cordis. Hic autem q ma gis q̃ alius quid loqueret sciebat, cordi maluit adiungere innocentiam, & manibus intelligentiam. Illud propterea quantum existimo, quia multi sibi videntur innocentes qui non faciunt mala, cum timent ne patiantur si fecerint, vellent autem facere si impune potuisset. Tales videri possent hſe innocentiam manum, non tũ cordis. Et q tandem aut qualis est ista innocentia: si cordis non est, vbi homo factus est ad imaginẽ dei? Quod vero ait, In intellectu vel in intelligentia manuũ suarum seduxit eos: vidẽt mihi eam dixisse ipse intelligentiam, q̃ fecit in credentibus, Ideo manuum suarum. Facere quippe ad manus pertinet, Sed si fic possunt intelligi manus dei, quia & Christus sic homo, vt etiam deus: hoc certe & ille Dauid de cuius est iste semine facere non poterat in populo, cui sicut homo regnabat: sed ille hoc facit, cui recte anima fidelis dicere potest, intelligere me facito, & perscrutabor legem tuam. Proinde ne ab il Psalm
lo erremus, dum de nostra velut ex nobis sic intelligẽtia fidimus eius manibus nos credendo subdamus. Ipse in nobis eam faciat, vt in telligentia manuũ suarum nos deducat, erutos ab errore, eoque perducat vbi iam non possimus errare. Hic est iustus populi dei, attendentis legem dei, & inclinatis aurẽ suam in verba oris eius, vt dirigat

dirigat in eo cor sursum, & sit cum illo creditus spiritus eius: ne immutetur in gene-
E rationem prauam & amaricantem, sed his omnibus sibi annunciantis, non solum ad præsentem vitam, verum etiam ad æternã, nec tantum ad recipienda bonorum operum præmia, sed etiam in ipsa bona opera faciendã, ponat in Deo spem suam.

In Psalmum septuagesimumoctauum Expositio.

IN titulo Psalmi huius tam breui & simplici morandum esse non puto. Prophetam vero quam hic præmissam legimus, euidenter scimus impletam. Cũ enim ista tempora regis Dauid, nihil adhuc contigerat ex aduersitate gentium ciuitati Hierusalem, nec templo Dei quod nec ędificatum adhuc erat. Post mortem quippe Dauid filium: eius Salomonẽ Deo templum fecisse, quis nescit? Dicitur ergo tanquam præteritum, quod in spiritu videbatur esse futurum. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuam.) Qua loquendi consuetudine etiã illud est prophetatũ de dñi passione, Dederunt in escam me am fel, & in siti mea potauerunt me aceto: & alia quæ in eodem Psalmo, ventura velut facta narrãtur. Nec illud mirandum est q̃ Deo ista dicuntur. Non enim nescienti in dicantur quo reuelante præsciuntur, sed anima cum Deo loquitur pietatis affectu quem nouit Deus. Nam & angeli quæ hominibus nunciant, nescientibus nunciant: quę autem Deo nunciant, scienti nunciant quando illi offerunt orationes nostras, & ineffabili modo de actibus suis æternã veritatem tanquam legem incõmutabilem cõsulunt. Et iste ergo homo dei dicit Deo q̃ dificat a Deo, tanquam discipulus magistro non ignoranti, sed iudicanti: ac sic aut prohibenti quod docuit, aut quod non docuit reprehendenti, maxime quia specie præsenti Prophęta eos in se transfigurat, qui tunc futuri essent quando ista veniebant. Solent autem in oratione dici deo quę vindicans fecerit, & adiungi petitio, vt iam misereat & parcat. Hoc modo & hic dicũtur, a quo prædicuntur, tanquam ab eis dicantur quibus acciderunt, & ipsa deploratio atq. præcatio, prophetatio est, Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam. Polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalẽ in pomorum custodiam. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ escas volatilibus cœli, carnes sanctorũ tuorũ bestijs terræ. Effu- G derunt sanguinem eorum, sicut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.) Si in ista prophetia quisquam nostrũ eam vastationem Hierusalem intelligendã putauerit, quæ facta est a Tito Imperatore Romano, cum iã dñs Iesus Christus post resurrectionem & ascensionem suam prædicaretur in gentibus, non mihi occurrit qũo dici potuerit iam ille populus hæreditas dei non tenens Christum, quo reprobato & occiso factus est reprobus, qui in eum nec post eius resurrectionem credere voluit, & insuper martyres eius occidit. Ex illo enim populo Israel quicunque in Christum crediderunt, quibus facta est Christi præsentatio, & quodãmodo promissio redditio salubris atque fructuosa, de quibus & ipse dñs dicit, Non sum missus nisi ad oues Mat. 15
quę perierũt domus Israel, ipsi ex illis sunt filij promissionis, ipsi deputantur in semine, ipsi pertinẽt ad hæreditatem Dei. Hinc Mat. 1.
sunt Ioseph homo iustus, & virgo Maria Luc. 1.
quæ peperit Christũ. Ioãnes Baptista amicus sponsi, & parentes eius Zacharias & Helizabet. Hinc Simeon senex & Anna vi Luc. 1.
dua, qui Christum non loquentem, sensu & 2.
corporis audierunt, sed adhuc infantem, nõ loquentem, spiritu cognouerunt. Hinc beati Apostoli. Hinc Nathanael, in quo dolus H
non erat. Hinc alius Ioseph qui expecta- Ioan. 1.
bat etiam ipse regnum Dei. Hinc tanta illa Lu. 23.
multitudo quæ præcedebat & sequebatur iumentũ eius dicens, Benedictus qui venit in noie dñi, In qua erat & cõgregatio pue Mat. 21.
rorum, in quibus dixit impletum, Ex ore Psal. 8.
infantium & lactẽtium perfecisti laudem. Acto. 2.
Hinc etiam illi post eius resurrectionem, & 4.
quorum die vno tria milia, & alio quinque milia baptizati sunt, in aiam vnam & cor vnum conflati charitatis igne, quorum nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis oia cõia. Hinc sancti diaconi, quorum Act. 7.
Stephanus ante Apostolos martyrio est coronatus, Hinc tot Ecclesiæ Iudææ quæ in Christo erãt, quibus erat facie Paulus ignotus, notus autem sæuitia famosissima, sed, notior Christi misericordissima gratia. Hinc Gen. 4.
& ipse sed m prę missam de se ꝓphetiã, Lupus rapax, mane rapiens, & ad vesperũ diuidens escas: id est, prius rapiens persecutor ad mortẽ, postea pascẽs ꝓdicator ad vitam.

Hi erant ex illo populo hæreditas Dei, Vn
Ro. 11. de ait, & ipse minimus Apostolorũ doctor
gentium, Dico ergo, Nunquid Deus repu-
lit plebẽ suam? Absit. Nam & ego Israelita
sũ ex semine Israel, de tribu Beniamin.
Non repulit Deus plebẽ suam quam præ-
I sciuit. Hęc plebs quæ ex illa gente Christi
corpori accessit, hęreditas Dei est. Nam ꝙ
ait Apostolus, Non repulit Deus plebem
suam quam pręsciuit, illi Psalmo vtique re
Psa. 93. spondit, vbi scriptum est, Qm̃ non repel-
& 49. let dñs plebem suam. Vbi aũt sequitur, Et
Ro. 10. hæreditatem suam non derelinquet, ibi eui
denter apparet, talem plebẽ esse hæreditatẽ
Dei. Vt enim hoc diceret, & Apostolus su-
pra commemorauerat Propheticum testi-
monium de prænunciata futura incredulí-
tate populi Israel. Tota die expandi manus
Esa. 65. meas ad populum non credentem & con-
tradicentem. Hic ergo ne quisquam male
intelligens vniuersum illum populum cri-
mine incredulitatis & contradictionis arbi
tretur esse damnatum, continuo subiecit,
Rom. 11 Dico ergo, Nunquid repulit Deus plebem
suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex
gñe Israel, de tribu Beniamin. Hinc osten-
dit quam plebem dixerit, vtiq. populi prio
ris, quam si totam Deus repulisset atque
damnasset non vtiq. ipse Christi esset apo
stolus, Israelita ex semine Abraham, tribu
Beniamin. Adhibet autem valde necessa-
rium testimonium dicens, An nescitis in
K Helia quid dicit scriptura, quemadmodum
Ibidem. interpellat Deum aduersus Israel? Dñe, ꝓ
3. Re. 19 phetas tuos occiderunt, altaria tua fuffode-
runt, & ego relictus sum solus, & quęrunt
animam meam. Sed quid dicit illi respon-
sum diuinum? Reliqui mihi septem milia
virorum, qui non incurauauerunt genua
sua ante Baal. Sic ergo & in tempore hoc
reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factę
sunt. Istæ reliquiæ sunt ex illa gente hære-
dicatis Dei, non illi de quibus paulo post
dicit, Cæteri vero excęcati sunt. Sic enim
ait, Quid ergo? Quod quærebat Israel,
Rom. hoc non est consecutus? Electio aũt conse-
cuta est, cæteri vero excæcati sunt. Ista igit̃
electio, istæ reliquiæ, ista plebs dei quã nõ
repulit Deus hęreditas eius dicitur. In illo
aũt Israel qui non est consecutus hoc, illis
cæteris excæcatis non erat iam hæreditas
Dei, de qua dici posset post Christi in cœ-
lis glorificationem tpe Titi Imperatoris,
Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã,
& cætera quæ de illius populi & templi &
ciuitatis vastatione videntur in hoc psal-
mo esse prædicta. Proinde aut ea debemus
intelligere quæ facta sunt ab alijs hostibus,
anteq̃ Christus venisset in carne. Non.n.
erat alia tũc hæreditas Dei, vbi & prophe
tæ sancti erant, qũ facta est transmigratio
in Babyloniam, grauiterque gens illa vasta L
ta est, & sub Antiocho ét Machabæi horrẽ 4. Reg.
da perpessi, glorioſisime coronati sunt: Et 1. Mach.
quippe dicta sunt in hoc Psalmo, quæ so-
lent fieri ét strage bellorum: Aut certe si
post resurrectionem & ascensionẽ dñi ac
cipiẽda est hic cõmemorata hæreditas Dei
ea sunt intelligenda quæ a cultoribus ido-
lorum & inimicis nominis Christi, eccle-
sia eius in tanta martyrum numerositate
perpessa est. Quanq̃ enim Asaph synago-
ga interpretetur, quæ est congregatio, idq;
nomen vsitatius insederit genti Iudæorũ,
tũ & ecclesiam istam posse dici congrega-
tionem & illum vetei em populum dictũ
esse ecclesiam, iam in alio Psalmo satis aper
teque monstrauimus. Hęc igitur ecclesia,
hæc hæreditas Dei ex circuncisione & prę
putio congregata. i. ex populo Israel: & ex
cæteris gentibus per lapidem quem repro-
bauerunt ædificates, factus est in caput an-
guli, in quo angulo tanquam duo parietes
de diuerso veniẽtes copularent. Ipse est.n. Ephes. 2.
pax nra q fecit vtraq. vnũ, vt duos cõderet
in se in vnũ nouũ hoiem, faciés pacẽ, & co-
adunaret vtrosq. in vno corpe deo, in quo
corpe sumus filij dei, clamãtes, abba pr̃. Ab Rom. 8.
ba ꝓp illorũ linguã, pr̃ ꝓp nr̃am. Hoc.n. M
est abba ꝙ & pr̃. Vnde dñs qui dixit, Non Gala. 4.
sum missus nisi ad oues q̃ perierũt domus Mat. 15.
Israel, oñdens illi genti redditam pñtiæ ip Ioan. 10.
sius promissionem: ait tũ alio loco. Habeo
alias oues q̃ nõ sunt ex hoc ouili oportet
me & ipsas adducere, vt fit vnus grex &
vnus pastor: gentes significãs quas erat ad-
ducturus, non quidem per suam præsen-
tiam corporalem vt illud verum sit, Non Mat. 15
sum missus nisi ad oues quæ perierunt do-
mus Israel: sed tamen per euangelium suũ
quod erat disseminaturi speciosi pedes an- Ro. 10.
nunciantium pacem, annunciantium bo- Psal. 95
na. In oẽm terrã enim exiuit sonus eorũ, &
in fines orbis terræ verba eorum. Hinc &
Apostolus ait, Dico enim Christũ Iesum Ro. 15.
ministrum fuisse circuncisionis ꝓp verita
tem Dei ad cõfirmandas promissiones pa-
trum. Ecce qđ est, non sum missus nisi ad
oues

oues quæ perierunt domus Israel. Deinde
subiungit Apostolus, Gentes aũt super mi
Rom. 15 sericordiã glorificare Deũ. Ecce quod est,
Habeo alias oues quæ nõ sunt de hoc ouili,
oportet me & ipsas adducere, vt fit vnus
A grex & vnus pastor. Quod vtrunq. breui-
ter dictum est in eo quod de prophetia idẽ
Ioan. 10. Apostolus cõmemorat, Lætamini gentes
cum plebe eius. Iste ergo vnus grex sub pa
Psa. 99 store vno, hæreditas Dei est, non solum pa
tris sed etiam filij. Nã filij vox est, Funes
ceciderunt mihi in pclaris, etenim hæredi-
tas mea pclara est mihi, Et ipsius hæredita
tis vox est apud prophetam, Dñe Deus no
ster posside nos. Hanc hęreditatem nõ mo
riens pr̃ filio reliquit, sed ipse filius eã sua
morte mirabiliter acquisiuit, cum resurre-
ctione possedit. Si ergo de hac intelligendũ
est quod in Psalmi huius prophetia canit,
Deus venerunt gentes in hęreditatẽ tuam:
vt venisse gentes accipiamus in ecclesiam,
non credendo, sed persequendo. i. eã inuasis
se voluntate delendi atq. oino pdendi, si-
cut tot persecutionum exẽpla mõstrarunt:
oportet vt quod sequitur, Polluerunt tem
plum sctm tuum, non lignis & lapidibus,
sed in ipsis intelligatur hoibus, de quibus,
tanq̃ lapidibus viuis, constrгалi dicit Aposto
1. Pet. 2. lus Petrus domũ Dei. Vnde & apostolus
Paulus apertissime, Templũ, inquit, Dei
sctm est qđ estis vos. Hoc itaq. templũ p-
secutores in his vtiq. polluerunt, quos ad
B negandum Chm̃, terrendo vel cruciando
coegerunt, atq. vt idolis supplicarent ve-
hementer instando fecerunt. Quorũ mul-
tos pnia reparauit atq. ab illa inquinatio-
ne mundauit. Pœnitentis n. vox est, Et a
Psa. 50. delicto meo munda me, & cor mundũ crea
in me Deus, spiritum rectum innoua in vi
scribus meis. Iam vero quod sequit, Po-
fuerunt Hierusalem in pomorum custo-
diã: & ipsa Ecclesia hoc noie recte intelli-
gitur, Hierusalem libera mater nra, de qua
Esa. 54. scriptũ est, Lætare sterilis quæ non paris,
erumpe & exclama quę non parturis, qm̃
multi filij desertæ magis q̃ eius q̃ habet vi
rum. In custodiã pomorum, quod dictum
est, desertionẽ intelligendam existimo, quã
fecit vastitas persecutionũ. i. velut custodia
pomorum, quia deseruntur pomorum cu-
stodiæ cum poma transierint. Et certe qñ
gentilibus psequentibus, ecclesia deserta vi
detur, in cęlestem mensam spũs martyrum,
tanq̃ de horto dñico multa & suauissima
poma transierunt. Posuerunt, inquit, mor-
ticina seruorum tuorum, escas volatilibus
cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs ter
ræ. Quod dictum est, morticina: hoc repe
titum est, carnes. Et qđ dictũ est, seruorũ C
tuorũ: hoc repetitũ est sanctorũ tuorum. Il
lud tm̃modo variatũ est, volatilibus cęli &
bestijs terræ. Melius sane interpretati sunt
qui morticina posuerunt, q̃ sicut quidam
mortalia. Morticina. n. non dñr nisi mor- Mortici
tuorum, mortalia vero ét viuorum corpo- na.
rũ nomen est. Cum ergo sicut dixi ad agri Morta-
colam suum spũs martyrum velut poma lia.
transissent, morticina corũ & carnes corũ
posuerunt volatilibus cęli & bestijs terræ,
quasi quicquam eorum resurrectioni de-
periret. Ex oculis naturæ finibus totum re
integratur ab illo, cui & capilli capitis nr̃i
numerati sunt. Effuderunt sanguinem eo- Mat. 10.
rum sicut aquam. i. abundanter & viliter,
in circuitu Hierusalem. Si Hierusalem ter
renam vrbem hic accipimus, eorũ sangui-
nem intelligimus effusum in circuitu eius,
quos hostes extra muros reperire potue-
runt. Si aũt Hierusalẽ illam intelligimus, Gala. 4.
de qua dictum est, Multi filij desertæ, ma- Esa. 54.
gis q̃ eius quæ habet virum: circuitus eius
est ꝓ vniuersam terrã. In ea quippe lectio-
ne ꝓphetica vbi scriptum est, Multi filij de
sertæ magis q̃ eius q̃ habet virũ: paulopost
ei dicit, Et q eruit te, Deus Israel vniuersę
terræ vocabit. Circuitus ergo huius Hie- D
rusalem in hoc Psalmo intelligendus est,
quousq. tunc fuerat eadẽ Ecclesia dilatata,
fructificãs & crescens in vniuerso mũdo.
Qm̃ in oi parte eius psecutio sæuiebat, &
martyrum stragem, quorum sanguis sicut
aqua effundebat, cum magnis lucris thesau
rorum cœlestium faciebat. Quod vero ad
iunctum est, Et non erat qui sepeliret: aut
non incredibile debet videri tã magnũ in
aliquibus locis fuisse terrorẽ, vt sepultores
sanctorũ corporum nulli ꝓrsus existerẽt:
aut certe quia insepulta cadauera in mul-
tis locis diu iacere potuerunt, donec a reli-
giosis quodãmodo furata sepelirentur. Fa-
cti sumus, inquit, opprobriũ vicinis nr̃is.)
Ideo preciosa non in conspectu hoium a Psal. 115
quibus hoc erat opprobrium, sed in conspe
ctu Domini mors sanctorum eius. Sub-
sannatio & irrisio.) Vel vt quidam inter-
pretati sunt, Illusio eis qui in circuitu no-
stro sunt.) Repetitio est sententiæ superio
ris. Nam quod supra dictum est, oppro-

brium: hoc repetitum est, subsannatio & irrisio, Et quod supra dictum est, vicinis nris: hoc repetitū est, eis q in circuitu nro sunt. Proinde secundum Hierusalē terrenā vicini, & q in circuitu gentis eus, vtiq. E liæ gentes intelliguntur: Secundū aūt Hierusalē liberā matrē nram, vicini sunt & in circuitu eius, inter quos inimicos suos habitat Ecclesia in circuitu orbis terrarum. Deinde iā manifestā præcē fundens, unde intelligat superioris afflictionis cōmemoratio non esse quasi indicatio sed deploratio: Vsquequo, inquit, dñe irasceris in finē, exardescet velut ignis zelus tuus?) Rogat vtiq. ne Deus vsq. in finē irascatur. i. ne illa tanta pressura & tribulatio atq. vastatio vsq. in finem pseueret, sed temperet correptionem suā, sedm illud qđ in alio Psalmo Psal.79. dr, Cibabis nos pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in mensura. Nam quousq. dñe irasceris in finem: ita dictum est, ac si diceret, Noli dñe irasci in finē. Et in eo qđ sequit, Exardescet velut ignis zelus tuus: vtrunq. subaudiendū est, & quousque, & in finē, ac si diceret, Quousq. exardescet velut ignis zelus tuus in finē? Nā ita hic duo ista subaudienda sunt, sicut superius vnū illud qđ dictum est, posuerunt. Nā cum habeat prior sīa, Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cęli: hoc verbū posterior non habet, vbi dictum est, Carnes sanctorū tuorum bestijs F terræ: sed subauditur vtiq. qđ habet superius, posuerunt. Ira porro & zelus Dei, non sunt perturbationes Dei, sicut nonnulli scripturas quas non intelligunt arguunt: sed noie iræ intelligit vindicta iniquitatis, noie zeli exactio castitatis, ne aīa legē dñi sui contēnat, & a deo suo fornicando discreat. Hæc ergo ipso affectu in hoium afflictione sunt turbulenta, in Dei aūt dispositione tranquilla sunt, cui dictum est, Tu Sap.1. aūt dñe virtutum cum tranquillitate iudicas. Satis aūt ostendit his verbis pp peccata hoibus licet fidelibus has fieri tribulationes, quāuis hic floresçat martyrum gloria merito patientiæ, & pie sustentato in flagello dñi moderamine disciplinæ. Hoc Ma- 1.Mac. 7 chabæi inter fæuissima tormenta, hoc tres Dani.3. viri inter noxias flāmas, hoc Prophetæ sancti in captiuitate testant. Quāuis n. paternā correptionē fortissime & pissime pferrent: non tn tacent hæc accidere meritis peccatorum. Horum. n. vox est, & in Psalmis, Emendans emendauit me dñs, & mor- Psal.17. ti non tradidit me. Flagellat. n. oēm filium Heb.12 quem recipit. Et quis est filius cui non det disciplinam pater eius? Quod vero adiungit: Effunde irā tuā in gentes quæ te non G nouerunt, & in regna quæ non inuocauerunt nomen tuum.) Etiam ista propheta- Hier.10 tio est, non optatio: Non maleuolentiæ vota ista dicunt, sed spiritu prævisa pdicunt, sicut de Iuda traditore, q̄ mala illi fuerant pro suis meritis euentura, ita prophetata sunt, quasi optata sint. Quemadmodum. n. Propheta non imperat Chro, quanuis modo imperatiuo pronunciet quod dicit, Ac- Psa.44 cingere gladio tuo circa femur potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, & intende & prospere procede & regna. Ita nō Psa.118 optat, sed propheta qui dicit, Effunde iram tuā in gentes quæ te non nouerunt, Quod more suo repetit dicens, Et in regna quæ non inuocauerunt nomen tuum. Nam gētes p regna repetitæ sunt. Et quod eum nō inuocauerunt, p hoc repetitum est, q̄ non inuocauerunt nomen eius: Quo ergo intelli- Luc.12 gendum est, quod ait. dñs in Euangelio, Seruus qui nescit voluntatē dñi sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: Seruus aūt qui scit voluntatem dñi sui & facit digna plagis, vapulabit multis: si maior ira Dei est in gentes quæ dñm non cognouerunt. In eo quippe quod ait, Effunde iram tuam: satis hoc verbo indicauit q̄ multam irā voluerit intelligi. Vnde postea dicit, H Redde vicinis nostris septies tantum. Antiquia multum interest inter seruos, qui licet nesciant voluntatem dñi sui, tn inuocāt nomen eius, & alienos a familia tanti patrisfamilias, qui sic ignorant Deum vt nec inuocent Deum? Inuocant enim pro eo simulacra, vel dæmonia, vel quamlibet erecturam, non creatorem qui est benedictus in secula. Neque enim istos de quibus hoc propherat, ita nescientes significat sui dñi voluntatem, vt tn ipsum dñm timeant: sed ita ipsum dñm nescientes vt nec inuocent eum & inimici nominis eius existāt. Multum ergo distat inter seruos voluntatem dñi sui nescientes, & tn in familia eius atq. in domo viuentes: & inimicos non solum ipsum dominum scire nolentes, sed & non eius nomen inuocantes, atque seruos eius insuper oppugnantes. Denique sequitur, Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt. Iacob quippe figuram gestat Ecclesiæ

Gen.24 Ecclesiæ, sicut Esau veteris synagogæ. Vnde dictum est, Maior seruiet minori. Potest in hoc noie intelligi ea de qua loquebamur hæreditas Dei, in quā inuadendam atq. vastandam post resurrectionē & ascēsionem dñi gentes persequendo venerunt. Sed locū Iacob qūo intueamur, intelligendum est. Magis. n. locus Iacob illa ciuitas putari potest, in qua erat & templum, quo vniuersam illam gentē sacrificandi & adorandi causa & pascha celebrandi, dñs præceperat cōuenire. Nam si Christianorum conuentus inhibitos atq. cōpressos a persecutoribus Propheta velit intelligi, loca desolata videret dicere debuisse, non locum. Sed possumus accipere pro numero plurali numerum singularē positum, sicut vestē p vestibus, militem p militibus, pecus pro pecoribus. Multa. n. huiusmodi moris est dicere, nec solum vulgo loquētium, verumetiā disertissimorum authorū eloquentiæ. Nec Psa.77. ipsa diuina scriptura hoc genus locutionis alienum est. Posuit. n. & ipsa ranā p ralia. Quod vero dictum est, Comederunt Iacob: hoc bene intelligit q̄ multos in suū malignū corpus, hoc est, in suam societatē terrendo transire coegerunt. Meminit sane, quanuis illis pro merito pessime voluntatis ex ira Dei digna reddenda sint, non tn eor aliquid aduersus hæreditatē eius valere potuisse, nisi eam voluisset ipse pro K peccatis eius flagellando emendare. Vnde subiungit, Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū.) Non ait, præteritarū, q̄ possent esse etiā recentiores, sed antiquarum, hoc est, a parentibus venientium. Tanquippe iniquitatibus dānatio nō corrigitur debeī. Cito anticipēt nos misericordiæ tuę:) Anticipent vtiq. iudicium tuum, Psa.9. Superexaltat. n. misericordia in iudicio. Iudicium aūt sine misericordia, sed ei q̄ non fecit misericordiā. Quo aūt adiungit. Quia pauperes facti sumus nimis.) Hoc vult intelligi anticipare nos misericordiā Dei, vt nra paupertas. i. infirmitas, eo miserante ad illud ei ad eius pcepta facienda, ne ad iudiciū eius dānādi veniamus. Ideo sequit. Adiuua nos Deus salutaris nr̄.) Hoc vero qđ ait, Salutaris nr̄: satis exponit quam voluerit paupertatē in eo qđ dixerat, Q̄m paupes facti sumus nimis. Ipsa est q̄ppe infirmitas, cui salutaris est necessarius. Cum vero admonuari nos vult, nec ingratus est gratiæ, nec tollit liberum arbitrium. Qui. n. adiuuat etiā p seipsum aliquid agit. Addidit etiam: Propter gloriā nois tui dñe libera nos.) Vt L qui gloriatur, non in seipso, sed in dño glo- 1.Co.1. rietur, Et propitius esto, inquit, peccatis nr̄is pp nomen tuum.) Non pp nos. Nā quid aliud merentur peccata nra, q̄ debita & digna supplicia? Sed propitius esto peccatis nr̄is pp nomen tuū. Sic ergo nos liberas. i. eruis a malis, cum & adiuuas nos ad faciendam iustitiam, & propitius es peccatis nostris, sine quibus in hac vita non sumus, Q̄m nō iustificabitur in conspectu tuo oīs viuens. Peccatum autem iniquitas est. Et si iniquitates obseruaueris quis sustinebit? Psa.142. Quod autem adiungit, Ne q̄n dicant gentes, vbi est Deus eorum.) Magis pro ipsis 1.Ioā.3. gentibus est accipiendum. Male. n. pereunt Psa.129. qui de Deo vero disputauerunt, putantes eum vel non esse, vel suos non adiuuare, nec eis esse ppitium. Illud vero quod sequitur, Et innotescat in nationibus coram oculis nr̄is, Vindicta sanguinis seruorū tuorum qui effusus est.) Vel sic intelligitur, cū credunt in Deum verum qui psequebant eius hæreditatem: quia & ipsa vindicta est, qua perimit sæua iniquitas eorum gladio verbi Dei, de quo dictū est, Accingere gladio tuo: Vel cum pseuerantes inimici in fi Psa.44. ne puniuntur, Nam mala tpalia q̄ in hoc seculo patiunt, cōia possunt habere cum bonis. Est aliud vindictæ genus, quo Ecclesiæ dilatationem & fœcunditatem in hoc secu M lo post tantas psecutiones, quibus eā oīno perituram putabant, peccator & incredulus & inimicus videt & irascetur, dentibus suis frendet & tabescet. Quis. n. negare audeat hanc etiam esse grauissimam pœnam? Psa.111 Sed nescio vtrū satis eleganter accipiat̄ qđ ait, ante oculos nr̄os. Si. n. hoc pœnę genus intelligamus quod in intimis cordis agit, & torquet etiam illos qui nobis adulanter arrident, nec a nobis videri potest quid in hoie interiore patiantur. Illud aūt quod si ue eis credentibus iniquitas eorum interimitur, siue in malignitate pseuerantibus, supplicium nouissimum redditur, sine scrupulo qstionis intelligit̄ dictum, Innotescat ante oculos nr̄os vindicta in nationibus. Et hæc quidem, vt diximus, prophetatio est, non optatio. Sed pp illud quod scriptū est in Apocalypsi, sub ara Dei martyres ad Apoc.6. Deum clamare & dicere, Quousque dñe, non vindicas sanguinem nr̄um nō est præ

Universidad de Deusto Biblioteca

tereundum quemadmodum accipi oporteat,ne pp exaturandum odium, credant sancti desyderare vindictam quod ab eorum pfectione longe abest, & tñ scriptum est, Lætabitur iustus cum viderit vindictã impiorum,manus suas lauabit in sanguine peccatoris.Et Apostolus Paulus ait, Non vosipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ, Scriptum est.n.Mihi,vindictam & ego retribuam dicit dñs.Nec ipse itaque pcepit vt nolint vindicari, sed vt nõ seipsi vindicantes dent locum iræ Dei, qui dixit, Mihi vindictam & ego retribuam. Et dñs in Euangelio, viduam proponit in similitudinem q̃ vindicari desyderans, iudicem interpellabat iniustum, qui eam tandem aliquando non iustitia ductus, sed tædio victus audiuit. Hoc autem dominus proposuit, vt ostenderet multo magis Deum iustum cito facturum iudicium electorũ suorum,qui ad eum clamant die ac nocte. Inde est & ille sub ara Dei martyrũ clamor, vt Dei iudicio vindicentur. Vbi est ergo illud, Diligite inimicos vestros, Benefacite eis qui vos oderũt, & orate pro eis qui vos persequuntur? Vbi est & illud, Nõ reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, & nulli malum pro malo reddẽtes? Si.n.malum pro malo non est cuiquã reddendum, non solum factum malum p facto malo, sed nec votum malum reddendum est pro facto vel voto malo. Reddit autem malum votum qui etiam si non seipsum vindicat, tñ vt eius inimicum Deus puniat expectat atq. optat. Quapropter cũ & homo iustus & homo malus de inimicis suis velint a dño vindicari, vnde discernentur, nisi quia iustus & magis cupit inimicum suum corrigi q̃ puniri, & cum in eum videt a dño vindicari, non eius delectatur pœna,quia non eum odit, sed diuina iustitia,quia Deum diligit? Deniq. si in hoc seculo in eum vindicatur, vel pro illo etiam lætatur si corrigit,vel certe pro alijs vt timeant imitari. Ipse quoque fit melior, non supplicio illius odia sua pascendo, sed errata emendando, Ac per hoc de beneuolentia est non de malitia qđ lætatur iustus cum videt vindictã, & manus suas lauat.i. opera sua mũdiora efficit in sanguine, hoc est,in exitio peccatorum, sumens inde non mali alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum. Si aũt in futuro seculo vltimo Dei iudicio vindicatur, hoc ei placet quod Deo,ne bene sit malis,ne piorum pmijs etiam impij perstuant. Quod vtiniustum est,& a regula veritatis, quam iustus diligit,alienum. Cum enim nos ad diligendos inimicos dñs hortaretur, exemplũ proposuit patris nostri qui in cœlis est, q facit solem oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nunquid tñ ideo vel rpalibus correptionibus non emendaz,vel prinaciter duros in fine nõ dãnat? Sic ergo inimicus diligat, vt non displiceat dñi iustitia qua punitur,Et sic placeat iustitia qua punitur,vt nõ de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Maleuolus.n.animus cõtristatur, si eius inimicus correctus euaserit pœnam. Et cum puniri eum videt, vindicari ita se gaudet,vt non iustitia Dei, quem non diligit,sed illius quem odit miseria delectetur, Et cum Deo dimittit iudicium',vt plus noceat, Deus q̃ ipse nocere posit,exoptat. Et cum dat cibum esurienti inimico potũque sitienti, malitiose sapit quod scriptum est, Hoc.n.facies,carbones ignis congeres super caput eius. Agit.n.vt amplius aggrauet & ei excitet indignationem Dei, quã carbonibus ignis significari putat,non intelligens illum ignem esse pœnitentiæ vrentem dolore, quousque caput erectum superbia beneficijs inimici ad humilitatem salubrem deponat, & in bono illius,huius malum vincatur. Vnde Apostolus vigilanter adiunxit, Noli vinci a malo sed vince in bono malum. Quomodo autem potest vincere in bono malum, in superficie bonus, & in abdito malus, qui opere parcit, & corde fœuit, munimitis, voluntate crudelis? Sic ergo specie poscentis in hoc Psalmo futura in impios vindicta prophetatur, vt intelligamus sanctos homines Dei suos inimicos dilexisse, nec cuiquam voluisse nisi bonum,quod est pietas in hoc seculo,æternitas in futuro. In pœnis aũt malorum non malis eorum, sed Dei bonis iudicijs fuisse delectatos. Et vbicũq. in scripturis sanctis legunt in hoies odia eorum, odia fuisse viriorum, q̃ ipse etiã vnusquisq. hoium odire debet in se si diligit se. Iam verò quod sequitur, Intret in conspectum tuũ.) Vel sicut alij codices habent: In cõspectu tuo gemitus compeditorum.) Nõ facile quisquã reperit coniectos in cõpedes a persecutoribus sanctos. Et si accidit in tam magna atque multiplici varietate pœnarũ, tam raro

ro accidit, vt nõ sit credendum hoc in isto versu quod cõmemoraret potissimum elegisse Prophetam. Sed nimirum compedes sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, q̃ aggrauant animam. Per eius.n.fragilitatem velut quorundam dolorum molestiarumq. materiam ad impietatem poterat cõpellere persecutor. Ab his cõpedibus concupiscebat dissolui Apostolus & esse cum Chro, manere aũt in carne necessariũ pp illos quibus Euangelium ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptionẽ,& mortale hoc induat immortalitatem,velut compedibus caro infirma,promptum impedit spiritum. Has ergo compedes non sentiunt, nisi qui in semetipsis ingemiscunt grauati, habitaculum quod de cælo est superindui cupientes,quia & mors horrori est, & mœrori vita mortalis. Pro his Propheta gemitibus ingemit, vt intret in conspectu Dei gemitus compeditorum. Possunt & illi intelligi compediti,qui pcepti sapientiæ colligati sunt, q̃ patienter sustentata in ornamenta vertunt. Vnde scriptum est, Injice pedẽ tuũ in cõpedes eius. Secundum magnitudinem, inquit brachij tui, recipe in adoptionem filios mortificatorum.) Vel sicut in alijs codicibus legit, Posside filiorum morte punitorum.) Vbi satis mihi videtur ostendisse scriptura, qs fuerit gemitus cõpeditorum, qui pro nõie Chri pssecutiones grauissimas ptulerunt, q̃ in isto Psalmo apertissime prophetant. In diuersis.n.passionibus constituti orabãt pro Ecclesia, ne infructuosus esset posteris sanguis illorum,vt dñica seges vnde inimici eã putabant periturã, inde veracius pullularet. Filios quippe mortificatorũ dicit, qui non solum non sunt territi præcedentium passionibus, sed in eũ,pro cuius nõie passos eos nouerant, exhortante illorũ gloria ad imitandum accensi,copiosissimis agminibus crediderunt,Ideo dixit, Secundũ magnitudinem brachij tui.Res.n.tam magna secuta est in populis Christianis, vt eã qui se aliquid persequendo proficere puta bant,nullo modo crederent secuturã. Red de,inquit, vicinis nostris septies tantum in sinus eorũ.)Non mala optat,sed iusta prænunciat, & futura prophetat. Septenario autem numero.i.septupla retributione pfectionem pœnæ vult intelligi, quia isto numero plenitudo significari solet. Vnde & illud est in bonis accipiendũ, & in hoc seculo septies tantum,quod positum est pro oĩbus,quasi nihil habentes & omnia possidentes. Vicinos dicit, quia inter illos habitat Ecclesia vsq. in diem separationis. Nõ enim modo fit discessio corporalis, In sinus eorum dicit vtique nunc in occultis, vt vindicta quæ in hac vita agitur in occulto,post innotescat in nationibus ante oculos nostros. Hõ nanque cumdatur inreprobũ sensum,in interiore sinu accipit suppliciorum meritum futurorum. Opprobriũ eorum,quod exprobrauerũt tibi domine.) Hoc eis redde septulum in sinus eorum.i. pro isto opprobrio eos in occultis eorum plenissime reproba. Tibi enim exprobrauerunt,nomen tuum se arbitrantes in seruis tuis delere de terra. Nos autem populus tuus.) Generaliter accipiendum dę oĩ genere piorum & verorum Christianorum. Nos ergo quos perdere se posse putauerunt populus tuus. Et oues gregis tui.) Vt qui gloriatur, in domino glorietur. Cõfitebimur tibi in seculum.) Alij autem codices habent, Confitebimur tibi in æternum.)Ex ambiguo Græco facta est ista diuersitas. Quod enim habet Græcus εἰς τὸν αἰῶνα, & in æternum & in seculum interpretati potest. Sed pro loco intelligendum quid melius interpretatum sit. Sensus ergo huius loci magis mihi videtur ostendere, in seculum dici oportere.i.vsque in finem seculi. Sequens autem versus more scripturarum,maximeque Psalmorum, repetitio superioris est ordine commutato, prius habens quod ibi est posterius, & posterius quod ibi est prius. Nam quod ibi dictum est, Confitebimur tibi: pro ipso hic dictum est, Annunciabimus laudem tuam. Quod itaque ibi dictum est, In seculum: pro ipso hic dictum est, In generationem. Ista quidem generationis repetitio perpetuitatem significat, siue vt nonnulli intelligunt,quia duæ sunt generationes,vetus & noua. Sed in hoc fit seculo vtraque, Quoniam qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Denique quia in isto seculo annunciatur laus Dei, Nam in futuro seculo cũ videbimus eum sicuti est, cui deinceps annuncietur,nõ erit. Nos ergo populus tuus & oues gregis tui, quas persequẽdo illi crediderunt se posse consumere. Cõfitebimur tibi in seculum,permanente vtique Ecclesia vsque in finem, quam illi delere conati

sunt. In generatione & generationē annūciabimus laudem tuam.) Quæ laus vt taceretur, nos finire conati sunt. Multis autem iam locis sanctarum scripturarum insinuauimus confessionem etiam pro laude poni, Sicuti est illud, Hæc dicetis in confessio-
I Eccli. 39 ne, Opera Dñi vniuersa qm̄ bona valde: maximeque illud quod ait ipse saluator, qui nullum habebat omnino peccatum, q̄ pœnitendo confiteretur, Confiteor tibi pa-
Mat. 11. ter dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hoc dixi, vt apertius intelligatur, id esse repetitum in eo quod dictum est, Annunciabimus laudem tuam: quod superius dictum erat, Confitebor tibi.

In psalmum septuagesimumnonum Enarratio.

NOn adeo multa sunt in hoc Psalmo, in quibus sermo noster patiatur difficultatem, vel intentio auditorum intelligendi impedimētum. Proinde adiuuāte dño cum affectu audiendi & videndi iā quę prophetata & prædicta sunt, tanquam eruditi in scola Christi currere debemus, quæ plana sunt, vt si forte obscura exigunt officium interpretandi, ea quæ plana sunt legendi officiū a me debeant flagitare. Cantatur hic de aduentu dñi & saluatoris nostri Iesu Christi, & de vinea eius. Sed cantat ille Asaph quantum apparet illuminatus atque correctus, cuius noie nostis significari synagogam. Denique titulus Psalmi est, In finem pro his qui immutabuntur.) Vtique in melius, Qm̄ Christus finis legis, ideo venit, vt imutet in melius, Et ait,
K testimonium ipsius Asaph, bonum testimo-
Ro. 10. nium veritatis. Denique hoc testimonium & Christum & vineam confitetur, hoc est, caput & corpus, regem & plebem, pastorē & gregem, & totum omnium scripturarū mysteriū Chrm & Ecclesiam. Concludit aūt titulus Psalmi, Pro Assyrijs.) Assyrij interpretantur, dirigentes. Iam ergo nō sit generatio quę eor non direxit suum, sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus quid dicat in hoc testimonio. Qui pascis Israel intende,) Quid est, qui pascis Israel intende? Qui deducis velut oues Ioseph.) Inuocatur vt veniat, expectatur vt veniat, desyderaē vt veniat, Ergo dirigentes inueniar. Qui deducis, inquit, velut oues Ioseph. Ipsū Ioseph velut oues, ipse Ioseph oues sunt & ipse Ioseph ouis est. Audito Ioseph, quā quam & interpretatio eius nominis mul- Ioan. 12
tum iuuet, significat enim augmentum, & ideo vtique venit ille, vt mortificatum granum multipliciter surgeret, hoc est, augere tur populus Dei: tamen ex eo quod iam no stis contigisse Ioseph, veniat in mentem a Gen. 37
fratribus venditus, veniat a suis exhonora- Gen. 41
tus apud alienigenas exaltatus, & intellige L tis i cuius grege esse debeamus, simul cū il lis q̄ iā dirigūt cor suū, vt lapis reprobatus ab ędificātibus fiat in caput anguli, tenens Psa. 117
duos parietes de diuerso venientes, sed in angulo cōcordantes. Qui sedes super Cherubin.) Cherubin sedes est gloriæ Dei, & interpretatur plenitudo scientiæ, Ibi sedet Deus in plenitudine scientiæ. Licet intelligamus Cherubin sublimes esse cœlorum potestates atque virtutes, tamen si vis, eris Cherubin. Si enim Cherubin, sedes est sapientiæ. Audi quid scriptura, Aia iusti, sedes est sapientiæ? Quo, inquis, ero plenitudo scientiæ? Quis hoc iplet? Habes vnde impleas, Rom. 13
Plenitudo legis charitas. Noli per multa ire atq. distendi. Terret te ramorum diffusio, radicem tene, & de magnitudine arboris noli cogitare. Sit in te charitas, & necesse est plenitudo scientiæ consequatur. Quid enim nescit qui charitatem scit? Quando quidem dictum est, Deus charitas est. Qui sedes super Cherubin apparebas, Appare coram Ephrem & Beniamin & Manasse.) Appare, inquam, coram gente Iudæorum, coram populo Israel. Ibi M
enim Ephrem, ibi Manasses, ibi Beniamin. Sed interpretationem videamus, Ephrem fructificatio Beniamin filius dexteræ, Manasses oblitus. Appare enim coram fructificatione, coram filio dexteræ, appare coram oblito, vt iam, non sit oblitus, sed venias illi in mentem qui liberasti. Si enim gentes cō Psal. 9
memorabuntur, & conuertentur ad dñm vniuersæ fines terræ, populus ipse ad Abraham veniens, non habuit parietem suū qui gaudeat in angulo, cum scriptum sit, Reliquiæ saluæ fient? Excita potentiam tuam.) Nam infirmus eras qñ dicebatur, Si filius Dei est, descendat de cruce. Nihil Mat. 27
valere videbaris. Prævaluit super te persecutor, & demonstrasti hoc antea, qa & Iacob ipse pualuit angelo in luctando. Qñ nisi vellet angelus? Et pualuit hō, & victus est angelus, & victor homo tenet angelum, & dicit. Non dimitam te, nisi benedixeris Gen. 28
mihi. Magnum sacramentū, Et stat victus, & benedicit victorem. Victus, quia voluit, cerne infirmus, maiestate fortis, & benedixit: Vocaberis, inquit, Israel. Tetigit tamen Iudic. 5
& femoris latitudinem & aruit, eundemq. hominem vnū, fecit & benedictum & cladum. Vides claudicasse populum Iudeorū, Exod. 32
vide ibi & benedictum genus Apostolorū. Excita ergo potentia m tuam. Quādiu vides infirmus? Crucifixus ex infirmitate, resurge in virtute, Excita potentiam tuam. Et veni, vt saluos facias nos, Deus conuerte nos.) Auersi.n.sumus a te, & n si tu conuertas, non conuertemur. Et illumina faciē tuam, & salui erimus.) Nunquid ille obscuram habet faciem? Non habet obscurā faciem, sed oppositi ei nubem carnis, & tanq̄ velum infirmitatis, & non est putatus ipse cum penderet in ligno, agnoscendus cū foderet in cœlo. Nam ita factum est. Præsentem in terra Christum & miracula facientem non agnouit Asaph, mortuum tamen posteaquam resurrexit & ascendit in cœlum agnouit, compunctus est, dixerat & de illo totum, hoc est testimonium quomodo agno scimus in hoc Psalmo, Illumina faciē tuam, & salui erimus. Obtexisti faciē tuā & ægro tauimus, illumina illam, & salui erimus. Domine deus virtutum vsquequo irasceris in oronem inimici tui, adhuc irasceris in orationem serui tui?) Iam serui tui. Irasceris in oronē serui tui? Conuertisti nos, agno baris in orationem inimici tui, adhuc irasce uimus, & adhuc irasceris in oronem serui tui? Ita plane irasceris vt pater corrigens, non vt iudex damnans: Ita plane irasceris, quia scriptū est, Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Ne putes iam transisse iram dei, quia conuersus est transisse, sed ne dānet in ęternum, Flagellat autē, non parcit, quia flagellat omnem filium quē recipit. Si flagellari detrectas, recipi quare desyderas? Flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellat omnem, qui & vnigenitum non pepercit. Sed tamen quandiu irasce ris in oronem serui tui? Non iā inimici tui. Sed irasceris in orationem serui tui. Quandiu sequit: Cibabis nos pane lachrymarū, & potabis nos in lachrymis in mensura.) Quid est in mensura? Apostolum audi, Fidelis deus qui non vos permittit tentari, supra quam potestis ferre. Ipsa est mēsura p viribus tuis, ipsa est mensura vt erudiaris non vt opprimaris. Posuisti nos in contradictionē vicinis nostris.) Plane factum est, id est, de Asaph electi sunt qui irent ad gentes, & prædicarent Christum, & diceretur, Acto. 17
eis, Quis est iste nouorum dæmoniorum annunciator? Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris. Eum enim prædicabāt C
cui contradicebatur, quem prædicabant mortuum resurrexisse Christum. Quis hoc audiat? Quis hoc nouerit? Noua res, Sed signa consequebantur, & incredibili rei fidem miracula faciebant. Contradicebatur, sed contradictor uincebatur, & ex cō tradictore fidelis efficiebatur. Ibi tamen magna flamma, ibi martyres cibati pane lachrymarum, & potati in lachrymis, sed in mensura, non amplius quam poterant ferre, vt post mensuram lachrymarum sequeretur corona gaudiorum. Et inimici nostri subsannauerunt nos.) Et vbi sunt qui subsannauerunt? Diu dictum est, Qui sunt isti colentes mortuum, adorantes crucifixum? Diu dictum est, Vbi est nasus subsannantium? Nonne nunc qui reprehendunt, cauernas fugiunt, ne videantur? Et inimici nostri subsannauerunt nos. Sed videtis quid sequatur: Domine deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Vineam ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam.) Nouimus, factum est. Quæ gentes eiectæ sunt? Amorræi, Cethæi, Hiebusæi, Gergesæi, & Euæi, Quibus expulsis & uictis, introductus est populus ex Aegypto liberatus in terram promisionis. D

Vnde uinea eiecta sit, & vbi plantata sit, audiuimus, Videamus q̄d deinde factū ē, quo crediderit, quātū creuerit, quid occupauerit. Vineā ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Viā fecisti in cōspectu eius, & plātasti radices eius & impleuit terram.) Nunquid impleret terram, nisi uia fieret in cōspectu eius? Quæ uia facta est in cōspectu eius? Ego sum, inquit, uia, veritas & vita. Merito impleuit terrā. Hoc Ioā. 14.
dictum modo de uinea ista quod perfectū est vsque in finem. Veruntamen quid prius? Operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros dei. Extendisti palmites eius vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.) Hoc desyderat officium expositoris, non sufficit lectoris & laudatoris,

Adiuuate

Adiuuate me intẽdendo. Solet.n. uineæ huius commemoratio in hoc Psalmo caliginẽ facere minus intentis. Etenim magnitudo uineæ huius iam a nobis explicata est,& vnde facta est,& unde facta sit magna, prædictũ est. Viã fecisti in conspectu eius,& plãtasti radices eius,& impleuit terram. Hoc de perfectione ipsius dictum est. Sed tñ prima gens Iudæa fuit ista uinea. Gens aũt Iudæa
Nu.34. E vsq. ad mare,& usq. ad flumẽ regnauit. Vsque ad mare, apparet in scriptura quod mare ibi uicinũ sit. Et vsq. ad flumen Iordanẽ. Trans Iordanem,n.aliquid iudæorũ collocatum est,infra Iordanem autem tota gẽs. Ergo usq. ad mare, & usq. ad flumẽ regnũ Iudęorum, Regnum Israel a mari usq. ad mare,sed & a flumine usq. ad terminos orbis terrę. Illa iam pfectio vineæ est,de qua hic prædixit, Viam fecisti in cõspectu eius, &plantasti radices eius,& impleuit terram. Cum tibi ergo prædixisset perfectionem,redijt ad initium, de quo initio sit facta perfectio. Initium vis audire? Vsq. ad mare, &
Psal.71. vsq. ad flumen. Finem vis audire? Dũabitur a mari usq. ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terræ: hoc est,impleuit terram. Videamus ergo testimonium Asaph, quid factum est primæ uineæ: quid est expectandum secundæ uineæ,imo eidem uineę. Ipsa est.n. non enim altera est. Inde Chrus
Ioan.14. saluus ex Iudæis, inde Apostoli, inde primi
Acto.2. credentes,& præcia rerum suarum ante pe
&.4. des Apostolorum ponentes, inde oia hæc.
Ro.11 Et si aliqui ex ramis fracti sunt, pp incredulitatem fracti sunt, tu autem populus gen
F tiũ fide sta, Noli altum sapere, sed time. Nã si deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. Si autem altum sapis, nõ tu radicem portas, sed radix te. Quid ergo, uinea ante cuius conspectum facta est uia? Facta est vt impleret terram. Primo vbi fuit? Operuit montes umbra eius. Qui sunt mõtes? Prophetæ. Quare operuit illos vmbra eius? Quia obscure locuti sunt. Quare futura annunciata sunt? Audi a Prophetis, Obserua sabbatum, octauo die circuncide infantem, offer sacrificium arietis, uituli, hirci, noli moueri, umbra eius est cooperiens montes dei, Veniet & post umbram manifestatio. Et arbusta eius cedros dei, id est, cooperuit cedros dei altissimas sedes dei. Sunt enim cedri significantes superbos euertendos. Cedros Libani, altitudines mundi operuit crescendo uinea ista, Et montes dei omnes sanctos prophetas patriarchas. Sed quousq. extendisti palmites eius? Vsq. ad mare & usque ad flumen propagines eius. Inde quid? Vt quid destruxisti maceriam eius? Iam videtis euersam illam gentem Iudæorum, iam ex alio Psalmo audi- Psal.79.
stis, In dolabro & fractorio deiecerunt eã. Qñ fieret, nisi eius maceria destrueretur? Quæ est maceria eius? Munitio eius. Extit.n. superba aduersus plantatorem suum, Mat.21
Sed seruos ad se missos & petentes mercedem coloni flagellauerunt, & cæciderũt, & G
occiderunt. Venit & unicus filius, dixerũt, Mat.21
Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Occiderunt & extra uineã proiecerunt. Proiectus magis posidet vnde proiectus ẽ. Sic.n.ei minat per Esaiã, Esa.5
Destruã maceriam eius. Quare? Expectaui enim ut faceret uuam, fecit autẽ spinas. Expectaui inde fructum, & inueni peccatum, Quid ergo quæris o Asaph? Vt quid destruxisti maceriam eius? Tu.n. nescis, Quare? Expectaui ut faceret iudicium, & fecit iniq tatem. Non erat destruenda materia eius? Et uenerunt gentes, destructa macerta, inuasa est uinea, ac deletum regnum Iudæorũ. Hoc primum plangit, sed non sine spe. De directione enim cordis iam loquitur, id est, pro Assyrijs, pro diripientibus Psalmus est, Et quid destruxisti maceriam eius? Et vindemiant eam oẽs transeuntes viam.) Quid est, uiam transeuntes? Tpaliter dominãtes. Deuastabit eam aper de sylua.) Aprum de sylua quid intelligimus? Iudęis porcus aduersus est, & in porco ponunt tanquam immundiciam gentium. A gentibus autem e- H
uersa est gens Iudæa, Sed rex ille qui euertit, non tantum porcus immundus, sed etiã aper fuit. Quid.n. aper, nisi porcus sęuus, porcus superbus? Aper de sylua uastauit eã: De sylua, de gentibus. Etenim illa vinea erat, gentes autem sylvæ erant. Sed quando crediderunt gentes, quid dictum est? Tunc Psal.67
exultabunt omnia ligna syluarum. Deuastauit eam aper de sylua. Et singularis ferus depastus est eam.) Quid est singularis ferus? Ipse aper qui deuastauit eam, singularis ferus. Singularis, quia superbus. Hoc.n. dicit omnis superbus. Ego sum, ego sum, & nemo. Sed quo fructu hęc? Deus virtutum conuertere uero.) Quanuis hæc facta sint, conuertere uero. Respice de cælo & vide & uisita uineam istam. Et perfice eam quã plantauit dextera tua.) Non aliam inlitem tuę,

Ge.12. tie, sed hanc perfice. Ipsum est enim semen
&.15. Abraham, ipsum est semen in quo benedicuntur omnes gentes: ibi est radix, ibi portatur oleaster insertus. Perfice uineã istam q̃ plantauit dextera tua. Sed ubi perficit? Et super filium hois quem confirmasti tibi.)
Quid euidẽtius? Quid adhuc expectatis ut vobis disputando exponamus, & non potius vobiscum admirando clamemus, Perfice uineam istam qnam plantauit dextera tua, & super filiũ hominis ea perfice? Quẽ filium hominis? Quem confirmasti tibi.
Magnum firmamentum, ædifica quantũ potes: Fundamentum.n. aliud nemo potest ponere, preter id quod positum est Chrs Iesus. Succensa igni & effossa ab increpatione
vultus tui peribunt.) Quæ sunt succensa igni & effossa, quæ peribunt ab increpatiõe vultus tui? Videamus & intelligamus quæ sint igni succensa & effossa. Quid increpatuis Christus? Peccata. Ab increpatione uultus eius peccata perierunt. Quare ergo peccata igni succensa & effossa. Omnia peccata duę res faciunt in homine, cupiditas & timor. Cogitate, discutite, interrogate corda uestra, perscrutamini conscias, uidete utrũ possint esse peccata, nisi aut cupiendo aut timendo. Proponitur tibi præmium, ut peccupis: sed forte non induceris donis, terreris minis, facis propter quod times, Corrũpere te uulti ali quis, ut dicas, verbi gratia, falsum testimonium. Innumerabilia sũt, sed planiora propono, de quibus cætera conijciatis. Attendisti deum, & dixisti in animo tuo, Quid prodest homini si totum mundũ lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Non adducor præmio, vt perdam animam meam pro lucro pecuniæ. Conuertit ille se ad incutiendum metum: qui præmio corrumpere non ualuit, incipit minari damnum, & expulsionem, cędes, fortasis mortem. Ibi iam si cupiditas non ualuit, forte timor valebit ut pecces: Porro autem si de scripturis contra cupiditatem uenit tibi in mentem. Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? ueniat etiam contra timorem in mentem, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quicunque te vult occidere, usque ad corpus ei licet, vsque ad animam non licet. Anima tua non morietur, nisi tu eam uoluetris occidere. Perimat alie na iniquitas carnem tuam, dum seruet ueritas animã tuam. Si autem a ueritate resilieris, quid tibi amplius factus est inimicus, q̃ tu tibi ipse facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere, tu autem dicendo falsum testimonium animam occidis. Audi scripturam, Os quod mentitur occidit animã. Ita- Sapiẽ.1.
que fratres mei ad omne recte factum amor & timor ducit. Vt facias bene, amas deum & times deum, ut autem facias male, amas mundum, & times mundum. Hæc duo cõ uertentur ad bonum. Amabas terram, ama vitam æternam: timebas mortem, time ge- L
hennam. Quicquid tibi iniquo promiserit mundus, nunquid potest dare quantum dabit iusto deus? Quicquid tibi iusto minatus fuerit mundus, nunquid potest facere quod facit iniquo deus? Vis audire quid daturus est deus, si iuste vixeris? Venite bñdicti pa- Mat.25
tris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Vis audire quid facturus est impiis? Ite in ignem æternum, Ibidem.
qui paratus est diabolo & angelis eius. Bene quidem tu nihil aliud uis, quam ut bene tibi sit. Nam in eo quod amas, uis ut bene tibi sit: & in eo quod times, non uis ut male tibi sit: sed non in ea regione quæris, in qua quærendum est. Festinas: nam & sine indigentia uis & esse & sine molestia. Bonum ẽ quod vis, sed tolera quod non uis, ut assequaris quod uis. Proinde illius facies delens peccata, quid faciet? Quæ sunt peccata? Succẽsa igni & effossa. Quid fecerat amor malus? Tanquam ignem surcẽderat. Quid fecerat timor malus? Tanquam effoderat. Amor quippe inflammat, timor humiliat: ideo peccata mali amoris igne succensa sunt, peccata mali timoris effossa sunt. Hu-
miliat & bonus timor, accendit & bonus a- M
mor, sed aliter atque aliter. Nam & colonus intercedens pro arbore quæ fructus nõ
dabat ne subuerteretur, ait, Circunfodio Lu. 13.
eam & adhibeo cophinum stercoris. Fossa significat piam humilitatem timẽtis, & stercoris cophinus sordes vtiles pœnitentis.

De igne autem boni amoris dominus
dicit, Ignem ueni mittere in terram: quo Luc.21.
igne inardescant spiritu feruentes, & dei ac proximi charitate flagrantes. Ac per hoc sicut omnia iusta opera bono timore & bono amore fiunt, sic malo amore & malo timore omnia peccata committuntur. Ergo succensa igni & effossa omnia. s. peccata ab increpatione uultus tui
peri-

peribunt. Fiat manus tua super uirũ dexte
ræ tuæ,& super filium hoīs quem confirma
sti tibi: Et non discedimus a te.) Quam diu
generatio prauа & amaricans, & quæ cor
non dirigit suũ,dicat Asaph,& oñdat se mi-
Psal.77. sericordia tua:Fac bñ cũ uinea tua,perfice il
lam, qm̃ cæcitas ex parte in Israel facta est,
Ro. 11. vt plenitudo gẽtiũ introiret,& sic oīs Israel
saluus fieret: Demonstrata facie tua super
virum dexterę tuæ quem confirmasti tibi,
non discedimus a te. Quandiu nos increpas? Quandiu accusas? Hoc fac & non disce
A dimus a te. Viuificabis nos,& nomen tuum
inuocabimus.) Tu nobis dulcis eris,uiuifica
Col.3. bis nos. Nam prius amabamus terram non
te, sed mortificasti membra nra quæ sunt
super terram. Illud.n. uetus testamentũ habens promissa terrena, hoc uidetur suadere
ne gratis colatur deus, sed quia aliquid dat
in terra, ideo diligitur. Quid amas vt deum
non ames? Dic mihi: Ama si potes aliq̃d qd̃
ille non fecit. Circunspice uniuersam creaturam, uide utrum alicubi cupiditatis visco
tenearis, & a diligendo creatorem impedia
ris, nisi ea re quam creauit ipse quem negligis. Quare autem amas ista, nisi quia pulchra sunt? Possunt eé tã pulchra, q̃ illea quo
facta sunt? Miraris hæc, quia illum non vides: sed per ea quæ miraris ama quem nõ vides. Interroga creaturam, si a se ipsa est, remane in illa. Si autem ab illo est, non ob
aliud pernicioſa est amatori, nisi quia pponi
tur creatori. Quare hoc dixi? Propter versum istum fratres. Mortui ergo erant qui
propterea deum colebant, ut eis secundum
Rom.8. carnem bene esset. Sapere enim secundum
carnem mors est, & mortui sunt qui non
deum gratis colunt: id est, quia ipse bo-
B nus est, non quia dat talia bona, quæ dat
& non bonis. Pecuniam uis a deo? habet
& latro. Vxorem, fœcunditatem filiorum,
salutem corporis, dignitatem seculi, attende quam multi mali habent, hoc est, totum
propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui, putabis te sine causa colere, quando eis uides ista qui eum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis, se solum
seruat bonis. Viuificabis nos, nam mortui
eramus quando terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus quãdo terreni hominis imaginem portabamus, Viuificabis
nos, innouabis nos: vitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuum inuocabimus, id est, te diligemus: Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum,
tu eris totum præmium iustificatorum.
Domine deus uirtutum conuerte nos, &
ostende faciem tuam & salui erimus.

In Psalmum. LXXX.
Enarratio.

LOqui ad vos de psenti Psalmo suscepimus, adiuuet uocẽ nostrã q & vestrã. Etenim aliquãto ẽ obtusior: dabit ei vi C
res intentio audientium, & adiutorium tu
bẽtis ut loquar. Titulum habet psalmus iste
In finem pro torcularibus quinta sabbati,
psalmus ipsi Asaph.) In unum titulũ multa
sunt congesta mysteria, ita tũ ut limen psal
mi indicet interiora. Cum de torcularibus
locuturi sumus, nemo vestrum aliquid ex-
pectet nos dicturos esse de lacu, de prelo, de
fiscinis, quia nec ipse psalmus hoc habet, &
ideo magis indicat mysteriũ. Nam & si ali
quid tale psalmi textus contineret, nõ deef
set qui putaret ad literam esse accipienda
torcularia, nec aliquid illic tale amplius re-
quirendum nec mystice aliquid positum
& sacrate significatum, sed diceret simpliciter psalmus de torcularibus loqui-
tur. Et tu mihi nescio quid aliud suspicaris? nihil hic tale audistis cum legere-
tur. Ergo accipite torcularia mysterium
ecclesię quod nunc agitur. In torcularibus
animaduertimus quædam tria, præsſuram
& de præsſura quædam duo, vnum recondendum, alterum proijciendum, Fit ergo
in torculari conculcatio, tribulatio, pondus,
& in his oleum eliquatur occulte gemella-
rium, amurca publice per plateas currit. In
tendite ad magnum hoc spectaculum. Non
enim deserit deus dare nobis quod cum ma
gno gaudio expectemus. Aut circi insanta
spectaculo comparanda est? Illa ad amurcã
pertinet, hoc ad oleum. Quando ergo au-
ditis contumaciter garrire blasphemos &
dicere, abundare pressuras tẽporibus Chri-
stianis, scitis enim quia hoc amant dicere
& vetus quidem, sed a temporibus Christi
nis cœpit prouerbium, Non pluit deus, dic
ad Christianos, quanquam priores ista dixe
runt. Isti autem modo dicunt & quia pluit
deus, dicant Christiani, non pluit deus non
seminamus pluit deus, non triturамus, &
inde volunt superbire vnde deberent am
plius supplicare, eligẽtes blasphemare q̃ ora
re. Cũ ergo ista cõmemorãt, cũ ista iactant, cum

tum ista dicunt, & contumaciter dicunt
non cum timore, sed cum elatione, nõ vos,
perturbent. Puta.n. quia pressuræ abundãt,
tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiæ
amurca insulet, & illa tanq̃ per plateas, pie-
Ecc. 8. ta publice insulteat, tu apud te in corde tuo,
vbi qui videt in occulto reddet tibi, liquare
in gemellarium. Oliua in arbore quibusdã
quidem tempestatibus agitatur, non tamen
pressuris torcularis atteritur: ideo vtrunq.
simul pendet ex arbore, & quod proijcien
dum est, & quod recondendum est. At vbi
ad torcular & pssuras ventũ fuerit, vtrũq.
discernitur, dirimitur, & aliud appetitur,
& aliud respuitur. Vltis nosse uim torcularii
istorum? Vt vnum aliquid dicam, vnde &
ipsi murmurant qui ea faciunt: Quantæ,
inquiunt, rapinæ temporibus nostris, quan
tæ pressuræ innocentium, quantæ expolia
tiones rerum alienarum? Ita sane in amur-
cam attenditis, quia rapiuntur res alienæ:
in oleum non attenditis, quia pauperibus
donãtur & propriæ? Non habebat antiqui
tas tales raptores rerum alienarum, sed ha-
bebat antiquitas tales donatores rerum sua
rum? Aliquanto esto curiosior in torculari,
noli hoc solum videre quod publice fluit,
est aliquid quod quęrendo inuenias: discu-
te, audi, cognosce quam multi faciunt quod
ex ore domini cum audisset vnus diues tri-
stis abscessit: Ex euangelio multi audiunt,
Vade, vende omnia quæ possides, & da pau
peribus, & habebis thesaurum in cœlis, &
veni sequere me. Non attendis quam mul-
ti id faciunt? Pauci, inquiunt, sunt: Ipsi tamẽ
pauci oleum sunt: & qui bene vtuntur his
rebus quas possident, ad oleum pertinent.
Adiunge omnia, & videbis patrisfamilias
tui plenas apothecas. Vides raptorem qua-
lem nunquam vidisti. Vide contemptorem
rerum suarum qualem nunquam vidisti.
Lauda torcularia, impletur prophetia de
Apocalypsi, Iustus iustior fiat, & sordidus
sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sen
tentia. Iustus iustior fiat, & sordidus sorde-
scat adhuc. Quare & quinta sabbati? Quid
est hoc? Recurramus ad prima opera dei, ne
forte ibi aliquid inueniamus, quo & sacra-
mentum intelligamus. Sabbatum.n. septi-
mus dies est, quo requeuit deus ab omnibus
operibus suis magnum intimãs mysterium
quietis nostræ futuræ ab omnibus operi-
bus nostris. Prima sabbati dicitur primus
dies, quem dominicum etiam nominamus:
secũda sabbati, secundus dies: tertia sabbati,
tertius dies: quarta sabbati, quartus dies: qn
ta ergo sabbati, q̃ntus dies a dominico die:
post quẽ sexta sabbati, sextus dies: & ipsum
sabbatum, septimus dies. Videte itaque
quibus loquatur hic psalmus. Videtur.n.
mihi qm̃ baptizatis loquitur. Quinto.n. die
deus ex aquis creauit animalia. Quinto die
idest quinta sabbati dixit deus, Producant
aquæ reptilia animarũ viuarum. Videte er Ibidem.
go vos in quibus iam produxerunt aquæ re
ptilia animarum viuarum. Vos enim ad tor
cularia pertinetis, & in vobis quod produ-
xerunt aquæ, aliud eliquatur, aliud proijci-
tur. Sunt.n. multi non digne viuentes ba-
tismo quod perceperunt. Quam multi.n. G
baptizati hodie circum implere, q̃ istam ba-
silicam malueruut? Quam multi baptizati, aut casas in uicis faciunt, aut non fie-
ri conqueruntur? Psalmus autem iste pro
torcularibus & quinta sabbati cantatur, &
in pssura discretionis, & in sacramento bap-
tismi cantatur ipsi Asaph. Asaph homo qui
dam fuit hoc nomine appellatus, sicut Idi-
thum, sicut Chore, sicut alia nomina quæ in
uenimus in titulis psalmorum: iterpretatio
tamen nominis mysterium intimat occul-
tæ veritatis. Asaph qppe Latine dicitur cõ-
gregatio. Ergo pro torcularibus quinta sab
bati cantatur ipsi Asaph i. pro præsſura dis-
cernente baptizatis ex aqua renatis cantat̃
psalmus dominicæ congregationi. Titulum
in limine legimus, & in his prælis quid sibi
velint intelleximus. Iam si placet etiam ip-
sam domum operis. i. ipsius torcularis inte-
riora videamus: Intremus, inspiciamus &
gaudeamus, timeamus, appetamus, fugia-
mus. Omn.a.n. hæc inuenturi estis in hac
interiore domo. i. in textu ipsius psalmi, cũ
legere & adiuuante domino quod donauc- H
rit loqui cœperimus. Ecce uos o Asaph con
gregatio domini, Exultate deo adiutori no-
stro) Vos qui congregati estis hodie, uos ho
die Asaph domini, si quidem vobis canitur
psalmus ipsi Asaph, Exultate deo adiutori
nostro. Exultant alij circa vos deo, exultãt
alii deceptori suo, exultate vos adiutori ve
stro: Exultant alii deo suo ventri suo, Ex
ultate vos deo vestro adiutori nostro. Iu-
bilate deo Iacob.) Quia & vos pertinetis
ad Iacob, immo vos estis Iacob minor po- Gen.15
pulus cui seruit maior, Iubilate deo Ia-
cob. Quicquid verbis explicare non po-
tueritis, non ideo tamen ab exultatione ces
setis.

setis:quod potueritis explicare,clamate:qđ non potestis,iubilate. Etenim ex abũdantia gaudiorum, cui verba sufficere nõ possunt', in iubilationẽ solet erumpere, Iubilate deo Iacob. Accipite psalmũ & date tympanũ,) Et accipite & date. Quid accipite? Quid date? Accipite psalmum, & date tympanũ.

Phili.4. 1.Co.9. I

Dicit quodam loco Apostolus Paulus,reprehendens & dolens,q̃ nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti. Quid est in ratione dati & accepti, nisi quod alio loco aperte exposuit, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et verum est q̃ tympanum quod de corio fit, ad carnem pertinet. Psalmus ergo spiritalis est, tympanum carnale. Ergo plebs dei,congregatio dei accipite psalmum, & date tympanum, accipite spiritalia & date carnalia: hoc est, quod & vos ad illam mẽsam beati martyris exhortati sumus,vt accipientes spiritalia, daretis carnalia. Hæc enim quæ extrahuntur ad tempus, ad recipienda corpora,vel viuorũ vel mortuorum necessaria sunt,sed tempore prætereunti. Nunquid post iudicium dei istas fabricas in cœlum leuabimus? Sine his tamen hoc tempore agere quæ ad possidendum cœlum pertinent non poterimus. Si ergo auidi estis in spiritalibus accipiendis, de uoti estote in carnalibus erogandis. Accipite psalmum & date tympanum:accipite vocem nostram,reddite manus vestras. Psalterium iocundum cum cithara.) Memini nos aliquando differentiam psalterij & citharæ intimasse charitati uestræ. Studiosi qui meminerunt recognoscant, qui vel nõ audierunt, vel non meminerunt discant. Istorum duorum organorum musicorum & psalterij & citharæ hæc differentia est, qđ Psalteriũ lignum illud concauum vnde canoræ chordæ redduntur, in superiore parte habet: deorsum feriuntur chordę, vt desuper sonent. In cithara vero hæc eadem concauitas ligni partem inferiorem tenet, tanquam illud sit de cœlo hoc de terra. Cœlestis enim est prædicatio verbi dei: Sed si expectamus cęlestia,non simus pigri ad operanda terrena, quia psalterium iocundum, sed cum cithara. Hoc alio modo dictum est quod supra. Accipite psalmum & date tympanum. Hic pro psalmo psalterium,pro tympano cithara posita est. Hoc tamen admoniti sumus, vt prædicationi verbi dei, corporalibus respondeamus operibus. Tu ba canite.) Hoc est clarius & fidentius prędicare:ne terreamini,sicut ait Propheta quo dã loco, Exclama,& exalta sicut tuba vocẽ tuam. Tuba canite. In initio mensis tubæ.) Præceptum erat vt in initio mensis tuba canerent, & hoc vsque nunc Iudæi corporaliter faciunt, spiritaliter non intelligunt. Initium enim mensis noua luna est. Noua luna, noua uita est. Quid est noua luna? Si qua igitur in Christo noua creatura. Quid est tuba canite in initio mensis tubæ? Cum tota fiducia nouam vitam prædicate, strepitum vitæ veteris nolite metuere. Quia præceptum ipsi Israel est,& iudicium deo Iacob.) Vbi præceptum,ibi iudicium. Qui enim in lege peccauerunt,per legẽ iudicabuntur. Et ipse præcepti dator dominus Christus, verbum caro factum, In iudicium,inquit, veni in hunc mundum,vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Quid est,vt qui non vident,videant, & qui vident cæci fiant: nisi,humiles exaltentur, superbi deijciantur? Non enim qui vident cæci fiant,sed qui sibi videre videntur,de cæcitate conuincantur. Hoc agit mysterium torcularis, vt qui non videant, & qui vident cæci fiant. Testimonium in Ioseph posuit illud.) Eia fratres quid est? Ioseph interpretatur augmentatio. Meministis,nostis Ioseph in Aegyptum venditum: Christus ad gentes transiens. Ibi Ioseph post tribulationes exaltatus, & hic Christus post passionem martyrum glorificatus. Ergo ad Ioseph magis gentes pertinent: Et ideo augmentatio, quia multi filij desertæ magis quam eius quę habet virum. Testimonium in Ioseph posuit Illud. Dum exiret de terra Aegypti.) Videte & hic significari quintam sabbati, quando exijt de terra Aegypti Ioseph, id est, populus multiplicatus per M Ioseph per mare rubrum traiectus est. Et tunc ergo produxerunt aquæ reptilia animarum viuarum. Nihil aliud tunc in figura portendebat transitus populi per mare, nisi transitum fidelium per baptismum: testis est Apostolus, Nolo enim vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Nihil ergo aliud significabat transitus per mare,nisi sacramentũ baptizatorũ: nihil aliud insequentes Aegyptij nisi abundantiã prteritorã delictorum

dictorum. Videtis euidentissima sacramẽta? Premunt Aegyptii, urgent,instãt ergo pectata,sed vsque ad aquã. Quid ergo times q̃ nondum uenisti, uenire ad baptismũ Christi, transire p̃ mare rubrũ? Quid est mare rubrũ? Sãguine domini cõsecratũ. Quid times uenire? Conscientia forte aliquorum immaniũ delictorũ stimulat & excruciat in te animã, & dicit tibi tam magnũ esse illud quod commisisti,vt desperes tibi demitti. Time ne remaneat aliquid peccatorũ,si vixit aliquis Aegyptiorũ. Cum autẽ trãsieris rubrũ mare, cum eductus fueris a delictis turis in manu potenti & brachio forti perceptus es mysteria quę non noueras, quia & ipse Ioseph cum exiret de terra Aegypti: Linguam quam non nouerat audiuit.) Audies linguam quam non noueras: quã modo audiunt & recognoscunt testantes & scientes qui norunt, Audies ubi debeas cor habere. Quod modo cum dicerem, multi intellexerunt & acclamauerunt: reliqui multi fleterunt, quia nondum linguam quã nõ nouerant audierunt: Accelerent ergo, transeant,discant, Linguam quam non nouerat audiuit. Auertit ab oneribus dorsum eius.) Quis auertit ab oneribus dorsum eius, nisi ille qui clamauit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis? Alio modo hoc idem significatur. Quod faciebat insecutio Aegyptiorum, hoc faciunt sarcinæ peccatorũ. Auertit ab oneribus dorsũ eius. Et qua si diceres,a quibus oneribus? Manus eius in cophino seruierunt.) Per cophinum significantur opera seruilia: mundare stercora,terrã portare, cophino fit,seruilia sunt opera: quia omnis q̃ facit peccatum,seruus est peccati: & si uos filios liberauerit,tunc vere liberi eritis Merito & abiecta mundi, quasi cophini deputantur. Sed & cophinos deus buccellis impleuit. Duodecim cophinos,bucellarum impleuit,quia abiecta huius mundi elegit, vt confunderet fortia. Sed & quã do in cophino seruiebat Ioseph, terram ibi portabat, quia lateres faciebat, Manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione invocasti me & erui te.) Recognoscat se vna quæque conscia Christiana, si deuote transierit mare rubrum,si cum fide credendi & obseruandi linguam quam non nouerat audiuit, recognoscat se in tribulatione ex auditam. Ipsa enim magna tribulatio erat premi sarcinis peccatorum. Quantum gaudet reuelata conscientia? Ecce baptizatus es, conscientia quæ heri premebatur,hodie gratulatur. Exauditus es in tribulatione, memento tribulationis tuæ. Antequam accederes ad aquam,quid solicitudinis gerebas? quid ieiuniorum exhibebas? quid tribulationum in corde gestabas, orationum internarum, piarum, deuotarum. Occisi sunt hostes tui,omnia peccata tua deleta sunt. In tribulatione inuocasti me & erui te. Exaudiui te in abscondito tẽpestatis.) Non in tempestate maris, sed in tempestate cordis. Exaudiui te in abscondito tempestatis. Probaui te in aqua contradictionis.) Reuera fratres reuera,qui exauditus est in abscondito tempestatis, debet probari in aqua contradictionis. Cum enim C credideri, cum baptizatus fuerit, cum uiã dei capere cœperit, cum in gemellariũ eliquari intenderit,& ab amurca publice currente se extraxerit,habebit multos exagitatores, multos insultatores, multos detractores,dehortatores, minantes etiam vbi possunt,deterrentes, deprimentes. Hæc tota aqua contradictionis est. Puto esse hodie hic Nu. 20. sic: arbitror esse hic nonnullos quos amici sui uolebant rapere ad circum, & ad nescio quas hodiernę festiuitatis nugas: Forte ipsi illos adduxerunt ad Ecclesiam: sed siue ipsi illos adduxerunt, siue ab eis ad circum abduci non potuerunt, in aqua contradictionis probati sunt. Non erubescas predicare quod nosti defendere, & inter blasphemos quod credidisti. Si enim exaudiris in abscõdito tempestatis, corde creditur ad iustitiã: Ro. 10. si probaris in aqua contradictionis,ore confessio fit ad salutem. Quanta est enim ipsa aqua contradictionis? Iam pene siccata est: sed senserunt illam maiores nostri,quãdo verbo dei, quando mysterio Christi aeriter resistebant gentes, turbabatur aqua. Aquas enim pro populis aliquando intelligendas euidenter Apocalypsis scriptura demonstrat, ubi aquæ mnltæ cum viderẽtur, Apo. 17 & cum quæreretur quid essent, responsum est', Populi sunt. Pertulerunt ergo illi aquam contradictionis, quando fremuerãt D gentes,& populi meditati sunt inania,quando astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vndm aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Quando fremuerunt gentes, tunc leo ille viro forti Samson venienti ad ducendam de alienigenis vxorem, Christo.s. descendenti ad habendam ecclesiam de gentibus fremens ibat

Fabricarum constructio.

Supra Psal.56. & 70. Tract.2

K

Psal.2.

Iudi.14

in

Iobuiam. Sed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, dissipauit leonẽ, factus est in manibus eius uelut hœdus caprarum. Quid.n. fieret populus fremens, nisi languidus peccator? Occisa autem illa feritate, iam non sic fremit regia potestas, nõ sic fremit populus gẽtium, non it obuiam Christo, immo uero in ipso regno gentium inuenimus leges pro ecclesia, tanquam fauum in ore leonis. Quid ergo iam metuam aquam contradictionis, q̃ prope iam tota siccata est? Illa pene iam silet, si amurca non contradicat: Quantumlibet mali seruiant alieni, o si eos non adiuuẽt mali nostri. Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te in aqua contradictionis. Recolitis quid de Christo dictum sit, sic natũ eum esse in multorum ruinam, & multorum resurrectionem, & in signum cui contradicet? Nouimus, uidemus signũ crucis erectũ esse, & contradictum est ei. Contradictum est gloriæ crucis, sed titulus erat supcrucẽ qui non corrumpebatur. Est enim titulus in Psalmo, In tituli inscriptionem ne corrũpas. Signum erat cui contradiceretur: dixerunt.n. Iudæi, Noli facere rex Iudæorum, sed fac q̃ ipse dixerit regem se esse Iudeorum. Victa est contradictio, responsum est, quod scripsi scripsi. Exaudiui te in abscõdito tempestatis, probaui te in aqua contradictionis. Hoc totum ab initio psalmi usq. ad hunc uersum, de oleo torcularis audiuimus: Quod restat magis dolendum est & cauendum: ad amurcam.n. torcularis pertinet usq. in finem, fortasse non frustra, & interposito diapsalmate: sed hoc etiã audire utile est, ut qui se iam in oleo uidet gaudeat: qui periclitatur, ne in amurcam incurrat, ca ueat: utrunq. audi, vnum dilige, alterum time. Audi populus meus & loquar, & testificabor tibi.) Non enim populo alieno, non enim populo non pertinenti ad torcular.

Lex. 2. E

Psal. 59.

Ioan. 19

Esa. 5.

Iudicate, inquit, inter me & vineam meam. Audi populus meus & loquar & testi-

F

stificabor tibi. Israel si me audieris, non

3. sen. dis. 11. post

erit in te deus recens.) Deus recens est ad tempus factus, Deus autem noster non recens, sed ab æternitate in æternitatem. Et Christus noster recens forte homo, sed sempiternus deus. Quid enim? Ante principium, & utique in principio erat verbum,

Ioan. 1.

& uerbum erat apud deum, & deus erat verbum: & ipse deus noster verbum caro factum, vt habitaret in nobis. Absit ergo vt sit in aliquo deus recens. Deus recens, aut lapis, aut phantasma est. Non est, inquã, lapis: ergo argenteum habeo & aureum. Me rito ipsa preciosa uoluit numerari qui dixit, Idola gentium argentum & aurum. Magna sunt quia aurea & argẽtea sunt, p̃ciosa sunt, lucida sunt, sed tamen oculos habent & nõ vident. Recentes hi dii. Quid recentius deo ex officina, licet illos iam vetustos aranearum casses contexerint? Qui sempiterni non sunt, recentes sunt. Hoc de Paganis ne scio quis alius in vanitatem accipiens nomen domini dei sui, fecit sibi Christũ creaturam, Christum imparem & inæqualem generanti filium dei dicens, & filium dei negans. Si enim filius unicus est, hoc quod pater est, & hoc est ex æternitate. Tu autũ ne scio quid aliud cogitasti in corde tuo, deũ recentem posuisti. Fecit sibi alius deum putem ne inuadatur, satagentem, ne corrũpatur, ex parte tamen corruptum, ut posset et se totus saluus, sed non totus, quia ex parte corruptus. Manichei, ista dicunt, faciunt sibi & isti in corda recentem deum. Non est talis deus noster, non est talis portio tua Iacob: sed qui fecit cœlum & terram, ipse est deus tuus, qui non eget bonis, qui nõ timet a malis. Multi ergo hæretici cum Paganis alios & alios deos ipsi sibi finxerunt, alios & alios deos sibi ipsi fecerunt, & eos et si non in templis, tamen quod est peius in suo corde posuerunt, & falsorum ridendorum. simulacrorum templa ipsi facti sunt. Magnum opus est intus hæc idola frangere, & locum deo uiuenti, non recenti mundare. Omnes enim isti aliud atq. aliud sentientes, alios atq. alios deos sibi facientes, ipsamque fidem falsitate uariantes uidentur dissentire, sed omnes a terrenis cogitationibus non recedunt, in terrenis cogitationibus consentiunt sibi. Opinio diuersa est, uanitas una est. De illis in alio Psalmo dicit

Psal. 95.

Quãuis opinionum uarietate discordent, simili tamen uanitate colligantur. Et nostis quia vanitas retro est, posterior est: ideo illa quæ retro oblitus est, id est, vanitatem oblitus, in ea quæ ante sunt, id est, in ueritatem extensus, sequitur ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ergo in pectus sibi isti consentiunt, quantus dissentire a se inuicem videantur. Ideo Samson caudas vulpium colligauit. Vulpes insidiosos maximeque hæreticos significant dolo-

H

Iudic. 15

hæreticos significant dolosos, fraudulentos, cauernosis anfractibus latentes & decipientes, tetro odore ẽt tetro putentes. Contra quẽ odorẽ dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Istæ vulpes significãtur in Canticis canticorũ, vbi dr, Capite nobis vulpes pusillas exterminantes uineas, latentes in cauernis tortuosis. Capite nobis, conuincite nobis: capis.n. cum quem de falsitate conuincis. Contradicentibus denique vulpeculis dño, & dicentibus, In qua potestate ita facis? respondete mihi & vos, inquit, vnum sermonem, Baptismum Ioannis unde est de cœlo an ex hominibus? Vulpes aũt solent habere tales foueas, vt ex una parte intrent, & ex alia parte exeant. Ad utrunque foramen captor uulpium retia posuit, Dicite mihi de cœlo est, an ex hominibus? Sentiunt illi eum ex utraque parte tetendisse vnde caperet, & aiunt apud se, Si dixerimus, inquiunt, de cœlo, dicturus est nobis, quare ergo non credidistis? Ille.n. testimonium Christo perhibuit: Si dixerimus de terra, lapidabit nos populus, quia vt Prophetam eum habent. Sentientes ergo hac arte hæc esse vnde caperentur, respondẽrũt, Nescimus. Et dñs, Nec ego vobis dico in qua potestate ista facio. Vos dicitis vos nescire quod scitis, ego vobis non dico quod quæritis: quia ex nulla parte exire ausi estis, in vestris tenebris remãsistis. Obtemperemus ergo & nos si possumus dicenti verbo dei, Capite nobis vulpes pusillas exterminantes uineas: Videamus si & nos quasdam vulpeculas capere possumus. Proponamus ad foramen vtrunq;, vt vnde uulpes exire voluerit, capiatur, verbi gratia, Manichæo fauenti sibi deum recentem, & in corde suo ponenti quod non est, dicamus & interroge mus eum: substantia dei corruptibilis est, an incorruptibilis? Elige q̃d vis: Exi qua vis, a populo, sed a teipso lapidaberis. Si autem dixeris incorruptibilem deum, incorruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum? Quid factura erat incorruptibili gens corruptionis? Quid restat nisi vt dicatur, nesciens? Sed tamen si hoc non dolo sed ignorãtia dicitur, non remaneat in tenebris, ex vulpe fiat quis, credat inuisibili, incorruptibili soli deo, non recenti: soli ab eo quod est solus, non ab eo quod est sol, ne nos ipsi vulpes fugienti aliam cauernam aperuisse videamur, quanquam nec nomen solis fore

I

K

midabimus. Est enim in scripturis nostris sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis eius. Ab æstu solis huius vmbra appetitur: sub alas autem solis huius ab æstu fugitur: sanitas enim in pennis eius. Iste est sol de quo dicturi sunt impij. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Dicturi sunt adoratores solis, sol non ortus est nobis, quia cum adorent solem quem facit oriri super bonos & malos, non est eis ortus sol, qui solos illuminat bonos. Faciunt sibi ergo deos recentes quique quales volunt. Quid enim impedit officinam decepti cordis fabricare phantasma quale voluerit? Sed omnes hi in posterioribus consentiunt, id est, simili vanitate detinentur. Vnde Samson noster qui etiam interpretatur sol ipsorum, eorum. s. quibus lucet, non omnium, sicuti est oriens super bonos & malos, sed sol quorundam sol iustitiæ: figuram.n. habebat Christi, colligauit vt dicere cœperam, caudas vulpium, & ibi ignem alligauit: ignem ad incendendum, sed messes alienigenarum. Proinde tales consentientes in posterioribus tanquam caudis colligati, trahunt ignem corrumpentem, sed non incendunt nostrorum segetes. Nouit enim dominus qui sunt eius, & recedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo, non solum sunt aurea & argentea, sed & lignea & ficti lia: & alia quidem sunt in honorem, alia uero in contumeliam. Si quis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas in honorem, vtile deo, ad omne opus bonum paratum, & ideo ne caudas vulpium, nec faces vulpium pertimescet. Sed videamus de populo isto. Si me audieris, inquit, non erit in te deus recens, Mouet me, quod dixit in te. Non enim dixit a te, quasi simulachrum forinsecus adhibitum: sed in te, in corde tuo, in imagine phantasmatis tui, in deceptione erroris tui tecum portabis deum tuum remanens vetustus. Si ergo me audieris, me, inquit, quia ego sum qui sum, non erit in te deus recens. Nec adorabis deum alienum. Si tu non cogites deum falsum, non adorabis deum fabricatum. Non enim erit in te deus recens. Ego enim sum.) Quid vis adorare quod non est? Ego enim Dominus deus sum:) Quia ego sum qui sum. Et ego quidem sum, inquit, qui sum super omnem creaturam. Tibi

Sapiẽ. 5.

L. Matt. 5.

Iudic. 15

2. Ti. 2.

Ibidem.

M.

Exo. 10.

Exod.3. tamen temporale quid præstiti? Qui eduxi te de terra Aegypti:) Non tantum illi populo dicitur, Omnes enim educti sumus de terra Aegypti, omnes per mare rubrum transiuimus, inimici nostri persequentes nos in aqua perierunt. Non simus ingrati Deo nostro, non obliuiscamur Deum manentem, & fabricemus in nobis Deum recentem. Qui eduxi te de terra Aegypti, Loquitur Deus. Dilata os tuú, & adimplebo illud.) Angustias pateris in te propter Deum recentem constitutum in corde tuo: frange vanum simulachrú, dejice de conscientia tua fictum idolum, dilata os tuum confitendo, amando, & adimplebo illud, quoniam apud me est fons vitæ. Hoc quidem dicit dominus,
Psa. 25. sed quid sequitur? Et non obaudiuit populus meus vocem meam.) Non enim loA queretur ista, nisi populo suo. Scimus
Rom.3. enim quia quæcunque lex dicit, his qui in lege sunt dicit. Et non obaudiuit populus meus vocem meam: Et Israel non attendit mihi.) Quis? cui? Israel mihi. O ingrata anima: per me anima, a me vocata anima, a me in spem reducta, a me a peccatis abluta, & Israel non attendite mihi. Baptizantur enim & transeunt per mare rubrum: sed in via murmurant, conqueruntur, seditionibus perturbantur, ingrati ei qui liberauit a persequentibus hostibus, qui ducit per siccum, per eremum, cum cibo tú & potu, cum lumine nocturno & vmbraculo diurno, Et Israel non attendit mihi. Et dimisi eos secundum affectiones cordis eorum.) Ecce torcular. Aperta sunt foramina, currit murca. Et diuisi eos, non secundum salutem præceptorum meorum, sed secundum affectiones cordis eorum do
Rom.1. naui eos sibi. Dicit & Apostolus, Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorú: Dimisi eos secundum affectiones cordis eorum, Ibunt in affectionibus suis.) Inde est quod horretis: si tú eliquamini in gemellaria abscódita dñi, si tamen apothecas eius adamastis, inde est quod horretis: alij defen
B dunt circum, alij amphitheatrum, alij casas in vicis, alij theatra, alij illud, alij postremo deos recentes suos. Ibunt in affectionibus suis. Israel si in vijs meis ambulasset.) Dicit fortasse enim iste Israel, Ecce pecco, manifestum est, eo post affectiones cordis mei. Sed quid facio? Diabolus hoc facit, dæmones hoc faciunt. Quid est diabolus? Quid sunt dæmones? Certe inimici tui. Israel si in vijs meis ambulasset. In nihilum omnes inimicos eorú humiliassem.) Ergo si plebs mea audisset me. Quare enim mea, si non audit me? Si plebs mea audisset me, Quis est plebs mea? Israel. Quid est, audisset me? Si in vijs meis ambulasset. Quæritur & gemit sub inimicis. In nihilum inimicos eorum humiliasset: Et super tribulantes eos misissem manum meam.) Nunc vero quid quæritur de inimicis? Ipsi facti sunt peiores inimici. Quomodo enim? quid sequitur? de inimicis quæritis? Vos quid estis? Inimici dñi mentiti sunt ei.) Renuncias? Renuncio. Et redit ad quod renunciatur. Vnique quibus rebus renuncians, nisi factis malis, nisi factis diabolicis, factis a Deo dánatis, furtis, rapinis, periurijs, homicidijs, adulterijs, sacrilegijs, sacris abominandis, & curiositatibus? His omnibus renuncias, & rursus his inflexus superaris. Facta sunt tibi posteriora deteriora prioribus. Canis re uersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabris cœni. Inimici domini mentiti sunt ei, Et quanta patientia domini? Quare non prosternuntur? Quare non terra dehiscente sordantur? Quare non cœlo flagrante incendantur? Quia magna patientia domini. Et duntur? Quia magna patientia domini. Et erunt impuniti? Absit. Non sibi tantum de Dei misericordia blandiantur, vt sibi eius iniustitiam polliceantur. Ignoras quia dei patientia ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiá cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Et si modo non reddit, tunc redder. Si enim modo reddit, ad tempus reddit. Non conuerso autem nec correcto in æternum redder. Vide ergo quia non erunt impuniti, attende quod sequitur, Inimici domini mentiti sunt ei. Dicturus es, & quid eis fecit? Non vidunt, non auras carpunt, non lucem hauriunt, non fontes potant, non fructus terræ edunt? Et erit tempus eorum in æternum.) Nemo sibi ergo blandiatur, quasi ad torcular pertinet: bonum est illi si ad oleum in torculari pertineat. Non sibi polliceatur vnusquisque habens facta nefaria, quæ regnum Dei non possidebunt: & dicat sibi, Quoniam habeo signum Christi & sacramenta Christi, non delebor in æternum: & si purgor per ignem, expalluo. Ego

1.Co.3. saluus ero. Nam quid est quod ait Apostolus de his qui habent fundamentum? Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quid est, inquiunt, qđ sequit, Vnusquisq. autem super fundamentum vi
Idem. deat quod superædificet? Alius enim sup ædificat aurum, argentum, lapides pretiosos: alius ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur. Si cuius opus permanserit quod super ædificauit, mercedem accipiet hoc est, qa super fundamentum iusta opera ędificauit, aurum, argentum, lapides pretiosos: si autē peccata, lignum, fœnum, stipulam: tñ propter fundamentum ipse saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Fratres, nimis timendum esse volo: melius autem est enim non nobis dare securitatem malam. Non dabo qđ non accipio, timens terreo. Securos vos facerem, si securus fierem ego: Ignem æternum timeo. Et erit tps eorum in æternú, non accipio nisi ignem æternū: de quo alio
Ps.66. loco scriptura dicit, Ignis eorum nō extinguetur, & vermis eorum non morietur. Sed de impijs dixit, ait aliquis, non dixit, de me, qui quamuis peccator sim, quamuis adulter, quamuis fraudator, quâuis raptor, quâuis periurus: habeo tñ in fundamento Christum: Christianus sum, baptizatus sum, ego per ignem purgor, & pp fundamentum non pereo. Dic mihi iterum quis es? Christianus sum, inquit. Interim transi. Quid aliud? Raptor, adulter, & cætera: de
Gal.5. quibus Apostolus dicit, Qui q talia agunt regnum Dei non possidebunt. Certe ergo a talibus non correptus, de talibus cōmissis pœnitentiam non agens, regnum cœlorú sperās? Non opinor, qm qui talia agunt, re-
Rom.2. gnum Dei non possidebunt. Et ignoras qa patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu nescio quid tibi pollicens, secundú duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq. secundum opa sua. Attende ergo ipsum iudicem ventem. Bene. Deo gratias. Nō tacuit sententiam definitiuam, non misit foras reos, & duxit velum. Ante voluit prænunciare, quod disposuit facere: nempe congregabuntur ante eum oēs gentes. Quid de illis faciet? Separabit eas, & alios ponet ad dexteram, alios ad sinistram. Nunquid medius locus seruatus est? Quid dextris dicturus est? Venite benedicti patris mei percipite Mat.25. regnum. Quid sinistris? Ite in ignem ęternū qui paratus est diabolo & angelis eius. Si non times mitti quò, vide eum quo. Si Galat.5. ergo opera illa omnia regnum Dei nō possidebunt, immo non opera sed qui talia agunt: nam opera talia in igne non erunt. Non enim illo igne ardentes furaturi sunt & adulteraturi: sed quia qui talia agunt, regnū Dei non possidebunt. Non ergo erunt a dextris cum illis quibus dicetur, Venite Mat.25. bñdicti patris mei percipite regnum: quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Si ergo a dextris non erunt, non restat nisi vt sint a sinistris. Sinistris quid dicet? Ite in ignem ęternum, quia erit tps co-
1.Co.33 rum in æternum. Expone ergo, inquit, nobis ligna, fœnum, stipulam, quæ qui ædificant super fundamentum, qûo nō pereant, sed salui fiant, sic tñ quasi per ignem. Ob- G
4.sen.di. scura a quidē illa quęstio, sed vt possum breuiter dico: Fratres, sunt homines omnino
21. In il contemptores seculi huius, quibus non est lo. gratum quicquid temporaliter fluit, non hærēt dilectione aliqua terrenis operibus, sancti, casti, continentes, iusti, fortasis & omnia sua vendentes & pauperibus distribuentes, aut possidentes tanquam non possidentes, & vtentes hoc mundo tanquam non vtentes. Sunt autem alij qui rebus in- 1.Co.7. firmati concessis inhærent aliquantum dilectione. Non rapit villam alienam, sed sic amat suam: vt si perdiderit, conturbetur: non appetit vxorem alienam, sed sic inhæret suæ, sic miscetur suæ, vt modum nō ibi teneat præscriptum tabulis liberorum pro creandorum causa, Non tollit aliena, sed repetit sua & habet cum fratre suo iudicium. Talibus enim dicitur, Iam quidem omni- 1.Cor.6
no delictum est in vobis, qđ iudicium habetis uobiscum: verum ipsa iudicia in Ecclesia iubet agi, non ad forum trahi, tamen delicta esse dicit. Contendit enim Christianus pro rebus terrenis amplius, quam decet eum cui promissum est regnum cœlorum. Non totum cor sursum leuat, sed aliquam partem eius trahit in terram. Deni- H
que si veniat tentatio vincendi martyrij, il 1.Cor.3
li qui habent in fundamento Christum, & ædificant aurum, argentum, lapides preciosos: quid dicunt ex hac opportunitate? Bonum est mihi dissolui & esse cum Christo: alacres currunt, aut nihil, aut modice Phili. 1.

de terrena fragilitate contristarentur. Illi autē amantes res ꝓprias, domos proprias, grauiter conturbant, fœnum & stipula, & ligna ardent. Habent ergo ligna, fœnum, stipulā, fundamentum, sed rerum concessarum, nō illicitarum. Dico.n. fratres, possides fundamentum, hære cœlo, calca terrā. Si talis es, non ædificas nisi aurum, argentum, & lapides ꝑciosos. Cum autē dixeris, amo possessionem istam, timeo ne pereat, et imminet damnum, & tu contristaris, non quidem præponis eam Christo: nam si sic amas possessionem istam, vt si dicatur tibi, Ipsam vis, an Chm. Et si tristis eā perdis, plus tamen amplecteris Christum quē posuisti in fundamentum saluus eris tanquā per ignem. Audi aliud, Non potes tenere possessionem istam nisi dixeris falsum testi monitum: Et hoc non facere, Chm in fundamento ponere est: veritas enim dixit, Os I
quod mentitur, occidit animam. Ergo si Sapiē.q. possessionem tuam diligis, non tamen propter illam facis rapinam, non propter illam dicis falsum testimonium, non ꝓpter illam facis homicidium, non propter illam falsum iuras, non propter illam Christum negas, eo q̄ non propter illam facis hæc, Christum habes in fundamento. Sed tamē quia diligis illam, & contristaris si perdas illam, super fundamentum posuisti non aurum, non argentum, non lapides preciosos, sed lignum, fœnum, stipulam. Saluus ergo eris cum ardere cœperit quod ædificasti, sic tamen quasi per ignem. Nemo enim super fundamentum hoc ædificans adulteria, blasphemias, sacrilegia, idololatrias, periuria, putet se saluum futurum per ignē, quasi ista sint ligna, fœnum, stipula: sed qui ædificat amorem terrenorum super fundamentum regni cœlorum, id est, super Chm, ardebit amor rerum temporalium, & ipse saluus erit per idoneum fundamentum. Inimici dñi mentiti sunt ei dicendo, Eo ad vineā & non eundo, & erit tempus eorum, non ad tempus sed in æternum. Et qui sunt isti? Et cibauit illos ex adipe frumenti.) Nostis adipem frumenti, vnde cibantur multi ini-
K mici qui mentiti sunt ei. Et cibauit illos ex
Ioā. 11. adipe frumenti, miscuit eos sacramētis suis.
Psal.80. Et Iudæ quando dedit buccellam, ex adipe frumenti cibauit. Et inimicus domini mētitus est ei, & erit tempus eius in æternum. Et cibauit illos ex adipe frumenti. Et de petra melle saturauit eos.) O ingratos, ci bauit ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. In eremo de petra aquam ꝓduxit non mel. Mel sapientia est primatum dulcoris tenens in escis cordis. Quam multi ergo inimici domini mentientes domino cibantur, non solum ex adipe frumenti, sed et de petra melle, de sapientia Chri, q̄ multi delectantur verbo eius ex cognitione scrorum eius, solutione parabolarum eius, q̄ multi delectantur, quàm multi clamant: Et non est hoc mel de quolibet homine, sed de petra. Petra autem erat Chs. Quàm multi ergo satiantur de melle isto, clamant, dicūt, Suaue est, dicunt, nihil melius est, nihil dulcius vel intelligi vel dici potuit. Et tñ inimici dñi mentiti sunt ei. Nolo amplius immorari in rebus dolendis: quanquam aūt terribiliter Psalmus ad hoc finitus sit, tamen a fine eius, obsecro vos, recurramus ad caput, Exo.17
Exultate deo adiutori nostro.

Commendatio populi & exhortatio & inuitatio ad sequentem tractatum audiendum, & ludos seculares contemnendum. L

NOn parum vestras mētes in nomine Christi diuina spectacula tenuerunt & suspenderunt vos, non solum ad appetenda quædā, sed ad quædam et fugiēda. Ista spectacula vtilia, salubria, ædificantia non destruentia, immo & destructia & ædificantia. Destruentia recentes deos, ædificantia fidem in verum & æternum deum. Etiam in crastinum diem inuitamus charitatem vestram. Cras illi habent, vt audiamus, mare in theatro, nos habeamus portū in Christo. Sed quoniam perendino die, id est, quarta sabbati, non possumus ad mēsam Cypriani conuenire, quia festiuitas est sanctorum martyrum, crastino ad ipsam mensam conueniamus.

In Psalmum LXXXI. Enarratio.

PSalmus ipsi Asaph.) Psalmo huic titulum sicut alijs qui similiter prænotatur, vel nomen eius hominis indidit a quo scriptus est, vel eiusdem nominis interpretatio, vt ad synagogā quod est in Asaph, eius intelligentia referatur, præsertim quia hoc & primus eius versus assignat. Sic enim incipit. Deus stetit in synagoga deorum.) Quos deos? Absit vt intelligamus deos

deos gentium, siue idola, siue aliquam præter homines cœlestem terrestremq̄ creaturam, cum paulopost hunc versum idem iste Psalmus asserat, & quos deos intelligi velit. in quorum synagoga stetit deus, apertius exprimat, vbi ait, Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. In horum ergo synagoga filiorum altissimi, de quibus idem altissimus per Esaiam dicit, Filios genui & exaltaui, ipsi autē me spreuerunt, stetit deus. In synagoga populū Israel accipimus, quia & ipsorum proprie synagoga dici solet, quanuis & Ecclesia dicta sit. Nostram vero Apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper Ecclesiā, siue discernendi causa, siue quod inter congregationem vnde synagoga, & cōuocatio vnde Ecclesia nomen accepit distet aliquid, q. s. congregari & pecora solent, atq. ipsa proprie, quorum & greges proprie dicuntur. Conuocari autem magis est vtentiū ratione, sicut sunt homines: vnde ex persona ipsius Asaph in alio Psalmo canitur, Quasi pecus factus sum apud te, & ego sem per tecum: Cum vtique quamuis vni vero deo mancipatus videretur, pro magnis tñ ac summis bonis ab illo carnalia, terrena, tē poralia requirebant. Inuenimus etiam sæpe eos filios appellatos, non ea gratia quæ ad nouum testamentum pertinet, sed illa quæ ad vetus: quia & ipsa gratia est qua elegit Abraham, & ex eius carne tam magnū populum propagauit: qua nondum natos Iacob dilexit, Esau autem odio habuit: qua liberauit ex Aegypto, qua i terram promis bonis electis gentibus introduxit. Nisi. n. & ipsa esset gratia, non vtique de nobis qui bus non ad terrenum, sed ad regnum cœlo rum capessendum data est potestas filios dei fieri, in eodem mox Euangelio dicere tur, quod accepimus gratiam pro gratia, id est, pro testamenti veteris promissionibus testamenti noui promissiones. Liquet igitur, quantum existimo, in qua deorum synagoga steterit deus. Deinceps requirendū est verum patrem, an filium, an spiritum sanctum, an ipsam trinitatē accipere debeamus stetisse in synagoga deorum. In medio autem deos discernere.) Quia & singulus quisque deus, & ipsa trinitas vnus deus, non corporalem, sed spiritalem dei præsentiam, quæ congruit eius substantiæ negari non potest ab eo esse conditis rebus mirabi li videlicet & vix paucis intelligibili modo, Psa.138
cui dicitur, Si ascendero in cœlum tu ibi es, si discendero in infernum, ades. Vnde merito perhibetur stare deus in congregatione hominum inuisibiliter, sicut cœlum & terram ipse implet, quod per Prophetā Hier.2
ipse de se prædicat: nec tantum perhibetur sed pro captu mentis humanę vtcunq. noscitur stare in eis quæ creauit, & si homo stet & audiat cum, & gaudio gaudeat propter eius intimam vocem. Veruntamen, Ian.3.
quantum arbitror, psalmus iste insinuare aliquid molitur, quod ex quodam tempore factum est, vt staret deus in synagoga deorum. Nam illa statio quæ cœlum & terram implet, nec ad synagogam proprie pti net, nec tempore variatur. Deus itaque stetit in synagoga deorum: nimirum ille qui de se dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Dicitur & cā, Matt.15
In medio autem deos discernere. Agnosco igitur deum stetisse in synagoga deorum, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem: ut enim staret deus in sy-
C nagoga deorum, ad hoc ex ipsis secundū carnem. Sed quis deus? Neque enim quales illi in quorum deorum synagoga stetit, sed sicut illic Apostolus sequitur, Qui est super omnia deus benedictus in secula. Agnosco, Rom.9.
inquam, stetisse, agnosco & in medio deum sponsum: de quo amicus eius quidam dicit, In medio autem vestrum stat quem vos Ioan.1.
nescitis: Quippe de quibus paulopost in hoc psalmo dicitur, Nescierunt neq. intelle Rom.11
xerūt, in tenebris ambulāt. Testificatur & Apostolus, Quoniam cæcitas ex patre in Israel facta est, vt plenitudo gentium intraret. Stantem quippe in medio sui videbant Iohn.4.
eum, sed non eum videbant deum qualem se volebat videri dicens, Qui me videt, uidet & patrem. Discernit autem deos, non eorum meritis, sed gratia sua: ex eadem consperſione faciens alia vasa in honorem, Rom.9.
alia in contumeliam. Quis enim te discernit? Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non 1.Co.4
acceperis? Audi & vocem dei discernentis, audi & vocem domini diuidentis flāmam ignis. Vsquequo iudicatis iniquitatem, Psal.18
& facies peccantium sumitis?) Sicut alibi, Vsquoq. graues corde? Nunquid & vsq. ad eius aduentum qui lumen est cordis? D

Dedi legera duriter restitistis: misi prophe-
Psal.4. tas, iniurijs affecistis, aut interfecistis, aut
hæc agentibus cohibuistis. Sed ut illis nec
loqui dignum sit qui occiderunt seruos dei
præmissos ad se, uos qui cum hæc fierent,
Mat.21 tacuistis: id est, vos qui eos qui tunc tacue-
runt velut innocentes imitari uoluistis, us-
quequo iudicatis iniquitatem & faeies pec
cantiũ sumitis? Nunquid ẽt nũc & ipse hæ
res veniens occidendus est? Nõne ipse pp
vos sine patre esse voluit tãquam pupillus?
Nonne propter vos esuriuit & sitiuit ut e-
Mat.11. genus? Nonne ad vos clamauit, Discite a
2.Co.8. me quia mitis sum & humilis corde? Non-
ne pauper factus est cum diues esset, vt ip-
sius paupertate ditaremini? Iudicate ergo
pupillo & egeno, humilem & pauperẽ iu-
stificate.) Non illos propter se superbos &
diuites, sed iustũ pp uos humilem & pau-
perem, iustum credite, iustũ prędicare. Sed
inuidebunt ei, nec omnino parcent, dicẽtes
Mat.21 Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & no-
stra erit hæreditas. Auferte ergo, inopẽ, &
pauperem de manu peccatoris eruite.) Hęc
dicta sunt ut sciretur i eo populo in quo na
tus & occisus est Christus nec illos fuisse
immunes a tanto scelere, qui cum essent tã
Ibidem. tæ multitudinis, vt eos sicut Euangeliũ lo-
E quitur, timerent Iudæi: & propterea i Chri
stum manus mittere non auderẽt, & postea
cohibuerunt, eumq. interimi a malignis
& inuidis Iudæorum principibus permise
runt, qui si voluissent timerentur semp, &
nunquam in eum sceleratorũ prævalerent
Esa. 56. manus. De his quippe & alibi dicitur, Ca-
& 57. nes multi nescierunt latrare: de his etiã il-
lud, Ecce qũo iustus periit, & nemo consy
derat. Periit quantum in ipsis est qui eum
perdere voluerunt. Nam qũo ille posset pe
rire moriendo, qui eo modo potius qđ erat
perditum requirebat? Porro si isti iuste in-
crepantur, meritoq. arguuntur qui tm sce
lus fieri dissimulando siluerunt, quomodo
increpandi, aut ne increpandi quidem, sed
qua seueritate damnandi sunt, qui hoc con
filio malitiaq. fecerunt? Veruntamen om-
nibus quod sequitur rectissime congruit,
2.Co.2. Nescierunt & non intellexerunt, in tene-
bris ambulant.) Quia & illi si cognouisset,
nũquam dominũ gloriæ crucifixissent: Et
illi si cognouissent, nunquam Barrabam li
berandum, & Christum crucifigendum pe
tere consensissent. Sed quoniam supra me-
morata cæcitas ex parte Israel facta est, do-
nec plenitudo gentium intraret, per hanc Rom.11.
vtique illius populi cęcitatẽ crucifixo Chri
sto. Mouebũtur omnia fundamẽta terræ.)
Sic mota sunt & mouebuntur, donec itret
quæ prædestinata est gentium plenitudo.
Nam & in ipsa morte domini terra mota Mat.27
est, & petrę scissæ sunt. Et si intelligamus
fundamẽta terræ terrenorum bonorũ co-
pia felices, recta prædictũ est quod mouc-
rentur, uel admirando sic amari, sic coli hu
militatem, paupertatem, mortem, uelut ma
gnam secundũ ipsos miseriã Chri, vel ipsi
quoque huius mundi uana fœlicitate con-
tẽpta, illam diligendo atq. sectando. Ita mo
uentur omnia fundamenta terræ, cum par
tim mirantur, partim etiam commutantur. 1.Pet.1
Sicut.n. non absurde dicimus fundamenta
cœli, quibus regnum cœlorum superædifi-
catur in sanctis & fidelibus, quos dicit scri-
ptura lapides viuos, quorum fundamentũ
est primitus ipse Christus ex virgine: quo
dicit Apostolus, Fundamentum aliud ne-
mo potest ponere, præter id quod positum
est, quod est Christus Iesus. Deinde ipsi 1.Cor.3
Apostoli & Prophetæ, quorum authorita-
te locus cœlestis eligitur, ut eos sectando G
coędificemur: vnde dicit ad Ephesios, Iam Ephes.2
non estis peregrini & inquilini, sed estis ci
ues sanctorum, & domestici dei, superædifi
cati super fundamentum Apostolorum &
Prophetarum ipso summo angulari lapide
existente Christo Iesu, in quo omnis ędifi-
catio compacta crescit in templum sanctũ
in domino. Ita non inconuenienter funda-
menta terræ intelliguntur, quorum terre-
nam fœlicitatem præpollentem atq. potẽ
tem homines inuidendo eorum authorita-
ti, ad huius mundi bona concupiscenda per
trahuntur, & adipiscendo coædificantur tã
quam terra super terram, sicut in illo super
no ædificio cœlum super cœlum, qa & pec
catori dictum est, Terra es & in terram i- Gen.3
bis. Et Cœli enarrant gloriam dei, cum In Psal.18
omnem terram exiit sonus eorum, & in fi
nes orbis terrę verba eorum. Terrenæ au-
tem fœlicitatis regnum superbia est, contra Iob.40
quam venit humilitas Christi exprobrans
eis, quos uult ex humilitate filios altiores
facere, atque increpans, Ego dixi dij estis,
& filij altissimi omnes.) Vos aũt sicut ho-
mines moriemini, & sicut unus ex princi-
pibus cadetis. Siue ad illos dixerit: Ego di-
xi dij estis & filij altissimi omnes: ad eos
vtique qui prædestinati sunt in uitam æter
nam:

nam: ad alios vero, Vos autem sicut homi-
nes moriemini, & sicut vnus ex principi-
bus cadetis.) Hoc modo etiam deus discer-
nens, siue omnes simul increpat, vt obediẽ-
tes correctosque discernat: Ego, inquit, di-
xi dij estis, & filij altissimi omnes: id est,
omnibus vobis promisit fœlicitatem cœ-
lestem: Vos autem per infirmitatem carnis,
sicut homines moriemini: & per elationem
animi, sicut vnus ex principibus, id est, dia
bolus, non extollemini, sed cadetis: velut si
diceret, Cum tam pauci sint dies vitæ ve-
strę ut cito sicut homines moriamini, non
vobis prodest ad correctionem, sed tanquã
diabolus, cuius dies in hoc seculo multi sũt,
quia carne non moritur, extollimini vt ca-
datis. Per diabolicam quippe superbiam fa-
ctum est, vt Christi glorię peruersi & cæci
principes Iudæorum inuidissent. Per hoc
vitium factum est, & fit, vt Christi vsque
ad mortem crucifixi humilitas vilescat eis,
qui huius seculi diligunt excellentiam: Pro
inde vt hoc vitium sanetur, ex ipsius Pro-
phetæ persona dicitur, Surge deus iudica
terram.) Timuit.n. terra cum te crucifige-
res, surge a mortuis & iudica terram. Qm
tu diſperdes in omnibus gentibus.) Quid
nisi terram, hoc est, eos qui terrena sapiũt?
Sine ipsum affectum in credentibus terre-
nę cupiditatis & electionem assumens, siue
non credentes terram conterendam disper
dendamque discernens. Sic per membra
sua, quorum conuersatio in cœlis est, iudi-
cat terram & disperdet in omnibus genti-
bus. Non prætereũdũ est quod nõnulli co
dices habent. Qm tu hæreditabis in omni-
bus gentibus, quia & hoc non inconuenien
ter accipitur, neque vt simul vtrunque sit
quicquam repugnat. Fit ergo hæreditas
eius per charitatem, quam suis præceptis &
gratia misericorditer extollendo, terrenam
disperdit cupiditatem.

In Psalmum. LXXXII. Enarratio.

PSalmi titulus huius est, Canticum Psal
mi Asaph.) Iam sæpe diximus quid in-
terpretetur Asaph, id est, congregatio-
nem. Homo ergo ille q vocabaẽ Asaph, in
figura congregationis populi dei in multo
rum Psalmorũ titulis ponitur. Græce aũt
synagoga dr, qđ velut ppriũ
nomen Iudæorũ populus detinuit, vt syna
goga appellaret, sicut populus Christianus
vsitatius vocaẽ Ecclesia, cum & ipse vtique
congregeẽ. Populus itaque dei in isto Psal- K
mo dicit, Deus qs similis erit tibi?) Quod
ego arbitror accomodatius accipi in Chro,
quia in similitudine hominum factus, puta Philip.2
tus est ab eis a quibus contemptus est cæte
ris hoibus comparandus: nam & inter ini-
quos deputatus est, sed ad hoc vt iudicare Luc.22.
tur: Cũ aũt veniet iudicaturus, tunc fiet qđ
hic dr, Deus qs similis erit tibi? Si.n. Psal-
mi non solerent loqui ad dominum Chri-
stum, non diceretur etiam illud quod ipsi
dicto esse nullus potest dubitare fidelium,
Thronus tuus deus in seculum seculi, virga
directionis virga regni tui, Dilexisti iustitiã Psal.44
& odisti iniquitatem, p pea vnxit te deus
deus tuus oleo exultationis præ participib.
tuis. Huic ergo & nunc dr, Deus qs simi-
lis erit tibi? Multis.n. similis in humilitate
esse voluisti, vsqueadeo vt & latronibus, q
tecum sunt crucifixi. Sed in claritate cum Luc.22.
venies, qs similis erit tibi? Quid.n. magnũ
dr, cum deo dr, quis similis erit tibi, nisi illi
dicatur, qui similis eẽ in hominibus voluit,
formam serui accipiens, in similitudinem
hoium factus, & habitu inuentus vt homo?
Et ideo non ait, Quis similis est tibi: quod
vtique recte diceretur, si hoc ad diuinitatẽ
referretur. Quia vero ad formam serui rela L
tum est, tunc eius a cęteris hoibus dissimili Philip.2
tudo apparebit, quando apparebit in gloria:
ideo sequitur, Ne taceas neque compesca-
ris deus.) Quia primo tacuit vt iudicaret,
quando sicut agnus coram tondente se fuit
sine voce, sic non aperuit os suum, & suam
compescuit potestatem. Quam vt se compe
scere ostenderet, ad illam eis vocem qua di Ioan.18.
xit, Ego sum, ij qui eum apprehendendum
quærebant, redierunt retro & ceciderunt.
Quando ergo teneretur, atque pateretur,
nisi se ipse cohiberet, atque compesceret,
& quodammodo mitigaret? Nam &
sic quidam interpretati sunt quod hic po-
situm est, Neque compescaris deus: vt di-
cerent, neque mitescas deus: Ipse alibi di-
cit, Tacui, nunquid semper tacebo?
Cui dicitur hic, ne taceas: de illo alibi di-
citur, Deus manifestus veniet, deus no-
ster & non silebit. Cui dicitur hic, Ne ta-
ceas: tacuit.n. vt iudicaretur, qm venit occul
tus: non autem tacebit vt iudicet, qm ve-
niet manifestus. Quoniam ecce inimici
tui sonuerunt, & qui oderunt te extule-

rũt caput.) Nouissimos dies significare mihi uidetur, quando hęc quæ nunc metu cõprimunt, in liberam uocem eruptura sunt: sed plane irrationabilẽ, ut fonitus magis q̃ locutio uel sermo dicendus sit. Non itaque tunc odisse incipient, sed q. oderunt te, tũc leuabunt caput. Nec capita, sed caput: qñ eo peruenturi sunt, ut ẽt illud caput habeant qđ extollitur super omne quod dicitur de us, & quod colitur, ut in illo maxime impleatur, Qui se exaltat humiliabitur, & cũ eum ille cui dicitur, Ne taceas neq. miteſcas deus, interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione præſentiæ ſuæ. Super populum tuũ malignauerunt cõſiliũ.) Vel ſicut alij codices habent, Aſſute cogitauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.) Irridenter iſta dicũtur. Qñ enim ualerẽt nocere populo vel plebi dei, vel ſanctis eius qui nouerũt dicere, Si deus pro nobis q̃s contra nos? Dixerunt uenite, & diſperdamus eos de gente) Singulariter numerũ poſuit pro plurali, ſicut dicitur, Cuius eſt hoc pecus, etiam ſi de grege interrogetur, & intelliguntur pecora. Deniq. alij codices de gentibus habent, ubi magis interpretes intellectum q̃ verbum ſecuti ſunt.

A Venite & diſperdamus eos de gente. Ipſe ẽ ille ſonus quem ſonuerunt magis quam locuti ſunt, quoniam inaniter inania ſtrepuerunt. Et non memoretur nominis Iſrael ultra.) Hoc alij planius dixerunt, Et non ſit memoria nominis Iſrael adhuc, Quia memoretur nominis, in latina lingua inuſitata locutio eſt. Potius. n. dici ſolet, memoretur nomen, ſed eadẽ ipſa ſententia eſt. Nã qui dixit, memoretur nominis, Græcã tranſtulit locutionem. Iſrael autem hic debet intelligi utiq. ſemen Abrahæ, cui dicit Apoſtolus, Ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecundum promiſſionem hæredes, non Iſrael ſecũdũ carnem: de quo dicit, Videte Iſrael ſecũdũ carnem. Quoniam cogitauerunt unanimiter, aduerſus te teſtamentũ diſpoſuerunt.) Quaſi poſſent eſſe fortiores. Teſtamentũ ſane in ſcripturis non illud ſolum dicitur, quod non ualet niſi teſtatoribus mortuis, ſed omne pactum placitum teſtamentum vocabant. Nam Laban & Iacob teſtamentũ fecerunt, quod utiq. etiam inter uiuos valeret, & innumerabilia talia in diuinis leguntur eloquijs. Deinde incipit inimicos Chriſti commemorare ſub quibuſdam vocabulis gẽtiũ: quorum vocabulorũ interpretatio ſatis indicat quid uelit intelligi. Talibus enim nominibus conueniẽtiſſime figurãtur veritatis inimici. Idumæi qp pe interpretanſ, uel ſanguinei, uel terreni. Hiſmaelitæ, obedientes ſibi, utiq. non deo, ſed ſibi, Moab, ex patre. Qui in malo nõ intelligit melius, niſi cũ ipſa hiſtoria cogitaſ, qp pater Loth filię ſuæ illicite ſe utẽti permixtus eum genuit, quia ex ipſa re tale nomẽ accepit. Bonus autẽ pater, ſed ſicut lex ait, ſi quis ea legitime utatur, nõ inceſte & illicite. Agareni, proſelyti, id eſt, aduenæ. Quo nomine ſignificãtur inter inimicos populi dei, nõ illi qui ciues fiũt, ſed qui in alio alieno atque aduentitio perſeuerãt, & nocendi occaſione inuenta ſe oſtẽdũt. Gebal, uallis uana, id eſt, fallaciter humilis. Amon, populus turbidus, uel populus mœroris. Amalech? populus lingens: vnde alibi dictum eſt, Et inimici eius terrã lingent. Alienigenæ quamuis & ipſo nomine Lati no ſe indicent alienos, & ob hoc conſequẽter inimicos, tñ in Hebræo dicuntur Philiſtijm, quod interpretatur cadentes potione, uelut quos fecit ebrios luxuria ſeculari. Tyrus lingua Hebræa dr̃ ſors: qđ ſiue anguſtia ſiue tribulatio interpretẽt, ſecũdũ illud accipiendum eſt, in his inimicis populi dei, quod ait Apoſtolus, Tribulatio & anguſtia in omnẽ animam hominis operãtis malum. Oẽs ergo hi ſic enumerantur in hoc Pſalmo, Tabernaculum Iudæorum & Hiſmaelitæ, Moab & Agareni, Gebal & Amon & Amalech, & alienigenæ cum habitantibus Tyrum,) Et tanquam indicans cauſam quare ſint inimici populo dei, adiũgit & dicit, Etenim Aſſur aũt pro ipſo diabolo figurate intelligi ſolet, qui operatur in filijs diffidentiæ tãquam in uaſis ſuis, ut oppugnent populum dei, Facti ſunt, inquit, in adiutorium filijs Loth.) Quia oẽs inimici operãte in ſe principe ſuo diabolo, facti ſunt in adiutorium filijs Loth, qui interpretatur declinãs. Angeli autem apoſtatici bene intelliguntur tanquam filij declinationis: a ueritate quippe declinando, in fatellitium diaboli diſceſſerunt. Hi ſunt de quibus dicit Apoſtolus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates & rectores mundi tenebrarum harum, aduerſus ſpiritalia nequitię in eœleſtibus. Quapropter illi inuiſibiles & ſpiritales inimici adiũctę hominibus infidelibus, in quibus operantur ad oppugnandum populum dei. Iam nunc videamus quid imprecetur propheticus ſpiritus magis prædicens q̃ maledicens. Fac illis ſicut Madian & Syſare, ſicut Iabin in torrẽte Cyſon. Diſperierũt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ.) Hos omnes ſecundum hiſtoriam populus Iſrael, qui tunc erat populus dei, debellauit & vicit, ſicut etiã illos quos deinceps commemorat dicens. Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana.) Interpretationes autem eorũ nominum iſtę ſunt. Madiã interpretatur declinans, iudicium: Syſara, gaudij exclusio: Iabin, ſapiens. Sed in his inimicis a populo dei ſuperatis, ille intelligẽdus eſt ſapiens, de quo Apoſtolus dicit: Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſeculi? Oreb ſiccitas, Zeb lupus, Zebee victima, ſed lupi: habet. n. & ipſe victimas ſuas. Salmana umbra cõmotionis. Hæc omnia cõgruunt malis, quos in bono vincit populus dei. Porro aũt Cyſon, in quo torrente victi ſunt, interpretatur duritia eorum. Endor vbi perierunt, interpretatur fons generationis, ſed vtiq. carnalis, cui dediti perierunt, non curantes regenerationem, quæ perducit ad vitam, vbi non nubent, neque vxores ducent, non. n. incipiẽt mori: merito ergo de his dictum eſt, Facti ſunt vt ſtercus terræ, de quibus nihil propagatum eſt, niſi terrena fœcunditas. Sicut ergo illi omnes in figura ſuperati ſunt a populo dei, ſic iſtos inimicos precatur in veritate ſuperari, Omnes, inquit, principes eorum, q. dixerunt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium dei.) Ipſe eſt ſonitus inanis, quo, vt ſupra dictum eſt, inimici tui ſonuerunt. Sanctuarium aũt dei quid intelligendum eſt, niſi templũ dei, de quo Apoſtolus ait, Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Nam q̃d aliud inimici niſi populum dei poſſidere, id eſt, ſubiugare moliuntur, vt cadat in eorum impias voluntates? Sed quid ſequitur? Deus meus, pone illos vt rotã.) Conuenienter quidem accipitur, vt non ſint in eo quod cogitant ſtabiles. Veruntamen etiam ſic recte poſſe intelligi exiſtimo, Pone illos vt rotã, q. rota ex his quæ retro ſunt extollitur, ex his quæ ante ſunt deijcitur, ſic fiunt oẽs inimici populi dei: nõ. n. hæc optatio ſed prophetatio eſt. Adiungit ẽt, Sicut ſtipulã ante faciem venti.) Faciem dicit præſentiam: nam quæ facies eſt venti, cui nulla lineamenta ſunt corporis, cum ſit motus, id eſt, quaſi fluctus aeris? Ponitur aũt p tentatione qua leuia & inania corde rapiuntur. Leuitatem porrò qua facile conſentitur ad mala, grauis ſequitur cruciatus. Vnde deinceps dicitur. Sicut ignis qui comburit ſyluã, ſicut flamma cõburens montes. Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.) Syluam dixit propter ſterilitatem, montes p̃p elationem: tales enim ſunt inimici populi dei, inanes iuſtitiæ, pleni ſuperbia. Ignem vero & flãmam dicẽs, hoc idem alio nomine repetituit, quod intelligi voluit iudicantem atque punientem deum, quod autem ait, tempeſtate tua: hoc idem conſequenter expoſuit dicens, In ira tua: & quod ſupra dixit, Perſequeris eos: hoc poſtea, conturbabis eos. Meminerimus ſane, iram dei ſine vlla affectione turbulẽta nos debere intelligere. Ira quippe eius dicitur, ratio iuſtæ vindictæ, tanq̃ ſi lex dicatur ira ſci, cum miniſtri eius ſecundum eam commoti vindicant. Imple, inquit facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum dñe.) Hoc ſane illis bonum & optabile propheta tur: nec prophetaretur, niſi eſſent in ea ſocietate inimicorum populi dei etiam tales homines, quibus hoc ante vltimum iudicium præſtaretur: quia & nunc idemipſi ſunt, & ipſum corpus eſt inimicorum ſecũdum inuidentiã qua æmulantur populum dei. Et nũc vbi poſſunt, & ſonant & leuant caput, ſed particulatim, non vniuerſaliter, ſicut in fine ſeculi, nouiſſimo imminente iudicio, tñ ipſum corpus eſt & in his q̃ inde crediturí ſunt, atque in corpus aliud tranſituri. Horum. n. facies ſalubriter imꝑletur ignominia, vt quærant nomen dñi, & in illis qui vſque in finem in eadem malitia perſeuerant qui ponuntur vt ſtipula ante faciem venti, & ſyluæ montibuſque infructuoſis ſimiles cõburuntur. Ad quos denuo reuertitur dicens. Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi.) Non enim in ſeculum ſeculi conturbantur q̃ quærunt nomen domini: ſed reſpicientes ignominiam peccatorum ſuorum ad hoc conturbantur, vt quærant nomen domini, per quod non conturbentur. Rurſuſque ad hos redit, qui in eadem ſocietate inimicorum ad hoc confundendi ſunt, ne confundantur in æternũ: & ad hoc perdendi ſunt, inquantum mali ſunt, vt boni facti inueniantur in æternum: de his enim cum dixiſſet, Et confundantur

tur & pereant.) Statim subiecit. Et cognoH scant qa nomẽ tibi dñs, tu solus altissimus in omni terra.) Ad hãc cognitionem veniẽtes sic confundantur vt placeant, sic pereãt ut permaneant. Cognoscant, inquit, qa nomẽ tibi dñs. tanquam nec vero, nec suo nomine nuncupentur quicunq. alij dñi nominantur: quoniã seruiliter dominantur, & uero dño comparati, nec dñi sunt: sicut dictũ
Exod.3. est, Ego sum qui sum, tanquam non sint ea quæ facta sunt, si comparentur ei a quo facta sunt: quod vero adiunxit. Tu solus altissimus in omni terra: vel sicut alij codices solent, Super oẽm terram, utiq. & in omni cẽlo, vel super omne cœlum: sed hoc dicere maluit, quo terrena superbia premeretur. Desinat. n. superbire terra, id est homo, cui
Gen. 3. dictum est, Terra es. Et quid superbit ter
Eccl. 10 ra & cinis, cum cognoscit dominum esse altissimum super oẽm terrã, id est, nullius hominis cogitationes ualere aduersus eos, qui
Rom.8. secundum propositum uocati sunt sancti, & de quibus dicitur, Si deus pro nobis, quis contra nos?

In Psalmum LXXXIII. Enarratio.

1 PSalmus iste p torcularibus inscribit.) Et q̃tũ aduertit nobiscum charitas uſa, q uia uos intẽtisime audire aduertebamus nihil in eius textu dictũ est, vel de prelo, vel de fiscinis, vel de lacu, uel de instrumentis, aut ædificio torcularis: omnino nihil in ea tale audiuimus. Vnde quid sibi uelit titulus eius, quod inscribitur pro torcuribus, non partua qõ est. Profecto. n. si post istum titulum aliquid de talibus rebus diceret, quales commemoraui, crederetur a carnalibus vere ista visibilia torcularia voluisse cantare. Quia vero titulum imposuit pro torcularibus, & nihil postea in oi uersu Psalmi dixit de his torcularibus notissimis oculis nostris, non dubitatur esse alia torcularia, quę nos hic quærere & intelligere voluit spiritus dei. Quapropter quid agatur in his uisibilibus torcularibus recordemur: & hoc uideamus, quemadmodũ spiritaliter agatur in Ecclesia. Vua certe pendet in uitibus, & oliua in arboribus: his enim duobus pro fructibus solent torcularia præparari. Et quandiu pendent in frutetis suis, tanquam libero aere perfruuntur, & nec uua uinum est, nec oliua oleum ante pressuram. Sic sunt & homines quos præ
destinauit deus ante secula conformes ſ Ibidem. imaginis unigeniti filij sui, qui præcipue in K
passione magnus botrus expſius est. Hmõi ergo homines antequam accedant ad seruitutem dei, fruuntur in hoc seculo tanq̃ deli
tutem dei, fruuntur in hoc seculo tanq̃ deli
tiosa libertate, velut uuæ aut oliuæ pendentes: sed quoniam dictum est, Fili accedens
Eccle.1 ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem: accedens quisque ad seruitutem dei, ad torcularia se uenisse cognoscat, contribulabitur, conteretur, comprimetur, nõ vt in hoc seculo pereat, sed ut in apothecas dei defluat. Exuitur carnalium desyderiorum integumentis quasi uinacijs: hoc. n. ei contigit in desyderijs carnalibus. Propter
Ephe.4 quæ & Apostolus dicit, Exuite vos ueteré hominem & induite nouum: hoc totum nõ fit nisi de pressura. Propterea torcularia nõ
minãtur Ecclesię dei huius tpis, sed in torcularibus positi qui sumus filij Chore. Sic. n. additũ est, pro torcularib. Filijs Chore.) Filios Chore interpretatos habemus filios calui, quantũ nobis qui illam linguã nouerunt, per ministerium quod deo debuerũt interpretari potuerunt: & in hoc non diffugio magnum mysterium intueri, & adiuante domino inuenire vobiscum. Non enim tanquam a filijs pestilentiæ omnis est L
ir ridẽda caluicies, nec cum quisq. sacratam caluiciem irriserit, a dæmonijs disipetur. Nam & Helisæus ibat, & insensati pueri
4.Reg.2 clamauerunt post eum, Calue calue: & propter sacramentum implendum conuersus ad dominum petiuit, vt eos ursi de sylua exeuntes comederent. Arrepta est qdẽ illorũ infantia ĩ exitiũ vitę de hoc seculo. Mortui sunt pueri, senes qñq. morituri: uerũtñ sacri terror datus est hominibus. Helisę. n. personam cuiusdam tũc gerebat, cuius filij sumus, filij Chore, dñi. s. nostri Iesu Chri, Iam occurrit charitati uestrę ex Euãgelio quare caluus gerebat personam Christi: recordamini quod in Caluarię loco
Matt.27 crucifixus est. Siue ergo hoc interpretetur filius Chore, sicut secuti priores diximus, siue aliud aliquid quod nos forsitan latet: interim quod occurrit, videtis quia plenum est sacramento. Filij Chore, filij Christi. Nam & filios suos dicit sponMatt.9. sus, cum ait, Non possunt filij spõsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus: Christianorum sunt ergo ista torcularia. In pressuris

tis autem constituti ad hoc conterimur, vt amorem nostrum quo ferebamur in isti
Ibidem. mundana, securia, tpalia, fluxa atque peri
M tura, paſsi in eis in hac vita tormenta & tribulationes pressurarum, & abundantiam tentationum, incipiamus quærere illam qe
tem, quæ non est de hac vita, nec de hac ter
Psal.24. ra, & fit dominus, vt scriptum est, Refugiũ pauperi. Quid est pauperi? Tanquam destituto, sine ope, sine auxilio, sine aliqua re, de
Deut.10 quia in terra præsumat. Talibus. n. pauperibus adest deus, quia homines etsi abundent pecunia in hac terra, respiciũt qd ait Apo
Timo.6 stolus, p̃ præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Et consyderantes q̃ sit incertum vnde gaudebant, anteq̃ accederent ad seruitutem dei id est, anteq̃ intrarent in torcularia, vident ex ipsis diuitijs, vel habere se
pressuras cogitationum, quomodo ea gubernetur, quomõ custodiantur: vel si paululũ inclinauerint cupiditatem vt ea diligant, plus eos impleri timoribus q̃ fructibus. Quid enim tam incertum quã res volubilis? Nec immerito ipsa pecunia rotũda signatur, quia nõ stat. Tales ergo etsi habeãt aliquid, paupes sunt. Qui ergo nihil horũ
hñt & habere desyderant, inter reprobandos diuites computantur: non enim attendit deus facultatem, sed voluntatem. Paupe
A res igitur destituti omne ope seculari, quia est ea circunfluant, intelligunt quã incerta sint, & ingemiscentes ad deum, nihil habentes in hoc seculo quo delectentur, quo teneantur, in abundantia tentationũ & pressurarum tanquam in torcularibus constitu
ti, defluunt vinum, defluunt oleum. Quæ sunt ista nisi bona desyderia? Restat enim illis desyderandus deus, iã non amant terram: amant. n. q fecit cœlum & terrã, amãt & nondum cum eo sunt. Desyderium eorũ differtur vt crescat, crescit vt capiat: non. n. parũ aliquid daturus est deus desyderanti, aut parum exercendus est ad capacitatem tanti boni. Nõ aliq̃d deus qđ fecit daturus est, sed seipsum q̃ fecit oia. Ad capiendũm deum exercere, qđ semp habiturus es diu
Psal.36. desydera. Reprobati sunt i populo Israel, q festinauerũt afsidue: affectus iste reprehenditur in scriptura festinãtiũ. Qui sunt. n. q festinant? Qui conuersi ad deum eum, hic non inuenerint requiem quam quærebant, & gaudia q̃ p̃mittebantur, tanquã in itinere deficientes, & longũ sibi q̃dã donec hoc seculum vel hæc vita finiatur, restare arbitrantes, & q̃rentes hic aliquã req̃m, quæ si habetur, falsa est: respiciũt retro & deciduut a proposito, nec attendunt cum quãto Luc. 17
terrore dictũ est, Mementote vxoris Loth. Vt quid enim in statuam salis versa est, si non hoies condit vt sapiant? Ergo exemB plum illius malum, tibi sit bonum si cauGen.19 ris. Mementote, inquit, vxoris Loth. Respexit. n. retro vnde liberata erat a Sodomis, & ibi remansit vnde respexit, ipsa in loco mansura, & transeuntes alios conditura. Liberati ergo a Sodomis pteritæ vitæ, nõ respiciamus retro. Nã hoc festinare est, nõ attẽdere qđ promisit deus, q a lõge est, & respicere ad id quod proximũ est vnde iã
liberatus es. De talibus quid dicit Apostolus Petrus? Contigit illis res veri ꝓuerbij, 2.Pet.2
canis reuersus ad suũ vomitũ. Premebat enim pectus conscientia peccatorũ, accepta indulgentia quasi vomuisset, & reuelatum est pctm̃ tuum, Facta est bona cõscientia ex mala conscientia. Quid rursus conuerteris ad vomitum tuũ? Si canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculis dei? Vnuiquisque aũt fratres chariſsimi, de loco itineris sui ad quem ꝓficiendo puenit, & quẽ vouit deo, inde respicit retro cũ ipm dimiserit: verbi gra, statuit castitatem coniugalẽ seruare: inde. n. incipit iustitia, recesit a fornicationibus & ab illa illicita immunditia, qñ se ad fornicationes conuerterit, retro respexit. Alius ex munere dei, maius aliq̃d
C vouit, statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur si duxisset vxorem, post votum qđ deo promisit si duxerit, damnabitur, cum hoc faciat qđ ille q non ꝓmiserat, tũ ille non damnatur, iste damnatur. Quare, nisi quia iste respexit retro? Iam enim ille anterat, iste autem illuc nondum peruenerat.
1.Cor.7. Sic virgo quæ si nuberet, non peccaret: sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco quo accesserat. Sic quibus placet relicta oi spe seculari, & omni actione terrena cõferre se in societatem sanctorum, in cõem illã
vitam vbi non dicit aliquis aliq̃d propriũ, Act.2.& sed sunt illis oia cõmunia, & est illis anima 4.
vna & cor vnũ in deũ: quisq̃s inde recedere voluerit, nõ talis hĩ qualis ille qui non intrauit: ille. n. nondum accesit, iste retro
Psal.76. respexit. Quap̃p chariſsimi, quo quisque potest, vouete & reddite dño deo vestro qđ quisque potuerit, nemo retro respiciat, nemo

nemo priſtinis ſuis delectetur,nemo auertaſ ab eo qđ ante eſt ad id quod retro eſt, currat donec pueniat,nō.n.pedibus, ſed deſyderio curimus. Nullus autē in hac vita peruenisſe ſe dicat. Quis enim poteſt tam
D perfectus eſſe quā Paulus? Et tñ ait, Fratres
Phili.3. ego me non arbitror apprehēdiſſe. Vnum aūt q̄ retro oblitus,in ea q̄ ante ſunt extentus, ſcđm intentionem ſequor ad palmam ſupnæ vocationis dei in Chro Ieſu. Vides Paulū adhuc currere,& te iam exiſtimas puenisſe? Si ergo ſentis ꝑſſuras huius mūdi, ętiam cum felix es,intellexiſti te eſſe in torculari. Putatis enim fratres chariſimi infœlicitatem ſeculi metuendam eſſe,& fœlicitatem non eſſe metuendam? Imo uero nulla infœlicitas frangit, quē fœlicitas nulla corrumpit. Quo ergo cauenda uel timenda eſt ipſa corruptrix, ne te blandiendo ſeducat,
ꝟ.Re.18 ne incumbas in baculum arundinis? Nā & hoc ſcriptum eſt, quoſdam incumbere in baculum arundinis: Noli te credere,fragile eſt in quo nit eris, frangitur & interimit te. Si ergo fœlicitate tibi iſte mundus arri-
Pſa.114 deat, in preſſura te computa ut dicas, Tribulationē & dolorē inueni,& nomē dñi inuocaui. Non dixit,inueni tribulationē,niſi quādam quæ latet. Quædā.n.tribulatio & dolor quoſdā in hoc ſeculo latent,q̄ putant ſibi bene eſſe cum peregrinātur a domino.
1.Co.5. Quandiu.n.ſumus in hoc corpore, inquit, pegrinamur a domino. Si a patre tuo hoſe
E peregrinareris,miſer eſſes: a dño pegrinaris & fœlix es? Ergo ſunt qui putant ſibi bene eſſe. Qui aūt intelligunt in qualibet circunfluentia copiarum & uoluptatum, quāuis ad nutum cuncta deſeruiant,quāuis nihil moleſtum irrepat, nihil aduerſum terreat,tū in malo ſe eſſe quandiu peregrinantur a domino, acutiſſimo oculo tribulationem & dolorem inuenerunt, & nomē dñi inuocauerunt. Talis eſt qui cantat in hoc pſal. Quis eſt? Corpus Chriſti. Quis eſt iſte? Vos ſi uultis: nos oēs, ſi uolumus: omnes filii Chore,& omnes unus homo, quia unum Chriſti corpus. Quomodo non eſt vnus homo, qui unum caput habet? Caput omnium ſanctorum Chriſtus eſt, corpus illius capitis omnes nos ſumus, Et omnes in hac vita in torcularibus ſumus, ſi bene ſapimus, ſi iam ad torcularia uenimus. Ergo in preſſuris tentationum conſtituti, ædamus hanc uocem,& præmittamus deſyderium noſtrum. Quam amabilia ſunt, in-

quit, tabernacula tua domine virtutum.) Erat in tabernaculis quibuſdam, id eſt, in torcularibus, ſed deſyderabat alia tabernacula, ubi nulla preſſura eſt. In his illuc ſuſpirabat, ab his in illa per deſyderium quodammodo defluebat. Et quid ſequitur? Cō F
cupiſcit & deficit anima mea in atria domini.) Parum eſt, concupiſcit & deficit. Sed quo deficit? In atria domini defecit uua ꝑſa. Sed quo defecit? In uinum & in lacum, & in apothocæ requie ſeruanda, in quiete magna. Hic deſyderatur, ibi capitur: hic ſuſpiratur, ibi gaudetur: hic oratur, ibi laudatur: hic gemitur, ibi exultatur. Ea quæ dixi quaſi dura, hic nemo auerſetur, nemo quaſi nolit pati, Metuendum eſt, ne uua dū torcular timet ab auibus vel a feris comedaſ, In magna uidetur triſtitia eſſe, cum dicit, Cōcupiſcit & deficit anima mea ī atria domini? non habet quod deſyderat. Sed nunquid ſine gaudio eſt? Quo gaudio? Quod Ro.12.
ait Apoſtolus. Spe gaudētes. Ibi iam re gaudebit, modo adhuc ſpe. Ideoq̄. qui ſpe gaudent, quia certi ſunt ſe accepturos, tolerant in torculari ōmnes preſſuras: propterea & Ibidem.
ipſe Apoſtolus cum dixiſſet, Spe gaudētes: quaſi his loqueretur qui iam in torculari ſunt, addidit ſtatim, In tribulatione patientes: in tribulatione, inquit, patientes. Quid inde? In oratione tolerantes. Quid eſt, tolerantes? Quia differimini, oratis & differimini, tolerate q̄ differimni. Tolerēt, qa G
cū uenerit non aufertur. Audiſti gemitum in torculari: deſyderat & deficit anima mea in atria domini: audi unde duret, Spe gaudētes. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum.) Exultauerunt hic in illud. Vnde exultatio niſi de ſpe? quo exultauerunt? In deum uiuum. Quid ibi exultauerunt? Cor meum & caro mea. vnde exultauerunt. Nam & paſſer, inquit, inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi ubi ponat pullos ſuos.) Quid eſt hoc? Duo dixerat, & duo reddidit, in ſimilitudinem auium. Dixerat exulraſſe cor ſuum, & carnem ſuam, & his duobus reddidit paſſerem & turturem: cor tanquam paſſer, caro tanquam turtur: Inuenit ſibi domum paſſer, inuenit ſibi domum cor meum. Exercet pennas in virtutibus huius temporis, in ipſa fide, ſpe & charitate, quibus volet in domū ſuā, & cum venerit permanebit, etiam querula vox paſſeris, q̄ hic eſt, non erit ibi. Nā ipſe eſt

eſt querulus paſſer, de quo alio Pſalmo dicit, Sicut paſſer ſingularis in tecto, de tecto volat ad domū. Iam ſic ſit in tecto, calcet domum caroalē, habebit quendam cœleſtem loco, perpetuam domū. Paſſer iſte finiet q̄relas ſuas, Turturi autē dedit & pullos, id
H eſt, carni: inuenit nidum turtur vbi ponat pullos ſuos. Paſſer domum, turtur nidum: & nidum vtiq; vbi ponat pullos ſuos. Domus tanquā ad ſempiternum eligitur, nidus ad ipſa congeritur. Corde cogitamus deum tanquā volantem paſſerem ad ſuā domū, carne aūt agimus opera bona: videtis enim per carnem ſanctorum quanta bona fiant. Per hanc.n.operamur quæ iuſſi ſumus operari, quibus adiuuamur in hac vita. Frange
Pſ.58. eſurienti panem tuū, & egenum ſine tecto induc in domum tuam: ſi videris nudum veſti, & cætera talia quæ nobis præcepta ſunt, non operamur niſi per carnem. Paſſer ergo ille qui cogitando domum ſuam, non recedit a turture quærente ſibi nidum, vt ponat pullos ſuos: non.n.abijcit illos vbicunque, ſed inuenit ſibi nidum, vbi eos ponat. Dicimus aūt fratres quod noſtis, quanti videntur præter Eccleſiā bona operari? Quā multi etiam pagani paſcunt eſurientem, veſtiunt nudum, ſuſcipiunt hoſpitem, viſitant ægrotum, conſolantur incluſum? Quā multi hæc faciunt? quaſi videtur pare re turtur, ſed non ſibi inuenit nidum. Quā multa multi hæretici nō ea in Eccleſia operantur, non in nido pullos ponunt, conculcabuntur & conterentur, & nō ſeruabūtur. Nō cuſtodientur: in huius.n.carnis operatricis perſona poſita eſt quædam mulier ab Apoſtolo Paulo cum ait, Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta eſt, poſtea.n. Adam conſenſit mulieri: nam a ſerpente mulier ſeducta eſt. Nec modo poteſt aliqua mala ſuaſio, niſi carnis tuæ primo deſyderium cōmouerit, cui poſtea ſi mente conſenſeris, cecidit & paſſer. Si autem uincuntur deſyderia carnis, tenentur membra ad opera bona, arma cōcupiſcentiæ auferūtur, & incipit turtur hīe pullos. Propterea quid ibi ait Apoſtolus? Salua aūt erit per filiorū generationē, Mulier vidua ſine filijs ſi peperauerit, nonne beatior erit? Nunquid ſalua non erit, quia non parit filios? Virgo dei nonne melior erit? Nunquid ſalua non erit, quia filios non habet, aut ad deum non pertinet? Salua ergo erit mulier, quæ in typo carnis accipitur per filiorum generationem, id eſt, ſi faciat opera bona. Sed non vbi cunq; turtur inuenit nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos. In fide vera, in fide catholica, in ſocietate vnitatis Eccleſiæ pariat opera ſua. Propterea & de illa cum loqueretur Apoſtolus, ita ſubiecit, Saluabitur autem erit per filiorum generationē, ſi permanſerit in fide & K
dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. Permanēdo ergo in fide ipſa fides nidus eſt pullorum tuorum. Nam ꝑ infirmitatē pullorū turturis tuæ, dignatus eſt dñs præbere tibi vnde nidum faceres: indutus eſt.n. fœno carnis, vt ad te veniret. In iſta fide pone pullos tuos, in iſto nido operare opera tua. Qui enim ſunt nidi, vel quis eſt nidus? Sequitur ſtatim, Altaria tua domine deus virtutum.) Cum dixiſſet, Et turtur inuenit ſibi nidū, vbi ponat pullos ſuos: quaſi quæſiſſes quem nidum? Altaria tua dñe uirtutum, Rex meus & deus meus.) Quis ē, Rex meus & deus meus? Qui regis me, qui creaſti me. Sed hic nidus eſt, & hic peregrinatio, & hic ſuſpirium, & hic tritura, & hic preſſura, quia & hic torcular. Quid eſt autem quod dederat? quid concupiſcit? quo id? quo tendit deſyderium noſtrum? quo nos rapit? Hic poſitus illa meditatur, poſitus inter tentationes, poſitus inter preſſuras, poſitus in torcularibus, ſuſpirans in ſuperna promiſſa, quaſi quid ibi acturus, iam præmeditatur gaudia futura. Beati, inquit, qui habitant in domo tua.) Vnde beati? Quid habituri? q̄d acturi? Oēs qui beati dicuntur in terra, habent aliquid, & agunt aliquid. Beatus eſt ho L
mo ille, qui tot prædijs, tanta familia, tanto auro & argento habendo beatus dicitur. Beatus eſt, ad illos honores peruenit, ad ꝓconſulatum, ad præfecturam agendam. Beatus ergo dicitur, aut habendo, aut agendo. Vnde autem ibi beati? Quid habituri? quid acturi? Quid habituri iam ſupra dixi, Beati qui habitant in domo tua. Domum tuam ſi habueris pauper es: domum dei ſi habueris diues es. In domo tua timebis latrones, domui dei murus ipſe deus eſt. Beati ergo qui habitant in domo tua. Poſſident Hieruſalem cœleſtem ſine anguſtia, ſine preſſura, ſine diuerſitate & diuiſione limitum: omnes habent eam, & ſinguli habent totam. Magnæ illæ diuitiæ, non anguſtat frater fratrem, nulla ibi indigentia eſt. Quid ergo ibi acturi? Omnium.n.actionum humanarum mater neceſsitas. Iam fratres breuiter dixi, Currite animo per quaslibet actiones, videte ſi

dete si eas parit, nisi necessitas. Ipsæ memorabiles artes quæ magnæ videntur in subueniendo, patrocinia linguæ & adiutoria medicinæ: sunt enim in hoc seculo excellentes actiones. Tolle litigatores, quibus opitulatur aduocatus? Tolle vulnera & morbos, quid curat medicus? Et omnes istæ
M actiones nostræ ad quotidianā vitam, quæ exiguntur & fiunt, ex necessitate veniunt. Arare, seminare, nouellare, nauigare, talia omnia opera quæ parit nisi necessitas & indigentia? Tolle famē, sitim, nuditatem, cui opus sunt ista omnia? Hæc sunt quæ nobis iubentur bona opera: nam ista quæ commoraui honesta sunt, sed omnium hominum, exceptis operibus pessimis, loquor detestabilibus operibus, flagitijs & facinoribus, homicidijs & effracturis, adulterijs, illa nec deputo iter actiones humanas. Hæc honesta loquor, non parit nisi necessitas, necessitas fragilitatis carnalis. Hæc etiam quæ dixi iuberi nobis, Frange esurienti pa-
Esa.58. nem tuum. Cui frangis vbi nemo esurit? Egenum sine tecto induc in domum tuam:
Mat.25 Quem hospitem suscipis, vbi omnes in patria sua viuūt? Quem visitas ęgrotum, vbi perpetua sanitate gaudent? Quem concordas litigiosum, vbi pax sempiterna est? Quē sepelis mortuum, vbi semper viuitur? Nihil ergo horum acturus es ex operibus honestis illis omniū hominū, nihil acturus es ex istis bonis operibus, quia isti pulli turturis iam volabant de nido. Quid er-
A go? Iam dixisti quid habituri sumus, Qui habitant in domo tuo beati sunt. Dic ēt qd acturi sunt, quia non uideo ibi aliquas necessitates, quæ me impellant ad agendum. Ecce modo quod loquor & disputo, necessitas parit. Nunquid enim ibi talis disputatio erit, quæ quasi doceat ignaros quæ qua si commemoret obliuiosos? Aut vero in illa patria Euangelium recitabitur, vbi ipsū dei verbum contemplabitur. Ergo quia dixit iste desyderans & suspirans ex voce nostra, quid habituri sumus in illa patria, cui suspiratur & ait: Beati qui habitant in domo tua: dicat, & quid acturi sumus? In secula seculorum laudabunt te.) Hoc erit totū negocium nostrum, sine defectu, halleluia. Non vobis frēs videatur, quasi fastidium ibi futurum: quia si modo hoc diu dicatis non duratis ab illo gaudio, necessitas vos auertit. Et quia non tm delectat quod non vī, si tanta alacritate in ipsa pressura & fra-

gilitate carnis laudamus quod credimus, quō laudabimus quod videbimus? Cum absorpta fuerit mors in victoria, cum mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem: ne mo dicet, diu steti: nemo dicet, diu ieiunaui, diu vigilaui. Stabilitas enim magna ibi, & ipsa immortalitas iam corporis nostri
B suspenditur in cōtemplatione dei. Et si modo verbum hoc quod vobis erogamus tam diu fragilitatem carnis nostræ stantem tenet, quid nobis faciet illud gaudium? Quomodo nos mutabit? Similes enim ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Iam similes illi, quādo deficimus? quò auertemur? Securi ergo simus fratres, non nos satiabit nisi laus dei. Si deficias ab amore, deficies a laude: si autem amor sempiternus erit, quia illa insatiabilis pulcritudo erit, noli timere, ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. Ergo beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Huic vitæ suspiremus. Sed quomodo illic veniemus? Beatus vir cuius est susceptio eius abs te domine.) Intellexit vbi esset, quia per fragilitatem carnis suæ ad illam beatitudinem volare non posset. Circunspexit pondera sua, quia dicitur alio loco, Corpus enim quod corrūpit aggrauat animā, & deprimit terrena in habitatio sensum multa cogitantem. Spiritus sursum vocat, pondus carnis deorsum reuocat. Inter duos cōatus suspēsionis & pōderis
C colluctatio quædam est, & ipsa colluctatio ad pressuram pertinet torcularis. Audi ipsam luctam de torculari ab Apostolo expressam, quia & ipse ibi conterebatur, ibi præmebatur: Condelector, inquit, legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Magna lucta, & euadendi magna desperatio, nisi subueniat de consequenti. Infœlix ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Ergo & hic ī isto psalmo vidit illa gaudia, cogitauit animo: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed quis illuc ascendit? Quid faciam de carnis pondere? Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Cōdelector enim legi dei secundum interiorē

hominē. Sed qd faciā? Quō volabo? Quō perueniam? Video enim aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mētis meæ. Dixit se infœlicē & dixit, Quis me liberabit de corpore mortis huius, ut inhabitem ī domo domini, & in secula seculorum laudem eum? Quis me liberabit? Gratia dei per Ie
D sum Christum dñm nostrum. Sicut ergo ī uerbis apostoli illi difficultati, & quasi inexticabili luctæ subuenit qd subiecit, Gratia dei per Iesum Chrīum dñm nostrū: sic & hic cum suspiraret flāmante desyderio ī domum dei, & in illas laudes dei, considera ta grauedine corporis sui, & mole carnis suæ, & disperatione quadam suborta: rursus in spe euigilauit & ait, Beatus uir cuius est susceptio eius abs te domine. Quid ergo præstat deus in hac gratia ei quem suscipit perducendum? Sequitur, & dicit, Ascensus in corde eius.) Facit illi gradus quibus ascendat. Vbi illi facit gradus? In corde. Quāto ergo plus amaueris, tāto plus ascendes. Ascensus, inquit, in corde eius. Disposuit.) Quisquis suscipit eum: Beatus. n. cuius est susce tio eius abs te domine, q a per se non potest, opus est ut gratia tua suscipiat. Et quid facit gratia tua? Disponit ascensus in corde. Vbi disponit ascensus? In corde? In conualle plorationis.) Ecce habe tis torcular conuallem plorationis: ipse lachrymæ pię contribulatorum, mustū sunt amantium. Ascensus in corde eius disposuit. Vbi ergo disposuit? In conualle plorationis. Hic enim disposuit ascensus in conualle plorationis: hic enim ploraī, Psal.125 vbi seminat. Euntes, inqt, ibant & flebant, E mittentes semina sua. Ergo ascensus in cor de tuo sunt dispositi a deo per gratiā ipsius. Amando ascende: Inde cantatur canticum graduum. Et ubi tibi disposuit hos ascēsus? In corde, in conualle plorationis. Dixit, vbi disposuit, quod disposuit. Quid disposuit? Ascensus. Vbi? Intus in corde. In qua regione, & quo habitationis loco? In cōualle plorationis. Et quo ascendatur? In locum quē disposuit.) Quid est hoc fratres in locum quem disposuit? Quem locum diceret, quē disposuit si dici posset, dcm tibi est, Ascen-
Ps.2. sus. Quæris quo. Quid tibi dicturus est? Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Collis est, mons est, terra est, pratum est, prope omnia ista dictus est locus ille, non quòd sit

per proprietatem, sed per similitudinem. Videmus enim nunc per speculum in ænig- 1.Co.13
mate quid sit ille locus, tunc uidebimus facie ad faciem. Quis explicet? Noli ergo q̄rere quo disposuit locum quem disposuit. Ipse nouit quo ipse nouit qui disposuit quo te ducat, cuius ascensus in corde disposuit. F
Quid times ascendere, ne erret qui te du- Rom.7.
cit? Ecce in conualle plorationis disposuit ascensus, in locum quem disposuit. Plorabamus modo unde? Vbi dispositi sunt nostri ascensus. Vnde ploramus, nisi inde vnde se miserum exclamabat Apostolus, quia uidebat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ? Et vnde hoc nobis? Ex pœna peccati. Et putabamus nos facile iustos esse posse quasi uiribus nostris, antequam accideremus mandatum. Adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, Ibidem.
hoc ait Apostolus: data est enim lex hominibus, non quæ salutaret eos iam, sed per quam cognoscerent in qua ægritudine iacebant. Audi uerba apostoli, Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia, sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Ie- Gala.3.
su Christi daretur credentibus. Veniret gratia post legem, inueniret hominem non solum iacentem, sed iam etiam confitentem & dicentem, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt opportune veniret medicus ad conuallem plorationis, & diceret, Certe cognouisti, quia cecidisti, audi me ut surgas, qui me contempsisti vt caderes. Data est ergo lux Rom.7
ut ægrum de morbo conuinceret, qui sibi G
sanus uidebatur ut peccata demonstrarentur, non ut auferrentur. Demonstrato peccato per datam legem, auctum est peccatum, quia peccatum est & contra legem, Occasione, inquit, accepta pecca- Rom.7.
tum per mandatum operatum est in me, omnem concupiscentiam. Quid est, occasione accepta per mandatum? Acceptum mandatum quasi uiribus suis conati sunt facere homines, uicti concupiscentia, mandati etiam ipsius trangressione rei facti sunt. Sed quid ait Apostolus? Vbi autē Rom.5.
abundauit peccatum, superabundauit gratia: id est, auctus est moribus, commendata est medicina propterea fratres, quinq. ille porticus Salomonis: nunquid curabant ægrotos, vbi piscina in medio eorum?

Et

Et iacebant, inquit, ægroti in quinque porticibus, in Euangelio lectum habemus. Quinque illæ porticus, lex est in quinq. libris Moysi. Ad hoc producebantꝰ ęgroti de domibus suis, vt iacerent in porticibus. Ergo lex producebat ægrotos, non sanabat: sed benedictione Dei turbabat aqua, tanꝯ angelo descendente. Visa aqua turbata, qui poterat vnus descẽdebat & sanabat. Aqua illa cincta quinque porticibus, populus Iudæorum erat lege conclusus, hunc perturbauit dñs pſentia sua, vt occideretur, nisi. n. descensu suo dñs perturbaret populum Iudæorum, nunꝯ crucifigeretur. Itaq. pturbata aqua pasionem dñi significabat, quæ facta est, perturbata gente Iudæorum. In hanc pasionem credit languidus, tanꝯ in aquam turbatam descendens & sanabatur. Qui non sanabatur lege. i. porticibus, sanat gratia p pasionis fidẽ dñi nostri Iesu Christi. Vnus, quia vnitas. Ergo & hic quid ait? Ascensus in corde eius, dispositi in conualle plorationis, in locũ quem dispositi: iam in illo loco gaudebimus. Quare aũt in conualle plorationis? Et ex qua conualle plorationis ad illum locum gaudij veniemus? Nã & bñdictionẽ, inquit, dabit qui legẽ dedit.) Afflixit nos lege, pſsit ꝛdit nos lege nobis torcular, vidimus pſſurã, carnis nostræ tribulationem cognouimus, ingemuimus reuelante peccato, aduersus mentẽ nostrã clamauimus, Miser ego homo, sub lege gemuimus. Quid restat, nisi vt bñdictionem det qui legem dedit? Aduenit gratia post legem, ipsa est bñdictio. Et quid nobis præstitit ista gratia & bñdictio? Ambulabunt a virtutibus in virtutẽ.) Hic. n. p gratiã multæ virtutes dãtur. Alij qdẽ dat per spm sermo sapientiæ, alij sermo sciẽtiæ secundũ eũdem spiritum, alij fides, alij donatio sanitatum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, alij prophetatio. Multæ virtutes, sed hic necessariæ, & ab his virtutibus imus in virtutem. Quam virtutem? Christum dei virtutem & Dei sapientiam. Ipse dat diuersas virtutes in loco hoc, qui pro omnibus virtutibus necessarijs, in conualle plorationis & vtilitatibus, dabit vnã virtutem seipsum. Nam & virtutes agẽdæ vitę nostrę quatuor describuntur a multis, & in scriptura inueniuntur. Prudentia dicitur, qua dinoscimus inter bonum & malũ. Iustitia dicitur, qua sua cuique tribuimus nemini quicquam debẽtes, sed omnes diligentes. Temperantia dicitur, qua libidines refrenamus. Fortitudo dicitur, qua omnia molesta toleramus. Istæ virtutes nunc in conualle plorationis per gratiam Dei donantur nobis. Ab his virtutibus imus in illam virtutem. Et quæ erit illa virtus, nisi sublius contemplationis Dei? Necessaria ibi non erit ista prudentia, vbi nulla mala occursura sunt quæ vitemus. Sed quid putamus fratres? Nõ ista iustitia, vbi nulla erit cuiusquam indigentia, cui subuenire debeamus. Non ista temperantia, vbi nulla erit libido refrenanda: non ista fortitudo, vbi nulla erunt mala toleranda. Ergo ab his virtutibus huius actionis ibimus in virtutem illius contemplationis, qua contemplemur Deum, sicut scriptum est, Mane astabo tibi & contemplabor. Et audi quia ab huius actionis virtutibus, in illam contemplationem ibimus: sequitur ibi, Ibunt a virtutibus in virtutem. Quam virtutem? Contẽplandi. Quid est, contemplandi? Apparebit Deus deorum in Sion.) Deus deorũ, Christus Christianorum. Quomodo deus deorum, Christus Christianorum? Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Dedit. n. eis potestatem filios Dei fieri ille in quem credimus, pulcher, sponsus, qui hic propter deformitatem nostram deformis apparuit: Quia vidimus eum, inquit, & non habebat speciem neque decorem. Finita omni necessitate mortalitatis, sicuti est Deus apud Deum, verbum apud patrem, per quod facta sunt omnia, apparebit mundis corde, Beati enim mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, Apparebit Deus deorum in Sion. Et rursus iste a cogitatione illorũ gaudiorum redit ad suspiria sua. Videt qd præuenerit spe, & vbi adhuc sit re. Apparebit tunc Deus Deorum in Sion, hoc est vnde gaudebimus, impium in secula seculorum laudabimus. Sed adhuc modo tempus est orandi, tempus deprecandi, & si aliquantulum gaudendi, sed adhuc in spe in peregrinatione sumus, in conualle plorationis sumus. Ad huius ergo loci gemitum rediens dicit: Domine Deus virtutum exaudi precem meam, auribus percipe Deus Iacob.) Quia & ipsum Iacob fecisti, & de Iacob Israel. Apparuit enim illi Deus & dictus est Israel videns Deum. Audi ergo me Deus Iacob, & fac me Israel. Quando filiã Israel? Cũ apparebit Deus Deorũ in Sion. Protector nr aspice deus.) Sub vmbra alarũ tuarum

tuarum sperabũt, ideo protector nr aspice Deus. Et respice in faciem Chri tui.) Quãdo enim nõ respexit in faciem Christi sui Deus? Quid est respice in faciem Christi tui? Per faciem innotescimus. Quid est ergo, respice in faciem Christi tui? Fac innotescere omnibus Christum tuum. Respice in faciem Christi tui: notus sit oibus Christus tuus, vt posimus ire a virtutibus i virtutẽ, & posit superabundare gra, qñ abundauit peccatum. Qñ melior est dies vna in atrijs tuis, super milia.) Atria illa sunt in quæ suspirabat, in quæ deficiebat. Desyderat & deficit aia mea in atria dñi. Melior ibi est dies vna super milia dierum. Milia dierum desyderant homines, & multũ volunt hic viuere: contẽnant milia dierum, desyderent vnum diem, qui non habet ortũ & occasum. Vnum diem, diem sempiternũ qui non cedit hesternus, quem non vrget crastinus. Ipse vnus dies desyderet a nobis. Quid nobis est cum milibus dierũ? Imus a milibus dierum ad vnum diem. Ad vnũ diem festinemus, sicut imus a virtutibus in virtutem. Elegi abijci in domo dñi magis, quam habitare in tabernaculis peccatorũ.) Inuenit enim iste conuallem plorationis, inuenit iste humilitatem vnde ascẽdat. Scit quia si se extollere voluerit cadet, si se humiliauerit erigetur, elegit abijci vt sublleuetur. Quam multi præter tabernaculum hoc torcularis dñici, id est, præter Ecclesiã catholicam volentes subleuari & amantes honores suos, nolunt cognoscere veritatẽ. Si esset illis in corde versus iste. Elegi abijci in domo dñi magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum: nonne abijcerent honores, & currerent ad conuallem plorationis, & hinc inuenirent ascensus in corde, & hinc irent a virtutibus in virtutem, ponẽtes spem suam in Christo, nõ in nescio quo hote? Bona vox, gaudenda vox, eligenda vox. Elegi abijci in domo dñi magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ipse elegit abijci in domo dñi, sed ille qui inuitauit ad conuiuium eligentem inferiorem locum, uocat ad superiorem & dicit illi, Ascende. Ipse non elegit nisi esse in domo dñi, in quocunque loco, non tñ extra limen. Quare elegit abiectus esse in domo dñi magis quam habitare in tabernaculis peccatorum? Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.) Dñs misericor diam diligit, quæ mihi primo subuenit: veritatem diligit, credenti det quod promisit. Audi misericordiam & ueritatem in Apostolo Paulo, prius Saulo pſecutore, indigebat misericordia, & dixit in se factam, Quit prius fui blasphemus & persecutor & iniurios⁹, sed misericordiã consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, in eos qui crediturus sunt illi in uitam æternam, vt cum indulgentiã tantorum scelerum acciperet Paulus, nemo desperare posset sibi donari quæcunq. peccata, Ecce habes misericordiam: noluit tunc deus exercere ueritatem, ut puniret peccantem. Etenim si puniretur peccator, nonne ueritas esset? Aut auderet dicere, nõ debeo puniri, qui non posset dicere nõ peccaui? & si diceret, Non peccaui, cui diceret? Quem falleret? Ergo primo dominus misericordiã in eum prærogauit, post misericordiam, veritatem. Audi illum iam exigentẽ veritatem, Primo ergo, iquit, misericordiã consecutus sum, qui prius fui blasphemus & persecutor & iniurios⁹, sed gratia dei sum id quod sum. Postea dicit cum pasioni propinquaret, Bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, superest mihi corona iustitiæ. Ille qui tribuit misericordiam, seruat ueritatem. Vnde seruat ueritatem? Quã reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Indulgentiã donauit, coronam reddet: donator est indulgentiæ, debitor coronæ. Vnde debitor? accepit aliquid? cui debet aliquid deus? Ecce videmus quia tenet eum debitorem Paulus. Consecutus est misericordiam exigens veritatem. Reddet mihi, inquit, dominus in illo die. Quid tibi reddet, nisi qđ tibi debet? Vnde tibi debet? quid ei dedisti? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Debitorem dominus ipse fecit, fecit se, non accipiendo sed promittendo: nõ ei dicitur, Redde quod accepisti: sed, redde quod promisisti. Misericordiam mihi erogauit, iquit, ut faceret me innocentẽ, nã prius fui blasphemus & iniurios⁹, sed ex illius gratia factus sum innocẽs. Ille aũt qui prærogauit misericordiã, negare poterit debitum? Diligit misericordiam & veritatem. Gratiam & gloriam dabit.) Quã grãm, nisi de qua ipse dixit, Gratia dei sum id quod sum? Quam gloriam, nisi de qua ipse dixit, Supersest mihi corona iustitiæ? Ideo Dñs, inquit, non priuabit bonis ambulantes in innocentia.) Quare ergo homines non uultis tenere innocen-

Rom.7.

1.Co.12

1.Co.1.

B

C

1.Co.1.
1.Tim.6

Ibidem

1.Ti.1.

1.Co.15
1.Ti.6.

ſiam,niſi vt habeatis bona? Non vultis te nere innocentiam,vt non reddat quod ille aſsignat? Aurum vult habere & perdit innocentiam. Quid lucratur? quid damnificatur? Habet lucrum auri, paſſus eſt damnum innocentiæ. Eſt aliquid præcioſius innocentia? Sed ſi innocentiam retinebo, inquit,pauper ero. Paruæ ne diuitiæ ipſa innocentia? Si arcam plenam auro habueris, diues eris: ſi cor habueris plenum innocen
D tia,pauper eris? Sed hęc bona deſyderamus modo in egeſtate,in tribulatione,in cõualle plorationis,in preſſura,in tentationibus ſerua innocentiam. Erit enim poſtea ẽt bonum tuum quod deſyderas, immortalitas, impaſsibilitas erit poſtea: ipſa ſunt bona q̃ ſeruat deus iuſtis ſuis. Nam bona quæ modo deſyderas pro magno', p̃p quæ vis eſſe nocens & nõ innocens,attende illa qui habeant,qui talibus abundant. Vides diuitias apud latrones, apud ipios, apud ſceleratos, apud turpes, apud flagitioſos & facinoroſos. vides diuitias,dat illis deus iſta propter cõionem generis humani, p̃p abundãtem affluentiam bonitatis ſuæ,qui etiam ſolem
Matt. 5. ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tãta dat & malis,& tibi nihil ſeruat? Falſum eſt quod tibi promiſit? Seruat,ſecurus eſto. Qui miſertus eſt tui cum eſſes impius,deſerit te cũ factus es pius? Qui peccatori donauit mortem filij ſui, quid ſeruat ſaluato per mortẽ filij ſui? Securus ergo, Tene debitorem q̃ credidiſti in promiſſorem. Dñs non priuabit bonis ambulantes in innocentia. Ergo quid nobis hic reſtat in torculari, in afflictione,in re dura,in præſentia vitæ pericu loſæ? Quid nobis reſtat vt illuc peruenia-
E mus? Domine Deus virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

In Pſalmum octuageſimumquartum, Ennarratio.

DEprecati ſumus dñm Deum noſtrum, vt oſtendat nobis miſericordiam ſuã, & ſalutare ſuum det nobis. Dictum eſt hoc quidem in prophetia,cum primum pſalmi iſti dicerentur & ſcriberentur, cęterum q̃ attinet ad hoc tp̃s, iam oſtendit dñs gentibus miſericordiam ſuam, & dedit eis ſalutare ſuum. Ille quidem oſtendit, ſed multi ſanari nolunt, vt videãt hoc q̃d oñdit. Sed quia ipſe ſanat oculos cordis ad videndũ ſe propterea cum dixiſſet, Oſtende nobis mi Pſal 84.
ſericordiam tuam, tauquam multis cæcis dicturis, qũo videbimus, cum eęperit oſtẽdere, adiunxit, Et ſalutare tuum da nobis. Dãdo enim ſalutare ſuum ſanat in nobis, vnde poſsimus videre quod oſtendit, non quomodo medicus homo ipſe curat vt lucem iſtam oſtendat eis quos curauerit: & aliud eſt iſta lux, quam demõſtraturus eſt: aliud autem ipſe medicus, qui curat oculos quibus oſtendat lucem, quæ lux non eſt ip ſe medicus. Non ergo ſic dñs Deus noſter. F Ipſe eſt enim medicus qui curat vnde nos videre poſſumus, & ipſe eſt lux q̃ videre poſſumus. Totum tũ pſalmum breuiter q̃tum poſſumus, quantum donat dñs, pro angustia tp̃is attente curramus: Titulus eius eſt, In finẽ, filijs Chore pſalmus.) Finẽ non intelligimus, niſi quem dicit Apoſtolus, Finis.n. legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Ergo cum primo in titulo pſalmi poſuit, in finem, dixerit cor nr̃m in Chriſtũ. In illum ſi intendamus non errabimus q̃ ipſe eſt veritas quo feſtinamus, & ipſe eſt via per q̃ currimus. Quid eſt, filijs Chore? Interpretaẽ Chore ex verbo Hebręo, in latinũ caluũ. Ergo filijs Chore, filijs caluis. Quid eſt iſte caluus? Non vt irrideamus illũ, ſed vt ploremus ante illũ. Nã & irriſerũt illũ q̃dam, & a dæmonibus vaſtati ſunt quo in Regnorũ libro caluũ Heliſæũ irriſe rũt pueri, dicebantq. poſt illũ, calue calue, p̃ceſſerũt vrſi de ſylua & comederũt pueros male ridẽtes, & plangẽdos a parẽtibus ſuis. Signiſicauit hoc ſcm̃ propheria quadã futurũ dñm nr̃m Ieſum Chr̃m. Ille.n. a Iudæis irridentibus velut caluus irriſus eſt, q̃ in Caluarię loco crucifixus eſt. Nos aũt ſi in illu crediderimus, filij ipſius ſumus, Nobis ergo cantaẽ pſalmus iſte, vbi inſcribit filijs Chore. Sumus.n. filij ſpõſi. Ille q̃ pe ſpõſus dãs arras ſpõſę ſuæ: ſanguinẽ ſuũ & ſpũm ſuũ, quo locupletauit nos interim in iſta peregrinatione, adhuc aũt ſeruat nobis occultas diuitias ſuas. Vnde.n. tale pignus dedit? Quid eſt q̃d ſeruat? Itaq. cantat ei ppheta in futurũ, & vtiẽ verbis quaſi iam præteriti temporis tanq̃ facta dicit quæ futura erant: quia apud Deum & q̃d futurum eſt iam factũ eſt. Ibi ergo prophe ta videbat futura nobis iam vero facta in illis prouidentia & prædiſtinatione certiſſima, qũo dicit & in illo pſalmo, vbi omnes Chriſtum agnoſcũt: ſic.n. recitatus eſt pſal

Pſal.11. mus tanquam Euangelium legatur. Fode-
runt manus & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea: ipſi vero conſyderauerunt & conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſortem. Quis nõ legente lectore pſalmum, agnoſcat euangelium? & tñ cum dicerẽt in pſalmo, non dictum eſt, Foſſuri ſunt
H manus meas & pedes: ſed, foderunt manus meas & pedes meos: nec dictum eſt, Dinumeraturi ſunt oſſa mea: ſed, dinumerauerunt oſſa mea: nec dictũ eſt, Diuiſuri ſunt veſtimenta: ſed, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Hæc omnia quæ futura videbat Propheta, tanq̃ præterita indicabat, Sic & hic, Benedixiſti dñe terrã tuã:) tanq̃ iam fecerit. Auertiſti captiuitatẽ Iacob.) Populus
I eius antiquus Iacob. Iacob populus Iſrael natus de ſemine Abrahę in repromiſsione, futurus aliquando hæres Dei erat. Quidã ergo ille populus cui datum eſt teſtm̃ veluas, figurabat teſtamentum nouum. Illa fi
K gura erat, hæc expreſsio veritatis. In illa aũt figura ſecundum quandam prænunciationem futurorum, data eſt illi populo terra quædam promiſsionis in quadam regione, vbi habitauit populus Iudæorũ, vbi eſt ẽt Hieruſalem ciuitas cuius, nomẽ oẽs audiuimus. Hanc ergo terram cum accepiſſet ille populus, ab hoſtibus ſuis vicinis circunquaque inimicãtibus multas moleſtias patiebatur, & cum peccabat in Deum ſuũ, dabatur in captiuitatem, nõ ad interitũ, ſed ad diſciplinam, non dãnante patre, ſed flagellante, & cum obſeſſa eſſet, liberabatur, & aliquotiens captiuata eſt, & liberata eſt
L pro peccato magno, q̃ dñm ſuum crucifixerat. Quid igitur ſcm̃ iſtos accipimus, q̃d ait, Auertiſti captiuitatem Iacob? An forte intelligimus hic aliam captiuitatem, de qua oẽs nos volumus liberari? Nam oẽs pertinemus ad Iacob, ſi pertinemus ad ſemen Abrahę: hoc.n. dicit Apoſtolus, In Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, nõ hi qui filij carnis hi filij Dei, ſed filij promiſsionis in ſemen deputantur. Si filij promiſsionis in ſemen deputantur offendendo dñm Iudæi degenerauerunt: nos promerendo deum de gente Abrahæ facti ſumus, non pertinẽtes ad carnẽ, ſed pertinentes ad de. Imitati enim fidem, filij facti ſumus: illi aũt degenerando a fide exhæredari meruerũt. Nam, vt hoc noueritis, quia perdiderunt illud q̃d nati erant de Abraham, cum ſe arroganter iactarent audiente dño noſtro Ieſu Chriſto gloriantes de ſanguine, & non de vita, & dicerent dño, Nos patrem habemus Abraham: & ait illis dñs tanquam degenerantibus, Si filij Abrahę eſtis, facta Abrahæ facite. Si ergo illi propterea iam non filij, quia non faciebant facta Abrahę, nos propterea filij, facimus facta Abrahæ. Quæ ſunt facta Abrahæ quæ facimus? Credidit aũt Abraham Deo, & deputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ergo omnes ad Iacob pertinemus, imitantes Abrahæ fidem qui credidit deo, & deputatum eſt illi ad iuſtitiã. Quæ eſt ergo illa captiuitas, vnde nos volumus liberari? Puto enim neminem noſtrum modo eſſe apud Barbaros, nec ahq̃ gentem irruiſſe armatam, & captiuos duxiſſe nos. Sed modo oſtendo quandam captiuitatem in qua gemimus, & vnde nos liberari cupimus. Paulus apoſtolus procedat & ipſe illam dicat, ſit ipſe ſpeculum noſtrũ, ille loquatur, & nos ibi videamus. Nemo eſt qui non ſe hic agnoſcat: ait ergo ille beatus Apoſtolus, Condelector enim legi dei Rom.7.
ſecundum interiorem hominẽ. Intus me delectat lex Dei. Video autem aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Iam audiſti legem, audi pugnam, captiuitatem nec dum audieras, audi quæ ſequuntur. Repugnantem, inquit, legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati quæ eſt in mẽbris meis, agnouimus enim captiuitatem. Quis noſtrum eſt qui nolit ſe de ipſa captiuitate liberari? Et vnde liberabimur? Q̃m hoc cantauit iſte Pſalmus futurum, Auertiſti captiuitatem Iacob. Cui dixit? Chr̃o, p̃p in finẽ, p̃p filios Chore? Ille enim auertit captiuitatẽ Iacob. Audi & ipſum Paulum confitentem, cum diceret ſe trahi captiuum a lege in mẽbris ſuis repugnãtẽ legi mentis ſuæ, exclamauit ſub illa captiuitate, & ait, Infœlix ego hõ, Ibidem.
q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Quæſiuit q̃s eſſet, & ſtatim illi occurrit, Gra dei p̃ Ieſum Chr̃m dñm noſtrũ. De hac gratia dei propheta dicit huic dño noſtro Ieſu Chriſto. Auertiſti captiuitatem Iacob. Attendite captiuitatem Iacob, attendite, quia hoc eſt, auertiſti captiuitatem noſtram, non liberando a Barbaris, in quos non incurrimus: ſed liberando nos ab operibus malis, a peccatis noſtris, per quæ nobis ſatanas dominabatur. Si quis enim

liberatus fuerit a peccatis suis,nō habet vn
de ei dominetur princeps peccatorū.Quō
enim auertit captiuitatem Iacob? Videte
quia ista liberatio spiritali s est:videte quia
intus agitur. Remisisti,inquit,iniquitatem
plebis tuæ, operuisti oia peccata eorum.)
Ecce vnde auertit captiuitatem,quia remisi
sti iniquitatem. Iniquitas tenebat captiuū,
M remissa iniquitate liberaris. Cōfitere ergo
te esse in captiuitate, vt dignus sis liberari.
Nam qui hostem suum non intelligit,quō
inuocat liberatorem? Operuisti oia pecca-
ta eorum.Quid est, operuisti? Vt non illa
videres. Quid est, vt non illa videres? Vt
non in illa vindicares,Noluisti videre pec-
cata nostra,& ideo non vidisti,quia ipsa vi
dere noluisti.Operuisti omnia peccata eo-
rum. Sedasti omnem iram tuam, auertisti
ab ira indignatonis tuæ:) Et qm de futuro
ista dicuntur, quanuis verba præterita so-
nent,sequtur & dicit, Conuerte nos dñe sa
nitatum nostrarū.) Quō narrat quasi fa-
ctum esset,& quō orat vt fiat,nisi quia vo-
luit ostendere præterita verba se in prophe
tia dixisse,nondum aūt factum esse qđ dice
bat iam factum? Hinc ostendit, quia orat
vt fiat.Conuerte nos dñe sanitatum nostra
rum. Et auerte iracūdiam tuam a nobis.)
Nonne iamdudum dicebat,Auertisti capti
uitatem Iacob,operuisti omnia peccata eo-
rum,sedasti omnem iram tuam,auersus es
ab ira indignationis tuę quomodo & hic
est, Auerte iracundiam tuam a nobis? rñ-
det tibi Propheta, Illa dico quasi facta, qa
video futura:quia vero nūdum facta sunt,
oro vt veniant quæ iam vidi. Auerte ira-
cundiam tuam a nobis, Nō in ęternum ira
scaris nobis.)De ira enim Dei mortales su
mus, & de ira Dei in ista terra in egestate
A & labore vultus nostri manducamus pa-
Gene.3 nem,Hoc enim audiuit Adam quando pec
cauit,& Adam ille omnes nos eramus, qa
in Adam omnes moriuntur.Quod ille au
diuit, secutum est & nos. Non enim era-
mus iam nos,sed eramus in Adam:ideo qc
quid euenit ipsi Adam, secutum est & nos
vt moreremur: omnes quippe in illo fui-
mus. Ea enim peccata parentum non per-
tinent ad filios, quę faciunt parentes iam
natis filijs. Iam enim nati filij ad se perti-
Conco. nent,& parentes ad se pertinent.Itaque il-
2.se.dis. li qui nati sunt si tenuerint vias parentum
33. Sed suorum malas,necesse est vt portent & me
vt ait. rita ipsorum.Si autē mutauerint se & non

fuerint imitati parentes malos, incipiunt
hñe meritum suum, non meritum parentū
suorum.Vsque adeo aūt non tibi obest pec
catum patris tui si te mutaueris,vt nec ipsi 2.Petri
pri tuo obsit si se mutauerit,sed iā qđ acce
pit ad mortalitatem,ista radix nra duxit de
Adā. Quid duxit?Istam fragilitatē carnis,
hoc tormentum dolorū,hanc domum pau
pertatis,hoc uinculum mortis, & laqueos
tentationū.Portamus oia ista in carne hac
& ira dei est ista,quia vindicta Dei est. Sed
qa futuurū erat vt regeneraremur, & credē B
do noui efficeremur, atq. in resurrectione
ois illa mortalitas absumeret, & nouitas 2.Cor.5
t otius hoies repararet, Sicut enim in Adā
oēs moriuntur,sic & in Christo oēs viuifi
cabuntur:hoc videns Prophera ait,Non in
ęternū irascaris nobis. Vel extēdens irā tuā
a generatione in gnationē.)Fuit prima ge-
neratio mortalis de ira tua, erit altera ge-
neratio immortalis de misericordia Dei.
Quid ergo? Hoc tibi præstitisti tu o hō,
vt quia cōuersus es ad deum,mercaris mi-
sericordiā ipsius?Qui aūt cōuersi nō sunt,
non sunt adepti misericordiam,sed inuene
runt iram.Quid aūt?Vt conuertereris pof
ses,nisi vo careris?Nonne ille qui te voca-
uit auersum, ipse præstitit vt cōuertereris?
Noli ergo tibi arrogare nec ipsam conuer-
sionem,quia nisi te ille vocaret fugientem, E
non posses conuerti.Propterea & ipsius cō
uersionis beneficium deo tribuens Prophe
ta orat,& dicit.Deus tu conuertens viuifi-
cabis nos.) Et non quasi nosipsi nra spōte
sine misericordia tua conuertimur ad te,&
tu viuificabis nos:sed tu conuertens viuifi-
cabis nos,vt non solum viuificatio nra a te Ioan.5.
fit, sed & ipsa conuersio vt viuificemur.
Deus tu cōuertēs viuificabis nos. Et plebs
tua lętabitur in te.) Malo suo lætabitur in C
se,bono suo lætabitur in te.Quando enim
voluit hñe gaudia de se, inuenit planctum
in se. Nunc ergo quia totum gaudiū nrm
deus est,q vult securus gaudere,in illo gau
deat q non pōt perire.Quid.n. fratres mei
gaudere vultis in argento? Aut argentum
perit,aut tu,& nemo scit quid prius:verum
tamē illud cōstat,quia vtrunq. perituru
est,qđ prius,incertum est.Nam nec homo
hic pōt manere semper, nec argentum hic
pōt manere semper:sic aurum,sic vestis,sic
domus,sic pecunia,sic lata pdia, sic postre-
mo lux ista.Noli ergo velle gaudere i illis,
sed gaude in illa luce quæ non habet occa-
sum,

sum gaude in illa luce quam non præcedit
Psal.1. hesternus dies,nec sequit crastinus. Quid
est ista lux? Ego sum, inquit,lux mundi.
Qui tibi,dicit, Ego sum lux mundi: vocat
te ad se. Cum vocat te, conuertit te: cum
conuertit te sanat te:cum sanauerit te,vide-
bis conuersorem tuum,cui dr, Et plebs tua
lætabitur in te.Ostēde nobis dñe misericor
diam tuam.),Hoc est quod cantauimus,&
iam hinc diximus,Ostende nobis dñe mise
ricordiā tuā. Et salutare tuū da nobis.) Sa-
D lutare tuū,Christū tuū. Fælix est cui ostē-
dit deus misericordiam suam. Ipse est qui
superbire non pōt, cui deus ostendit miseri
cordiam suam. Ostendendo.n.illi miseri-
cordiam suam persuadet illi, quia quicquid
boni habet ipse homo, non habet nisi ab il-
lo,quia omne bonum nrm ipse est. Et cū
viderit homo qcqd boni habet,non se habe
re a se,sed a deo suo, videt quia totum quod
in illo laudatur, de misericordia dei est, nō
de meritis ipsius. Et videndo ista non sup-
bit,non superbiendo non extollitur,non se
extollendo nō cadit,non cadendo stat, stā-
do inhæret,inhærendo manet,manendo p-
fruitur & lætatur in dño deo suo. Erūt illi
delitiæ ipse qui fecit illum, & delitias ipsas
nemo corrumpit, nemo interpellat, nemo
auferet.Quis potens minabit auferre? Quis
violentus malus, quis latro,qs insidiator tibi
tollit deum? Et pōt tibi tollere totum quod
possides corpore, non tibi tollit eum quem
possides corde. Ipsa est misericordia quam
petimus deus ostendat nobis. Ostende no-
bis dñe misericordiam tuā, & salutare tuū
da nobis. Christum tuum da nobis,in il-
lo.n.est misericordia tua. Dicamus illi &
non da nobis Christū tuū. Iam quidē dedit
nobis Christū suū:adhuc tñ illi dicamus,
Da nobis Christū tuum, quia dicimus illi,
Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie.Et quis est panis noster, nisi ipse qui
dixit,Ego sum panis viuus,qui de cœlo de-
scendi? Dicamus i'li, Da nobis Christum
tuum. Dedit.n.nobis Christum,sed hoiem
quem nouimus dedit hoiem, eum, ipsum
nobis daturus est deum. Hominibus.n.ho-
minem dedit, quia talem illum hominibus
dedit,qualis posset capi ab hoibus: Deum
n.Christum nullus hominum capere po-
terat,Factus est hominibus homo,seruauit
se deum dijs. An forte arroganter dixi? Re
vera arroganter, nisi ipse dixisset,Ego dixi
dijestis,& filij altissimi omnes. Ad hanc ip

sam adoptionem reuocamur,vt efficiamur
filij dei. Iam quidem sumus, sed p fidem.
Sumus quidem,sed in spe, nondum sumus
in re.Spe.n.salui facti sumus,sicut dicit Apo Rom.8.
stolus,Spes autem quæ videtur nō est spes:
quod enim videt quis, quid sperat? Si autē
quod non videmus speramus, per patientiā
expectamus,Quid.n.expectamus p patien
tiam,nisi videre quod credimus? Modo.n.
credimus, quod non videmus: permanen-
do in eo quod credētes non videmus,mere
bimur videre quod credimus. Propterea F
Ioannes in Epistola sua quid ait? Dilectissi 1.Ioa.3.
mi,filij dei sumus,sed nondum apparuit qd
erimus. Quis non exultet si subito nescio
cui peregrinanti & ignoranti genus suum,
patienti aliquam egestatem & erumnam,&
in labore constituto diceretur, Filius sena-
toris es, pr tuus amplo patrimonio gaudet
in re uera,reuoco te ad patrem tuum? Qua
li gaudio exultaret,si hoc non fallax promis
sor diceret? Venit ergo non fallax Apostō-
lus Christi,& ait, Quid est quod de vobis
speratis?Quid est quod vos affligitis,& mę
rore conteritis? Quid est quod concupisce
tias vestras sequendo in egestate istarum
voluptatum cōteri vultis?Habetis patrem,
habetis patriam,habetis patrimoniū. Quis
est iste pater? Dilectissimi, filij dei sumus. Quare ergo nondum videmus patrē
nostrum?Quia nondum apparuit quid eri
mus. Iam sumus, sed in spe:nam quod eri-
mus, nōdum apparuit. Et quid erimus?Sci Ibidem.
mus,inquit, quia cum apparuerit similes ei
erimus, quoniam videbimus eum sicuti
est. Sed hoc de patre dixit, de filio autem
domino nostro Iesu Christo non dixit: &
forte videndo patrem non videndo filium
erimus beati?Ipsum audi Chm,Qui me vi Ioan.14
det videt,& patrem. Cum enim vnus deus G
videtur,trinitas videtur, pr & filius & spi-
rituſanctus.Audi expresius,quia ipsius fi-
lij visio tribuet nobis beatitudinem,& nihil
interest inter visionē ipsius, & visionē prs
ipse ait in Euangelio,Qui diligit me, mādą Ibidem.
ta mea custodit, & ego diligā illū,& oñdā
meipsum illi: loqbat illis & dicebat,Ostēdā meipsum illi.Quare? Nō erat ipse q lo
quebat? Sed carnē caro videbat,diuinitatē
caro nō videbat. Ad hoc aūt caro carnem,
vidit vt per fidem cor mundaretur vnde
deus videretur: dictum est enim de domi-
no, Fide mundans corda eorū:& dixit dns, Act.15.
Beati mundocorde, quoniam ipsi deum Matt.5.

Videbunt. Ergo si nobis promisit ostendere se nobis, qualis est pulchritudo eius? Fratres, cogitate omnia ista quæ videtis pulchra, quæ amatis ipse fecit. Si hæc pulchra sunt, quid est ipse? Si hæc magna sunt, quantus est ipse? Ergo ex istis q̃ hic amamus, illũ magis desyderemus: & cõtenentes ista, illũ diligamus, vt ipsa dilectione p fidẽ cor mũ demus, & mundatũ cor nostrum inueniat aspectus illius. Lux quæ nobis ostenditur sanos nos debet inuenire: hoc agit modo
H fides: hoc ergo modo diximus, Et salutare tuũ da nobis, Da nobis Chr̃m tuũ, nouerimus Chr̃m tuum, videamus Christũ tuũ: non qũo illum viderunt Iudæi & crucifixerunt, sed qũo illum vident angeli & gaudent. Audiam quid loquatur in me dominus Deus) propheta dixit, Loquebatur in illo Deus intus, & mundus faciebat illi strepitum foris. Cohibens ergo aliquantum a strepitu mundi, & auertens se ad se, & a se ip illum cuius vocem audiebat interius quasi obturans aurem contra tumultuantem vitæ huius inquietudinem, & contra ani-
Sapiẽ. 9. mam corpore quod corrumpitur aggrauatam, & sensum terrena inhabitatione deprimentẽ multa cogitantem, & ait, Audiã quid loquatur in me dñs Deus: & audiuit, Quid? Quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos.) Vox ergo Christi, vox ergo Dei pax est, ad pacem vocat. Eia dicit quicunque nondum estis in pace, amate pacem. Quid enim vobis melius de me inuenire potestis quam pacem? Pax quid est? Vbi nullũ bellum est. Quid est, vbi nullum bellum est? Vbi nulla est cõtradictio, vbi nihil resistit, nihil aduersum est. Videte si iam ibi sumus, videte si iã non est conflictus cum diabolo, videte si non omnes sancti & fideles cum principe dæmoniorum luctantur. Et qũo cum illo luI ctantur quem non vident? Luctantur cum cõcupiscentijs suis, quibus ille suggerit peccata, & non consentiendo quod suggerit, & si non vincunt tñ pugnant. Nondum est ergo pax vbi pugna est. Aut date mihi hominem qui nihil tentationis patitur in carne sua, & possit mihi dicere, quia iam pax est. Nihil quidem tentationis forte patitur in illicitis voluptatibus, saltem suggestiones ipsas patitur, vel suggeritur illi quod respuit, vel delectat vnde contineat. Sed ecce iam nihil delectat illicitum, vel contra famem & sitim pugnat quotidie. Quis enim iustus hinc alienus? Pugnat ergo quotidie fames & sitis, pugnat contra nos lassitudo carnis, pugnat delectatio soni, pugnat oppressio. Vigilare volumus, dormitamus: iunare volumus, esurimus & sitimus: stare volumus, defatigamur, q̃rimus sedere, si & hoc d u facimus, deficimus. Quicquid nobis prouiderimus ad refectionem, illic rursus inueniemus defectionẽ, Esuris dicit tibi aliquis: R ñdes, Esurio. Ponit ante te cibũ, ad refectionem posuerat, perseuera in eo quod posuit. Certe reficere te volebas, hoc age semper: hoc agendo, in eo quod adhibueras ad refectionem, ibi inuenies lassitudinem. Multum sedendo fatigatus eras, sur K gis, deambulando reficeris. Perseuera in eo quo reficeris, multum deambulando lassaris, sedere iterum quæris: inueni aliquid mihi vnde te reficias, vbi si perseueraueris iterum non deficias? Qualis est ergo ista pax, quam hic habent hostes tantis resistentibus molestijs, cupiditatibus, indigentijs, lassitudinibus? Non est ista vera, non est perfecta pax. Quæ erit perfecta pax? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta 1.Cor.
est mors in victoria. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors cõtentio tua? Vbi enim adhuc mortalitas, qũo est plena pax? Etenim de morte venit lassitudo ista, quam in uenimus in oibus refectionibus nris. De morte est, quia corpus mortale portamus, quod quidem mortuum dicit Apostolus & Roma.
ante aiæ resolutionem. Corpus quidem, in quit, mortuum est propter peccatum. Nã si perseueraueris in eo quo te reficis, etiam morieris. Perseuera in multum iciunando, inde morieris. Sede semper vt nolis surgere, morieris inde. Ambula semper, vt nolis quiescere, morieris inde. Vigila semper vt L
nolis dormire, morieris inde. Dormi semper vt nolis vigilare, morieris inde. Quando aũt absorpta fuerit mors in victoria, nõ 2.Cor.
erunt ista, & erit pax plena & æterna. Erimus in quadam ciuitate fratres, qũ de illa loquor, finire nolo, & maxime qũ scandala crebrescunt. Quis non desyderet illam pacem, vnde amicus non exit, quo inimicus non intrat, vbi nullus tentator est, nullus seditiosus, nullus diuidens populum Dei, nullus fatigans Ecclesiam in ministerio diabolo, quando ipse princeps ipsorum mittitur in ignem æternum, & hi cum illo quicunq;

quicunque illi consentiunt, & recedere ab eo nolunt: Erit ergo pax purgata in filijs dei omnibus amantibus, & se videntibus plenos Deo, cum erit deus omnia in omnibus. Communem panem spectaculum habebimus deum, communem possessionem habebimus Deum, communẽ pacem habebimus Deũ. Quicquid enim est quod modo nobis dat, ipse nobis erit pro omnibus q̃ dat: ipse erit perfecta & plena pax. Hanc loquitur in plebem suam, hanc volebat audire ille qui ait, Audiam quid loquatur in me dñs Deus, qm̃ loquetur pacem in plebẽ suam, & super sanctos suos. Et in eos qui M conuertunt cor ad ipsum,) Eia fratres, vultis vt ad vos pertineat ipsa pax quam loquitur deus? Conuertite cor ad ipsum, non ad me aut ad illum aut ad illum, aut ad quem quam hominem. Quisquis enim homo voluerit conuertere ad se corda hominum, cadit cum ipsis. Quid est melius, vt cadas cũ illo ad quem conuerteris, an vt stes cum illo cum quo conuerteris? Gaudium nostrũ, pax nr̃a, requies nostra, finis omnium molestiarum, non est nisi Deus. Beati qui conuertunt cor ad ipsum. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius.) Erant quidã qui iam timebant eum in gente Iudæorũ. Per omnem terram vbiq. idola colebant̃, dæmonia timebantur non Deus. In illa gente timebatur Deus. Sed propter quid timebatur? In veteri testamẽto timebatur deus, ne daret illos in captiuitatem, ne tolleret illis terram, ne grandine contũderet vites ipsorum, ne faceret steriles vxores eorũ, ne auferret ab eis filios ipsorum. Hæc enim carnalia promissa Dei tenebant adhuc parue animæ, & propter hæc timebatur Deus: sed prope illis erat, qui vel propter hęc ipsum timebant. Terram petebat paganus a diabolo, terrã petebat Iudęus a deo. Vnum erat quod petebant, sed non vnus a quo petebãt. Petebat iste quod Paganus petebat, discernebatur tñ a Pagano, quia ab illo ista petebat, qui omnia fecerat, & prope illis erat deus qui gentibus longe erat: tñ respexit & eos qui longe erant, & eos qui prope erant, sicut dicit Apostolus, Et veniens euã euangelizauit pacem his qui erant longe, & pacem his qui prope. Quos dixit qui erant prope? Iudæos qui vnum Deum colebant: quos dixit qui erant longe? Gentes qui dimiserant deum a quo facti erant, & colebãt illa quæ ipsi fecerãt. Non enim regionibus longe est quisque a Deo, sed affectibus. Amas deum, prope es: odisti Deum, longe es: vno loco stans, & prope es, & longe es. Ergo fratres respexit iste Propheta, quamquam generalem vidit misericordiam Dei super omnes, tñ aliquid speciale & propriũ vidit in gente Iudæa, & ait, Audiam quid loquatur in me dñs Deus qm̃ loquetur pacem in plebem suam. Et ples ipsius non Iudæa sola erit, sed de omnibus gentibus colligetur, quia super sanctos suos loquet̃ pacem, & in eos qui conuertunt cor ad ipsum & oẽs qui conuersuri sunt cor ad ipsum de omni orbe terrarum: veruntñ prope timentes eum salutare ipsius: Vt inhabitet gloria in terra nr̃a:) id est, in ea terra, in qua natus erat Propheta, vt inhabitet gloria maior, B
q̃a inde cœpit p̃dicare Chr̃s, inde Apostoli, & illuc prius missi: inde Prophetę, ibi primũ tẽplum, ibi sacrificabat Deo, ibi Patriarchæ, ibi ipse ẽt venit de semine Abrahæ, ibi manifestatus est Chr̃s, ibi apparuit Chr̃s, inde. n. virgo Maria quę peperit Christum. Ibi ambulauit pedibus suis, ibi mirabilia fecit: postremo tantum honorẽ illi genti detulit, vt cum interpellaret quædam mulier Chananæa salutem quærens filiæ suæ, dixe-
rit ei, Non sum missus nisi ad oues quæ pe- Mat. 15.
rierant domus Israel: hoc ergo videns Prophęta, ait, Veruntñ prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas occurrerunt sibi.) Veritas in terra nostra ex persona Iudęorum, misericordia in terra gentium. Veritas. n. vbi? Vbi erant eloquia dei. Misericordia vbi? In illis qui dimiserant Deũ suũ & cõuerterant se ad dęmonia. Nunquid & ipsos despexit? Qũo si diceret, Voca & istos lõge fugitiuos, q̃ multũ a me recesserũt, vo-
ca, inueniẽt me q̃rentẽ se, q̃a ipsi volebãt q̃ C.
rere me. Ergo misericordia & veritas occurrerũt sibi. Iustitia & pax osculatæ sunt se.) Fac iustitiã & habebis pacẽ, vt osculent̃ se iustitiã & pax. Si enim non amaueris iustitiã, pacẽ non habebis. Amant. n. se duo ista, iustitia & pax, & osculant̃ se, vt q̃ fecerit iustitiã, inueniat pacẽ osculantẽ iustitiã. Duæ amicæ sunt, tu forte vnã vis, & alterã non facis. Nemo est. n. qui nõ vult pacẽ, sed non oẽs volunt operari iustitiam. Interroga oẽs homines, Vultis pacem? Vno ore tibi respondet totũ genus humanum, opto, cupio, volo, amo. Ama & iustitiã, quia duæ amicę sũt iustitia & pax. Iustitia et pax, ipse se oscu-

& osculantur. Si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Quid.n. magnum est desiderare pacem? Quinis malus desyderat pacem. Bona.n. res est pax. Sed fac iustitiã, quia iustitia & pax osculant, nõ litigãt. Tu quare litigas
Exo.20 cũ iustitia dicit tibi, Ne fureris, & nõ audis,
Matt.7. Ne adulteres, & nõ uis audire: nõ facias alteri qđ tu pati non uis: nõ dicas alteri quod & tibi dici non uis: Inimicus es amicæ meę dicit tibi pax, quid me quæris? Amica sum iustitiæ, quemcunque inuenero inimicum amicæ meæ, nõ ad illũ accedo. Vis ergo ue
D nire ad pacẽ? Fac iustitiã: iõ alius Psalmus
Psal.36. dicit tibi, Declina à malo & fac bonũ: hoc est, ama iustitiã: & cũ iã declinaueris a malo, & feceris bonũ, quære pacẽ & persequere eã. Iã.n. nõ diu illam quæres, quia & ipsa occurret tibi, vt osculetur iustitiam. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.) Veritas de terra orta est, Christus de fœmina natus est. Veritas de terra orta est, filius dei de carne processit. Quid ẽ veritas? Filius dei. Quid est terra? Caro. Interroga vnde natus est Christus, & uides quia ueritas de terra orta est. Sed hęc veritas quæ orta est de terra, erat ante terram, & per ipsam factum est cęlum & terra. Sed vt iustitia de cęlo prospiceret. i. ut iustificarent hoies diuina gratia, ueritas nata est de Maria uirgine, ut posit pro illis iustificandis offerri sacrificium, sacrificiũ pasionis, sacrificiũ crucis: Et unde offerret sacrificiũ pro peccatis nostris nisi moreret? Vnde ãt moreretur, nisi a nobis acciperet ubi moreretur? Id est, nisi a nobis sumeret carnẽ mortalem, Christus mori non posset, quia uerbum non moritur, diuinitas non moritur, uirtus & sapientia dei non moritur. Qũo ergo offerret sacrificium uictimam salutarem, si non moreretur? Qũo autem moreretur nisi carnem indueret? Qũo carnem indueret, nisi ueritas de terra oriretur? Veritas de terra orta est, & iustitia de cęlo prospexit.) Possumus hinc dicere alterum sensum, Veritas de terra orta est, confessio ab homine. Homo.n. peccator eras. O terra, q
Depę. di 1. Gratia de Ge. 3 quando peccasti audisti, Terra es, & in terram ibis. Oriatur de te veritas, vt respiciat de cęlo iustitia. Quomodo ergo orietur a te veritas, cum tu peccator sis, cum tu iniquus sis? Confitere peccata tua, & orietur de te ueritas. Si enim cum sis iniquus dicis te iustum, qũo a te orietur veritas? Si autẽ eũ sis iniquus, dicis te iniquũ, veritas de terra orta est. Intende illum publicanũ lõge a pharisæo in tẽplo orãtẽ, q neq. oculos ad cœlum audebat leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens, Dñe ppitius esto mi Luc.18
hi peccatori. Ecce ueritas de terra orta est, quia confessio peccatorum ab hoie facta ẽ. Quid ergo sequitur? Amen dico uobis, qa Ibidem.
descendit iustificatus publicanus ille magis quã ille Pharisæus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Orta est veritas de terra in cõfessione peccatorũ, & iustitia de cęlo prospexit, vt descenderet iustificatus publicanus ille magis quã ille Pharisæus. Nam, ut noueritis quia ueritas pertinet ad confessionẽ pec 1.Ioã.1.
catorũ, ait Ioãnes Euãgelista, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Qũo ergo prospiciet, audi illum sequentem & dicẽtẽ, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & Ibidem.
iustus vt remittat nobis peccata, & purget nos ab omni iniquitate. Veritas ergo de terra orta ẽ, & iustitia de cęlo prospexit. Quę iustitia de cęlo prospexit? Tanquam dei dicentis, Parcamus huic hoi, quia ipse agnoscit. Corpepcit: ignoscamus, quia ipse agnoscit. Conuersus est ad puniendũ peccatum suum, conuertar & ego ad eum liberandum. Veritas de terra orta est, & iustitia de cęlo prospexit. Etenim dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructũ suum.) Vnus uersus restat, peto ut sine tędio sit qđ dicturus sum. Attẽdite rem necessariam fratres mei, attendite, percipite, ferte vobiscum & non sit inane semen dei in cordibus uestris. Veritas, inquit, de terra orta est, confessio peccatorum ab homine, & iustitia de cęlo prospexit. i. a domino deo data est iustificatio confitenti, ut ipse agnoscat impius pium se fieri non posse, nisi, ille fecerit cui confitet, credendo in eum qui iustificat impium. Tu ergo peccata potes habere, fructum bonũ non potes habere, nisi ille dederit cui confiteris: ideo cum dixisset, Veritas de terra orta est, & iustitia de cęlo prospexit: tanquam diceretur ei, Quid est quod dixisti, Iustitia de cœlo prospexit: Veritas de terra nostra dabit fructum suum? Nos ergo respiciamus nos, & si nihil in nobis inuenerimus nisi peccata, oderimus peccata, & desyderemus iustitiam. Cum.n. cœperimus odisse peccata, iam ipsum odium peccatorum similes nos incipit facere deo, quia hoc odimus q odit & deus. Cum ergo cœperis odisse peccata & confiteri deo, cum te delectationes illicitæ rapiunt & ducunt te ad ea quæ tibi non prosunt, ingemisce ad deum, & confitens illi peccata tua, mereberis ab illo delectationem, & suauitatem iustitiæ faciendæ dabit tibi vt incipiat te delectare iustitia, quem primo delectabat iniH quas: vt q primo gaudebas in ebrietate, gaudeas in sobrietate: & q primo gaudebas de furtis vt tolleres homini quod non habebas, quæras donare non hũti quod habebas. Et quem delectabat rapere, delectet donare: quẽ delectabant cãtica nugatoria, & adulterina, delectet hymnũ dicere deo, currere ad Ecclesiam qui primo currebat ad theatrum. Vade nata est ista suauitas, nisi quia dãs dabit suauitatẽ, & terra nra dabit fructum suũ? Ecce.n. videte quod dico. Ecce, loquuti sumus vobis verbũ dei, semẽ sparsimus deuotis cordibus, tanq sulcata inuenientes pectora uestra aratro confessionis deuotionę & intẽtione, suscepistis semẽ: cogitate de verbo quid auditis tanquam glebas frangentes, ne semen rapiant volatilia, vt possit ibi germinare q seminatum est. Et nisi deus pluerit, quid pdest qđ seminat? Hoc est dominus dabit suauitatem, & terra nra dabit fructum suum. Ille enim visitationibus suis in ocio, in negocio, in domo, in lesto, in conuiuio, in collocutione, in deambulatione uisitet uestra corda, vbi nos non sumus. Veniat iber dei, & fructificet quod ibi seminatum est: & vbi non sumus nos & securi qescimus aut aliud agimus, deus det incrementũ seminibus q sparsimus, vt attendentes postea bonos mores uestros, etiam de fructu gaudeamus. Qm dñs dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructũ suum. Iustitia ante eum præibit, & ponet in via gressus suos.) Iustitia illa est quæ est in cõfessione peccatorum: ueritas. n. ipsa est. Iustus enim debes esse in te, vt punias te: ipsa prima est hominis iustitia vt punias te meum, & faciat te deus bonum: qũa ergo ipsa est prima hominis iustitia, ipsa sit via in deo ut veniat ad te deus. ibi illi fac viam in confessione peccatorum. Ideo & Ioannes
Luc.3. baptizaret in aqua pœnitentiæ, & vellet ad se venire pœnitẽtes de suis prioribus factis, dicebat hoc, Parate viam domino, rectas facite semitas eius. Placebas tibi in peccatis tuis o homo, displiceat tibi quod eras, vt possis esse quod non eras. Parate viam domino: præcedat ista iustitia vt cõfitearis peccata: veniet ille & visitabit te, quia ponet in via gressus suos, est enim iam vbi ponat gressus suos, est vbi ad te veniat. Ante autem quam confitereris peccata, intercluseras ad te viam dei, non erat qua ad te veniret. Confitere vitam, & aperis viam, & veniet Christus, & ponet in via gressus suos, vt te informet vestigiis suis, conuersum ad dominum.

In Psalmum octuagesimumquintum Enarratio.

K NVllum maius donum præstare deus posset hominibus, quam vt verbum suum per quod condidit omnia faceret illis caput, & illos ei tanquam membra coaptaret, vt esset filius dei & filius hominis & vnus deus cum patre, vnus homo cum hominibus: vt & quando loquimur ad deum deprecantes, non inde filium separemus, & quando precatur corpus filij, non a se saperet caput suum, sitque vnus ipse saluator corporis sui dominus noster Iesus Christus filius dei, qui & oret pro nobis, & oret in nobis, & oretur a nobis. Orat pro nobis, vt sacerdos noster: orat in nobis, vt caput nostrum: oratur a nobis, vt deus noster. Agnoscamus ergo & in illo voces nostras, & voces eius in nobis. Neque cum aliquid dicit de domino nostro Iesu Christo, maxime in prophetia, quod pertineat velut ad quandam humilitatem indignam deo dubitemus illi eum tribuere, qui non dubitauit se nobis adiungere. Ei quippe seruit vniuersa creatura, quia per ipsum facta est vniuersa creatura. Et propterea cũ eius sublimitatem diuinitatemque intuemur, quãdo audimus, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat Ioan.1.
verbum, hoc erat in principio apud deum omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: intuentes hanc excelsam & L
supereminentissimam & excedentem omnia creaturarum sublimia diuinitatem filij: dei audimus ẽt in aliqua parte scripturarũ velut orãtẽ, gementẽ, cõfitentẽ, vt dubitemus ei tribuere verba hæc ex eo q cogitatio nra de recenti eius contẽplatione q ecat in diuinitate, pigrescit descẽdere ad eius humi-

humilitatẽ,& tãq faciat illi iniuriã, si eius verba i hoie agnoscat ad quẽ verba dirigebat,cũ deũ deprecaret,hęret plerũq.& conat mutare sniam,& nõ ei occurrit i scriptura, nisi q ad ipsũ recurrat,& ab illo deuiat nõ sinat. Expgiscat ergo & uigilet,i fide sua,& videat qa ille quẽ cõtẽplabat pauloãte i forma dei formã serui accepit, i similitudine hoium factus,& habitu iuẽtus vt hõ,humi
Phili. 2. liauit se factus obediẽs vsq. ad mortem. Et verba Psalmi voluit eẽ sua,i cruce pẽdẽs,et
Psal.21. dicẽs, Deus meus,deus meus,vt qd me dereliqsti? Orat ergo i forma dei, orat i forma serui,ibi creator,hic creatus:creaturã mutãdã nõ mutatus assumẽs, & secũ nos faciens vnũ hoiem,caput & corpus. Oramus ergo
M ad illũ,p illũ,i illo,& dicimus cũ illo & dicit nobiscũ. Cũ dicimus i illo, dicit i nobis Psalmi huius oronẽ, qui intitulat, Oratio Dauid.) Quia dominus noster secundum carnem filius Dauid, secundum uero diuinitatem dominus Dauid, & creator Da-
Ioan.1. uid. Et nõ solũ añ Dauid,sed ante Abrahã,
Mat.26 ex quo Dauid, sed & ante Adam, ex quo
Ioan. 4. oẽs hoies,sed & añ cœlũ & terrã i quo oĩs
Luc.22. creatura est. Nemo ergo cũ audit hæc uerba,dicat,nõ Chrs dicit,aut rursus dicat, nõ ego dico:imo si se i Chrũ corpore agnoscit, vtrunq. dicat, & Christus dicit & ego dico. Non potes aliquit dicere sine illo & dicit aliquid sine te. Non ne habemus in Euangelio,vbi certe scriptum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ,& deus erat verbũ,oĩa p ipsũ facta sũt? Ibi certe habemus,Et cõtristatus est Iesus,
Luc.22. & fatigatus est Iesus, & dormiuit Iesus & esuriuit & sitiuit Iesus,& orauit,& pnoctauit i orãdo Iesus. Pernoctabat, inqt, Iesus & pstabat in orando, & globi sanguinis decurrebãt p corpus eius. Quid ostendebat qũ per corpus orantis globi sanguinis distillabãt, nisi quia corpus eius quod est Ecclesia, martyrum iam sanguine defluebat?

Expositio Psalmi.

A INclina dñe aurẽ tuã & exaudi me.) Ille ex forma serui dicit,tu serue i forma dñi tui,Inclina dñe aurẽ tuã. Inclinat aurẽ, si tu non erigis ceruicem. Humiliato.n.appropinquat,ab exaltato longe discedit,nisi quem ipse humiliatum exaltauerit. Inclinat ergo dominus aurem suam ad nos. Ille enim sursum est,nos deorsum. Ille.n.in altitudine,nos in humilitate,sed non relicti. Ostendit.n.dilectionem suam deus in nobis etenim cum adhuc peccatores essemus, Rom.5.
Christus pro nobis mortuus est: Vix.n.in-
quit,pro iusto quis moritur, nam p bono
forsitan quis audeat mori? Dns aũt nĩ pro
impijs mortuus est. Neq.n. merita nostra
præcesserant, pro quibus filius dei morere
tur.sed magis quia nulla erant merita, ma-
gna erat misericordia. Quam certa ergo,q
firma promisione seruat iustis vitam sua,
qui donauit in iustis mortem suam? Inclinat aurẽ ad diuitẽ, sed ad inopẽ & egenũ inclinat aurẽ.i.ad humilẽ & ad cõfitẽtẽ, ad indigentem misericordia,non ad saturatum & extollentem se & iactantem se, qua B
si nihil ei desit,& dicentem, Gratias tibi,qa Luc.18.
non sum sicut publicanus iste. Dices.n.pharisæus iactabat merita sua, inops publicanus confitebatur peccata sua. Nec sic accipiatis fratres,quod dixi, ad diuitem non inclinat aurem suam,tanquam non exaudiat deus eos, qui habent aurum & argentum, & familiam & fundos.sic forte nati sunt, aut cum lucrum rerum humanarũ tenent, tantum meminerint,qđ ait Apostolus,præ 1.Tim.6.
cipe diuitibus huius mundi non superbe sapere. Qui.n.nõ superbe sapiũt,in deo pauperes sunt. Et pauperibus atq. inopibus & egenis inclinat aurem suam. Norunt.n.spẽ suam non esse in auro & argento, neq. in illis rebus quibus ad tempus circumfluere uidentur. Sufficit ut diuitiæ non illos perdant,ut non obsint satis est, nam pdesse nihil possunt. Plane prodest opus misericordiæ & in diuite & in paupere;in diuite ex volũtate & ope,in paupe ex sola uolũtate. Cum ergo talis est conténens in se quicqđ est unde supbia solet inflare,pauper deiẽ, inclinat illi aurẽ suam, nouit.n.contribulatum cor eius. Certe fratres ille pauper ante C
ianuã diuitis ulcerosus qui iacebat,ab angelis sublatus est in sinum Abrahæ, sic legimus, sic credimus. Dives autem ille qui in- Luc.16.
duebatur purpura & byssõ, & epulabatur quotidie splendide, blatus est ad inferos ad tormenta. Nunquid uere ille pauper merito illius inopiæ ablatus est ab angelis, diues autem ille peccato diuitiarum suarum ad tormenta missus est? In illo paupere humilitas intelligitur homo rificata, in illo diuite supbia damnata. Breuiter probo,qa non diuitiæ, sed superbia in illo diuite crucibatur. Certe ille pauper in sinum Abraæ sublatus est. De ipso Abrahã dicit scriptura,quia habebat hic plurimum auri & argenti, & diues fuit in terra. Si qs diues est, ad tormenta rapitur, quomodo Abraham præcesserat pauperẽ, vt ablatum in sinum suum susciperet? Sed erat Abrahã in diuitijs pauper,humilis,tremens omnia Psal.18.
præcepta & obaudiens. Vsqueadeo autem pro nihilo habebat illas diuitias, vt iussus a domino filium suum immolaret cui seruabat diuitias. Discite ergo esse inopes & paupes,siue qui habetis aliquid i isto seculo, siue qui non habetis. Nam & hominem mẽdicum inuenitis superbientem, & hominẽ superabũdantem diuitijs inuenitis confitẽtem. Resistit deus superbis & humilibus autem dat gratiam: D
& pannosis, humilibus autem dat gratiam: & habentibus aliquam substantiã huius seculi, & non habentibus interior inspector est deus. Ibi appendit,ibi examinat:istaterã dei non vides, cogitatio tua in illam leuat. Videte quia meritum exauditionis suę.i. quo exaudiretur in eo posuit, vt diceret. Quoniã egenus & inops ego sum. Observa ne non sis egenus & inops:si non fueris, non exaudieris. Quicqd est circa te vel in te vnde possis præsumere, abijce a te,& tota præsumptio tua deus sit: illius indigens ello,vt in ipso implearis. Quicqũd enim aliud habueris sine ipso latius, inanis eris. Custodi animam meam qm sanctus sum.) Hoc vero, qm sanctus sum, nescio vtrum potuerit forte alius dicere nisi ille qui sine peccato erat in hoc mundo peccatorũ omnium non commissor,sed dimissor. Agnoscamus vocem dicentis, qm sanctus sum,cui flodi animã meã, vtiq. i illa forma serui q assumpserat. Ibi.n.caro,ibi & aia. Neq.vt nõnulli dixerũt,caro sola erat & verbũ:sed & caro & aia & verbũ,& totũ hoc vnus filius dei,vnus Chrs,vnus saluator, in forma dei æqualis pri,in forma serui caput Ecclesiæ. Ergo qm sanctus sũ cũ audio,vocẽ eius agnosco,& hic separo meã. Certe iseparabiliter a corpore suo loqr cũ sic loqr. Et au- E
debo ego dicer,qm sanctus sũ? Si sanctus tã
q sanctificãs,& nullo sãctificãte idigẽs,sup
bus & mẽdax:si ãt sãctus sãctificatus,sed m
id qđ dcm est, Sãcti estote,qm ego sanctus
sũ,audeat & corpus Xpi, audeat & vnus il
le hõ clamãs a finibus terræ, cũ capite suo
& sub capite suo dicer,sãctus sũ. Accipit.n.
gram sanctitatis,gram baptismi & remissio

nis peccatorũ. Et hæc qdẽ fuistis,ait Apostolus, enumerãs multa peccata,& leuia & 1.Co.6.
grauia, & vsitata & horribilia. Et hæc qdẽ fuistis,sed abluti estis, sed sanctificati estis. Si ergo sãctificatos dicit dicat & vnusquisque fideliũ, sãctus sũ: Nõ est ista supbia elati, sed cõfessio nõ ingrati. Si.n.dixeris te sanctũ esse ex te, supbus es: rursus fidelis in Xpo,& mẽbrũ Xpi,si te nõ dixeris eẽ sãctũ ingratus es. Argues.n.supbiã Apostolus,nõ
ait,nõ habes:sed ait. Quid.n.habes qđ nõ ac- 1.Co.4.
cepisti? Nõ arguebaris,qa dicebas te hre qđ nõ hẽbas:sed qa ex te tibi volebas eẽ qđ vo F
lebas. Imò & hre te agnosce, & ex te nihil hre, vt necsupb.sis,nec i grat9. Dic deo tuo, Sãctus sũ,qa sanctificasti me,qa accepi,nõ qa habui:qa tu dedisti,non qa ego meruĩ. Etenim ex alio latere incipis iniuriã facere ipsi dño nro Iesu Chro. Si.n.Chriani oẽs & fideles & baptizati in illo ipsum induerunt:sicut Apostolus dicit. Quotquot in Christo baptizati estis,Christum induistis: si membra sunt facti corporis eius,& dicũt Gal. 3.
se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam,cuius membra sancta sunt. Iam vide vbi sis,& de capite tuo dignationem cape. Etenim eratis aliqñ tenebræ,nunc autem lux in domino. Fuistis aliqñ, inquit,tenebræ,sed nunquid tenebræ remansistis? Ad hoc illuminator venit vt & tenebræ remaneretis, an vt in illo lux fieretis? Ergo dicat & vnusquisque Christianus, imò dicat totum corpus Christi, clamet vbique patiens tribulationes, diuersas tentationes & scandala innumerabilia,dicat, Custodi animam meam,quoniam sanctus sum. Saluũ fac seruum tuum deus meus sperantem in te.) Ecce ille sanctus non est superbus,quia sperat in domino. Miserere mihi domine, quoniam ad te clamaui tota die.) Non vna die,tota die, omni tẽpore intellige: ex quo G
corpus Christi gemit in pressuris vsque in finem seculi,quo transeũt pressuræ. gemit iste homo & clamat ad deum, & vnusquisque nostrũ ,p portione hẽt clamorẽ suũ in toto isto corpore. Clamasti tu dieb.tuis,& trãsierũt dies tui: succesit tibi alius, & clamauit diebus suis, & tu hic ille alibi: corpus Chri tota die clamat sibi decedentibus & succedẽtibus mẽbris. Vnus homo vsque ad finem seculi extenditur. Eadem membra Christi clamant, & quædã membra iam in illo requiescunt: qdã non clamant, quædã vero cũ ipsi nos requieuerimus clamabunt,&

post illa alia clamabunt. Totius corporis Christi hic attendit uocẽ, dicẽtis, Ad te clamaui tota die, Caput aũt nostrũ ad dexterã
Rom.8. patris interpellat pro nobis. Alia membra recepit, alia flagellat, alia mundat, alia cõsolatur, alia creat, alia uocat, alia reuocat, alia corrigit, alia redintegrat. Iocunda aĩam serui tui, qm̃ ad te domine aĩam meã leuaui.) Iocunda eam, quia ad te leuaui eam. In terra.n.erat, & in terra amaritudinem sentiebat: ne in amaritudine contabesceret, ne omnẽ tuæ gratiæ suauitatem amitteret, leuaui ad te, iocũda eã apud te. Solus.n. tu es iocũditas, amaritudine plenus est mundus. Cer
H te recte admonet mẽbra sua ut sursum corda habeant. Audiant ergo & faciant, leuent ad cœlum quod male est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad deum. Frumentũ si haberes in inferioribus, ne putresceret leuares ad superiora: frumẽto tuo q̃ris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere? Frumentum leuares in superiora, cor leua in cœlum. Et unde, inqs, posſũ? Qui funes, q̃ machinæ, q̃ scalæ opus sunt? Gradus affectus sunt, iter tuum uolũtas tua est. Amando ascẽdis, negligendo descendis. Stãs in terra, in cœlos es si diligas deũ, Nõ .n. sic leuatur cor qũo leuatur corpus. Corpus ut leuetur locũ mutat, cor vt eleuet̃ voluntatem mutat. Qm̃ ad te domine animã meam leuaui. Quia tu domine suauis es ac mitis,) Ideo iocunda. Tanquam tædio affectus ex amaritudine terrenorum indulcari uoluit, & quæsiuit fontem dulcedinis, & in
Iohel.2. terra non inuenit. Quacunq.n.se uertebat scandala, tribulationes, timores, tentationes inueniebat. In quo homine securitas? De
I quo certum gaudium? Nec de ipso utique, quanto magis de alio? Aut mali sunt, & necesse est eos pati, sed sperare, quia mutari pñt. Aut boni sunt, & sic eos oportet diligere vt timeamus, quia possunt mutari ne mali fiant. Ibi malitia eorum facit amaritudinem animæ, hic solicitudo & timor ne labatur qui bene ambulat. Quocunq. ergo cor se conuerterit in terrenis rebus, amaritudinem inuenit: unde dulcescat non habet, nisi leuet se ad deum. Quoniam tu domine suauis & mitis. Quid est mitis? Portas me, donec perficias me. Vere enim fratres mei dicam tanquam homo in hominibus, & ex hominibus: ferat quisque cor suũ & intueatur se sine adulatione. & sine palpatione. Nihil est enim stultius, quam si se ipsum quisq. palpet atq. seducat. Attendat ergo & videat quãta agunt in corde humano, quẽadmodũ ipse plerunq. orationes impediantur uanis cogitationibus, ita ut uix stet cor ad deum suum, & vult se tenere ut stet, & quodammodo fugit a se, nec inuenit cãcellos quibus se includat, aut obices quos dam quibus retineat auolationes suas, & uagos quosdam motus, sed stet iocundari a deo suo. Vix est ut occurrat talis ofo inter multas ofones. Diceret unusquisq. sibi cõ tingere, & alteri nõ cõtingere, nisi inueniret K mus in scripturis deĩ Dauid orantem quo dam in loco, & dicentem, Quoniam inue- 2.Reg.7. ni domine cor meum vt oraré ad te. Inuenire se dixit eor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posse cõprehẽdere & clamare ad dominũ, Quoniam cor meum dereliquit me. Itaq. Psal.39. fratres mei attendens quod hic ait, Suauis es tu: & mitis: uideor mihi videre hic quod ait mitis: Iocunda animam serui tui, quoniã ad te domine leuaui animam meam, quoniam tu suauis & mitis es: uideor mihi uidere ad hoc dixisse mitem deũ, quia patif ista nostra, & expectat tamen a nobis orationẽ, ut perficiat nos: & quando illi eã derimus accipit grate & exaudit, nec meminit tantas quas incondite fundimus, & accipit vnam quam vix inuenimus. Quis.n. est fratres mei, homo cum quo si amicus eius cœperit colloqui, & noluerit ille rũde re collocutioni eius, & viderit eum auerti a se, & aliud loq ad aliũ, qs hoc ferat? Aut si forte interpellas iudicem, & constituas eum loco vt te audiat, & subito cum ad eũ loqueris, dimittas eum & incipias fabulari cum amico tuo, qũ te tolerat? Et tolerat deus tot corda precantium, & diuersas res cogitantium, omitto dicere aliqũ peruersas & inimicas deo, ipsas supfluas cogitare iniuria est eius cum quo loqui cœperas. Oratio tua locutio est ad deum. Quando legis, deus tibi loquitur: quando oras, cum deo loqueris. Sed quid? Desperandum est de genere humano, & dicendum iam ad damnationem pertinere omnem hominem cui surrepserit aliqua cogitatio oranti, & interruperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus fratres, quæ spes remaneat non video. Porrò quia est aliqua spes ad deum, quia magna est eius misericordia: dicamus ei, Iocunda aĩam serui tui, quoniam domine ad te animam meam leuaui.

leuaui. Et qũo eam leuaui? Quomodo potui, quomodo tu vires dedisti. Quomodo eam fugientem apprehendere valuit, & excidere tibi? Quia quotiescunq. ante me steti sibi, puta deum dicerel, tanta vana & superflua cogitasti, & vix mihi fixam & stabilem orationem fudisti. Quia tu suauis es domine ac mitis. Mitis es, tolerãs me. Ex ægritudine defluo, cura & stabo: confirma, & firmus ero. Donec autem facias, toleras me, quia tu suauis es domine & mitis. Et multũ misericors.) Non enim solum misericors. M Abundat enim iniquitas nostra, abundat & tua misericordia. Et multum misericors es: Omnibus inuocantibus te.) Et quid est qđ dicit multis locis scriptura, Quia inuocabũt & non exaudiam eos? Certe misericors oibus inuocantibus se, nisi quia quidam inuocantes, non ipsum inuocant: de quibus dicit. Deum non inuocauerunt, Inuocant, sed Psal.52. nõ deum. Inuocas quicquid amas, inuocas quicquid in te vocas, inuocas quicquid vis ve veniat ad te. Porrò si deũ propterea inuocas vt veniat ad te p ecunia, vt veniat ad te hereditas, vt veniat ad te secularis dignitas, illa inuocas quæ uis vt veniant ad te: sed deum tibi adiutorem ponis cupiditatum, non exauditorem desideriorum. Deus bonus si det quod vis: quid, si male vis? Nonne erit tibi magis non dando misericors? Porrò si non dederit, iam nihil tibi deus est: & dicis, Quantum rogaui, quam sæpe rogaui, & non sum exauditus. Quid enim petebas? Forte mortem inimici tui. Quid si & ille petebat tuam? Qui te creauit, ipse & illum, homo es, homo est et ille, deus autem iudex est: audit ambos, sed non exaudit ambos. Tristis es, quia non es exauditus contra illum, gaude quia non est exauditus contra te. Ego, inquis, non hoc petebam, non inimici mei petebam mortem, sed vitã A petebam filij mei. Quid mali petebam? Nihil mali petebas, sicut tu sentiebas: nam quid si ille raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius? Sed peccator inquis, erat, & ideo volebam eum viuere vt corrigeret. Tu volebas cum viuere, vt melior esset, qđ si deus nouerat si viueret peiorem futurũ? Vade ergo nosti quid illi prodesset, mori an viuere? Si ergo non nosti, redi ad cor tuũ, dimitte deo consilium suum. Quid ergo inquis, faciã? Quid orẽ? Quod ores? Quod te docuit dñs, quod te docuit cœlestis magister. Inuoca deum tanquam deum, ama deum tanquam deum. Illo melius nihil est, ipsum desidera, ipsum concupisce. Vide in- Psal.26.
uocantem deum in alio psalmo, Vnam petij a domino hanc requiram. Quid est qđ petit? Vt inhabitẽ in domo dãi per omnes dies uitæ meæ. Vt quid hoc? Vt contempler delectationem domini. Si ergo mater dei esse vis syncerissimis medullis castisque suspirijs ipsum dilige, ipsum ama, illi flagra, illi inhia quo iocundius nihil inuenis, quo melius, quo lętius, quo diuturnius. Quid.n. B
tã diuturnum, quam id quod est sempiternum? Non times ne aliqñ a te peat, qui facit ne tu pereas. Si ergo tu inuocas deum tã quam deus securus esto, exaudiris, pertines ad istum versum, Et multum misericors oĩ bus inuocantibus te. Noli ergo dicere, Illud mihi non dedit. Redi ad cor tuum, & cõscientiã tuã libra, interroga, parcere illi noli. Si vere deum inuocasti, certus esto quia id forte quod volebas temporaliter, ideo nõ dedit, quia non tibi proderat. Aedificetur in hoc cor vestrum fratres, cor christianum, Acto.9.
cor fidele, ne incipiatis tristes facti veluti fraudati desiderijs vestris, ire in indignationem contra deum, & non expediat aduersus stimulum calcitrare. Recurrite ad scripturas. Exauditur diabolus, & non exauditur Apostolus. Quid quomodo exaudiuntur dæmones? Petierunt se ire in porcos, & Matt.8.
concessum est eis. Quomodo exauditus est Iob1.
diabolus? Petijt Iob tentandum, & accepit. Quomodo nõ est exauditus Apostolus? In magnitudine, inquit, reuelationum ne ex- 2.Co.12
tollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet, propter qđ ter dominũ rogaui vt auferret eũ à me, et dixit mihi, Sufficit tibi gra mea, nã virtus in infirmitate perficitur. Exaudiuit eum C
quem disponebat damnare, & non exaudiuit eum quem volebat sanare. Nam æger petit multa a medico, non dat medicus, non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad sanitatem. Ergo medicum tuum pone deum pete ab illo salutem, & salus tua ipse erit, Non quasi salutem extrinsecus, sed vt salus ipse sit, Ne rursus ames aliam salutem præter ipsum, sed quomodo habes in psalmo, Dic animæ meæ salus tua ego sum. Psal.34.
Quid ad te, quid tibi dicat, vt se tibi det? Vis vt det se tibi? Quid si quod vis habere non vult ipse vt habeas, vt se tibi det? Impedimenta remouet, vt intret ad te. Bona cogitate & considerate fratres quæ dat deus

peccatoribus

peccatoribus,& hinc intelligite quid seruet seruis suis. Peccatoribus blasphemantibus cum quotidie dat cœlum & terram,dat fontes,fructus,salutem,filios, copias,ubertatẽ. Hæc omnia bona non dat nisi deus. Qui talia peccatoribus dat,quid eum putas seruare fidelibus suis? Hoc ne de illo sentiendũ est,quia qui talis malis dat, nihil seruat bonis? Imo vero seruat,non terram,sed cœlũ. Vilius forte aliquid dico cum dico cœlum, sed seipsum qui fecit cœlum. Pulchrum est cœlum,sed pulchrior est fabricator cœli.

D Sed video cœlum,& illũ non uideo. Oculos enim habes ad uidendum cœlum,cor nũdũ habes ad uidendum fabricatorem cœli. Iõ venit de cœlo in terram, ut mũdet cor quo videatur,qui fecit cœlum & terram,Sed plane cum patientia salutem expecta: Quibus te medicamentis curet,ille nouit:quibus sectionibus,quibus ustionibus,ille nouit. Tu tibi ægritudinem comparasti peccando,ille venit non solum fouere,sed & secare & urere. Non uides quanta homines patiantur sub medicorum manibus, spem incertã homini promittentium? Sanaberis dicit medicus,sanaberis si secuero. Et homo dicit, & homini dicit. Nec qui dicit certus est,nec q audit,quia ille dicit homini,qui nõ fecit hominem,& non perfecte scit quid agatur in homine:& tamẽ ad uerba hominis plus nescientis quid agatur in homine credit homo,subdit membr ,ligari se patitur,aut plerunque etiam non ligatus secatur & uritur & accipit forte salutem paucorum dierum, iam sanatus quando moriatur ignorans, & fortasse dum curatur moritur, & fortasse curari non poterit. Cui autem promisit deus aliquid,& fefellit? Auribus infige domine orationem meam.) Magnus orantis affectus. Auribus infige domine orationem

E meam:id est, non exeat de auribus tuis oratio mea,fige illam ibi in auribus tuis. Quo parturiuit ut figeret orationem suam in auribus dei? Respondeat deus,& dicat nobis, Vis figam orationem tuã in auribus meis? Fige in corde tuo legem meam. Auribus infige doraine orationem meam. Et intende uoci orationis meę. In die tribulationis meæ clamaui ad te quoniã exaudisti me.) Causa ut exaudires me, quia in die in tribulationis meæ clamaui ad te. Paulo ante dixerat, Tota die clamaui, tota die tribulatus sum. Nullus ergo Christianus dicat esse diem,quo non sit tribulatus, Totam diẽ, totum tempus intelligimus. Tota die tribulatur. Quia ergo tribulatio est, & quando bene est,utiq. tribulatio. Vnde tribulatio? Quia quandiu in corpore sumus, peregrinamur a dño. Quodlibet hic abundet,non dũ sumus i illa pria quo redire festinamus. Cui peregrinatio dulcis est,non amat priã. Si dulcis est patria,amara est peregrinatio: Si amara peregrinatio, tota die tribulatio. Qñ nõ est tribulatio? Qñ in pria delectatio Delectationes i dextera tua usq. in finẽ. Im plebis me lætitia,ait,cum uultu tuo, vt templer delectationem domini. Ibi transiet labor & gemitus: ibi non oratio,sed laudatio. ibi halleluia,amen, ibi uox consona cũ angelis,ibi uisio sine defectu, & amor sine fastidio. Quandiu ergo non ibi,uidetis, q non in bono. Sed abundant omnia. Abũdẽt omnia,uide si securus es quia non pereunt omnia. Sed habeo quod non habebam, accesit pecunia quæ nõ erat. Forte accesit & timor qui non erat: Forte tanto securior eras,quãto pauperior. Postremo sint copiæ, redundet affluentia huius seculi, detur securitas quod non pereat, Dicat deus desuper,æternus in his eris, æterna tecum erũt ista, sed meam faciem non uidebis. Nemo carnẽ consulat,spm cõsulite, Respõdeat vobis cor vestrũ,rñ deat,spes,fides,charitas,qi uobis esse cœperũt. Ergo ne si accceperimus securitatem nos in affluentia bonorũ seculi securitatem nos in affluentia bonorũ seculi larium semper futuros,& diceret nobis deus,Faciem meam nõ uidebitis,gauderemus in illis bonis? Eligeret forte aliquis gaudere & dicere, Ahundant mihi, ista bene mihi est, nihil amplius quęro, nondum cepit esse amator dei, nondum cepit suspirare tanquam peregrinus. Absit,absit, Recedant omnia seductoria, recedant blandimenta falsa, recedant ea quæ nobis quotidie dicunt, Vbi est deus tuus? Effundamus super nos animam nostram, confiteamur in lachrymis,gemamus in confessionibus, in miseriis suspiremus. Quicquid nobis adest præter deum nostrum, non est dulce, Nolumus omnia quæ dedit,si non dat seipsum qui omnia dedit. Auribus infige domine orationem meam, & intende uoci orationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quoniam exaudisti me.) Et Non est similis tibi in diis domine. quid dixit? Non est similis tibi in dijs domine? Fingant sibi deos quos volunt Pagani, adducant fabros argentarios, aurifices, expolitores, sculptores, faciant deos. Quales deos? Oculos habentes & Psal. non uidentes: & cętera quæ dicit Psalmus cõsequenter. Sed ista nõ colimus ait,non colimus,hęc signa sunt. Et qd colitis? Aliud aliqd peius, qm dj gentium dæmonia. Et qd? Nec dæmonia inqũt,colimus. Planè nihil aliud habetis in tẽplis,nihil aliud implet vates vestros q̃ demoniũ. Sed quid dicitis? Angelos colimus, angelos habemus deos. Non planè nostis Angelos: Angeli.n. vnũ deum colunt, nec fauent hoibus q volunt H colere angelos & non deum. Nam inueni- Dt. mus honoratos angelos prohibentes hoies ne se adorarent,sed verum deum. Sed angelos dicant,hoies dicãt,quia dictum est,Ego dixi dij estis,& filij altissimi omnes: Non est similis tibi in dijs domine. Quodlibet aliud cogitet homo,non est simile quod factum est illi qui fecit. Excepto deo quicqd aliud est in natura rerũ,factum est a deo. Quantum interest inter eum,q fecit,& illud quod factum est, quis digne cogitet? Iste ergo dixit, Non est similis tibi in dijs domine. Quantum autẽ sit dissimilis deus. non dixit, quia dici non potest. Intendat charitas vestra. Deus ineffabilis est, Facilius dicimus qd non sit,q̃ quid sit. Terram cogitas,non est hoc deus: mare cogitas,nõ est hoc deus. Omnia quæ sunt in terra hoies & animalia,non est hoc deus. Omnia quæ sunt in mari, quæ volant per aerem, non est hoc deus. Quicquid lucet in cœlo,stellæ,sol & luna,non est hoc deus. Ipsum cœlum,non est hoc deus. Angelos cogita,virtutes,potestates, archãgelos,thronos,sedes, dñationes,nõ est hoc deus. Et quid est hoc? Solum potui dicere, quid non sit. Quæris quid sit? Quod oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor homiois ascendit. Quid quæris,vt ascendat in linguam,quod in cor non ascendit? Non est similis tibi in diis domine. Et non est secundum opera tua. Omnes gentes quotquot fecisti venient & adorabunt coram te domine.) Anunciãt Ecclesiam omnes gentes quotquot fecisti. Si est gens quam non fecit deus non adorabit eum. Nulla est autem gens quam non fecit deus, quia fontem omnium gentium Adam & Euam fecit deus, inde propagatæ sunt omnes gentes. Omnes ergo gentes fecit deus. Omnes ergo gentes quotquot fecisti venient & adorabunt coram te domine. Quando dictum est? Qñ coram eo non

adorabant, nisi pauci sancti in vno populo Hebræorum,tunc dictum est hoc,& modo videtur quod dictum est, Omnes gentes quotquot fecisti venient & adorabunt coram te domine. Quando dicebãtur hæc,nõ videbantur & credebantur. Quando videtur,quare negantur? Oẽs gentes quotquot fecisti venient & adorabũt coram te dñe. Et glorificabunt nomen tuum. Qm magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus magnus.) Nemo se dicat magnum. Futuri erant qui se dicerent magnos. Contra hos dr, Tu es deus solus magnus. Nam quid magnum dicitur deo quia ipse est solus deus magnus? Quis hoc nescit,quia ipse est deus magnus? sed quia futuri erant q K se dicerent magnos,& deũ facerent paruũ, contra illos dicitur, Tu es solus deus magnus. Etenim quod tu dicis impletur,non quod illi dicunt qui se dñt magnos. Quid dixit deus per spiritum suum? Omnes gentes quotquot fecisti venient & adorabunt coram te dñe. Quid dicit nescio quis, qui se dicit magnum? Absit. Non adorat deus in omnibus gentibus,perierunt oẽs gentes, sola Aprica remansit. Hoc tu dicis qui te dicis magnũ, aliud dicit qui est solus deus magnus. Quid dicit,qui est solus deus magnus? Omnes gentes quotquot fecisti venient & adorabũt coram te domine. Video quod dixit solus magnus, taceat homo falso magnus. Ideo fallaciter magnus,quia dedignatur esse paruus. Quis paruus esse dedignatur? Iste qui hoc dicit. Quicunque vult inter vos maior esse, dixit dñs, erit ve Mat.20 ster seruus. Ille si seruus vellet esse fratrũ suorũ,nõ eos separareta matre ipsorũ. Sedcũ vult esse magnus, & non vult esse salubriter paruus,deus qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, quia solus est ma Iacob.4. gnus, implet omnia quæ prædixit, & contradicit maledicentibus. Christo enim tales maledicunt qui dicunt, quia periit Ecclesia de toto orbe terrarum,& remansit in L. sola Aphrica. Si diceres illi perdes yillam tuam forte non a te temperaret manum,& dicis Christum perdidisse hæreditatem suã redemptam sanguine suo? Quã aũt faciat iniuriã videte fratres: scriptura dicit. In lata Pr.or4. gente gloria regis, in diminutione populi contritio principis. Ergo hanc iniuriam facis Christo, vt dicas populum eius ad istã exiguitatẽ diminutũ. Iõ natus es,iõ Xpianum te dicis, vt inuideas gloriæ Christi, cuius

cuius signum te in fronte portare asseris,& de corde perdidisti? In lata gente gloria regis. Agnosce regem tuum,Da illi gloriam, da illi latam gentem. Quam latam gentem dabo,inquis?Noli ex tuo corde dare, & recte dabis. Vnde do,inquies? Ecce hinc da, Omnes gentes quotquot fecisti, venient & adorabunt coram te domine. Dic hoc,cõfitere hoc,& dedisti latam gentem, quia omnes gentes in vno,vna ipsa est vnitas. Qũo enim Ecclesia & Ecclesiæ, Illæ Ecclesiæ q̃ Ecclesia,sic illa gens quæ gentes. Antea gẽtes multæ gentes,modo vna gens. Quare vna gens? Quia vna fides,quia vna spes,qa vna charitas, quia vna expectatio. Postremo quare non vna gens,si vna patria? Patria cœlestis est,patria Hierusalem est,quisquis inde ciuis non est,ad istam gentem nõ pertinet. Quisquis autem inde ciuis est, in vna gente dei est, Et hæc gens ab Oriente in Occidentem, ab aquilone & mari distenditur per quatuor partes totius orbis. Hoc deus dicit,Ab oriente & Occidente,ab aquilone & mari date gloriam deo. Hoc prædixit,hoc impleuit qui solus est magnus. Desinat ergo,hoc dicere contra solum magnũ, qui noluit esse paruus, quia non possunt eẽ duo magni,deus & Donatus. Deduc me domine i via tua, & ambulabo in veritate tua. Via tua,veritas tua,via tua, Christus,Ergo
Ioan.14 corpus ad illum, & corpus de illo. Ego sum via & veritas & vita,Deduc me domine in via tua. In qua via? Et ambulabo in veritate tua. Aliud est vt ducat ad viam,aliud vt deducat in via. Vide homines vbique pauperes,ubique adiutorio egentes. Qui præter viam sunt,Christiani non sunt,catholici nondum sunt,deducantur ad viam. Sed cũ pducti fuerint ad viam,& catholici in Christo facti fuerint, ab ipso,deducantur in ipsa via ne cadant. Certe iam abulant in via. Deduc me domine in via tua. Certe iam in via tua sum,deduc me ibi, & ambulabo in veri
A tate tua, Deducente te, non errabo,si dimiseris errabo. Ora ergo vt non te dimittat, sed vsque in finem deducat. Quomodo de-
Esa.13. ducit? Semper monendo,semper dando tibi manum suam. Et brachium domini cui reuelatum est? Dando enim Christum suum, dat manum suam: Dando manum suam, Christum suum dat. Ad viam ducit perducendo ad Christum suum. In via deducit deducendo in Christo suo. Christus autem veritas,Deduc me ergo domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. In illo vtique qui ait,Ego sum via veritas & vita. Nam q Ioan.14
in via & veritate deducis, quò nisi ad vitã perducis? Deducis ergo in illo,& ad illum. Deduc me domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Iocundetur cor meum vt timeat nomen tuum. Ergo timor in iocundi
tate est. Et quomodo iocunditas,si timor? Nonne timor amatus solet esse? Erit ergo aliquando iocunditas sine timore, modo iocunditas cum timore. Nondum est.n.plena securitas,nec perfecta iocũditas. Si nulla iocunditas deficimus: Si plena securitas,male exultamus. Ergo & iocunditatem aspergat, & timorem incutiat,vt de dulcedine iocunditatis perducat nos ad sedem securitatis. Dando timorem non nos faciat male exultare & recedere de via. Ideo sic dicit Psalmus, Seruite domino in timore,& exPsal.
ultate ei cũ tremore. Sic & Apostolus Paulus dicit, Cum timore & tremore vestram Phil.
ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis. Quicquid ergo prosperum venit fratres, magis metuendũ est, Quæ putatis prospera, magis tentationes sunt. Venit hæreditas, venit copia rerum, abundat cicũfluentia nescio cuius fœlicitatis,tentationes sunt istæ, cauete ne vos istã corrumpant. Quicquid etiam prosperum est secundum Christum,& germanam charitatem Christi, Si forte lucratus es vxorẽ tuam quæ fuit in parte Donati: si forte crediderunt filij tui qui fuerunt Pagani: si forte lucratus es amicum tuum qui te volebat seducere ad theatrum, & tu e dedux isti ad Ecclesiam: si forte contradictor nescio quis inimicus tuus, & rabi de fœtiens, depositta illa rabie factus est mitis, & agnouit deum, nec oblatrat aduersum te, sed clamat tecum aduersus malum, ista iocunda sunt. Vnde enim gaudeamus, si de his non gaudemus? Aut quæ sunt alia gaudia nostra, nisi ista? Sed quia abundant & tribulationes & tentationes & dissensiones,& schismata & exC
tera mala, sine quibus non potest esse hoc seculum,donec transeat iniquitas, exultatio illa nos faciat securos,sed ita iocundetur cor nostrum vt timeat nomen dumini,aliũ de iocundetur,aliunde feriatur. Securitatẽ non expectetis in peregrinatione, quando hic illam voluerimus, viscũ erit corporis, nõ securitas hoĩs. Iocũdet cor meum vt timeat nomẽ tuũ. Cõfitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen

men tuum in æternum. Quoniam misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meã ex inferno inferiori.) Quod dicimus fratres, hoc si non uobis tanquam certus exposuero, ne succenseatis, Homo enim sum, & quantum conceditur de scripturis sanctis, tantum audeo dicere, nihil ex me. Infernum,nec ego expertus sum ad huc,nec vos,Et fortasis alia via erit, & nõ per infernũ erit. Incerta sunt enim hęc. Verum quia dicit scriptura cui contradici non potest. Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Intelligimus tanquam duo inferna esse,superius & inferius. Nam vnde infernum inferius nisi quia est infernum superius? Aliud non diceretur inferius nisi
D in comparatione illius superioris partis. Videtur ergo fratres esse quædam habitatio cœlestis angelorum, vbi vita ineffabilium tuitiorũ, vbi imortalitas & incorruptio, vbi omnia secundum Dei donum ad gratiam permanentia, Illa pars rerum superna est. Si ergo illa superna est, hæc terrena vbi sanguis,vbi corruptibilitas, vbi nauitas & mortalitas, vbi decessio atque successio,vbi mutabilitas & inconstantia, vbi timores,cupiditates, errores lætitiæ incertę spes fragilis,caduca substantia,puto quia ros ista pars non potest comparari illi cœlo,de quo loquebar pauloante. Si ergo illi parti hæc pars comparat, illa superna est, hæc inferna. Et post mortẽ,quò hinc nisi sit infernũ iferius hoc i ferno i quo sumus in carne& in ista mortalitate? Corpus.n.mortuũ est, ait Apostolus,pp peccatũ. Ergo hic sunt mortui,vt non mireris,quia infernum dicitur si mortuis abundat. non enim corpus moriturum, sed corpus mortuum est. Adhuc habet vitam vtique corpus nostrum, & tamen comparatum cõrpori illi quod futurum est, qualia sunt angelorum corpora, inuenit corpus hominis mortuũ, quamuis adhuc habens animam. Sed rursus ab hoc inferno,id est,ab hac parte inferni est aliud infernus quò eunt mortui, vnde voluit Deus eruere animas nostras,etiã illuc mittendo filium suum. Etenim fratres propter ista duo inferna missus est filius Dei vndique liberans. Ad hoc infernum missus est nascendo, ad illud moriendo. Propterea vox eius est in illo Psalmo,non quoquam hoie conijciẽte,sed Apostolo ex ponente,vbi ait,Quoniam non dereliqui animam meã in inferno. Ergo aut ipsius vox est hic,Et eruisti animam meam ab in
ferno inferiori: Aut nr̃a vox p ipsum Chri Acto.2.
stum dñm nr̃m, quia ideo ille puenit vsq. ad infernum,ne nos remaneremus in inferno. Aliam etiam opinionem dicam. Fortasis.n.apud ipsos inferos est aliqua pars inferior,quò truduntur impij,qui plurimum 2. Retr.
peccauerunt. Etenim apud inferos vtrum cap. 24.
in locis quibusdam fuisset iam Abraham, non satis possumus definire. Nondum.n. Luc.16.
dñs venerat ad infernum, vt erueret inde omnium sanctorum præcedentium aias, & tamen Abraham in requie ibi erat. Et quidam diues cum torqueretur apud inferos,cum videret Abraham,leuauit oculos. Non enim posset leuatis oculis videre,nisi
F ille esset superius, ille inferius. Et quid ei respondit Abraham cum diceret,Pater Abraham mitte Lazarum vt intingat digitũ suum,& stillet in linguam meam,quoniam crucior in hac flamma? Fili ait, memento quia recepisti bona in vita tua,Lazarus autem mala: Nunc autem hic requiescit,tu uero torqueris. Et super hoc ait, Inter nos & vos magnum chaos firmatum est, vt nec nos possimus venire ad vos, nec inde aliquis venire ad nos. Ergo inter ista fortasse duo inferna quorum in vno quieuerũt aiæ iustorum in altero torquent aiæ impiorũ attendens quidam orãs hic iam in corpore Chri positus,& orans in voce Chri,eruisse Deũ aiam suam ab inferno inferiori dixit, qa liberauit se a talibus peccatis, per quæ posset deduci ad tormenta inferni inferioris. Quẽadmodũ si medicus videat tibi imminentẽ ægritudinẽ forte ex aliquo labore,& dicat,pcet tibi,sic te tracta,requiesce,his cibis vtere,nam si nõ feceris ęgrotabis: tu aũt si feceris, & saluus eris: recte dicis medico, liberasti me ab ægritudine,non in qua iam eras, sed in qua futurus eras. Nescio quis habẽs causam molestam, mittendus erat in carcerem. Venit alius defendit eũ, gratias agens,quid dicit? Eruisti aiam meã de carG
cere,Suspendẽdus erat debitor, solutum est pro eo,liberatus dicit de suspendio. In his oibus non erant, sed quia talibus meritis agebant, vt nisi subuentum esset, ibi essent inde se recte dicunt liberari,quo per liberatores suos nõ sunt pmissi pduci. Ergo fratres siue illud siue istud sit,hic me scrutatorẽ verbi Dei,non temerariũ affirmatorẽ teneatis. Et eruisti aiam meã ex inferno inferiori. Deus prætereuntes legem insurrexe-

runt super me.) Quos dicit prætereuntes legem? Non Paganos, qui non acceperunt legem. Nemo enim præterit quod non accepit. Dicit Apostolus definite, Vbi enim
Rom.4. lex non est, nec prǫuaricatio. Prætereuntes legem, prævaricatores legis dicit. Quos ergo intelligimus fratres? Si ab ipso dño acciPiamus hanc vocem, prætereuntes legem Iudæi erant. Insurrexerunt super me prætereuntes legem: non seruauerunt legem, & accusauerunt Christum, quasi ipse præteriret legem. Prætereuntes legem insurrexerunt super me, & passus est dñs quæ nouimus. Putas nihil tale patiẽ modo corpus eius? Vnde fieri potest? Si patremfamilias
Mat.10. Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? non est discipulus super magistrum, nec seruus super dñm suum. Patitur & corpus prætereuntes legem, & insurgunt super corpus Christi. Prætereuntes legem qui sunt? Nunquid forte Iudæi audẽt insurgere super Christum? Non. Nam nec ipsi nobis valde faciunt tribulationes. Non dum enim crediderunt, nondum salutem cognouerunt. Insurgũt super corpus Christi mali christiani, de quibus quotidie tribulationem patitur corpus Christi. Omnia schismata, oẽs hæreses, omnes intus pessime viuentes, & mores suos bene viuentibus imponentes, & ad sua trahentes, & ma-
1.Co.15 lis colloquijs bonos mores corrumpẽtes, ipsi prætereuntes legem insurrexerunt super me. Dicat omnis aĩa pia, dicat oĩs aĩa christiana, Quæ hoc non patiẽ non dicat. Si aũt Christiana anima est, nouit, quia patiẽ. Si agnoscit in se passionem suam, agnoscat hic vocem suam. Si aũt extra passionẽ
Matt.7. est, & extra vocem sit, necesse est. Vt aũt nõ sit extra passionem, ambulet per viam angustam, & incipiat pie viuere in Christo, & necesse est vt hanc persecutionem patia-
2.Tim. tur. Omnes enim, inquit Apostolus, qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Deus prætereuntes legẽ insurrexerunt super me. Et synagoga potẽtium inquisierunt animam meam.) Sinagoga potentium, congregatio est superborũ. Synagoga potentium insurrexit super caput, id, est, super dñm nostrum Iesum Christum, clamantium & dicentium vno ore,
Ioa.19. Crucifige, crucifige: de quibus dictum est,
Psal.66. Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Non percusserunt, sed clamauerunt. Clamando ferierunt, clamando crucifixerunt. Voluntas clamantium impleta est, qñ dñs crucifixus est. Et synagoga potentium inquisierũt animam meam. Et non proposuerunt te in conspectu suo.) Qũo non proposuerunt? Non intellexerunt Deum, vt homini parcerent, vt quod videbant, ad hoc ambularent. Puta quia Deus non erat, homo erat? Ideo occidendus erat, quia homo erat? Parce homini, & agnosce deũ. Et tu dñe Deus miserator & misericors lõganimis & multum misericors & verax.) Quare longanimis & multum misericors & miserator? Quia in cruce pendens ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quem petit? Pro quibus petit? Quis petit? Vbi petit? Patrem filius, pro impijs crucifixus, Interpellat, pendens in cruce tanquam ad hoc extentas manus habuerit, vt sic pro illis oraret, vt dirigeret oſo eius tanq̃ incensum in cõspectu pris, & eleuatio manũ eius sacrificiũ vespertinũ. Longanimis & multum mi sericors & verax. Si ergo tu verax, Respice in me & miserere mei, da potestatẽ puero tuo.) Quia verax, da ptatẽ puero tuo. Trãsiet tempus patientię, veniet tẽpus iudicij. Qũo? Da potestatem puero tuo, Pater nõ iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ille resurgens, & in terram ipse veniens iudicaturus, ipse videbitur terribilis q̃ visus est contemptibilis. Demonstrabit potentiã, q̃ demostrauit patientiam. In cruce patientia erat, in iudicio patientia erit. Apparebit. n. homo iudicans, sed in claritate, quia sicut eum vidistis ire, dixerunt angeli, sic veniet. Forma ipsa veniet ad iudicium, ideo videbunt illum & impij, nam formã dei nõ videbunt, Beati. n. mũdo corde, qñ ipsi deũ uidebũt. Apparens in hoc forma, dicet, Ite ĩ ignẽ ęternũ, ut ipleat qđ dixit Esaias, Tollat impius, ut non uideat claritatẽ dñi. Formam ergo uidebũt hois, Qui cũ in forma Dei esset æqualis Deo, hoc non uidebunt impij. In principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc non uidebunt impij. Si. n. Deus uerbum, Et beati mundo corde, qm ipsi Deum uidebunt. Impij autem immundi sunt corde, proculdubio Deum non uidebunt. Et ubi est, Videbunt in quem pupugerunt, nisi quia apparet formã hois eos ui suros ut iudicentur, formã Dei nõ uisuros nisi eos q̃ ad dexterã separabunt? Etenim cum

cum separati fuerint ad dexteram, hoc eis dicetur, venite benedicti patris mei, percipite regnum qđ vobis paratum est ab origine mũdi. Impijs vero ad siniſtrã quid? Ite in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius. Finito aũt iudicio qũo concludit? Sic ibunt impij in amBustionem ęternam, iusti autem in vitam æternam. Iam a visione formæ hominis pergunt illi ad visionem formæ Dei. Hæc est enim, inquit, vita æterna, vt cognoscant te verum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: subaudis & Iesum Christũ verum verum Deum, quia pater & filius verus Deus: vt iste sit sensus, Te & quem misisti Iesum Christum, cognoscant verum verum Deum. Non enim illi ibunt ad visionem patris, & non ibi videbunt & filium? Si non esset & filius in patris sui visione, non diceret ipse filius discipulis suis, Beatus filius in patre est, & pater in filio. Dicunt illi discipuli, Ostẽde nobis patrem & sufficit nobis. Ait illis, Tanto tpe vobiscũ sum, & nõ me nostis? Philippe, q̃ videt me videt & patrem. Videtis, qa in visione patris & filij visio est, & in visione filij & patris visio est. Ideo consequenter subiecit & dixit, Nescitis, quia ego in patre, & pater in me est? Id est, & me viso videtur & pater, & patre viso videtur & filius, Patris & filij separari non potest visio. Vbi non vnius se paratur natura & substantia, visio separari non potest. Nam vt noueritis illuc debere separari cor ad videndam diuinitatem patris & filij & spiritusancti, in quã non visi fam credimus, & credendo cor vnde videri posit mundamus, ipse dñs alio loco dicit. Qui audit mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diliget me: diliget a pre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. Nunquid non eum videbant cum quibus loquebat? Et videbãt & non videbant, Aliquid videbant, aliquid credebant. Videbant hoiem, credebãt Deũ. In iudicio autem eundem dñm nm Iesum Christum videbunt hoiem cũ impijs, post iudiciũ videbunt Deum pter impios. Da ptãt puero tuo. Et salvum fac filiũ ancillæ tuæ. Dñs filius ancillę, cuius ancillæ? Cui nasci turus qũ nũciatus est, rũdit & ait, Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum verbum tuũ. Et salvum fecit filium ancillæ suæ, & filium suum. Filium suum, in forma dei, filium ancillæ suæ in forma serui. De ancilla Dei natus est ergo dñs in forma serui, & dixit, Saluum fac filium ancillæ tuæ. Et saluatus est a morte sicut nostis, resuscitata carne sua quæ mortua erat. Sed vt videatis quia Deus est, & non a pre sic est suscitatus, vt a se non sit suscitatus, quia & ipse carnem suã suscitauit, habes in Euangelio dictum,
Ioan.2. Destruite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Ne aũt nos aliud suspicaremur, Euangelista secutus ait, Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Saluus ergo factus est filius ancillæ. Dicat & vnusquisq. Christianus in corpore Christi positus, Saluum fac filium ancillæ tuæ. Forte non potes dicere, Da potestatem puero tuo, quia ille filius accepit potestatem. Sed quare nõ dicit
Mat.19. & hoc? An non seruis dictum est, Sedebitis super duodecim sedes iudicãtes duodecim B tribus Israel? Et serui dicunt, Nescitis quia
1.Cor.6. angelos iudicabimus? Accipit ergo & vnusquisque sanctorum potestatem, & est vnusquisq. sanctorum filius ancillæ eius. Quid si de Pagana natus est, & christianus factus est? Filius Paganæ qũo potest esse filius ancillæ ipsius? Est quidẽ Paganæ filius carnaliter, sed filius ancillæ spiritaliter. Et saluũ fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum signum in bono,) Quod signum nisi resurrectionis? Dñs dicit, Generatio hęc praua & ama
Mat.12. ricans signum q̃rit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut. n. Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ. Fac mecum signum in bono: Ergo cum capite nro iam factum est signũ in bono. Dicat & vnusquisq. nm, Fac mecum signum in bono: quia in nouissima tuba, in aduentu dñi, & mortui resurgent incorrupti, & nos imutabimur, erit hoc signum in bono. Fac mecum signum in bo-
1.Co.15 no. Vt videant qui oderunt me & confundantur.) In iudicio confundent perniciose, qui modo nolunt confundi salubriter. Modo ergo confundantur, accusent vias C suas malas, teneant viam bonam, quia nemo nostrũ viuit sine confusione, nisi prius confusus reuiuiscat. Præbet illis Deus modo aditum salubris confusionis, si non contemnat medicinam confessionis. Si autem modo nolunt confundi, tunc confundent quando deducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Quando confundentur? Quando dicent, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem im-

Sapie.5. properij, Nos insensati vitam illorum ęsti
mabamus insaniam. Quo computati sunt
inter filios Dei? Quid nobis profuit super
bia, tunc dicent, modo dicant & salubriter
dicant. Conuertat. n. vnusquisque humilis
ad dñm, & modo dicat, Quid mihi profuit
Rom.6. superbia, & audiat ab Apostolo, Quam
enim gloriam habuistis in his, in quibus
nunc erubescitis? Videtis esse & modo con
fessionem salubrem in loco penitentiæ, tũc
aũt serem, inutilem, infructuosam. Quid
nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum
iactantia contulit nobis? Transierunt oĩa
tanquam vmbra? Quid enim? Qũ hic viue
bas, non viuebas, quia transierunt ista oĩa
tanquam vmbra? Tu ne relinqueres vm
bram vt esses in luce? non postea diceres,
transierunt omnia velut vmbra, qm̃ ab vm
bra in tenebras iturus es? Fac mecũ signũ
D in bono, vt videant qui me oderunt & con
fundantur. Qm̃ tu dñe adiuuisti me, & cõ
solatus es me.) Adiuui sti me in certamine
& cõsolatus es me in tristitia. Nemo enim
consolationem quærit, nisi qui est in mise
ria. Non vultis consolari, dicite quia fœli
ces estis, & auditis populus meus. Iam re
spondetis, & audio murmur bene tenen
tium scripturas. Deus qui hoc scripsit in
cordibus vestris, confirmet & in factis ve
stris. Videtis fratres, quia qui vobis dicũt,
Esa.3. Fœlices estis, seducunt vos. Populus meus
qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mit
tunt, & turbant semitas pedum vrorum.
Iaco.14. Sicut & de Epistola Iaco. Apostoli, miseri
estote, inquit, & lugete, risus vester in lu
ctum conuertatur. Videtis quæ audistis, qũ
vobis hæc dicerentur in regione securita
tis. Vtique regio ista scandalorum est & tẽ
tationum & omnium malorum, vt gema
Psal.55. mus hic, & mereamur gaudere ibi: hic tri
bulari, & consolari tibi & dicere, Qm̃ ecce
exemisti oculos meos a lachrymis, pedes
meos a ruina, qm̃ placeho dño in regione
viuorum, Ista regio mortuorum est. Tran
sit regio mortuorum, venit regio viuorũ.
E In regione mortuorũ, labor, dolor, timor,
tribulatio, tentatio, gemitus, suspiriũ. Hic
falsi fœlices, veri infœlices, quia falsa fœli
citas vera miseria est. Qui vero se agnoscit
in vera esse miseria, erit ét in vera fœlicita
Matt.4. te. Et tũ nunc quia miser es, dñm audi dicẽ
tem, Beati lugentes. O beati lugentes. Ni
hil tam coniunctum miseriæ quam luctus:
Nihil tam remotum & contrarium mise

riæ quam beatitudo. Tu dicis lugentes, & tu dicis beatos? Intelligite inquam, qđ dico, Beatos dico lugentes. Quare beati? In spe. Quare lugentes? In re. Etenim lugent in morte ista, in tribulationibus istis, in peregrinatione sua. Et quia agnoscunt se esse in ista miseria, & gemunt, beati sunt. Quare lugent? Contristatus est beatus Cypria- Cypria
nus in passione, modo cõsolatus, ẽ in coro nu
na. Modo & cõsolatus adhuc tristis est. Do
minus enim noster Iesus Christus adhuc
interpellat p nobis. Omnes martyres, qui
cum illo sunt interpellant pro nobis. Non Rom.
transeunt interpellationes ipsorum, nisi cũ
transierit gemitus noster. Cum autem trã
sierit gemitus noster, omnes vna voce, in
vno populo, in vna patria consolabimur,
milia milium coniuncta psallentibus ange
lis choris cęlestium potestatum in vna ci
uitate viuentium. Quis ibi gemit? Qui ibi F
suspirat? Quis ibi laborat? Quis ibi ęger?
Quis ibi moritur? Quis ibi misericordiã
præbet? Quis ibi frangit panem esurienti,
vbi omnes pane iustitiæ saginantur? Ne- Matt.
mo tibi dicet, Hospitem suscipe: Peregri
nus ibi nemo erit, oês in pria sua viuunt.
Nemo tibi dicit, Concorda amicos tuos li
tigantes: in pace sempiterna Dei vultu per
fruuntur. Nemo tibi dicit, Visita ęgrotum:
sanitas imortalitasq. pmanet. Nemo tibi di
cit, Sepeli mortuũ: oês in vita æterna erũt.
Cessant opera misericordiæ, qa miseria ibi
nõ inuenit. Et quid ibi faciemus? Dormie
mus fortasse. Si mõ pugnamus contra nos,
quis geramus domum somni carnẽ istã, &
euigilamus in his luminaribus, & solẽnitas
ista dat nobis aium vigilandi, dies illa qua
les vigilias nobis dabit? Ergo vigilabimus
non dormiemus. Quid agemus? Opa mise
ricordiæ? Ista non erũt, qa nulla miseria
erit. Forte opa necessitatis erunt ista quæ
hic sunt mõ, seminãdi, arãdi, coquẽdi, molẽ
di, textendi? Nihil horũ, qa necessitas non
erit. Sic nõ erũt opa misericordię, qa trãsit
miseria. Vbi necessitas nõ erit nec miseria,
opa necessitatis & misericordiæ non erũt.
Quid ibi erit? Quod negociũ nr̃m? Quæ G
actio nostra? Nulla actio, quia quies. Sede
bimus ergo & torpebimus, & nihil age
mus? Si refrigescit amor noster, refrigescit
& actio nostra. Amor ergo quietus in vul
tu Dei, quem modo desideramus, cum
ad eum venerimus, quomodo nos accen
det, in quem nondum visum sic suspira-

mus? Cum ad eum venerimus, qũo nos il
luminabit? Qũo nos mutabit? Quid de no
bis faciet? Quid ergo agemus fratres? Psal
mus nobis indicat, Beati qui habitant in do
mo tua. Vnde? In secula seculorum lauda
bunt te. Hæc erit actio nr̃a, laus dei. Amas
& laudas. Desinis laudare si desinis amare.
Non aũt desmes amare, quia talis est qũ
vides qui nullo te offendat fastidio, & sa
tiat te, & non te satiat. Mirum est quod
dico. Si dicam quia satiat te, timeo ne
quasi satiatus velis abscedere, quomodo
de prandio, quomodo de cœna. Ergo qđ
dico, non te satiat, timeo rursus ne si dixe
ro non te satiat, indigens videaris, & quasi
manior existas, & minus in te sit aliquid
H quod debeat impleri. Quid ergo dicam ni
si quod dici põt, cogitari vix potest? Et sa
tiat te, & non te satiat: quia vtrunq. inue
nio in scriptura. Nam cum diceret, Beati
esurientes, quia ipsi saturabuntur. Et rur
sum de sapientia dctm̃ est, Qui te manducant, iterũ esurient, & qui te bibunt iterum
sitient. Imò vero non dixit iterum, sed di
xit adhuc. Nam iterum sitiet quasi primo
saginatus discesserit & digesserit, & redie
rit bibere. Tale est, Qui te edunt adhuc
esurient, sic cum edunt esurient, & qui te bi
bunt, sic bibendo sitient. Quid est bibendo
sitire? Nunq̃ fastidire. Si ergo ista ineffabi
lis & sempiterna dulcedo erit, mõ quid a
nobis petit fratres nisi fidem non fictam,
spem firmam, charitatem puram, vt ambu
let homo in via quam dñs dedit? Ferat ten
tationes & suscipiat consolationes.

In Psalmum octuagesimumsextum, Enarratio.

Psalmus iste qui modo cantatus est, bre
uis est numero verborum, magnus est
pondere oĩum sententiarum. Nam to
tus lectus est, & videtis q̃ exiguo tempore
ad terminum vsque perductus. Hic nobis
quantũ dñs donare dignatur cum vĩa cha
ritate tractãdus modo est, propositus a bea
tissimo pñte patre nr̃o. Repentina proposi
tio me grauaret, nisi me continuo proponẽ
tis oĩo subleuaret. Intendat ergo charitas
vr̃a. Ciuitas quædam in isto Psalmo canta
ta & cõmendata est, cuius ciues sumus in
quantum Christiani sumus, & vnde pere
grinamur quamdiu mortales sumus, & ad
quam tendimus p eius viam, q̃ oĩno quasi
dumetis & sentibus intercluſa non inuenie
bat. Rex ipsius ciuitatis se fecit viã, vt ad
ciuitatem pueniremus, Ambulantes ergo
in Chro & adhuc peregrinantes donec per
ueniamus, & suspirantes desiderio cuiusdã
ineffabilis quietis quæ habitat in illa ciuita
te, de qua quiete dictum est hoc nobis esse
pmissum, Quod oculus non vidit, nec au 1.Co.2.
ris audiuit, nec in cor hois ascendit, Ambu
lantes ergo sic cantemus vt desideremus.
Nã qui desiderat, & si lingua taceat, corde
cantat. Qui autem non desiderat quolibet
amore, quolibet clamore aures hoium fe
riat, mutus est deo. Videte qũo erant ama
tores huius ciuitatis ardentes, illi ipsi per
quos hæc dicta sunt, per quos hæc nobis cõ
mendata sunt, quanto p eos affectu ista cã
tata sunt. Affectum istum generabat in eis K
amor ciuitatis, amorem aũt ciuitatis infu
derat spiritu Dei. Charitas, inquit, Dei dis
fusa est in cordibus nostris per spiritũ san
ctum, qui datus est nobis. Hoc ergo spiritu
feruentes, audiamus q̃ dicta sunt de hac ci- Rom.5.
uitate. Sic ergo cœpit: Fundamenta eius in
montibus sanctis.) Nihil de illa adhuc dixe
rat Psalmus, hinc incipit & ait, Fundamen
ta eius in montibus sanctis. Cuius fundamẽ
ta? Non dubium est, quia fundamenta præ
sertim in montibus ciuitatis alicuius sunt.
Repletus ergo spiritu sancto ciuis iste, &
multa de amore & desiderio ciuitatis hu
ius voluens secũ tanq̃ plura intus apud se
meditatus erupit. In hoc, Fundamenta eius
in montibus sanctis: quasi iam de illa dixe
rit aliquid. Qũo de illa nihil dixerat, qui
nunq̃ de illa corde tacuerat? Qũo enim di
citur eius, de qua nihil dictum est? Sed mul
ta, vt dixi, secum in silentio de illa ciuitate
parturiens, clamans ad dñm, erupit etiam
in aures hoium. Fundamenta eius in mon
tibus sanctis. Et quasi hoes audientes quæ
rerent, cuius? Diligit dñs, inquit, portas
Sion.) Ecce cuius fundamenta in mõtibus
sanctis cuiusdam ciuitatis Sion, cuius dñs
portas diligit, sicut consequenter dicit, Su
per oĩa tabernacula Iacob.) Sed quid est,
Fundamẽta eius in montibus sanctis? Qui L
sunt montes sancti, super quos fundata est
ista ciuitas? Alter quidam ciuis planius
hoc dixit Apostolus Paulus. Ciuis inde
Propheta, ciuis inde Apostolus. Et hi pro
terea loquebant, vt cęteros ciues exhorta
rentur. Sed hi, id est, Prophetæ & Apostoli
qũo ciues? Fortasse ita vt ét ipsi sint mon
tes super quos fundamenta sunt huius ciui
tatis, cuius portas diligit dñs. Dicat ergo

aliùs ciuis hoc aperte, ne nos hoc suspicari videamur, loquens ad gentes, & cõmemorans vt redirent, & quasi construerent in fabricam sanctam, Superædificati, inquit, super fundamentum Apostolorum & Prophetarũ. Et quia nec ipsi Apostoli aut Prophetæ in quibus fundamentum est ciuitatis se tenerent in se, secutus ibi ait, Ipso súmo existente lapide angulari Christo Iesu. Ne itaque putarent gentes non se pertinere ad Sion, Erat.n. quædã ciuitas Sion terrena, quæ per vmbram gestauit imaginem cuiusdam Sion, de qua mõ dr̃ cælestis illius Hierusalẽm, de qua dicit Apostolus, Quæ est mater oĩum nr̃m: Ne ergo illi se non p tinere dicerent ad Sion, quia non erant de populo Iudæorum, hoc eis dixit: Igitur iã non estis peregrini & inquilini, sed estis Ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum. Habes constitutionem tantæ ciuitatis, Sed omnis ista compages vbi innitit̃, vbi incumbit, vt nusquam cadat? Ipso, inquit, summo angulari lapide existẽte Chr̃o Iesu. Dicet fortasse aliquis, Si angularis lapis est Chr̃s Iesus, in illo quidem duo parietes cõpaginantur. Neque.n. angulum faciunt nisi duo parietes in vnum deuerso venientes. Sic & populi duo ex circuncisione & ex ꝓputio ad pacẽ Christianam sibimet connexi in vna fide, vna spe, vna charitate. Sed si angulus sũmus Chr̃s Iesus, quasi videnẽ priora fundamenta & posterior lapis angularis. Potest ergo aliquis dicere q̃a magis Chr̃s super Prophetas & Apostolos incumbit, non illi super illum, sed illi sunt in fundamento, ipse in angulo. Sed cogitet qui hoc dicit, angulum & in fundamento esse. Neque.n. ibi est angulus vbi videtur vt surgat in apicẽ, a fundo .n. incipit: Nam vt nouĩtis quia, fundamẽtum Christus & primũ & maximum; Fundamentum, inquit Apostolus, nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Qũo ergo fundamenta Prophetæ & Apostoli? Et qũo fundamentum Christus Iesus, quo vlterius nihil est? Qũo putamus nisi quemadmodum aperte dicitur, sanctus sanctorum, sic figurate fundamentum fundamentorum? Si ergo sacramenta cogites, Christus sanctus sanctorũ: Si gregem subditum cogites, Chr̃s pastor pastorum: Si fabricam cogites, Chr̃s fundamentum fundamentorum. In ædificijs istis non potest idẽ lapis esse in imo, & in summo. Si fuerit in imo, in summo non erit, Si in summo fuerit, in imo nõ erit. Angustias enim oĩa penè corpora patiuntur, nec vbique esse possunt nec semper. Diuinitas autẽ quæ vbiq. prẽsto est, vndiq. ad eam potest duci similitudo, & totum potest esse in similitudinibus, quia nihil eorum est in propriis tatibus, Nunquid Chr̃s est ianua, quemadmodum videmus ianuas factas a fabro? Nõ Ioã. 10. vtiq. Et tũ dixit, Ego sum ianua. Aut nunquid sic est pastor, qũo videmus pastores istos præpositos pecorum? Et tũ dixit, Ego sum pastor: Et vno loco ambas res dixit. In Euangelio dixit, quia pastor per ianuã Ibidem. intrat. Et ibi dixit, Ego sum pastor bonus: & ibi dixit, Ego sum ianua. Pastor intrat per ianuam. Et quis est pastor, qui intrat per ianuam? Ego sum pastor bonus. Quæ est ergo ianua, qua intras tu pastor bone? Ego sũ ianua. Qũo ergo tu omnia? Qũo ergo per te omnia? Verbi gratia, cum Paulus intrat per ianuam, nonne Chr̃s intrat per ianuã? Quare? Non quia Paulus Chr̃s, sed quia in Paulo Chr̃s, & per Chr̃m Paulus. Ipse dicit, An experimentum eius vultis accipere qui in me loquitur Chr̃s? Cum sancti eius & fideles eius intrant per ianuam, nonne Chr̃s intrat per ianuam? Qũo probamus? Quia ipsos sanctos eius persequebatur Saulus nondum Paulus, qũ ei clamauit de cœlo, Saule Saule quid me persequeris? Ergo Act. 9. fundamentum, & lapis angularis ipse est ab imo surgens, si tamen ab imo. Etenim origo fundamenti huius summitatem tenet, Et quemadmodum fundamentum corporeæ fabricæ in imo est, sic fundamentum spiritalis fabricæ in summo est. Si ad terrã ædificaremur, in imo nobis ponendũ erat fundamentum. Quia cœlestis fabrica est, ad cœlos præcesit fundamẽtum nostrum. Ipse ergo angularis lapis, montes q. Apostoli, Prophetæ magni, portantes fabricam ciuitatis, faciunt viuum, quoddam ædificium. Hoc ædificium modo clamat de cordibus vestris, hoc agit artificiosa manus Dei etiam per linguam nostrã, vt ad illius ædificij fabricam conquadremini. Non.n. frustra etiam de lignis quadratis ædificata est arca Noe, quæ nihil minus figuram gestabat Ecclesiæ. Quid est enim quadrati lapidis, Attendite similitudinem quadrati lapidis, similis debet esse Christianus. In omni tentatione sua Christianus non cadit, & si impellitur, & si qua vertitur, non cadit. Nã quadratum lapidem quacunque verteris stat. Cadere nisi sunt martyres cum percu- 1.Pet.5. rentur. Sed quid dixit quædam vox eangi? Cum ecciderit iustus, non conturbabitur, qm̃ dñs confirmat manus eius. Sic ergo conquadramini, ad omnes tentationes parati, quicquid impulerit nõ vos euertat. Stantem te inueniat omnis casus. Erigeris ergo in hanc fabricam affectu pio, religione syncera, fide, spe, charitate, & ipsum ꝑficare ambulare est. In istis ciuitatibus alia est fabrica ædificiorum, alij sunt ciues inhabitantes in fabrica. Illa ciuitas ciuibus suis ædificatur, ipsi ibi sunt lapides qui sunt ci- Ibidem. ues, lapides enim sunt viui. Et vos, inquit, tanquam lapides viui ꝑdificamini in domũ spiritalem. Ad nos directa vox est, Ergo se quamur de ista ciuitate. Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dñs portas Siõ. Ideo ideo prælocutus sum, ne putetis alia esse fundamenta, alias portas. Quare sunt fundamenta Apostoli & Prophetæ? Quia eorum authoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portę? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei, Prędicant enim nobis, Et cum per ipsos intramus, p Christum intramus. Ipse est enim ianua. Et cũ dicuntur duodecim portæ Hierusalem, & vna porta Christus, & xij. portæ Christus, quia in xij. portis Christus, Et ideo duodecim numerus Apostolorum. Sacramentum magnum huius duodenarij significatiõ est numeri. Sedebitis, inquit, super xij. sedes, iudicantes xij. tribus Israel. Si xij. sedes ibi sunt, nõ est vbi sedeat tertiusdecimus Paulus Apostolus, & non erit qũo iudicet, & ipse se iudicaturum dixit, non homines tantum, sed & angelos. Quos angelos nisi apostatas angelos? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus? Responderet ergo turba, Quid re iactas iudicaturũ? Vbi sedebis? Duodecim sedes dixit dñs. xij. Apostolis, vnus cecidit Iudas, in locum ipsius sanctus Matthias ordinatus est, impletus est duodenarius numerus sedium: primo locum inue ni, vbi sedeas, sic te minare iudicaturũ. Duodecim ergo sedes qd sibi velint videamus. Sacramentum est, cuiusdam vniuersitatis, quia per totum orbem terrarũ futura erat Ecclesia, vnde vocatur hoc ædificium ad Christi compagem, Et ideo quia undique venitur ad iudicandum, xij. sedes sunt: sic quia vndique intratur in illam ciuitatem

duodecim portæ sunt. Non solum ergo illi duodecim, & Apostolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt propter significationẽ vniuersitatis, ad sedes duodecim pertinent: quemadmodũ quotquot intrabunt ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt, orions, occidens, aquilo, & meridies. Istæ quatuor partes assidue nominantur in scripturis, Ab omnibus istis quatuor ventis, sicut dicit dñs in Euange- Marc. 13 lio, a quatuor ventis se collecturum electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur? Vndique in trinitate vocatur? Non vocatur nisi per baptismum in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta, duodecim inueniuntur. Pulsate ergo affectu ad has portas, & clamet in vobis Christus, Aperite mihi portas iustitiæ. Præcesit.n. in capite, sequit in corpore. Vi- Psa. 117. dete ergo quid dixit Apostolus, quia in ipso Chr̃s patiebaĩ, Vt adimpleã, inqt, q̃ de- Col. 1. sunt ꝑssurarũ Chr̃i in carne mea. Vt adimpleã, Quid? Quæ desunt? Cui desunt? Pressurarũ Chr̃i. Et vbi desunt? In carne mea. Nunquid aliquid præssurarũ deerat in illo hoie qđ scñ est, verbum Dei natũ ex Ma- Luc. 1. ria Virgine? Passus.n. est quicquid pati deberet ex sua voluntate, nõ ex peccati necessitate, & videt quia oĩa. In cruce.n. positus accepit acetum in vltimo, & ait, Perfectũ Ioã. 19. est, Et inclinato capite emisit spiritũ. Quid est pfectũ est? Iã de mẽsura passionũ nihil deest, quia oĩa q̃ de mẽ dicta sunt completa sunt, tanq̃ ideo expectaret, vt cõplerentur. Quis est qui sic proficiscatur, qũo ille de corpore egressus est? Sed quis est qui hoc Ioã. 10. potuit? Qui primo dixerat, Ptãtem habeo ponendi aiam meã, & ptãtem habeo iterũ sumendi eã, Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam a me, & iterũ sumo eã. Posuit qñ voluit, sumpsit qñ voluit, Nemo abstulit, nemo extorsit. Ergo impletæ erant oẽs passiones, sed in capite, restabant adhuc Chr̃i passiones in corpore. Vos aũt estis corpus 1.Co.12 Chr̃i & membra. In his ergo membris cũ Col. 1. esset Apostolus dixit, Vt adimpleam q̃ desunt pressurarũ Christi in carne mea. Ergo illuc imus quo Chr̃s pcesit & adhuc Chr̃i G stus illuc pergit quo prẽcesit. Prẽcesit etenim Chr̃s in capite, sequit in corpore. Et Acto. 9. adhuc Chr̃s hic laborat. Et Chr̃s hic patiebaĩ a Saulo, qñ audiuit Saulus, Saule Saule quid me pesequeris? Qũo solet lingua

dicere calcato,pede, Calcas me. Linguam nullus tetigit,compassione clamat, non attritione. Adhuc Christus hic eget, Chs hic peregrinat,Christus hic egrotat,Christus hic in carcere includitur. Iniuriam ei
Mat.25. facimus si non ipse dixit, Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & potastis me, hospes & collegistis me,nudus & vestistis, eger & uisitastis me. Et illi, Quando te,ui dimus hęc patientem,& ministrauimus tibi? Et ille, cũ vni ex minimis meis feciſtis,
Ephe.2. mihi feciſtis. Ergo ædificemur in Christo super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente, quia diligit dns portas Sion super oía tabernacula Iacob. Quasi vero & ipsa Sion nõ sit inter tabernacula Iacob. Et vbi erat Sion nisi in populo Iacob? Iacob enim nepos Abrahę, vnde populus natus Iudęorum dicitur populus Israel, quia ipse Iacob
Gen.32 appellatus est Israel hic. Hæc bñ nouit sanctitas vestra. Sed quia erant quædam tabernacula temporalia & imaginaria, loquitur aũt iste de ciuitate quadam quam spiritaliter intelligit, cuius vmbra & figura erat illa terrena, ait, Diligit dns portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Diligit illam spiritalem ciuitatẽ super omnia figurata, quibus intimabatur illa ciuitas semper manęs & semper cœlestis in pace. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Quasi intuebatur ciuitatem illam Hierusalem in terra. Nam videte quam ciuitatem dicit de qua dicta sunt quædam glorioſiſima: Nam illa destructa est in terra, hostes passa cecidit in terram, iam non est qđ erat, expresit imaginem, transiuit vmbra. Vnde igitur gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei? Audi vnũ, Memor ero Raab & Babylonis, scientibus me.) In illa ciuitate, inquit iam ex persona Dei, memor ero Raab, & memor ero Babylonis. Raab non pertinet ad populum Iudęorum. Babylon non pertinet ad populũ Iudæorum. Nam sequitur: Etenim alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum hi fuerunt ibi.) Merito gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, vbi non solum est ille populus Iudæorum natus ex carne Abrahæ, sed ibi oẽs gentes quarum quædam nominatæ sunt, vt omnes intelligantur. Memor ero, inquit Raab. Quę ista est? Meretrix ilI
Ioſue.2. la in Hiericho, Meretrix quæ suscepit nuncios, & alia via eiecit, q̃ præsumpsit in promissione, quę timuit Deum, cui dictũ est, vt per senestram mitteret coccum. i. vt in fronte haberet signum sanguinis Christi, Saluata est ibi, & Ecclesiam gentium significauit. Vnde dns superbientibus pharisæis dixit, Amen dico vobis, publicani & meretrices præcedunt vos in regnum cęlorũ. Mat.21
Præcedunt, quia vim faciunt. Impellũt et dendo & ceditur fidei, nec obsistere potest quisquam, quia qui vim faciunt diripiunt illud. Ibi enim positum est, Regnum cœlorum vim patitur, & qui vim faciũt diripiunt illud. Hoc fecit ille latro, fortior in cruce quam in fauce. Memor ero Raab & Babylonis. Babylon ciuitas dicitur secundum seculum. Quo vna ciuitas sancta Hierusalem, vna ciuitas iniqua Babylon. Oẽs iniqui ad Babyloniam pertinent, quo omnes sancti ad Hierusalem. Sed delabitur de Babylone in Hierusalem. Vnde nisi per eũ qui iustificat impium? Piorum ciuitas Hierusalem, impiorum ciuitas Babylon. Sed venit ille qui iustificat impium, qa memor ero, inquit, non solum Raab, sed etiam Babylonis. Sed quo memor ero Raab & Babylonis? scientibus me. Ideo quodam loco dicit scriptura, Effunde irã tuã in gẽtes, q̃ te nõ nouerũt. Et alibi, Prætende misericor diã tuã scientibus te. Et vt noueritis qa in Raab & Babylone gẽtes significauit, quasi dicerẽt, qd est qp dixisti, Memor ero Raab & Babylonis sciẽtibus me: quare hoc dixisti? Etenim alienigenę, inquit. i. ptinẽtes ad Raab, ptinẽtes ad Babylonẽ & Tyrũ. Sed quousq. gẽtes? Vsq. in fines terræ. Elegit eũ populũ qui in terræ fine est: Et popolus, in qt, Aethiopum, hi fuerunt ibi. Si ergo ibi Raab & Babylon, qa ibi & alienigine, ibi Tyrus, ibi populus Aethiopũ, merito gloriosissima dicta sunt de te ciuitas dei. Iã attẽdite sacrm magnum, p eũ illic Raab, per quẽ illic Babylõ, iã nõ Babylonia: Caret. n. Babylone, & incipit esse Hierusalem. Diuitur filia aduersus matrẽ suã, & erit in mẽbris reginæ illius cui dicit, Obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui, cõcupiuit rex speciem tuam. Nam vnde Babylon aspiret ad Hierusalem, vnde & Raab ad illa fundamenta peruenirẽt, vnde alienigenæ, vnde Tyrus, vnde populus Aethiopũ? Audi unde, Mater Sion dicet homo.) Et quidam homo, qui dicit mater Sió, & per hũc ueniunt isti oẽs. Sed iste hõ quid est? Dicit si audiamus, si capiamus, Mater Sion dicet hõ. Sequit ibi quasi quæreres p quẽ uenerit

ri? Raab, Babylon, alienignæ, Tyrus, Aethiopes. Ecce per quem venerunt, Mater Sion dicet homo. Et homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.) Quid apius fratres? Vere quia gloriosissima dicta sunt de te ciuitas dei. Ecce mr Sion dicit homo, Quis homo? Qui homo factus est in ea. In ea ipse factus est homo, & ipse eã fundauit. Quomodo in ea factus est, & ipse eam fundauit? Vt in ea fieret homo, iam fundata erat. Sic intellige si potes. Etenim mater Sion dicet, sed homo. Mater Sion dicet, homo autem factus est in ea, Ipse autem fundauit eam, non homo sed altissimus. Sic fundauit ciuitatem in qua nasceretur, quo creauit matrem de qua nascerẽ. Quid est hoc fratres? Quales ꝓmissiones, quantã ipse tenemus? Ecce pp nos altissimus, qui fundauit ciuitatem, mater dicit ipsi ciuitati, & homo in ea factus est, & altissimus eam fundauit. Quasi diceretur, vnde ista scitis? Cantabimus hæc omnes, & cantat homo in nobis Christus. Homo ꝓpter nos, deus añ nos. Sed quid magnum ante nos? Ante terram & cœlum, ante secula. Hic ergo homo pp nos factus ẽ i ea. i. ipse altissimus fundauit eam. Vnde ista scimus? Dns narrauit in scripturis populorum:) Hoc. n. sequitur in Psalmo, Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Dns narrauit in scripturis populorũ. Et principum.) Quorum principũ? Horũ qui facti sunt in ea.) Principes q̃ facti sunt in ea, in ea facti sunt principes. Nam anteq̃ in ea fierent principes abiecta mũdi elegit deus, vt confunderet fortia. Nunquid princeps piscator? Nunquid princeps publicanus? Principes plane: sed quia facti sunt in ea. Quales isti principes venerunt de Babylone? Principes credentes de seculo: principes venerunt ad vrbem Romam, quasi caput Babylonis, non ierunt ad templum Imperatoris, sed ad memoriam piscatoris. Vnde. n. isti principes? Infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuentur. Hoc facit qui erigit de terra inopem, & de stercore exaltat pauperem. Vt quid erigit? Vt collocet eum cũ principibus, cum principibus populi sui. Magna res magnum gaudium, magna lætitia. Postea venerunt in hanc ciuitatem & oratores, sed non venirent, nisi præcederent piscatores. Magna hęc: sed vbi hæc, nisi in illa ciuitate dei, de qua gloriosissima dicta sunt? Ideo collatis omnibus gaudijs atque conflatis, quomodo clausit? Tanquam iocundatorum habitatio omnium in te.) Tanquam iocundatorum habitatio omnium iocundatorum in hac ciuitate: in peregrinatione ista conterimur. Habitatio nostra, iocunditas sola. Peribit labor & gemitus, transeunt orationes, succedunt laudationes: Ibi ergo habitatio iocundatorum non erit gemitus desyrantium, sed lætitia perfruentium. Aderit enim cui modo suspiramus, similes ei erimus, qm videbimus eum sicuti est. Ibi totũ negocium nrm non erit nisi laudare deum
1.Ioa.3. & frui deo. Et quid alium quæremus, vbi solus sufficit, per quem facta sunt omnia? Ioan. 1.
Habitabimur & habitabimus: subijcientur 1.Co.15
illa omnia, vt sit deus oía in omnibus. Beati ergo qui habitant in domo tua. Vnde bea Psal.83.
ti? Habendo aurum, habendo argentum, numerosam familiam, multiplicem prolem. vnde beati? Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hoc vno B
beati ocioso negocio. Hoc ergo vnum desideremus fratres, cum venerimus ad hoc, nos paremus gaudere ad dñm, laudare deũ. Opera bona quæ modo nos perducunt, nõ ibi erunt. Diximus & hesterno die quantũ potuimus, non ibi erunt o pa misericordiæ, Mat.25.
vbi nulla erit miseria. Egentem non inuenies, nudum non inuenies, nemo tibi occurret sitiens, nullus peregrinus erit, nullus ægrotus quem visites, nullus mortuus quem spelias, nullus litigatorũ inter quos pacem componas. Quid facturus es? An forte propter necessitates nostri corporis nouellabimus, & arabimus, & negociabimur, & peregrinabimur? Magna ibi reqes. Nam ibi omnia opera quæ necessitas flagitat subtrahentur: mortua necessitate, peribunt opera necessitatis. Quid ergo erit? Quomodo potuit dixit lingua humana, tanquam iocundatorũ omniũ habitatio in te. Quid est tanquã? Quare tanq̃? Quia talis ibi erit iocunditas, qualem hic non nouimus. Video hic multas iocunditates, & multi gaudent in seculo, alij hinc alij inde, & non est quod illi gaudio comparent, sed tanquam iocunditas erit. Nam si dicam iocunditas incipit homini occurrere talis iocunditas, qualem solet habere in poculis, in C
prandijs, in auaritia, in honoribus seculi. Ex tollunt. n. hoies, & lætitia quadã insaniunt:

sed

sed non est gaudere impijs, dicit dñs. Est
1.Co.11 .n. iocunditas quædã, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit. Tanquam iocundatorum oium habitatio in te. Ad aliud gaudium nos paremus, quia & hic tanquã simile inuenimus, & non est hoc, ne quasi paremus nos talibus ibi perfrui, qualibus hic gaudemus, alioquin contine
ntia nra auaritia erit. Sunt. n. hoies qui inuitantur ad cœnam opimam, vbi multa & preciosa ponenda sunt, non prandent. Iã si quæras ab eis quare non prandeãt: resp. ő dent, Ieiunamus. Magnum opus, Chrianũ opus ieiunium: noli cito laudare, quere causam, negocium ventris agit, non religionis. Quare ieiunant? Ne ventrem præoccupẽt vilia, & non possint admittere preciosa. Ergo negocium gutturis gerit in ieiunio. Magna res: vtiq. ieiunium contra ventrem & guttur pugnat, aliqñ illis militat. Itaq. fratres mei, si putatis aliquid tale habituros nos in illa patria ad quam nos exhortatur tuba cœlestis, & ꝓpea vos a ꝑsentibus abstinetis, vt illic talia copiosius recipiatis, sic
D estis qũo illi qui ieiunant ꝓpepulas maiores, & continent se a maiori incontinentia. Nolite ergo sic: ad aliquid vos ineffabile ꝑparate, mundate cor ab oibus affectionibus vestris terrenis & secularibus. Visuri sumus quiddam, quo viso beati erimus, & & hoc solum nobis sufficiat. Et quid? Non manducabimus? Immò manducabimus, & ipse erit cibus noster, qui & reficiat, & non deficiat. Tanquam iocũdatorum oium habitatio in te. Iam dictum est, vnde iocunda
Psal.83. bimur, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Laudemus modo dñm, quantum possumus mixtis gemitibus, quia laudando eum desyderamus eum, & nondum tenemus. Cum tenuerimus subtrahetur omnis gemitus, & remanebit sola & pura & æterna laudatio.

In Psalmum octuagesimumseptimum, Enarratio.

PSalmi huius octogesimi & septimi titulus, habet aliquid quod nouum negocium disputatori afferat. Nusquam. n. aliorum psalmorũ ꝓpositum est quod hic legitur: Pro melech ad respondendum.) Nã de psalmo cantici, & cantico psalmi, alias q̃d nobis videretur diximus: & filijs Cho
E re vsitatum in titulis psalmorũ ꝓpissimeq. tractatum est, & quid sit in finẽ: sed quod sequitur, Pro melech ad respondẽdum, hoc inusitatum habet iste titulus. Pro melech aũt, Latine pro choro dici põt: melech. n. verbo Hebræo chorus significatur. Quid est ergo pro choro ad respondendum, nisi forte vt canenti chorus consonando respõdeat? Sicut non istum solum, sed alios quoque psalmos credendum est esse cantatos, quamuis alios titulos acceperint, quod fastictum existimo causa varietatis, qua fastidium leuaretur. Non. n. solus iste psalmus dignus est habitus vbi responderet chorus, cum vtique non sit solus de dñi passione conscriptus. Aut si est alia causa cur tanta sit varietas titulorũ, qua possit oñdi ita psalmos oẽs esse ꝓnotatos, qui sunt aliter ꝓnotati, vt nullius titulus valeat alicui alteri conuenire, ego eam fateor cum multum conatus essem, penetrare non potui. Et si quid de hac re legi ab eis dictum qui ante nos ista tractauerunt, non satisfecit expectationi siue tarditati meæ. In quo F igit mysterio dictum mihi videat, Pro choro ad respondendum. i. vt canenti per chorum respondeat, exponam. Dñi hic passio prophetatur. Dicit aũt Apostolus Petrus, 1.Pet.2
Chrs pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius: hoc est respondere: dicit ẽt Apostolus Ioannes, 1.Ioh.3
Sicut Chrs pro nobis animã suam posuit, ita & nos debemus animam pro fratribus ponere, hoc est respondere. Chorus autem concordiam significat, q̃ in charitate constit. Quisquis ergo quasi æmulator dñicæ passionis tradiderit corpus suũ vt ardeat, si charitatem non habeat, non respondet in
G choro, & ideo nihil ei prodest. Proinde quẽ admodum dicunt in arte musica, sicut edocti hoies latine dicere potuerunt ꝑcentor & succentor: præcentor. s. qui vocẽ præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet: ita in hoc cantico passionis ꝑcedentem Chrm subsequẽtes martyrum in finem cœlestium coronarum. Hoc. n. canit filijs Chore. i. imitatoribus passionis Chri, qm in Caluariæ loco crucifixus est Chrs, quæ illius Hæbrei nominis interpretatione perhibet. i. chore. Et hic est intellectus Eman Israelitæ: Quod in tituli huius vltimo positum est. Eman quippe interpretari dicitur fratres eius. Eos. n. fratres suos Christus facere dignatus est, qui sacramentum crucis eius in
Matt.27
telligunt

telligunt, & non solum de illa non erubescunt, verumetiam in illa fideliter gloriantur, non se de suis meritis extollentes, sed
1.Co.1 cuius gratiæ, non ingrati, vt vnicuiq eorum dict posit, Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Sicut ipsum Israel scriptura sine dolo fuisse commẽdat. Iam itaque Christi vocem in prophetia præcinentis audiamus, cui suus chorus vel imitatione vel gratiarum actione respondeat. Dñe Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in cõspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.) Orauit enim dñs, non secundum formam dei, sed secundum formam serui: secundum hanc enim & passus est. Orauit aũt & cum in lætis res
Luc.22 suis ageret, quod diei nomine: & cum in aduersis, quod noctis nomine significari arbitror. Ingressus orationis in conspectu Dei acceptio eius est: inclinatio auris Dei mi
Heb.5 fericors exauditio est: nam membra talia qualia nos habemus in corpore, non habet Deus. Est aũt solita repetitio: nam q̃ est, Intret in cõspectu tuo oratio mea: idipsum est, Inclina aurem tuam ad precem meam. Q̃m repleta est malis aia mea, & vita mea H in inferno appropinquauit.) Audemusne dicere animam Christi repletam malis, cũ illa passionis afflictio in carne valuerit quid valuit? Vnde & ipse suos ad tolerantiam passionis accendens, & tanquam ad
a. respõdendum exhortans chorum suũ, Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidũt, animam autem non possunt occidere. An occidi aia a persecutoribus non potest, malis autem repleri potest? Quod si ita est, quæ
c. rendum quibus: non enim vitijs per quæ homini dominat iniquitas, aiam illam replet am possumus dicere: sed forte doloribus, quibus aia suæ carni in eius passione compatitur: non enim vel ipse qui dicitur corporis dolor potest esse sine aia, quem in
1.Co.13 euitabiliter imminentem præcedit mœstitia, quæ solius aiæ dolor est, dolere ergo aia non dolente corpore potest, dolere aũt corpus sine aia non potest. Cur itaque nõ dicamus non hois peccatis, sed tũ humanis malis repletam fuisse animam Christi? Mat.27
g. De quo alius Propheta dicit q̃d pro nobis doluerit: & Euangelista, Assumpto, inquit, Petro & duobus filijs Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse. Et ipse dñs de seipso, Tristis est aia mea vsque ad mortem. K Hæc futura præuidẽs Propheta psalmi hu-
ius conscriptor, inducens eum loquentem: qm repleta est, inquit, malis anima mea & vita mea in inferno appropinquauit: nam ipsam sententiam omnino verbis aliis explicauit, qua dictum est, Tristis est aia mea vsque ad mortẽ. Quod enim ait, tristis est aia mea: hoc dictum est, Repleta est malis aia mea. Et quod sequitur, vsque ad mortẽ: hoc dictum est, & vita mea in inferno appropinquauit. Hos autem humanę infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem infirmitatis humanæ, ac mortẽ carnis humanæ dñs Iesus, non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit, vt transfiguraret in se corpus suum quod est Ecclesia, cui caput esse dignatus est, hoc est, mẽbra sua in sanctis & fidelibus suis, vt si cui eorum inter humanas tentationes eõtristari & dolere contingeret, non ideo se ab eius gratia putaret alienum, & non esse ista pcta, sed humanæ infirmitatis indicia, tanquam voci præmissæ concinens chorus, ita corpus eius ex ipso suo capite addisceret. In hoc quippe corpore præcipuũ membrorũ Apostolũ Paulũ legimus, & audimus cõfitentẽ Rom.9 talibus malis repletã esse aiam suã, cũ dicit tristitiã sibi eẽ magnã & cõtinuũ dolorẽ cordi suo pro fratribus suis secm carnẽ, q̃ sunt K Israelitę. Pro quibus si cõtristatũ dicamus & dñm cum eius passio propinquaret in qua illi se immanissimo scelere fuerãt obligaturi, nõ incongrue nos dicere existimo. Deniq, illud q̃d in cruce dixit, Pater ignosce illis quia nesciũt q̃d faciũt, ẽt i ipso psalmo deinceps dr, Deputatus sum cũ descendentibus in lacum:) Vtique a nescientibus quid facerent, qui eum sic mori putauerũt vt moriuntur homines cæteri, tanquam necessitati subditum atque illa necessitate deuictum. Lacum enim dixit, vel miseriæ, vel inferni profunditatem, Factus sum, inquit, sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber:) In his verbis maxime persona dñi apparet. Quis enim alius inter mortuos liber, nisi in similitudine carnis peccati inter peccatores solus sine peccato? Vnde Rom.8. illis qui se insipienter liberos putabãt, Om Ioan. 8. nis, ait, qui facit pctm, seruus est peccati. Et q̃a per eũ qui nõ habebat pctm, oportebat liberari a peccatis, Si vos, inquit, filius libe- Ioa. 10. rauerit, tunc vere liberi eritis. Hic ergo inter mortuos liber, qui in ptate habebat po- Ioan. 2. nere aiam suã, & iterũ sumere eã, a quo eã nemo tollebat: sed eã ipse voluntate ponebat,

L bat, qui ẽt carnem suam tanq̃ solutũ ab eis templum resuscitare poterat cum volebat:
Ioan. 8. & 16. Quem passurũ eum oẽs deseruissent, solus non remansit, quia pater eum non deseruit sicut ipse testatur: ab inimicis tñ pro quibus orauit nescientibus, qđ faciebant & dicentibus Alios saluos fecit, seipsum nõ potest:
Mat. 27. si filius Dei est descendat nunc de cruce, & credimus ei: saluum faciat eum si vult eum: factus est. i. existimatus est tanq̃ homo sine adiutorio. Tanq̃ vulnerati dormientes in sepulchro.) Sed addidit, Quorum non meministi adhuc.) Vbi est dñi Christi a cæteris mortuis aiaduertẽda discretio. Nam &
Ibid. ipse vulneratus est, & mortuus positus in sepulchro: sed illi qui nesciebant quid facie bant, quis esset vtique nescientes, similem illum putauerunt alijs vulnere occisis, & dormientibus in sepulchro, quorum deus adhuc non meminit, id est, quorũ nondum tps resurgendi aduenit. Ideo nan que mortuos cõsueuit scriptura dicere dor mientes, quia euigilaturos. i. resurrecturos vult intelligi. Sed hic vulnerat & dormiẽs in sepulchro, die tertio euigilauit, & factus
Psa, 101. M est sicut passer singularis in tecto. i. ad dexteram dei pris in cœlo: nec iam moriẽ, &
Rom. 6. mors ei vltra non dñabitur. Vnde longe distat ab eis, quorum ad talem resurrectionẽ Deus non meminit adhuc. Quod enim prçcedere oportebat in capite, corpori seruatur in finem. Tunc aũt dicit Deus memi nisse qñ facit, tunc obliui sci qñ non facit: nam neq. obliuio cadit in Deum, quia nul lo modo mutat: neq. recordatio, quia non obliuiscitur. Factus sum ergo ab eis nesciẽ tibus qđ faciebant, tanquam homo sine adiutorio, cum essem inter mortuos liber: factus sum ab eis nescientibus qđ faciebant, velut vulnerati dormientes in sepulchro. Et ipsi expulsi sunt de manu tua:) Id est, cum hæc ab eis factus sum, ipsi expulsi sunt de manu tua, ipsi adiutorio manus tuæ priuati sunt, quæ me sine adiutorio esse puta-
Psal. 56. uerunt. Foderunt. n. sicut dicit in alio psalmo, ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Melius enim sic intelligendũ existimo, q̃ vt id qđ dictum est, Et ipsi expulsi sunt de manu tua, ad illos referat dormientes sepulchro, quorum non meminit adhuc, cũ sint in eis iusti, quorum licet non meminerit adhuc vt resurgant, de his tñ di
Sapi. 3. Ptal. 90. ctum est, Iustorum aiæ in manu Dei sunt, hoc est, habitant in adiutorio altissimi, & in protectione dei cœli cõmorantur. Sed A illi expulsi sunt de manu dei, qui dñm Iesum Christum de manu eius expulsum es se diderunt, quia eum inter iniquos deputatũ occidere potuerunt. Posuerunt me, inquit, in lacu inferiori: vel potius, in lacu infimo:) Sic enim est in Græco. Quid est aũt lacus infimus, nisi profundissima miseria, qua nõ sit profundior? Vnde alibi dici tur, Eduxisti me de lacu miseriæ. In tenebrosis & in vmbra mortis.) Posuerunt vti que. i. existimantes, qñ quod faciebant, & ignorabant eum quem nemo principum huius seculi cognouit. Vmbra. n. mortis, ne 1. Co. 2. scio vtrum mors corporis hic intelligenda sit, an illa potius de qua scriptum est, Qui Esa. 9. sedebant in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis: quia credendo in lucem & in vitam, ex tenebris & morte impietatis educti sunt. Talem ergo illi qui nesciebant quod faciebant Deum putauerunt, & inter tales nesciendo posuerũt, qualibus ne hoc essens ipse subuenit. In me cõfirmata est indigna tio tua:) Vel sicut alij codices habent, ira tua: vel sicut alij, furor tuus. Quod. n. Græce positum est θυμος, diuerse interpretati sunt nostri: nam vbi Græci codices habẽt B θυμὸν, ibi iram latinè dicere nullus fere dubitauit interpres. Vbi aũt θυμὸς positum est, plerique non putauerunt iram esse dicendam cum magni authores Latinæ eloquẽtiæ de philosophorum Græcorum libris ẽ hoc iræ nomine verterint in Latinum: neque de hac re diutius disputandum est, cui tamen si & nos aliud nomen adhibere debemus, tolerabilius indignationẽ dixerim quam furorem. Furor quippe sicut se Latinum habet eloquium, nõ solet esse sanorũ. Quid ergo est, in me cõfirmata est ira tua, nisi quẽadmodum illi putauerũt, qui dñm gloriæ non cognouerunt? Apud eos. n. sic 1. Co. 2. erat, q̃ ira Dei non solũ cõmota, verum ẽt confirmata fuerit super eũ, quem vsque ad mortem, nec quãlibet mortem, sed quã exe crabilius præ cęteris habebant. i. vsque ad mortẽ crucis perducere potuerũt: vnde dicit Apostolus, Christus nos redemit de ma ledicto legis, factus pro nobis maledictum. scriptum est enim, Maledictus oĩs homo Deut. 21. qui pendet in ligno. Et ideo cum eius obedientiã vsq. ad extremã humilitatẽ cõmendare vellet, humiliauit, inquit, semetipsum C factus obediẽs patri vsq. ad mortem. Quod cũ parũ videret, adiecit: mortem autẽ cru-

cis. Propter hoc quantũ mihi uidetur, etiã in isto Psalmo talis uersus sequitur: Et oẽs suspẽsiones tuas:) Vel sicut quidam sunt interpretati: Omnes fluctus tuos:) Aut sicut alij: Oẽs elationes tuas super me iduxisti.) Scriptum est. n. & in alio psalmo, omnes suspensiones tuæ, & fluctus tui super me ingressi sunt: uel sicut quidã melius transtulerunt, super me transierunt. διῆλθον enim est in Græco, non ἐισῆλθον. Vbi ergo utrunque positũ est, & suspensiones & fluctus, nõ ibi potuerunt pro suspẽsionibus fluctus poni. Quæ duo sic exposuimus, vt suspensiones diceremus comminationes, fluctus aũt iam ipsas passiones: quæ utraq. veniunt de iudicio dei. Sed illic dictũ est, Oẽs super me trãsierunt: hic vero, Super me oẽs induxisti. Illic ergo & si quędam acciderunt, omnia tñ mala quæ illis uerbis intelligi uoluit, super me transierunt dixit: hic uero, super me induxisti. Transeunt. n. siue quæ non attingunt sicut suspensiones, siue quæ attingunt sicut fluctus. Cũ aũt non ait, omnes suspenfiones super me transierunt, sed super me induxisti, omnia quæ impendebant euenisse significat. Impẽdebant aũt quãdiu in prophetia futura iminebant omnia, q̃ de illius passione ꝓdicta sunt. Lõge, inquit, fecisti noD tos meos a me.) Si eos quos nouerat accepe rimus dictum esse notos, oẽs erunt: nã quẽ ille non nouerat? Sed eos dicit notos, quibus & ipse notus erat, quantum eum tunc posse potuerunt, certe vel hactenus q̃ scie bant cum innocentem, etiam si hominem & non deum putabant, quãuis tantũmodo & non bonos quos ꝓbaret, hic notos dicere potuerit: sicut malos quos ꝓbaret ignotos, Ps. 7. quibus in fine dicturus est, nõ noui vos. Qđ vero adiungit: Posuerunt me abominationem sibi:) Possunt & illi quidem intelligi quos notos sibi dixit, quia & ipsi genus illius mortis horrebant: sed melius intelligi tur de his, de quibus suis persecutoribus su Mat. 16 perius loquebatur: Traditus sum, inquit, & non egrediebar.) Vtrum quia foris erãt discipuli eius quando ipse intus iudicabatur, an potius, non egrediebar, altius dictũ debemus accipere, id est, in interioribus meis latebam, non ostendebam, quis essem, non propalabar, non manifestabar? Et ideo sequitur, Oculi mei infirmati sunt ab inopia.) Nam quos eius oculos intellecturi sumus? Nam si exteriores in carne in qua patiebatur positos, non eos in eius passione legimus infirmatos ab inopia. i. tanquã fame, ut assolet, languisse. Post cœnam qp- E pe suam traditus, & eodem die crucifixus est. Si interiores, quomodo infirmati sunt ab inopia, cum in eis esset lux indeficiens? Sed nimirum oculos suos dixit mẽbra, quę in suo corpore cui caput est, ipse clariora & eminẽtiora & ꝑcipua diligebat. De quo corpore Apostolus loquens, & de nro corpore similitudinẽ adhibens, ait, Si totũ corpus oculus, ubi auditus? Si totũ corpus auditus, 1. Co. 12 vbi odoratus? Si fuissent oĩa unũ mẽbrũ, vbi corpus? Nunc aũt multa mẽbra, vnũ aũt corpus. Nõ põt dicere oculus manibus, opus vobis nõ habeo. Et si dixerit manus, qa nõ sum oculus, nõ sum de corpore, nõ ideo nõ est de corpore? Quid autem his uerbis vellet intelligi, euidentius expressit dicens, Vos autẽ estis corpus Christi & membra. 1. Co. 12 Quapropter & illi oculi. i. sancti Apostoli quibus non reuelauerat caro & sanguis, sed pater eius q̃ ĩ cœlis ẽ, ut Petrus diceret, Tu Mat. 16 es Christus filius dei uiui, videntes eũ tradi ac tanta perpeti mala, quoniam non eũ videbant qualem uolebant, quia non egrediebatur. i. nõ manifestabatur in uirtute & potẽtia sua, sed in suis interioribus occultis omnia quasi superatus atq. impotens suffe F rebat, infirmati sunt ab inopia urlut subtracto sibi cibo suo, lumine suo, Et exclamaui, inquit, ad te domine.) Hoc quidem & apertissime fecit cum pẽderet in ligno. Sed qđ sequitur, Tota die expandi manus meas ad te.) quomodo oporteat accipi, merito quæritur. Si. n. in eo quod ait, expandi manus meas, crucis patibulum intellexerimus, quomodo intellecturi sumus, tota die? Nunq̃d tota die pependit in ligno, cum & nox ad totum diem pertineat? Si autem hoc loco diem uoluit intelligi, qui præter noctẽ dies appellari solet, etiam talis dici quando crucifixus est, iam pars prima & non parua trãsierat. Si autem diem pro tempore positum velimus accipere, maxime quia hoc nomen genere fœminino posuit, quod in Latino eloquio non nisi tempus significare solet: quamuis in Græco non ita sit, sem per quippe in ea lingua dies fœminino genere dicitur, & ideo nostros sic interpretari puto, arctius quæstio colligabitur. Quomodo enim toto tempore, si nec saltem uno toto die manus extendit in cruce? Porrò si totum pro parte accipiendum esse dicamus, qa isto genere locutionis uti

etiam

Getiam sancta scriptura consueuit,non mihi occurrit exemplum, totum pro parte etiã tunc posse accipi, quando ipsum verbum additur,& dicitur totum:nam & in eo qđ dixit dñs in Euangelio,Sic erit & filius hominis in corde terrę tribus diebus & tri-
Mat.15. bus noctibus,ideo totum pro parte non insolenter accipitur,quia non ait,totis tribus diebus, & totis tribus noctibus. Vnus quippe medius fuit totus dies,duorum aũt partes,primi vltima, vltimi prima. Si aũt non crucem suam in hac prophetia Psalmi significauit his verbis, sed orationem quam eum ex forma serui fudisse Deo patri, Euangelio teste didicimus, vbi eum & longe ante passionem, & sub die passionis,& in ipsa cruce orasse meminimus nusquam hoc eum tota die fecisse legimus. proinde conuenienter per extentas manus tota die continuationem bonorum operum intelligere possumus, a quorum nunq̃ intẽtione cessauit. Sed quia solis præ destinatis ad æternam salutem,non autem oĩbus hominibus, nec ipsis inter quos facta sunt eius bona opera profuerunt, ideo cõsequenter adiecit: Nunquid mortuis facies mirabilia?) Hoc enim si de his dictum putauerimus quorum caro exanimis facta est,magna mirabilia facta sunt mortuis, cũ quidam eorum etiam reuixerunt: Et qđ
Mat.27 H dñs penetrauit inferna, atque inde mortis victor ascendit,magnum mortuis miraculum factum est. Significat ergo isto verbo quo ait,Nunquid mortuis facies mirabilia, hoĩes corde ita mortuos,vt eos ad vitam fidei tanta Christi mirabilia non mouerent. Neque.n. propterea dixit non eis fieri mi-
Ioan. 6. rabilia,quia non ea vident, sed quia nõ eis prosunt:nam sicut hic ait, Tota die expan-
Esa.56. di manus meas ad te:quia omnia opera sua non nisi ad voluntatem patris refert,sæpissime se constans ideo venisse, vt voluntatẽ patris impleret:ita quia eadem opera etiam infidelis populus vidit, alius Propheta dicit, Tota die expandi manus meas ad populũ nõ credentẽ & cõtradicẽtẽ:ipsi sunt mortui quibus non sunt facta mirabilia, non qꝑ ea non viderunt, sed qꝑ per ea non reuixerunt. Quod autem sequitur: Aut medici exuscitabunt,& confitebuntur tibi? Id est, quia non a medicis exuscitabuntur homines,ut confiteantur tibi. In Hebræo quidẽ aliter se habere firmatur: non enim medici,sed gigantes esse perhibentur. Verum Septuaginta interpretes quorum authoritas tanta est,vt non immerito propter mirabilẽ cõsonantiam diuino spiritu interpretati esse credantur, de vocis similitudine quia in Hebræa lingua gigantes & medici penè eodem modo sonant, & exigua differentia distinguuntur,non errore sed potius occasione,qũo isto loco accipiendi essent gigantes significare voluerunt. Si.n. superbos gigãtum nomine insinuatos intelligamus:de quibus dicit Apostolus, Vbi sapiẽs, vbi scriba,vbi cõquisitor huius seculi, non fuit incongruũ eosdẽ medicos nũcupari, velut partẽ sapientiæ suæ ꝓmittentes aiarum saluté. Contra quos dicit dñs est salus. Sin aũt in bono acceperimus gigantes, quia & de ipso dño dictum est, Exultauit ut gigas ad currendam viam:qꝑ ita sit gigas gigantũ magnorũ scilicet & fortissimorum, qui in eius Ecclesia spiritali robore excellunt, sicuti est mõs montiũ: qa de illo scriptũ est, Erit in nouissimis temporibus manifestus Esa.2. mõs dñi paratus in cacumine montiũ,sicut ẽt sanctus sanctorum:nõ est absurdũ vt idẽ Dauid ipsi magni & fortes ẽt medici vocentur: vndé dicit Apostolus,Si qũo ęmulari potero Ro.11. carnem meam,vt saluos faciam aliquos ex illis. Sed etiam tales medici quamuis non de suo curent, quia nec medici corporis cura-
rant de suo,tamen quantumlibet per fidele K
ministeriũ opitulentur saluti,viuentes curare possunt, non mortuos excitare: de quibus dictum est, Nũquid mortuis facies mirabilia? Nimis.n. occulta dei gratia est,qua hominum mentes quodãmodo reuiuiscũt, vt possint a quibuslibet eius ministris pręcepta sanitatis audire. Quã gr̃am cõmendat in Euangelio dñs dicens, Nemo põt venire ad me,nisi pr̃ qui misit me traxerit eum. Ioan.6. Et paulopost apertius hoc ipsum repetens ait, Verba quæ ego locutus sum vobis,spũs & vita sunt,sed sunt quidã ex vobis qui nõ credũt:deinde interponit Euangelista, Scie bat.n.ab initio Iesus qui essent credituri,& qs traditurus esset eũ. Et secutus atq; ipsius dñi verba coniungens ait, Et dicebat, Propterea dixi vobis quia nemo põt venire ad me,nisi fuerit ei datũ a pr̃e meo:supra dixerat,Sed sunt quidã ex vobis q nõ credunt: & tanq̃ huius rei causam exponẽs, Propterea,inquit,dixi vobis, qa nemo põt venire ad me,nisi fuerit ei datũ a pr̃e meo, vt ꝑinde ret eamipsam fidẽ qua credit, & ex morte sui cordis aĩa reuiuiscit, dari nobis a deo.

Quantum

Quantumlibet ergo ex ipsa excellẽtes verbi prædicatores & veritatis, etiam p mirabilẽ cõsonantiam sua fortes, tanq̃ magni medici agant cum hoibus,si mortui sunt, & tua gr̃a non reuixerint,nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici exuscitabũt,& hi quos exuscitabunt confitebunt tibi? Hæc.n. confessio indicat viuos, non sicut alibi scriptum est, A mortuo velut qui non sit perit cõfessio. Nunquid enarrabit quis in sepulchro misericordiam tuã, & veritatem tuam in perditione?) Subauditur quod supra dictũ est, vt etiã iste versus ita se habeat ac si dictum sit, Nunquid enarrabit quis veritatem tuam in perditione? Misericordiã quippe & veritatem amat scriptura cõiungere, maxime in Psalmis. Quod vero ait,in perditione, alio verbo repetiuit quod supra dixerat,in sepulchro: sic enim dictum est, in sepulchro, vt intelligantur ij qui sunt in sepulchro, qui & superius significati sunt nomine mortuorum, vbi ait, Nunquid mortuis facies mirabilia? Animæ namq. mortuæ corpus sepulchrum est: vnde dñs in Euangelio talibus dicit, Similes estis sepulchris dealbatis, q̃ foris apparent hoibus speciosa,intus vero plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia: sic & vos a foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniquitate. Núquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblita?) Quod est in tenebris, hoc est in terra oblita. Infideles.n. significantur nomine tenebrarum. Hinc dicit Apostolus, Fuistis enim aliquã tenebræ. Sic & terra oblita, homo est qui oblitus est Deum. Potest nanq. anima infidelis usque ad tantas tenebras peruenire, vt dicat stultus in corde suo,non est Deus. Totus ergo iste ;sensus ita continuatur atq; cõtexitur. Clamaui ad te dñe inter passiones meas,tota die expandi manus meas ad te. i. non destiti ad te glorificandum extendere opera mea. Cur ergo impij in me sæuiunt, nisi quia mortuis non facies mirabilia? Id est,non eis cõmouentur ad fidem,nec medici eos exuscitabunt vt confiteantur tibi, in quibus occulta gratia tua non operatur qua trahunt vt credant, quia nemo venit ad te,nisi quẽ tu attraxeris? nam quis enarrabit in sepulchro misericordiam tuam. i. animæ mortuæ,cuius mors iacet sub corpore? hoc est,in tali morte nihil bonum valẽti credere atque sentire? Nunquid n. in tenebris huius mortis,hoc est, in hoie qui te obliuiscendo vitæ lumen amisit, tua mirabilia iustitia cognoscent? Occurrebat aũt quæstio quisnam sit vsus istorum mortuorum, quid ex his agat Deus ad vtilitatem corporis Christi quod est Ecclesia, vt in eis demonstretur,quæ sit Dei gratia in prędestinatis, qui scđm propositum vocati sunt: vnde ipsum corpus in alio psalmo dicit, Deus meus misericordia eius prę-
Psal.138. niet me. Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis. Ergo & hic sequitur ac dicit, Et ego ad te domine clamaui.) In quibus verbis iam intelligendus est dñs Chr̃s ex voce corporis sui loq.i. Ecclesiæ. Quid
Ephe.2. est.n. & ego, nisi quia fuimus & nos aliqñ natura filij iræ, sicut & cęteri? Sed ad te clamaui vt saluus essem. Quis.n. me discernit ab aliis filijs iræ, cum Apostolum audiam ingratos terribiliter increpantem ac dicentem, Quis.n. te discernit? Quid aũt habes
1.Co.4. qđ non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dñi est salus, Gi-
Psal.3. & 32. gas aũt in multitudine virtutis suæ nõ erit saluus, sed sicut scriptum est, Qui inuoca-
Ro.10. uerit nomen dñi, saluus erit. Qũo aũt inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut qũo credent ei quem non audierunt? Qũo autem audient sine prædicante? Aut qũo
B prędicabunt si non mittantur? Sicut scriptum
Ibidem. est, Quàm speciosi pedes eorũ qui annunciant pacẽ, qui annunciant bona. Ipsi sunt
Luc.10. medici curantes a latronibus sauciatũ, sed dñs perduxit eum ad stabulum: quia ipsi sunt etiam operantes in agro dñico, nec tñ
1.Co.3. qui plantat est aliquid, aut qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Ideo & ego ad dñm clamaui, hoc est, dñm vt saluus essem inuocaui. Qũo aũt inuocarem, nisi crederem? Qũo crederem, nisi audirem? Sed vt audita crederem ipse me attraxit, qui in occulto a morte cordis nõ quilibet medicus, sed ipse excitauit. Namque multi audierunt, quia in oẽm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed non oĩum est fides, & nouit dñs qui sunt eius: ac per hoc nec credere potuissem, nisi me Dei misericordia præueniisset: & quia mortuos suscitat, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, me in occultis vocando & suscitando, & trahendo a tenebris eduxisset, & ad lumen fidei pduxisset. Ideo sequit, Et mane oro mea præueniet te.) Iã

mane

mane posteaq̃ nox infidelitatis & tenebræ transierunt. Quod mane vt mihi esset, misericordia quidem tua p̃uenit me. Sed quia restat illa clarificatio, vbi illuminabuntur
C occulta tenebrarum, & manifestabuntur cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique a te: nunc aũt in ista peregrinatione, in hac luce fidei, q̃ in comparatione tenebrarum infidelium iam dies est, sed in cõparatione diei, vbi videbimus facie ad faciem, adhuc nox est, adhuc oſo mea præuenit te. Vt aũt ista ferucscat & exerceatur oſo, quod nobis quantum expediat nullis, vt opinor, verbis explicari potest, differtur bonum quod in æternũ dabitur, & mala transitoria crebrescunt. Ideo sequit, Vt q̃d dñe repulisti oſonem meam?) Hoc & illis verbis dictum est, Deus Deus meus respice in me, vt quid me dereliquisti? Causa cognoscenda proposita est, non tanq̃ sine causa hoc faceret Dei occulta sapientia: ita &
Psal.21. hic, Vt quid dñe repulisti oſonem meam? Huius tñ rei causa si diligẽter aduertatur, iã superius indicata est. Ad hoc n. oſo sanctorum dilatione tanti beneficij, & tribulationum aduersitate quasi repellit vt tanq̃ ignis flatu repercussus inflãmet ardentius. Exequit itaq. breuiter etiam tribulationes corporis Christi. Neque. n. in solo capite
Acto.9. factæ sunt, cum & Saulo dictum sit, Quid
D me psequeris? Et ipse iam Paulus tanq̃ electum membrum in eodem corpore positus dicat, vt suppleã, q̃ desunt pressurarũ Christi in carne mea. Vt quid ergo dñe repulisti oſonem meam? Auertisti faciem tuam a me? Inops sum ego & in laboribus a iuuẽtute mea, exaltatus aũt humiliatus sum, & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circũdederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria.) Contigerunt & contingunt oia hæc in mẽbris corporis Chri, & auertit Deus ab orantibus faciẽ, non exaudiendo ad id q̃d volunt, q̃ sibi nesciunt non expedire q̃d petunt. Et inops est Ecclesia cũ esurit & sitit, peregrina vnde satietur in patria, & in laboribus est a iuuentute sua. Ipsum enim corpus
Psa.128. Chri & in alio Psalmo dicit, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Et ad hoc exaltanr etiã in seculo isto q̃dam mẽbra eius, vt in eis sit maior humilitas, & super ipsum corpus, id est, vnitatem sanctorum atq. fidelium cui caput est Chr̃s, transeunt iræ Dei, hon aũt manent: quia non de fideli, sed de infideli dictũ est, Ira Dei manet sup̃ eum. Et terrores Dei conturbant infirmitatem fidelium, quia oẽ q̃d accidere põt, & si nõ accidat, prudenter timet. Et aliq̃n terrores ipsi ita conturbant animum cogitantis circũpendentibus malis, vt sicut aqua vndique circumfluere videat, & simul circundare metuentem. Et quia Ecclesiæ in hoc mundo peregrinanti ista non desunt, dũ modo in illis membris eius vsquequaq. contingunt, ideo dixit, tota die, continuatio nem significans tp̃is, donec finiatur hoc seculum. Et sæpe amici & noti periclitantes secundum seculum, sanctos fortitudine deserunt: de quibus dicit Apostolus, Oẽs me 2. Tim.4.
dereliquerunt, non illis imputetur: sed vt quid hæc oia, nisi vt oſo huius sancti corporis mane. i. post noctẽ infidelitatis in lu-
ce fidei p̃ueniat Deum, donec veniat salus illa, in cuius nondũ re, sed iam spe salui facti sumus, eamq̃. cum patientia fideliter ex Rom.8.
pectamus, vbi nec repeller dñs oſonem nostram, q̃n tũc nihil erit petendũ, sed q̃q̃d recte petitum est obtinendum? Nec facie suam auertet a nobis, q̃n videbimus eũ sicuti est. Nec inopes erimus, quia copia nra ipse Deus erit, oia in oibus: nec laborabimus, quia nulla remanebit infirmitas. Nec exaltati humiliabimur & conturbabimur, q̃ quia nulla ibi erat aduersitas: nec iram Dei vel transeuntem sustinebimus, quia in eius benignitate manentes manebimus: nec terrores eius nos conturbabunt, quia promissa reddita nobis obuiabunt: nec territus lõge fiet a nobis notus & amicus, vbi nullus erit qui timeatur inimicus.

In psalmum octuagesimumoctauum Enarratio.

PSalmum istum de quo loqui proposuimus charitati vestræ, donante dño, accipite de spe, quam habemus in Chro Iesu dño nro, & erigite animos, qa ille qui promisit ita cætera cõpleturus est, vt multa cõpleuit. Dat. n. nobis ad eum fiduciam, non meritum nr̃m, sed illius misericordia. Et ipse est quantum arbitror, Intellectus Ethan Israelitæ:) Vnde iste psalmus titulũ accepit. Audieras. n. quis homo fuerit qui vocabat Ethan: interpretatio tñ nois huius robustum indicat. Et nemo in hoc seculo robustus est, nisi in spe promissionis Dei. Quantum enim attinet ad merita nra, infirmi sumus: quãtum ad eius misericordiam, robusti sumus. Itaque iste infirmus in se, robustus in misericordia Dei, inde cœpit.

Concio prima de prima parte Psalmi.

MIsericordias tuas dñe in æternum cãtabo. In generatione & gnationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.) Obsequanr mẽbra, inquit, mea, dño meo loquor, sed tua loquor, annunciabo veritatem tuam in ore meo. Si nõ obsequor, seruus non sum: si a me loquor, mendax sum. Ergo vt & abs te dicam, & ego dicam, duo quædã sunt. Vnum tuum, vnum meũ: veritas tua, os meum. Quam ergo veritatẽ annunciet, quas misericordias cantet, audia mus. Q̃n dixisti, in æternum misericordia ædificabitur.) Hoc canto, hæc est veritas, huic annunciandę seruit os meum: q̃n dixisti, in æternũ misericordia ædificabit. Sic, inquis, ędifico vt non destruã, q̃n quosdã sic destrues, vt non ædifices: quosdã vedam destruerentur, vt ædificarentur, non
, diceret Hieremiæ, ecce posui te ad destructionem, & ad ædificationem. Et vtiq. oẽs qui idola colebant & lapidibus seruiebant, in Chro nõ ædificarentur, nisi in pristino
, error destruerentur. Rursus nisi quidam ea destruerenr vt non ædificarenr, non diceretur, Destrues eos & non ædificabis illos. Propter eos ergo qui destruunr & ædificantur, ne putarent ædificationem, qua ędificanr, esse temporalem, sicut tpalis fuit ruina in qua destruunr, tenuit se iste cuius
es seruit veritati Dei, ad ipsam veritatem Dei. Ideo annunciabo, ideo dico, Q̃n dixisti, securus homo dico, q̃n tu Deus dixisti, quia & si ego in verbo meo fluctuarẽ, verbo tuo confirmarer, q̃n dixisti. Quid dixisti? In æternum misericordia ædificabitur. In cœlis pręparabitur veritas tua.) Q̃o suas dñe, inquit, in æternum cantabo, in generatione & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo. Dixit misericordiam, dixit veritatem, ita rursus vtrumq. cõplexit: q̃n dixisti, in æternum ędificabit misericordia, in cœlis præparabit veritas tua. Et hic repetiuit misericordiã & veritatem, Vniuersæ enim viæ dñi misericordia & veritas. Neque enim exhiberetur veritas impletione promissorum, nisi præcederet misericordia in remissione peccatorũ. Deinde q̃n populo Israel etiam secũdum carnem venienti de semine Abrahæ promissa erant multa prophetice, & ita ille populus propagatus est in quo implerentur promis I
sa Dei, non aũt clausit Deus fontem bonitatis suæ etiã in alienigenas gentes, quas sub angulis cõstituerat, portionem sibi faciens populum Israel: In hæc duo & Apostolus distincte distribuit misericordiam dñi & veritatem. Ait enim Chr̃m ministrum fuis- Ro.15.
se circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promisiones patrum. Ecce quia non fefellit Deus, qa non repulit deus plebem suam quam præsciuit. Etenim cũ de casu Iudæorum ageretur, ne quis putaret sic illos improbatos, vt nihil frumenti ex illa ventilatione in horreũ mitteretur: ait Apostolus, Non repulit Deus plebem Ro.11.
suam quam præsciuit: nam & ego Israelita sum. Si totum illud spinæ fuerunt, vnde hoc granum vobis loquor? Ergo impleta Ibidem.
est veritas Dei in ijs, qui ex Israelitis credi Ephe.2.
derunt, & venit vnus paries ex circuncisione applicans se ad lapidem angularem. Sed ille lapis angulum non faceret, nisi alium parietem ex gentibus susciperet. Ille itaque paries tanquam proprie pertinet ad veritatem, iste aũt alius ad misericordiam. Dico Ro. 15.
enim, inquit, Iesum Chr̃m ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promisiones patrum, gẽtes K
aũt super misericordia glorificare Deũ. Me
1 ito in cœlis præparabitur veritas tua. Etenim oẽs illi Israelitæ vocati Apostoli, cœli facti sunt qui enarrãt gloriam Dei. De his Psal.18.
cœlis dicitur, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ: vt noueritis de his cœlis dici, certe de his in consequenti expressius dictũ est, Non sunt loquelę neq. sermones quorum non audiant voces eorum quęre quorum, non inuenis nisi cœlorum. Si ergo Aposto- Ro. 10.
li sunt, quorum in oibus loquelis vox audita est, ipsi sunt de quibus dictũ est, In oẽm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: quia etsi assumpti hinc sunt anteq̃ Ecclesia impleret orbem terrarum, tñ verba eorũ peruenerunt vsq. ad terminos orbis terrarum. Bene accipimus in his impletum quod nunc legimus, In cœlis præparabitur veritas tua. Dispo-

sui testamentum electis meis.) Dixisti, intelsexisti, hoc totum dixisti, Disposui testamentum electis meis. Quod testamentũ, nisi nouum testamentum? Quod testamẽtum, nisi in quo renouatur ad nouam hęreditatem? Quod testamentum, nisi cum iusticum nouum? Disposui, inquit, testamentũ electis meis: Iurauι Dauid seruo meo.) Quam securus loquitur iste qui intelligit, cuius os seruit veritati? Qm dixisti, securus loquor. Si securum me facis quia dixisti ꝙto securiorem quia iurasti? Dei quippe iuratio, promissionis est confirmatio. Bene prohibetur homo iurare, ne consuetudine iurandi, quia potest homo falli, etiam in periurium prolabatur. Deus solus securus iurat, quia falli non potest. Videamus ergo quid iurauerit deus. Iurauι, inquit, Dauid seruo meo: Vsque in æternum pręparabo semen tuum.) Semen Dauid quod est nisi semen Abrahę? Quod aũt semen Abrahę, Et semini tuo, inquit, qđ est Christus. Sed forte ille Christus caput Ecclesiæ, saluator corporis, semen est Abrahæ, & ideo Dauid: nos autem non sumus semen Abrahæ. Imo vero sumus, sicut Apostolus ait, Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes. Sic ergo hic accipiamus fratres, vsque in æternum præparabo semen tuum, non tantum illam carnem Christi natam ex Maria virgine, sed etiam nos omnes credẽtes in Christo. Illius enim capitis membra sumus, non potest hoc corpus decollari. Si in æternum caput, in æternum gloriantur & membra, vt sit ille Christus integer in æternum. Vsque in æternum prępparabo semen tuum: Et ędificabo in generationem & generationem sedem tuam.) Putamus hoc dixit, in æternum, quod in generationem & generationem, qm & supra dixerat, in generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quid est, in generationem & generationem? In omnem generationem. Non enim totiens repetendũ erat verbum, quotiens generatio venit & transit. Ergo multiplicatio generationum in repetitione significata & commendata est. An forte duæ generationes sunt intelligendæ sicut nostris, sicut iam insinuatum vestræ charitati retinetis? Est enim generatio nunc carnis & sanguinis, erit generatio futura in resurrectione mortuorum.

L

Matt. 5.

Gal. 3.
Ephe. 5.

Gal. 3.

M

Prædicatur hic Christus, prædicabitur ibi sed hic prædicatur vt credatur, ibi prędicabitur vt videatur. Ædificabo in generationem & generationem sedem tuam. Nunc aũt Christus habet in nobis sedem suam, ædificata est sedes eius in nobis: nisi enim sederet in nobis, non nos regeret: si ab illa aũt non regeremur, a nobis ipsis præcipitaremur. Sedet ergo in vobis, regnans in nobis: sedet iam in illa generatione quæ fuerit ex resurrectione mortuorum. In æternum Christus regnabit in sanctis suis: hoc promisit Deus, hoc dixit deus si parum est, hoc iurauit Deus. Quia ergo non secundã merita nostra, sed secundum illius misericordia firma est promisio, nemo debet cũ trepidatione prædicare, vnde non potest dubitare. Fiat ergo in cordibus nostris robur illud, vnde Ethan nomen accepit robustus corde: prædicemus veritatem Dei, eloquium dei, promissa Dei, iurationem Dei, & his modis omni ex parte firmati prædicemus, & portando Deum cœli simus. Cõfitebuntur cœli mirabilia tua dñe.) Non merita sua confitebuntur cœli, sed confitebũtur mirabilia tua dñe. In omni enim misericordia perditorum, in iustificatione impiorum, quid laudamus nisi mirabilia dei? Laudas quia resurrexerũt mortui, plus laudas quia redempti sunt perditi. Quę gratia, quę misericordia Dei? Vides hoiem heri voraginem ebriositatis, hodie ornamentũ sobrietatis: vides hominem heri cœnum luxuriæ, hodie decus temperantiæ. Vides hominem heri blasphematorem Dei, hodie laudatorem Dei: vides hominem heri seruum creaturę, hodie cultorem creatoris. Ab istis omnibus desperationibus ita homines conuertuntur: non respiciant ad merita sua, fiant cœli: Confitebũtur cœli mirabilia eius, a quo facti sunt cœli. Qm videbo, inquit, cœlos opera digitorum tuorum. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe. Et vt noueritis quia cœli confitebuntur, vide te vbi confitebuntur: sequitur enim. Et veritatem tuam in Ecclesia sanctorũ.) De ęq lis ergo nulla dubitatio est, p intelligantur prædicatores verbi veritatis. Et vbi confitebuntur cœli mirabilia tua & veritatẽ tuã? In Ecclesia sanctorum. Excipiat Ecclesia rorem cœlorum, sitienti terræ pluant cœli, & germinet excipiés pluuiam germina bona, o pa bona, ne p bona pluuia det spinas, & pro horreo expectet ignem, Cõfitebuntur cœli

B

C

D

E

F

cœli mirabilia tua dñe, & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, Cœli ergo confitebuntur mirabilia tua, & veritatem tuam. Totum quicquid prædicant cœli, ex te est, & de te est, & ideo securi pdicant. Norunt enim quem prædicant, quia nõ possunt de prædicato erubescere. Quid prædicant cœli: Quid confitebuntur in Ecclesia sanctorum: Qm quis in nubibus æquabit dño?) Hoccine cœli cõfitebunt, hoc cœli pluent? Quid? Qm quis in nubibus æquabit dño? Inde securi pdicatores, qm nemo in nubibus æquabitur dño. Magna laus vobis videtur fratres, non æquari nubes creatori. Si intelligatur sine misterio ad literam, nõ magna laus est, domino non æquari nubes. Quid enim? Stellæ quæ sunt supra nubes æquantur dño? Quid enim? Sol & luna, angeli, cœli comparari poterunt domino? Quid est quod pro magno ait, Qm quis in nubibus æquabit dño? Intelligimus fratres nubes istas sicut cœlos, prædicatores esse veritatis, Prophetas, Apostolos, annuntiatores verbi Dei. Nã ista oia genera prædicatorum nubes esse dictas ex illa prophetia intelligimus, vbi Deus iratus vineæ suæ dixit, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Quam vineam explicat & designat apertissime dicens, Vinea dñi sabaoth, domus Israel est. Ne tu aliter intelligas vineam, & relictis omnibus significatis terram scruteris: Vinea, inquit, dñi sabaoth, domus Israel est. Nõ intelligat aliud sed intelligat domus Israel se esse vineam eam: se intelligat mihi non dedisse vuam, sed spinas: se intelligat ingratã extitisse plãtori atq. cultori, ingratam extitisse irrigatori. Ergo si vinea dñi sabaoth domus Israel est, quid dixit iratus? Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Et quare ita fecit: misi sunt Apostoli tanq̃ nubes vt pluerent Iudæis, & illi verbũ dei repellentes, quia pro vuis spinas dederunt, dixerunt Apostoli, Ad vos missi eramus, sed quia repulistis verbum Dei, imus ad gẽtes. Ex illo cœperunt nubes non pluere pluuiam super vineam illam. Si igitur nubes prædicatores sunt veritatis, quæramus primo quare sint nubes: Iidem quippe cœli, iidem nubes: cœli pp fulgorem veritatis, nubes pp occulta carnis: nubes enim aũt nebulosæ sunt pp mortalitatem, & veniunt & transeunt propter ipsa occulta carnis, id est, occulta nubium: ait Apostolus,

Nolite ante tempus quicquam iudicare, do nec veniat dñs & illuminet abscondita tenebrarũ. Nunc ergo quid loquatur homo vides, qd gestet in corde non vides. Quod exprimitur de nube vides, quod seruat in nube non vides. Cuius. n. oculi nubem penetrant? Ergo nubes in carne prædicatores veritatis. Venit & ipse oium creator in carne. Sed quis in nubibus æquabitur dño? Et quis similis erit dño in filijs Dei?) Ergo nemo in filijs dei similis erit filio dei. Et ipse dictus est filius dei, & nos dicti sumus filij dei. Sed quis erit similis dño in filijs dei? Ille vnicus, nos multi. Ille vnus, nos in illo vnum. Ille natus, nos adoptati: ille ab æterno filius vnigenitus per naturã, nos a tempore facti per gratiam: ille sine vllo peccato, nos per illum liberati a peccato. Quis ergo in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit domino in filijs dei? Dicimur nubes propter carnem, & sumus prædicatores veritatis propter imbrem nubium. Sed caro nostra aliter venit, caro illius aliter. Dicimur & filij Dei, sed ille aliter filius Dei. Illius nubes ex virgine, ille filius ex æternitate æqualis patri. Quis ergo in nubibus æquabitur dño, aut quis similis erit dño in filijs dei? Dicat ipse dñs vtrum similem inueniat, Quę me dicunt hoies esse filiũ hominis? Ecce enim quia videor, quia cõspicior, quia inter vos ambulo, & fortasse præsentia vilui, dicite quę me dicunt hoies esse filium hois? Certe quem filium hominis vident: dicant vel dicite, quem me dicunt hoies esse? Et respõderunt dicta hominum, Alij dicunt Hieremiam, alij Heliam, alij Ioannem Baptistã, aut vnũ ex prophetis. Nominatæ sunt multæ nubes & filij dei. Etenim quia iusti & sancti, vtique & ipsi filij dei: Hieremias, Helias, Ioannes, filij dei & nubes, quia prędicatores dei. Dixistis quas nubes me homines esse putẽt, & in quibus filijs dei me hoies numerent, dicite, & vos, quem me dicitis esse? Respondens Petrus pro oibus, p vnitate vnus, Tu es, inquit, Christus filius dei viui, Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit domino inter filios dei? Tu es Christus filius dei viui, non quomodo filij dei, qui tibi non æquantur. Venisti in carne, sed non quomodo nubes, quæ tibi non æquantur. Quis enim tu cui respõdetur, Tu es Chs filius dei viui, quę putauerũt alij hoies nõ

1. Co. 4

Mat. 16.

Ibidem.

sancti, non iusti, vnum ex Prophetis, aut Heliam, aut Hieremiam, aut Ioannem Baptistam? Quis ergo es tu? Audi quod seq̃, Deus glorificandus in consilio iustorum.) Quis ergo in nubibus æquabitur dño, aut quis similis erit dño in filijs Dei, quando il le deus est glorificandus in consilio iustorum? Q̃m non possunt æquales illi esse cõsilium ipsorum sit credere in illum. Q̃m
G non possunt æquales illi esse nubes & filij
1.Co.1. Dei, restat consilium fragilitatis aiæ humanæ, vt qui gloriatur in dño glorietur. Deus glorificandus in consilio iustorũ. Magnus & terribilis in oẽs q̃ in circuitu eius sunt.) Vbiq. Deus. Qui ergo in circuitu eius sũt, qui vbique est? Si enim habet aliquos in circuitu, quasi vndique finitus intelligitur. Porro si verum dictũ est a Deo & de Deo, Magnitudinis eius non est finis: qui remanent, qui sunt in circuitu eius, nisi quia ille qui vbiq. est, voluit per carnem in vno loco nasci, in vna gente conuersari, in vno lo
Luc.2. & 23. co crucifigi, ex vno loco resurgere, ex vno loco in cœlum ascendere? Vbi hoc fecit, in circuitu eius gentes sunt. Si ibi remaneret vbi ista fecit, non esset magnus & terribilis in oẽs qui in circuitu eius sunt. Quia vero ibi sic prędicauit, vt inde sui nois mitteret pdicatores per oẽs gentes toto orbe terrarum, faciendo miracula per seruos suos factus est magnus & terribilis in oẽs qui in circuitu eius sunt. Dñe Deus virtutũ quis similis tibi? Potens es dñe & veritas tua in circuitu tuo.) Magna potentia tua, Tu fecisti cœlum & terram & oia quæ in eis sunt, sed plus est misericordia tua, quæ exhibuit veritatem tuam in circuitu tuo. Si.n. ibi so
H lum prædicareris vbi nasci, vbi pati, vbi re-
Mat. 27 & 28. surgere, vnde ascendere voluisti, impleta esset illa veritas promissionis Dei ad confirmandas promissiones patrum: sed nõ impleretur, Gẽtes aũt super misericordia glo-
Ro. 15. rificate Deum, nisi illa veritas expanderet, & ab illo loco vbi apparere voluisti in circuitu diffunderetur. Tu quidem in illo loco de nube propria intonuisti, sed ad rigandum in circuitu gentium alias nubes misisti. Vere potens impleſti quod dixisti, Amo
Mat. 24 do videbitis filium hois venientem in nubibus cœli. Potens es dñe, & veritas tua in circuitu tuo: Sed cum cœperit veritas in circuitu prædicari, vtique fremuerunt gen
Psal.2. tes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dñm, & aduersus Chm eius. Vtique cũ cœpisset veritas tua prædicari in circuitu tuo, tanq̃ venires ad ducendam coniugem ex alienigenis, occurrit leo fremens & suffocatus est a te. Hoc.n. præfiguratum est in Sampson. Et illius verbis, meis sine noie illius dictis non acclamaretis, nisi agnosceretis: audistis.n. vt illi qui soletis complui a nubibus Dei. Ergo veritas tua in circuitu tuo: sed q̃ sine persecutionibus, q̃ sine contradictionibus, cum dictum sit cum natum in signum cui contradicetur? Quia ergo illa gens vbi nasci, vbi conuersari voluisti, tanq̃ terra erat separata a fluctibus gentium, vt appareret arida compluenda, reliquæ autem gentes mare erant in amaritudine sterilitatis suæ, quid facient prædicatores tui spargentes veritatem tuam in circuitu tuo, quoniam fremunt fluctus maris? quid facient? Tu dominaris potestati maris.) Nam quid facie mare sæuiendo, nisi diem quem hodie celebramus? Martyres occidit, semina sanguinis sparsit, seges Ecclesiæ pullulauit. Secure ergo pergant nubes, diffundant veritatem tuam in circuitu tuo, non timeant rabidos fluctus, Tu dñaris potestati maris. Mouetur quidem mare, & contradicit mare, perstrepit mare, sed fidelis Deus qui nõ vos sinet tentari supra id qđ potestis. Quia ergo fidelis est qui non vos sinit tentari supra id quod potestis. Motum aũt fluctuum eius tu mitigas.) Deniq. vt placaretur mare, imò vt eneruaretur rabies maris, quid in ipso mari fecisti? Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.) Est quidem superbus draco in mari, de quo alia scriptura dicit, Mandabo draconi ibi vt mordeat eum: est draco de quo dr, Draco hic quem finxisti ad illudendum ei, cuius caput cõtundit superaquam. Tu, inquit, humiliasti sicut vulneratũ superbũ. Humiliasti te, & humiliatus est superbus. Superbus.n. p superbiam superbos tenebat, humiliatus est magnus, credẽs aũt in eum factus est paruus. Dum nutritur paruus exemplo magnificati parui, quod tenebat diabolus perdidit, quia superbos didicerunt homines damnare superbiam suam, imitari humilitatem Christi. Ita ergo ille perdendo quos tenebat, etiam ipse humiliatus est, non correctus sed prostratus. Tu humiliasti sicut vulneratum superbũ. Humiliatus es & humiliasti, vulneratus es

Col.2. et & vulnerasti: neque.n. eũ non vulnerare sanguis tuus qui effusus est, vt deleret chirographum peccatorum. Vnde enim superbiebat, nisi quia cautionem contra nos tenebat? Hanc tu cautionem, hoc chirographum tuo sanguine deleuisti: illum ergo vulnerasti, cui tot abstulisti, Vulneratum enim intelligas diabolum, non penetrata carne quam non habet, sed percusso corde vbi superbus est. Et in brachio virtutis tuę dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli & tua est terra.) A te pluant, sup terrã pluãt. Tui sunt cœli, p quos pdicata est veritas in circuitu tuo: tua est terra, quæ excipit veritatem in circuitu tuo: denique quid de illa pluuia factum est? Orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem & maria tu creasti.) Non enim aliquid contra te valet, contra creatorem suum. Et malitia quidem per suæ voluntatis peruerPsal.88. tatem sæuire põt mundus, nunquam tñ excedit modum positum a creatore qui fe-
Ps.14. timeo cit oia. Quid ergo timeo Aquilonem, quid maria? Est quidem in Aquilone diabolus, qui dixit, Ponã sedem meã in Aquilonem, & ero similis altissimo: sed humilia sicut vulneratum superbum. Ergo quod illis tu fecisti, plus valet ad dñationẽ tuã, illorum voluntas ad malitiã suam. Aquilonem & maria tu creasti. Thabor & Hermon in noie tuo exultabunt.) Montes isti intelliguntur, sed aliquid significant. Thabor & Hermon in noie tuo exultabunt. Thabor interpretari dr veniens lumen. Sed vnde venit lumen de quo dictum est, Vos estis lumen mundi, nisi ab illo de quo dictum est, Erat lumen verum quod illuminat oẽm hoiem venientem in hunc mũdum? Illud ergo lumen qđ est lumen mũ-
Ioan.1. di, ab illo lumine venit quod non aliunde accenditur, vt timendum sit ne extinguat. Ergo venit lumen ab illo lucerna illa quæ non ponitur sub modio, sed super candelabrum, veniens lumen Thabor. Hermon autem interpretatur anathema eius. Meritto venit lumen, & factũ est anathema eius cuius nisi diaboli vulnerati superbi? Vt ergo illuminaremur abs te, datum est vt anathema nobis esset, qui nos in suo errore & superbia detinebat, a te nobis est. Ergo Thabor & Hermon in nomine tuo exultabũt, non in meritis suis, sed in nomine tuo: dicent enim isti, Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriã, propter mare sæuiens, ne forte dicant gentes, vbi est Deus eorum, Tuum brachium cum potentia.) Nemo sibi aliquid arroget, Tuum brachiũ cum potentia: a te defensi sumus. Tuũ Psal.9. brachium cum potentia. Confirmetur manus tua & exaltetur dextera tua, iustitia & iudicium præparatio sedis tuę.) Apparebit in fine iustitia tua & iudicium tuum, nunc occulta sunt ista. Et de iudicio tuo dicitur Psal.9. in alio Psalmo, Pro occultis filij erit mani- A festatio iudicij tui & iustitię tuæ. Ponen- Mat.25 tur quidam ad dexteram, & quidam ad sinistram, & ex pauescent infidcles cum viderint quod modo irridentes non credunt, Gaudebũt iusti cum viderint quod modo non videntes credunt. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ: vtique in die iudicij. Nunc ergo quid? Misericordia & veritas præcunt faciem.) Præparationẽ sedis tuæ, iustitiam tuam & iudicium tuum ventura timerem, nisi antecederet te misericordia & veritas tua. Quid timeam in fine iudicia tua, q̃n præcedẽt misericordia tua deles peccata mea, & exhibendo veritatem imples promissa tua? Misericordia & veri-
Psal.24. tar tua pręcunt faciem tuam. Vniuersæ, inquit, viæ domini misericordia & veritas. In his omnibus non exultabimus, aut qđ exultamus capiemus, aut verba sufficient lętitiæ nostræ, aut lingua idonea erit explicare gaudium nostrum? Si ergo nulla verba sufficiunt, Beatus populus sciens iubilationem.) O beate popule, putas intelligis iubilationem? Nullo modo beatus es, nisi intelligas iubilationem. Quid est, intelligas iubilationẽ? Scias vnde, gaudeas qđ verbis explicare non possis. Gaudiũ.n.
1.Co.2 tuum non de te, vt qui gloriantur, in do- B
mino glorientur: noli ergo exultate in superbia tua, sed in gratia Dei. Vides ipsam gratiam tantam esse, cui lingua explicandæ non sit idonea, & intellexisti iubilationem: denique si intellexisti in gratia iubilationem, ipsius gratię audi commendationem. Beatus certe populus sciens iubilationem. Quam iubilationem? Vide si non de gratia, vide si non de Deo, & omn no non de te. Domine in lumine vultus tui ambulabunt.) Thabor ille veniens lumen, nisi in lumine vultus tui ambulet, vento superbię lucerna extinguitur. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Et in nomine tuo exultabunt tota die.) Thabor ille & Hermon in nomine tuo exultabũt. Si vo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Iunt,tota die in noſe tuo: ſin aũt exultabũt in nomine ſuo,non tota die exultabunt.Nõ enim in gaudio perſeuerabunt, qñ de ſcipſis gaudebunt,& per ſuperbiam cadent.Ergo vt tota die exultent, in nomine tuo exultabunt. Et in iuſtitia tua exultabuntur.)

Rom.10 Non in ſua iuſtitia, ſed in tua,ne ſint zelũ dei hũtes,ſed non ſecundum ſciam.Quidã enim notantur ab Apoſtolo q̃ zelũ dei habeant,ſed non ſecundum ſciam. Ignorãtes

C dei iuſtitiam,& ſuam volentes conſtituere,

Ibidem. & non in lumine tuo exultãtes, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Sed vnde? Quia zelum dei hũt,ſed non ſecundum ſciam. Populus autem ſciens iubilationem, illi.n.nõ ſcẽm ſciam: beatus autem populus non neſciens, ſed ſciens iubilationem, vnde debet iubilare,vnde debet exultare, niſi in nomine tuo ambulans in lumine vultus tui? Et exaltari quidem merebitur,ſed in tua iuſtitia. Auferat de medio iuſtitiam ſuam,& humilietur: veniet dei iuſtitia,& exaltabitur. Et iniuſtitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.) Quia tibi bene-

Pſal.88. placuit,non quia nos digni ſumus.Quoniã domini eſt ſuſceptio.) Nam ego vt cumulus arenæ impulſus ſum vt caderem,& ceci diſſem niſi dominus ſuſcepiſſet me: quoniã domini eſt ſuſceptio. Et ſancti Iſrael regis noſtri. Ipſe ſuſceptio, ipſe te illuminat: in eius lumine tutus es,in eius lumine ambulas, iuſtitia eius exaltaris. Ipſe te ſuſcepit,infirmitatem tuam ipſe cuſtodit, ipſe te facit robuſtum de ſe,non de te. Tunc locutus in aſpectu filijs tuis & dixiſti.) Locutus es in aſpectu tuo, reuelaſti hoc Prophetis tuis.

88. D Ideo locutus es eis in aſpectu.i.in reuelatione,vnde Prophetæ videntes dicebantur: viderunt quiddam intus quod dicerent foris, & in occulto audierunt quod palam prædicauerunt. Tunc locutus es in aſpectu filijs tuis,& dixiſti. Poſui adiutorium ſuper potentem.) Intellexiſtis quem potentem? Exaltaui electum de populo meo.) Intelligitis quem electum, quem iam gaudetis exaltatum. Inueni Dauid ſeruum meum.) Iuſtũ

Pſal.44. Dauid, ex ſemine Dauid. In oleo ſancto meo vnxi eũ.) De illo.n.dr, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.) Se-

1.Re.16. cundum quod ſuſceptio hominis facta eſt,

Pſal.45. ſecundum quod caro in vtero virginis aſſumpta eſt, ſecundum quod ab illo qui in Luc.1.a

Philip. forma dei æqualis eſt patri, forma ſerui ſuſcepta eſt, & factus eſt obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis. Non proficiet inimicus in eo.) Sæuit quidem inimicus,ſed non proficiet in eo: ſolet quidem nocere,ſed non nocebit. Quid eſt ergo quod affliget? Exercebit,non nocebit. Proderit ſæuiendo,quia in quos ſæuit coronabuntur vincendo. Quid enim vincitur,ſi nihil contra nos ſæuit? Aut vbi adiutor nr̃ deus, ſi non dimicamus? Inimicus ergo faciat

I quod ſuum eſt,ſed non ꝓficiet inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et cõcidã inimicos eius a facie illius.) Conciduntur a conſpiratione ſua, & q̃ credunt conciduntur. Paulatim enim credunt, tanquam cõminuto capite vituli venient in potum populi dei. Comminuit enim caput vituli Moyſes, ſparſit in aqua, & dedit bibere filijs Iſrael. Comminuũtur omnes infideles,credunt paulatim,& a populo dei bibuntur,in corpus Chriſti reijciuntur. Et concidam inimicos eius a facie illius. Et eos qui oderunt eum fugabo.) Fugabo ne nocebunt. Sed fugatorum iſtorum forte aliqui dicũt, Quò ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quò fugiam? Et videntes non ſe habere quò fugiant ab omnipotente, conuerſi fugiunt ad omnipotentẽ. Et eos qui oderunt eum fugabo. Et veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo eſt.) Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Mementote quantum potueſtis, q̃ ſæpe nobis commendẽ duo hæc, vt reddamus illa deo. Sicut.n.ipſe exhibuit nobis miſericordiam, vt deleret peccata noſtra: & veritatem, vt impleret promiſſa ſua: ſic & nos ambulãtes in via eius debemus ei reddere miſericordiam & veritatem: miſericordiam, vt miſerorum miſereamur: veritatem, vt non inique iudicemus: non tibi tollat veritas miſericordiam, nec miſericordia impediat veritatem. Si.n. per miſericordiam iudicaueris contra veritatem, aut quaſi rigida veritate oblitus fueris miſericordiam, non ambulabis in via dei, vbi miſericordia & veritas occurrerunt ſibi. Et in nomine meo exaltabit cornu eius.) Quid opus eſt vt immoremur? Chriſtiani eſtis, Chriſtum agnoſcite. Et ponam in mari manum eius. Hoc eſt, dominabitur gentibus. Et in fluminibus dexteram eius.) Flumina currunt in mare, cupidi homines in amaritudinem huius ſeculi prolabuntur, omnia

omnia th genera iſta Chro ſubdita erũt. Ipſe inuocabit me,pater meus es tu,deus meus & ſuſceptor ſalutis meę. Et ego primogenitũ ponã eũ,excelſũ apud reges terræ.) Martyres noſtri quorum natalitia celebramus, ſanguinem ſuũ ꝓpter hæc credita & nõ dum miſſa fuderũt: quãto fortiores nos eſſe debemus videndo,ꝓ qñ illi crediderũt? Excelſum.n. apud reges terrę illi nondum uiderunt Chrm,adhuc principes cõueniebãt in unum aduerſus dñm & aduerſus Chriſtum eius. Nondum impletum erat quod

G in ipſo Pſalmo ſequitur, Et nũc reges intelligite,erudimini omnes qui iudicatis terrã, Ia ergo factus eſt Chriſtus excelſus apud reges terrę. In æternũ ſeruabo illi miſericordã meã, & teſtm meũ fidele ipſi.) Propter ipſum fidele teſtamentũ,in ipſo mediatum eſt teſtamentum,ipſe mediator teſtamenti, ipſe ſignator teſtamenti, ipſe fideiuſſor teſtamenti,ipſe teſtis teſtamenti, ipſe hæreditas teſtamenti,ipſe coheres teſtamenti. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius. Non tantum in hoc ſeculo, ſed in ſeculum ſeculi,quo tranſibit utiq. ſemen eius. Quæ eſt hæreditas eius? Semen Abrahæ quod eſt Chriſtus: ſi autem uos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis. Et ſi in æternum accepturi hæreditatem, ponet in ſeculum ſeculi ſemẽ eius. Et thronũ eius ſicut dies cœli.) Thronũ regnũ terrenorum, ſicut dies terræ. Alij ſunt dies cœli, alij ſunt dies terrę. Dies cœli anni ſunt illi, de quibus dicitur, Tu autẽ idemipſe es,& anni tui non deficient. Dies terrę ſuccedentibus urgentur, præcedẽtes excluduntur: nec qui ſuccedunt manẽt, ſed veniunt ut eant, & pene antequã veniant

H fiunt. Iſti ſunt dies terræ. Dies autem cœli qui? Et unus dies cœli,& illi anni non deficientes, nec initium habent nec terminũ, nec ullus dies ibi anguſtatur inter heſternum & craſtinum. Nemo ibi expectat futurum, nemo ibi pdit præteritum, ſed dies cœli ſemper præſentes ſunt, ubi erit thronus eius in æternum. Quod reſtat, ſi placet, ſeruemus, quoniam lõgus eſt pſalmus, & adhuc uobiſcũ aliquid in nomine Chri

I acturi ſumus. Reficite ergo vires, non dico animi ueſtri: nam uideo quod animo infatigabiles eſtis, ſed propter ſeruos animæ vt durent in miniſteri: o corpora ueſtra, aliquantulum reficiemini, & refecti ad cibos redite.

Concio ſecunda de ſecunda parte eiuſdem Pſalmi.

AD reliqua pſalmi de quo in matutino locuti ſumus animum intendite, & pium debitum exigite eo reddituro per nos, qui fecit nos & vos. Dominus Chriſtus in ſuperioribus pſalmi ex promiſſo dei annunciabatur, & adhuc in his verbis etiam quæ tractaturi ſumus, ipſe ann unciatur: de illo enim inter cætera paulo ſuperius dictũ erat, Et ego primogenitũ I ponã eũ, excelſũ apud reges terræ. In æternũ ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtamentũ meũ fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronũ eius ſicut dies cœli. De his & de omnibus ſupra ab ipſo exordio quæ potuimus diximus: ſequitãt, Si dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si iuſtificationes meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, Viſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorum. Miſericordiam uero meam non diſpergam ab eo, neque nocebo eos in ueritate mea. Neq. ꝓphanabo teſtm meũ, & quæ procedunt de labijs mei non reprobabo.) Magnũ firmamentum, firmamentũ promiſſionis dei. Filij huius Dauid, filij ſunt ſponſi: omnes ergo Chriani, filij eius dicuntur. Multum ẽ autem quod promittit deus, quia ſi Chriſtiani, hoc eſt, filij eius dereliquerint, inq̃t, legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtificationes meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, non contemnam eos, neq. in perditione dimittam eos. Sed quid faciam? Viſitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis deli K cta eorum. Non ergo tantum miſericordia vocantis eſt, ſed & uerberantis & flagellantis. Sit itaq. manus paterna ſuper te, & ſi filius bonus es, noli repellere diſciplinam patris tui. Quis eſt enim filius cui non dat diſciplinam pater eius? Det diſciplinam, dum non auferat miſericordiam. Cædat contumacem, dum tamen reddat hæreditatem. Tu ſi promiſſa patris bene agnouiſti, non timeas flagellari, ſe exhæredari. Quem enim diligit deus, corripit, flagellat Heb.12 autem omnem filium quem recipit. Peccator filius dedignatur flagellari, cum ſine peccato uideat unicum flagellatum? Viſitabo ergo, ait, in uirga iniquitates eorum: ſic & Apoſtolus comminatur. Quid uultis?

1.Co.4. In uirga veniam ad vos? Absit vt dicerent pij filij, si cũ uirga uenturus es, noli uenir. Melius est. n. erudiri in virga patris, q̃ in blandimento perire prædonis. Visitabo in quit, in virga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorum. Misericordiam vero meã nõ dispergã ab eo. A quo? Ab illo. s. Dauid cui talia promisi, quẽ unxi in oleo sancto meo præ particip. suis. Agnoscitis eum a quo nõ disperget deus misericordiã suã, ne quis forte solicitus dicat, q̃nquidẽ Christũ dicit, a quo se misericordiam suam non dispersurum esse cõfirmat, q̃d ergo peccator? nunquid enim hoc dixit, Misericordiã aũt meam non dispergam ab eis? Visitabo, inq̃t, in virga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorum. Expectabas ad securitatẽ tuã, misericordiam uero meam non dispergam ab eis. Et quidẽ hoc nõnulli codices habẽt, sed emendatiores non habẽt: tñ & qui hoc habent, nihil ab re habent. Q̃ũo. n. a Christo misericordiam suam non dispergit? Nũ quid ipse saluator corporis, uel in terra, uel in cœlo peccauit, qui sedet ad dexterã eius, Rom.8. & interpellat pro nobis? A Christo tamen, sed a mẽbris eius, a corpore eius quod est Ecclesia. Sic enim pro magno dicit, q̃ ab illo non dispergat misericordiam suam, qua si non agnoscamus unigenitum filum qui est in sinu patris: nõ. n. pro persona sua ibi comparatur homo, sed una persona est deus & homo. Ergo ab eo non dispergit misericordiam suam, cũ a membris eius, cũ ab eius corpore nõ dispergit misericordiã suã, in quo & ipse in terra persecutiones patiebatur, cum iam sederet in cœlo, & non de cœlo clamabat, Saule Saule, quid persequeActo.9. ris seruos meos: nec, quid persequeris sanctos meos: nec, quid persequeris discipulos meos: sed, quid me persequeris? Sicut ergo cum eum sedentem in cęlo nemo persequeretur clamauit, quid me persequeris, M cum caput membra sua cognosceret, & a compage corporis sui caput charitas non separaret: sic cum misericordiam suam non dispergit ab eo, a nobis utique non dispergit, qui sumus membra eius & corpus eius: nec ideo tamen debemus securi peccare, & peruerse nobis polliceri, quoniam quicquid fecerimus non perimus. Sunt enim quædam peccata & quædam iniquitates, de quibus quidem differe atq. definire, aut impossibile nobis est, aut si iam esset possibile, certe tpi lõgũ eẽt. Nemo. n. potest se dicere sẽ sine peccato, q̃ 1.Ioan.1 si dixerit mẽtit. Si. n, dixerimus, quia pctm non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Ergo unusquisq. pro peccatis suis necessario flagellatur, sed ab eo si Christianus est dei misericordia non dispgitur. Plane si in tantas ieris iniquitates, vt repellas a te virgam uerberantis, si repellas manum flagellantis, & de disciplina dei indigneris, & fugias a pre cædente, & nolis eum verberantem patre pati, quia nõ parcit peccanti, tu te alienasti ab hæreditate, ipse te non abiecit: nã si maneres flagellatus, non remaneres exhæredatus. Misericordiã uerp, inquit, meã non dispergam ab eo, neq. nocebo in ueritate mea. Ad hoc. n. nõ dispergetur misericordia liberantis, ut non noceat veritas uindicantis. Neq. prophana bo testm meũ, & q̃ ꝓcedunt de labijs meis non reprobabo. Non quia filij eius peccẽt, iõ ego mendax inueniar: promissi, facio. Pone quia uolunt illi ẽt cum desperatione pecare, & stare oino in peccato, ut offendant oculos patris, & exhæredari mereantur: nõ ne ipse est deus, de quo dictum est, de lapidibus istis suscitabit filios Abrahæ? Itaq. dico Matt.3 vobis fratres, multi Christiani tolerabiliter peccant, multi flagello a peccato corriguntur, & emendantur, & sanantur: multi omnino auersi, dura ceruice obtinentes aduersus disciplinam patris, & ipsam omnino dei hæreditatem recusantes, habentes tũ signũ Christum, eunt in tales iniquitates, ut non possint nisi recitari inter eos, quoniam qui Gala.5 talia agunt regnũ dei non possidebunt. Nõ tamẽ propter hos remanebit Chs̃ sine hæ- &.1.Th reditate, non propter paleam etiam frumẽ 2. Tim.2 ta interibunt, non propter pisces malos ni- Rom.4 hil ex illa sagena mittet in uascula. Nouit dominus qui sunt eius: securus enim promisit, qui nos antequam essemus prædestinauit: quos autem prædestinauit, illos & vocauit: quos autem uocauit illos & iustificauit, illos & glorificauit. Peccẽt quantum uolunt desperati, respondeant membra Christi, Si deus ꝓ nobis quis contra nos? Non ergo nocebit deus in ueritate sua, non erit fallax, nec promobile testamentum eius, quia ipse sibi prophanabit testamentum suum. Manet immo sciens præde stinauit hæredes. Et quę procedunt de labijs eius non reprobab t. Audisti iam confirmationem tuam: audi securitatem tuam, si te in membris Christi esse cognoscis. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.) Expectas vt iterum iuret deus quoties iuraturus est, si semel iurando mentitur? Vnam iurationem pro vita sua habuit, qui pro nobis ad mortem vni cum suũ misit. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar. Semen eius in æternum manebit.) In æternum manet semen eius quia nouit dominus qui sunt eius. Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum & testis in cœlo fidelis.) Sedes eius quibus dñatur, in quibus sedet, in quibus regnat. Si sedes eius, & membra eius: quia etiam membra nra sedes sunt capitis nri. Videte quemadmodum cætera omnia membra nra caput portent: caput autem ipsum super se non portat aliquid, sed ipsum portatur a cæteris membris nris, quasi totum corpus hois sedes sit capitis. Sedes ergo eius oẽs, in quibus regnat deus. Hæ erunt, inq̃t, oẽs in conspectu meo sicut luna, quia iusti fulgebunt in regno patris mei sicut sol. Sed sol spiritaliter, non corporali specie: sicut lucet iste de cœlo quem facit oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Denique iste sol in conspectu est, non solum hoium, verumetiam pecorum minutissimarumq. muscarum. Quod. n. quorũlibet vilissimorum aialium non videt solem istum? At vero de isto sole quid aut proprie? Sicut sol in conspectu meo, nõ in conspectu hoium, non in conspectu carnis, non in conspectu mortalium aialium, sed in conspectu meo. Et sicut luna, sed q̃ luna? Perfecta in æternum. Etenim etsi percipit minui posteaquam perfecta fuerit. Sicut luna, inquit, perfecta in æternum, sic p fidem erit sedes eius tanquam luna: sed luna in æternum perfecta. Si sol, quare & luna? Per lunam solent significare scripturæ mortalitatem carnis huius, pp augmenta & detrimenta, pp transitoriam speciem. Denique & Hiericho luna interpretatur. Et quidam q descendebat ab Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones: descendebat. n. ab inmortalitate ad mortalitatẽ. Similis est ergo caro ista lunę quæ omni mẽse patitur augmenta & detrimenta: sed erit caro ista nostra in resurrectione perfecta, & testis in cœlo fidelis. Itaq. si in solo aĩo perficeremur, tãtummodo soli nos compararet. Rursus si in solo corpore perficeremur, tantummodo lunæ nos compararet. Sed qa perficiet nos deus & in aĩo & in corpore, secundum ânimum dictum est, sicut sol in conspectu meo, quia animum non videt nisi deus: & sicut luna iã caro perfecta in æternum, in resurrectione mortuorum, & testis in cœlo fidelis.

Quia vera dicebantur omnia de resurrectione mortuorum, obsecro vos audite hoc iterum planius, & mementote. Scio enim quosdam intellexisse, alios vero fortasse q̃d dixerim adhuc inquirere. In nulla re sic contradicitur fidei Christianæ, q̃ in resurrectione carnis. Denique ille q̃ natus est in Luc.2. signum, cui contradicitur, & ipse carnem suam refusc itauit, vt obuiã iret contradictori: & q̃ posset membra sua sic sanare, vt ea vulnerata fuisse non appareret, cicatrices seruauit in corpore, vt vulnus dubitationis E sanaret i corde. In nulla ergo re tã vehemẽter, tã pertinaciter, tã obnixe & contentiose contradicitur fidei Christianę, sicut de carnis resurrectione. Nam de animi immortalitate multi ẽt Philosophi gentiũ multa disputauerunt, & immortalem esse animum humanum pluribus & multiplicibus libris conscriptum memoriæ reliquerunt. Cum ventum fuerit ad resurrectionem carnis, nõ tituhant, sed aptissime contradicunt. & contradictio eorũ talis est, vt dicant fieri non possẽ, vt caro ista terrena posit in cœlum ascendere. Ideo luna ista perfecta in æternũ, & aduersus oẽs contradictores testis in cœlo fidelis. Hæc de Christo ꝓmissa sunt q̃ certa, q̃ firma, quã aperta, quã indubitata. Nam etsi q̃dam sunt tecta mysterijs, q̃dam tñ sic manifesta, vt ex ipsis facillime aperiantur obscura. Hæc cum ita sint, vide te quid sequitur. Tu vero repulisti & ad nihilũ deduxisti, distulisti Christũ tuũ. Auertisti testm̃ serui tui, ꝓphanasti in terra sanctitatẽ eius. Destruxisti oẽs macerias eius, posuisti munitiones eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, F factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorum eius, iocundasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium H gladij eius, & non es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti. Minuisti dies sedis eius, perfudisti eum confusione:) Quid est hoc? Illa omnia promisisti, tu vero ista contrarie fecisti. Vbi sunt promissiones ad quas paulo ante gaudebamus, de quibus tam alacriter plaudemus, de quibus securi gratulabamur

tulabamur,quasi alius ꝓmiserit alius euer
terit? Qđ mirandũ est:nõ alius,sed tu. Tu
vero qui promittebas,tu qui confirmabas,
tu qui propter dubitationem humanam ét
iurabas,illa promisisti,ista fecisti. Vbi tene
bo iusiurandum tuum, vbi inueniam pro-
missum tuum ? hæc promisisti,hæc fecisti.
Quid est hoc? Ita vero falsum promitteret
deus,aut falsum iuraret? Quare ergo illa ꝓ
misit,& ista fecit ? Ego dico quia ista fecit,
vt promissa firmaret. Sed quis ego qui ista
dico? Videamus si hoc veritas dicit, tũc nõ
erit inane qđ dico. Dauid positus erat, cui
promitterentur hęc omnia in semine eius
quod est Christus implenda. Propter pro-
missa ergo quæ dicta sunt ad Dauid, expe-
ctabant homes impleri in Dauid. Proinde
G ne quisquam Christianus cum diceret de
Christo dixit:alius diceret, non,sed de illo
Dauid dixit,& errarẽt cum diceret,cum ui
deret impleta oia esse in Dauid: destruxit
ea in Dauid,ut cum videas ea in illo nõ im
pleta quæ necesse est impleri,quæras alterũ
in quo ostendat impleri. Ita etiã dictũ est
de Esau & Iacob,Maior seruiet minori: &
inueniemus maiorem adoratũ a minore,cũ
Gen.25 scriptum sit,Maior seruiet minori. Et cum
in illis duobus præcedentibus videris non
impletũ,expectes duos populos, in quibus
impleatur quod non mendax deus polliceꝛ
ri dignat. Ecce ex semine tuo dixit Dauid,
ponam super sedem tuã. Promisit ex semi-
ne eius in æternum aliquid,& natus est Sa
lomon. Factus est ãt tãtæ sapiẽtiæ tantæq;
prudentiæ,ut promissio dei de semine Da-
uid in illo putaret impleta. Sed cecidit Salo
mõ,& dedit locũ sperãdi Chm̃, ut quoniã
3.Re.11 deus nec falli posset nec fallere, quem sciꝛ
bat casurũ, non in eo poneret promissum
suum,sed post casum eius respiceres tu deũ
& flagitares promissum tnũ. Ergo dñe mẽ-
titus es? Non imples quod promisisti?non
exhibes quod iurasti? Forte hic dicturus ti-
bi erat deus,Iurani quidẽ & ꝓmisi,sed iste
H noluit perseuerare. Quid ergo tu domine
deus, non præsciebas iustum non perseue-
raturũ? Vtiq. sciebas. Quare ergo in nõ per
seueraturo mihi quod æternum esset pro-
mittebas? nonne tu dixisti? Si dereliquerint
legem meam, & in iudicijs meis non am-
bulauerint,& mandata mea non custodie-
rint, & testamentum meum prophanauꝛe-
rint,manebit tamen promissio mea,imple-
bitur iuratio mea. Semel iuraui in sancto
meo,intus in secreto quodam, in ipso fon-
te,unde Prophetę biberunt qui nobis hæc
eructauerũt. Semel iuraui,inquit, si Dauid
mentiar. Exhibe ergo quod iurasti, redde
quod promisisti. Sublatũ est de isto Dauid,
ne expectaretur in isto Dauid. Expecta er
go quod ꝓmisit, nouit illud & ipse Dauid:
vide.n.quid dicat, Tu uero repulisti & ad
nihilum deduxisti. Ergo ubi est qđ promi
sisti? Dilexisti Chm̃ tuũ: quanuis tristia
quædam enumeret, in hoc tũ uerbo reficit
nos. Manet omnino deus quod promisisti,
nam & Christum tuum non abstulisti,
sed distulisti. Huic ergo Dauid í quo spera
bant ignari promissa dei firmius in alio spe
rata cõpleatur. Distulisti Christũ tuũ,euer
tisti testm̃ serui tui. Vbi est.n.testm̃ vetus
Iudæorum? ubi est terra illa promissionis,
in qua habitantes peccauerunt, qua deleta
migrauerunt? Regnum Iudæorum quęris,
non est: altare Iudæorum quæris, non est:
sacrificium Iudæorũ quæris, non est: sacer
dotium Iudæorum quæris, non est. Euerti
sti testm̃ serui tui, prophanasti in terra san
ctitatem eius. Sancta illa quæ habebant, ter
rena esse oñdisti. Destruxisti oẽs macerias
eius quibus eum munieras. Qũ enim diri-
peretur, nisi maceriæ dirutæ fuissent? Posui
sti munitiones eius formidinem. Quid est
formidinem? ut dicatur peccantibus, Si de-
us naturalibus ramis non pepercit, neq. ti-
bi parcet. Diripuerunt eum oẽs transeũtes
viam, omnes scilicet gentes per uiam, hoc
est, per uitam istam transeuntes diripuerũt
Israel, ditipuerunt Dauid. Primum uidete
frusta eius in omnibus gentibus: de ipsis
enim dictum est, Partes uulpium erũt. Re-
ges, quippe impios vulpes appellauit scrip-
tura, dolosos & timidos, quos terret uirtus
aliena. Ideo ipse dominus cum de Herode
comminante loqueretur, Dicite, inquit,
vulpi illi. Rex qui neminem hominum ti-
met, ipse uulpes non est, leo ille de tribu
Iuda, cui dicitur, Ascendisti recumbens, K
dormisti sicut leo. Potestate ascendisti,
potestate dormisti: quia uoluisti dormisti,
quia voluisti ascendisti: ideo in alio Psal.
mo dicit, Ego dormiui. Nonne plana
erat sententia, Dormiui & somnum ce-
pi, & exurrexi, quoniam dominus su-
scepit me? Quare additum est ego? Et
cum magno pondere pronunciatum est,
ego dormiui. Ego dormiui, illi sæuie-
runt, illi persecuti sunt: sed si noluissem,
non

non dormissem. Ego dormiui: ergo de
quibus dictum erat, Partes vulpium erũt:
de his dictum est nunc, Diripuerunt eum
omnes transeuntes viam, factus est oppro
brium vicinis suis. Exaltasti dexteram ini-
micorũ eius, iocũdastis oẽs inimicos eius.
Auertite Iudæos, & videte oia impleta
quæ prædicta sunt. Auertisti adiutorium
gladij eius: Qũo solebant pauci dimicare,
multos prosternere ? Auertisti adiutoriũ
gladij eius,& non es opitulatus ei in bello.
Merito victus,merito captus, merito a re-
gno suo alienatus,merito dispersus. Eã.n.
terrã perdidit,pro qua dũm occidit. Auer-
tisti adiutorium gladij eius, & non es opi-
tulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emũ
datione. Quid est hoc? Inter oia mala ma-
gnus hic terror. Quantũcunque.n.cædat
Deus,quantumlibet iracatur, quantumli-
bet verberet,flagellet ligatum, tũ flagellet
quem mundet,non dissoluat ab emundatio
ne. Si.n.dissoluit ab emundatione, iam nõ
habet mundandũ, sed proiiciendũ. A qua
ergo emundatione dissoluitur Iudæus ? A
fide. Ex fide.n.viuimus, & de fide dictum
est. Fide mundans corda eorum. Et quia so
la fides Chri mũdat, nõ credentes in Chri
stum soluti sunt ab emundatione, Dissolui
sti eum ab emundatione, & sedem eius in
terra collisisti, merito & fregisti, minuisti
dies sedis eius. Putabant se in æternum re
gnaturos: minuisti dies sedis eius, perfudi-
sti eum confusione. Hęc oia venerunt Iu-
dæis, non tũ ablato Chro, sed dilato. Vi-
deamus ergo vtrum impleat Deus promis
sa sua. Post hæc dura quæ commemorauit
euenisse illi populo & illi regno, ne ibi pu-
taretur deus impleuisse qđ promiserat, &
nõ daret alterum regnum in Chro, cuius
regni non erit finis, alloquit eum Prophe
ta & dicit, Quousq. dñe auerteris ĩ finẽ?)
Forte.n.non in finem & ab ipsis, qa cæci-
tas ex parte Israel facta est, vt plenitudo gẽ
tium intraret, & sic omnis Israel saluus fie
ret. Interea tamẽ Exardescet sicut ignis ira
tua. Memento quæ est substãtia mea.) Da-
tus in spe in Chro, Memento q̃ est substã
tia mea. Non.n. quia Iudæi defecerũt, de-
fecit substantia mea. Etenim de illo popu-
lo virgo Maria, de virgine Maria caro
Christi, & caro illa non peccatrix, sed pec-
catorũ mundatrix. Ibi est.n. inquit, substã-
tia mea. Memento quæ est substãtia mea.
Non.n.oino interijt radix, veniet semen Gal. 3.
cui promissum est, dispositum per angelos
in manu mediatoris. Memẽto quæ est sub
stantia mea. Non.n.vane cõstituisti oẽs fi-
lios hoium.) Ecce oẽs filij hoium ierũt in
vanitatem, tu tũ non vane illos constitui-
sti. Cum ergo ierunt omnes filij hominũ
in vanitatem, quos tu non vane constitui-
sti, vnde eos mundares a vanitate? Nũquid
nihil tibi seruasti? Illud qđ tibi seruasti vn
de mũdares hoies a vanitate, sanctus ille
tuus, in eo substantia mea. Ex illo.n.mun-
dentur oẽs, quos non frustra constituisti a
propria vanitate, quibus dicitur, Filij homi Psal. 4.
num quousq. graues corde, vt quid diligi-
tis vanitatem, & quæritis mendaciũ? Forte
soliciti facti conuerterent a vanitate, inue-
nirẽt se vanitate inquinatos, quæreret vnde A
mundarentur. Succurre, fac securos. Et sci Ibidem.
tote qm̃ admirabilẽ fecit dñs sanctum suũ,
Sanctũ suum admirabilem fecit, inde oẽs
vanitates mũdauit. Ibi est, inquit, substãtia
mea, memento eius. Non.n.vane constitui
sti oẽs filios hoium. Ergo seruasti aliquid
vnde mundarentur. Quis est iste quem ser
uasti? Quis est homo qui viuet & non vi-
debit mortem?) Ergo ille homo qui viuet
& non videbit mortem, & ipse mũdat a va
nitate: non.n. in vanitate constituit omnes
filios hoium. Aut potest illos contẽnere q
fecit illos, non eos cõuerteret, & non mun
daret? Quis est homo qui viuet, & non vi
debit mortem? Surgens.n.a mortuis iã nõ Rom. 6
morit, & mors ei vltra non dñabitur: deni
que cũ in alio Psalmo scriptũ legatur, Non Psal. 15.
derelinques aiam meam in inferno, nec da
bis sctm̃ tuum videre corruptionem: assũ-
mit hoc testimoniũ apostolica disciplina,
& ita in Actibus Apostolorũ contra infi-
deles disputat, dicens, Viri fratres, scimus Act. 2.
qa Dauid Patriarcha mortuus est, & caro & 15.
eius vidit corruptionẽ: non ergo de illo di
ctum est, Nec dabis sctm̃ tuũ videre corru
ptionẽ. Si ergo nõ de illo dictũ est, de quo
dictum est, Quis est homo qui viuet & B
non videbit mortem? Sed forte nullus est,
imo qui est vt quæras dictum est, vt non
desperes, Sed forte est aliquis homo qui vi
uet & non videbit mortem, nõ tũ dixit de
Chro qui mortuus est. Nullus oino hõ est
qui viuet, & non videbit mortem, nisi qui
iã pro mortalibus mortuus est. Nã vt scias
qa de illo dixit, vide quid sequit, Quis est
homo qui viuet & non videbit morte? er-
go

go nunquam fuit in morte? Fuit. Quo ergo viuet, & nō videbit mortē? Eruet aiam suā de manibus inferni.) Ecce vere solus oio, singulariter solus viuit, & nō videbit mortē, & eruet aiam suā de manibus inferni: qa etsi cæteri fideles eius resurgent ā mortuis, & viuent & ipsi in æternū, & non videbūt mortē, & non tñ aīam suā ipsi eruēt de manibus inferni. Ille q eruit aīam suā de manibus inferni, ipse eruet alias fidelīū suorū, ipsi se eruere non possunt: probat, quia ipse aīam suā eruit. Ptātē habeo ponendi aiam meam, & ptātem habeo iterum sumēdi eā.

Ioā.10. Nemo tollit eam a me, qa ego dormiui: sed ipse eā pono a me, & iterū sumo eam, quia ipse est qui eruit aīam suā de manibus inferni. Sed & in ipsa fide Chri laboratū est aliquantum, & diu dixerunt gentes fremētes, qñ morietur & peribit nomē eius? Propter hos ergo iam in Chrm credentes, sed aliquandiu laboraturos, sequitur & dicit,

Psa. 40. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ dñe?) Iam agnouimus Chrm mundatorē, iā tenemus in quo comples promissa. Exhibe in illo qđ promisisti, ipse est qui viuet & non videbit mortē. Ipse est qui eruit aīam suam de manibus inferni, & nos tñ adhuc laboramus. Dixerunt ista martyres, quorum natalia celebramus, ipse viuet & non videbit mortē, ipse eruet aīam suā de manibus inferni, & nos pp te mortificamur tota die, deputati sumus velut oues occisionis. Vbi sūt

Psal.43. misericordiæ tuæ antiquæ dñe? Quas iurasti Dauid in veritate tua? Memento opprobrij seruorum tuorum.) Iam in illo viuente, iam in illo cœlo ad dexterā pris sedente, opprobria obiecta sunt Chrianis: crimē de Chro Chriani diu habuerūt. Vidua illa pariens, & hñs filios abūdantiores q̄ illa quæ

Esa. 54. habebat virū, audiuit ignominias, audiuit opprobria: sed Ecclesia multiplicata extendens in dexterā atq. sinistrā ignominiā viduitatis suæ, iam non est memor. Memento dñe apud quē est abundantia suauitatis

Gal.4. D memorię tuę: memēto, noli obliuisci. Quid memento? Memēto opprobrij seruorū tuorū, Quod cōtinui in sinu meo multarū gētiū.) Ibam, inquit, prædicare, & opprobria audiebam, & in sinu meo cōtinebā, qa implebā. Blasphemamur, rogamus, quasi purgamenta mundi facti sumus, oium peripsema. Diu cōtinuerūt Chriani opprobria in sinu suo, in corde suo, nec audebāt resistere

1.Co.4. cōuiciantibus, anteq̄ crimē videret rndere paganо. Nunc iā crimē est remanere paganо. Gras dño memor fuit opprobriorū nostrorū, exaltauit cornu Chri sui, fecit admirabilē apud reges terræ. Iā modo nemo insultat Chrianis, aut si insultat, non publice insultat: sic loquit mala, vt plus timeat audiri, q̄ velit credi. Qđ cōtinui in sinu meo multarū gentiū. Quod exprobrauerūt inimici tui dñe.) Et Iudæi & Pagani, Quod exprobrauerūt?) Quid exprobrauerūt? Cō mutationē Chri tui.) Hoc exprobrauerūt, cōmutationē Chri tui. Hoc in obiecerunt, quia mortuus est Chrs, quia crucifixus est Chrs. Quid obijcitis insani? Quanuis iam nemo est qui obijciat, tñ si qui reliqui remanserūt, quid obijcitis, quia mortuus est E Chrs? Ille non perimebat, sed cōmutabat. Mortuus dicit pp triduū. Ecce quid exprobrauerūt inimici tui, nō amissionē, nō pditionē, sed planè cōmutationē Chri tui. Mutatus est ille a tpali vita ad æternam, mutatus est a Iudæis ad gentes, mutatus est, etiā a terra in cœlum. Eant nunc vani inimici tui, & adhuc exprobrent cōmutationē Chri tui. Vtinā & ipsi mutent, & cōmutationē Chri tui nō exprobrabūt: sed displi

Psal.54. cet Chri mutatio, q̄a ipsi mutari nolūt. Nec. n. est illis cōmutatio, & nō timuerunt Deū, q̄ exprobrauerūt inimici tui cōmutationem Chri tui. Et exprobrauerūt illi cō mutationem: tu aūt quid? Bndictionem aūt dñi in æternū, fiat fiat.) Gratias misericordiæ ipsius. Quid dicam aliud, q̄ gratia gratiæ ipsius? Nos. n. gratias agimus, non damus, nec reddimus, nec referimus, nec rependimus gram: sed tantum verbis agimus, retribuimus. Ipse nos gratis saluos fecit, ipse impietates nostras attēdit, ipse nos nō eū quærētes quæsiuit, inuenit, redemit, liberauit a dnatu diaboli & ptāte dæmoniorū. Alligauit nos fide mūdados, vndé soluit illos inimicos qui non crēdūt, & ideo mundari nō possiunt. Dicant q remāserāt quicquid volūt, quotidie in dies singulos minus minusque remanebunt: obijciant, irrideāt, exprobrent, non interitū, sed cōmutationē Christi tui, non vident quia cum ista dicunt, deficiunt aut non credendo, aut moriendo? Illorum enim maledictio tpalis est, benedictio autem dñi in æternum: & ad confirmā dā bndictionē ne q̄s timeat, fiat fiat, ista subscriptio ē cautionis dñi. Securi ergo de promissionibus eius, pterita credamus, pītia cognoscamus, futura speremus, nō nos aeternitatis

ne inimicus a via, vt qui colligit nos tanquam pullos suos sub alis suis, foueat nos: nec aberremus ab alis eius, ne accipiter rapiat implumes adhuc pullos. Non enim de se debet christianus sperare, si vult esse firmus: vapore materno nutriatur. Ille est enim gallina colligens pullos suos, de qua improperatur illi ciuitati infideli Hierusalem, Quotiens volui colligere filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alis suis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus nostra deserta: hic dictū est. Possessiui munitiones eius formidinem. Quia ergo illi noluerunt contegi sub alis gallinæ huius, & tale exemplum dederunt quo timere debeamus a volaticis spiritibus imūdis, quærentibus quotidie quod rapiant, in

F tres, quoniam propter pullos suos infirmatus est vsque ad mortem, Amemus dominū Deum nostrum, amemus ecclesiam eius: illam sicut patrem, istam sicut matrem: illam sicut dominum, hāc sicut ancillā eius, quia filij ancillæ ipsius sumus. Sed matrimonium hoc magna charitate compaginatur. Nemo offendit vnum, & promeretur alterum: nemo dicat, ad idola quidem vadit, arreptitios quidem & sortilegos consulit, sed tamen Dei Ecclesiam non relinquo, catholicus sum: tenens matrem offendis patrem: alius item dicit, Absit a me, non consulo sortilegum, nō quæro arreptitium, nō quæro diuinationes sacrilegas, nec eo ad adoranda dæmonia, non seruio lapidibus, sed tamen in parte Donati sum. Quid tibi prodest non offensus pater, qui offensam vindicat matrem? Quid prodest si dominum confiteris, Deum honoras, ipsum prædicas, filium eius agnoscis, sedentem ad dexteram patris confiteris, & blasphemas Ecclesiam eius? Non te corrigūt exempla humana coniugij? Si haberes aliquem patronum, cui quotidie obsequereris, cuius limina sertiendo contereres, quem quotidie nō dico salutares, sed & adorares, cui impenderes fidelia obsequia, si vnum crimen de eius coniuge diceres, nunquid domum eius intrares? Attendite ergo charissimi, tenete omnes vnanimiter Deum patrem & matrem Ecclesiam. Natalitia sanctorum cū sobrietate celebrate, vt imitemur eos qui præcesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, vt benedictio domini in æternum maneat super vos, fiat fiat.

In psalmum octuagesimumnonum Enarratio.

ORatio Moysi hominis Dei,) Prænotatur Psalmus iste, per quem hominē suum Deus legem dedit populo suo, quem per eundem hominem suum de domo seruitutis liberans, quadraginta annis per eremum duxit. Fuit ergo Moyses minister veteris testamēti, & Propheta noui testamenti: oia quippe illa in figura continebāt in illis: sicut ait Apostolus, Scripta sunt 1.Co.10 aūt ad correptionem nostram, in quos finis seculorum obuenit. Secundum hanc ergo dispensationem, quæ facta est per Moysen, inspiciendus est Psalmus iste qui ex eius oīone titulū accepit. Dñe, inquit, refugium tu factus es nobis in gñatione & generationem.) Siue in omni gñatione, siue in duabus, vetere & noua, quia sicut dixi, minister fuit ille testamenti pertinentis ad gñationem ueterem, & Propheta testamenti pertinētis ad generationem nouam. Cuius testamenti sponsor sponsusque cōiugij, quod de illa generatione sortitus est, ait ipse Iesus, Si crederetis Moysi, crederetis & Ioan. 8. mihi: de me enim ille scripsit, Non enim credendum est ab ipso oīno Moyse istum Psalmum fuisse conscriptum, qui vllis eius literis inditus non est, in quibus eius cantica scripta sunt, sed alicuius significationis gratia tam magni meriti serui Dei nomen adhibitum est, ex quo dirigeretur legentis vel audientis intentio. Factus es, inquit, nobis dñe refugium in generatione & gñatione m. Quale aūt refugium factus sit, qm. s. nobis cœpit esse qđ non erat, id est, refugium: non aūt ipse non erat antequam nobis esset refugium, secutus adiunxit, Priusquam montes fierent, & formaretur terra & orbis terræ, & a seculo vsq. in seculū, tu es.) Tu ergo q semper es, & anteq̄ essemus, & anteq̄ mūdus esset, refugium ex quo ad te conuersi sumus factus es nobis: non mihi aūt videt vtcunque intelligendū qđ ait, Priusquam montes fierent & formaret terra: vel sicut alij codices habent, qđ de vno verbo Græco expsum est, fingeret terra. K Mōtes qppe partes terræ sunt altiores: & vtiq. si anteq̄ formaret terra deus est a quo terra formata est, qđ magnū de montibus vel qbuslibet alijs eius partibus dī, cum sit deus nō solū ante terrā, sed & ante eęlū & terram, & ante oēm corporalem & spiritalem

Ie creatura? Sed nimirū vniuersa creatura rationabilis hac differentia fortasse distincta est, vt montium noīe significarentur celsitudines angelorum, & terræ noīe humilitas hominū. Et ideo quanuis oīa quæ creata sunt, nō ēcōgrue vel facta vel formata dicantur, tū si verborum istorum est vlla ꝓprietas, facti sunt angeli, q cū in eisdē cœlestibus enumerarentur operibus, ita
Gen. 2. enumeratio ipsa concluſa est, Ipse dixit &
Psal. 32. facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Vñ autem homo ſecundum cōrpus fieret, terra formata est: nam hoc verbo ſcriptura vtit, ubi legimus, vel finxit deus, vel formauit deus hominem de limo terrę. Ergo priusq̄ fierent ea quæ in creatura tua sūma atque magna sunt: quid enim maius rationali cœleſtique creatura: & priusq̄ fingeretur terra vt esset qui te agnoſceret & laudaret in terra: & hoc parum est, quia ista cœperunt,
L siue in tpe siue cū tpe, ſed a ſeculo & vſque in ſeculum tu es. Quod cōuenientius diceret ab æterno in æternum. Non.n.a ſeculo deus, quia est ante ſecula: aut vſque in ſeculum, cuius est finis: cum sit ille ſine fine: ſed ex ambiguo verbo Græco sit plerunque in ſcripturis, vt vel ſeculū pro æterno, vel ęternum pro ſeculo ponat Latinus interpres. Optime aūt non ait a ſeculo tu fuiſti, & vſque in ſeculum tu eris: ſed præſentis ſignificationis verbum poſuit, inſinuās dei ſubſtātiā omnimodo incōmutabilē, vbi nō est, fiunt & erit, ſed tm̄modo est: vnde dictū est,
Exo. 3. Ego sū q sum: &, Qui est, miſit me ad vos: Et mutabis ea & mutabuntur, tu aūt idē ipse es, & anni tui non deficient. Ecce quæ æternitas facta est nobis refugium, vt in ea manſuri, ad eam de hac tpis mutabilitate fugiamus. Sed qm̄ cum hic sumus, in magnis & multis tentationibus uiuimus, quibus ne auertamur ab iſto refugio metuendum est, intueamur quid conſequenter oīo poſcat hoīs dei. Ne auertas hominem in humilitatem.) Id est, ne a tuis æternis atque ſublimibus homo auerſus, tpalia concupiſcat, ſapiatque terrena. Et hoc a deo petit quod
M deus ipse præcepit, ſimili oīone ſnia qua in
Matt. 6. oīone dicimus, Ne nos inferas in tentationem: denique & hic adiungit, Et dixiſti, cōuertimini filij hominum.) Tanquam diceret, hoc a te peto quod ipse iuſſiſti, dās eius gſæ gloriam, vt qui gloriatur, in dño glorietur, ſine cuius adiutorio, per arbitrium voluntatis tentationes huius vitæ ſuperare non poſſumus. Ne auertas, inquit, hoīem in humilitatem: & tū tu dixiſti. Conuerti mini filij hominum. Sed da quod iuſſiſti, precem petentis exaudiendo, & adiuuando vocem petentis fidem. Qm̄ mille anni ante oculos tuos, tanquā dies heſterna est q̄ pterijt.) Ideo debemus ad refugium tuum, vbi ſine vlla mutabilitate tu es, ab his prætereuntibus labentibusq̄ conuerti: qm̄ quamtumlibet huic vitæ longū tps optetur, mille ānī ante oculos tuos tanquā dies heſterna est qui prætericit: non ſaltem tanquam dies craſtinus q venturus est, ita omnia q̄ temporis ſine claudunt pro tranſactis habēda ſunt. Vnde & ea ſibi Apoſtoli Pauli poſt poſuit in tentio, quæ retro ſunt obliuiſcentis, ubi tpalia cuncta oportet intelligi, & in ea quæ ante ſunt extenti, quæ appetitio est æternorum. Ne putarent autem aliqui mille annos ſic computari apud deū pro una die, quaſi tam longos dies deus habeat, cum A hoc ad contemnēdā tpis longitudinē dictū ſit, iō addidit, Et ſicut vigilia in nocte,) Cū uigiliæ ſpatium non habeat amplius quam tres horas, attamen auſi ſunt hoies præſumere ſcientiam tēporum, quod ſcire cupiē tibus diſcipulis dominus ait, Nō est veſtrū ſcire tempora quæ pater poſuit in ſua potestate: & definierunt hoc ſeculum ſex annorum milibus tanquam ſex diebus poſſe finiri, nec attenderunt quod dictum est tanq̄ Act. 1.
dies qui præterijt. Non enim quādo dictū est, ſoli mille anni præterierant, & quod eos maxime debuit admonere ne e tempora clauderentur incerto, quod est ſicut uigilia in nocte. Neque.n. ſicut de ſex diebus aliquid ueriſimile videntur opinati, propter ſex dies primos, quibus deus perfecit opera ſua: ſic etiam ſex uigilias, id est, horas decem & octo poſſunt illi opinationi coaptare. Deinde iſte homo dei, vel potius Propheticus ſpiritus, velut dei legem in ſecreta eius ſapientia conſcriptam, ubi vitæ mortalium peccatrici conſtituit procurrendi modum, & mortalitatis erumnam, uidetur quodammodo recitare, cum dicit,

Quæ pro nihilo habentur, anni eorum, Manc ſicut herba tranſeat, mane floreat & pertranſeat, veſpere decidat indureſcat & ereſcat.) Felicitas ergo hęredum veteris teſtamenti quam pro magno bono expetierunt a domino deo ſuo, hanc legem accipere meruit in occulta eius prouidentia, quam uidetur recitare Moyſes, B

Moyſes, quæ pro nihilo habentur, erunt anni eorū. Pro nihilo.n. habentur, quæ anq̄ ueniant adhuc nō sunt, cū venerit iam nō erūt: non.n ut aſsint veniunt, ſed ut nō ſint. Mane, id est, prius ſicut herba trāſeat, mane floreat, & ptrāſeat, ueſpere, id est, poſtea decidat, dureſcat & areſcat. Decidat uti
Psal. 90. que in mortem, dureſcat in cadauere, areſcat in puluere. Quæ niſi caro, ubi ē coneuentia damnata carnalium? Ois.n. caro fenum, & charitas hominis vt flos fœni. Fœnū aruit, flos decidit, uerbum autem dñi manet in æternū. Hāc aūt pœnā de peccato
Phiſip. 3 veniſſe non tacens continuo ſubiecit, Qm̄ defecimus in ira tua, & indignatione tua conturbati sumus.) Defecimus in infirmitate, conturbati ſumus mortis timore, Infirmi.n. facti ſumus, & ifirmitatem finire tre
Gen. 6. pidamus. Alter te inquit, ciget, & feret quo non uis, quis martyrio non puniēdo, ſed coronando. Et ipſius domini aia nos in ſe
Mat. 17. transfiguraus, triſtis erat uſq. ad mortem, ſpm̄ & domini exitus non niſi mortis. Poſuiſti iniquitates noſtras in cōſpectu tuo.) Id est, non ab eis diſſimulaſti. Seculum noſtrum in illuminatione uultus tui,) Subaudiatur poſuiſti. In illuminatione autem uultus tui dixit, qđ ſuperius, in conſpectu tuo: & ſeculum noſtrum, quod ſuperius, iniquitates noſtras. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus.) Satis
Gen. 1. in his uerbis oſtenditur pęnalis eſſe iſta mortalitas. Defeciſſe dies dicit, ſiue qđ in eis deficiunt homines amando quæ tranſeunt, ſiue qđ ad paucitatem redacti ſunt. Quod uidēt
Gen. 6. in conſequentibus aperire cum dicit, Anni noſtri ſicut aranea meditabūtur, dies annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta anni. Si aūt i potētatibus octaginta anni, & amplius, eorū labor & dolor.) Hæc quidē verba uidenſ exprimere breuitatem miſeriāq̄. uitæ huius, q̄ ſeptuaginta annos uixerūt: uſq. ad octuaginta aūt uidenſ aliquas vires habere. His vero amplius ſi uixerint multiplicatis laboribus & doloribus uiuunt. Sed multi & in ea ſeptuaginta annos gerunt infirmiſsimā & erumnoſiſsimam ſenectutem: & ſæpe vl
D era octoginta annos ſenes mirabiliter uigere probati ſunt. Melius est ergo in his numeris ſpiritale aliquid perſcrutari. Neque enim ſuper filios Adam, per quem unum hominem peccatum intrauit in mundum, Rom. 5. & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, maior ira ē dei, quia multo breuius uiuunt quam uixerūt antiqui, cum & vitæ ipſorum irriſa ſit longitudo, ubi mille anni comparati ſunt diei heſterno atque præterito, & horis tribus. Et utiq. tunc multū viuebant, quando irā dei prouocauerunt uſq. ad diluuium quo perirent. Septuaginta porro anni & octogīta fiunt cētū quinquaginta: quem ſacratū eſſe numerum ſatis inſinuat liber iſte Pſalmorum: hanc enim habēt in ſignificatione rationem quinquaginta, quam quindecim. Qui numerus fit ſeptem & octo cōiūctis, quorum prius inſinuat, propter ſabbati obſeruationem teſtm̄ uetus, ſecundus teſtamē tū nouum propter domini reſurrectionē. Hinc sunt in tēplo quindecim gradus, hinc sunt in Pſalmis quindecim cantica graduū hinc quindecim cubitis ſummos montes aqua diluuij ſuperauit, & ſi quibus alijs locis ſacratus commēdatur hic numerus. Ergo anni noſtri, inquit, ſicut aranea meditabunt. In rebus corruptibilibus laboramus, Gene. 7
corruptibilia opera texebamus, q̄ nos, ſecūE dum Eſaiam Prophetam, minime contegebant. Dies annorum noſtrorū in ipſis ſeptuaginta anni, ſi aūt in potētatibus octogīta anni. Aliud in ipſis, aliud i potētatibus. in ipſis hoc est, in annis vel diebus ipſis, quod datur intelligi in temporalibus reb. Iō ſeptuaginta, quia temporalia ꝓmitti videntur in veteri teſtamento. Si autem non in ipſis annis, ſed in potētatibus, id est, non in rebus temporalibus, ſed in æternis, octoginta anni: quod nouum teſtamentū in ſpe eſt renouationis & reſurrectionis in æternum. Et amplius, eorum labor, & dolor: id est, quiſquis hanc uitam tranſgreditur, & amplius aliquid quærit, labores inueniet & dolores. Poteſt & ſic intelligi. Quia licet in nouo teſtamento cōſtituti ſumus, qđ octogenarius ſignificat numerus, amplius habet hæc uita noſtra laborem & dolorem, dum in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adoptionē Rom. 8.
expectantes redemptionem corporis noſtri. Spe.n. ſalui facti ſumus, & q̄ nondum F videmus, per patientiam expectamus. Et hoc ad miſericordiam dei pertinet: unde ſequitur, & dicit, Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur.) Quem enim diligit deus, corripit, flagel- Heb. 12
lat autem omnem filium quem recipit, & dat etiam magnis quibuſdam ſtimulum carnis a quo colaphizentur, ne extollan- 2. Co. 12
tur

tur in magnitudine reuelationum suarum vt virtus in infirmitate perficiatur. Quidā sane codices non habent, corripiemur, sed erudiemur, quod ad eundem mansuetudinem reuocatur: non.n.potest erudiri quisquam sine labore et dolore, quia virtus in infirmitate perficitur. Quis nouit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam dinumerare?) Valde paucorum hominum est, inquit, nosse iræ tuæ ptātem, quia plerisque ita magis cum parcis irascēris, vt nō ad irā, sed potius ad mansuetudinē tuā pti nere intelligatur labor et dolor, quo corripis eruditq. quos diligis, ne pœnis excrucié tur æternis: sic.n. legitur in alio Psalmo. Irritabit dñm peccator, pro magnitudine iræ suæ non exquiret. Quis ergo nouit? Id est quotusquisque reperitur qui nouerit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuā
G dinumerare? Etiam hic subauditur, quis nouit. Quam dificile inuenitur qui nouerit ita præ timore tuo dinumerare iram tuam, vt etiam hoc addat, & ad eā intelligat ptinere, quòd nonnullis quibus plus irascēris parcere videaris, vt prosperetur peccator i via sua, & maiora recipiat in nouissimo. Potestas quippe humanæ iræ cum corpus occiderit, amplius non habet quid faciat: deus
Mat.10 vero habet potestatē & hic punire, & post corporis mortem mittere in gehēnam. Et a paucis eruditis maior eius ira intelligitur, vana & seductoria fœlicitas impiorum.
Psal.72. Hāc ille nō nouerat cuius pene cōmoti sunt pedes, quia zelauit in peccatoribus pacem peccatorum intuens, sed didicit eam cum intraret in sanctuarium dei intelligeret in nouissimis, quo pauci intrant vt discant præ timore dei dinumerare irā eius, & prosperitatem hominum malorum numero applicare pœnarum. Dexteram tuam sic notam fac.) Hoc enim magis habēt & codices Grēci, non sicut quidam Latini. Dexteram tuā sic notam fac mihi.) Quid est ergo dexterā suam sic notam fac, nisi Christum tuum de
Esa.52. quo dictum est, Et brachium domini cui reuelatum est: sic notum fac, vt in eo discant fideles tui ea magis a te poscere, & sperare præmia fidei quæ non apparent in veteri testamento, sed reuelantur in nouo ne arbi trentur pro magno habendam & cupiendā
H vel adamādā esse terrenorū ac tēporalium bonorū fœlicitatem, & cōmoueantur pedes
Psal.72. eorū cū eā viderint & in eis qui te non colunt, & gressus eorū effundant in lapsum, dū nesciunt dinumerare irā tuam? Denique secundum orationem hanc hominis sui sic notum fecit Christum suum, vt suis patsio nibus demonstraret, non ea munera quæ videntur sonare in veteri testamento, vbi sunt vmbrę futurorum, sed æterna esse concupiscēda. Pōt in isto sensu etiam dei dextera intelligi, in qua iustos suos ab ipijs segregabit, quia & ipse bene sic innotescit cū sta gellat omnem filium quem recipit, neque in peccatis suis ,pperari sinit plus irascēdo, sed in mansuetudine sinistram flagellat vt emēdatā ad dexterā ponat: & illud qđ plerique codices habent, Dexterā tuā sic notā fac mihi: ad vtrūq. referri pōt, siue ad Christum, siue ad æternā fēlicitatē. Nā deus ita non habet corporalis formæ dexterā, sicut ro adiungit, Et cōpeditos corde in sapientia.) Alij codices non habent cōpeditos, sed eruditos. Verbum.n. Græcū ita in vtraq. significatione similiter sonat, vt vna syllaba paululum differat. Sed cū illi eruditi sapientia qui inijciunt, sicut scriptū est, pedem in cōpedes eius, non utiq. pedē corporis, sed pedem cordis: & eius velut aureis uinculis alligati a uia dei nō exorbitāt, nec fiunt ab illo fugitiui, quodlibet horū legāt, salua est snīa ueritatis. Et ipsos.n. compedi tos uel eruditos corde in sapia, sic notos deus fecit in nouo testamēto, vt pro fide quā Iudeorum & gentiū detestabatur impietas omnia contemnerent, & eis se priuare parerentur, quę magna putant promissa in uete ri testamento q carnaliter iudicant. Et quo niam cum sic noti fierent, ut illa contemnerent, & desyderandis æternis per suas passiones testimonium perhiberent. unde & testes dicti sunt, sic.n. Græce martyres appellantur, multa & multum mala & acerba temporalia pertulerūt: hoc attendit iste homo dei, & Propheticus spiritus per Moysi vocabulum figuratus, & ait, Cōuertere domine quousq. & deprecabilis esto sup seruos tuos.) Vox est eorum vel pro eis, qui multa persequente isto seculo mala toleran tes innotescunt, compediti corde in sapia, vt nec tantis malis coacti refugiant a domino ad huius seculi bona, secundum aūt illud q uod alibi scriptum est, Quousq. auer & tas faciem tuam a me, etiam hoc dictū est, Conuertere domine quousq. Et sciant qui multum carnaliter sapientes deo tribuunt humani corporis formam, auersionem vul

tus eius, & conuersionē non fieri motu simili membrorum corporis nostri, in hoc eodē Psalmo recolāt supiora, Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo seculum nostrū in illuminatione uultus tui. Quo ergo hic dicit, conuertere, ut sit propicius, quasi faciē auertisset iratus, cū ibi se sic insinuet ira tū, ut non auerterit faciē ab iniquitatibus, & seculo eorum quib. irascēretur sed ea potius in cōspectu suo & illūinatione uultus sui posuerint? Quod āt dr, quousq., uerbū oronis est iustitiæ, nō indignationis, impatientiæ. Sane q hic positū est deprecabilis esto, alij verbū ex verbo deprecare interpretati sunt. Sed qui ait, deprecabilis esto, uitauit ambiguum: qa deprecari commune uerbū est. Et ille deprecatur qui deprecationē fundit, & ille cui funditur, dicimus.n. Deprecor te, & deprecor a te. Deinde illa bona q futura sunt spe, anticipans, & uelut iam facta deputans, Repleti sumus, inquit, mane misericordia tua.) Ergo in his uelut noctur nis doloribus & laboribus prophetia nobis sciens, est sicut lucerna in caliginoso & obscuro loco, donec luceſcat dies & lucifer oriatur in cordibus nostris. Beati.n. mundo corde, qm ipsi deum uidebunt. Tunc replebuntur eo bono iusti, quod nūc esuriunt & sitiunt, cum per fidem ambulantes peregrinantur a dño: vñ & illud alio loco dicitur, Replebis me lętitia cum uultu tuo, mane astabunt et contēplabūtur: et sicut alii dixerunt interpretes, Satiati sumus mane misericordia tua, tunc satiabuntur: sicut.n. alibi dr, Satiabor dū manifestabitur gloria tua. unde dicitur, Ostende nobis patrē & sufficit nobis: atq. ipse dūs ait, Ostendam me ipsum illi. Quod donec fiat, nihil boni nobis sufficit, nec sufficere debet, ne desyderium nostrum in uia remaneat, quod donec perueniat extendēdum est. Repleti sumus mane misericordia tua. Et exultauimus, & iocundati sumus in omnibus diebus nostris.) Dies ille, dies est sine fine. Simul sunt illi omnes dies, ideo satiant. Non.n. succedenti bus cedunt, ubi non est aliquid quod nō uenit iendo nōdum sit, & ueniendo iam nō sit. Omnes simul sunt, quia vnus est qui stat et non transit, ipsa est æternitas, hi sunt dies de quibus dicitur, Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Hi dies et in alio loco anni appellantur, ubi deo dicitur, Tu aūt idemipse es, & anni tui non deficient. Non.n. anni sunt qui pro nihilo habentur, aut dies sunt qui sicut umbra declinauerunt, sed dies sunt q sunt, quorum numerū notū sibi fieri precabatur, qui dicebat, Notum fac mihi dñe finem meū, quo Psal.38.
perueniendo maneam, ut nihil ulterius iā requiram, et numerum dierū meorū qs ē? utiq. qui est, non qui non est: quia dies isti de quibus et illic consequenter dicit, Ecce ueteres posuisti dies meos non sunt: qa nō stāt, non manēt, celerrima mutabilitate trā scurrunt, nec una hora in eis inuenitur in qua ita simus: vt nō alia pars eius transierit alia uentura sit, nulla stet ut sit. Illi aūt anni & dies non deficiunt, in quib. nec nos desiciemus, sed sine defectu reficiemur Exæstu et.n. anima nostra illorum dierum desyderio, sitiat ardenter atque uehemēter ut illic repleamur, ibi satiemur, ibi dicamus quod hic prædicimus, Satiati sumus mane miseri
cordia tua, et exultauimus & iocundati sumus in omnibus diebus nostris. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala.) Nūc autē in diebus adhuc malignis dicamus, quod sequit. Et respice in seruos tuos & in opera tua.) Ipsi.n. serui tui opera tua sunt, non solum ut homines sint, sed etiam vt serui tui. i. obedientes iussis tuis. Ipsius.n. sumus figmē Eph. 2.
tum, non solum in Adam, sed etiam creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quę præ parauit deus ut in illis ambulemus. Deus Phili.2.
est enim qui operatur in nobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate. Et dirige filios eorum.) Vt sint recti corde, quib. bo Psal.72.
nus ē deus. Bonus est enim deus Israel, sed rectis corde, non sicut illi cui cōmoti sunt pedes, quia pacem peccatorum intuenti displicere cœperat deus, quasi ista nesciēs, quasi ista non curans, & ab humani generis gubernatione dissimulans. Et sit splendor domini dei nostri super nos.) vnde dicitur, Signatum est super nos lumen uul- Psal.4.
tus tui domine. Et opera manuum nostrarum dirige super nos.) Vt non ea prorerum terrenarum mercede faciamus: tunc enim non directa, sed curua sunt. Hucusq. Psalmum istum multi codices habent, sed B
in nonnullis legitur alius ultimus uersus. Et opus manuum nostrarum dirige.) Cui uersui diligentes & docti prænotant ἀστέλλαμ, quam asterisci sum uocant, quo significant ea quæ in Hebræo uel in aliis interpretibus Græcis reperiuntur, in Septuaginta uero interpretatione non sunt.

Quẽ versum ſi velimus exponere, id mihi videtur hꝛe ſententiæ ꝙ omnia bona opera noſtra, vnum opus eſt charitatis. Plenitudo enim legis, eſt charitas: nam in ſuperiore verſu, cum dixiſſet. Et opera manuum noſtrarũ dirige ſuper nos, iſto vltimo non opera, ſed opus dixit manuũ noſtrarum dirige: tanq̃ vltimo verſu volens oſtendere ipſa opera vnum opus eſſe. i. ad vnum opus dirigi. Tunc. n. recta ſunt opera, cũ ad hunc vnum finem diriguntur. Finis. n. præcepti charitas eſt, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Opus ergo vnũ eſt in quo ſunt omnia, fides q̃ per dilectionem operatur: vnde & dñs in Euangelio dicit, Hoc eſt opus dei ut credatis in eũ quem ille miſit. Cum ergo in iſto Pſalmo, & vita vetus, & vita noua, & vita mortalis, & uita uitalis, & anni q ꝙ nihilo habenẽ, & dies habentes plenitudinẽ miſericordiæ vereq̃ lætitiæ. i. & pœna primi hominis, & regnũ ſecundi ſatis apteq̃. diſtincta ſint: ad hoc enim exiſtimo hominis dei Moyſi nomen titulo eius inſcriptum, vt eis qui pie rectеq̃. ſcrutantur ſcripturas, eo modo intimaretur etiam legem dei, quæ per Moyſen miniſtrata eſt, vbi pro bonis operibus ſola vel penè ſola prẽmia terrenorum bonorum deus polliceri videtur, ſine dubio habere ſub velamento tale aliquid, quale iſte Pſalmus oſtendit. Sed cum quiſque tranſierit ad Chriſtum, auferetur velamen, & reuelabuntur oculi eius vt conſyderet mirabilia de lege dei, donante illo, cui dicimus, Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua.

Rom. 13
2. Co. 3.
Pſal. 118.

In Pſalmum nonageſimum.
Enarratio.

PSalmus iſte eſt de quo dominum noſtrum Ieſum Chriſtum diabolus tentare auſus eſt, Audiamus ergo vt poſſimus inſtructi reſiſtere tentatori, non præſumentes in nobis, ſed in ipſo qui prior tẽtatus eſt, ne nos in tentatione vinceremur: illi. n. tentatio non erat neceſſaria. Tentatio Chriſti, noſtra doctrina eſt. Si autem attendamus quid reſponderit diabolo, vt hoc & nos reſpondeamus, qñ ſimiliter tentat, intremus per ianuam, ſicut audiſtis lectionem Euangelij. Quid eſt. n. intrare p ianuam? Intrare p Chriſtum: ipſe. n. dixit, Ego ſum ianua. Quid eſt aũt intrare per Chriſtum? Imitari vias Chriſti. In quo imitaturi ſumus vias Chriſti? Nunquid in ea magnificentia, in qua deus erat in carne? Aut ad hoc nos exhortatur, aut hoc a nobis exigit, vt talia miracula qualia fecit ipſe, faciamus? Aut vero dñs noſter Ieſus Chriſtus nonne & modo ſemp cum patre totũ mundũ gubernat? Et nunquid vel ad hoc vocat hominem faciens eum imitatorem ſuum, vt cum illo gubernet cælum & terrã, & oĩa quæ in eis ſunt? Aut ſit & ipſe creator, p quẽ fiãt oĩa, ſicut p Chriſtum facta ſunt oĩa? Neq. ad iſta opera te inuitat deus ſaluator dñs noſter Ieſus Chriſtus quæ fecit ab initio, de quibus ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt: neq. ad illa quæ ſe dicit in terra: non hoc tibi dicit, Non eris diſcipulus meus niſi ambulaueris ſuper mare, aut niſi ſuſcitaueris mortuum quatriduanum, aut niſi oculos cæci nati aperueris: nec hoc. Quid eſt ergo intrare p ianuam? Diſcite a me, q̃a mitis ſum & humilis corde. Quod factus eſt pp te, hoc in eo debes attẽdere vt imiteris. Miracula. n. & nondũ natus de Maria fecit. Quis. n. vſquã fecit, niſi ipſe de quo dictum eſt, Qui facit mirabilia magna ſolus? In ipſius. n. virtute, & antea qui fecerunt, potuerunt aliquid facere. In virtute Chriſti Helias mortuum ſuſcitauit. Niſi forte maior eſt Petrus quam Chriſtus, quia Chriſtus voce ſuſcitauit ẽgrotãtẽ: Petrus aũt cum ptranſiret, vmbra ipſius tãgẽdi pro ferebant ægroti. Potentior ergo Petrus q̃ Chriſtus? Quis hoc demẽtiſſimus dixerit? Quare ergo tanta potẽtia in Petro? Quia Chriſtus in Petro: ideo dixit, Oẽs q venerũt fueres ſunt & latrones. i. q venerũt ſua ſpõte: nõ ſunt a me miſſi, q venerũt ſine me: a me nõ ſunt miſſi, in quibus ego nõ fui, quos ego nõ introduxi. Quot ergo miracula facta ſunt, ſiue a præcedentibus, ſiue a ſubſequẽtibus, idẽ ipſe dñs fecit q fecit & ꝑſentia ſua. Nec ad ipſa ergo miracula hortaſ, q̃ ipſe fecit & anteq̃ eẽt hõ: ſed qd te hortaẽ vt imiteris? Quod poſſet, niſi factus homo. Tolerare. n. paſſiones nunqd poſſet niſi homo? Mori & crucifigi & humiliari poſſet niſi hõ? Si ergo & tu cum moleſtias, huius ſeculi pateris quas fecit diabolus, ſiue aperte p homines ſiue occulte ſicut Iob, ſis fortis, ſis tolerans, habitans in adiutorio altiſſimi, ſicut dicit iſte Pſalmus, quia ſi recedas ab adiutorio altiſſimi, te ipſum non volens adiuuare, cades. Multi enim forte ſunt, quando ab hoibus patiuntur

Rom. 3
Ioan. 6.
Ioan. 10
Ioan. 14
Act. 19

perſecutionẽ, & uident eos apte ſeruire in ſe, & putant quia tunc imitantur paſſiones Chriſti, ſi apeſte eos homines ꝑ quos ſi autem occulta diaboli perſecutione feriantur, putant ſe non coronari a Chro. Noli timere qñ imitaris Chm, nã & quando tẽtauit diabolus dñm, nullus hõ fuit in eremo: occulte illum tẽtauit, ſed ſuperatus eſt. Sic & tu fac ſi uis intrare ꝑ ianuam quando occulte tentat inimicus, qñ poſtulat hoiem, ut aliquid ei noceat p corporales moleſtias, per febres, ꝑ egritudines per aliquos labores corporis, ſicut laborauit Iob. Diabolum non uidebat, ſed ptãtem dei intelligebat: nouerat quia diabolus i eo nihil poſſet niſi ab illo cuius ſumma ptãs ẽ, permitteretur: totam gloriam deo dabat, potentiam diabolo non dabat. Nam & qñ abſtulit diabolus omnia, hoc dixit, Dñs dedit, dominus abſtulit. Non dixit, dominus dedit, diabolus abſtulit, quia nihil abſtuliſſet diabolus, niſi ꝑmiſiſſet dominus. Iõ aũt permiſit dominus ut homo probaretur, diabolus uinceretur. Et quando eum plaga ꝑcuſſit, ille permiſit: quia cum a capite uſq. ad pedes in putredine uermiũ flueret, nec tunc tribuit diabolo aliquam potentiã Iob: ſed cum ei ſuggeſſiſſet & uxor eius, quam ſolam reliquerat diabolus, non conſolatricem mariti, ſed adiutricem ſui, & dixiſſet ei, Die aliquod uerbum in deum, & more dixit ei, Locuta es tanquam una ex inſipientibus mulieribus: Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtinebimus? Ergo qui ſic imitatur Chriſtum, ut tolleret omnes moleſtias huius ſeculi, ſpes eius in deo ſit, ut nec illecebra capiatur, nec timore frangatur, ipſe eſt.

Expoſitio primę partis.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi, & in protectione dei cœli commorabitur.) Sicut audiſtis Pſalmum, & cantaſtis: nam inde incipit Pſalmus, quibus autem verbis tentauerit dominum diabolus, cum ad ipſa uenerimus agnoſcetis: nota ſũt enim. Dicet domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum deus meus.) Quis hoc dicit domino? Qui habitat in adiutorio altiſſimi. Quis eſt qui habitat in adiutorio altiſſimi? Qui non habitat in adiutorio ſuo. Quis eſt qui habitat in adiutorio altiſſimi? Qui non eſt ſuperbus, qũo illi qui man

ducauerunt ut eſſent quaſi dij, & perdiderunt quod erant facti homines immortales. In adiutorio. n. ſuo habitare uoluerunt non in adiutorio altiſſimi: ideo ſuggeſtionem ſerpentis audierunt, præceptum dei contempſerunt, & inuenerunt hoc euenire in ſe quod minatus eſt deus, non qđ promiſit diabolus: ergo ſic & tu dic, Sperabo in eum, quoniam ipſe eruet me:) non ego me. Vide ſi aliud aliquid docet, niſi ut tota ſpes noſtra non ſit in nobis, non ſit in homine. Vnde eruet te? De muſcipula uenantium, & a uerbo aſpero.) De muſcipula uenantium, magnum aliquid eſt: a uerbo aſpero: quid magnum? Multi in muſcipulã uenantium per uerbum aſperum deciderunt. Quid eſt qđ dico? Tendit diabolus & angeli eius, tanq̃ venantes tendunt muſcipulas, & longe ab ipſis muſcipulis ambulãt homines qui in Chriſto ambulant. Non audet. n. in Chriſto tendere muſcipulas, circa uiam ponit, in uia non ponit. Via aũt tua Chriſtus ſit, & tu nõ cades in muſcipulam diaboli. Aberrãti a uia iam ibi eſt muſcipula. Hinc atq. hinc ponit laqueos, hinc atq. indeponit muſcipulas, inter laqueos ambulas. Sed ſi uis ſecurus ambulare, noli declinare in dexteram aut ſiniſtram, & ſit tibi uia ille qui tibi pro te factus eſt uia, ut perducat te ad ſe per ſe, & nõ timebis laqueos venantiũ. Sed quid eſt a verbo aſpero? Multos per verbum aſperum miſit in muſcipulam diabolus, uerbi gra, qui uoluerint eſſe Chriſtiani inter paganos, inſultatores patiuntur paganos: erubeſcunt inter inſultatores, & a uerbo aſpero recedentes de uia, incidunt in laqueos uenantium: & quid tibi facturum eſt verbũ aſperũ? Nihil. Nunquid nihil tibi facturus eſt laqueus, quo te compellit inimicus per uerbum aſperum? Quomodo retia plerunq. tenduntur ad caput ſepis, tenduntur auibus, & lapides mittuntur in ſepem, lapides illi nihil ſunt facturi auibus: quando enim ferit auem, qui lapidem mittit in ſepem? Timens aũt auis inanem ſonum, cadit in retia: ſic homines timentes inſultatorum verba uana & inania, & erubeſcentes conuitijs ſuperfluis, cadunt in laqueos uenantium, & captiuantur a diabolo. Sed cur nou dico fratres quod non eſt tacendum, quod me cogit deus dicere? Quomodolibet hoc accipiatis, cogit me deus dicere: & ſi non dixero, ego cado in laqueos uenantium. Si enim detractio-

Gen. 3

I

K

nes hoīum timeo vt non dicam,ego ipse a verbo aspero cado in laqueos venantium qui vos moneo vt non timeatis verba hominum. Quid est ergo qđ dicturus sum? Quomodo inter paganos qui fuerit Christianus, a paganis audit verba aspera quibus si erubuerit,cadit in muscipulam venātium: sic inter Christianos qui voluerint esse diligentiores & meliores,ab ipsis Christianis audituri sunt insultationes. Et quid ꝓdest frater ꝙ aliquādo inuenis ciuitatē, vbi nullus est paganus? Nemo ibi insultat Christiano ꝙ Christianus est,quia nō ibi inuenitur paganus. Sed sunt multi male viuentes Christiani,inter quos qui voluerit bene viuere, & inter ebriosos sobrius esse & inter fornicarios castus esse,& inter consultatores mathematicorum Deum synceriter colere,& nihil tale requirere,& inter spectatores nugacium theatrorum noluerit ire nisi ad Ecclesiam, patitur insultatores ipsos Christianos,& patitur verba aspera,dicunt, Tu magnus,tu iustus,tu es Helias,tu es Petrus,tu de cœlo venisti: insultant,quocunque se verterit, audit hinc at- L que inde verbum asperum. Quod si timet recedit a via Christi Dei, cadit in laqueos venantium. Quomodo autem cum audiū tur hæc verba,non receditur a via? Quid est non recedere a via? Quando audit verba aspera, vnde sibi habet facere solatium, vt nō curet verba aspera,nec recedat a via & intret ꝓ ianuam? Dicat, Qualia verba audio,seruus peccator? Dūs meus audiuit, Ioan.2. dæmonium habes. Modo audistis verbum asperum quod dictum est in dūm:nō opus erat vt Iesus hoc audiret, sed te monuit aduersus verba aspera,ne icidas in laqueos venantiū. Inter scapulas suas obumbrabit ibi, & sub alis eius sperabis) Hoc dicit,ne tua protectio a te tibi sit, ne putes quia tu te potes protegere:ille te proteget vt eruat & eruet de muscipula venantium & a verbo aspero. Inter scapulas suas obumbrabit tibi,& a tergo potes intelligere, & a pectore. Scapulę.n.circa caput sunt:sed quia dicit sub alis eius sperabis,manifestū est, ꝙa protectio alarū pansarum facit te esse inter scapulas Dei, vt hinc atque hinc alæ Dei te ponant in medio, & nō timebis ne quis tibi noceat, tantum tu noli inde recedere, M quo nullus inimicus audet accedere. Si gallina protegit pullos suos sub alis suis:quanto magis tu sub,alis dei tutus eris,& aduersus diabolum & angelos eius, q̄ aereæ potestates tanq̄ accipit res circunuolitant,vt in firmū pullum auferant? Neque.n.sine causa cōparata est gallina ipsi sapientiæ dei: nā Chīs ipse dūs nr̄ & saluator tanq̄ gallinā se dixit,Hierusalē Hierusalē quoties volui colligere filios tuos, tanquā gallina pullos suos,& noluisti. Noluit illa Hierusalē, velimus nos. Illa rapta est ab aerijs potestatibus fugiens alas gallinæ, præsumens de viribus suis cū esset infirma: nos confidentes infirmitatem nostrā sub alas dei fugiamus. Erit nobis enim tanq̄ gallina protegens pullos suos. Non est.n.iniuriosum nomen gallinæ. Attendite cęteras aues fratres. Multæ aues ante nos fœtant, calefaciunt pullos suos, nulla sic auis infirmatur cum pullis suis quomodo gallina. Attēdat charitas vestra hirundines, passeres, & ciconias, videmus extta nidos suos, nec cognoscimus vtrum fœtus habeant. At vero gallinam cognoscimus in infirmitate vocis,& in relaxatione plumarum,tota mutatur affectu pullorū: quia illi infirmi sunt, infirmā se facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmā se fecit sapientia dei: quia verbū caro factum est, & habitauit in nobis,vt sub alis eius speremus. Scuto circun- A dabit te veritas eius.) Quæ sunt alæ,hoc est scutum,q̄a nec alæ sunt nec scutum. Si aliquid horum proprie esset, nunquid alæ scutum esse possent, vel scutū alæ? Sed qa figurate per similitudines dici oia ista possunt,ideo & alæ & scutum esse potuerunt. Si vero lapis esset Christus, leo non esset: Apoc.5. si leo esset agnus non esset: ideo & leo & agnus & lapis & vitulus,& si q̄d huiusmodi:quia nec lapis,nec leo,nec agnus,nec vitulus, sed saluator oium Iesus Christus. Ioan.1. Istæ n.similitudines sunt, non proprietates. Veritas eius,inquit,circundabit te. Tāquam scutū veritas eius est,ut non misceat eos qui in seipsis sperant cū eis qui in deo sperant. Peccator est,& peccator,sed da peccatorem de se præsumentē, contemnentē, peccata sua non confitentē,& dicet. Si deo displicerent peccata mea, non permitteret me viuere. Alius aūt non audebat oculos leuare,sed percutiebat pectus suū, dicens, Dūe,propitius esto mihi peccatori. Et ille Luc.18. peccator,& ille,sed ille irridens, iste plangens,ille contemptor, hic confessor peccatorum suorum. Veritas aūt dei quæ non p sonas accipit,descernit pœnitentē a defen-

dente,discernit humilem a superbo,discernit præsumentem de seipso a præsumente de Deo. Ergo veritas eius tanquam scuto circundabit te. Non timebis a timore nocturno. A sagitta volante per diem,a negocio perambulante in tenebris, a ruina & dæmonio meridiano.) Duobus quæ supra dixi,redduntur duo quæ infra dixit, non timebis a timore nocturno,a sagitta volante per diem, & propter timorem nocturnum a negocio perambulante in tenebris, & propter sagittam volantem per diem a ruina & dæmonio meridiano. Quid est timendum in nocte, & quid in die: Cum qs que ignorans peccat tanquam in nocte peccat, cum autem sciens peccat, tanquam in die peccat. Duo ergo illa leuiora, ipsa sunt graviora,quę repetita sunt. Intendite vt diligenter hoc si dūs annuerit,exponatur vobis,obscurum est enim,& erit magnus fructus si intellexeritis. Tentationem quæ fit in ignorantibus leuis timorem nocturnū appellauit & tentationem quę fit leuis in scientibus,sagittam volantem per diem appellauit. Quę sunt leues tentationes? Quę non sic instant, non sic vrgent vt cogant, sed possunt cito declinata transire. Eadem rursus fac grauia,si persecutor instet,& vehementer terrat ignorantes,id est, nondū firmos in fide nec scientes ꝙ ad hoc sunt Christiani vt futuram vitam sperent,cum coperint terreri de malis temporalibus, putans quot deseruit illos Christus, & sine causa sint christiani. Non norunt enim ve dixi,quia ad hoc sunt Christiani,vt prę sentia superent, & futura sperent, inuenit illos negocium perambulans in tenebris,& capit eos. Sunt autem quidā qui nouerunt se ad futuram spem vocatos,quia quod no bis promisit deus,non est de ista terra,non de ista vita, quia istæ omnes tentationes tolerandę sunt vt illud accipiamus,illud ac quiramus, qđ nobis promisit deus in æternum. Norunt ista,sed quando cœpit persecutor instare vehementius,agitare minis pœnis,tormentis,aliquando cedunt,& scié ter tanquam in diem cadunt. Quare aūt in meridie? Quia multum feruet persecutio. Maiores æstus dixit meridiem. Attendat hoc charitas vestra de scripturis me ꝓ bantem. Quando de semināte dicebat dūs, quia exijt seminans seminare,& aliud ceci dit i via,aliud in petrosa, aliud iter spinas, dignatus est ipse exponere similitudinē. Et cum venisset ad petrosam, hoc ait. Hi sunt Mat.13 qui audiunt verbum, & ad horam gaudēt D ad verbum, & in tribulatione quæ fit pp verbum, continuo scandalizantur. Quid enim dixerat de his qui exierant in petrosis? Exorto sole,inquit,aruerunt,quia non habebant altam radicem. Hi sunt ergo qui ad horam gaudent ad verbum,& cum persecutio facta fuerit propter verbum arescunt. Quare arescunt? Quia non habebāt firmam radicem. Quæ est radix? Charitas. Hoc enim dicit Apostolus,vt in charitate radicati & fundati. Qūo enim radix 1.Ti.6. omnium malorum est cupiditas, sic & radix omnium bonorum est charitas. Nostis hoc,& sæpe dictum est: sed quare hoc volui cōmemorare? Vt intelligeretis,psalmū qa dæmoniū meredianū pp æstū vehementis persecutionis positum est: sic enim dominus dicit, Ortus est sol, & aruit herba,quia radicem non habebat: & exponens nobis quid est a sole arescere herbam Mat.13 dixit,quia persecutione facta non maneāt illi in fide, quia altam radicem non habebant. Recte hic intelligimus dæmonium meridianum persecutionem vehemētem. Qualis fuit illa persecutio aliquando fratres commemorem,vnde dūs liberauit Ecclesiam suam, dignetur attendere charitas vestra. Primo quod Imperatores & reges secūli putauerunt se persequendo tollere posse de terra nomen Christi & nomen christianorum, iusserunt vt quisquis se cōfiteretur Christianum,feriretur. Quicunque noluit feriri, negauit se Christianum, sciens quod malum faceret, puenit ad illā sagitta volans per diem. Quicunque aūt non curauit præsentem vitam, sed certus sperauit futuram, declinauit sagittam volantē per diem, confessus est se Christianum pcussus carne, liberatus est spiritu, expectare cœpit positus apud deū in quiete, ēt redēptionem corporis sui in resurrectione mortuorum. Euasit aūt tentationē illam a sagitta volante per diē. Ergo quicunq. se cōfessus fuerit christianum, feriat. Quo sagitta volans per diem fuit? Nondū erat dæmonium meridianum flagrans uehementi ꝑ secutione, & faciens magnos æstus ēt fortibus. Audite.n.quid secutū sit. Cū vidissent inimici ꝙ multi festinarent ad martyriū, & tanto plures crederent in Christū, quanto plures patiebantur, dixerunt ad se, Nos occisuri sumus genus humanū, tot mi F

lia qui credunt in hoc nomine? Si occideremus oēs, prope nullus in terra remanebit. Cœpit feruere sol, cœpit feruescere æstus. Audite.n.quid iusserint. Qūo aūt iusserant? Quicunq. confessus se fuerit Christianum, feriatur. Iusserunt postea, quicūq. se confessus fuerit christianū torqueatur, & tandiu torqueaī, donec neget se esse chrianum. comparate sagittam volantem p diē, & dæmonium meridianum. Sagitta volans per diem, quid erat? Qui se confessus fuerit christianum, feriaī. Quis fidelis cam mortis celeritatem non declinaret? Illud autem, qui se cōfitetur christianū, non occidatur, sed torqueatur donec neget: si se negauerit, dimittatur: dæmonium meridianum erat. Multi ergo non negantes, in tormētis deficiebant. tandiu enim torquebanī donec negarent. Perseuerantibus aūt in non negādo Christū, q̄d facturus erat gladius? Vno ictu occidendo corpus, animam ad deū mittendo, hoc faciebant diuturna tormenta. Sed quis tandem inueniretur qui duraret aduersus tantos & tam longos cruciatus? Multi defecerunt. Et credo illi defecerunt qui de se p̄esumpserunt qui non habitant in adiutorio altissimi, & protectione dei cēli: qui non dixerūt domino susceptor meus es tu, qui non sub umbra alaꝝ eius sperauerunt, sed uiribus suis multum dederunt. Deiecti sunt a deo, vt ostenderet illis q̄ ipse protegit, ipse temperat tentationes, ipse tantum venire permittit, quantum potest ferre cui venit. Multi ergo ceciderunt a dæmonio meridiano. Quam multi vultis nosse? sequitur & dicit. Cadent a latere tuo mille, & dena milia a dextris tuis ad te autem non appropinquabit.) Cui dicitur hoc fratres? Cui nisi domino nostro Iesu Christo? Dūs.n. Iesus non solum in se, sed & nobis:

Acto.9. recordamini verba illa, Saule Saule, q̄d me persequeris? Quando ipsum nemo tangebat & dicebat, quid me persequeris: nunq̄d

Mat.25. non in nobis seipsum computabat? quando dicebat, Qui fecit vni ex minimis meis, mihi fecit: nonne in nobis seipsum computabat? Nō.n.diuisa sunt adinuicem membra, caput & corpus. Quid est caput & corpus? Saluator & Ecclesia. Quomodo ergo dictum est, Cadent a latere tuo mille, & dena milia a dextris tuis? Cadent enim a dæmonio meridiano. Magnus terror fratres a latere Christi cadere, a dextris Christi cadere. Quomodo cadent a latere? Qua re illi a latere, illi a dextris? Quare mille a latere, & dena milia a dextris? Quid est a latere mille? Quia pauciores sunt mille, q̄ dena milia quæ a dextris cadent. Qui sunt isti? Modo planum erit in nomine Christi, modo apertum erit. Quibusdam promisit Christus, quia cum illo iudicabunt, Apostoli. s. & qui dimiserunt omnia, & secuti sunt Mat.19 eum. Nam Petrus ait illi, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: & hoc illis promisit, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, Nolite putare, quia ipsis solis promisit dās: vbi dixit. enim sedebit Paulus Apostolus q̄ plus istis Non omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi 1.Cor.15 duodecim? Ille enim tertiusdecimus est: nā ex duodecim cecidit Iudas: in locum autē Iudæ traditoris Matthias ordinatus est, vt in Actibus Apostolorum legimus. Impleꝝ Actor. sunt duodecim sedes: non ibi sedebit qui plus omnibus illis laborauit? An duodecim sedes perfectio est tribunalis? Nam milia sedebunt in duodecim sedibus. Sed vnde mihi probas, ait aliquis, quia & Paulus inter iudices erit? Audi illum dicentem, Nescitis quia angelos iudicabimus? Iudicabimus, in I.Cor.6 quit. Et ipse non dubitauit in præsumptione, quia credidit computari se inter illos q̄ iudicabunt cum Christo, Qui ergo iudicabunt cum Christo, principes Ecclesiæ sunt Mat.19 perfecti sunt: talibus dixit, Si vis esse perfectus, vade vende omnia tua, & da pauperibus. Quid est, Si vis esse perfectus? Vis me cum iudicare & non iudicari. Ille enim cō tristatus abscessit. Sed multi hoc fecerunt, & multi hoc faciunt: ergo isti cum illo iudicabunt. Sed multi promittunt sibi quia iudicabunt cum Christo, quia dimittunt omnia sua & sequuntur Christum: sed habent p̄esumptionem de se, habent quendam typhum & superbiam, quam deus solus potest nosse, & non possunt euitare dæmonium meridianum, id est, casum seruentis caloris nimiæ persecutionis. Tales multi cum essent illo tempore qui distribuerunt omnia sua pauperibus, & sibi iam promittebant quia sessuri erant cum Christo & iudicaturi gentes, feruente calore persecutionis tanquam a dæmonio meridiano defecerunt in tormentis, & negauerunt Christum: ipsi sunt qui a latere ceciderunt, tanquam sessuri cum Christo ad mundum iudicandum ceciderunt. A dextris autē dicam qui cadunt. Nostis quia ēū apparuerit ipsum tribunal, ubi cū Christo dominō iudicabunt, qui uoluerunt esse & vere fuerunt perfecti, & radicati & fundati in charitate, vt non arescerent de sole & dæmonio meridiano: hoc enim ait dominus, Congregabuntur ante eum omnes gētes, & diuidet illos abinuicem, sicut pastor diuidit oues ab hædis, & oues ponet a dexteris, hædos autem a sinistris, & iudicabunt. Multi erunt qui iudicabunt, sed pauci erunt quām illi qui ante tribunal stabunt: quia illi tanq̄ mille, illi tanq̄ dena milia. A dextris positis quid dicturus est? Esuriui & dedistis mihi manducare, hospes fui & suscepistis me. Manifestum est, quia sic dicet qui habent substantiam huius seculi, vnde ista humana faciant: tamen & ipse cum illis regnabunt, quia illi tanquam annonam præbentes prouinciales: sub vno tamen imperatore, & miles & prouincialis in regno est: miles fortis, prouincialis deuotus: miles fortis orationibus pugnat ad uersus diabolum, deuotus prouincialis annonam tribuit militibus: intelligat charitas vestra, & audiunt in fine ad dexteram posiri. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Erant ergo illo tempore multi quando grauiter inferbuerat sol persecutionis, & dæmonium meridianum, erant qui sibi promittebant quia iudicaturi erāt cum Christo, non potuerunt ferre æstum persecutionis, & ceciderunt a latere ipsius. Erant ibi aliqui qui non sibi promittebant sedes iudicātium, sed per eleemosynas promittebant sibi, quia ad dexteram futuri erant, quibus dicturus erat Christus, Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Et quia multi de spe illa iudicandi ceciderunt, multi autem & multo plures de spe illa dexteræ ceciderunt: ideo dictū est Christo, Cadent a latere tuo mille, & dena milia a dextris tuis. Et quia multi erunt cum illo qui omnia illa non curarunt, cum quibus tanquam membris vnus est Christus: ad te autem, inquit, non appropinquabit. Nunquid ad solum caput dixit, non appropinquabit? Non vtique, sed nec ad Petrū, nec ad Paulum, nec ad omnes Apostolos, nec ad omnes martyres, qui in tormentis non defecerunt. Quo ergo non appropinquabit? Cur sic torti sunt? Propinquauit carni tormentū, sed non peruenit ad locū fidei. Itaq. longe erat fides ipsorum à terrore torquentium. Torquebantur, nec appropinquauit terror: torqueāt, sed irridebunt tormentum, præsumentes in illo qui prior vicit, vt cæteri vincerent. Et qui vincunt, nisi qui de se non præsumpserunt? Intendat charitas vestra: ad hoc.n.dixit oia superiora, Dicet dño susceptor meus es tu & refugium meū, & sperabo in eū: quoniā ipse eruet me de mulcipula venātium. Ipse eruat me non ego me. Inter scapulas suas obumbrabit tibi. Sed q̄n? Q̄n sub alis eius sperabis, scuto circundabit te veritas eius. Quia ergo in illo præsumpsisti, & totam spem tuam in illo posuisti: sequitur, Quid? Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante per diē, à negocio per ambulāte in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano. Quis non timebit? Qui in Xpō præsumit: qui aūt de se præsumunt, & si iam sibi sperabant latus Christi tanq̄ iudicaturi, & si futuros se iam sperabant à dextris Christi, quasi diceretur illis, Venite benedicti pris mei, percipite regnum quod vobis paratū est ab origine mundi: venit dæmoniū meridianum. i. feruens æstus persecutionis vehemēter terrens, & ceciderunt multi à spe sedis iudiciariæ: de quibus dictum est, Cadent à latere tuo mille: & multi à spe remunerationis obsequiorum suorū: de quibus dictum est, Et dena milia à dextris tuis: ad te aūt, ideſt, ad caput & corpus non appropinquabit ruina & dęmonium meridianū, quoniam nouit dominus qui sunt eius. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.) Quid est hoc? Quare veruntamen? Quia licuit impijs superbire in seruos tuos, licuit impijs persequi seruos tuos. Impune ergo erit impijs, quia persecuti sunt seruos tuos? Non erit impune. Quantus.n.tu permiseris, & magis inde tui coronati sint, veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorū videbis. Malum ergo quod voluerunt, nō bonum quod per nescientes actum est, eis retribuetur. Modo opus est vt oculos fidei habeamus & videamus, quia & exaltantur ad tempus & plangent in æternum, & quibus datur potestas in seruos dei temporaliter, dicetur eis, Ite in ignem Mat.25. æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed si habeat quisque oculos sicut dixit, Oculis tuis considerabis: non est leue videre impium florentem in hoc

seculo, & habere ad illum oculos & consy
B deras fide quid ille passurus est in fine si se
non correxerit: quia qui modo tonare vo-
lunt, postea fulminantur. Veruntamē ocu-
lis tuis consyderabis, & retributionem pec
Matt. 4. catorum videbis. Quoniam tu es domine
Luc. 4. spes mea.) Ecce venit ad illud, quare non
cadat a ruina & dæmonio meridiano.
Qm tu es domine spes mea, Altissimum
posuisti refugium tuum) Quid est hoc
quod in alto est refugium tuum? Multi. n.
sic sibi faciunt refugium dei, quò fugiant a
tēporalibus æstibus. In alto est enim refu-
giū dei, valde in occulto est quo fugias ab
ira vētura. Intus altissimum posuisti refu
giū tuū. Non accedat ad te malū, & flagel
lum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Qm angelis suis mandauit de te, vt custo-
diant te in omnibus uijs tuis. In manibus
tollent te, ne qñ offendas ad lapidem pedē
tuum.) Ista sunt verba quæ dixit diabo-
lus dño Iesu Christo quando illum tenta
uit. Sed quia diligentius consyderanda
sunt, ne vos fatigemus, differamus in cra-
stinum, quia & castrino si dñs voluerit, in
de vobis erit sermo, vt ab isto loco psalmi
C rursus incipiamus propter tædium vestrū,
ne cū volumus finire res obscuras, pcipite
mus, & nō pueniat ad intelligentiā vestrā.

Concio secunda de secunda parte eiusdem Psalmi.

SIcut non dubito meminisse charitatem
vestram qui hesterno die sermoni affui
stis, psalmum quē cœperamus expone
re, ad terminum peruenirem, angustia tem-
poris impediuit, & dilata est pars eius in
hodiernum diem: hoc q heri affuistis re-
cordamini, qui non affuistis agnoscite. Pro
pterea fecimus ipsam lectionem Euangelii
recitari vbi dominus tentatus est per ea
Matt. 4. verba Psalmi quæ hic audistis. Ideo tenta
tus est Christus, ne vincatur a tentatore
Christianus. Ille qppe magister in omni-
bus tentari voluit, quia tentamur: sicut mo
ri voluit, q a morimur, sicut resurgere vo-
luit, quia resurrecturi sumus. Illa. n. q ostē
dit in homine q factus est pp nos homo
cum esset deus per quem facti sumus, pp
nos ostendit, Ita sæpe cōmendauimus cha-
ritati vestræ, quod nos sæpe iterare non pi-
get, vt quia forte multi vestrū legere non
pūt, quia non eis vacat legere, aut literas
non norunt, saltem assidue audiendo non
obliuiscantur salubrem fidem suam. Cer-
te eam repetendo quibusdam molesti vi-D
deamur, dum tū quosdā ædificemus. No
uimus. n multos esse & memoria præualē
tes, & lectionis diuinæ studiosos, qui ea q
dicturi sumus nouerunt, & forte nos ea vo
lumus dicere quæ nō nouerunt. Sed si ce-
leriores sunt, intueantur, quia cum tardio
ribus ambulant uiā. Qñ aūt duo comites
vnam viam ambulant, quorum est vnus ce
lerior alter tardior in potestate celerioris
est vt cū illo ambulet tardior, non in pote-
state tardioris, quia si velit celerior tū fa-
cere quantum potest, tardior illum non se
quitur. Opus est ergo vt celerior refrenet
celeritatem suam, & non relinquat comitē
tardiorem. Hoc est ergo quod dixi me fa-
pe dixisse, & nunc iterum dico, sicut dicit
Apostolus, Eadem scribere vobis mihi q- Philipp.
dem non pigrum, vobis autem tutū. Dñs
autem noster Iesus Christus, tanquā totus
perfectus vir & caput & corpus, caput in
illo homine agnoscimus, qui natus est de Gala.4.
Maria virgine, passus sub Pontio Pilato,
sepultus, resurrexit, ascendit in cœlum, se- Luc.24.
det ad dexteram patris, inde illum expecta & 23.
mus iudicem viuorum atq. mortuorum. Matt.16
hoc est, caput Ecclesiæ. Corpus huius capi E
tis Ecclesia est, nō q hoc loco est, sed quæ
hoc loco & per totum orbem terrarū, nec
illa quæ hoc tēpore, sed ab ipso Abel ad
vsque ad eos q nascituri sunt vsque ad fi- Genes.4
nem, & crediturī in Christum, totus popu
lus sanctorum, ad vnam ciuitatem pertinē
tium, q ciuitas corpus est Christi, cui ca-
put est Christus. Ibi sūt & angeli ciues no
stri, sed q a nos peregrinamur, laboramus a
illi aūt in ciuitate expectāt aduētū nostrū.
Et hæ de illa ciuitate vñ peregrinamur, li-
teræ nobis venerunt, ipsæ sunt scripturæ q
nos hortantur vt bñ viuamus. Quid dica
veniſſe literas? Ipse rex descendit & factus
est nobis via in peregrinatione, ut in illo
ambulantes, nec erremus, nec deficiamus,
nec i latrocinātes incidamus, nec i laqueos
irruamus, qui ponūtur iuxta viam. Talem
ergo scimus Chrm totū atq. vniuersum si
mul cum Ecclesia, ipsum aūt solā natum
de uirgine, caput Ecclesiæ, mediatorem sci
licet inter deū & homines Christū Iesum
ad hoc mediator est, vt eos qui recesserūt,
per se reconciliet, medius enim non est,
nisi inter duos. Recesseramus a maiesta-
te dei, & peccato nostro offenderamus
eum, missus est filius mediator, qui sangui
ne suo solueret peccata nostra, quibus sepa
rabamur a deo, & interpositus redderet nos
ei, & reconciliaret, a quo auersi in peccatis
nostris & delictis tenebamur. Ipse est ē ca-
put nostrū, ipse est deus æqualis patri, uer-
bū dei p q facta sunt oia, sed deus ut crea
ret, hō vt recrearet, deus ut faceret, hō ut re
faceret, hāc intuētes, sic audiamus Psalmū,
intendat charitas uestra disciplina est ista &
doctrina scholæ huius, q vobis valeat non
ad unum Psalmum intelligēdū, sed ad mul
tos si teneatis hāc regulam. Aliq Psalmus
non solum Psalmus, sed & omnis prophe-
tia, aliquando sic loquitur de Chro vt ca-
put solū cōmendet, & aliquando a capite it
ad corpus, id est, ad Ecclesiam, & non uideā
mutasse personam: quia non separatur ca-
put a corpore, sed tanquam de uno loquit,
videat enim charitas uestra quod dico. Ma
lefactus est certe Psalmus omnibus, ubi de
passione domini dicitur, Foderunt manus
meas & pedes meos, dinumeraeruntomnia ossa mea: diuiserūt sibi uestimenta mea,
& super uestem meam miserūt sortē. Hoc
& Iudei quando audiunt erubescunt. Eui-
denti sime enim prophetia de pasione do-
mini nostri Iesu Christi prolata est. Deli-
ctis autem non habebat dominus noster Ie
sus Christus, & tamē in capite ipsius Psal
mi dicit, Deus deus meus, ut quid me dere-
liquisti, longe a salute mea uerba delicto-
rum meorum. Videtis ergo quid dicat ex
persona capitis, quid ex persona corporis,
Delicta ad nos pertinent, passio pro nobis
ad caput pertinet: sed pp passionem illius
pro nobis, & quod ad nos pertinet del. cto-
rum debitum soluit. Sic & in isto Psalmo
& breuiter illos commemoremus.

Cōmemoratio uersuum prius tractatorū cum expositione sequentium.

QVi habitat in adiutorio altissimi, in
protectione dei cœli commorabit.)
Hoc commendauimus charitati ue-
stræ in istis uersibus, ne quisquam in se spē
suam ponat, sed totam spem suam in illo po-
nat, in quo sunt uires nostrę, Ex adiuto-
rio enim eius uincimus, non ex nostra præ
sumptione. Protegit ergo nos deus cœli,
& dicamus domino quod sequitur, Dicet

dominus susceptor meus es tu, & refugium
meum, deus meus sperabo in eum. Quoniā
ipse eruet me de muscipula uenantium, &
a uerbo aspero.) Diximus quia multi timē H
tes uerbum asperum incidunt in muscipu
lam uenantium. Insultatur homini quia
Christianus est, pœnitet illū quia Chrānus
factus est, & ab aspero uerbo incidit in mu-
scipulam diaboli. Insultatur etiam homini
qui iter multos Christianos melius uiuit,
& timens aspera uerba insultatorum, inci-
dit in laqueos diaboli, ut non sit triticū in
area, sed paleam sequatur. Qui aūt in do-
mino sperat, eruitur a muscipula venantiū
& a verbo aspero. Quomodo autem te pro
tegit deus? Inter scapulas suas obumbrabit
tibi:) Id est, ante pectus suum te ponet, ut
alis suis te protegat, si modo agnoscas infir
mitatem tuā, vt quasi pullus infirmus fu-
gias sub alas matris ne a miluo rapiaris. Mi Ephe.2.
lui sunt. n. terreæ potestates, diabolus & an
geli eius rapere volūt infirmitatem nram.
Fugiamus sub alas matris sapientiæ, quia
& ipsa sapientia infirmata est propter nos,
quia verbum caro factum est. Sicut infir- Ioan.1.
matur gallina cum pullis suis vt protegat
eos alis suis: sicut dominus nr Iesus Chri- Mat.23.
stus qui cum in forma dei esset, non rapi- Phili.2.
nam arbitratus est esse se æqualem deo, ut
infirmaretur nobiscum, & alis suis protege I
ret nos, semetipsum exinaniuit formā ser-
ui accipiens, in similitudinem hominum fa
ctus, & habitu inuentus ut homo. Et sub
alis eius sperabis. Scuto circundabit te veri
tas eius non timebis a timore nocturno,)
Tentationes ignorantię timor nocturnus,
peccati scientiæ sagitta volans per diem. In
nocte enim ignorantia intelligitur, in die
manifestatio. Sunt qui ignorantes peccant,
sunt qui scientes peccant, qui ignorantes
peccant, a timore nocturno supplantantur,
qui scientes peccant, a sagitta volante
per diem percussi sunt. Hæc autem cum in
grauioribus persecutionibus fiunt quous-
que perueniatur tanquam ad meridiem,
quicunque illo calore ceciderit, tanquam
a dæmonio meridiano cadet. Et mul-
ti a calore isto ceciderunt, sicut iam hes-
terno die exposuimus charitati uestræ,
quia feruente persecutione dictum est, tor
queantur Christiani, donec negent quod
Christiani sunt: cum antea solerent con-
fessi percuti, ad hoc postea torquebantur
ut negarent. Et cum omnis reus tandiu
tor-

torqueaur quandiu neget, Christianorum confessio torquebatur, negatio dimittebat. Erat ergo tunc magnus æstus persequentium. Quicunque in illa tentatione ceciderunt, tanquam a dæmonio meridiano ceciderunt. Et quanti ceciderunt? Multi q se sperabant sessuros cum dño & iudicaturos, illi a latere ceciderunt. Itē multi qui se sperabant ad dexteram futuros, in plebe sancta stipendiaria tanquam prouinciales, qui annonam militibus præbent, quibus dicit habet, Esuriui.n.& dedistis mihi manducare: ad dexteram enim erunt multi, & de ipsa spe ceciderunt, & plures inde, quia plures ibi. Pauciores enim qui cū dño iudicabunt, & plures qui stabunt añ illū, sed non vna conditio eorum, alij ad sinistrā, alij ad dexteram, alij vt regnent, alij ut puniātur: alij ut audiant. Venite benedicti patris mei percipite regnum: alij vt audiāt. Ite in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ergo, A ruina & dæmonio meridiano: Cadent mille a latere tuo, & dena milia à dextris tuis, ad te aūt nō appropinqua būt.) Quid? Dæmonium meridianum te non deiicit. Quid mirum si caput non deiicit? Sed non deiicit, & illos qui sic hærent capiti, qūo ait Apostolus, Nouit dñs qui sunt eius. Sunt enim quidam ita prædestinati, vt nouerit dominus qui pertineant ad corpus ipsius. Cum ergo ad hos non accedet illa tentatio vt deijciat eos ifti intelliguntur in eo, quod scriptum est, Ad te autem non appropinquabit, Sed ne illi peccatores, quibus tanta licuit exercere in Christianos, attendantur a quibusdam infirmis, & dicatur. Ecce quid noluit deus vt tantum impijs & sceleratis liceat in seruos dei: modicum consydera oculis tuis oculis fidei, & videbis retributionem peccatorum in finem, quibus modo tanta permittuntur vt exerceāris: hoc enim sequitur, Veruntamen oculis tuis consyderabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala.) Domino dicit, Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugiū tuum, non accedent ad te mala. Et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.) Et deinde verba, quę audistis iam dicta a diabolo. Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem oedem tuum.) Cui hoc dicit? cui illud dixit: quoniam tu es domine spes mea. Iam puto non esse exponendum Christianis quis sit dominus. Si deū patrem intelligunt: quomodo illum tollent angeli in manibus, ne offendat ad lapidem pedem suum? Videtis ergo quia & Christus dominus dū loqueretur de corpore, subito cœpit loqui de capite: caput nostrum appellatum est modo, cum dicerētur, quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti, refugium tuum. Ideo posuisti altissimum refugium tuum, quoniam tu es domine spes mea. Quid sibi hoc vult? Attendat charitas vestra, quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum, iam non est miranda, propterea enim sequitur, Non accedent ad te mala, qui altissimum posuisti refugium tuum: Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, quoniam altissimum posuisti refugium tuum, Non autem legimus in Euangelio, quia alicubi angeli portauerunt dominum, ne offenderet ad lapidem, & tamen intelligimus. Hinc enim, iam facta sunt, & non sine causa prophetata sunt, nisi quia futura erant, & non possumus dicere, Postea venturus est Christus, vt non offendat ad lapidem pedem suum: Iudicaturus enim veniet. Vbi ergo completum est? Intendat charitas vestra: primo hos versus audite, Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Genus humanum mori hominem nouerat, resurgere non nouerat, ideo quid timeret habebat, quod speraret non habebat. Vt ergo ille qui propter disciplinam fecit timorem mortis, propter præmium futuræ vitæ æternæ daret spem resurrectionis, prior resurrexit dñs noster Iesus Christus: mortuus est post multos, resurrexit ante omnes. Hoc passus est moriendo, quod iam multi passi erant: hoc iam fecit resurgendo, quod nullus ante illum. Quando enim hoc accipiet Ecclesia nisi in fine? Præcessit in capite quod membra sperent: nouit enim charitas vestra quomodo inter se dicant. Dicat ergo Ecclesia domino suo Iesu Christo, dicat corpus capiti suo, Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum, id est, ideo resurrexisti à mortuis & in cœlum ascendisti, vt altum poneres refugium tuum, ascendens vt fieres spes mea, qui in terra desperabam, & me resurrecturum esse non credebam: modo iam credo, quia ascendit in cœlum caput meum, quò caput præcessit & membra secutura sunt. Puto iam manifestum esse quod dictum est, quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Hoc planius dixerim, Vt ergo haberem spem resurrectionis quam nō habebam, ideo prior resurrexisti, vt quò præcessisti, illuc me secuturum sperarem. Vox enim est Ecclesiæ ad dominum suū, vox est corporis ad caput suum. Noli ergo mirari, Non accedent ad te mala, & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Tabernaculum dei, caro est. In carne inhabitauit verbum, & caro factum est tabernaculum deo. In ipso tabernaculo imperator militauit pro nobis, in ipso tabernaculo ab hoste tentatus est, ne miles desideret. Et quia ipsam carnem ostendit oculis nostris, quia oculi nostri ista luce gaudent, & visibili lumine isto delectantur, qa in manifestatione posuit carnem suam, vt omnes viderent, ideo Psalmus dicit, In sole posuit tabernaculum suum. Quid est in sole? In aperto, in manifesto, in luce terrena, id est, in luce quæ terras de cęlo perfundit, ibi posuit tabernaculum suum. Sed quo modo ibi poneret tabernaculum suum, si non tanquam sponsus procederet de thalamo suo? Hoc enim sequitur, In sole posuit tabernaculum suum. Et quasi diceretur ei, quomodo? & ipse inquit, Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. Quod est tabernaculum? Ipsa est sponsa: verbum sponsus, carō sponsa, & thalamus uterus virginis: & quod dicit Apostolus, Et erunt duo in carne una. Sacrāmētum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, & qd ipse dominus in Euangelio, Igitur iam nō sunt duo, sed una caro. Ex duobus vnum, ex verbo & carne unus homo, vnus deus. Hoc autem tabernaculum eius sensit flagella in terra manifestū est, qa flagellatus est dominus. Nunquid in cœlo sensit flagella? Nequaquam. Quare? Quia altissimum posuit refugium suum, vt esset spes nostra, & non ad eum accedant mala, nec flagellū propinquabit tabernaculo eius. Longe est super omnes cœlos, sed pedes habet in terra. Caput in cœlo est, corpus in terra. Cum autem pedes ipsius flagellarentur & ca lcarentur à Saulo, clamauit caput: Saule Saule, quid me persequeris? Ecce nemo caput persequitur, & ecce caput in cœlo: quia Christus resurgens à mortuis, iam non mo ritur & mors illi vltrà non dominabitur, non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabi tabernaculo tuo. Sed ne putemus, quia separatum est caput à corpore, discretum est enim locis, sed iunctum est affectu, ipsa affectus coniunctio clamauit de cœlo: Saule Saule, quid me persequeris? Prostrauit enim eum uoce obiurgante, & leuauit dextera miserante. Qui corpus Christi persequebat, factus est mēbrū Christi, vt qd faciebat ipse ibi pateretur. Quid ergo ibi fratres, de capite nostro quid dictū est? Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: dicta sunt hæc, quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Audistis modo cum Euangelium recitaretur, attendite, Baptizatus est dominus, ieiunauit. Quare baptizatus? Vt non aspernaremur baptizari: nam cum ipse Ioannes diceret domino, tu ad me uenis baptizari, ego à te debeo baptizari: & dominus, Sine modo, sic enim oportet nos implere omnē iustitiam. Voluit impleri humilitatem, vt ablueretur qui sordes nō habebat. Vt quid hoc? Propter superbiam futurorum. Exist enim aliquis catechumenus, qui forte doctrina & moribus vincit multos fideles, attendit iam baptizatos multos imperitos, & multos non sic viuentes quomodo ipse viuit, non in tanta continentia, non in tanta castitate: iam ille nec vxorem quærit, & videt aliqs fidelem si non fornicantem, tñ vxore intemperantius vtentem, potest eri gere ceruicem superbiæ & dicere, Quid mihi iam opus est baptizari, vt hoc accipiam quod iste habet, quem iam & vita & doctrina pcedo? Huic dominus, Quid præcessisti? Quantum præcessisti? Tm̄ ne quā tum ego te? Non est seruus super dominum suum, neque discipulus super magistrum suum: sufficit seruo vt sit sicut dominus eius, & discipulo vt sit sicut magister eius. Noli extolli, ut non quæras baptismum. Baptismum quæres domini, ego serui quæsui. Baptizatus est ergo dominus, & post baptismū tētatus est, ieiunauit quadraginta dieb. in mysterio, qđ

sæpe

sæpe uobis commemoraui. Non omnia vno tpe dici possunt, ne occupent necessaria tpa. Post quadraginta dies esuriuit: qui poterat & nunq̃ esurire. Sed quomodo tentaretur? Aut si ille non vinceret tentatorẽ, quomodo discseres tu cum tẽtatore pugnare? Esuriuit, etiam tentatus audiuit, Dic lapidibus istis vt panes, fiant, si filius dei es. Quid magnum erat domino Iesu Christo de lapidibus panem facere, qui de quinque panibus tot milia satiauit? De nihilo fecit panem, Tanta.n. fuerat multitudo escæ, q̃ saturaret tot milia? Vnde processit? Fontes panes erant in manibus dñi: non est mirum, nam ipse fecit de quinque panibus multos panes vnde saturaret tot milia, qui facit quotidie in terra de paucis granis messes in gentes. Ipsa.n. sunt miracula domini, sed assiduitate viluerunt. Quid ergo fratres? Impossibile erat dño de lapidibus panes facere? Homines fecit de lapidibus, dicente ipso Ioanne baptista, Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, Quare ergo non fecit? Vt te doceret respõdere tentatori, vt si forte in aliqua angustia positus fueris, & suggesserit tibi tentator, si Christianus esses & ad Christum pertineres, & desereret te modo vt non misisset tibi auxilium. Et forte adhuc medicus secat, & ideo deserit: sed non deserit. Quomodo Paulum ipsum ideo non exaudiuit. Nam dicit Paulus non se exauditum de stimulo carnis suæ angelo satanæ, a quo colaphizari se dixit: Propter quod dominum ter rogaui vt auferret eum a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, Tanquam medico dicere tur posito forte epithemate, molestum est mihi hoc emplastrum, rogo te tolle illud: & medicus, Non opus est, diu ibi sit non. n. aliter sanare poterit. Aegrotum non exaudiuit medicus ad voluntatem, quia exaudiuit ad salutem. Ideoque fortes estote fratres, & quando aliqua inopia tentamini deo flagellante & erudiente vos, quibus & parat & seruat æternam hæreditatem, non vobis suggerat diabolus. Si iustus esses, nõne tibi per coruum mitteret pánem, quomodo misit Hæliæ? Vbi est qd' legisti, Nũquam vidi iustum derelictũ nec semẽ eius quærens panem? Tu responde diabolo, verum dicit scriptura, nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem: habeo enim panem meum, quem tu

Matt. 4.

Mat. 14

Matt. 3.

2. Co. 12

G

v. Re. 17

Psal. 56.

non nosti. Quem panem? Audi dominũ, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Putas ne verbum dei non sit panis? Si non esset panis, non diceret verbum dei per quod facta sunt omnia, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Didicisti ergo quid respondeas tentatori in angustia famis. Quid si te sic tentat ut dicat tibi, si christianus esses, faceres miracula quomodo fecerunt multi christiani? Tu iam suggestione mala deceptus, tentares dominum deum tuum, & diceres domino deo nostro, si christianus sum, & sum ante oculos tuos, & in aliquo numero tuorum me computas, faciam & ego aliquid H qualia multa fecerunt sancti tui, tentasti deum quasi non sis christianus si hoc facias. Multi talia desyderantes & ceciderunt: Nam Simon ille magus talia desyderauit ab apostolis qui spiritum sanctum per pecuniam voluit comparare. Amauit potentiam miraculorum, & non amauit imitatio nem humilitatis. Ideo quidam discipulus, vel quidam de turba, cum vellet sequi dominum: attendens miracula quæ faciebat, vidit illum dominus superbum non quærere uiam humilitatis, sed typhum potentiæ, & ait, Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Vulpes in te foueas habent, volucres cœli in te nidos habent. Vulpes dolus est, volucres cœli superbia est. Sicut enim volucres alta petunt, sic superbi: & ut vulpes cauernas dolosas, ita oẽs insidiatores. Quid ergo rñdit dñs? Potest in te habitare superbia & dolus, Christus non habet vbi in te habitet, vbi reclinet caput suũ: quia reclinatio capitis, humilitas Christi est: nisi reclinaret caput non iustificaueris. Talia desyderantes & discipuli, & I uolentes iam appetere sedem regni antequam uiam humilitatis caperent, quando illi suggestum est à matre discipulorum, Dic vt unus sedeat ad dexteram, & alius ad sinistram tuam, potentiam quærebant, sed per passionem humilitatis venitur ad potentiam regni: ait dominus, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Quid cogitatis altitudinem regni, & non imitamini humilitatem meam: Ergo quid si sic te tentet, fac miracula? Ne tu tentes deum, quid debes respondere? Quod rñdit dñs: ait illi diabolus, Mitte te deorsum, q̃ scriptum est, Angelis suis mandauit de te, vt in

Matt. 4

Ioan. 6.

Matt. 4

Act. 8

Mat. 4

manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Si te miseris, angeli te suscipient. Et posset quidem fieri fraudem suscipient carnem domini: sed quid ille ait? Iterum scriptum est, Non tentabis dñm deum tuum, Hominem me putas? Ad hoc.n. accesit diabolus vt tentaret si forte filius dei esset: Ipse uidebat carnem, sed maiestas in operibus apparebat: angeli testimonium dixerunt, ille videbat mortalẽ vt tentaret, vt Christo tentato doceretur christianus. Quid ergo scriptum est? Non tentabis dominum deum tuum. Itaque nõ tentemus dominum vt dicamus, si ad te pertinemus, miracula faciamus. Redeamus ergo propter verba Psalmi. Angelis suis, inquit, mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Exaltatus est Chr̃s in manibus angelorũ q̃ assumptus est in cœlum, non quia si nõ portarent angeli ruiturus erat, sed quia obsequebantur regi: ne forte dicatis, meliores sunt qui portabant quam ille qui portabatur. Ergo meliora sunt iumenta quam homines? Sed quia infirmitatem hominum portant iumenta. Nec hoc debemus dicere: enim iumenta si se subtrahãt, cadunt qui sedent. Sed quomodo debemus dicere? Nã deo dictum est, Cœlum mihi sedes est. Quia ergo cœlum portat, & deus sedet, iõ sublimis est cœlum? Sic ergo & de obsequio angelorum in hoc psalmo intelligere potuimus: nam non ad infirmitatem domini pertinet, sed ad illius honorificentiam, ad illorum seruitutem. Resurrexit autem dñs noster Iesus Christus. Propter quid? Apostolo audite: Mortuus est pp delicta nra, & resurrexit propter iustificationem nostram, Item de spiritu sancto euangelium, Spiritus quidem, inquit, nondũ erat datus, qui Iesu nondũ erat clarificatus. Quæ est clarificatio Iesu? Resurrexit & ascendit in cœlũ. A deo clarificatus ascensione in cœlum, misit de spiritũ iuũ sanctũ die pentecostes. In lege ait in libro Moysi Exodo, a die agni occisi & manducati quinquaginta dies numerantur, & data est lex in tabulis lapideis scripta digito dei. Quid sit digitus dei Euangelium nobis exponit, quia digitus dei spiritus sanctus est. Quomodo probamus? Dominus respondens eis qui illum dicebant in nomine Beelzebub eiicere dæmonia ait, Si ego in spiritu dei eiicio dæmonia. Luc. 11
Alius euangelista cum hoc narraret, Si ego, Mat. 12
inquit, in digito dei eiicio dæmonia. Quod ergo positum est in vno aperte, positum est in altero obscure. Nesciebas quid sit digitus dei, exponit alius euangelista, dicens eum esse spiritum dei. Digito ergo dei scripta lex data est die quinquagesimo ob occisio Acto. 2.
ne agni, & spiritus sanctus venit die quinquagesimo a passione domini nostri Iesu Christi. Occisus est agnus, factum est pascha, impleti sunt quinquaginta dies, data est lex: sed data est illa lex ad timorem, non Exo. 12
ad amorem: vt autem timor conuerteretur & 10.
in amorem, occisus est iustus iam in verita M
te cuius typus erat ille agnus quem occidebant Iudæi. Resurrexit, & a die paschæ domini sicut a die paschæ agni occisi numerantur quinquaginta dies, & venit spiritus sanctus iã in plenitudine amoris, non in pœna timoris. Quare hoc dixi? Ad hoc ergo resurrexit dominus & glorificatus est, vt mitteret spiritum sanctum. Et dixeram iam dudum, quia caput in cœlo est, pedes
in terra. Si caput in cœlo, pedes in terra, Acto. 2.
quid est pedes domini in terra, nisi sancti domini in terra? Qui sunt pedes domini? Apostoli missi per totum orbem terrarum. Qui sunt pedes domini? Omnes euangelistę in quibus peragrat dominus vniuersas gentes. Metuendum erat ne euangelistæ offenderent in lapidem. Illo enim in cœlo posito capite, pedes qui in terra laborabant possent offendere in lapidem. In quem lapidem? In legem, in tabulis lapideis datam. Ne ergo legis rei fierent, Exod. 3.
nõ accepta gra, & in lege rei tenerent: ipsa est enim offensio reatus quos lex tenebat reos, absoluit dominus, vt iam in legem non offenderent. Ne pedes huius capitis incurrerent in legis reatũ missus est spiritus sanctus, vt amorẽ faceret, & solueret a ti A
more. Timor legẽ nõ implebat, amor implet. Timuerunt homines & non impleuerunt, amauerunt & impleuerunt. Quomodo timuerunt & non impleuerunt, amauerunt & impleuerunt? Timebant homines, & rapiebant res alienas: amauerunt, & donauerunt suas. Ergo non est mirandum, quia ideo in manibus angelorum assumptus est dominus in cœlum, ne offenderet ad lapidem pes eius, ne illi qui in terra laborabant in corpore eius, peragrant totum orbem terrarum, fierent rei legis,

subtraxit

subtraxit ab eis timorem, & impleuit eos
Mat.26 amore. Timore Petrus ter negauit, nondū
enim acceperat spiritum sanctum. Accepto
Acto.5. postea spiritu sancto, cū fiducia cœpit prædicare. Qui ad vocem ancillæ ter negauit, accepto spū sancto inter flagella principū confessus est quem negauerat. Non mirū, quia dñs ipsum trinum timorē trino amore dissoluit. Resurgens. n. a mortuis ait Pe-
Ioan.21 tro, Petre amas me? Non dixit times me. Nam si adhuc timeret, offenderet ad lapidem pedem suum, Amas me, inquit? Et ille, Amo. Sufficiebat semel. Forte mihi sufficeret, qui cor non video: quanto magis sufficeret dño, qui videbat, quibus medullis
B viscerum fuorū dicebat Petrus, amo? Non sufficit dño respondere semel: interrogat iterum, & ille respondet, amo. Interrogauit tertio, & iā tędio affectus Petrus, qua si dubitaret dñs nr de amore ipsius, Domine tu, inquit, scis omnia, tu scis quia amo te. Sed dominus cum illo sic egit, & tāquā diceret, Ter me negasti, timendo, iter me confitere amando. Isto amore & ista chari
Acto.2. tate repleuit discipulos suos Quare? Quia altisimum posuit refugium suum, quia clarificatus misit spiritum sanctum. Soluit erudentes a reatu legis, ne in lapidem offenderent pedes eius. Iam cætera manifesta sunt fratres, quia sæpe tractata sunt. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.) Quid sit serpens nostis, quomodo super illum calcet Ecclesia quæ non vincitur, quia cauet astutias ipsius. Quemadmodum autem sit leo & draco, puto & hoc nosse charitatem vestram. Leo sęuit aperte, draco occulte insidiatur. Vtranque vim & potestatem habet diabolus: quando martyres occidebantur, leo erat fæuiens: quando hæretici insidiantur, draco est surrepens. Vicisti leo
C nem, vince & draconem: non te fregit leo, non te decipiat draco. Probemus quia leo
1.Pet.5 erat quādo aperte fæuiebat. Exhortās martyres Petrus ait, Nescitis quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret? A pte fæuiens leo quærebat quem deuoraret. Draco quomodo insidiatur? Per hæreticos. Tales timens Paulus ne ab illis corrumperetur Ecclesia a virginitate fidei, quam gestabat in
1.Co.11 corde, ait, Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: & timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita & mentes vestræ corrumpantur a castitate quæ est in Christo. Virginitatem corporis paucæ fœminę habent in Ecclesia, sed virginitatem cordis omnes fideles habent. In ipsa fide virginitatem cordis timebat corrumpi a diabolo, quam qui perdiderint, sine causa sunt virgines corpore. Corrupta corde quid seruat in corpore? Ideo mulier catholica præcedit virginem hęreticam. Illa enim non est virgo in corpore, ista mulier facta est in corde, & mulier nō a marito deo, sed a serpente. Quid autem Ecclesia? Super aspidem & basiliscum ambulabis. Rex est serpentium basiliscus sicut & diabolus rex est dæmoniorum. Et conculcabis leonem & draconem. Iam verba dei ad Ecclesiam. Quoniam in D me sperauit, eruam eum.) Non solum ergo caput est, quod modo sedet in cœlo, quia altisimum posuit refugium suum, ad quod non accedunt mala, & flagellum nō appropinquabit tabernaculo eius: sed & nos qui laboramus in terra, & adhuc in tentationibus viuimus, quorum gressus timētur ne in laqueos incidant, audiamus vocem domini Dei nostri consolantis nos & dicentis nobis, Quoniam in me sperauit, eruam eum, Protegam eum quoniam cognouit nomē meum. Inuocauit me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione.) Noli timere quando tribularis, ne quasi non sit tecū Deus, Fides sit tecum, & tecum est deus in tribulatione. Fluctus sunt Matt.8.
maris, turbaris in nauigio, q.a dormit Chrs. Dormiebat in naui Chrs, perierant hoies. Sup Io.
Si fides tua dormit in corde tuo, tanq in- ann.
naui tua dormit Chrs, q.a Chrs per fidem Tract.
in te habitat. Cum turbari cœperis, excita Christum dormientem, erige fidē tuam, & 49.
noueris quia te non deserit. Sed ideo putas te deseri, quia non quando vis eripit. Eripuit tres pueros de igne. Qui eripuit tres Dani.3.
pueros, deseruit Machabæos? Absit. Et illos eripuit, & illos. Illos corporaliter, vt 2.Mach.7
fideles confunderent, istos spiritaliter, vt E
fideles imitarentur. Cum ipso sum in tribulatione: Et eximam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eū.)
Quæ est longitudo dierum? Vita æterna est. Fratres, nolite putare longitudine dierum dici, sicut sunt hyeme dies minores, æstate dies maiores. Tales dies nobis habet dare? Longitudo illa est quæ nobis promitti

tur in diebus longis. Et uere quia sufficit, non sine causa dixit, replebo eum. Non nobis sufficit quicquid longum est in tempore si habet finem, & iō nec longum dicendum est. Et si auari sumus, vitæ æternæ debemus esse auari, talem vitam desyderate quæ non habet finem. Ecce vbi extendatur auaritia vestra. Argentum uis sine fine? Vitam æternam desydera sine fine. Non uis vt hēat finem possessio tua? Vitam æternam desydera. Quæ est? Longitudine dierum replebo eum: Et ostendam illi salutare meum.) Nec hoc fratres breuiter prætereū dum est, ostendam illi salutare meum. Hoc dixit. Ostendam illi ipsum Christū. Quare? Non est uisus in terra? Quid nobis magnum habet ostendere? Sed non est uisus F tali visu quali uidebimus. Tali uisu visus est, quali viderunt qui crucifixerunt. Ecce qui viderunt crucifixerunt, nos non videmus & credimus. Illi oculos habebāt, & nos non habemus? Immo & nos cordis oculos habemus, sed per fidem adhuc uidemus, nō per speciem. Qū erit species? Quando uidemus eum facie ad faciem quod dicit Apostolus, quod nobis promittit deus i magno G præmio omnium laborum nostrorum.
Quicq laboras, ad hoc laboras vt videas. Nescio quid magnum est quod usuri sumus, quando tota merces nostra visio est, & ipsum magnum uisum, hoc est, dominus noster Iesus Christus? Ipse qui humilis visus est, ipse videbitur magnus, & lætificabit Matt.5.
nos quo videtur modo ab angelis, In principio erat uerbum, & verbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Attēdite qui hoc promisit, ipsum dominum in Euangelio dicentem: Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum. Et quasi dicerem: Quid ei dabis qui diligit te? Ostē dam, inquit, meipsum illi. Desyderemus & amemus: flagremus si sponsa sumus. Sponsus absens est, sustineamus, ueniet quem desyderamus. Tantum pignus dedit, non timeat sponsa ne deseratur a sponso, non dimittit pignus suum. Quod pignus dedit? Sanguinem suum fudit. Quod pignus dedit? Spiritum sanctum misit. Talia pignora dimittet ille sponsus? Si non amaret, talia pignora non daret. Iam amat. O si sic amaremus. Maiorem dilectionem neminem habet, quā vt animam suam ponat pro amicis suis. Et nos quomodo ponimus alas nostras pro illo? Quid illi prodest, quando iam altissimum posuit refugium suum, & flagellum non appropinquat tabernaculo eius? Sed quid dicit Ioānes? Sicut Christus 1.Ioa.3.
p nobis animam suam posuit: sic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vnusquisque ponens pro fratre animam, pro Christo ponit. Qui modo pascit fratrem, Christum pascit. Cum uni ex minimis Mat.25.
meis feciſtis, mihi feciſtis. Amemus & imitemur, curramus post unguenta eius, quomodo dicitur in canticis canticorum. Post o- Cant.1.
dorem ungentorum tuorum currimus. Venit. n. & oleuit, & odor ipsius impleuit totum mundum. Vnde odor? De cœlo sequere ergo ad cœlum, si non falsum respondes quod dicitur, Sursum cor, sursum cogitationem, sursum amorem, sursum spem. Ne putrescat in terra triticum, non audes po- H
nere in humida terra ne putrescat, quia laborasti & messuisti, titurasti & uentilasti. Quęris locū tritico tuo, & non quęris locum cordi tuo? & non quæris locum thesauro tuo? Fac quicquid poteris in terra, eroga, non perdes, sed recondes. Et quis seruat? Christus qui & te saluat. Te nouit saluare, thesaurum tuum non nouit seruare? Quare autem vt locum mutes thesauro tuo, nisi vt locum mutes cordi tuo? Nemo enim cogitat nisi de thesauro suo. Quam multi hic sunt qui me modo audiunt, & nō est cor eorum nisi in saccellis suis. In terra estis, quia in terra est quod amatis: mittaī in cęlum, & ibi erit cor uestrum. Vbi enim Matt.6.
fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.

In Psalmum nonagesimumprimum, Enarratio.

ATtēdite ad Psalmū, det nobis dñs aperire misteria q̄ hic cōtinent, q.a pp fastidiū aiorū eadem diuerse uariēq. tractātur. Nam nullū aliud canticum nos docet deus, nisi fidei, spei & charitatis: ut fides nostra firma sit in ipso, quandiu illum non uidemus, credentes in eum quem non videmus, aut gaudeamus cum uiderimus, & fidei nostræ succedat species I
lucis eius, ubi iam non nobis dicetur, crede quod non vides, sed gaude quia uides. Spes etiam nostra incommutabilis sit, & figatur in illo, & non nutet & fluctuet: non agitetur, sicut ipse deus in quo figitur non potest agitari: spes enim quæ modo vocatur, tunc non spes sed res erit. Tamdiu

diu enim vocatur spes, quandiu non videt
Rom.8 quod speratur, dicente Apostolo, Spes aũt quæ videtur non est spes: qđ. n. videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Modo ergo patientia necessaria est quãdiu veniat qđ promissum est. Nemo aũt patiens est in bonis. Quando exigitur de homine patientia, in malis agit, qñ dicitur, patiens esto, tolera, sustine, molestia est, sub qua te Deus vult esse fortem, tolerantem, longanimem, patientem. Sed nunquid decipit q promisit? Medicus exerit ferrum ad secanda vulnera, & dicit ei quem secturus est, Patiẽs esto, sustine, tolera: in dolor ibus exigit patientiam, sed post dolores promittit salutem. Et ipse qui tolerat dolores in ferro medici, nisi sibi proponat sanitatem quã nondum habet deficit in dolore quem patitur. Multa ergo mala sunt in isto seculo in tus, foris prorsus non cessant: abundant scãdala, nemo illa sentit, nisi qui graditur viã
K dei. Et dicitur in omnibus diuinis paginis vt toleret p̃sentia speret futura, amet quæ
1.Co.13 non videt, vt amplectaẽ cum viderit. Charitas n. quæ tertia nobis adiungitur ad fidẽ & ad spem, maior est supra fidem & spem: quia fides est rerum quæ non videntur, erunt autem species cum visæ fuerint: & spes rei est quę non tenetur, aduenient e ipsa re, non erit iam spes, quia tenebimus, nõ sperabimus. Charitas aũt non nouit crescere nisi magis magisq́. Si. n. amamus quem non videmus, quo amaturi sumus cum viderimus? Desyderium ergo nostrum crescat, christiani non simus nisi propter futurum seculum. Nemo p̃tia bona speret, nemo sibi promittat fœlicitatem mundi quia christianus est, sed vtatur fęlicitate præsenti vt potest, quo potest, qñ potest, quantum potest. Cum adest, consolationi dei gratias agat: cum deest, iustitiæ dei gr̃as agat. Vbique sit gratus, nusquam sit ingratus: & patri consolanti & blandienti gratus sit, & patri emendanti & flagellãti & disciplinam
L danti gratus sit: amat. n. ille semper, siue blãdiatur siue minetur, & dicat qđ audistis in psalmo, Bonum est confiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. Titulus psalmi habet: Psalmus cantici in die sabbati.) Ecce & hodiernus dies sabbati est, hunc in p̃senti tempore ocio quodam corporaliter languido & fluxo & luxurioso celebrãt Iu
1.Co.10 dæi. Vacant enim ad nugas: & cum Deus præceperit obseruari sabbatum, illi in his quę Deus prohibet exercent sabbatum. Vacatio nostra a malis operibus, vacatio illo rum a bonis operibus est. Melius est enim arare q uã saltare. Illi a bono opere vacãt, ab opere nugatorio non vacant. Nobis sabbatum indicit Deus. Quare? Primo vbi sit videte. Intus est, in corde est sabbatum nostrum: multi enim vacant mẽbris, & tumultuantur conscientia. Omnis homo malus, sabbatum habere non potest: nusquam. n. illius cõquiescit conscientia, & necesse est vt in perturbationibus viuat. Cui aũt bona est conscientia, tranquillus est, & ipsa tranquillitas sabbatum est cordis. Attẽdit enim promissorem dñm, & si laborat in p̃senti, extẽditur spe futuri, & serenatur omni nubilum tristitiæ, sicut dicit Apostolus,
Ro.12 Spe gaudentes. Ipsum autem gaudium in
M tráquillitate spei nostræ, sabbatum nostrũ est. Hoc commendatur, hoc cantatur in isto psalmo, quomodo sit homo christianus in sabbato cordis sui, id est, in vacatione & tranquillitate & serenitate conscientię suę imperturbatus. Inde dicit hic vnde solent perturbari homines, & docet te agere sabbatum in corde tuo. Primum est ut
1.Co. tuipse si aliquid profecisti, Deo confitearis ex eo quod profecisti, quia munera ipsius sunt, non merita tua. Hinc incipe sabbatum, non tibi tribuendo quasi non acceperis quod accepisti, neque excusando te ab eo quod facis mali, quia ipsa sunt tua. Peruersi enim homines & perturbati qui non agũt sabbatum, mala sua deo tribnũt, bona sua sibi. Si quid boni fecerit, ego feci dicit: si quid mali fecerit, quærit quem accuset, ne confiteatur Deo. Et quid est, quærit quem accuset? Si non est valde impius, ad manum satanam habet quem accuset. Satanas fecit dicit, ipse mihi persuasit, quasi satanas habeat potestatem cogendi. Astutiam suadendi habet, sed si satanas loquere tur & taceret Deus, haberes vnde te excusares: Modo aures tuæ posit̃ sunt inter monentem Deum & suggerentem serpentem, quare huc flectuntur, hinc auertuntur? Non cessat satanas suadere malum, sed nec Deus cessat admonere bonum. Satanas autem non cogit inuitum: in tua potestate est consentire aut non consentire. Si aliquid persuadente satana mali feceris, dimitte satanam, accusa te, vt acclusatione tua Dei misericordiam merearis. Expectis illum
A

ſtum accuſare qui non habet ueniam? Te accuſa, & accipis indulgentiã. Deinde multi non accuſant ſatanam, ſed accuſant fatum. Fatum meum me duxit dicit. Cum diceris illi, quare feciſti, quare peccaſti? Et ille, Fato meo malo, ne dicas ego feci, iam manus ad deum tendit, lingua blaſphemat. Nõdum quidem hoc aperte dicit, ſed tamen attende & uide quia hoc dicit. Quæris ab illo quid ſit fatum, & dicit, ſtellæ malæ. Quę ris ab illo quis fecit ſtellas, quis ordinauit ſtellas, non habet quid tibi reſpondeat niſi deus. Reſtat ergo ut ſiue per tranſennam, ſiue per cannam longam, ſiue per proximũ, deum accuſet, & cum deus puniat peccata, deum faciat authorem peccatorum ſuorũ. Non poteſt. n. fieri vt puniat quod fecit: Punit quod facis, vt liberet quod fecit. Ali quando autem miſis omnibus omnino diabolis eunt in deum, & quãdo peccãt dicũt, deus hoc voluit, & ſi nollet deus, non peccaſſem. Ergo ne ad hoc monet deus, vt non accuſatur ut non pecces, ſed accuſetur quia peccas? Quid ergo nos docet Pſalmus iſte? Bonum eſt cõfiteri domino.) Quid eſt cõfiteri domino? In utraq. re, & in peccato quia tu feciſti: & in bono facto confite ri domino, quia ipſe fecit. Tunc pſalles nomini domini altiſſimi.) Quærens gloriam dei, non tuam, nomen ipſius, non tuum. Si enim tu quæris nomen dei, quærit & ipſe nomen tuum: ſi autem tu neglexeris nomẽ dei, delet & ipſe nomen tuum: quomodo ãt dixit diſcipulis venientibus poſteaquã miſit eos euangelizare. Cum feciſſent mulra miracula, & in nomine Chriſti dæmonia eiecciſſent, redeũtes dixerunt, Domine, ecce nobis dęmonia ſubiecta ſunt. Dixerũt quidem in nomine tuo, ſed ille vidit in eis, quia ipſa gloriatione gaudebant & extollebant ſe, & ibant inde in ſuperbiam quia lucrabant illis expellere dęmonia, vidit illos quærere gloriam ſuam, & ait illis quærens ipſe animo conſeruans omnia eorum apud ſe, Nolite gaudere in hoc, gaudete autem q̃ nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo. Ecce ubi habes nomen, ſi tu nomen dei non negligas. Pſalle ergo nomini dei, vt fixum ſit apud deum nomen tuum. Pſallere autem deo quid eſt fratres? Pſalterium organi genus eſt, chordas habet. Opus noſtrum, pſalterium noſtrum eſt. Quicunque mani
B bus operatur opera bona, pſallit deo. Quicunque ore confitetur, cantat deo, Canta ore, pſalle operibus. Ad quam rem? Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.) Quid ſibi vult mane annuncianda eſt miſericordia dei, & per noctem veritas dei? Mane dicitur, quando nobis bene eſt. Nox dicitur, quando triſtitia tribulationis eſt. Quid ergo dixit breuiter? Quando tibi bene eſt, gaude deo, quia miſericordia ipſius eſt. Iam tu forte diceres, Si ergo gaudeo deo quando mihi bene eſt, quia miſericordia ipſius eſt: quando in triſtitia, in tribulatione ſum, quid facio? Miſericordia ipſius eſt quando mihi bene eſt, crudelitas ergo ipſius quando male eſt? Si laudo miſericordiam quando bene eſt, reprehendo ego crudelitatem quando male eſt? Non. Sed quando bene eſt, lauda miſericordiam quando male eſt, lauda veritatem, quia peccata flagellat, non eſt iniquus. Iam in no-
Dani.6. 14.&.3. cte erat Daniel quando orabat. Erat. n. in captiuitate Hieruſalem, erat in poteſtate hoſtium. Tunc multa mala ſancti patiebã
D tur, tunc ipſe in lacum leonum miſſus eſt, tunc tres pueri in ignem præcipitati ſunt. Hæc patiebatur in captiuitate populus Iſrael, nox erat. Per noctem confitebat Da-
Dani. 3. & 9. niel veritatem dei, dicebat in oratione, Peccauimus, impie egimus, iniquitatem fecimus, Tibi domine gloria: nobis confuſio: veritatem dei annũciabat per noctẽ. Quid eſt, veritatem dei annunciabat per noctẽ? Non accuſare deũ quia pateris aliquid mali, ſed tribuere illud peccatis tuis, emendationi ipſius, ad annunciandum mane miſericordiam ipſius, & ueritatem per noctem. Cum miſericordiam annuncias mane, & veritatem per noctem, ſemper laudas deũ, ſemper confiteris deo, & pſallis nomini eius. In decachordo pſalterio, cum canti-
E co in cithara.) Dechachordum pſalterium non modo audiſtis. Dechachordum pſalterium ſignificat decem præcepta legis. Sed
2.Co.9. cantare in illo opus eſt, non portare pſalterium. Nam & Iudæi habent legem, portant & non pſallunt. Qui ſunt qui pſallũt? Qui operantur. Parum eſt: qui operantur cum triſtitia, nondum pſallunt. Qui ſunt qui pſallunt? Qui cum hilaritate faciunt bene. In pſallendo enim hilaritas eſt. Et quid dicit Apoſtolus? Hilarem enim datorem diligit deus. Quicquid facias cum hilaritate fac bonum, tunc & bene facis. Si

antem cum tristitia facis,sit de te,non facis, & portas magis psalteriũ,nõ cantas.In psalterio decachordo cum cantico in cithara: hoc est,in verbo & opere. Cum cãtico in verbo,in cithara in opere. Si verba sola dicis,quasi canticum solum habes,citharã nõ habes.Si operaris & non loqueris,quasi solam citharã habes. Propter hoc & loquere bene,& fac bene, si vis hre canticum cũ cithara . Quia iocundasti me domine in factura tua, & in opibus manuũ tuarũ exultabo.)Videtis quid dicat,Tu me fecisti bene viuẽtẽ,tu me formasti.Si quid forte bo
ni facio,in factura manuũ tuarum exultabo:quo dicit Apostolus,Ipsius n sumus figmentũ, creati in operibus bonis Nisi.n.te formaret ad opera bona,non nosses nisi opera tua mala:qui.n.loquitur mendacium,
de suo loquitur:hoc Euangeliũ dicit,Omne peccatum mendacium est. Contra legẽ enim & contra veritatem quicquid est,mẽ
F dacium dicitur. Ergo quid ait? Qui loquit̃ mendacium de suo loquitur.i. q peccat. Attendant ergo sententiam contra,si.n.qui loquitur mendacium de suo loquitur , restat vt qui loquitur veritatẽ de deo loquatur. Ideo dicit alio loco,Deus verax solus,omnis autem homo mendax.Non tibi dicitur in hac sententia vade securus mentire, q̃a homo es, immo vide te hominem quia mẽdax es:& ut sis verax,bibe veritatem vt de deo ructes, vt sis verax:quia de tuo illã nõ potes bibere,restat vt inde illam bibas vnde fluit.Quomodo si a luce recesseris in tenebris es , quomodo lapis non de se seruet, sed vel a sole,vel ab igne, si eum calori sub traxeris frigescit,ibi apparet quia quod feruebat non erat ipsius,sed feruebat vel a sole vel ab igne:sic & tu si a deo recesseris frigescis,si ad deum accesseris feruescis,sicut
dicit Apostolus:Spũ feruentes.Item de luce quid dicit? Si ad eum accesseris,in lumine eris: ideo psalmus dicit, Accedite ad eũ & illuminamini,& vultus vestri non erubescent.Quia ergo boni nihil poteris operari nisi illuminatum & a lumine dei , & feruefactus a spiritu dei,quando videris te bene operantem, confitere deo:& dic q̃d
ait Apostolus,dic tibi ne extollaris , Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti ? quid gloriaris quasi non acceperis?Hic ergo confitebatur domino , & do-
G cet nos bonam confessionem, quia dicit:Iocundasti me domine in factura tua , & in operibus manuum tuarũ exultabo. Quid agimus de illis qui male viuunt & florẽt? Hi enim perturbatum animum habent , & perdunt sabbatum. Et perdit sabbatum qui videt se quotidie in bonis operibus versantem & laborantem in angustia rerum,forte in inopia rei familiaris , forte in fame & sitι & nuditate,forte se in carcere bona facientem , & illum a quo in carcerem missus est mala facientem & exultantem , & subintrat in cor pessima cogitatio aduersus deum & dicit , Deus quare tibi seruio, quare obedio verbis tuis? Non rapui alie-
na,non furtum feci, non hominem occidi, non cuiusquã rem concupiui,non fallium testimoninm aduersus aliquem dixi , non patri vel matri iniuriam feci,non ad idola inclinatus sum,non accepi nomen domini dei in vanum:seruaui me a peccato. Enumerat decem chordas,id est decem præcepta legis , & interrogat se secundum singula, & videt se non peccasse nec in vno , & contristatur quia talia mala patitur.& illi qui non dico aliquas chordas tangunt,sed nec tangunt ipsum psalterium, & nihil bo
ni operantur, consulunt idola.& forte tũc videntur Christiani,quando nihil mali pa H tiuntur domus eorum: quando autem aliqua ibi tribulatio est , currunt ad phythonem,aut sortilegum , aut mathematicum: Dicitur illi nomen Christi, subsannat,torquet os suum:dicitur illi, Fidelis cur consulis mathematicum? Et ille,Recede a me,ipse mihi perdidit res meas,vtinam non perdidissem, & in planctu remansissem. Homo bone,nonne signas te signo sanctæ crucis Christi?& lex omnia ista phibet?Gaudes quia res tuas inuenisti,non es tristis qa tu peristi?Quanto melius tunica tua periret quam anima tua?Subsannat in his omnibus;contumeliosus est parentibus,odit inimicum, insectatur usq. ad mortem,furatur vbi occasionem inuenerit,a falso testimonio non cessat , insidiatur matrimonio alieno,concupiscit rem proximi sui : Facit hæc omnia,& floret in diuitijs, in honoribus,in excellentia mundi huius.Videt eũ il
le miser bene operans & mala patiens,perturbat & dicit,Deus puto mali tibi placent & bonos odistis , amas eos qui faciunt iniquitatem . Si commotus fuerit,& illi cogitationi consenserit , perdet sabbatum de corde. Incipit ad psalterium hoc non attendere, deuiauit inde,sine causa cantat,Bonũ est

est confiteri domino & psallere nomini tuo altissime.Iam perdito sabbato ab intiore homine, & exclusa quiete cordis , & bona cogitatione repulsa,incipit iam imitari illum quem videt in malis florentem, & conuertit se ipse ad facienda mala.Deus autẽ patiens est , quia æternus est,nouit diem iudicij sui vbi omnia examinat . Hoc nos
Exo. 9 docens quid ait? Quã magnificata sunt opera tua dñe,nimis profundæ factę sunt cogitationes tuæ.) Reuera fratres mei nullũ mare tam profundũ est,q̃ est ista cogitatio dei,vt mali floreant, & boni laborent. Nihil tam profundum,nihil tã altũ, vbi naufragat omnis infidelis in isto alto,in isto ꝓfundo.Vis transire profundũ hoc? A ligno Christi noli resilire,ne mergaris,tene te ad
Ps. 63 Christũ.Quid est q̃d dico,tene te ad Christum?Ideo voluit ipse in terra laborare.Audistis cũ propheta legeretur,non auertisse eum scapulas a flagellis, non auertisse eum faciem a sputis hominum,non auertisse ma
nus a palmis eorum . Quare omnia ista pati voluit , nisi vt consolaretur patientes? Nam poterat & ipse in fine resuscitare carnem suam,sed tu qui non videras, non eẽt quod ꝓperares,non distulit resurrectionem suam,ne tu adhuc dubitares. Eo ergo fine
K patere , & tolera tribulationes in mundo quãadmodum attendisti in Christo, & nõ te moueant qui faciunt mala , & in isto seculo florent . Nimis profundæ factę sunt cogitationes dei:Vbi est cogitatio dei? Ad
quid habenas laxat,sed postea astringet.Noli gaudere ad piscem q in esca sua exultat, nondum traxit hamum piscator : nam iam ille hamum habet in faucibus, & quod tibi videtur longum , breue est:omnia ista cito transeunt.Quid est longa vita hominis ad æternitatem dei?Vis esse longanimis?Vide æternitatem dei:nam attendis ad dies tuos paucos,& dieb. tuis paucis vis impleri omnia:quę omnia? Vt damnentur omnes impij,& coronentur omnes boni.Istis diebus tuis vis hæc omnia impleri?Implet ea deus in tempore suo.Quid tu tædium pateris & facis? Aeternus est,tardat,longanimis est, tu autem dicis , Ideo ego non sum longanimis,quia temporalis sum : sed in potestate habes . Iunge cor tuum æternitati dei , & cum illo æternus eris. Quid enim dictum est de temporalibus?Omnis caro fœnum. & omnis claritas carnis vt flos fœni . Fœnum aruit et flos decidit.Omnia ergo arescunt & decidunt,non verbum illud: ver- L
bum enim dñi manet in æternum. Transit fœnum , transit claritas fœni: sed habes quo te teneas,verbum domini manet in æternum. Dic ergo illi, Nimis profundę factæ sunt cogitationes tuæ. Tenuisti lignũ, transis per istam profunditatem. Vides ibi aliquid? Intelligis ibi aliquid? Intelligo dicis.Si iam Christianus es,& bene eruditus, dicis,Deus iudicio suo reseruet omnia. Boni laborant , quia flagellantur vt filij:mali exultant,quia damnantur ut alieni. Duos filios habet homo,alterum castigat, alterũ dimittit.Facit vnus male & non corripitur a patre:alter mox vt se mouerit,colaphis cę
ditur, flagellatur.Vnde ille dimittitur,& ille cæditur,nisi quia huic ceso hæreditas seruatur,ille autem dimissus exhæredatus est? Videt eum non habere spem,& dimittit eũ vt faciat quod vult. Puer autem quam flagellatur si cor non habuerit & imprudens fuerit & stultus , gratulatur fratri suo qui non vapulat,& gemit de se,& dicit in corde suo,tanta mala facit frater meus,quicq̃d vult facit contra præcepta patris mei,& nemo facit illi durũ verbum, ego mox vt me mouero,cædor. Stultus est , imprudens ẽ, attendit quid patitur, & non attendit quid illi seruetur. Ideo cum dixisset,nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ,subiecit M
statim . Vir imprudens non cognoscet, & stultus non intelliget ea.) Quę sunt quæ non intelligit stultus , & quæ non cognoscet imprudens? Cum exoriuntur peccatores sicut fœnum,) Quid est sicut fœnum? Virent cum hyems est,sed æstate arescent. Attendis florem fœni quid citius transit? Quid lucidius? quid viridius ? Non te delectet viriditas ipsius , sed time ariditatem ipsius . Audisti peccatores sicut fœnum , audi & iustos . Quomodo? Ecce interim , videte peccatores sicut fœnum, florent bene . Sed qui sunt qui non cognoscunt ? Stulti & imprudentes . Cum exoriuntur peccatores sicut fœnum . Et prospexerint omnes qui operantur iniquitatem .) Omnes qui in corde suo, non recta sentiunt de deo , prospexerunt peccatores orientes sicut fœnum,id est,florentes ad tempus . Quare illos prospiciunt? Vt intereant in seculum seculi .) Attendunt enim florem ipsorum temporalem , & imitantur illos , & volentes eum illis florere ad tps , intereunt in æternum :

hoc est,vt intereant in seculum seculi. Tu autem altissimus in æternum es dñe.) Expectans desuper ex æternitate tua qñ transeat tempus iniquorum, & veniat tempus
A iustorum. Qñ ecce.) Intendite fratres,iam & ipse loquitur. Loquitur enim ex persona nostra,loquit ex persona corporis Christi. Chrs enim loquit in corpore suo.i.in ecclesia sua. Iam iunxit se æternitati Dei:sicut vobis pauloante dicebam, longanimis est Deus & patiens,oia ista mala q̃ videt a malis fieri,tolerat. Quare? Quia æternus est, & videt quid illis seruet. Vis & tu eẽ longanimis & patiens? Iunge te æternitati dei,cũ illo expecta illa quæ infra te sunt. Cum.n. adhæserit cor tuũ altissimo, infra te erunt omnia mortalia,& dic quod seqtur: Quoniam ecce inimici tui peribunt.) Qui florent modo,postea peribunt. Qui sunt inimici dei? Fratres,forte illos solos putatis inimicos dei a quibus blasphematur? Sunt quidem & ipsi, & atroces isti qui nec lingua, nec cogitationibus malis parcunt iniurijs Deo. Et quid faciunt deo excelso, & æterno? Si pugnum in colũna ferias tu læderis, & putas quia blasphemia deum percutias? Non,tu dirumperis,nã nihil facis deo. Sed inimici dei aperte blasphemat ores sunt, & quotidie occulti inueniuntur. Caue tales inimicitias dei:quosdam.n.occultos inimicos dei scriptura apit, vt quia non illos po-
B tes nosse in corde tuo,noueris illos in scriptura dei,& caueas inueniri cum illis. Apte dicit Iacobus Apostolus in epistola sua, Ne scitis quia amicus huius mundi inimicus
Iaco. 4. dei constituitur? Audisti, Non uis esse inimicus dei? Noli esse amicus huius mundi: nam si amicus fueris huius mundi inimicus eris deo. Qũo.n.non potest fieri adultera coniunx, nisi inimica sit uiro suo: sic anima adultera amore rerum secularium, non potest nisi inimica esse deo. Timet,sed non amat. Pœnas timet, iustitia non delectatur. Ergo inimici dei omnes amatores huius mundi, omnes inquisitores nugarũ, omnes consultores fortilegorum, mathematicorum,phythonum intrant Ecclesias: non intrent Ecclesias,inimici dei sunt. Ad tempus possunt florere sicut fœnum, peribunt autem cum ille inspicere cœperit, & iudicium suum in omnem carnem adduxerit. Iunge te scripturę dei, & dic illud cum isto psalmo, Quoniam ecce inimici tui peribunt. Non ibi inueniaris vbi peribunt. Et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.) Quid tu qui labores modo, si inimici dei peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem? Tu qui inter
C ista scandala, inter iniquitates humanas gemis,qui tribularis in carne, sed gaudes in corde,q̃d tu? Quæ tibi spes o corpus Christi? O Christe qui in cœlis sedes ad dexteram patris,sed pedibus tuis & membris tuis laboras in terra,& dicis, Saule Saule q̃d me psequeris:tu quam spem habebis si ini- Actor. 9
mici dei peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem? Quid tibi erit? Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.) Quare dicis sicut vnicornis? Aliquando vnicornis significat superbiam, aliquando unicornis exaltationem vnitatis significat: quia vnitas exaltatur, omnes hæreses cum inimicis dei peribunt. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Et q̃ erit? Et senectus mea in misericordia pigui.) Quid dixit senectus mea? Nouissima mea. Quomodo in ætatibus nostris nouissima senectus est, sic totum hoc quod modo patitur Christi corpus in laboribus,in erumnis,in vigilijs,in fame, in siti, in scandalis,in iniquitatibus,in pressuris,iuuentus ipsius est. Senectus ipsius,id est,nouissima ipsius, in lætitia erunt. Et intendat charitas uestra, quia dixi senectutem, ne puteris & mortẽ: homo.n.in carne iõ senescit, vt moriatur. Senecta Ecclesiæ candida erit recte factis,
D morte autem non corrumpetur. Quod ẽ caput senis,hoc erunt opera nostra. Videtis quemadmodum canescat caput & inalbescat,quantuncũq. senectus accedit. Qui bene senescit ordine suo,quæris illi aliquando in capite capillum nigrum, & non inuenis:sic cum fuerit vita nostra talis,vt quæratur nigritudo peccatorum & inueniatur senectus tua iuuenilis est, senectus ista viridis est,semper virebit. Audistis de fœno peccatorum, audite de senecta iustorum. Senectus mea in misericordia pigui: Et respexit oculus meus inimicos meos.) Quos dicit inimicos suos? Omnes qui operantur iniquitatem. Noli attendere, quia iniquus est tibi amicus: incurrat negocium, & ibi illum probas. Incipis venire contra iniquitatem ipsius, & ibi videbis: quia quando tibi blandiebatur, inimicus erat: sed nondũ pulsaueras, non ut institueretur in corde quod non erat, sed vt erumperet q̃d erat. Et respexit oculus meus inimicos meos. Et

in eis qui insurgũt in me malignantib. audiet auris mea.) Qñ? In senecta. Quid ẽ, E in senecta? In nouissimo. Et quid audiet auris nostra? Stantes ad dexteram, audiemus
F quod dicitur eis qui sunt ad sinistram. Ite in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Ab isto auditu malo iustus non timebit. Scitis quia dictum est in quo- Psal. 111.
dam psalmo, In memoria æterna erit iustus:ab auditione mala non timebit. Quo auditu malo? Ite in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Et in eis q̃ insurgunt in me malignantibus,audiet auris mea. Transit fœnum,transit flos peccatorum. Quid de iustis? Iustus vt palma florebit.) Illi exoriuntur sicut fœnum, iustus vt palma florebit. In palma altitudinem significauit: forte & hoc significauit in palma,quia in nouissimis suis pulchra est, vt habitum eius a terra ducas, finem ipsius in cacumine,vbi habet totam pulchritudinẽ: spera radix videtur in terra, pulchra coma sub cœlo est. Erit ergo & tua pulchritudo in fine. Radix tua fixa sit, sed sursum versus habeamus radice nostram: radix.n. nostra Christus est, qui ascendit in cœlũ: humiliatus exaltabitur. Velut cedrus quæ
G in Libano ẽ multiplicabitur.) Videte quas arbores dixit: Iustus vt palma florebit, vt cedrus Libani multiplicabitur. Nunquid cum sol exierit aresçit palma? Nunquid aresçit cedrus? Cum autem sol cadens aliquando fuerit, aresçit fœnum. Vetus ergo iudicium, vt aresçant peccatores, vt vireſcant fideles. Velut cedrus in Libano multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atrijs domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur. In senecta vbertim & tranquilli erunt vt annuncient.) Hoc est sabbatum quod vobis pauloante commendaui, vnde habet titulum psalmus. Trãquilli sunt, vt annuncient: Quare tranquilli sunt vt annuncient? Non illos mouet fœnum peccatorum. Cedrus & palma nec in tempestatibus curuant. Ergo tranquilli sint vt annuncient: & vere quia modo annuncian-
H dum est, & subsannantibus hominibus. O miseri homines amatores mundi annunciant uobis qui plantati sunt in domo domini, qui confitentur domino in cantico, & in cithara, in verbo & opere, annunciant vobis, & dicunt vobis, Nolite seduci fœlici tate iniquorum, nolite attendere florem fœni, nolite attendere ad tempus beatos, in æternum miseros. Nec ista beatitudo quæ foris modo videtur vera est: nec in corde beati sunt, quia torquentur mala conscientia. Tu autem tranquillus esto, sperans de promissis domini dei tui. Quid.n.annũcias in tranquillitate? Quoniam rectus dominus, & non est iniquitas in eo.) Attendite fratres, si plantati estis in domo domini, si vultis florere sicut palma, & multiplicari sicut cedrus Libani, & non aresçere sicut fœnum sole cadente, sicut hi qui videntur florere sole absente. Si ergo non vultis esse fœnum, sed palma, & cedrus, quid annunciabitis? Quoniã rectus dñs: & non est iniquitas in illo. Quũ non est iniquitas? Tanta mala facit quis, sanus est, filiosq. habet, plenam domum, abundat gloria, exaltatur honoribus, de inimicis vindicatur, & omnia mala committit. Alius innocens sui negocij, non rapiens aliena, non contra quẽquam faciens, laborat in vinculis, in carceribus, in inopia æstuat & suspirat. Quũ nõ est iniquitas in eo? Esto tranquillus & intelliges: nã perturbaris, & in cubiculo tuo obscuras tibi lucem. Radiare tibi vult æternus deus, noli tibi facere nubilũ de pturbatione. Esto tranquillus in te, & vide quod tibi dicat. Quia deus æternus est, quia modo parcit malis, adducens illos ad pniam: flagellat bonos, erudiens illos ad regnum cœlorũ, non iniquitas in eo: noli timere. Ecce ego flagellatus sum tñ manifestũ est, cõfiteor, peccaui: nõ.n.dico me iustũ. Hoc.n. dicunt pleriq. Qñ est forte quisquam in aliqua miseria, in doloribus, intras consolari illum. Et ille, Peccaui fateor, multa sunt peccata mea, agnosco illa: sed nunquid tanta peccaui quanta ille? Ego noui quanta fecit ille, ego noui quanta commisit. Peccata mea sunt, fateor illa deo, sed minora sunt q̃ illius, & ecce ille nihil mali patitur. Noli turbari, tranquillus esto, ut scias qñ rectus dominus, & non est iniquitas in eo. Quid si te propterea flagellat modo, quia non tibi seruat ignem sempiternum? Quid si illũ propterea dimittit modo, quia auditurus ẽ, Ite in ignem æternum? Sed quando? Cum Mat. 25
tu positus fueris ad dexteram, tunc dicitur positis ad sinistram: Ite in ignem ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nõte ergo ista moueant, tranquillus esto, sabbatiza & annuncia, quoniam rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo.

In Psalmum nonagesimumsecundum, Enarratio.

PSalmi huius titulum cũ pronũciaretur audiuimus,& quid sibi velit,de scriptura dei,hoc est,ex libro Geneſis,non est
I difficile cognoscere. In titulo.n.tanq̃ admonemur in limine quid intus quæramus. In scriptus ergo est ita. Laus cantici ipsius David in die ante sabbatum, quando fundata est terra.) Recordantes ergo p omnes dies quod fecerit deus quando creauit & ordinauit vniuersa a prima die vsq. ad sextum diem: septimum.n.sanctificauit,quia in illo requieuit post omnia opera quæ fecit valde bona,& inuenimus eũ sexto die fecisse, qui dies hic commemoratur,quia dicit,ante sabbatum omnia animalia in terra: deinde ipso die fecit hominem ad imaginem & similitudinem suã. Non aũt sine causa illi dies sunt ordinati,nisi qa & secula sic cursura erant,antequam requiescamus in deo. Tunc aũt requiescimus si faciamus opera omnia bona. Ad hoc exemplum dictũ est
Gene.2 de deo, Requieuit deus septimo die cum fecisset omnia opera bona valde. Non.n.fatigatus est vt requiesceret,aut modo nõ operatur,cum aperte dominus Christus dicat,
Ioan.5. Pater meus vsq. nunc operatur. Dico.n.illud Iudæis qui carnaliter sentiebãt de deo, nec intelligebant quia deus cum quiete operatur,& semper operatur,& semper quietus est. Ergo & nos quos in se voluit deus tunc figurare,post omnia opera bona habebimus requem. Et quidã opera nostra bona
K fratres quæ hic operamur in seculo ante requiem,quasi cum labore sunt,& requies illa in spe est,nondum tenetur in re: Etenim nisi esset in spe, deficeremus in labore: sed transeunt opera laboriosa & bona. Quid.n. tam bonum,quam porrigere panem esurienMat.25 ti? Et quod audiebamus modo cum Euangelium legeretur: quid enim tam bonum,q̃ id quod admonebat genera liter, Omnis q
Luc. 3. habet duas tunicas,det non habenti: & qui habet escas, pascat esurientem? Nudum vestire bonum opus est: Nunquid semper erit hoc opus bonum? Habet aliquantulum laborem, sed habet solatium in spe futuræ quietis. Quantum autem laborem habet quòd vestis nudum? Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. Qui enim vestit nudum si habet vnde faciat,non laborat: si non habet unde faciat,gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonę voluntatis. Qui aũtẽ vult Luc.2. spoliare vestitum, quantum laborat quis enumerat? Et tamen & ista transitura sũt, cum venerimus ad illam requiem, vbi nemo esurit qui pascatur, nemo nudus est q L vestiatur. Ideo quia & ista transitura sunt opera bona,& sextus iste dies quoniam perficiuntur opera bona valde, habet vespe-
rum: In sabbato autem non inueniemus es se vesperam, quia requies nostra non habebit finem. Vespera.n.pro fine ponitur. Si Gen. 1. cut ergo sexto die fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, sic inuenimus sexto seculo venisse dominum Iesũ Christum, vt reformaretur homo ad imaginem dei. Primum.n.tempus tanquã prius dies, ab Adam vsq. ad Noe: secundum tempus tanquam secundus dies, a Noe vsque ad Abraham: tertium tempus tanquã tertius dies, ab Abraham vsque ad Dauid: quartum tempus tanquam quartus dies, a Dauid vsque ad transmigrationem Babylo-
niæ: quintum tempus tanquã quintus dies, a transmigratione in Babyloniam vsq. ad prædicationem Ioannis. Sextus dies iam a prædicatione Ioãnis agitur vsq. ad finem, & post finem sexti diei peruenimus ad requem: Modo ergo sextus dies agitur. Si sextus dies agitur, videte quid habeat titulus: In diem ante sabbatum quãdo fundata est terra, Iamaudiamus ipsum, interrogemus quo modo fundata est terra, ne forte tunc facta est terra. Nec in Geneſi sic legimus. Quãdo ergo fundata est terra? Quando, nisi M cum fit quod lectum est modo in Apostolo, Si tamen statis in fide vt stabiles & 1. Cor. immobiles? Cum omnes qui credunt per vniuersam terram immobiles sunt in fide, fundata est terra, tunc fit homo ad imaginem dei. Quod significat sextus ille dies in Genẽsi. Sed quomodo fecit illud deus? Quomodo fundata est terra? Christus venit vt fundaret terram. Fundamentum enim aliud nemo potest po- 1. Cor. 3. nere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. De illo ergo cantat Psalmus: Dominus regnauit, decorem induit, induit dominus fortitudinem & præcinctus est.) Videmus quia duas res induit, decorem & fortitudinem: vt quid autem? Vt fundaret terram. Sequitur enim: Etenim confirmauit orbem terræ, qui non commouebitur.) Vnde confir-

confirmauit? Quia decorem induit. Non confirmaret si solum decorem indueret & non fortitudine. Quare ergo decorem? Quare fortitudinẽ? Vtrunque.n.dixit, Dominus regnauit,decorem induit,induit dominus fortitudinẽ & præcinctus est. Nosfis fatres quia dominus noster cum venisses in carne, his quibus p̃dicabat Euangelium,alijs placebat,alijs displicebat. Nã di
, uisæ sunt aduersus se linguæ Iudæorũ, alij A dicebant,quia bonus est,alij dicebant non, sed seducit turbas. Alij ergo loquebant̃ bene,alij detrahebant, lacerabant,latrabant, mordebant,conuiciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorẽ induit: ad eos quibus displicebat,fortitudinem induit. Imitare ergo & tu dñm tuum, vt possis esse vestis ipsius. Adesto cũ decore ad eos quibus placent bona opera tua, esto fortis aduersus detractores. Audi Paulum apostolum, imitantem dominũ suũ, qũo & ipse habuit decorem, habuit & fortitudinem, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco,& in his qui salui fiũt, & in his qui pereunt. Quibus enim placet bonũ, salui siunt: qui detrahũt bono, pereunt. Quod suũ erat ille odorem habebat bonũ, immo bonus odor erat: sed væ miseris qui & bono odore moriuntur. Non.n.ait illis, Bonus odor sumus, illis malus odor sumus: sed Christi bonus odor sumus, ait in omni loco,& in his qui salui fiũt, & in his qui pereunt. Subiecit statim: alijs quidem odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem: Quibus.n.erat odor vitæ in vitam, decorem induerat: quibus erat odor mortis in mortem, fortitudinem induerat. Si autem tunc gaudes, qũ te laudãt homines,& placent illis opera tua: cum autem vituperauerint, deficis in bonis operibus, & quasi fructũ bonorum operum tedidisse arbitraris, quia inuenis reprehenflores, non stetisti immobilis, non pertines ad orbem terrarum qui non commouebitur: Induit dñs fortitudinem & p̃cinctus est. De ipso decore & fortitudine habet alio loco apostolus Paulus, Per arma iustitiæ dextera & sinistra. Vide vbi decorẽ, vbi fortitudinẽ, Per gloriam & ignobilitatem. In gloria decorus, in ignobilitate fortis. Apud alios gloriosus p̃dicabat̃, apud alios ignobilis conténebat̃. Decore afferebat eis quibus placebat, fortitudinem aduersus eos quibus displicebat. Et sic enumerat omnia vsque in finẽ, vbi dicit, quasi nihil habẽres, & omnia possidentes. Cũ omnia possidet, decorus est: cum nihil habet, fortis est. Nõ ergo mirũ est si sequitur, Etenim firmauit orbẽ terræ qui non commouebitur. Qũo enim non cõmouebitur orbis terrarum? Cũ credunt in Christum omnes fideles,& parati sunt ad vtrunque, gaudere cũ laudãtibus, fortes esse aduersus vituperantes: nõ mollescere linguis laudantiũ, nec frangi linguis vituperantiũ. Forte quæramus & de hoc verbo, quare dixit p̃cinctus est. Cinctio opera significat. Tũc.n.se quisque cingit, cũ operaturus est. Sed quare non dixit, cinctus est, sed præcinctus est? Dicit enim in alio Psalmo, Accingere gladium tuum Psal.44. circa femur potentissime: populi sub te cadent. Nec ibi dixit cingere, neque p̃cingere, sed accingere. Accingeris.n. quando aliquã adiunxeris lateri tuo præcinctionem. Ideo accingere gladiũ tuum. Gladius domini vnde debellauit orbẽ terrarum, occidendo spiritus nequitiæ, spiritus dei est in veritate sermonis dei. Quare circa femur accingere dicitur gladiũ? Aliud quidem ex alio de alio Psalmo ad cinctionẽ diximus. Sed tamen quia commemoratũ est, non est ptermittendum. Quid est ae cinctio gladij circa femur? Per femur carnem significat. Non enim aliter debellaret dominus orbem terrarum, nisi in carnem veniret gladius veritatis. Hic ergo quare p̃cinctus est? Qui se præcingit, ante se ponit aliquid quo præcingitur. Vnde dictum est, Præcinctus Ioã. 13. est linteo, & lauit pedes discipulorum suorum. Quia.n.tunc humilis fuit quando linteo præcinctus est, lauit pedes discipulorum suorum. Omnis autem fortitudo in humilitate, quia fragilis est omnia super D bia. Ideo cũ de fortitudine diceret, addidit p̃cinctus est, vt recolas deum præcinctum humilem, qũ pedes discipulorum lauit. Et exhorruit Petrus dñm suũ magistrũ suũ, minus dixi magistrũ suũ, cũ dixissem dñm suum: cur uãtẽ se ante pedes suos, & lauantẽ sibi pedes, expauit & dixit, Dñe, non lauabis mihi pedes. Et ille, Quod ego facio, tu nescis modo, scies autẽ postea. Et ille, Ioã. 13. Non lauabis mihi pedes in æternum. Et ille, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Petrus qui primo expauerat dominum lauantem sibi pedes, plus expauit, non habebis partem mecum, & credidit nõ sine causa hoc facere dominũ, nisi quia

erat aliquod illud forte sacramentum, & ait, Dñe, non pedes tantum, sed & caput totum. Et ille, Qui lotus est semel, non hét necessitatem iterum lauandi, sed est mundus totus. Non ergo ad sacramentum tm̃ mundationis pertinebat quod lauit pedes eis, sed ad exẽplũ humilitatis. Hoc enim dixerat, Quod enim ego facio nescis, scies postea. Videamus si scierũt postea, videamus si aperuit illis quod faciebat, vt videamus dominum præcinctum fortitudine, quia
E in humilitate est tota fortitudo. Cum lauisset eis pedes rursus discubuit, & ait illis, Dicitis me magistrũ, & uerũ dicitis, Sum etenim: Dicitis me dominum & verũ dicitis, sum etenim. Si ergo ego magister & dominus vr̃ laui vobis pedes, qũo oportet ut hoc uobis inuicẽ non faciatis? Si ergo in humilitate est fortitudo, nolite timere superbos. Humiles tanquam petra sunt. Petra deorsum videtur, sed solida est. Superbi quid? Quasi fumus, Etsi alti sunt, euanescunt. Ergo ad humilitatem domini referre debemus quod præcinctus est, secundum commemorationem euangelij, q̃ præcinctus ẽ, vt lauaret pedes discipulis suis. Est & aliud qd̃ in hoc verbo possumus intelligere. Diximus, quia qui se præcingit, ante se ponit quod sibi adiungit vt se cingat. Quia ergo illi qui detrahunt nobis, aliquando nobis absentibus faciunt, tanquam post dorsum suũ sunt: aliquando coram in faciem, sicut
Mat.27 dño faciebant pẽdenti in cruce, Si filius dei
F est descendat de cruce: non opus habes fortitudine quando tibi aliquis detrahit absenti, quia non audis, nec sentis. Si autem in faciem tibi dicat, opus est vt fortis sis. Quid est, fortis sis? Vt feras, ne forte ideo te putes fortem cum audieris, quia percutis pugno victus conuitio. Non est ista fortitudo si conuitiatus percutias, quoniã ab ira victus
Pro.16. es. Et ualde stultum est hominem victum fortem dicere, cum dicat scriptura. Melior est qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem. Meliorem dixit iræ victorem, quam ciuitatis captiuatorem. Habes ergo aduersarium magnum in teipso. Cum audito cõuitio ira cœperit surgere vt reddas malum
1. Pe.3. pro malo, recordare, verba Apostoli, Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledictio. His verbis recordatis frangis iram, tenes fortitudinem, & quia coram te ille tibi maledixit, non post dorsum tuum præcinctus es illa. Iam cæte-

ra audiamus, Breuis est Psalmus. Etenim confirmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Videtis fratres, multi credunt in Christum, magna turba est, & tamen in hac magna turba audistis modo cum Euãgelium legeretur, quia veniet dominus fegens palam in manu sua, & mundabit aream suam, frumentum recondet in horreo, paleas comburet igne inextinguibili. Sunt ergo per totam terram & boni & mali. Boni
G grana sunt, mali palea. In aream intrat tribula, paleam concidit, tritici cũ purgat. Quid Matt.3.
est ergo orbis terrarum qui non commouebitur? Quod vtiq. non diceret, nisi esset & orbis terrarum qui commouebitur. Est orbis terrarum qui non commouebitur, est orbis terrarum qui commouebitur, quia & boni qui stabiles sunt in fide, orbis terrarũ est, ne quis diceret, in parte sunt: & mali q̃ non stant in fide cum senserint aliquã tribulationem, per orbem terrarum sunt. Est ergo orbis terrarum mobilis, est orbis terrarum immobilis, de quo dicit Apostolus, 1. Tim.
Videte orbem terrarum immobilem. Rogo te de quibus dicebat Apostolus? Ex qui bus est Hymenens & Philetus, qui circa veritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Nunquid isti ad orbem terrarum pertinebant, qui non commouebitur? Non, sed palea erant: Et fidem, inq̃t, quorundam subuerterunt. Non dixit omnium, & si omnium diceret, omnes intelligere deberemus pertinentes ad ciuitatem H
Babyloniam, quæ habet damnari cum diabolo. Tamen fidem quorundam dixit, & Ibidem.
quasi diceretur ei, & quis eis potest resistere? subiecit statim, Firmum autem fundamentum dei stat. Ecce habes orbem terrarum qui non commouebitur, habens signaculum hoc. Quod signaculum habet firmum fundamentum? Nouit dominus qui sunt eius. Iste est orbis terrarum qui non commouebitur, nouit dominus qui sunt eius. Et quod signaculum habet? Et recedet ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini: Modo ab vbi supra
iniquitate recedit: Ab iniquis enim non potest recedere, quia mixta est palea tritico vsque dum ventiletur. Quid dicimus fratres? Et in ipsa area, mira res est de tritico: Recedit a palea cum trituratur, & non recedit ab area cum trituratur. Quando autem omnino separabitur? Cum Matth.3.
venerit

venerit uentilator. Ergo modo area in orbe terrarum est, necesse est ut si proficis, in ter iniquos viuas, Ab iniquijs recedere nõ potes, ab iniquitate recede. Recedat ab iniquitate omnis q̃ nominat nomẽ dñi, & erit in orbe terrarũ qui non cõmouebitur. Parata est sedes tua deus ex illo.) Sedes tua deus ex illo. Ex illo, quid est? Ex tunc, Tanquam si diceret, Quæ est sedes dei? Vbi sedet deus? In sanctis suis. Vis esse sedes dei? Para locum in corde tuo vbi sedet. Quæ est sedes dei, nisi ubi habitat deus? Vbi habitat deus, nisi in tẽplo suo? Quid est tẽplũ eius? Nũquid parietibus instruitur? Absit. Mundus iste est forte templum ipsius, quia valde magnus est, & digna res quæ capiat dominum? Nec capit eum à quo factus est. Et vbi capitur? In anima quieta, in anima ista, Ipsa illum portat. Magna res fratres. Certe magnus est deus. Fortibus grauis ẽ, infirmis leuis est: Quos dixit fortes? Superbos, qui quasi habent præsumptionem virtutum suarum. Nam infirmitas illa in humilitate, maior fortitudo est. Audi Apostolum dicentem. Quando infirmor, tunc potens sum. Hoc est quod cõmendauit Euangelium, quia dominus præcinctus est fortitudine quando humilitatem docebat. Ergo ipsa est sedes dei, quę aperte alio loco in Psalmis dicitur, Super quem requiescet spiritus meus? Id est, ubi requiescet spiritus dei, nisi in sede dei? Audi quomodo describat ipsam sedem. Forte auditurus eras magnam domum, amplã, spatiosam, atriorum magnitudine, & fulgore tectorum. Audi quid sibi paret deus, Super quem requiescet spiritus meus? Super humilem & quietum, & trementem verba mea. Ecce humilis esto & quietus, vt & in te habitet deus. Altus est deus, non in te habitat si altus esse uolueris, Certe altus vis esse, vt habitet in te deus, humilis esto & tremẽs ver ba eius, & ibi habitat. Nõ timet trementem dominũ, quia ipse illã firmat. Parata est sedes tua deus ex illo. Ex illo. i. ex tunc. i. quasi quoddam tẽpus significat ex tunc: Ex quo? Forte ex die ante sabbatum: Ex illo, quia ti alius Psalmi pscribit nobis ex quo. Sexto enim die, id est, tempore huius mundi sexto venit dominus in carne. Ex illo ergo? Planè ex illo secundum hominem, ex illo ex vtero. Quid enim dicit alius Psalmus? In splendore sanctorum ex utero. In splendore sanctorum, id est, vt illuminẽtur sancti, ut videant deum in carne, & purgetur cor, unde videatur in diuinitate. In splẽdore sanctorum ex utero. Sed quid ibi sequitur? Ne forte ex vtero inde incipere putares esse Chm̃, Ante luciferũ, inquit, genuite. Cum dixisset, In splendore sanctorum ex vtero: subiecit statim ne putares Chm̃ à tempore esse cœpisse, ex quo natus est, Ibidem.
sicut cœpit Adam, sicut Abrahã, sicut Dauid, Ante luciferum genuite, ante oẽ quod illuminatur. Per luciferũ. n. aut stellas omnes significat, & per stellas tempora, quia fecit deus stellas in signo temporum, vt ante L
tempora inuenias natum esse Chm̃: & vti Gen. 1.
que qui natus est ante tempora nõ põt videri natus ex tempore, quia & tẽpora creatura dei sunt: Et vtique si omnia per ipsum facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt: Ioan. 1.
Aut certe ante omnes spiritus qui illuminantur de sapientia dixit, Ante luciferũ genuite. Intendat charitas ura. Qũo ergo cũ dixisset, Ex vtero ueluti prædicauit fidei nostræ, ne inde putaremus cepisse Chm̃, ex quo ex utero uirginis natus est: subiecit statim, Ante luciferum genuite: sic & hic cum dixisset, Ex illo. i. ex quodam tempore, ex die ante sabbatum, ex illa sexta ætate mundi, quando uenit dñs Christus & in carne natus est: Et quia dignatus est homo fieri pp nos deus, nõ solum ante Abrahã, sed ante cælum & terram: qui dixit, Ante Abrahã ego sum: Non solum autem ante Ioan. 8.
Abraham, sed ante Adam: non solum ante Adam, sed ante omnes angelos, ante cælum & terram, q̃a omnia per ipsum facta sunt: subiecit ne tu intẽdens diem natiuitatis domini ex quo natus ẽ, putares ex illo cẽcepisse, Parata est sedes tua deus. Sed q̃d deus? Ioan. 1.
A seculo tu es.) Ab æterno dixit, ἀπὸ αἰῶνος, sic habet Græcus. αἰὼν aliquando secu M
lum ponitur, aliquãdo ẽternũ ponitur. Ergo o tu qui ex illo uideris natus, ex æterno es. Non autẽ natiuitas humana cogitetur, sed cogitet ẽternitas diuina. Ergo cepit ex quo natus est, ereuit: audisti Euangelium, Elegit discipulos, impleuit illos, cæperunt prædicare discipuli. Forte hoc est quod cõsequenter dicit, Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uocem suam. Eleuauerunt flumina uoces suas.) Quæ sunt ista flumina, quę eleuauerunt uoces suas? Non audiuimus: Neque quando natus est dominus audiuimus locuta flumina, neque quando baptizatus est, neque quan-

quando passus est audiuimus flumina locuta. Legite Euangelium,& nõ inuenitis q̃a locuta sunt flumina. Parum est quia locuta sunt,eleuauerunt voces suas. Non solũ locuta sunt,sed fortiter, magnè, excelsè. Quæ sunt ista flumina quæ locuta sunt? Diximus q̃ in Euangelio non legimus, tñ ibi quæramus.Nam si ibi non inuenimus, vbi inueniemus?Ergo vobis fingere potero,& subito ero nõ certus dispensator, sed ineptus fabulator.In Euãgelio q̃ramus, simul quæramus, quæ sunt ista flumina,q̃

A eleuauerunt voces suas.Stabat Iesus,& clamabat,dictum est in Euangelio.Quid clamabat?Ecce iã ipm caput fluminũ clamat, ipse fons vitæ vnde sunt flumina cursura, leuauit prior vocem suã. Et quid stans Ie-

Ioam.7. sus clamabat? Qui credit in me,sicut scriptura dicit. Flumina aquæ vitæ de uentre eius fluent. Euangelista sequitur statim, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eũ erant creditu ri Spiritus aũt nõdum erat datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus.Cum aũt glorifica-

Ibidem. tus est Iesus in resurrectione,& ascensione in cœlos,sicut nostis fratres,impletis ibi decem diebus p̃p quoddam sacrm,misit spm̃ suum sanctum,impleuit discipulos. Ipse spiritus magnũ flumen, vnde impleta sunt

Acto. 2. multa flumina. De ipso flumine dicit Psalmus alio loco,fluminis impetus lætificat ci

Psa. 42. uitatem dei. Ergo facta sunt flumina currentia de ventre discipulorum, cum acceperunt spm̃ sanctum? Ipsa flumina accepto spiritu sancto, vnde eleuauerũt voces suas? Quare eleuauerunt? Quia primo timuerunt: Petrus nondum erat flumen, quando interrogatione ancillæ ter Christum

Mat. 36 negauit dicens,Nescio hominem. Hic ti-

B mens mentitur,nondum eleuat vocem,nõ dum est flumẽ. Vbi autem impleti sunt spiritu sancto,accersierunt eos Iudęi, & prę-ceperunt eis ne omnino loquerentur,neq.

Actp.4. docerent in nomine Iesu.Petrus aũt & Ioã nes dixerunt ad eos, Si iustũ est corã deo, vt uobis obediamus magis q̃ deo,iudicate: Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. Eleuauerunt ergo flumina uoces suas. A vocibus aquarum multarum:) Ad ipsam eleuationem vocis pertinet quod ibi scriptum est,Stetit autem Pe

Ibidem. trus cum vndecim, & eleuata uoce dixit ad eos,Viri Iudæi,& cætera quibus annũciat Iesum sine timore cũ magna fiducia.

Eleuauerunt enim flumina vocem suam, à vocibus aquarum multarum. Nam & cum dimissi essent Apostoli de concilio Iudæorum, venerunt ad suos & indicauerunt quanta eis sacerdotes & seniores dixerunt. At illi audientes, leuauerunt voces unanimes oẽs ad dñm & dixerũt, Dñe,tu es q̃ fecisti cœlũ & terrã, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & cætera quę dicere potuerũt flumina eleuantia uocem suam: C Mirabiles suspensuræ maris.) Cum enim eleuassent uoces suas discipuli illi,credi derunt multi, & acceperunt multi spm̃ sanctum,& cœperunt multa flumina clamare de paucis. Ideo sequitur,A uocibus aquarum multarum mirabiles suspensurę maris.i.huius seculi. Cum cępisset Chrs,tantis uocibus prædicari, cœpit irasci mare, cęperunt crebrescere persecutiones. Cum eleuassent ergo flumma uocem suam à uocibus aquarum multarum, mirabiles suspẽ suræ maris.Suspensuræ,exaltationes sunt, quia q̃ irascitur mare, suspenduntur fluctus. Suspendant fluctus quantũ uolunt, fremat mare quantũ vult, mirabiles quidẽ suspensuræ maris,mirabiles minę,mirabiles persecutiones.Sed vide quid sequitur. Mirabilis in excelsis dñs.) Compescat se ergo mare,& aliqñ tranquilletur, dei pax Christianis. Turbabatur mare,fluctuabat Mat.14 nauicula Nauicula Ecclesia est,mare seculum est. Venit dominus,ambulauit super mare, & presit fluctus. Qũo ambulauit dominus super mare? Super capita istorũ fluctuũ magnorũ spumantium.Potestates & reges crediderũt,& subiugati sunt Christo. Ergo non terreamur,quia mirabiles suspensuræ maris, mirabilis in excelsis dominus. Testimonia tua credita facta sunt nimis.Magis q̃ mirabiles erant suspensurę maris,& mirabilis in excelsis dominus. Testimonis tua credita facta sunt nimis. Testimonia tua, quia dixerat illud antè, D Hęc dico vobis, vt in me pacẽ habeatis,in mũdo aũt pressuram. Ergo quia mundus Ioã.16 pressurã uobis facturus est,dico vobis. Cę perunt pati, & confirmauerunt in se quod illis prædixerat dñs, & magis fortes facti sunt. Cũ enim videbant impleri in se passiones,sperabãt compleri in se & coronas. Et ideo mirabiles suspensuræ maris,mirabilis in excelsis dominus. Vt in me,inquit, pacem habeatis, in mundo autem pressuram. Ergo quid facimus? Sequit mare & extolluntur

extolluntur fluctus, & rabidi fremunt,pressuras patimur.Nonne forte deficimus?Ab hoc.Mirabilis in excelsis dñs. Ideo & ibi cũ diceret, Vt in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram, quasi diceretur, Putas non premet nos mundus & extinguet nos,statim subiecit,Sed gaudete, quia ego vici seculum.Si ergo ait,ego vici seculum, adhæret illi q̃ vicit seculũ, qui vicit mare, Gaudete ad eũ, q̃a mirabilis est in excelsis dñs,& testimonia tua credita facta sunt nimis.Et q̃d factũ est de his omnibus?Domũ tuã decet sanctificatio dñe.) Domum tuã,totam domum tuam, Non hic,aut ibi, sed domum tuã,tñ per totum orbem terrarum.Quare per totum orbem terrarũ? Quia correxit orbem terræ qui non commouebitur.Domus domini fortis erat,per totum orbem terrarum erit.Multi cadẽt, sed domus illa stat.Multi turbabuntur,sed domus illa non mouebitur.Domum tuam decet sanctificatio domine.Núquid paruo tempore?Absit.In longitudine dierum.)

In Psalmum nonagesimumtertium, Præfatio.

SIcut intentissime audiuimus cũ Psalmus iste legeretur, ita intente audiatis cum reuelat dominus quæ hic dignatus est opacare mysteria. Ad hoc.n.clauduntur quædam sacramenta scripturarũ, non vt denegentur, sed vt pulsantibus apeantur.Si ergo affectu pio & syncera corde charitate pulsetis, ille aperiet qui videt vnde pulsetis. Notum est nobis omnibus, atque vtinam de numero eorum non simus: multos murmurare aduersus dei patientiam,& dolere iniquos homines & impios,vel viuere in hac terra, vel etiam plurimum posse malos aduersus bonos, & sępe malos premere bonos:malos exultare, bonos laborare,malos superbire,bonos humiliari.Attendentes talia, in genere enim humano abundant,peruertuntur impatiẽtes & infirmi animi,tq̃si frustra sint boni, quia deus auertit vel auertere videtur oculos suos à nobis opibus piorum & fideliũ, & augere malos in his quæ diligunt. Putã tes ergo infirmi frustra se bene uiuere, aut inuitatur ad imitandã malitiã eorum quos quasi florere cõspiciunt: aut si per infirmitatẽ,uel pſonę suæ,uel animi timent male facere, ne aliquid illis secundum leges scu-

li mali accidat, non quia iustitiam diligunt, sed vt dicam apertius, timentes damnari inter homines vel ab hominibus, abstiterunt se quidem à factis malis, sed non se abstinent à cogitationibus malis. Et inter cogitationes eorum iniquas præcipue caput iniquitatis illa tenet impietas, quia videtur eis deus negligere & non curare res humanas: & aut æqualiter habere bonos & malos,aut etiam quod est perniciosius cogitare,insectari bonos, & malis fauere. Qui talia cogitat,& si nihil mali alicui faciat, facit plurimum sibi, & in semetipsum impius est,& iniquitate sua non lædit deum,sed interficit se:neque nocent hominibus, qui timidi sunt qui talia cogitant,sed tamen homicidia eorum, adulteria eorum, fraudes & rapinas eorum videt deus, & punit in cogitationibus eorũ. Quid enim velint, ille attendit,cuius oculus non repellitur carne, ut non videat voluntatem. Tales si occasiones inueniant, non mali fiunt sed manifestantur, non ut sentias quid natum sit manifestum, sed ut intelligas quod latebat incluſum. Paucis his annis, & prope hesterno die viderunt hæc homines, & probauerunt etiam qui tarde intelligunt. Erat enim hic una domus potẽtissima ad tempus,de qua flagellum fecerat deus generi humano, & castigatum est inde genus humanũ, sic cognoscat flagellum patris, & timeat sententiam iudicis.Cum ergo esset hinc eadem domus magna,multi sub illa gemebant,murmurabant,reprehendebant,detestabant, blasphemabant.Qũo se arctant homines,& dantur diuino illo iudicio multi in concupiscentias cordis sui. Subito euertebant ipsam domum illi qui murmurabant de ipsa domo, & ab eis talia homines paticbantur, qualia se pati ipsis à talibus pauloante querebãtur. Bonus ergo ille est qui & qñ potest mala facere non facit,de quo scriptũ est, Qui potuit transgredi & non est transH gressus, & facere mala & non fecit, Quis Ecc. 31 est hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Loquebatur scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus.n.tãtum uult nocere quãtum leo, Dissimiliter nocent,sed non dissimiliter cupiunt: Leo enim non solum contemnit canem latrantem, sed etiam fugat, & uenit ad ouile, & obmutescentibus canibus rapit quod potest.Lupus non audet inter latratus canũ.

Nun-

Nunquid ppea quia non potuit auferre à canibus territus, innocẽtior remeauit? Docet ergo deus innocentiã, vt quisquis innocẽs sit, nõ timore pęnę, sed amore iustitię. Tũc.n.liber est innocens, & verus est innocẽs. Qui ãt timore innocẽs est, nõ est innocẽs, quãuis nõ noceat cum vult nocere. Non.n.nocet alteri per effectũ malũ, sed sibi plurimũ cupiditatẽ p malã. Nã qũo sibi noceat, audi scriptũ, Qui autem amat iniquitatem, odit animam suã. Et reuera multum errant homines, qui putant iniustitiã suam alijs nocere, & sibi non nocere. Ad alios procedit iniquitas cuiuslibet, vt corpori noceat, vt rem familiarẽ lædat, vt villam inuadat, vt mancipium abducat, vt aurum auferat, aut argentũ, vel si quid aliud possit, Ad hoc profertur illa iniquitas ad alterum. Ergo iniquitas tua alieno corpori nocet, tuo animo non nocet? Contra istam simplicem veracemque doctrinam qua insinuatur hominibus bonis, vt ipsam iustitiam diligant, & ex ea placere deo velint, ab illa intelligant luce quadam intelligibili perfundi animã suam, vt faciant iusta opera, & illam lucem sapientiæ omnibus quæ in seculo diliguntur præponant: Contra istam doctrinam talia murmura sunt hominum, etsi non procedunt in uoce, roduntur in corde. Quid ergo dicunt? Vere placiturus sum deo per iustitiam: Aut iusti illi placent, sub cuius imperio mali florent? Tanta mala committunt, & nihil illis euenit mali. Aut si forte euenit aliquid mali, quid tibi dicunt illi cum eis cœperis dicere, Ecce quãta fecit mala, quomodo illi reditum est, qualem exitum habuit? Incipiunt illi cogitare iustos quibus mala euenerunt, & opponunt nobis & dicunt, Si illi propterea mali accidit aliquid quia iniquus fuit, illi quare accidit qui tam iuste vixit? Qui eleemosynas tantas fecit, qui tã
K multa bona operatus est in Ecclesia, quare talem sortem inuenit? Quare talem exitũ habuit, qualem ille homo qui multa iniqua commisit? Ad hoc autem ista dicunt, vt oñ dant se propterea non facere mala, quia nõ possunt, aut quia non audent. Nam quid velit cor, lingua testatur. Et quidem etiam si lingua obmutesceret, & ipsa timore compressa esset, deus videret intus quid cogitaret homo, si etiam alium hominem lateret. Tacitas ergo cogitationes hominum tales, aut etiam erumpentes in verba vel facta

Psa. 10.

curat iste Psalmus, si curari velint. Intendant ergo & curentur, Atque utinã in hac multitudine tota quæ nunc est inter istos parietes, & audit per nos verbum domini, nulla sint talia vulnera, quæ curentur, Vinam nulla sint, Non tamen rem superfluã facimus dicere, si nulla ibi sunt vulnera. Instruantur corda ad sanandos alios, cum audire talia cęperint. Credo enim quia unusquisque Christianus cum audierit aliquẽ dicentem talia, si bonus fidelis est, & bene credit deo, & spes eius est in futuro seculo, non in hac terra, non in hac uita est, non frustra audit vt sursum cor habeat, irridet & dolet talia murmurantes, & dicit sibi, Deus nouit quid agat, nos non possumus nosse consilium ipsius, quare parcit malis ad tempus, vel quare laborent boni ad tempus, Sufficit tũ mihi hoc scire, quia & ad tẽpus laborat bonus, & ad tẽpus floret malus. Qui ergo talis est, securus est, & patienter fert omnes fœlicitates malorum, & labores bonorum, tolerat donec finiatur hoc seculum, donec transeat iniquitas. Iam talis beatus est, & erudiuit eum deus de lege sua, & mitigauit eum a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Qui vero nondum est talis, audiat per nos quod dño placet, Plura autem ipse dicat in corde, qui melius videt vulnus qđ curet. Psalmus hunc titulum habet, id est, hãc inscriptionẽ, Psalmus ipsi Dauid quarta sabbati.) Docturus ẽ Psalmus iste patiẽtiam in laboribus iustorum, Cõtra iniquorum fœlicitas patientiam docet, patientiã ædificat, Hoc habet totus à capite vsque in finem. Quare ergo talem habet titulum, in quarta sabbati? Vna sabbati, dies dominicus est secunda sabbati, secunda feria, quem seculares diem lunæ vocant. Tertia sabbati, tertia feria, quem diem illi martis vocant. Quarta ergo sabbatorum, quarta feria, qui mercurij dies dicitur à Paganis & à multis Christianis, sed volumus ut dicãs, atque utinam corrigantur ut non dicant. Sic enim habent linguam suam, qua utantur. Non enim & in omnibus gentibus ista dicuntur. Multæ gentes aliæ atque aliæ aliter vocant. Melius ergo de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit. Tamen si quem forte consuetudo traxerit, vt illud exeat ex ore quod improbat cor, de, intelligat illos omnes de quorum nominibus appellata sunt sydera homines fuisse, nec

nec ex eo esse cœpisse ista sydera in cœlo, ex quo illi esse cœperunt. Et ante ibi fuerunt sed per beneficia quædam mortalium mortalia illi homines pro tẽpore suo, quia plurimũ potuerunt & eminuerunt in hoc seculo cũ chari essent hominibus, non pp vitã eternã, sed pp commodum temporale dederebant eis diuini honores. Veteres enim uates decepti, & decipere volentes, in eorum adulationẽ qui sibi aliquid sedm mortem seculi præstitissent, sydera ostendebant in cœlo, dicẽtes, qp illius esset illud sydus & illud illius. Homines autẽ qui anon aspexerant vt viderẽt, quia ibi erãt & illa sydera antequam nascerentur, decepti crediderũt, & cõcepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmauit, Christus euertit. Nos ergo secundũ quod loquimur quarta sabbatorũ, quartus dies intelligitur à die dominica. Attendat quæso charitas uestra quid sibi velit iste titulus. Hinc grande mysterium, & reuera secretum. Nam pleraq. ipsius Psalmi manifeste sonant, & manifeste mouent, & cito intelliguntur. Hic aũt titulus quod fatẽdum est habet non parum obscuritatis, sed aperit dominus & serenabit nubilum, & videbitis Psalmum, & ex fronte Psalmi cognoscetis eum. In fronte enim habet Psalmus iste, Psalmus ipsi Dauid quarta sabbatorum. In limine est titulus, in postibus fixus est. Volunt homines titulum cognosce re, & sic domum intrare. Recolamus ergo scripturam sanctam in Genesi, primo die quid sit factum, inuenimus lucem: secundo die quid sit factum, inuenimus firmamentum quod appellauit deus cœlum: tertio die quid sit factum, inuenimus speciem terræ & maris, & segregationem, vt omnis cõgregatio aquarum vocaretur mare, & aridam vocaretur terra, Quarto die, luminaria fecit deus in cœlo, solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis, Hoc quarto die fecit. Quid sibi ergo vult quod de quarto die accepit Psalmus titulũ, in quo Psalmo docetur patientia aduersus felicitates malorum, & labores bonorum. Habes Paulum apostolum dicentem sanctis fidelibus roboratis in Christo, Omnia facite sine murmuratione & discepatione, vt sitis irreprehensibiles & sinceri, immaculati filij dei medio nationes tortuosę & peruersę, in quibus apparetis sicut luminaria in mũdo, verbum vitæ habentes. Simili tudo de luminaribus data est ad sanctos, vt sine murmuratiõe sint in natione tortuosa & peruersa. Sed ne quisquam propterea putet coleda esse & adoranda luminaria cœli, quia inde aliqua similitudo ducta est ad significationem sanctorũ, prius hoc explicemus in nomine Xpi, q̃ non sit cõsequẽs, vt ppea tibi videat adorandus sol, aut luna, aut stellæ, aut cęlum, quia aliqua de illis similitudo ducta est, quia significarent sancti, quia multa sunt de quibus ducta est similitudo ad significandos q̃ non adorant. Si.n.quicquid est vnde similitudo ducitur ad sanctos, adorandũ tibi putas, adora montes & colles, quia dictum est, Montes exultauerunt uelut arietes, colles velut agni onium. Tu de sanctis dicis, ego de ipso Christo dico. Adora leonẽ: quia dictum est, Vicit leo de tribut Iuda. Adora petrã, quia dictum est, Petra autẽ erat Chrs. Si autẽ non adoras in Chro ista terrena, quãuis de illis similitudo q̃dã data est ad significãdos sanctos, de quacunq. creatura ducta fuerit similitudo: tu intellige similitudinem creaturę, & adora artificem creaturę. Dictus ẽ sol dñs noster Iesus: Nũquid iste sol quem & minutissima animalia nobiscum vident? Sed de quo dictum est, Erat lumen verum quod illuminat omnẽ hominẽ venientem in hũc mũdũ. Nã lux ista nõ hoiem solũ illuminat, sed & iumenta & pecora & omnia animalia. Quod aũt illuminat omnem hominem, in corde illuminat, vbi intellectum solum habet. Intelligat ergo charitas uestra quibus dixit Apostolus in natione tortuosa & peruersa. i. inter iniquos in quibus apparetis sicut luminaria in mundo, verbum uitæ habentes, quodammodo admonuit nos, & istum Psalmum intelligere, & prænoscere titulum ipsius. Tales enim sancti in quibus est verbum vitæ, de conuersatione quã habent in cœlo despiciunt omnia iniqua q̃ fiũt in terra. Et qũo luminaria in cęlo p diẽ & per noctẽ procedũt, peragunt itinera sua, cursus certos habent, & commitunt tanta mala, nec deuiant desuper stellæ fixæ, in cœlo, agentes per tractus cęlestes, q̃ illis pstituit & cõstituit creator ipsorum: sic debent sancti, sed si in cœlo figantur corpora eorũ, si non frustra audiant & respondeant sursum se habere cor, si imitentur eum qui ait, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Qui ergo sunt in supernis, & de supernis cogitant: sicut

Psa. 113 C
Apoc. 5
1. Co. 10
Sapiẽ. 5
D
Ioan. 1.
Phili. 2.
Phili. 3.

dictum

Matt.6. dictum est, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt,& quicquid in terra committitur, sic nō curant donec peragant itinera sua, quemadmodum non curant luminaria cœli,nisi quō exerceāt dies & noctes,quamuis tanta mala videant fieri super terra. Sed facilè est forte vt ferant iusti iniquitates malorum q̄ non in ipsos fiunt. Sed sicut ferunt quæ in alios fiunt, sic ferant & quæ in ipsos fiunt. Non enim propterea debent ferre & tolerare, quia in alios fiunt. Etsi in te fiant,non debent perdere tolerantiam. Nam qui perdiderit tolerantiam,cecidit de cœlo. Qui autem fixum habet cor in cœlo, terra ipsius labor at in terra. Quanta & de ipsis luminari-

E bus fingunt homines, & patienter ferunt, quō iusti patienter debēt ferre omnes etiā de se falsas criminationes? Hoc ipsum quod iam dudum dixi, quia illa stella Mercurij est,& illa stella Saturni est,& illa stella Iouis est,conuitia fiūt stellis. Quid illæ,cum audiunt tanta conuitia? Nunquid mouen-

Phili. 2. tur, aut non exercent cursus suos? Sic & homo q̄ in natione puersa & tortuosa habet verbum dei, sicut luminare est fulgens in seculo. Quanta qui sibi videntur honorare solem,de illo mentiuntur, Qui dicūt Christus est sol,mentiuntur de sole. Nouit sol dominum suum esse Christum & creatorem suū: Et si indignari potest,acerbius indignatur contra falso honorantem, quā contra contumeliosum. Seruo enim bono, maior contumelia est iniuria domini. Quanta falsa de ipsis luminaribus quidam dicunt, & ferunt,tolerant & non mouentur. Quare? Quia in cœlo sunt. Cœlū autē quid est? Nec hoc prætermittamus. Quædā de luna mentiuntur homines,quā do vident obscurari lunā,& dicunt,malefici illam deponunt, cum certis temporibus defectum suum habeat secundum dei dí-

F spositionem: Non curat tamen ista verba hominum illa quæ in cœlo est: Sed quid est,in cœlo? In firmamēto cœli est. Cuius ergo cor in firmamento libri dei est, illa non curat. Nam cœlum.i.firmamentum, intelligiē per figuram libri legis. Ideo quo-

Ps.103. dam loco dicitur. Extendens cœlum sicut pellem: Si extenditur sicut pellis,tanquam liber est extentus vt legatur. Transacto autem tempore quo legitur lex,propterea.n. legitur lex, quia nōdum venimus ad illam sapientiam,q̄ implet corda & mētes intuen-

tium,& nō opus erit vt al quid ibi nobis legatur, qa in eo quod nobis legitur,syllabæ sonant & transeunt,illa autē lux veritatis nō præterit, sed fixa permanēs inebriat corda videntiū: quō dictum est,Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ,& torrente delitiarum tuarū potabis eos, quoniam apud te est dñe fons vitæ. Et vide ipsum fontē. In lumine tuo videbimus lumen. Modo et go lectio necessaria est, quādiu ex parte cognoscimus, & ex parte propheramus: sicut dicit Apostolus, Cùm autē venerit quod perfectū est, auferetur quod ex parte est. Nō enim liber necessarius erit,neque lege mus in illa ciuitate Hierusalē vbi angeli vrunt: vnde nos modo peregrinamur,& peregrinatio nra gemit, gemit aūt si scimus quia peregrinamur. Nā odit valde patriā, qui putat sibi bene esse cū peregrinat. Nunquid in illa ciuitate vbi sunt angeli Euāgeliū legitur,aut Apostolus? Verbo dei paſcū tur: Quod verbū dei vt sonaret nobis ad tempus,Verbū caro factum est, & habitauit in nobis, Sed tamen ipsa lex q̄ scripta est, firmamentū nobis est: ibi si sit cor nostrū, non compellitur iniquitatibus hominum. Dictū est ergo, Extendit cœlū sicut pellem. Cum aūt transeunt tempora necessitatis librorū,fit quod dictum est,Cœlum aplicabitur vt liber. Qui ergo sursum habet cor,ipsum cor ipsius luminare est: In cœlo fulget,nec vincitur tenebris: Infra.n. sunt tenebræ,tenebræ aūt iniq tas, nō incō mutabiles tenebræ. Iā & hesterno die commemorauimus. Sed q̄ hodie tenebræ sunt, si velint,cras lux erunt. Qui tenebræ huc ingressi sunt,si velint,iam lux esse possunt. Aperte.n. Apostolus ne quis putaret natu rales esse iniquitates,q̄ mutari nō possunt, Fuistis.n.inquit,aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, sicut filij lucis ambulate. Lux,inquit,in domino,non in vobis,Cor ergo in libro: Si cor in libro,cor in firmamento cœli. Si ibi est cor,inde lucet, & non mouebitur iniquitatibus subterpositis: non quia in cœlo ibi est per carnem, sed quia ibi est per conuersationem: secundum quod dictum est, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Non potes cogitare illam ciuitatem,quia nondum vides. Vis cogitare cœlum? Librum dei cogita. Audi Psalmum, Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et ibi hic beatus dictus est,qui non

non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit,& in cathedra pestilentiæ non sedit, sed in lege domini fuit voluntas eius. Vide luminare in cęlo,Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Vult patienter ferre omnia? Non descendat de cœlo,& in lege eius meditabitur die ac nocte. Ergo in cœlo cor eius. Si in cœlo cor eius, omnes iniquitates quæ fiunt in terra ad tē-

pus,omnes fęlicitates malorum hominum, omnes labores iustorum meditanti die ac nocte legem dei,nulla sunt,& patienter tolerat omnia,& erit beatus eruditus à deo. Et quomodo in firmamento cœli? Quia lex firmamentum est. Beatus vir quem tu eruditeris dñe,& ex lege tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Attendite ergo luminaria quomodo procedūt & occidūt, & redeunt,Agunt cursus suos,distinguunt dem & noctem, voluunt annos & tempora: & ita mala fiunt in terra, illis quietem cœlo habentibus. Quid est ergo quod docet deus? Iam attendamus Psalmum.

Expositio Psalmi.

DEus vltionum dominus,deus vltionum fidenter egit.) Tu putas quia non vindicat? Qui vindicat,deus vltionum est. Quid est,deus vltionū? Deus vindictarum. In eo certe murmuras,quia non vindicatur in malos. Noli murmurare,ne inter illos sis in quos vindicatur. Facile furtū & viuit, Tu murmuras aduersus deum, quia non moritur qui tibi furtū facit. Si iam non facis furtum,vide. Si.n.iā dies ea,recole noctē suam. Si iam in cęlo fuisti es,recole terram tuam. Inuenis te furē fortasse fuisse aliquando, & aliquem alium horre stomachatum, quia & tu furtum fadoluisti,& non es mortuus. Quomodo autem tu quando faciebas, ideo vixisti vt postea nō faceres,noli quia tu transisti, velle misericordiæ dei pontem subuertere. Nescis illuc multos transituros, quò & tu transisti? Esses modo qui murmurares, si aduersus te audiretur qui prior de te murmurauit? Et tamen & nunc optas vindictā aduersus deum,quia fur non moritur, & murmuras in malos,vt fur moriatur,& murmuras in statera æqtatis furē & blasphemū. Aptum dicis qa fur non es, sed murmurando aduersus deum,blasphemus es. Ille captat somnum hominis vt aliquid inuolet, & tu dicis quia dormit deus & hominem nō videt. Ergo vis vt ille corrigat manum,prior tuā linguam,corrige: vis vt ille corrigat cor aduersus hominē, tu corrige cor aduersus deū,ne forte cū optas vindictā dei,si venerit te priorem inueniat. Nam illa veniet & vindicabit perseuerantes in nequitia sua, ingratos progationi misericordię ipsius,in gratos patientiæ ipsius, thesaurizantes sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,q̄ reddet unicuique sēm opera sua,qa deus vltionum dominus, deus vltionū, iō fidenter egit. Nulli enim pepercit,quando hic locutus est, ipse dñs erat in carnis infirmitate,sed in virtute sermonis non accepit personas principū Iudęorum. Quanta in illos dicit,& quō dictum est fidenter? Egit vere in fiducia quia scriptum est in Psalmis de illo, Propter miseriam inopium & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit domiuus. Qui sunt pauperes? Qui sunt inopes? Qui spē non habent nisi in illo solo, in quo solo spes non fallitur. Attendite fratres, qui sunt pauperes & inopes. Non omnino pauperes q̄ nihil habent videntur dici à scriptura, qñ laudant pauperes. Inuenis.n.pauperem hominem, qui qñ patitur aliquā iniuriam, nō attendit ni si patronum suū, in cuius forte domo manet,cuius inquilinus est,cuius colonus est, cuius cliens est,& iō se indige pati asserit, quia ad illum pertinet,Cor ipsius in homine,spes ipsius in homine, cinis in cinere. Sunt autem & alij qui opulenti sunt, & honoribus sēm tēpus humanis fulciuntur: & tamen nec in pecuniam suam spē ponūt, nec in fundis suis spem ponūt, nec in familia sua spem ponunt, nec in claritate transitorię dignitatis,sed totā spē in illo ponūt, cui nō succedit, q̄ mori non pōt,q̄ falli & fallere nō pōt. Tales etsi multa videnī habere sēm seculum, bene tamen ea gubernant ad refectionē indigentium, inter pauperes domini numerantur. Videt.n.pericu-

M lose se viuere in hac vita,sentiunt se esse peregrinos,sic diuersantur in opulentia diuitiarum suarū. quō viator in diabulo,transiturus,nō possessurus. Ergo quid dñs? Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dñs, ponā in salutari. Salutaris noster,saluator noster est. In illo voluit ponere spem & gemitū omnium

Ro. 11.

Mat. 17

L

Psa. 11.

nium inopum. Et quid ait? Fiducialiter agã
Psal.11. in eo. Quid est, fiducialiter agã? Non time
bit, non parcet uitijs & cõcupiscentijs ho
minum. Vere medicus fidelis, medicinali
ferro sermõis instructus, secuit omnia vul
nera, Ideo qa talis ꝓdictus & ꝓnunciatus
erat, talis etiam inuẽtus est, Loquebatur in
Matt. 5. monte vbi dixit, Beati pauperes spũ, quo
niam ipsorum est regnũ cœlorum. Ibi bea
ti dicti sunt, q ꝓsecutionẽ patiuntur ꝓp iu
stitiam. In ipso sermone dixit, Quia ipsorũ
est regnum cęlorum. Et ut faceret illos lu
minaria. i. patienter tolerantes omnia ista
iniqua q̃ transeunt, Beati eritis, inquit, cum
Ibidem. vos ꝓsecuti fuerint, & dixerint oẽ malum
aduersum vos, gaudete & exultate, qa mer
ces vestra magna est in cęlis. Deinde in ꝓ-
gressu sermonis cũ docere inciperet, quan-
A uis eũ turba circundaret, dixit talia discipu
lis suis, q̃ ferirent faciem phariseorũ & Iu-
dęorum: qa quasi primatus habebant expo
nendarum scripturarum omnium, qui sibi
quasi iusti videbantur, vel videri se arbitra
bantur, & ad quorũ primatum plebis obse-
quium videbat temperare, nõ pepercit, sed
Matt. 6. dixit, Q̃ oratis nõ eritis sicut hypocritæ
tristes, qui amant in synagogis & angulis
platearũ stantes orare, vt uideantur ab ho-
minibus, & cætera talia. Tetigit homines,
non timuit aliquem. Et cum terminasset ip
Matt. 7. sum sermonem, conclusit de illo scriptura
Euangelij sic, Factum est, inquit, cũ cõsum
masset Iesus verba hæc, admirabantur tur
bę super doctrina eius, Erat. n. docens eos
tanquã ptãtem habens, non quasi scribę eo
rum & Pharisęi. Quanta ergo ille de quo
Mat. 13 dictum est, erat doces eos tanquam ptãtem
habens, quanta dixit, Væ vobis Scribæ &
Pharisæi hypocritæ, quanta in illos coram
in faciem, Neminẽ timuit. Quare? Quia
deus ultionum est, Iõ non parcebat in uer-
bo, ut essent postea quibus parceret in iudi
cio: quia si nollent accipere verbi medici-
nam, incursuri erant vtique & inuenturi
iudicis sententiã. Quare? Quia dixit deus
vltionum dñs, deus vltionum fidẽter egit,
B id est nulli pepercit in uerbo. Qui in ver-
bo non pepercit passurus, parcet in senten
tia iudicaturus? Qui neminẽ timuit in hu-
militate, timebit quenquam in claritate?
Ex eo quod iã fidenter egit, cogita qũo sit
acturus in fine seculi. Noli ergo murmura
re aduersus deũ, qui quasi parcit malis, sed
esto bonus cui forte ad tps in flagello non
parcat, & in fine parcat in iudicio. Deus vt
tionum dñs, deus vltionum fidenter egit.
Et quia fidenter egit, illi non tulerunt fidu
ciam eius. Et quia humilis uenerat, & car-
ne mortali indutus erat, & mori venerat
non facere qđ peccatores, sed pati qđ pec-
catores, quia ꝓpea venerat vt cũ fidenter
egisset, & illi ferre nõ possent fiduciã eius
in uerbo, quid fecerunt? Tenuerunt, flagel
lauerunt, illuserunt, colaphizuerunt, sputis &
illinierunt, spinis coronauerunt, in crucẽ le
uauerunt, postremo occiderunt. Sed quid
sequitur quod fidẽter egerit? Exaltare qui
iudicat terrã.) Qua tenuerunt humilem,
tenebunt excellum? Puta quia iudicauerũt
mortalẽ, nonne ab immortali iudicabunt?
Quid ergo ait? Exaltare tu qui iudicas ter-
ram, exaltare tu qui fidenter egisti, & fidu-
ciam uerbi tui nõ sunt passi iniqui, & puta
uerunt se aliquid egisse, quia te cõprehen-
dentes crucifixerunt, qui te deberent fide
cõprehendere, cõprehenderunt persecutio-
ne. Tu ergo q fidẽter egisti inter iniquos,
& neminẽ timuisti, & quia passus es, exal-
tare. i. exurge, vade in cęlũ, patiatur in Ec-
clesia patienter, qđ passum est caput Eccle
siæ patienter. Et exaltare qui iudicas terrã.
Redde retributionẽ superbis.) Redditurus
est fratres. Quid est. n. quod dictũ est, Exal
tare q iudicas terrã, redde retributionem
superbis? Prophetia est prædicantis, nõ au
dacia iubentis. Non. n. quia dixit Prophe-
ta, Exaltare qui iudicas terrã, obtẽperauit
Prophetæ Christus vt resurgeret & iret
in cęlum, sed quia hoc facturus erat Chri-
stus, hoc prædixit Propheta. Non iõ fecit
Christus quia Propheta prædixerat, sed iõ
Propheta prædixit, quia ille facturus erat.
Videt humilem Christum in spiritu, videt
humilem, neminem timentem, nulli parcẽ-
tem in uerbo, & dicit, fidenter egit. Videt
illum q̃ fidenter egit, videt illum cõpreh
sum, videt illum crucifixum, videt illũ hu-
miliatum, videt illum resurgentem, & in
cęlum euntem, & venturum inde ad iudi-
cium eorum, inter quorum manus passus
est omnia mala. Exaltare, inquit, qui iudi-
cas terrã, redde retributionem superbis. Su
perbis reddet non humilibus. Qui sunt su-
perbi? Quibus parũ est q̃ mala faciunt, sed
& defendere peccata sua uolunt. Nanque
de his qui crucifixerũt Christũ facta sunt
postea miracula, qũ de ipso numero Iudæo
rum crediderunt, & donatus est illis san-

guis Christi. Impias manus & cruentas de
sanguine Christi portabant, lauit eos ipse
cuius sanguinẽ fuderũt, Adiuncti sunt cor
pori ꝑpius. i. Ecclesiæ qui corpus eius mor
tale quod viderant persecuti sunt, Fuderũt
pretium suum vt biberent precium suum.
Deinq; postea plures conuersi sunt, Cum
multa miracula fierẽt ab Apostolis aliquot
hominũ milia una die crediderũt, & tã in
propinquo inuenti sunt, vt omnia sua quæ
habebant venderent, & præciũ rerũ suarũ
ad pedes Apostolorũ ponerẽt, & vnicuiq.
distribuebatur quomodo cuiq. opus erat, &
erat illis vna anima, & cor vnum in deũ, de
quo crucifixoribus domini. Sed quare nõ
illis redditum est? Quia redde retributio-
nem superbis dictum est, illi autem noluerũt
esse superbi. Etenim cũ viderent multa mi
racula fieri per nomen Christi, quę se pu-
tabant interfecisse, cõmoti miraculis, audie
runt a Petro in cuius nomine illa fierent.
Non. n. sibi arrogare serui voluerunt potẽ
tiã dñi sui, vt diceret a se factum esse quod
fiebat in ipsis faciebat. Honorẽ ergo serui de-
derunt dño suo, dixerunt, quia q̃ illi mira-
cula fiebant, in nomine eius fierent, quem illi
crucifixerunt, Et facti sunt humiles, com-
puncti sunt corde, conturbati sunt confitẽ-
tes peccatum suum, & consilium quæsierũt
dicentes, Quid ergo faciemus? Nõ de spe-
randa de salute, sed quærunt medicinã. Tũc
ait illis Petrus, Agite pœnitentiam, & bap
tizetur vnusquisq. uestrum in nomine do
mini nri Iesu Chri. Qui egerũt pniam, hu
miles fuerunt. Non ergo illis redditum est
quia vide quid dicat Psalmus iste, Exalta-
re qui iudicas terrã, redde retributionem
superbis. Ab illo ergo numero excepti e-
runt illi, illis valuit vox illa dñi in cruce pẽ
dentis, & dicentis, Pater ignosce illis, quia
nesciunt quid faciunt. Exaltare qui iudicas
terram, redde retributionem superbis. Er-
go redditurus est retributionem? Redditu
rus, sed superbis. Sed quando? Q̃ reddet?
Interim mali triũphant, & exultant mali,
& blasphemant mali, omnia mala faciunt,
Mouet te, cũ pietate quære, nõ cũ superbia
reprehẽde. Mouet te, cõpatitur tibi & Psal
mus, quærit tecũ, nõ qa nescit: sed iõ tecũ q̃
quæ scit, vt in illo inuenias quod ne-
sciebas. Quo qui vult aliquem consolari,
nisi cõdoleat cum illo, nõ illũ erigit, Prius
illo condolet, & sic eũ reficit sermone
consolatorio. Si aũt intret ad illum ridens lu
ctum eius, nõ facit qđ modo lectũ est, dicẽ
te Apostolo, Gaudere cũ gaudẽtibus flere Ro. 12.
cũ flẽtibus. Ergo vt gaudeat tecũ, prius fles
cũ illo, cõtristaris cũ illo vt reficias eũ: sic &
Psalmus & spũs dei vtiq. omnia sciens q̃rit
tecum, quasi verba tua dicit, Vsquequo pec
catores domine, vsquequo peccatores glo-
riabuntur? Respondent & loquentur iniq
tatem, loquentur oẽs qui operantur iniusti
tiã? Quid loquentur, nisi cõtra deũ q dãt,
qd uobis ꝓdest quia sic viuimus? Quid di
cturus es? Vere curat ista q̃ facimus deus?
Quia. n. viuũt, putant deũ nescire quod fa-
ciunt. Vide quid mali illis contingat, qa si
stationarius sciret teneret illos, & ideo
vitant oculos stationarij ne statit.. teneant.
Oculos. n. dei uitare nemo põt, qa non so-
lũ in cubiculo uidet, sed & intima cordis
tui. Cogitãt & ipsi, quia nihil potest latere
deũ, & quia faciunt & sciũt quid fecerunt, G
& vident se viuere sciente deo, qui non ui-
uerent sciente stationario, dãt sibi, Ista pla
cent deo. Et reuera si illi displicerent facta
nostra; qũo displicent iudicibus, quomodo
displicent regibus, qũo displicent imperato
ribus, & quomõ displicent commentariẽsi
bus: nunquid qũo illorum oculos uitamus,
vitare possumus oculos dei? Ergo placent
ista deo. Iõ in alio Psalmo ꝓctõr dr, Hæc Psal.49.
fecisti & tacui, suspicatus es iniquitatem q
ero tibi similis. Quid ergo, ero tibi similis?
Vt quomodo tibi placet factum tuum ma-
lum, sic putes, quia & mihi placet. Et mina-
tur in posterum, Arguam te. Ergo non ta-
cet qui dixit, tacui. Cum dicit, Hæc fecisti
& tacui, suspicatus es iniquitatem q ero ti
bi similis, non tacet. Cum. n. nos loq mur, il
le non tacet. Cum. n. lector legit, ille nõ ta
cet. Cum Psalmus ista cantat, ille non ta-
cet. Et istę omnes uoces dei per orbem ter
rarum fiunt. Qũo ergo tacet? Qũo nõ ta-
cet? Non tacet in verbo, tacet in vindicta.
Quid est ergo, hæc fecisti & tacui? Hæc fe
cisti & non vindicaui. Suspicatus es iniqui
tatem quod ero tui similis. De ipsa uindi-
cta & taciturnitate, id est, de cessatione uin
dictæ, alio loco dicit, Tacui, nunquid sem- Psal.73.
per tacebo? Vsquequo peccatores domine, H
vsquequo peccatores gloriabuntur? Res-
spondent & loquentur iniqoitatem, Ini-
quitatem loquentur omnes qui operan-
tur iniustitiam? Et dicit omnia opera. Re-
spondent & loquentur iniquitatem. Quid
est respondent? Contra iustũ habent quod

respondeant. Venit iustus aliquis & dicit, Noli facere iniqtatē. Quare? Ne moriaris. Ecce feci iniquitatē, quare nō morior? Ille fecit iustitiam & mortuus est. Quare mortuus est? Ego feci iniqtatē, quare nō abstulit deus? Ecce, ille fecit iustitiā, & quare sic in illum vindicauit? Quare ille sic laborat? Respondent, hoc est, rndent q̄a hñt q̄d dicant, quia parcitur illis, de patientia dei inueniunt argumentū responsionis suæ, Parcet ille propter aliud, respondent illi propter aliud quia viuunt. Quare.n. parcat ille, dicit Apostolus exponit consilium patiētię
Rom.2. dei, Existimas, inquit, qui talia agis, q̄a tu ef fugies iudiciū dei? An diuitias benignitatis & longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia dei ad pœnitētiā te adducit? Tu aūt.i. ille qui rndet & dicit, si displicerē deo, non mihi parceret deus. Vide quid fi-
I bi facit, audi Apostolum, Tu aūt sēm du-
Ibidem. ritiam cordis tui & cor impœnitens, thesau rizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq. sēm opera sua. Ille ergo auget longanimitatē, & tu auges iniquitatem. Erit illius thesaurus in sempiternum, misericordia in eos qui nō contempserunt misericordiam, Tuus autē thesaurus in ira inuenietur, & quod ponis quotidie per modicum, postea massam in-
De pœ- uenturus es. Minutatim ponis, sed cumu-
dist.1.c. lum inuenies. Noli attendere minuta pec-
Tres sūt cata tua quotidiana, De minutissimis gut-tis flumina implentur. Quid autem illi faciunt qui respondent & loquentur iniquitatem, quia faciunt & parcitur eis? Populum tuum domine humiliauerunt.) Id est, oēs qui iuste uiuunt, in quos uolunt superbire omnes mali. Populum tuum domine humiliauerunt. Et hęreditatem tuam uexauerunt. Viduam & pupillos interfecerunt, & proselytum occiderunt.) Id est, peregrinū, aduenam, Aduenticium ipsum dicit proselytum. Manifestā sunt ista singula, nec opus est in his immorari. Et dixerunt, non videbit dominus.) Non attendit ista, negligit ista, alias res curat, non intelligit. Hæ enim
Psal.59. K duæ voces, sunt voces malorū. Vna quā iā dixi, Hæc fecisti & tacui, suspicatus es iniquitatē q̄ ero tibi similis. Quid est, q̄ ero tibi similis? Putas quia video peccata tua, & placent mihi quia non uindico? Alia est vox iniquorum, quia nec attēdit ista deus, nec aduertit vt sciat quemadmodum viuā, non me curat deus. Ergo inter aliqua me cōputat deus, Aut vere me numerat deus? Aut ipsos homines numerat? Infœlix hō, vt esses curauit, vt bene uiuas, non curat? Istorum ergo ista vox est. Et dixerunt, Nō videbit dominus. Neq. intelliget deus Iacob. Intelligite nunc qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite.) Populū suum erudiet cui possunt commoueri pedes, Q̄n fœlicitates iniquorū videt homo, iam bene viuens in numero sanctorū deī, id est, in numero filiorū Ecclesię, videt q̄ florent mali & faciūt iniquitatem, & ęmulatur eos, & adducitur vt imitetur facta ip sorū, quia videt quasi nihil sibi ꝓdesse, ꝙ bene viuat humilis, hic sperans mercedem. Nam si illam sperat futuram, non illā perdet, quia nondum venit tps ut accipiat eā. In vinea operaris, fac opus tuū, & accipies mercedem tuam. A patrefamilias non exigeres antequam operareris, & a deo exigis antequam opereris? Et ista tolerantia ad opus tuum pertinet, & hoc ad mercedem pertinet. Minus vis facere in vinea, qui nō uis tolerare, quia & ipsa tolerātia ad ipsam operationem pertinet, vt inuenias mercedem, sed & pœnam inuenias, quia voluisti esse operarius dolosus. Et quidem operarius dolosus ut incipiat non bene facere, oculos patrisfamilias attendit, ad illum aspicit q̄ conduxit ad vineam, vt cum ille auerterit oculos, cesset & non bene operetur: cum autē ille aduerterit oculos, bene operetur. Deus autem qui te conduxit non auertit oculos, Non tibi licet dolose operari, Super te sem per sunt oculi patrisfamilias, quære vbi illum fallas, & si potes cessa. Ergo si qui fortasse aliquid cogitabatis, quando videbatis mala florere, & cogitationes uestræ faciebant nutare pedes uestros in uia dei, vobis loquitur Psalmus iste. Si autem nullus uestrum talis est, per vos alijs loquitur dicēs, Intelligite nunc, quia dixerunt illi, Non videbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Intelligite, inquit, nunc qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? Non habet vnde audiat, qui tibi fecit unde audias? Qui plantauit aurem non audiet? Aut M qui finxit oculum non conspiciet? Quid erudit gentes non arguet?) Attendite hoc magnopere fratres mei, Qui erudit gentes nō arguet? Hoc modo facit deus, erudit gentes, ideo misit verbum suum per orbem terrarum hominibus, misit per angelos, per Patriarchas, per Prophetas, per seruos suos, per tot præcones antecedentes iudicē. Misit & ipsum verbū suū, misit & ipsum filium suum, misit seruos filij sui, & in ipsis seruis filium suum. Per totum orbem terrarum prædicatur vbiq. verbū dei. Vbi non dī hominibus, Relinquite iniquitates vestras priores, conuertite vos ad itinera recta? Ideo parcit, vt vos corrigatis: ideo heri non vindicauit, vt hodie bū viuatis. Erudit gētes, non ergo audiet? non auditurus est quos erudit? nō iudicaturus est quibus sermonē præmisit & præseminauit? In schola si esses, acciperes & nō redderes? Vtiq. sū accipis a magro, erudiris. Cōmittit tibi mgr quod præbet, & non exiget quando reddis? aut cum cœperis reddere, sine metu eris plagarū? Modo ergo accipimus, postea
Rom.12. statuimur ante magm, vt reddamus oēs p-
teritas nostras, id est, ut reddamus de his
2.Cor.5. omnibus quæ nobis modo eroganturi audi
Apostolum dicentem, Oēs astabimus ante
tribunal Christi, vt illic recipiat unusquisque secundum ea quæ per corpus gesit, sine bonum, siue malum. Qui erudit gentes non arguet. Qui docet hoiem scientiam?) Ipse non scit qui te fecit scire? Qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominū, qm̄ vanæ sunt. Nam etsi tu nescis cogitationes dei, qm̄ iustæ sunt: ille tū scit cogitationes hominum, qm̄ vanæ sunt. Et homines scierunt cogitationes dei, sed quibus iam amicus factus est, prodit cō filium suum. Et vos fratres mei nolite vos contemnere. Si cum fide acceditis ad dūm, auditis cogitationes dei: eas modo discitis, hoc vobis dicitur, & ad hoc instruimini, quare parcat modo deus malis, ne murmuretis aduersus deum, qui docet hominē scię tiam. Dominus scit cogitationes hominū, quoniam uanę sunt. Relinquite ergo cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, vt comprehendatis cogitationes dei, quæ sapientes sunt. Sed quis est qui comprehendit cogitationes dei? Qui ponitur in firmamento cœli. Iam hoc cantauimus, iam hoc diximus, & exposuimus. Beatus vir quem tu erudieris domine, & ex lege tua docueris eum. Vt mitiges eum a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea.) Ecce habes consilium dei quare parcat malis, donec fodiatur fouea peccatori. Tu iam vis illum sepelire? Adhuc fouea illi foditur, noli festinare sepelire. Quid est, donec fodiatur peccatori fouea? Aut quem ponit peccatorem? vnū hominem? Non. Quid ergo? Omne genus hominum peccatorum. s. & superborum: iam enim præmisit, Redde
Luc.18. retributionem superbis. Nam & ille peccator fuit publicanus, qui oculos eliserat in terram, & pcutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Sed q̄a non superbus erat, deus autem reddet retributionem superbis: non illi, sed talibus fodiatur fouea donec reddat retributionē superbis: ergo quod ait, Donec fodiatur pec-
Supbus quis. catori fouea, superbos intellige. Quis est superbus? Qui in confessione peccatorum non agit pœnitentiam, vt sanari per humilitatem possit. Quis est superbus? Qui illa ipsa pauca quæ videt habere bona, sibi vult arrogar, & derogat misericordię dei. Quis est superbus? Qui etiam si deo tribuat bona quæ facit, insultat tamen his qui illa nō
C faciunt, & extollit se super illos. Nam & ille
Ibidem. Pharisæus, Gratias tibi ago, inquit, non dixit, ego facio, de his quæ faciebat, gratias deo agebat. Sentiebat ergo & bene se facere, & ab illo se facere, Vnde ergo improbatus est? Quia insultabat publicano. Vt per ficiamini attēdite. Primo prœcedere debet, siue virum, siue fœminam confessio peccatorem, salubris pœnitentia quæ valeat ad corrigendum hominem, non ad irridendū deum. Cum autem post pniam bene viuere cœperit, hēt adhuc quod cogitet, ne sibi tribuat quod bene facit, sed illi agat gratias, cuius gratia factum est, ut bene viueret, q̄a ille illuc vocauit, ille illum illuminauit. Ergo iste iam perfectus est? Nō. Adhuc deest illi aliquid? Quid illi deest? Vt nō superbiat super eos, qui nec dum sic uiuunt, quō ipse viuit. Qui talis fuerit securus sit, non illi redditur retributio, de qua dictum est, Red de retributionem superbis. Non est inter illos quibus fodiatur fouea: nam uidete illum qui dicebat, Gratias tibi ago, quia non
Luc.18. sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. Quantū se extulit cum dicit, quia non sum sicut & publicanus iste? Ille aūt elisa facie, peretie bat pectus suum dicens, Deus propitius esto mhi peccatori. Ille superbus erat in
D bonis factis, ille humilis in malis factis.
Videte fratres, magis placuit deo humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis: sic odit deus superbos, & ideo sic concluſit, Amen dico vobis, descendit iu-
Luc.18. stifi-

stificatus publicanus magis q̃ Pharisæus: & dicit quare, Quia oís q se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Fratres mei, vel hinc nõ solũ nos discimus, q̃a humilitatẽ nos docuit Christus: quia deus factus est hõ, ipse est humilitas q̃ displicet Paganis, vnde nobis insultant, qualẽ deum colitis, q̃ natus est? Qualẽ deũ colitis q̃ crucifixus est? Humilitas Christi supbis displicet, tibi aũt Christiano si placet, imitare. Si imitatus fueris, non laborabis, q̃a ipe prædixit, Venite ad me oẽs q̃ laboratis & onerati estis, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Hæc est ergo disciplina Chr̃iana, nemo facit aliq̃d bene, nisi gratia ipsius. Quod facit hõ male, ipsius est hoís: qđ facit bene, de beneficio dei facit. Cũ cœperit facere bene, non sibi tribuat: cum non sibi tribuerit, gr̃as agat ei a quo acceperit. Cũ aũt bene facit, non insultet illi q̃ illud non facit, aut extollat se super eum. Nõ. n. in illo finita est gratia dei, vt ad aliũ nõ p
E ueniat. Vt mitiges eum a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Mitis ergo esto quisquis Christianus es a diebus malignis. Malignũ. n. sunt dies, quibus videntur florere peccatores, & laborare iusti: sed labor iustorum, flagellum est patris: & felicitas peccatorum, fouea ipsorum est. Quia enim mitigat uos deus a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea, non cogitetis quia modo in aliquo loco stant angeli cum tridentibus, & fodiunt istam foueam magnam, quæ possit capere omne genus iniquorum. Et quia videtis multos esse iniquos, & dicatis vobis carnaliter reuera tantam multitudinem iniquorum, tantam turbam peccantium, quæ fouea potest capere? Quando foditur fouea talis, quæ omnes capiat? quãdo exhauritur? Ideo parcit deus, Nonne hæc est fossa peccatorum, ipsa felicitas impiorum, fossa ipsorum est. in illam. n. cadent tanquam in foueam. Intẽdite fratres, quia magna res est vt felicitas fouea dicatur, donec fodiatur peccatori fouea. Parcit. n. illi deus, quem nouit peccatorem & impium, occulta iustitia sua, & hoc ipsum quod ei parcit deus, per impunitatẽ facit eũ elatum. Ille se altum putat & cadit, in eoip-
F so cadit, quo se altum putat. Hoc se ille putat sublimiter ire, & deus hoc foueam vocat. Fossa ad ima tẽdit, non ad cœlum. Peccatores autem superbi quasi in cœlum eũt, & in terra merguntur. At contra humiles quasi in terra se deprimunt, & in cœlum as- L
cendunt. Mitescere ergo quisquis es fidelis, si eruditus es ex lege dei, ut sit cor tuum in firmamento cœli: quia deus fecit luminaria quarto die, qui dr̃ quarta sabbati, vnde tulum Psalmus iste percepit. Quomõ vides luminaria cũ tota patientia dirigere cursus suos, & non curare q̃ in se dicant hoíes: sie & tu non cures quicquid tibi fecerit carnem & pro te ille fudit sanguinem, qui & te & illum ad suum est perducturus examen. Et si tanta prærogauit cũ eẽs impius, quid seruat fideli? Hinc mitescere, quẽadmodum miteícis cum dicis, quia deus hoc vult ideo florunt mali. Parcere vult malis, ad pœnitentiam adducit eos quibus parcit, sed illi non corriguntur. Nouit ille qũo deillis iudicet. Immitis est autẽm homo cũ vult Rom.2
contradicere aut bonitati domini, aut patiẽtiæ, aut potestati, aut iustitię iudicis. Erigit & superbus in deũ, mergit illũ deus, & in eoip
so mergitur quo erigitur in deũ: nã in alio Psalmo sic ait, Deiecisti eos dum extolleré Psal.72
tur. Non dixit, deiecisti eos quia elati sunt, aut deiecisti eos posteaquã elati sunt, vt aliud sit tps elationis eorũ, aliud tps deiectionis: sed in eoipso quo extollebantur, ibi deij ciebantur. Quantum. n. supbum est cor hominis, tantum recedit a deo: & si recedit a deo, in profundum it. Nam contra cor humile de cœlo adducit deũ, vt ꝓximus fiat. Certe altus est deus, super omnes cœlos ẽ deus, transcendit omnes angelos. Quantũ habes erigi, vt attingas ad illum excelsum? Nolo te rumpas extendendo te. Aliud eõ-filium tibi do, ne in ista extẽsione forte crepias per superbiam. Certe altus est deus, tu humilia te, & descendet ad te. Audiuimus quare parcat malis, hoc ipsum fossa ipsorum est. Dicit tibi deus, quomodo illis foditur, & quare illis foditur fouea, tion est tuũ cognoscere: sed ex lege mea discę patiẽtẽ te esse debere, donec fodiatur peccatori fouea. Et quid de me, inquis, qui laboro, & laboro inter ipsos peccatores? Respondetur tibi quod sequitur, Quia non repellet dominus plebem suam.) Exercet, non repellit, quomodo dicit alio loco scriptura, Quo Hebr.12
niam quem diligit deus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ille flagellatum recipit, tu dicis quia repellit? Vi-

Videmus homines in filijs suis facẽ illud, aliquando iam desperatos filios suos dimittunt viuere qũo volunt. Eos qui spem habent flagellant, illos vero quos omnino uiderint fine spe & indomitos esse, dimittunt vt faciant quod volunt. Iam quem dimittit facere quod vult, non vult admittere ad hæreditatem suam: eũ aũt flagellat filium, cui ipsam hæreditatem seruat. Cum autem flagellat deus filium curat sub manu patris flagellantis, quia qui flagellat ad hęreditatem erudit. Ab hæreditate non repellit filiũ suum quem castigat, sed ideo flagellat ut recipiat. Non sit tam vano sensu, & puerili vt dicat, Plus amat pater meus fratrẽ meũ cui permittit facere quicquid vult: ego si me moucro contra iusionẽ patris mei, flagella inuenio. Tu gaude sub flagellis, quia tibi seruatur hæreditas, quia nõ repellet dominus plebem suã. Ad tps emendat, non in æternum damnat. Illis autem ad tps parcit, in æternum illos damnabit. Elige tibi, temporalem vis laborem, an sempiternam pœnam? temporalem fœlicitatem, an sempiternam vitam? Quid minatur deus? Sempiternam pœnam. Quid promittit deus? Sempiternam requiem. In quo flagellat deus bonos, temporale est: in quo parcit malis tem porale est. Quia non repellet dñs plebem suam, Et hæreditatẽ suã non derelinquet.) Quoadusq. iustitia, inquit, conuertatur in iudicium, & qui habent eam omnes recto sunt corde. Attende modo & habe iustitiã, quia iudicium nondum potes habere. Prius es vt habeas iustitiam, sed ipsa iustitia tua conuerteretur in iudicium. Habuerunt hic iustitiã Apostoli, & pertulerũt iniquos. Sed quid illis dicitur? Sedebitis super duo- Luc.22.
decim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Ergo iustitia Apostolorum conuertetur in iudicium. Modo. n. iustus quisquis fuerit, ad hoc est ut patiatur mala & toleret. Patitur tempus passionis, & veniet dies iudicationis. Sed quid dico de seruis dei? Ipse dominus qui iudex est omnium viuorum & mortuorum, primo iudicari voluit, & sic iudicare, Quousq. iustitia tua conuertatur in iudicium, & qui habent eã, omnes recto sunt corde.) Qui habent modo iustitiam, nondum iudicant. Primo est & enim habere iustitiam, & postea iudicare. Primo patitur malos, & postea iudicat malos. Modo iustitia sit, postea conuertetur in iudicium: tandiu patitur homines malos, quandiu vult deus, quandiu illos perseret Ecclesia dei, vt erudiatur malitiam ipsorum. Non tñ repellet deus plebem suam, quousq. iustitia conuertatur in iudicium, & qui habent eam, oẽs recto sunt corde. Qui sunt recto corde? Qui hoc uolunt, quod deus uult. Deus parcit peccatoribus, tu vis ut iam perdat peccatores Distorti ergo cordis es & prauę uoluntatis, qñ aliud vis, aliud uult deus. Vult autem deus parcere malis, tu non uis parci. Patiens est deus peccatoribus, tu non uis tolerare p.ctores. Sed ut dicere cœperam, aliud uis tu, aliud uult deus. Conuerte cor tuum & dirige ad deum, quia & dominus infirmis compassus est. Vidit in corpore suo. i in Ecclesia sua, infirmos, qui primo voluntatem suam sequi tentarent: sed cum uident voluntatẽ dei aliam esse, dirigunt se & cor suũ ad suscipiendam, & sequendam voluntatẽ dei. Ne voluntatẽ dei velis torquere ad voluntatem tuam, sed tuã corrige ad voluntatem dei. Volũtas dei sic est qũo regula. Ecce puta torsisti regulam, vnde habes corrigi? Illa autẽ inregra manet: regula est. n. incommutabilis. Quãdiu integra est regula, habes L
quo te cõuertas, & corrigas prauitatẽ tuã, habes unde corrigas quod in te totum est. Quid autẽ volunt homines? Parũ est quia voluntatem suam tortuosam hñt, etiã volunt voluntatẽ dei tortuosam facere sẽm cor suum, vt hoc faciat deus quod ipsi uolunt, cum ipsi hoc debeant facere qđ deus vult. Qũo autem cõplexus est dñs ex duabus voluntatibus unam factam in homine quem portabat? Præfigurans in corpore suo, id est, in Ecclesia sua futuros quosdã, qui voluntatem suam uellent facere, sed sequerentur postea dei: infirmos quosdam ostendit, quod ad ipsum pertineant, & eos præfiguraũit in se. Nã ideo & toto corpoꝛ sanguinem sudauit quia in corpore suo. i. in Ecclesia sua martyrum sanguinẽ oñdit. Toto corpore sanguis exibat, ita Ecclesia eius habet martyres, per totum corpus eius fusus est sanguis. Quosdam enim infirmos in se pręfigurans, id est, in corpore suo ex persona infirmorum compatiens illis, Mat.26
ait, Pater si fieri potest trenseat a me calix iste. Ostendit hominis uoluntatem, & si in ipsa uoluntate permaneret, iam prauũ cor uideretur ostendere. Sed si compassus est tibi, & te liberat in se imitare quod se- M
quitur dicens, Verum non quod ego uolo, Ibidem.

sed quod tu uis pater. Si cœperit tibi sub
repere uoluntas humana dicens, O si occi-
dat deus inimicum istum meũ, vt non me
persequatur, ò si posset fieri, vt non ab il-
lo pateret tãta: iam si perseueraueris, & hoc
tibi placuerit, & vides quia hoc non uult
deus, prauus corde es, non habes iustitiam
q̃ conuertatur in iudicium: qui.n. illã hñt,
omnes recto sunt corde. Et qui sunt recti
Iob.1. corde? Qui sic inueniuntur q̃o inuentus
est Iob, qui ait, Dñs dedit dñs abstulit sicut
domino placuit ita factum est, sit nomen
domini benedictum. Ecce rectũ cor. Iterũ
in graui uulnere quid dixit uxori, quã pro
pterea reliquerat diabolus & nõ occiderat,
vt ipse haberet adiutricem, non ut maritus
consolatr cem? Meminerat. n. quia per illã
Gene.3 Euam deceptus erat Adam, & necessariam
sibi putabat hanc Euam. Accesit ad Iob il
la tanquam Euã, sed Iob melior fuit in ster
core uictor, quam Adam uictus in paradi-
so. Quid enim illic rñdit mulieri? Vide cor
paratum, uide correctum. Nunquid nõ pa
A tiebatur persecutiones & graues? Et oẽs
Christiani patiuntur: & si non sæuiunt ho
mines, sæuit diabolus. Et si Christiani fa-
cti sunt Imperatores, nunquid diabolus fa
ctus est Christianus? Intendat ergo sancti
tas uestra quid sit rectum cor. Accesit ad
Iob.2. eum, & ait, Die aliquid in deum, & more-
re: & enũerauit oẽs erũnas ipsius uel suas,
die aliquid in deum & morere. Et ille illã
iam cognoscens Euam, redire uolens unde
lapsus est fixo corde in deo tanquam lumi
nare in firmamento, habitans corde in li-
Iob.2. bro dei, Locuta es, inquit, tanquam una ex
insipientib. mulieribus: si bona suscepimus
de manu domini, & mala nõ tolerabimus?
Quia fixum cor in domino, ideo rectum.
Quia.n. rectus est deus, quãdo in illo figis
cor, forma tibi fit ut sit tibi cor rectũ. Fige
ergo cor tuum in illo, & rectum cor erit.
Sed si surrepebat uoluntas humana, nescio
quid de carnis infirmitate lactabat mentẽ
tuam, noli iam desperare, Presignauit do-
minus in sua infirmitate te, non se: non. n.
timebat dominus pati, tertio die resuere-
recturus. Si prorsus quomodo homo patere-
tur, & nõ q̃o deus pati veniret, & sic sci-
ret se post triduum resurrecturum, nullo
modo formidaret moriturus, quod nõ for-
midauit Apostolus Paulus, in fine seculi re
B surrecturus: ait enim, Compellor autem
Phili.1. eo duobus, concupiscentiam habens dissol
ui & esse cum Christo. multo. n. magis opti
mum manere in carne necessarium prop-
ter vos: tẽdium. n. illi erat manere in carne
ex duobus patiebatur ardorem, dissolui &
esse cum Christo, multo magis dicebat opti
mũ: at cum appropinquaret ipsa passio, quo
exultabat? q̃o gloriabatur? Bonum cer- 2.Ti.4
tamen certaui, eursum consummaui, fidem
seruaui, de cætero superest mihi corona iu
stitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die
iustus iudex. Iste gaudet coronãdus, & tri
stis est ille coronatus? Gaudet sic Aposto-
lus, & dicit Christus dñs noster, Pater, si fie Mat.2
ri põt transeat hic calix? Sed tristitiam sic
assumpsit, q̃o carnem. Nolite. n. putare q̃a
hoc dicimus, non fuisse tristem dñm. Si. n.
hoc dixerimus, quia non erat tristis, cum
Euangelium dicat, Tristis est anima mea
vsq. ad mortẽ, ergo & quando dicit Euãge
liũ, Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus: & Mat.8
q̃ Euãgeliũ dicit, Mãducauit Iesus, nõ mã
ducauit Iesus, surrepit uermiculus putredi
nis & nihil sanũ relinquet, vt dicatur, quia
& corpus non erat verum, & carnem uerã C
non habuit. Quicquid ergo de illo scrip-
tum est fratres, factum est, verum est. Er-
go tristis fuit? prorsus tristis, sed uolun-
tate suscipiens tristitiam, q̃o voluntate su
scipiens carnem: quomodo voluntate car-
nem ueram, sic voluntate tristitiam uerã.
Sic tristitiam ergo voluntate ostendit in
se, us si forte surrepserit tibi humana in-
firmitas, & cœperit aliud velle quam de-
us vult, videas prauitatem cordis tui extra
regulam, figas illud ad regulam, & diriga-
tur in deum cor tuum, quod in homine eę
perat esse prauum: sic ergo dominus re osse
dens dixit, Tristis est anima mea vsque ad Mat.26
mortem, & dixit, Pater si fieri potest tran-
seat a me calix iste. Sed statim fac, quod i-
deo fecit ut te doceret, Verum non quod
ego volo, sed quod tu uis pater: si enim hoc
feceritis, iustitiam habebitis: si iustitiam
habebitis, rectum est cor: si rectum est
cor, iustitia illa quæ modo tolerat conuer-
tetur in iudicium, & postea iudicante
domino tuo, non solum non expauesces
mala, sed etiam gloriaberis de corona.
Tunc vides quomodo profecerit patien-
tia dei, uel ad illorum pœnam, vel ad tuam
coronam. Modo nõdum uides, crede quod
nondum uides, ne erubescas cum videris.
Quoadusq. iustitia conuertatur in iudicium D
& qui hñt eam omnes recto sunt corde.

Quis

Quis exurget mihi aduersus malignantes,
aut quis consistet mihi aduersus operantes
iniquitatẽ? Persuadent multi mala, susur-
rare serpens non definit ut facias iniquita-
tẽ. Quacunq. te conuerteris, forte si profe
cisti quæris eũ aliquo bene uiuere, & vix
3. inuenis: multi mali te circundant, quia pau
ca grana mulam palei hñt. Hæc area hẽt
grana sua pauca, sed adhuc laborant. Sepa-
rata ergo a palea tota massã, grandis erit:
Pauca grana sunt, sed in comparatione pa-
learum, multa aũt in se. Ergo cum undiq.
mali perstrepant & dicant, quare sic uiuis,
tu solus Christianus es? quare nõ facis qđ
faciunt & alij? quare non spectas quemad-
modũ & alij? quare non remedia & liga-
turas adhubes, quare non mathematicos &
aruspices consulis sicut & alij? Et tu signas
te & dicis, Christianus sũ, ut repellas istos
nescio quos: sed aduersarius premit, urget,
quod petius est, exẽplo Christianorum sus
locat Christianos. Sudatur, æstuatur, tribu
latur anima Christiana, uincere hẽt tũ: sed
nunquid de se? Ideo vide quid dicat, Respõ
det. n. Quid mihi prodest, quia modo mihi
E facio remedia, & lucror paucos dies? Exeo
hinc de isto seculo, & uado ad dñm meum,
& mittet me in ignẽ, q̃a præposui paucos
dies uitæ futuræ, mittet me in gehennas.
Quas gehennas? Aeterni iudicij dei. Vere,
nisi putas quia deus curat quomõ uiuãt ho
mines? Et hoc forte non in platea tibi dicit
amicus, sed in domo vxor, aut forte mari-
tus vxori fideli bonæ & sanctę deceptor ip
sius. Si mulier marito, Eua ẽ illi: si vir vxo-
ri, diabolus est illi. Aut ipsa tibi Eua est, aut
Gene.3 tu illi serpens es. Aliquando nulr conuerte
re pater cogitationem suam vel ad filium,
inuenit & ipsum malum neqssimũ, æstuat,
fluctuat, quærit quomõ vincat, prope for-
betur, prope consentit, sed asit deus. Audi-
te ergo Psalmum, Quis exurget mihi, inq̃t
aduersus malignantes? Tã multi sunt, quo
cunq. respicio ipsi occurrunt. Quis occur
rit principi iniquitatis diabolo & angelis
eius. & hominibus seductis ab eo? Nisi q̃a
dñs, inquit, adiuuit me, paulominus inha-
bitauerat in inferno aia mea.) Prope rue-
ram in illam fossam quæ parãtur peccato-
ribus, hoc est, paulominus habitauerat in
inferno anima mea: q̃a iã nutabat, iã prope
F gia, Insultabatur illi vt sceret iniquitatẽ.
Aliq̃s. n. congregant se mali, & insultant
donis, maximè si fuerint illi plures, & cẽ-
perint illum vnum, quomodo aliq̃s multa
palea est circa unum granum, tunc nõ erũt
simul cum fuerit massa uentilata: capit in-
ter multos iniquos ille, insultatur illi, circũ
uenitur, supponere se uolunt illi, exagitãt
quasi iustum, & insultãt quasi de ipsa iusti
tia, magnus, inquntApostolus, in cœlũ uo
lasti, q̃o Helias. Faciunt homines ista, ita
vt aliq̃s attẽdens ad linguã humanã, erube
scat esse bonus inter malos. Resistat ergo
malis, sed non de uiribus suis, ne efficiatur
superbus cum vult euadere superbos, & au
geat numerum superborum. Sed qđ dicat?
Quis exurget mihi aduersus malignantes,
aut q̃s consistet mihi aduersus operãtes ini
q̃tatem? Nisi quia dñs adiuuit me, paulo-
minus habitauerat in inferno anima mea.
Si dicebam, motus est pes meus, misericor-
dia tua domine adiuuabat me.) Vide q̃o
confessionem amat deus. Mouet pes tuus,
& non dicis, mouetur pes meus, sed stare te
dicis, cum iam ruas. Imo si iam cœpisti mo
ueri, si iam cœpisti fluctuare, confitere mo
tum ne plangas ruinam, vt adiuuet te ille,
ne in inferno sit anima tua. Confessionem G
uult deus, humilitatem uult. Motus es ut
homo, adiuuat te ille ut deus: sed dic tũ, mo
tus est pes meus. Quare iam moueris, &
dicis sto? Si dicebam, motus est pes meus,
misericordia tua dñe adiuuabit me. Q̃o
præsumpsit Petrus, non uiribus suis? Vide-
batur dñs ambutare super mare, calcans ca
pita omnium superborũ in isto seculo. Ipsũ
iter suum calcantis capita superborum; si-
gnificauit ambulãs super tumidos fluctus,
Calcat & Ecclesia, nam ipsa est Petrus. Nã
tamen ausus est Petrus per se ipsum ambu
lare super aquas: sed quid ait? Dñe, si tu es, Mat.14
iube me uenire ad te super aquas. I le pote
state sua, Petrus in iussu illius. Iube, inq̃t,
tu venire me ad te super aquas. Respondit
ille, Veni. Calcat. n. & Ecclesia capita super
borum. Sed quia Ecclesia est, & habet in-
firmitatem humanam, ut compleretur, si
dicebam motus est pes meus, titubauit Pe-
trus in mari & exclamauit, Domine, pereo.
Quod ergo hic positum est, si dicebam, mo Ibidem,
tus est pes meus: hoc ibi positum est,
domine pereo. Et quod hic positum est, mi
sericordia tua domine adiuuabat me: hoc
ibi potsium est, porrexit manum Iesus di- H
cens, Modicæ fidei, ut quid dubitasti? Mi-
rũ est quod modo probat deus homines, ip

sa periculá nostra dulciorẽ uobis faciunt liberantem:nã videte quod sequitur, qa dixit,Si dicebam motus est pes meus,misericordia tua dñe adiuuabat me:dulcis illi vtique factus est dñs, eripiens illũ a periculis: & ideo exponens ipsam dulcedinem dñi, exclamat dicens, Dñe secundũ multitudinẽ dolorũ meorum in corde meo, exhortationes tuæ iocundauerunt animã meã,) Multi dolores,sed multæ cõsolationes:amara vulnera,sed suauia medicamenta. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis,qui fingis dolorem in præcepto?) Hoc dixit. nemo sedet tecũ iniquus,nec tu sedtm iniquitatis habebis. Et vnde hoc intelligit,reddit rationem,Qui fingis,inquit,dolorẽ in præcepto. Ex hoc.n.intelligo quod non tibi adhæret sedes iniquitatis, quia nec nobis per-
1. Pe.4. cisti:habes hoc in Epistola Apostoli Petri,& ad hoc testimoniũ posuit de scriptura. Tẽpus est,ait,inchoationis iudicijex domo dñi,id est, tẽpus est vt modo iudicẽt, qui pertinent ad domum dñi.Si flagellantur filij,quid debent sperare serui nequisi-
I mi?Ideoque addidit, Si autem initiũ a no-
Ibidem. bis, quis finis corũ qui nõ credunt dei Euãgelio?Deinde adiungit illud testimonium,
Pro.11. Et si iustus uix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt?Quo ergo erunt teeum iniqui,qm nec tuis fidelibus parces,vt exerceas & erudias eor ? Sed quia propter hoc non parcit ut erudiat eos,ideo dixit, Qui fingis dolorem in præcepto.Fingi.n.est facis,formas, plasmas, unde & figuli dicuntur : & uas fictile dicitur non fictum illud quod mendacium est,sed quod formatur ut sit,& habeat aliquam formam, sicut
Psal.93. iã dudum dixit,Qui finxit oculum nõ videbit ? Nunquid finxit oculum mendaciũ est?Sed intelligitur,plasmauit oculum, fecit oculum. Nonne figulus est eũ fragiles, infirmos & terrenos facit?audi Apostolũ
2.Co.4. dicentem, Habemus thesaurũ istũ in uasis fictilibus:sed forte alius fecit nobis:hæc va
Rom.9. sa:ipsum audi dicentem, O homo tu qs es qui respondeas deo?Nunquid dicit figmẽtum ei qui se finxit quare me sic finxisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere,aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Vide & ipsum dominum nostrum Iesum Christum , quia
Genc.2. ostendit se figulum: nam quia de limo hominem fecerat, de limo inunxit cui minus
K in utero oculos fecerat. Ergo quod dixit, nunquid adhęret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorẽ in præcepto:sic dicamus,Nũ Ioan.9. quid adhęret tibi sedes iniquitatis,qui formas dolorẽ in præcepto?Formas,inquit dolorẽ in præcepto,id est,de dolore ꝑceptum nobis facis, vt ipse dolor ꝑceptũ sit nobis. Quo nobis dolor est ꝑceptũ ? Quando te flagellat qui pro te mortuus est,& nõ tibi permittit beatitudinẽ in ista vita,& fallere non potest , & hic non dat quod ꝙris. Qui dabit ? vbi dabit? quantum dabit qui hic non dat?qui hic erudit, q fingit dolorẽ in ꝑcepto?Labor est hic tuus,& requies tibi ꝓmittit. Attendis te hic habere laborẽ, sed attende qualẽ ille requiẽ pollicet.Nũquid cogitare poteris?Si illam posses cogitare, videres te nihil laborare ad cõpẽsatinẽ. Audi eũ q illud ex parte cernebat, q dixit,Nunc scio ex parte. Quid ait Apostolus? Etenim quod est ad præsens tempora 1.Co.13
le & leue tribulationis nostræ,iuxta incredibilem modum, & in incredibilem modũ æternum glorię pondus operatur nobis. Quid est, æternum gloriæ pondus operat nobis?Quibus operatur?Non respicientibus quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quę.n.uidentur , temporalia sunt:quæ ãt L
nõ uidentur,æterna. Noli esse piger in la- 1.Co.9
bore breuiter, & gaudebis incessabiliter. Aeternam uitã tibi daturus est deus,cogita quanto labore emenda sit. Intẽdite fratres, venale est. Venale est qđ habeo dici: tibi deus,eme illud.Quid hẽt venale? Requiẽ venale habet,eme illam. De labore intẽdite vt simus in nomine Chri fortes Chriani. Iam modicum est quod restat in psalmo, non fatigemur. Quo enim fortis poterit esse in faciendo,qui deficit in audiendo? Ad rit dñs ut vobis quod reliquum est,explicemus:attendite,quodammodo deus propo- suit venale regnũ cœlorũ.Dicis illi, Quãtum valet?Præcium ipsius labor est, quo fidiceret,præcium illius aurum est.Non sufficeret hoc solum dicere , sed quæreres quantum aurum . Nam si solidus aurum est , & semiuncia, & libra , & tale aliquid: ideo dixit precium , ne laborares quærere quandu huius rei precium labor est. Quantus labor est? Iam quære tu , quantum laborandum sit : nondum dicitur tibi quantus futurus sit labor iste , vel quantũ laboris de te exigatur, illud tibi dicit deus, Ego ostendo quanta sit illa requies , tu ũdica quanto labore emenda sit. Dicat ergo M
deus,

deus,quanta futura sit ipsa requies . Beati qui habitãt in domo tua,in secula seculorũ laudabunt te.Hæc est requies sempiterna, sine fine erit requies ista,sine fine erit gaudium hoc,sine fine erit incorruptio . Vitã æternã habebis,requiẽ q̃ nõ hẽt finẽ.Quã to labore digna est requies q̃ non hẽt finẽ? Si uerũ vis cõparare , & verum iudicare , æterna requies æterno labore recte emit. Verũ hoc est , sed noli timere, misericors est deus.Si.n.haberes æternum laborem , nunquid peruenires ad ęternam quietem? Semper laborans qñ peruenturus eras ad illud,qđ digne quidẽ potest emi sempiterno labore ? Quia sempiterna requies est , æqua præcium:æterno certe labore digna est æterna requies comparari.Sed si semp laborares,nũquid ad requiem peruenires . Ergo vt aliqñ puenias ad id qđ emis, non in æternum laborandum est,non quia nõ valet tanti,sed ut posideatur quod emit . Digna est quidem emi labore ꝑpetuo , sed necesse est, vt labore temporali ematur . Certe tantus debuit esse.i.sempiternus labor, ꝑ reqe sempiterna. Decies centena milia annorum habent finem , quod tibi dicit dñs nõ habebit finẽ. Qualis misericordia dei?Nec dicit,decies centena milia annorũ labora,non dicit , vel mille annos labora,non dicit,quingentos annos labora,cum viuis labora in paucis annis , In breuiter iam reqes erit,& finem non habebit . Et adhuc audi consonantia. Dñe secundũ multitudinem dolorum meorũ in corde meo,exhortationes tuę iocundauerũt animã meã . Et ipsis laboribus nõ deest consolatio, nõ desunt gaudia quotidiana : sed noli gaudere in seculo,gaude in Christo,gaude in verbo eius,gaude in lege eius. Ad ipsa gaudia pti net,quod loquimur & quod auditis. Quã
Ioan. tæ ergo sunt istæ consolationes in tãtis laboribus? Verum est ergo quod dixit Apostolus , Etenim quod ad præsens est , temporale est & leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum , & in incredibilem modum æternum glorię põdus operatur in nobis.Ecce quantum pretium damus , quodammodo unam siliquã ad accipiendos thesauros sempiternos.Sili quam laboris ad requiem incredibilem, secundum quod dictum est iuxta incredibilem modum,& in incredibilẽ modũ æternæ gloriæ pondus operatur . Gaudes ad tempus,noli ibi confidere:tristis es ad tempus,noli desperare.Non te corrumpat fœ B
licitas , & non frangat aduersitas, ne forte dicas in animo tuo, Non potest fieri omnino,vt deus admittat ad se iniquos , qui iustos ipsos emẽdat,vt saluet,q iõ emedat,vt erudiat. Si iustus uix saluus fiet,peccator 1.Pe. 4.
& impius ubi parebunt? Nunquid adhæ- Pro.11.
ret tibi sedes iniquitatis?Id est,nũq̃d adhæret tibi sedes impiorum , qui fingis dolorẽ in præcepto . Qui & istos filios sic voluisti exercere & erudire,sic voluisti eis præcepta dare,vt nõ essent sine timore,ne amarent aliquid aliud, & obliuiscerẽtur te uerbum verum bonum suũ ? Bonus est deus . Si cessaret deus,& non misceret amaritudines , fœlicitatibus seculi , obliuiscerẽmur eum. Sed vbi angores molestiarum faciũt fluctus animæ,fides illa quę ibi dormiebat, excitatur . Tranquillum.n.erat quando dormiuit Chs in mari: illo dormiente tẽpestas orta est,& cœperunt periclitari.Ergo in corde Christiano & trãquillitas erit & pax,sed quandiu uigilat fides nra: si aũt dormit fides nostra, periclitamur.Hoc.n.significat dormiẽs Christus , qa quidã obli- C
uiscunt fidẽ suam,& periclitant . Sed qũo illa nauis cũ fluctuaret, excitatus est Chs Matt.8.
à fluctuantibus,& dicentibus,Domine,perimus,surrexit ille, imperauit tempestatibus,imperauit fluctibus,cessauit periculũ, facta est tranquillitas:sic & te cum turbant concupiscentiæ malę , persuasions malæ , fluctus sunt,tranquillabuntur . Iam desperas,& putas te non pertinere ad dñm,euigilet fides tua , excita Christum in corde tuo,surgente fide,iam agnoscis vbi sis . Et si forte tentat fluctus concupiscentię , intueris quid promisit deus,& dulcedo promissorum faciet te contemptorẽ dulcedinum seculi.Et si forte multę vrgent minę
Mat. 25 potentium malorum, & ipsæ te expellunt de iustitia,attendis qđ minaꝫ deus . Ite in ignẽ æternũ,qui paratus est diabolo & angelis eius,& non dimittis iustitiã. Timẽs ergo ignem sempiternum ,contemnis dolores temporales: & pro eo quod promisit deus,contemnis temporalem fœlicitatem. Promisit requiẽ , patere molestiam:minaꝫ ignem æternum,cõtemne dolores tpales , & euigilãte Chro tranquilleꝫ cor tuum, vt ad portum quoque puenias. Nõ.n.nõ ꝑparet portum,qui parauit nauim ? Nunquid adhęret tibi sedes iniquitatis , q̃ fingis

Dgis dolorem in præcepto? De hominibus quidē malis exercet nos, & de illorum insecutionibus nos erudit. De malitia mali flagellat bonus, & de seruo emendatur filius: ita fingitur dolor in pcepto. Quod illos deus posse pmittit, hoc faciunt mali homines quibus ad tempus parcit. Quid.n. sequitur? Captabunt animā iusti.) Quare captabunt? Quia verum crimen non inueniunt qđ objiciant. Quid.n. captauerūt in domino? Cōcinnauerunt falsa crimina, quia vera inuenire non potuerunt. Et sanguinē innocentem condemnabunt.) Quare hoc totū fit, in consequentibus declarabit, Et factus est mihi, inquit, dñs in refugium.) Non q̄reres tale refugium si non periclitareris: sed ideo periclitatus es vt q̄reres, quia ille fingit dolorem in præcepto. Facit mihi de malitia malorum tribulationem, punctus tribulatione cœpi quærere refugium, qđ in illa fœlicitate seculari desieram quærere. Quis.n. facile recordatur deū, qui semper fœlix est, & spe præsenti gaudet? Recedat spes seculi, & accedat spes dei, vt possit dicere, Et factus est mihi dñs in refugiū, Ad hoc doleā, vt fiat mihi dñs in refugium. Et deus meus in auxilium spei meæ.) Modo.n. dominus spes.

E Quandiu.n. hic sumus, in spe sumus, nondū in re. Sed ne in spe deficiamus, adest p̄ missor erigens nos, & temperans ipsa mala q̄ patimur. Non.n. frustra dictum est, Fidelis deus, qui non sinit vos tentari supra q̄ potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitū, vt possitis sustinere, Sic intrat in fornacē tribulationis, vt coquatur vas, non vt frangatur. Et factus est mihi dominus in refugiū, & deus meus in auxilium spei meæ. Cum ergo qui tibi videbat quasi iniustus esse quia parcit malis, vide quomodo iam corrigatur psalmus, & tu cum psalmo corrigere. Ideo.n. voces tuas habebat psalmus. Quæ sunt voces? Quousque peccatores domine, vsque quo peccatores gloriabuntur? Psalmus voces tuas habet, modo ergo tu habeto voces Psalmi. Quæ sunt voces Psalmi? Et factus est mihi dominus in refugiū, & deus meus in auxilium spei meæ. Et reddet illis dominus scđm opera eorū, & secundū malitiam eorū disperdet eos.) Non vacat, q̄ dixit secundum malitiam eorum mihi de illis præstatur, & tñ malitia eorū dicit, non beneficia eorum. Certe.n. de malis exercet nos, flagellat nos. Ad quam rem flagellat? Vtique ad regnum cœlorum. Flagellat.n. omnē filium, quem recipit. Et quis est filius cui nō det disciplinā pater eius? Quod cum facit deus, ad hæreditatem sempiternam nos erudit, & hoc nobis præstat sæpe de malis hominibus, in quibus exercet & perficit dilectionē nostram, quam vult extendi vsque ad inimicos: neque.n. est perfecta dilectio Christiani, nisi cum implet quod Christus præcepit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequuntur. Hinc ipse diabolus vincitur, hinc victoriæ corona percipitur. Ecce quanta nobis præstat deus de malis hominibus nec tamen secūdum id quod de illis nobis pstat, sed secundū malitiam eorū retribuet eis. Videte.n. quanta nobis pstitit de ipso immanissimo scelere Iudæ traditoris: Iudas quippe tradidit ad passionem filium dei, & per passionem filij dei omnes gentes redēptæ sunt ad salutem, nec tñ pro salute gentiū mercēs reddita est Iudæ, sed pro eius malitia debitum suppliciū ei retributū est. Nam si traditor Christi, & nō tradētis animus consyderādus est, hoc fecit Iudas qđ fecit deus pater, de quo scriptum est, quia filio proprio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hoc fecit Iudas quod fecit ipse dominus Christus, de quo scriptum est, Qui seipsum tradidit pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis: & iterum, Sic Christus, in qt, dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit p ea. Et tñ gratias agimus deo patri, qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit eū. Gratias agimus filio, qui seipsum tradidit pro nobis, & in eo voluntatem patris impleuit. Et detestamur Iudam, de cuius facto nobis tantum beneficium præstitit deus, & recte dicimus, Reddidit ei dominus secundum iniquitatem eius, & secundum malitiam eius disperdidit eum. Non.n. ille pro nobis tradidit Christum, sed pro argēto quo vendidit eū: quanuis traditio Christi sit nra redēptio, & Christi vēditio sit nostra redēptio. Sic & illi q̄ martyres pſecuti sunt, persequēdo in terra, in cœlū mittebant: & scientes quidem pſentis vitæ damnū inferebant, nescientes autem futuræ vitæ lucrum conferebant. Quicunque tamen perseuerauerunt in odio iniusto iustorum, reddidit eis dominus

nus scđm iniquitates eorum, & scđm malitiam eorū disperdidit eos. Sicut.n. malis H bonitas iustorum, sic bonis prodest iniqtas impiorum: nā & dominus dicit, V Ego veni, vt qui non uident videant, & q̄ vident cæci fiant: & Apostolus, Alijs quidē, inquit, sumus odor vitæ in vitam: alijs aūt odor mortis in mortē. Militia vero iniquorum, sinistra sunt arma iustorum, sicut idē dicit Apostolus, Per arma iustitiæ a dextera & sinistra. i. per gloriam & ignobilitatē, atque ita deinceps cętera exequitur, dexteram arma demōstrās gloriam dei, famam veritatis qua cognoscebant qđ viuebant, & quod nō mortificabant, quod gaudebant, quod multos ditabant, quod omnia possidebāt. In sinistra uero qđ ignobiles & mala famæ habebātur, quod seductores putabant, qđ ignorabant, occidebant, coercebā tur, contristabantur, egere ac nihil hīe vi Cor. 6. debantur. Et qđ mirum si milites Christi & dextris, & sinistris armis diabolum expugnāt? Sicut aūt pax homnibus bonę voluntatis, et qñ sunt alijs odor mortis in mortem: sic & interitus homnib. malæ volūtatis, & qñ iustis arma sūt sinistra ad salutē. Isaq. reddet illis nō scđm nostrā vtilitatē, q̄ de ipsis sit, sed scđm ipsorū iniquitatem, quā diligendo oderunt animas suas, & nō scđm beneficium, quod nobis de ipsis pstat, honorat eos, q̄ et malis bene vtitur. Secundum malitiam eorum disperdet eos. Dñs deus noster.) Toleret ergo iustus iniustum, toleret temporalē impunitatē iniusti temporalis labor iusti, sed iustus ex fide vivit. Non est enim alia iustitia hominis in hac vita, nisi ex fide viuere, quę per dilectionem operatur. Si enim ex fide vivit, credat & sibi futuram requiē post præsentem laborem, & illis sempiternos cruciatus post præsentem exultationem. Et si fides per dilectionem operatur, diligat et inimicos, & quantum in ipso est, prodesse illis velit: ita enim faciet, ne sibi obsint illi cum hoc velint, & quando forte potestatem acceperint, quasi nocendi & dominandi, fursum cor habeat vbi ei nemo nocet, doctus & eruditus ex lege dei vt mitigetur a diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Si enim in lege domini voluntas eius est, & in lege eius meditabitur die ac nocte, cuius conuersatio in cœlis est, de firmamento lucet super terram. Vnde iste Psalmus titulum de quarta sabbati accepit, quādo facta sunt luminaria, vt omnia faciat sine murmuratione, verbum vitæ habentes in natione tortuosa & peruersa. Sicut.n. stellas i cœlo nō extinguit nox, sic mentes fidelium inhęrentes firmamento scripturæ dei nō vincit iniqtas. Et hoc ipsum qđ & nostra terrena danť aliqñ in potestate malorum, nou solū ad nostram pertinet eruditionem, vt fiat nobis dñs in refugium, & deus in auxilium spei nostrę: sed ēt ad ipsius peccatoris foueam proficit, de quo in alio Psalmo dī, Inclinabitur & cadet cum dominabitur pauperum. Forte onerosa fuit uobis lōgitudo sermonis, quā quā in ista alacritate studij vestri non hoc appareat. Sed & si ita est, ignoscite, primo, q̄a iussus feci: nam dñs deus noster per eos mihi frēs iusit in quibus habitat. Non.n. iubet deus, nisi de sede suа: Deinde quia tā tum auidi fuisti nostri, confitemur, & nos auidi fuimus vestri. Consoletur ergo deus noster istum laborem, vt sudor iste noster sit vobis in profectum salutis, non in testimonium accusationis. Hoc dico fratres, vt ex eo quod audistis, proficiatis & ruminetis vobiscum. Non vos permittatis obliuisci, non solum ista recogitando & colloquendo, sed etiam ita viuendo. Bona vita enim ex pręceptis dei quæ agitur, tanquā stylus est, quod auditur scribens in corde; si in cętera scriberetur, facile deleretur: scribit illud in cordibus vestris, moribus vestris, & nunquam delebitur.

Gen. 1. K. Psal. 1. Psal. 9. L

In Psalmum 94. Enarratio.

EGo vellem fratres, vt patrem nostrū potius audiremus: sed & hoc bonum est, vt patri obediamus. Quia ergo iussit nobis q̄ dignat orare p nobis, de pśenti Psalmo quod dñs deus omnium nīm donare dignabitur, loquar charitati vestrę. Est autem Psalmi titulus: Laus cantici ipsi Dauid.) Laus cantici & hilaritatem significat, quia cantus est: & deuotionem, quia laus est. Quid.n. magis hō debet laudare, q̄ id quod sic sibi placet vt nō possit displicere? Securitas ergo laudis, in laude dei ē. Ibi laudator securus est, vbi non timet ne de laudato erubescat. Et laudemus ergo & cātemus, hoc est, cū hilaritate & cū lætitia laudemus. Quid aūt laudaturi sumus, ipse psalmus sequentib. versibus indicat nobis: Venite exultemus dño.) Inuitat ad magnas

gnas epulas exultandi,nõ ſeculo, ſed dño. Niſi.n.eſſet in hoc ſeculo exultatio mala
M q̃ diſtinguenda eſt ab exultatione bona, ſufficeret dicere, Venite exultemus. Sed breuiter diſtinxit. Quid eſt bene exultare? Dño exultare. Ergo exultatio mala eſt, exultare ſeculo. Exultatio bona eſt, exultare deo. Pie debes dño exultare, ſi vis ſecurus mũdo inſultare. Quid eſt aũt, venite? Vnde vocat vt veniant, cum quibus vult exultare dño, niſi qa longe ſunt, vt veniẽdo propinquent, propinquando accedant, accedendo exultent? Vñ aũt longe ſunt? Nunquid locis longe põt homo eſſe ab eo, qui ubique eſt? Vis eſſe ab eo longe? Quò ibis vt lõge ſis? Nam quidam peccator q̃dem, ſed tũ cum ſpe ſalutis pœnitẽs, & dolens de peccatis, & metuens iram dei, & uolens placare deũ, ſic in alio pſalmo loq-
Pſa.138 tur, Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu ibi es. Quid ergo reſtat? Quia ſi aſcenderit in cœlum, ibi inueniet deum. Vt longe fugiat à deo, quò iturus eſt? vide quid dicat, Si deſcendero ad infernum ades. Si ergo aſcendendo in cœlum, ibi inuenit deum, deſcendendo in infernum, non fugit deũ, quò iturus eſt, quò fugiturus eſt ab illo irato, niſi ad ipſum placatum? Et tamen cum omnino nemo poſsit fugere ab illo qui vbique eſt, niſi quidam lõge eſſent à deo,
A non diceretur, Populus iſte labijs me ho-
Eſa. 19. norat, cor aũt eorũ lõge eſt à me. Non ergo loco quiſque longe eſt à deo, ſed diſſimilitudine. Quid eſt, diſſimilitudine? Mala vita, malis moribus. Si enim bonis moribus propinquaẽ deo, malis moribus recedit à deo, vnus ergo idẽque homo corpore ſtans uno loco, & amando deum accedit ad deũ, & amando iniquitatem recedit à deo, nuſquam pedes mouet, & tamen p̃t accedere. Pedes.n. noſtri in hoc itinere, affectus noſtri ſunt Prout quiſque affectũ habuerit, prout quiſq. amorem habuerit, ita accedit vel recedit à deo. Nonne plerũque dicimus, qñ inuenimus aliqua diſſimilia, hoc longe eſt ab illo? Quando aliquos duos forte homines comparamus, duos equos, duas veſtes, & dixerit aliquis ſimile, Hæc veſtis talis eſt qualis illa, aut iſte homo talis eſt qualis ille: quid aliud dicit, qui contradicit? Abſit, longe eſt ab illo. Quid eſt longe eſt ab illo? Diſſimilis eſt illi. Et iuſta ſtant, & tamen iſte lõge eſt ab illo, Duo vero iniqui pares vita & moribus, ſi unus ſit in Oriẽte, alter in Occidente, iuxta inuicẽ ſunt. Et duo iuſti ſimiliter, alter ſit in Oriẽte, alter in Occidẽte, ſecũ B ſunt, qa in deo ſunt. Cõtra vnus iuſtus, alter iniquus, ẽt ſi una catena ligent, multũ à ſe ſeparati ſũt. Ergo ſi diſſimilitudine recedimus à deo, ſimilitudine accedimus ad deũ. Qua ſimilitudine? Ad q̃ facti ſumus, quã in nobis peccãdo corruperam9, quã peccatorũ remiſsiõe recepim9: q̃ in nobis renouaẽ intus in mẽte, vt tãq̃ reſculpaẽ in nũmo, id eſt, in anima nra imago dei noſtri, & redeamus ad theſauros eius. Nam & inde frẽs de nummo voluit dñs nr̃ Ieſus Chriſtus oñdere tẽtatoribus ſuis q̃d q̃rat deus. Q ñ.n. de tributo Cæſaris q̃rentes cauſam calũniæ cõſulere magiſtrũ veritatis voluerũt, & cõſulẽdo tẽtare, vtrũ liceret tributũ Mat. 22
dari Cæſari, quid ille ait, Quid me tentatis hypocritę: Petit afferri ſibi nũmum, & allatus eſt. Cuius hẽt, inquit, imagine? Rũderunt, Cæſaris. Et ille, Reddite ergo Cæſari q̃ Cæſaris ſunt, & deo q̃ dei ſunt. Tam quam diceret, Si Cæſar quęrit in nummo imaginem ſuã, deus non quęrit in homine imaginem ſuã? Ad hanc ſimilitudinẽ nos dominus noſter Ieſus Chr̃s inuitãs, impetrat nobis, vt noſtros etiã inimicos diligamus, & dat exemplum de ipſo deo. Sicut pater veſter, ait, qui in cœlis eſt, qui ſolem Mat. 5
ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & C pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, Eſtote ergo ſicut pater ueſter perfecti. Cum dicit, eſto te ſicut ille pfecti, ad ſimilitudinẽ nos inuitat. Si ergo ad ſimilitudinem nos inuitat, conſtat quia diſſimiles exiſtendo receſſeramus à deo, & facti eramus longe per diſſimilitudinem, & efficimur prope per ſimilitudinem, vt iam fiat in nobis qd ſcriptũ eſt, Accedite ad eum, & illuminamini. Ex- Pſal. 33
go quibuſdam longe poſitis, & male viuẽtibus pſalmus iſte dicit, Venite exultemus dño. Quò itis, quò receditis? quò diſceditis? quò fugitis, exultando mundo? Venite exultemus dño. Quò itis exultare vbi deficitis? Venite exultemus in illo à quo factí ſumus. Venite exultamus dño, Iubilemus deo ſalutari nr̃o.) Quid eſt iubilare? Gaudium verbis non poſſe explicare, & tũ voce reſtari quod corde conceptũ eſt, & verbis explicari non poteſt, hoc eſt, ubi lare. Nã cõſideret charitas vr̃a, q̃ iubilant in cantilenis quibuſque, & quaſi in certamine quodam lætitiæ ſecularis, & videtis quaſi inter cantica verbis expreſſa exuntes lætitia, cui lingua dicendo non ſufficit, quemadmodum iubilent, vt per illam D vocem indicẽt animi affectus, verbis explicare nõ valentis, qđ corde cõſpicitur. Si ergo illi de gaudio terreno iubilant, nos de gaudio cœleſti iubilare nõ debemus, qđ vẽre verbis explicare nõ poſſumus? Præueniamus faciẽ eius in cõfeſsione.) Cõfeſſio qdẽ duobus modis accipiẽ in ſcripturis. Eſt cõfeſsio laudãtis, & eſt cõfeſsio meẽtis. Cõfeſsio laudantis, ad honorẽ pertinet eius qui laudaẽ. Cõfeſsio gementis, ad pœnitentiã ptinet eius q confitetur. Confitẽtur. n. homines cũ laudant deũ, confitẽtur cũ accuſant ſe, & nihil dignius facit lin-
Ac. gua. Vere puto quod ipſa ſint vota, de qui bus dicit in alio Pſalmo, Reddã tibi vota mea, quæ diſtinxerũt labia mea, Nihil iſta diſtinctione ſublimius, nihil tam neceſſarium, & ad intelligendum & ad faciendũ. Quomodo ergo diſtinguis vota quæ reddis deo: Vt illũ laudes, te accuſes: qa illius eſt miſericordia, vt peccata nr̃a dimittat. Nam ſi vellet pro meritis agere, non inueniret niſi quos dãnaret. Venit ergo docẽs, vt recedamus iam à peccatis nr̃is, & non nobiſcum deducat rationẽ de præteritis, ſed tanquam tabulæ nouæ fiant, incenſis omnibus chirographis debitorũ nr̃orum. Quanta ergo illius laus, quanta miſericor
E dia! Confiteamur itaque laudantes. Nam ſi ſemper confeſsio pœnitentis eſſet, non diceretur in Euangelio de ipſo dño, In illa hora exultauit Ieſus in ſpũſancto, & ait, Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, qui
Luc. 10 abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Nunquid quia Chriſtus cõfitebat, pœnitens erat? Illũ nihil pœnitere poterat, quia nihil culpabiliter fecerat, ſed cõfitebatur in laude patris: ergo qua & hic exultationis locus eſt, for-
te illam debemus intelligere confeſsionẽ, quæ eſt in laude dei: vnde & laus cantici, ne non hic intelligamus confeſsionem pœnitentiam, ſed laudantium. Et quid eſt qđ continuo nos admonet de quadam confeſſionem cum ait, Præueniamus faciem eius in confeſsione? Quid eſt, ꝓueniamus faciẽ eius in confeſsione? Venturus eſt, præueniamus faciem eius in cõfeſsione prius an tequam veniat. Nos confitendo damnemus qd fecimus, vt ille quod coronet, non

quod damnet, inueniat. Nunquid autẽ & hoc non ptinet ad laudem dei, qñ confiteris peccata tua? Imo vero maxime ptinet ad laudem dei. Quare maxime pertinet ad laudẽ dei, qñ confiteris peccata tua? Qui a tanto amplius laudaẽ medicus, quãto plus
F desperabaẽ ægrotus Cõfitere itaq. peccata tua, quo magis desperabas de te pp iniquitates tuas. Tanto enim maior laus eſt ignoſcentis, quanto maior exaggeratio eſt peccata confitentis. Non ergo putemus nos receſsiſſe à laude cantici, ſi iam hic cõfeſsio nẽ intelligimus, qua cõfitemur peccata noſtra. Et hoc ad laudem cantici ptinet, quia cum peccata nr̃a cognoſcimus, dei gloriam commendamus. Præueniamus faciem eius in confeſsione, Et in Pſalmis iubilemus illi.) Iã diximus quid ſit iubilare, repetitum eſt, vt confirmetur in faciendo. Ipſa repetitio exhortatio eſt. Non. n. iã obliti ſumus, vt iam moueri nos velimus, quę dicta ſunt ſuperius vt iubilemus: ſed plerunque in affectu animi repetitur verbum quod notũ erat, nõ vt noteſcat, ſed vt ipſa repetitio faciat confirmationem: repetitur. n. ad intelligendum affectum dicentis. Inde eſt qđ dicit dñs, Amen amen dico uobis. Sufficiebat amen vnum. Quare amen amen, niſi quia ipſi repetitio confirmatio eſt? In Pſalmis ergo, inquit, iubilemus ei. Et quæ dicimus in Pſalmis? Quæ dicimus vel potius ſentimus in iubilatione. Quæ ſunt quæ p- G
tinent ad laudem cantici huius? Iam audite. Qm̃ deus magnus eſt dominus, & rex magnus ſuper omnes deos.) Propterea ergo iubilemus illi. Qm̃ non repellet dominus plebẽm ſuam.) Iubilemus illi. Qm̃ in manus eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. In his omnibus iubilemus illi. Qm̃ ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridã terram manus eius ſinxerunt.) Iubilemus illi. Sed hæc omnia qd ſibi velint, ſi congruenter diſcutiantur, tẽpus forte non ſufficit: ſed rurſus ſi penitas negligaſ, debitores remanebimus. Breuiter itaque pro tempore quantũ perſtringere poterimus. Breuiter itaq. & pauca ſemina vberrimã meſſem referũt, ſi ſit terra fructifera. Primũ quare iubilemus, quare laudemus hoc poſuit, Qm̃ deus magnus eſt dñs, & rex magnus ſuper oẽs deos. Sunt ergo dij ſuper quos magnus eſt deus noſter, cui iubilamus, cui exultamus, cui laudes cãtici dicimus. Sunt, ſed nõ ſunt nobis: Apoſtolus

1.Co.8. stolus enim ait, Nam & si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo sine in terra, quemadmodũ sunt dij multi & domini multi, nobis tñ vnus deus, ex quo omnia, & nos per ipsum, & vnus dñs noster Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos in ipso. Si ergo non nobis, quibus? Audi ex alio Psalmo, Quoniam dij gentiũ dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Magnificentius, & breuius tibi commendare nõ potuit spiritussanctus per prophetam deum, & dominum tuum. Parum enim erat, quia terribilis super omnia dæmonia deus. Quid magnum esset super omnia dæmonia? Quia dij gentium dæmonia. Vbi est autem deus tuus? Dñs autem cœlos fecit. Illud fecit dominus tuus, vbi non possent habitare dæmonia: de cœlis. n. deiecta sunt dæmonia. Cœli ꝓponuntur dæmonijs, dñs tuus & cœlis, quia dominus tuus & cœlos fecit. Quanto ergo altior à dæmonijs dijs gentium qui altior est cœlis, vnde ceciderunt angeli vt fierent dæmonia? Et tũ gentes omnes sub dæmonibus erant: dæmonibus aũt templa fabricata sunt, dæmonibus aræ constructæ, dæmonibus sacerdotes instituti, dæmonibus oblata sacrificia, dæmonibus arreptitij tanq̃ vates instituti. Hæc omnia dæmonibus gentes exhibuerunt, hæc omnia vera nõ nisi vni magno deo debentur. Templũ fecerunt gẽtes dæmonibus, habet deus templum. Sacerdotes fecerũt gẽtes dæmonibus, habet deus sacerdotes. Sacrificiũ exhibuerũt gẽtes dæmonibus, hẽt deus sacrificiũ. Etenim illi dæmones volẽtes videri dij, nõ sibi ista exegerunt vt fallerent, nisi quia sciunt ea deberi vero deo. Hoc. n. mos est deberi vero deo, qđ sibi exigit falsus deus. Ergo verum tem
1.Co.3. plũ dei agnoscimus. Templũ. n. dei sanctũ est, inquit, qđ estis vos. Si ergo nos sumus
Psal.49. templũ dei, ara de anima nostra est. Sacrificiũ dei quod est? Forte hoc facimus modo. Imponimus in ara sacrificiũ, quando deũ laudamus: docet. n. nos Psalmus, dicẽs,
Rom.8. Sacrificium laudis honorificabit me, & ibi via est vbi ostendã illi salutare dei. At vero sacerdotẽ si requiras, sup cœlos est, interpellat ꝓ te qui in terra mortuus est pro te. Ergo deus magnus est dominus, & rex magnus super omnes deos. Hic accipe homines, deos, non enim rex dominus super dæmonia: & hic habemus scripturæ testi-
Psal.81. monium, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Deos dixit

participatione, non natura, sed gratia, qua voluit facere deos. Quantus deus est qui facit deos? At quales dij sunt, quos facit homo? Quàm iste magnus deos faciẽdo, tam K
Deut.10. isti nihil qui ab homine facti sunt. Deus Deo-
rum verus facit deos credentes in se, quibus dedit poreſtatem filios dei fieri. Et ideo ipse verus deus, quia deus nõ factus est, nos autem facti, non veri dij, meliores tamen illis pſ.113.
quos homo facit, Quoniam simulachra gẽtium argentum & aurum, opus manuum hominum, os habent & non loquẽtur, oculos habent & non videbunt. Nobis autem deus noster oculos videntes fecit: neque in eo tamen nos deos fecit, quia videntes oculos nobis fecit, nam fecit & hoc pecoribus: sed ideo nos deos fecit, quia interiores oculos nostros illuminauit. Ergo sit laus illi, confessio illi, sit iubilatio illi, quia magnus est dominus, & rex magnus super omnes deos: quia non repellet dominus plebem suam: laus illi, iubilatio illi. Quam plebem non repellet? Hic nobis interpretari aliquid non licet, præscriptum habemus ab Apostolo, exposuit hoc Apostolus vnde sit Rom.11.
dictum: Erat enim plebs Iudæa, plebs vbi fuerũt prophetæ, plebs vbi fuerũt Patriarchæ, plebs etiam secundum carnem propagata de semine Abrahæ, plebs in qua præcesserunt omnia sacramenta saluatorẽ nostrum promittentia, plebs vbi institutum est tẽplũ, vnctio, sacerdos ad figurã, vt cũ oẽs ipsę vmbrę ꝓterirẽt, ipa lux adueniret. L
Erat ergo ista plebs dei, ad eam Prophetæ missi, i illa nati q missi, cui & tradita & credita eloqa dei. Quid ergo? Totũ illud dãnatũ ẽ? Ablit. Arbor oliuæ ipsa dicta est ab Apostolo. Cœpit. n. ista arbor à Patriarchis, sed fuerũt ibi rami aridi, qa nimis alti
ꝓ supbiam: præcisi ergo ꝓp sterilitatem, insertus est oleaster propter humilitatẽ. Veruntamen charissimi, ne superbiret oleaster insertus, quid ait Apostolus? Si tu ex naturali incisus oleastro, & contra naturã insertus es in bonam oliuam, quanto magis qui secundum naturam sunt inserentur suæ oliuæ? Vt quomodo tu non permanẽs in infidelitate meruisti inseri in oliuã cum esses oleaster, sic isti correcti facilius suæ oliuæ naturaliter inserentur: hoc de illis Apostolus. Ergo ipsa est arbor, etiam & si aliqui ex ramis fracti sunt, non omnes. Nã si omnes rami frangerentur, vnde Petrus? Aſſa. 1.Cor.
vnde Ioannes? vnde omnes illi Apostoli? Vnde

Vnde ipse Paulus Apostolus qui loquebatur, & suo fructu oliuæ testabat? Nõne isti
oẽs inde? Vñ ẽt quingenti illi fratres, qbus
dñs post resurrectionẽ apparuit? Vnde tot
Act.4. milia ad vocẽ Petri, qñ spiritusancto replẽ
ti Apostoli omniũ gentium linguis locuti
M. sunt? Tanta auiditate dei laudis & suæ accusationis conuersi sunt, vt qui primo sanguinem dñi fuderunt sæuientes, bibere discerent iã credentes. Sic aũt omnia illa cõ
uersa sunt milia hominum, vt res suas venderent & precia rerum suarum ante pedes
Act.5. Apostolorũ ponerẽt: quod diues vnus nõ fecit, quando ore dñi audiuit, & à domino tristis abscesit: hoc fecerunt subito toi milia eorum hominum, in quorum manibus Christus fuerat crucifixus. Quãto maius vulnus erat in corde ipsorum, tãto auidius medicũ q̃sierunt. Cũ ergo inde illi oẽs fuerunt, de ipsis dicit mõ Psalmus, Qm̃ non repellet dñs plebem suã. Nã hoc testimonio Psalmi cum hinc loqueretur vsus est
Act.11. Apostolus, & dixit, Quid ergo dicemus fecisse? Nũquid deus repulit plebẽ suã, quã ꝑscisset? Absit: nã & ego Israelita sũ ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin: Nõ repulit deus plebem suã, quã præscisset. Vtique
Rom.11. si repelleret dominus plebem suam, non esset vnde esset Apostolus: vnde autem ipse, inde & alij. In his plebs dñi, non in omnibus, sed in area
Mat.3. Aſſaliæ erunt. Non in omnibus, sed in area uentilata massa intromissa est, palea iacet. Totũ quicquid vides Iudæorum reproborũ, paleã vides. Vñ vides istã paleã? Iã inde exijt massa iã in horreo recõdita est. Ambas res videamus, ambas discernamus, qd Psalmus adiũgit? Quoniam in manu eius omnes fines terræ. Agnoscimus lapidẽ angularem, lapis angularis, Christus. Non potest esse angulus, nisi duos in se copulauerit parietes: ad angulum de diuerso uenient, sed in angulo sibi non aduersantur. Venit ex una parte circuncisio, venit ex alia parte præputium. In Christo ambo populi cõcordauerunt, quia ille factus est lapis, de quo scriptum est, Lapidem quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Si ergo Chrs in caput anguli, non attendamus diuersitatem de longe ventũ, sed ꝓpinquitatẽ in Christo cohærentũ ibi agit, ibi videamus, qm̃ nõ repellet dominus plebem suã. Ecce vnus paries, in quo iã, vt diximus, nõ repulit dominus plebem suam. Inde Apostoli, inde Israelitæ omnes q̃ crediderunt, ac venditarum rerũ suarũ præcia añ pedes Apostolorũ posuerũt, volũtate pauperes, de deo diuites. B
Act.4. Agnouimus vnũ parietẽ, impletum est ibi qđ diximus, qa nõ repellet dñs plebẽ suã. Videamus & aliũ parietẽ. Qm̃ in manu eius oẽs fines terrę. Ecce alius paries in omnibus gẽtibus, in manu eius fines terrę. Venerunt ẽt oẽs gentes ad lapidem angularem ibi, osculũ pacis agnouerunt in illum vnũ, qui de duobus fecit vnum, nõ quemadmodũ hęretici, qui de uno fecerunt duo. hoc enim idem ait Apostolus de domino Christo, ipse est enim inquit pax nostra, q
Ephe.2. fecit vtraque unum. Ergo iubilemus illi. Quare? Quia nõ repellet dominus plebẽ suam. Iterũ quare? Qm̃ in manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Altitudines montium sublimitates terrarum. Aliquãdo istæ sublimitates, id est, ipsæ terrenæ ptãtes, aduersatę sunt. Ecclesię, leges contra Ecclesiam promulgauerunt, nomen Christianum de terra delere conati sunt, sed posteaquam impletum
Psa.71. est quod prophetatum est, Adorabunt eũ omnes reges terræ, factum est quod hic dictum est, Altitudines mõtium ipsius sunt. Sed forte tu de tentationibus satagis, vt cõ
C stitutus in tãta gratia promissionũ dei, ꝓp
scandala mundi turberis, nec ipsa scandala
I aliquid tibi faciunt, qm̃ mensuram a domino acceperunt, Qm̃ ipsius est mare. Est. n. mare mundus iste, sed & mare deus fecit. Nec fæuire fluctus possunt, nisi vsque ad littus, vbi ipse terminum posuit. Nulla ergo tentatio, nisi acceperit mensuram a domino. Sint ergo tentationes, sint tribulationes, consummãtis eis nõ consumeris. Vide vtrum ipsæ tentationes non prosint: attende Apostolum, Fidelis deus qui non vos si-
1.Co.10. net tentari supra q̃ potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere: non ait, non vos sinet tentari omnino. Si enim recusares tentationem, recusares refectionem. Ergo reficeris, & si reficeris, in manibus artificis es. Aliquid tibi tollit, aliquid corrigit, aliquid complanat, aliquid mundat, agit quibusdam ferramentis suis. Ipsa sunt scandala huius seculi, tu tñ de manu artificis noli cadere. Nihil tẽtationis accidet vltra vires tuas. Hoc ꝓmittit deus ad vtilitatem tuã, vñ tu posis ꝓficere, denique ipsum Apostolum audi hoc

coniun-

coniungentem, Sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Ergo mare forte metuendum tibi erat: nolí timere, qñ ipsius est mare, & ipse fecit illud. A gentibus times scandala, & ipsas gentes ipse fecit, non permittet illas vltra sæuire, q̃
Psa. 85. nouit ille mensuram ex qua proficias: non
D ne dicit alius Psalmus, Omnes gẽtes quotquot feciſti venient, & adorabunt corã te domine? Si oẽs gentes quotquot feciſti, manifestum est quia & gentes ipse fecit. Ideo ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridã terrã manus eius fundauerunt. Esto tu arida terra, siti gram dei vt veniat super te imber dulcis, inueniat in te fructũ. Non permittit fluctus operire quod seruit, Et aridã terrã manus eius finxerunt: ergo & hinc iubilemus illi. Nam qñ hæc ita sunt, qñ tanta explicauimus ad laudem dei pertinentia, redite ad illud vnde cœperat: Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus añ dñm q fecit nos.) Ió.n. exultemus, quia fecit illud & illud: & commemorauit multa, & nunc repetit exhortationẽ. Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus ante dñm, qui fecit nos. Iam cõmemoratis a me laudibus dei, nolite pigri esse & longe vita & moribus stare. Venite adoremus & procidamus ei. Sed forte de peccatis vestris quæ uos lõge fecerant à deo, soliciti estis: faciamus sequẽtia, & plorem9
E corã dño qui fecit nos. Ardes forte conscié tia delicti, lachrymis extingue flammã peccati: Plora ante dñm, securus plora ante deum qui te fecit, non enim opus manuũ suarum cõtinet in te. Noli putare quia potes à te reficia: te deficere potes, tu teipsi: reficere non potes: ille reficit qui te fecit. Ploremus ante dñm qui nos fecit: lachrymare ante illum, confitere illi, præueni faciem eius in confessione. Quis.n.es tu qui illi ploras, & illi confiteris, nisi quem fecit? Non paruæ fiduciæ est ad factorem res facta, & non quomodocunque facta, sed ad imaginem & similitudinem ipsius. Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus ante dominum qui fecit nos. Quoniam ipse est dñs deus noster.) Vt autẽ securi ante illum procidamus & ploremus, nos qd sumus? Nos autem populus pascuæ eius, & oues manuum eius.) Vide q̃ eleganter verborum ordinem commutauit, & tãquã non propria reddidit, vt ipsas intelligamus oues qui sunt & populi. Non dixit, oues pascuę eius, & populus manuũ eius quod magis putabatur posse congruere, qa oues ad pascua pertinẽt: sed ait, populus pascuæ. Ergo populus oues sunt, qa dicit populus pascuæ eius. Ipse populus oues sunt. Sed F rursus, quia nos habemus oues quas emimus, non quas fecimus, dixerat autem superius, procidamus ei qui fecit nos: recte dictum est, oues manuum eius. Nullus homini sibi faciet oues, emere põt, donari pũt, inuenire põt, aggregare põt, postremo furari põt, facere oues non põt. At vero dñs noster fecit nos, ideo populus pascuæ eius, & oues manuũ eius ipsi sunt, quas sibi ipse facere dignatus est gratia sua. Has etenim oues laudat & in Canticis canticorum, perfectos quosdam dicens, tanquam dentes Ecclesiæ sanctę spõsæ suæ. Dentes tui sicut grex detonsarum ascendentiũ de Cã.4.
lauacro, quæ geminos pariunt, & sterilis 6.
non est in illis. Quid est, dentes tui? Per quos loqueris. Dentes.n. Ecclesiæ, p quos loquitur Ecclesia. Quales dentes tui? Tanquam grex detonsarũ. Quare detonsarũ? Quia sarcinas seculi deposuerunt. Nonne detonsæ erant oues illæ, de quibus paulo ante dicebam, quos præceptum dei totondere dicentis, Vade vende omnia tua, & da Mat.19
pauperibus, & habebis thesaurum in cęlis: & veni sequere me? Fecerunt hoc præceptum, detonsi venerunt. Et quia baptizati sunt credentes in Christum, quid ibi dicitur? Ascendentiũ de lauacro. i. ascendentiũ Cã.4.&
de mundatione, & omnes geminos creant. 6.
Quos geminos? Duo illa præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetæ. Nos ergo G
populus pascuę eius, & oues manuũ eius.) O Mat.22
Ergo hodie si uocem eius audieritis.) Alloquitur plebem plebs mea, ò plebs dei. Alloquitur plebem suam, deus, non solum illam, plebem suam quam non repellit, sed etiam omnem plebẽ suam. Loquitur enim in angulo vtriq. Ephes.2
parieti, id est, in Christo prophetia loquitur & populo Iudæorum, & populo Gentium. Hodie si vocem eius audieritis: Noli te obdurare corda vestra.) Aliquando.n. Heb.4
audistis vocem illius per Moysen, & obdurastis corda vestra. Per præconem locutus est, quando obdurastis corda vestra: per se nunc loquitur, mollescant corda uestra. Qui præcones ante se mittebat, ipse veni re dignatus est. Ore suo hic loquitur, qui loquebatur per ora prophetarum. Hodie ergo si vocem eius audieris, nolite obdurare

rare corda uestra. Quare dixisti, nolite obdurare corda uſa? Quia meministis qd solent facere patres vestri. Nolite obdurare corda vestra. Quemadmodum in illa amaricatione secundum diem tentationis in deserto.) Recolitis certe fratres, q̃ ille populus tentauerit deum, acceperit disciplinam, & rectus sit in deserto tanq̃ ab optimo ses
H sore, frenis legũ, frenis præceptorũ, nec sit desertus tũ adeo etiam indomitus, non sub bãficijs præsentibus, sed etiã uirga emẽdationis non desistente. Nolite ergo obdurare corda uestra, sicut in amaricatione secundum diẽ tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres uestri.) Iã tales nõ sunt patres vestri nolite eos imitari: patres uestri erant, sed si non imitati fuerits, patres
vestri non erunt, tũ qa de his nati estis, pa
tres uestri erant. Et si gentes uenientes ab extremo terræ, sicut dicit Hieremias, Ad te gentes ueniunt ab extremo terræ, & dicẽt, uere mendacia coluerunt patres nri, simulacra, in quibus non est utilitas: si gentes dimiserunt simulacra sua, ut uenirent ad deũ Israel, quos ipse deus Israel de Aegypto p mare rubrum duxit, in quo inimicos corũ consequentes operuit, quos in deserto eduxit, manna pauit, nunq̃ virgam suã ab corũ disciplina tulit, nunquam beneficia misericordiæ subtraxit, ipsi debent deserere deum suum, cum gentes uenerint ad deum ipsorum? Vbi tẽtauerunt me patres uestri. Pro
I quadraginta annis uiderũt opera mea, quadraginta annis exacerbauerunt me. Ante illos miracula in manu Moysi faciebam, & ipsi magis magisq. corda obdurabant. Quadraginta annis proximus fui generationi huic.) Quid est, ꝓmus fui? Præsentaui me in signis & uirtutibus meis. Non uno die, non duobus, sed quadraginta annis proximus fui generationi huic. Et dixi, semper illi errant corde.) Hoc significauerunt quadraginta anni. quod est semper. Quadragenarius.n. iste numerus indicat integritatẽ seculorũ. tauq̃ ꝓficiantur secula p hunc numerũ: ideo dñs quadraginta diebus ieiunauit, quadraginta diebus tentatus est in eremo, & quadraginta diebus fuit cũ discipulis post resurrectionẽ. Primis quadraginta diebus tentationem, posterioribus quadraginta diebus consolationem ostendit: quia cum tentamur sine dubio consolamur, Corpus enim eius, id est, Ecclesia necesse est

tentationes patiatua in hoc seculo: sed non deest ille consolator, qui dixit, Ecce ego uo Mat.28
biscum sum usq. ad consummationem seculi. Et dixi, semper isti errant corde. Ad hoc cum illis fui quadraginta annis, vt ostenderem tale genus hominum, qđ me semp exacerbat usq. in finẽ seculi: quia per illos quadraginta annos, totum seculũ significare uoluit. Quid est ergo? Pro illis non erunt alij qui intrent in requiem dei? Improbati sũt K
illi qbus displicuit misericordia dei, q̃ restituerunt deo corde indurato. Illis improbatis nunquid perdidit deus populum suum? Non erat uerum. Potens est deus de lapidi Matt.3.
buis istis suscitare filios Abrahæ. Ergo dixi, semper isti errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meã.) Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in reqẽ meam? Magnus terror. Ab exultatione cœpimus, sed magnum timorẽ cõclusit psalmus iste, Quibus iuraui i ira mea, si introi Heb.23
bunt in requiem meã. Loq dñm magnum 4.
est, quanto magis iurare deum? Iurantẽ hominem debes timere, ne pp iurat onem faciat quod contra voluntatem eius est, quãto magis deum q nihil temere iurare põt? Iurationem ad confirmationem voluit esHeb. 6.
se. Et per quem iurat deus? Per ipsũ. Non enim habet maiorem per quem iuret: per seipsum confirmat promissa sua, per ipsum confirmat minas suas Nemo dicat in corde suo, uerum est quod ꝓmittit, falsum est quod minatur. Sicut verum est quod promittit, sic certũ est quod minatur. Tã certus debes esse de requie, de fœlicitate, de æternitate, de immortalitate, si feceris præ L
cepta ipsius: quam certus esse debes de interitu, de ardore ignis æterni, de damnatione cum diabolo, si contempseris præcepta eius. Iurauit ergo illis in ira sua, ne intrent in requiem ipsius: & tamẽ oportet aliquos intrare in requiem ipsius, non.n. nulli debetur requies ipsius. Illis ergo reprobatis, Ro. 11.
nos intrabimus: quia etsi aliqui ex ramis fracti sunt propter dissimilitudinem & infidelitatem, nos propter fidem & humilitatem inseremur. Nos ergo intremus in requiem eius. Vnde autem intrarunt illi qui intrauerunt? illi qui electi sunt, qui nõ cor de obdurato restiterunt, quia uerum est, Psal.82.
quod non repellet dominus plebem suam.

In Psalmum nonagesimumquintum, Enarratio.

DOminus & frater meus Seuerus adhuc differt lætitiã nostram de sermone quem nobis debet: nam q̃ debitor teneatur agnoscit. Omnes.n.eccle sias quacunque transitum fecit, lætificauit dñs per os ipsius: multo magis ergo ista læ tificanda est, de qua cæteris eum dñs propagauit. Sed qd facturi sumus, nisi vt seruiamus volũtati ipsius? differre illum tũ di
M xi fratres, non fraudare. Itaque tenete debitorẽ, nec dimittatis nisi cũ soluerit. Aduertat itaque charitas vestra: quantum donat dñs de isto psalmo dicamus aliquid, quod qdem iam nostis, sed dulcis est commemoratio veritatis. Forte cũ pronunciaret titulus eius, cũ admiratione aliqui audierunt. Inscribitur.n.titulus psalmi, Quãdo domus ædificabatur post captiuitatem. Hoc titulo p̃dicto, iam in ipso textu psalmi expectabatur fortasse, q̃ lapides p̃cederentur de montibus, quæ moles attraherẽtur, quæ fundamenta iacerentur, q̃ trabes imponerentur, quæ columnæ erigerẽtur. Nihil horũ cantat. Et si aliud aliquid, nõ ergo consonat psalmus titulo suo, & aliud portat in fronte, aliud in voce? Imo nihil aliud, sed intellectores quærit. Loquit.n. de ædificatione domus. Omnes lapides ipsius domus intelligãt qd̃ cantarunt. Aedificatur.n.domus deo, nõ illo loco vbi ædi-
3.Re.6. ficauit Salomon. Aedificauit.n.templum, & de ipso tẽplo audistis modo q̃ dixerit dominus, cũ saxa templi & moles ingẽtes admirarentur discipuli, indicauerũt domino admirationẽ & stupore suum: & domi-
Ma.13. nus illis, Amen amẽ dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidẽ qui non de-
A struatur. Non talis ædificatur domus. Nã videte vbi ædificat, quia nõ vno loco, aut aliqua in parte. Sic.n.incipit: Cãtate domino cantieũ nouum, cantate dño omnis terra.) Si canticum nouũ cantat omnis terra, sic ædificatur cũ cantat. Ipsum cãtare, ædificare est, sed si nõ vetus cantet. Vetus cantat cupiditas carnis: nouũ cantat charitas dei. Quicquid cãtaueris de cupiditate, vetus cãtas: & si nõ sonãt in ore verba cantici
Ecclesia stici.15. nouĩ, nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Melius est vt nouus taceas, q̃ vt vetus cantes, quia si fueris nouus & tacueris, auribus hominum nõ sonat: nam cor tuũ non tacet canticũ nouum, & peruenit ad aures dei, qui te facit hominẽ nouum. Diligis & taces, dilectio ipsa vox est ad deu, & ipsa dilectio canticũ nouum est. Audi quia canticũ nouum est: dicit dominus, Mandatũ nouũ do vobis, vt uos inuicẽ diligatis. Omnis ergo terra cantat canticum nouum. Vbi ædificatur domus? Omnis terra est domus dei. Si ergo omnis terra est domus dei, qui non hæret omni terræ, ruina est, non domus, ruina illa vetus, cuius vmbram habebat templũ illud vetus. Ibi.n.diruebatur vt nouitas ædificaretur. Et quomodo diruitur vetustas? Amen dico vobis, inquit, B nõ relinquetur lapis super lapidẽ qui non destruetur. Lapis Chr̃s est, dicit autẽ Apostolus, Quotquot in Chr̃o baptizati estis, Chr̃stũ induistis. Si Chr̃stũ induit quisquis baptizatur in Chr̃sto, quis ponit lapidẽ super lapidem, nisi qui baptismũ imponit? Sed nolite terreri, non relinquetur qui nõ destruatur. Lapides.n.ad fabricam nouam, quæ ædificatur post captiuitatẽ sic colligũtur, & sic, illos charitas in vnitate cõstringit: vt nõ sit lapis super lapidẽ, sed vnus lapis sint omnes lapides. Ne miremi ni, hoc fecit canticũ nouum, id est, hoc fecit innouatio charitatis. Ad ipsam structuram nos compingit Apostolus & in illa vnitate nos cõstructos compaginat, dicẽs Sufferentes inuicẽ in dilectione, studentes seruare Ephe.4 vnitatẽ spiritus, in vinculo pacis. Vbi vnitas spiritus vnus lapis, sed vnus de multis factus. Quomodo de multis vnus factus? Sufferendo inuicem in dilectione. Aedificatur ergo domus domini dei nostri, ædificatur, hoc fit, hoc agit, hoc voces istæ agũt, hoc lectiones, hoc prædicationes Euangelii, toto orbe terrarum adhuc ædificatur. C Creuit multum domus hæc, & multas gentes impleuit, nondum tamen omnes gentes occupauit, crescendo multas tenuit: omnes occupatura est, & contradicitur ab eis qui domesticos eius se esse gloriantur, & dicitur, Iam decreuit, adhuc crescit, adhuc credituræ sunt oẽs gentes, q̃ nondum crediderũt, ne quis dicat. Et illa lingua credi tura est. Et Barbari crediturisunt? Et q̃d sibi vult q̃ spiritus sanctus apparuit in linguis igneis, nisi q̃a nullius linguæ duritia est, q̃ nõ illo igne soluatur? Neq.n.nõ habemus iã multas gẽtes Barbaras credidisse Chr̃o. Quo nõdũ porrectũ é Romanũ imperiũ, iam Chr̃s possidet. Quod adhuc clausum Actor.2.

clausum est eis qui ferro pugnant, non est clausum illi qui ligno pugnat, Dominus.n. regnauit a ligno. Quis est q̃ ligno pugnat? Christus: De cruce sua vicit reges, & subiugauit eis ipsam crucẽ in frõte fixit & gloriã tur de illã, q̃a ibi est salus eorum hoc agit, sic crescit domus, sic ædificat. Et ut noueris quis crescit domus, sequentia Psalmi, audite, Videte operantes & fabricantes domum. Cãtate dño cantieũ nouum, cantate dño omnis terra. Cantate dño & benedicite nomen eius, bene nũciate de die in diem salutare eius.) Qũo crescit ædificium? Bene, inqt, nunciate de die in diẽ salutare eius. De die in diem prædicetur, de die in diẽ inqt, ædificat. Crescat, inquit, deus domus mea: & quasi diceretur ab operarijs, vbi iubes ædificari domum? Vbi iubes crescere domum tuã? Elige nobis aliquẽ locum æqualẽ, aliquem locum spatiosum, si ubi amplam domũ vis ædificari: Vbi iubes bene nunciemus de die in diem? Ostẽdit locũ. Annunciate in gentibus gloriã eius.) Gloriam, inquit, eius annunciate in gentibus: gloriam eius non gloriam uestram. O structores gloriam eius bene nunciate in gentibus. Si gloriam uestram annunciare volueritis, cadetis: si eius, ædificabimini cũ ædificatis. Iõ qui gloriam suam annunciare voluerunt, noluerunt esse in ista domo, & propterea non cantant canticum nouũ cũ omni terra. Non.n.communicant uniuerso orbi terrarum, & ideo non sunt ædificantes in domo, sed parietem dealbatum erexerunt. Quanta minatur deus parieti dealbato, sunt testimonia Prophetarum innumera. Vnde maledicit parieti dealbato? Quid est paries dealbatus, nisi hypocrisis, id est si mulatio? Foris lucet intus lutum est. Qd̃ dicturus sum, iam dictum est, sed quia eo E spiritu iam dictum est, quem nobis quoq. dominus impertiri dignatus est, nos illud diximus, & quicquid modo eodem spiritu dicimus, illi dixerunt qui fuerunt añ nos. Non est ergo prætermittendum, sed dicendum est, quia dono dei dictum est. Quidã de isto pariete dealbato cum diceret, hoc Quomodo in pariete non coniuncto alijs parietibus, sed singulariter erecto, si ostiũ facias quisquis intrauerit foris est sic in illa parte quæ noluit cantare cum domo cãticum nouum, sed patrem voluit struere, & hanc dealbatam, non solidatam, quid valeres q̃ habet ianuam? Si intraueris, foris inueniris. Quia enim ipsi non per ianuam introierunt, & ianua ipsos non intromittit, dominus.n.dicit, Ego sum ianua, per me intratur. Qui sunt qui intrant per ianuam? Qui gloriam domini quærunt, non suam. Qui intrant per ianuam? Qui faciunt qd̃ dictum est bene nunciate in gentibus gloriam eius. Qui intrat p ianuã, pastor ouiũ est, ait dominus: qui aut per aliã partem ascendit, ille fur est & latro, Qui per ianuam intrat: humilis est: q̃ per aliam partẽ ascẽdis superbus est: ideo illum dixit intrare: illum ascendere: sed ille intrando recipitur, ille ascendendo præcipitatur. Annunciate in gẽ F tibus gloriam eius. Quid est in gentibus? Forte gentes nominantur & paucæ, & adhuc habet quod dicat illa pars quę erexit parietem dealbatũ. Quare? Non gentes sunt Getulia, Numidia, Mauritania, Byzantiũ prouincia? Gentes sunt: Auferat sermonẽ Eze.12 hypocrisis parieti dealbato sermo dei, ædificans domum toto orbe terrarum. Parum est quod dixit, annunciate in gentibus gloriam eius, ne aliquas gentes exceptas putares, sequitur & dicit. In omnibus populis 1.Par.6 Psal.47. mirabilia eius. Quoniã magnus dominus & laudabilis nimis.) Quis dominus, nisi Iesus Christus magnus & laudabilis nimis? Nostis certe quia homo apparuit, nostis certe, quia in utero fœminę conceptus est, nostis quia ex utero natus est, nostis quia Lu.1.& 2. in manibus portatus est, quia circuncisus est, quia hostia pro illo oblata est, quia cre- Luc.23. uit, postremo nostris quia expalmatus est, consputus est, spinis coronatus, crucifixus, mortuus est, lãcea percussus est, nostis quia hæc omnia passus est, magnus est & laudabilis nimis. Nolite contemnere paruum, intelligite magnum. Paruus factus est, quia parui eratis: intelligatur magnus & in illo G magni eritis. Sic.n.ædificatur domus, sic eriguntur moles in ipsa domo, crescunt lapides qui ducuntur ad ædificium. Crescite ergo, intelligite Christum magnum, & paruus magnus est, magnus nimi, Finiuit uerba, volebat dicere quantum magnus. Et si tota die diceret magnus, magnus, quid magnum diceret? Tota die diceret magnus, finiret aliquando, quia finitur dies: magnitudo illius ante dies, vltra dies. Sine die ergo quid diceret? Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis. Quid enim dictura est lingua parua ad laudandum magnum? Dicendo nimis, emisit vocem, & dedit cogitationi quod sapiat, tanquam

dicens, Quod ſonare non poſſum tu cogita, & cũ cogitauerit parum erit. Quod cogitatio nullius explicat, lingua alicuius explicat? Magnus dñs, & laudabilis nimis. Ipſe laudetur, ipſe prædicet, eius gloria nũcie
1.Pa.16. tur, & ædificet domus. Terribilis eſt ſuper oẽs deos.) Sũt.n.dii ſup quos ſit terribilis
Eccl.43 ille. Videbimus quos dicat, & uideamus q̃-
Pſal.2. re dicat. Interim anteq̃ dicat, chariſſimi ad uertite. Ille qui quaſi territus uſ inter homines, terribilis eſt ſuper oẽs deos. Nũqd
Pſal.21. non fremuerunt gentes: Nũquid nõ populi mediati ſunt inania aduerſus dñm, & ad uerſus Chriſtũ eius? Nũquid illi tauri pin
H gues non circundederunt eum? Nunquid nõ leo ille rugiens fremuit ſuper illum, & intrans in corda ſeuientium exclamauit,
Mat.27 Crucifige crucifige, quaſi ille iſte fremitu terreretur q̃ terribilis eſt, nõ ſolũ ſup oẽs homines, ſed ſuper oẽs deos? Vbi.n.uult æ-
Pſ.131. dificare domum, locus ipſe ſyluoſus eſt, vn de dictum eſt heſterno die, Inuenimus eã in campis ſyluæ. Domum.n.ipſam quærebat, cum diceret, In campis ſyluæ. Et unde ſyluoſus eſt locus ille? Simulacra colebant homines, nõ mirum, quia porcos paſcebãt.
Luc.15. Filius.n.ille erat qui dimiſit patrẽ, & omnia ſua conſumpſit in meretricibus, uiuens prodige, paſcebat porcos, id eſt, colebat dæmonia. & ipſa ſuperſtitione gentilium, ſylua facta erat oĩs terra. Sed extirpat ſyluam qui ædificat domum, & propterea dictum eſt, cum domus eius ędificaretur poſt captiuitatem. Tenebantur.n.hoĩes captiui ſub diabolo, & dęmonibus ſeruiebant, ſed redẽpti ſunt a captiuitate. Vendere.n.ſe potuerunt, ſed redimere non potuerunt. Venit redemptor & dedit præcium, fudit ſanguinẽ ſuum, emit orbem terrarum, Quæritis qd
I emerit? Videte quid dederit, & inuenite quid emerit. Sanguis Chriſti præcium eſt. Tanti quid ualet? Quid niſi totus orbis? Quid niſi omnes gentes? Valde ingrati ſũt precio ſuo, aut multum ſuperbi ſunt qui dicunt, aut illud tam paruum eſſe, vt ſolos Aphros emerit, aut ſe tam magnos eſſe pro quibus ſolis illud ſit datum. Non ergo exultent, non ſuperbiant: pro toto dedit, quantum dedit. Nouit quid emerit. Inde quia redempti ſumus, poſt captiuitatem ædificatur domus. Et qui ſunt qui nos tenebant in captiuitate? Quia illi q̃bus dr̃, annuncia te, extirpatores ſyluæ ſunt, vt extirpent ſyluam, liberent de captiuitate terram, & inſtruant, ædificent, annunciando magnitudi
nẽ domus dñi. Vñ ſylua dæmonũ extirpaſ, niſi prædicetur ille qui ſuper oẽs eſt? Ergo omnes gẽtes dæmonia habebant deos: quos dicebant deos, dæmonia erant, Apoſtolo di
cente apertius, Q̃m quæ immolant gentes, 1.Co.10
dęmoniis immolant & non deo. Quia ergo ideo erãt in captiuitate, quia dæmonijs immolabant, & propterea tota terra ſyluoſa remanſerat, annunciatur iſte magnus & laudabilis nimis. Et quomodo oſtendit magnitudo eius, ut eradicet illas ſuperſtitiones, ſub q̃bus captiuus populus tenebatur, quẽ redimere aduenit terribilis ſuper omnes deos: Et quaſi diceretur illi, Quare dixiſti K deos, ſunt.n.dij? Sequitur & dicit, ſup oẽs deos, ſunt.n.dij? Sequitur & dicit, Quoniã oẽs dij gentium dæmonia.) Inten dat charitas vſa. Magnum aliquid dicebat paulo ante, magnus dominus, & tanquam deficiens in laude ipſius, addidit, & laudabilis nimis. Nonne hoc dixeram, quia dimiſit tibi cogitare quod non poterat ipſe uerbis explicare? Explicans aũt ipſe verbis qd magnum mihi dixit de domino Ieſu Chriſto? An quia ſuper omnia dæmonia eſt? cũ enim dixiſſet, Terribilis ſup omnes deos: 1.Pa.16
ſubiunxit, Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Non eſt magnum eſſe ſuper dæmonia, poteris hoc & tu ſi volueris, ſed ſiin illum credideris. Itane ipſa eſt illa magnitudo laudis, magnus dominus, & laudabilis nimis? Volens.n.explicare, vt poterat humana lingua, & quamuis magnus ſit factor & factor organi ſpiritus ſanctus, tamen per anguſtias ſpiritus humani ſyllabas ſonat, ſed cogitationes generat, explicare ergo p hãc linguam volens, quid ait? Magnus dominus, & laudabilis nimis. Dic, dic, quantũ laudabilis: dic, Terribilis eſt, inquit, ſuper omnes deos. Quare dixiſti ſuper omnes L deos? Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Et ipſa eſt tota laus illius, quia laudabilis eſt nimis, quia ſuperat omnes deos gentium. qui ſunt dæmonia? Expecta & audi quod ſequitur. Dominus autem cœlos fe- 1.Pa.16
cit.) Iam ergo non ſuper dæmonia ſolum, ſed ſuper omnes cœlos quos fecit. Si dicere
ret ſuper omnes deos, quoniam omnes dij gentium dæmonia, & ibi tantummodo remaneret laudatio domini, minus diceret q̃ nos ſolemus de Chriſto cogitare: cum autem dixit, Dominus autem cœlos fecit, uidete quid interſit inter cœlos & dæmonia, & uidete quid interſit inter ipſos cęlos & illum

illum qui fecit cœlos. Ecce quantum excel
ſus eſt dominus. Non dixit, dñs aũt ſuper cœlos ſedet, fortaſſe.n.alius illos feciſſe putaret ſup quos ſederet: ſed dixit dñs ãt cœlos fecit. Si cœlos fecit, ẽt angelos fecit: ipſe fecit angelos, ipſe fecit Apoſtolos. Apoſto
los cedebãt dæmonia, ſed ipſi Apoſtoli cœli
18 erant, q̃ dominum portabant. Et quẽ deũ portabant? A quo facti erant: audi quia cœli ſunt, Cœli enarrant gloriam dei: ipſis cœlis dicitur, Annunciate in gentibus gloriã eius. in omnib. populi mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: M terribilis eſt ſup omnes deos. Quos deos? Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Et ipſe eſt terribilis ſuper omnes deos. Dominus autem cœlos fecit. O cęli quos fecit, annunciate in gentibus gloriam eius. Aedificetur domus ſuper omnem terram, cantet omnis terra canticum nouum. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.) Pulchri
P.Cãt.1 tudinem amas? Vis eſſe pulcher? Confitere: non dixit, pulchritudo & confeſſio: ſed, confeſſio & pulchritudo. Fœdus eras, confite
re ut ſis pulcher. Peccator eras, cõfitere vt
1.Pa.16 ſis iuſtus. Fœdare te potuiſti, formoſum te facere non potes. Qualis autem eſt ſponſus noſter, qui fœdam amauit ut pulchram faceret? Quomodo, ait aliquis fœdam amatores. Non ueni, inquit, uocare iuſtos, ſed peccatores. Quos vocas peccatores? An iõ vocat, ut remancãt peccatores? Nõ, inquit. Et quomodo nõ erunt peccatores? Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Confitẽtur enim peccata ſua, uomunt mala quæ aui
2. de uorauerunt. Non redeunt ad vomitum ſuum ſicut canis immundus, & erit confeſſio & pulchritudo. Amamus pulchritudinem, prius eligamus confeſſionem, ut ſequatur pulchritudo. Iterum exiſtit qui amat potentiam, amat & magnificentiã, uult
A eſſe magus quomodo angeli ſunt. Magnificentia quædam eſt in angelis, & tanta potẽtia, ut ſi faciant angeli quicquid poſſunt, ſuſtinere non poſſit. Et omnis hõ deſiderat potentiam angelorum, ſed iuſtitiam angelorum non amat. Prius iuſtitiã dilige, & ſequitur te potentia. Quid.n.ſequitur & hic: Sanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius.) Tu iam quærebas magnificentiã, prius dilige ſanctitatem: Cum ſanctificatus fueris, eris & magnificus. Nam ſi præpoſtere prius eſſe uolueris magnificus, ante ca
dis quam ſurgas. Non.n.ſurgis, ſed extolle
ris. Melius ſurgis ſi te ille erigat, qui nõ cadit. Deſcendit enim ad te ille qui non cadit. Tu cecideras, ille deſcendit, porrexit tibi manũ, non potes uiribus tuis ſurgere, ãmplectere manum deſcendẽtis, ut erigaris a forti. Quid ergo? Si confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas & magnificẽtia in ſanctificatione eius? Hoc annunciamus, cum ædificamus domũ. Ecce iã annũciatum eſt gentibus, quid debeant facere gẽtes. Quid annũciauerunt illi q̃ ſyluã extir
pauerũt? Iã ad ipſas, gẽtes dicit, Afferte dño 1.Pa.16
patriæ gentiũ, afferte dño gloriam & honorẽ.) Nolite uobis, quia & illi q̃ vobis an B
nunciauerunt, nõ ſuã, ſed illius gloriã an- Pſal.28.
nũciauerũt. Et vos afferte dño gloriã & ho- Pſa.113
norem, & dicite: Non nobis domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Nolite ſpẽ
in homine ponere: ſi baptizatur unuſquiſq. Ioan.1.
veſtrum dicat, Ille me baptizauit, de quo amicus ſponſi dixit. Hic eſt qui baptizat. Si enim hæc dixeritis, affertis domino gloriã & honorem. Afferte domino gloriã & honorem. Afferte dño gloriam nomini eius.) Non nomini hominũ, non nomini ueſtro, ſed nomini eius afferte gloriam. Tollite ho
1.Pa.16 ſtias & introite in atria eius.) Tollite hoſtias. Quid allaturi eſtis, & introeatis in atria eius? Iam.n.creuit domus, & facta ſunt atria. Qui afferunt hoſtias, intrant in atria. Tauros allaturi ſumus hircos uel oues (Abſit ſi uoluiſſes ſacrificiũ, dediſſem utiq. Ille nobis hoſtiã commendabat, quã offerre debemus. Videte ne illud ſit hoſtia, de quo iamdudum dixit, Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Confeſſio hoſtia ẽ
Pſal.50. deo. O ergo gẽtes, ſi uultis intrare in atria eius, nolite uacue intrare, tollite hoſtias. Quas hoſtias nobiſcum portaturi ſumus? Sacrificium deo ſpũs contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus nõ ſpernit, Cũ humili corde intra in domũ dei, & cũ hoC ſtia intraſti. Si aũt ſuperbus es, inanis intras. Nam vnde ſuperbires, niſi inanis eſſes? Nã ſi plenus eſſes, non inflarerãs. Quo plenus eſſes? Si tecum tolleres hoſtiam quam portares ad atria domini. Iam nediu teneamus curramus & cætera. Videte crescentem domũ, videte ędificium ire per totum orbem terrarum. Gaudete quia intraſtis in atria, gaudete quia ædificamini in templum dei. Qui.n.intrant ipſi ędificantur, ipſi ſunt domus dei: ille eſt inhabitator, cui ædificatur domus toto orbe terrarũ, & hoc poſt capti-

uitatem. Tollite hostias & introite in atria eius. Adorate dñm in atrio sancto eius.) In Ecclesia catholica, hoc est, atrium sanctum eius: nemo dicat, Ecce hic est Christus, ecce illic. Exurgent.n, pseudo prophetæ: dic. eis istud, Lapis super lapidem non relinquet q non destruatur. Ad parietem dealbatū vocatis, in atrio sancto eius adoro deū meū. Commoueat a facie eius uniuersa terra, di cite in nationibus qa dñs regnauit a ligno. Etenim correxit orbē terræ, qui non com
D mouebit.) Quæ testimonia ædificationis domus dei? Intonāt nubes cœlorū per totū orbē terrarū ædificari domū dei, & elamāt ranæ de paludibus, nos soli sumus Christiani. Quæ testimonia profero psalterij? Profero quod surdus cantas: aperi aures, tu cantas ista, cantas mecū, & non concordas mecum. Lingua tua sonat, quod sonat mea, & cor tuū dissonat a corde meo. Nonne tu cā tas ista? Vide testimonia orbis terrarum, cō moueatur a facie eius uniuersa terra: & tu dicis non commoueri? Dicite in nationib. dominus regnauit a ligno. An forte hic ob tinebunt, & dicent se regnare a ligno, quia fustibus Circuncellionum regnant? de cruce Christi regna, si a ligno regnaturus es. Nam lignum hoc tuum ligneum te facit: ligni Christi per mare & trajicit: audis psalmum dicentem, Correxit orbem terræ, qui non commouebitur: & tu dicis non solum motum post correctionem, sed etiam dimi nutum? Tu verum dicis, ille mētitur? pseu
Mat.24 do prophetæ clamantes, ecce hic est Chrs, ecce illic, uerum dicunt, & prophetaiste mē titur? Fratres, contra istas apertissimas uoces auditis in angulis strepitū ille tradidit, & ille tradidit. Quid dicis? Voces tuæ au
E diendæ sunt, an uoces dei? Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur. Ego tibi orbem terrarum ostendo ædificatum, tolle hostiam, intra i atria domini. Hostias non habes, propterea nō uis intrare. Quid est hoc? Si hostiam tibi indiceret deus taurum, hircum, arietem, inuenires quod afferres. Indixit tibi humile cor, & non uis intrare? Hoc enim in te non inuenis, qa sup bia tumuisti. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur. Iudicabit populos in æquitate.) Tunc se illi plangent, qui nolunt modo diligere æquitatem. Iocundentur cœli & exultet terra.) Iocundentur cœli, qui enarrant gloriam dei. Io-
Psal.18 cundentur cœli quos dñs fecit, exultet terra quā cōpluunt cœli. Cœli.n. pdicatores, terra auditores. Cōmoueatur mare & plenitudo eius.) Quod mare? Seculum. Commotū est mare, & plenitudo maris. Omne seculum concitatum est aduersus ecclesiā, cū dilataretur & ædificaretur toto orbe ter rarū: de ipsa commotione audistis in Euāgelio. Tradent vos ad iudicia. Cōmotū est mare: sed qñ tu neceret mare cum q cœlos fecit? Gaudebunt campi & omnia q in eis sunt. Oēs leues, omnes mites, omnes æqui, Ro. campi sunt dei. Tunc exultabunt oia ligna F sylvarū.) Ligna sylvarū, pagani sunt. Qua re iam gaudent? Quia præcisi sunt de oleastro, & inserti in olivam. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum, quia pcisę sunt in- 3.Reg.5
gentes arbores cedrinæ & cyparissinæ, & imputribilia ligna translata sunt ad ædifica tionem domus. Ligna sylvarum erant, sed antequā irent in ędificium. Tunce exultabunt omnia ligna sylvarū. Ante faciem dñi quoniā uenit, & postea uenit iudicare terram. Primo uenturus est Primo uenit in ecclesia sua in nubibus. Quę sunt nubes, q eum portauerunt? Apostoli prædicantes, de quibus audistis, cum Apostolus legeret, 2.Cor
Legatione, inquit, p Christo fungimur, ob secrantes pro Christo reconciliari deo, ipsæ sunt nubes in quibus uenit, excepto aduentu suo posteriore quo uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Venit primo in nubibus, hæc prima vox ipsius sonuit in euāgelio, Amō uidebitis filiū hois uenięte in nubibus. Quid est, amodo: Nonne dñs po Matth
stea uenturus est, quando se plangent oēs tribus terræ? Prius uenit in prædicatoribus suis, & impleuit totum orbem terrarū. Nō resistamus primo aduentui, & non expaue scemus secundum. Et uæ tunc prægnantibus & mammantibus: audistis modo in euāgelio, Cauete, quia nescitis qua hora uenitat in figura dicta sunt. Quæ sunt prægnantes, & quæ sunt lactantes? Prægnantes animæ dicuntur, quæ hūt spem in seculo. Quæ autem adeptæ sunt iam quod sperabant, p lactantibus sunt positę: verbi gratia, Eme re uult uillam, prægnans est: nondum.n factum est, tumet uterus in spe. Emit, peperit adeo lactat quod emit. Væ prægnantibus & mammantibus, uæ qui hūt spem in seculo, uæ qui hærent his rebus quas de seculo peperunt. Quid ergo debet facere Christianus? Vti mundo, non seruire mundo. Sic
Quid est hoc? Hūtes, tanquam non hūtes.

Sic dicit his, sic hortatur quos non uult inueniri a die illa tanquam prægnantes & mā
Luc.21 mantes, sic eos hortatur, De cætero fratres, tempus breue est: reliquum est, vt qui hūt uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent tanq non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt quasi non ementes nec utentes, & qui utunt hoc mundo tanquam non vtentes: præterit.n. figura huius mundi: volo vos sine solicitudine esse, qui.n. sine solicitudine est, securus expectat qñ veniat dñs ipsius. Nam qualis amor est Christi, timere ne ueniat? Fratres non erubescimus? Amamus, & timemus ne veniat, Certe amamus, an peccata nra plus amamus? Ergo ipsa oderimus peccata, & amemus eum qui venturus est ad puniendā peccata. Veniet, velimus nolimus. Non enim quia modo non venit, iō vēturus nō est? Veniet, & qñ nescis, & si paratum te in uenerit, nihil tibi obest, quia nescis. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum ante faciem domini, quoniam venit prius: & postea quid? Quoniam uenit iudicare terrā. Et exultabunt omnia ligna sylvarum. Venit primo, & postea iudicare terram: exultantes inueniat eos, qui primo aduentui crediderunt, quoniā venit. Nam iudicabit orbem terrarum in æquitate.) Nō partem, quia non partem emit. Totum iudicare habet, quia pro toto præcium dedit. Audistis euangelium, quia cum venerit, inquit, congregabit electos suos a quatuor ventis cœlis. Congregabit electos omnes a quatuor vē
Mat.24 tis cęli. Ergo de toto orbe terrarum, quia & ipse Adā, aliqū hoc dixeram, orbem terrarum significat, secundum Græcā linguā. Quatuor.n. literę sunt, A, D, A, & M, Sicut aūt Græci loquuntur, quatuor orbis partes has in capite literas habent. ἀνατολήν, dicūt Orientem: δυσμήν, Occidentem: & ἄρκτον Aquilonē μεσημβρίαν, Meridiem: habes Adam. Ipse ergo Adam toto orbe terrarum sparsus est. In vno loco fuit & cecidit, & quodammodo comminutus impleuit orbem terrarum: sed misericordia domini vndiq. collegit fracturas, & conflauit igne charitatis, & fecit vnum quod fractum erat. Nouit illud facere artifex ille, nemo despe ret: multum quidem est, sed qui sit artifex cogitate. Ille reficit qui fecit, ille reformauit qui formauit. Iudicabit orbem terrarū in æquitate, & populos in veritate sua.
Quæ est æquitas & veritas? Congregabit secum electos suos ad iudicandum, cæteros autem separabit abinuicem. Positurus est .n. alios ad dexterā, alios ad sinistrā. Quid autem æquius, quid verius, quā vt non expectent misericordiam de iudice, q noluerunt facere misericordiam antequam veniret iudex? Qui autem voluerunt facere misericordiā cū misericordia iudicabunt. Dicetur.n. eis ad dexteram positis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: & imputat opera misericordiæ. Esuriui.n. & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis
Mat.25 me, &c. Rursus ad sinistram positis quid imputabitur? Quia noluerunt facere misericordiam. Et quo ibunt? In ignem æternū.
K Psa.111 Iste auditus malus magnū gemitum facit: sed quid dicit alius psalmus? In memoria ęterna erit iustus, ab auditu malo non timebit. Quid est auditus malus? Ite in ignē ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui gaudebit ab auditu bono, non timebit ab auditu malo. Quo gaudebunt ad
Mat.25 auditū bonū? Venite benedicti patris mei. Et a quo auditu non timebunt? Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hæc est ęquitas, hæc est ueritas. Iudicabit.n. orbē terrarū in æquitate, Et populos in veritate sua.) An quia tu iniustus es, iustus non erit iudex? Aut quia tu mendax es, verax non erit veritas? Sed si vis habere misericordē, esto misericors anteq̄ veniat. Dimitte si q d i te cōmissum est, da ex eo quo abūdas. Et de cuius das, nisi de illis? Cū de illius das, redditio ē: si de tuo dares,
1.Co.4. largitio esset. Quid.n. hēs quod non accepisti? Hæ sunt hostiæ deo gratissime, misericordia, humilitas, confessio, pax, charitas. Has apportemus, & securi expectamus ad uentum iudicis qui iudicabit orbem terrarū in æquitate, & populos in veritate sua.
L

In psalmum nonagesimumsextum. Enarratio.

MAgna spectacula deus præbet cordi christiano, & qnibus uere nihil possit iocundius inueniri, si tamen assit palatum fidei, cui sapiat mel dei. Credimus omnibus vobis, qui in saluatorem nostrum toto corde credidistis, inesse spiritum eius qui vos delectet cum leguntur prophetię ante tot annos prolatæ ex ore sanctorum, & post tot annos impletæ in fi-

de gentium. Magnã.n.iocũditatẽ tunc carpebãt ipsi sancti Prophetę cũ ea uidebãt in spũ,non iã impleta, sed adhuc futura. Erat enim eis magna delectatio,sed tũ & ipsi p charitate qua in nos accensi erant quos nõ dum videbant,sed spiritu parturiebant,volebant si fieri posset in hoc tempore nobiscum viuere,& uidere impleta quæ in spiritu prophetabant.Inde dñs discipulis suis iã

Mat.13 ista uidere incipientibus ait. Multi iusti & prophetæ uoluerunt uidere quæ uidetis & non viderunt.& audire quæ auditis,& nõ audierunt. Quanuis.n. viderũt ista in spũ, tũ futura illis quodammodo formabantur: Apostolis aũt iã psentia credebant.Vñ ille Symon iustus quidã senex, multũ exultauit videns infantẽ Iesum , & agnoscens in paruo magnum,& in exigua carne cognoscens cęli & terræ creatorem. Multũ ergo

M exultauit,quia responsum acceperat non se exiturũ esse de hac uita,priusquã uideret salutare dei.Agnouit ergo illum,iocundatus

Luc.2. est,exultauit gaudio , & hoc ait,Dñe,nunc dimittis seruũ tuum in pace,quia uiderunt oculi mei salutare tuum.Magna est ergo ista iocunditas, & hanc facit charitas.Delectati sumus cum psalmus iste cantaretur,& quędam ibi ab omnibus intellecta sunt,quędam vero quantum arbitramur, aut a paucis,aut certe non ab omnibus. Simul ergo illũ in isto sermone in quo uobis seruimus consideremus, & uideamus quanta dignatione nos deus lętificare voluerit,psũtando quę promisit,& nobis,& nos,exhibens ueritatem promissis suis.Inscribitur psalmus Ipsi Dauid,cum terra eius restituta est. Totum ad Christum reuocemus si uolumus iter rectæ intelligentiæ tenere,non recedamus a lapide angulari,ne intellectus noster

Ephe.2. ruinã faciat. In illo solidetur, quod stabili motu mutabat:in illo incumbat,quod per incerta pendebat. Quicquid dubitationis hẽt in animo, auditis scripturis dei a Christo non recedat,cum ei fuerit in illis uerbis Christus reuelatus, intelligat se intellexisse. Antequam autem perueniat ad Christi

A intellectum , non se præsumat intellexisse. Finis enim legis Christus est ad iustitiam

Rom.10 omni credenti.Quid est ergo & quomodo accipitur in Christum , cum terra eius restituta est?Nam quomodo Dauid intelligatur Christus , & facile est agnoscere.Chri-

Matt.1. stus enim ex Maria,& de semine Dauid,& quia ex semine eius futurus erat,propterea nomen eius figura prophetabatur. Ergo Dauid Christus,quiã & interpretatur Dauid manu fortis. Et quis tam manu fortis, quam qui de cruce mundum uicit? Nam post resurrectionem & ascensionem eius, accepto spiritu sancto, loquentibus apostolis varijs linguis cõmota multitudo eorũ ipsorũ,qui eũ crucifixerant consiliũ qsiuit salutis,accepit,credidit, ignotũ est,donatus est reatus,sanguinis Chri,imperitus est potus sanguinis Christi,facti sunt fideles eius cuius fuerant persecutores: crediderunt in eum quem crucifixerunt,& ante quẽ insultantes caput agitauerunt,eum ipsum caput habere voluerunt. Ita ergo restituta est terra eius,ꝙ habet titulus Psalmi, Terra.n.eius Iudæa , & perierat omnis Iudęa quãdo crucifixerat dominum suum , ignorantes

B phrenetici sæuientes in medicum,& salutẽ insania repellentes. Tanquã ergo perierat Iudæa tota,quam totam ipsi etiam Apostoli trepidauerunt, Petrus qui audaci dilectione sequebatur , timida trepidatione ter negauit. Resurgens in uia quosdam loquentes secum de se, tales inuenit ipse dominus Iesus Christus , vt dicerent illi quærenti vnde colloquerẽtur , Tu solus peregrinus es in Hierusalem,& non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit,Quę?Et dixerunt,De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta potens in opere , & sermone corã deo & omni populo,& quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel iam spem Christi perdiderunt. Non enim dixerunt speramus eum redempturum,sed sperabamus quod esset redempturus Israel:Ipse cum eis erat,& spes illius in illis non erat:ostendit se illis, manifestatus est etiam cæteris discipulis,uisus,contrectatus, & inuentus illis quibus iam perisse videbatur . Reuocata est fides eorum qui ceciderant , restituta est terra eius . Deinde factis cum eis quadraginta diebus, C ascendit in cœlum : & sicut pauloante commemoraui , misso spiritu sancto fecit discipulos suos idiotas homines loqui omnium gentium linguis. Tunc illi pro quibus non frustra dixerat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt : commoti, & vt diximus,quæsierunt salutem,consilium acceperunt, vt in eum crederent: crediderunt vno die tria milia , & rursus quinquemilia.Cœpit feruere per Iudæã Ecclesia Christi, vbi ferbuerat opprobriũ Christi,& restituta est terra eius: sed quia dixerat ipse,Habeo alias oues q̃ nõ sunt de hoc ouili , oportet me & eas adducere , vt sit vnus grex & vnus pastor: etiam ad gentes,ad quas prophetæ missi nõ erant , apostoli missi sunt . Quæsiti sunt q̃ non quærerant, inuenti sunt qui nihil expectabãt: quem nõ tenebant deum pollicitatorem, inuenerũt redemptorem.Iam enim Iudæi tenebant deũ pollicitatorem quia ibi prophetæ Christũ prædicauerunt , vbi Christum ꝓmiserunt , sed quẽ promissum audierant,præsentẽ non cognouerunt . Illis autem promissum nihil erat , sed tamen in prophetis etiã de fide ipsorum dictũ erat.

D Non dictum erat ipsis , sed dictum erat de ipsis . Missũ est ad illos,& audistis ex dispensatione dei:ipsa enim lectio mõ vobis facta est in Actibus apostolorũ , quomodo centurio Cornelius credidit:Cornelius.n. centurio nõ erat de gente Iudæorũ . Orabat,ieiunabat,eleemosynas faciebat : nõ illum deseruit deus,quanuis in gẽtibus constitutũ:& missus est ei angelus qui illi nũciaret, ꝙ eleemosynæ & orationes ipsius acceptæ fuerunt apud deũ . Credidit aduocato ad se Petro nunqd non illum poterat docere angelus?Misit illũ ad Petrũ,vt magis per hominẽ illi fides fieret, quia homines nõ dedignatus erat dominus visitare. Nec dedignabatur docere per hominem, q̃ dignatus est esse homo. Sic ergo restituta est terra eius, vno pariete veniẽte de Iudæis,altero pariete veniente de gẽtibus,quibus duobus parietibus de diuerso venientibus esset ipse lapis angularis , vbi ambo copularẽtur . Iterũ qũo accipimus,cũ terra eius restitueret?Cũ caro eius resuscitari . Aliud.n.intellectus,tamẽ a Chro non recedẽs sic põt nobis occurrere, terra restituta,caro resuscitata. Post resurrectionem enim ipsius facta sunt ista omnia q̃ cantãtur in Psalmo. Audiamus iã de terræ restitutione psalmũ plenũ gaudio , excitet nos ipse dominus deus noster dignã tantæ rei expectationẽ & iocũditatẽ,ipse sermonẽ nostrũ moderet aptũ cordibus vestris, vt quicquid hic exultat cor nostrum in talibus spectaculis perducat ad linguam , & inde in aures vestras: deinde in cor vestrum,deinde in facta vestra.

EXPOSITIO PSALMI.

DOminus regnauit .) Ille qui stetit Mat.27. ante iudicẽ,ille qui alapas accepit,ille q̃ flagellatus est,ille qui consputus est,ille qui spinis coronatus est,ille qui colaphis cæsus est,ille qui in ligno suspensus est,ille cui pendẽti in ligno insultatum est,ille qui in cruce mortuus est,ille q̃ lancea pcussus est, ille qui sepultus est,ipse resurrexit,Dñs regnauit. Sæuiant quantum possunt regna , quid sunt factura regni regnorũ dño omnium regum , creatori omniũ seculorum? An ideo cõtemnitur,quia tam submissus,& tã humilis apparuit?Misericordia est , nõ impotẽtia: ille enim humilis apparuit vt eũ caperemus. Sed iã vi- F deamus , Dñs regnauit,Ex ultet terra,iocũdentur insulæ multæ.) Est quidẽ,quia verbum dei non in sola continenti terra prædicatum est,sed etiam in insulis quæ cõstitutę sunt in medio mari:& ipsę plenę Christianis,plenæ sunt seruis dei. Non.n.separat mare eũ,qui fecerat mare. Quò naues possunt accedere,verba dei nõ pũt?Impletæ sunt insulæ:veruntamẽ possunt & in figura recte accipi insulę oĩs,Ecclesiæ.Qua re insulæ? Quia circũlatrant ur fluctibus omniũ tentationum.Sed quomodo insula vndique circũstrepentibus fluctibus tundi potest, frangi nõ potest, magisq̃. ipsa frangit fluctus venientes,quã frangãtur ab eis: sic & Ecclesiæ dei pullilantes per totũ orbẽ terrarũ, passæ sunt persecutiones vndique frementiũ infidelium,& ecce stant insulæ,& iã placatum est mare : Iocundẽtur insulæ multæ:Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium directio sedis eius .) Quibus nubes & caligo in circuitu eius?Quibus iustitia & iudicium directio sedis eius?Nubes & caligo impijs:qui eũ non intellexerunt:iustitia & iudiciũ fidelibus,qui in eũ crediderunt.Illi.n per superbiã non viderunt , illi per humilitatem dirigi meruerũt. Audi nubes &̃ nebulã,& G audi iustitiam & iudicium . Ipse dominus Ioan. 9. ait,In iudicium ego in hunc mundum veni:vt qui nõ vident,videant:& qui vidẽt, cæci fiant. Quid est,qui vident cæci fiant? Qui sibi videre videntur,qui se sapientes putant,qui non sibi arbitrantur necessariã medicinam,ipsi cæci fiant,ipsi non intelligant. Qui autem non vident,videant:qui cæcitatem cõfitentur, illuminari mereantur.

tur. Sic ergo in circumitu eius nubes, & caligo his qui eum non cognouerunt: confitentibus autem & humiliantibus, se iustitia & iudicium directio sedis eius. Sedem eius dicit eos ipsos, qui in eum crediderũt.

1.Co.2. De ipsis enim sibi fecit sedem, quia in eis sedet sapientia: filius enim dei est. Audiui mus autem ex alia scriptura, magnum huius intelligentiæ documentum. Anima iusti, sedes sapientiæ. Ergo quia isti facti sunt iusti, qui in eum crediderunt, iustificati ex fide, facti sunt sedes ipsius, sedet in ipsis iudicãs ex ipsis, & dirigẽs eos. Quare? Quia mansuetos inuenit, ueluti iumenta mitia non recalcitrantia, non collum superbum aduersus iugum eius excutientia, non flagellum eius recusantia. Facta sunt iumenta eius bona, mansueta, & meruerũt quod dictum est in alio psalmo, Diriget mites in iudicio, docebit mansuetos vias suas. Propterea ergo illis nubes & caligo, quia non sunt recti, mansuetis autem iustitia, & iudiciũ directio sedis eius. Ignis ante eũ præibit, & inflammabit in circumitu inimicos eius.) De quo igne dicit fratres, Ignis ante eum præibit, & inflammabitin circumitu inimicos eius? Non arbitror de illo igne dicit in quem mittendi sunt impij illa vlti ma iudicij sententia, quibus ad siniſtram separatis, sicut in Euangelio lectum memi nimus dicturus est, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius: non puto de illo igne dici. Vnde hoc non puto? Quia de quodam igne dicit, præibit ante illum antequã ueniat ad iudiciũ. Dictum est. n. pire ignẽ & infli mare in circũitu. i. per totum orbẽ terrarum inimicos eius. Il le ignis post eius aduẽtum erit, iste ãt ignis ante eum ꝑibit. Quis est ergo iste ignis? Possumus cum accipere in pœna malorũ, possumus ĩ salute redẽptorũ. In pœna malorum quomodo? Quia cum ꝑdicaret Christus, iratæ sunt gentes, & commouerũt ꝑsecutionem: q̃ ira ignis fuit magis consumẽs eos qui persequebantur, q̃ eos quos persequebãtur. Cum enim videmus duos, vnũ irascentẽ, alterum patienter ferientẽ, qs eorum ardeat, vestrum est iudicare: Potestis in vno genere humano tale spectaculum contueri. Ponite vobis ante oculos hominem iniquum, commotum animo, trucem vultu, flammantibus oculis, scintillantibus verbis, ferri in hominis necem, in deprædatione, in iniurias, in contume-

Psal.24.

Mat.25

lias, non se capere, non se tenere: alterum patienter excipientem verbera ac plagas, quicquid ille inferre voluerit, & percutienti maxillam parantem alteram: cum videris hinc furias, inde lenitatem: hinc iram, inde patientiam: hinc flammas, inde tolerantiam, dubitas pronunciare quis eorum ardeat pœnamque patiat? Ille ne cuius corpus vexatur, an cuius animus vexatur? Propterea & Esaias ꝓpheta dixit, Et nũc ignis aduersarios comedet. Quid est & nunc? Antequam veniat dies ille iudicij magnus, iam furore suo ardent, qui postea supplicio sempiterni illius ignis arsuri sunt. Nisi forte putatis frẽs mei, qa iniusti tia quæ procedit ex homine ad lædendum alterum hominem, illi ad quem procedit nocet, & illi de quo procedit nõ nocet? Vn de fieri potest? Aliquando facula ardens apponitur ad lignum humidum & viride, & non illud incendit, ipsa tm̃ ardet, sic & inimicus tuus. Si qs forte exisiit iniustus, q tibi moliatur insidias, vel præparet aliquas molestias, iniustus est. Tu si viride lignum fueris. i. si succo spiritali vigẽs & virens, flãmis inimicitiarũ restiteris, orando pro illo q te persequitur, ille ardet, tu manes integer: & iniustitia illius illi nocet, tibi nihil nocet: nisi forte putas, quia nocet tibi si corpori tuo aliquid fecerit, & anima patiens & incorrupta ad deum coronanda peruenerit, sequens exemplum dñi sui, q pati maluit a Iudeis, & qui poterat nõ nasci nati mortuus é, qa & q poterat nõ nasci natus est. Tu. n. conditione natus es, ille voluntate: tu conditione moreris, ille misericordia. Quomodo ergo illi nihil nocuerunt Iudei: sic nec tibi quisquã persecutor inimicus, si tu elegeris esse membrum capitis illius. Ecce intelleximus ignem antecedentem præeuntem, id est, hoc tempore intelligendum in pœnam quandã infideliũ iudicandorũ, intelligamus ignem si possumus, & in salutem redemptorũ. Ita enim apposuerunt idem ipse dominus ait, Ignem veni mittere in terram. Sic ignem, quomodo gladium: nã, & quodam loco ait, non se venisse pacem mittere in terram, sed gladiũ. Gladium ad separationem, ignem ad vltionem: sed vtrumq. salubre, quia & gladius verbi ipsius salubriter nos separauit a consuetudine mala. Gladium. n. attulit, & separauit vnumquenque fidelium, aut a patre suo q in Christũ nõ crediderat, aut a matre

Mat.5. Luc.6.

Esa.66.

Luc.12.

Mat.10

tre similiter infideli, aut certe si de parentibus Christianis natus est, saltẽ a progenie sua priore: nemo. n. nostrum non aut auũ, aut proauũ, aut aliquam antiquam originẽ in gentibus habuit, & in illa execrabili deo infidelitate separati sumus ab eo quod erat mus, sed gladius intercesit secernẽs, nõ interficiẽs. Hoc mõ & ignis. Ignem veni mittere in terram, exarserũt homines credentes in eum, acceperunt flammam charitatis ꝑpea & ipse spiritus sanctus cum missus esset. Apostolis, sic apparuit. Visę sunt ii le, inquit, linguæ diuisę velut ignis, qui & insedit super vnumquenque illorum. Isto igne inflammati cęperunt ire per mundũ, & inflamare, & incẽdere in circumitu inimicos eius. Quos inimicos eius? Qui deserto deo a quo facti erant, adorabant simulacra quæ fecerant. Ipsi incendebantur, si mali erant ad consumptionem: si boni erãt ad reparationem: aut ipse incendebat, qui solebat credere illo igne, audito verbo dei factus peior, inuidia sua exustus atque cõsumptus: aut si conuerteretur & crederet, nec sic in illo nihil arsisset. Arserat. n. fœnum vt purgaretur aurum. Aurum fides est, fœnum carnalis cõcupiscentia est, Omnis caro fœnum Esaias dicit, & omnis honor carnis vt flos fœni. Quicquid est ergo in homine carnali appetens vana & secula ria, fœnum est. Quã multi forte & frẽs nostri ierunt ad theatrum, sęno ducti sunt. Nonne optandus est illis iste ignis, vt fœnum ardeat & aurum purgẽt? Q̃d. n. illis inest fidei, sęno premit. Bonum est ergo eis ardere lãcto igne, vt œno cõsumpto, splendeat ꝓciosum q̃d redemit Christus. Ergo ignis ante eũ præibit, & inflammabit in circũitu inimicos eius. Sunt qui salubriter arserunt; hodie fideles eius sunt: inimici eius erant, & nunc iam fideles eius sunt. Quos ĩ eris inimicos, nõ sunt: cõsumpti sunt, arserunt: charitas consumpsit in eis, q̃ persequebantur Christum, & purgauit in eis q̃ crederent in Christum. Et inflammaturit in circumitu inimicos eius. Apparuerunt fulgura eius orbi terræ.) Magna exultatio. Nonne videmus? nonne manifestum est? Apparuerũt fulgura eius vniuersæ terræ: inflãmati sunt inimici, incensi sunt inimici, arsiẽ quicquid contradicebat, & apparuerunt fulgura eius orbi terræ. Quomodo apparuerunt? Vt iam crederent. Vnde fulgura? De nubibus. Quæ sunt nubes dei?

Prædicatores veritatis. Vides autẽ nubem in cęlo nebulosam, obscurã, & hẽt intus nescio q̃d latens. Si coruscet de nube, emicat splẽdor, ex eo ipso q̃d contẽnebas, inde exiliuit q̃d expauescas. Misit ergo dominus nr̃ Iesus Christus apostolos suos, ꝑdicatores suos sanctos velut nubes, videbant homines & contemnebant, quomodo vident nubes & contẽnunt, antequã de eis exiliat q̃d mireris. Erãt. n. illi primum homines carnẽ portãtes infirmi, deinde idiotę, indocti, ignobiles, sed erat ĩ illis q̃d fulgураret, erat in illis q̃d coruscaret. Accedebat Petrus hõ piscator, orabat, & surgebat mortuus. Forma humana nubes erat, splendor miraculi coruscatio erat. Sic in verbis, sic in factis, cum miranda dicunt, & miracula faciunt: apparuerunt fulgura eius orbi terræ: Vidit & commota est terra.) Si enim non est verum, si non tota terra iam Christiana clamat amen, cõmota fulgoribus de illis nubibus erumpẽtibus: Vidit & cõmota est terra. Montes fluxerunt sicut cęra à facie domini.) Qui sunt montes? Superbi. Omnis altitudo extollens se aduersus deum, factis Christi & Christianorum cõ tremuit, succubuit. Et qñ dico q̃d dictum est, fluxit, melius verbum inuenirĩ non potest. Montes fluxerunt à facie domini velut cæra, Vbi est altitudo potestatum? Vbi duritia infidelium? Montes fluxerunt sicut cęra à facie domini. Ignis enim eis fuit dominus, illi ante faciem eius sicut cęra fluxerunt: tamdiu duri, donec ignis ille admoueretur. Complanata est omnis altitudo, modo blasphemare Christum non audet, & paganus in eum credit, non eum tamen blasphemat. & si nondum factus est viuus lapis, tamen victus est durus mons. Montes fluxerunt sicut cęra a facie domini: A facie dñi omnis terra.) Nõ Iudeorum tm̃, sed & gentium, sicut dicit Apostolus, Non. n. est Iudæorũ tm̃ deus, sed & gẽtiũ. Dñs ergo vniuersę terrę, dñs Iesus Christus in Iudea natus, sed non Iudeę tantum natus, qui antequam natus omnes fecit: & qui omnes fecerat, omnes refecit. A facie domini omnis terra. Annunciauerunt cœli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.) Qui cœli annunciauerunt? Cęli enarrant gloriam dei. Qui sunt cœli? Qui facti sunt sedes ipsius. Quomodo. n. in cœlis sedet deus, sic sedet in Apostolis, sic sedet in prædicatoribus Euangelij.

Act.9.

Rom.3.

Psal.18

gelij. Et tu si vis, cœlum eris. Si vis esse cę
lum, purga de corde tuo terram. Si terre-
nas concupiscentias non habueris, & non
fruſtra rñderis ſurſum te habere cor, cœ-
Colo.3. lũ eris. Si reſurrexiſtis cũ Chriſto, fidelib.
Apoſtolus loquiſ, Quæ ſurſum ſunt quæ-
rite, vbi Chr̃s eſt in dextera dei ſedẽs, quę
ſurſum ſunt ſapite, nõ q̃ ſup terrã. Cępiſti
ſapere q̃ ſurſum ſunt, & nõ q̃ ſuper terrã,
& ſub terra ſunt, nonne factus es cœlum?
Carnem portas, & corde iam tecum eſt, cę
Phili.3. lũ, Conuerſatio.n.tua in cœlis erit. Talis
annuncias & tu Chr̃m. Quis.n. fideliũ ta-
cet Chr̃m? Intendat charitas vr̃a: Putatis
quia nos ſoli ſtãtes hic annũciamus Xp̃m,
& vos non annunciatis? Vnde ad nos ve-
niunt Chriſtiani volentes eſſe quos nunq̃
vidimus, quos non nouimus, quibus nunq̃
prædicauimus? An forte crediderunt nul-
lo nunciante? Apoſtolus dicit, Q̃uo credẽt
Ro. 10. quem non audierunt? Q̃uo audient ſine
D pdicante? Ergo tota Eccleſia prędicat Chri
ſtum, & annunciant cœli iuſtitiam ipſius:
quia omnes fideles quibus cura eſt lucrari
deo eos qui nondũ crediderunt, & faciunt
hoc ex charitate, cęli ſunt. Intonat de illis
deus iudicij ſui terrorẽ, & tremit q̃ in fide
lis erat, & paueſcit & credit. Oñdite homi-
nibus quid potuit Chr̃s per totũ orbẽ ter-
rarũ, loquẽdo eis, & adducẽdo eos ad amã-
dum Chriſtum. Quanti.n. hodie adduxe-
runt amicos ſuos, aut ad pantomimum, aut
ad choraulã? Quare, niſi amando illum? Et
vos amat Chriſtum: tanta.n. ſpectacula p̃-
buit, in quo nemo põt dicere aliqnd ſe re-
prehenſionis in venire in illum, qui vicit
ſeculum. Nam & aliq̃n quem amat quiſq.
in theatro, vincitur in illo. Nemo vere vin
citur in Chriſto, non eſt de quo erubeſce-
re. Arripite, attrahite quos poteſtis, ſecuri
eſtote, ad eum adducitis, qui non diſplicet
uidentibus, & rogate ilũ vt illuminet eos,
& bene expectent. Annunciauerunt cœli
iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi
gloriam eius. Confundantur omnes qui
adorant ſculptilia.) Nõne factum eſt? Nõ-
ne confuſi ſunt? Nonne quotidie confun-
E duntur? Scuptilia.n.ſunt manifeſta idola.
Quare iam confunduntur omnes qui ado
rant ſculptilia? Quia viderunt omnes po-
puli gloriam eius. Iam omnes populi glo-
riam Chriſti confitentur. Erubeſcant qui
adorant lapides, quia lapides illi mortui
erant, nos viuum lapidem inuenimus:
Immo lapides illi nunquam vixerunt, ve
nec mortui dicantur. Lapis autem noſter
viuus eſt & ſemper vixit apud patrem, &
pro nobis mortuus reuixit, & modo viuit, Rom.6.
& mors ei vltra non dominabitur. Hanc
gloriam ipſius cogitauerunt & cognoue-
runt populi, dimittunt templa, currunt ad
Eccleſiã. Confundantur omnes qui ado-
rant ſculptilia, noluerunt deſerere idola,
deſerti ſunt ab idolis. Confundantur om-
nes qui adorant ſculptilia. Qui gloriantur
in ſimulacris ſuis.) Sed extitit neſcio quis
diſputator, q̃ doctus ſibi videbatur, & ait, Pſa.113
Non ego illum lapidem colo, nec illud ſi-
mulacrum quod eſt ſine ſenſu: non.n. pro-
pheta veſter potuit noſſe, quia oculos ha-
bent & non videt, & ego neſcio quia illud
ſimulacrum nec animam habet, nec videt
oculis, nec audit auribus. Non ergo illud
colo, ſed adoro q̃d̃ video, & ſeruio ei quę
non video. Quis eſt iſte? Numen quoddã,
inquit, inuſibile, q̃d̃ p̃ſidet illi ſimulacro.
Hoc modo reddendo rõnem de ſimulacris ſ
ſuis, diſerti ſibi videntur quia non colunt
idola, & colunt demonia. Etenim frẽs ſicut 1.Cor.10
dicit Apoſtolus, Quæ immolant gentes,
dæmonijs immolant, & nõ deo: Nolo uos,
inquit, ſocios fieri dæmoniorũ: nã ſcimus,
quia nihil eſt idolũ, ipſe hoc dicit Apoſto-
lus, Scimus, quia nihil eſt idolum, ſed quæ
immolant gentes, dęmonijs immolant, &
non deo dixit, Nolo vos fieri ſocios dæmo
niorum. Non ergo hinc ſe excuſent, quia
quaſi idolis inſenſatis dediti non ſunt, dę-
monijs magis dediti ſunt, quod eſt pericu-
loſius: nam ſi tantum idola colerent, ſicut
eos non adiuuarent, ita illis nihil nocerẽt:
ſi autẽ adores & ſeruias dęmonibus, erunt
domini tui. Et qui erunt domini tui? Inui-
di tui, libertati tuæ neceſſe eſt inuideant:
ſemper te velint poſſidere, ſemper talem ſi
cere qualem poſſint ſecum trahere. Eſt.n.
inſita maleuolentia quædam & pernicies
nocẽdi iſtis malis ſpiritibus: gaudet de ma-
lo hominum, & de fallacia noſtra, ſi nos ſe
fellerint paſcuntur. Et quid quærunt? Nõ
quibus in æternum dominentur, ſed cum
quibus in ęternum damnentur: quo modo
ſolet maleuolus latro nominare innocen- G
tem: nunquid ſi fuerit vnus incenſus, mi-
nus ardet, ſi duo ardeant? Minus moritur,
ſi duo morianr̃? Pœna illi non minuiſ, ſed
maleuolẽtia paſcitur, mecũ moriatur, nõ ſe
minus morituꝝ dicens, ſed ſolatium hę-

bent malũ alterius. Talis eſt diabolus, ſedu
cere vult illos q̃ cum illo puniantur. Et qa
non põteſt fallere iudicem deũ: non.n. no-
minat apud illum innocentẽ vera crimina
volens ſibi obijciat, peccata perſuadet.
Ecce quales dños ſibi faciunt qui colunt
idola, & dæmonia. Quæ.n. immolãt, & gẽ-
tes, dæmonijs immolant, & non deo, nolo
uos ſocios fieri dæmoniorũ: Nos ãũt qua-
lem deum habemus? Audite quid ſequaꝫ.
Cum.n. dixiſſet, Confundantur omnes q̃
adorant ſculptilia: addidit, & qui gloriant
in ſimulacris ſuis: ne exiſterent quaſi red-
dentes rationem de ſimulacris: & dicerent,
non lapides ſed numina colimus: quæ nu-
mina colis? Dic mihi, dæmonia colis, an ſpi
ritus bonos, quales ſunt angeli? Sunt enim
angeli ſancti, & ſunt ſpiritus maligni. Ego
deo quia in templis tuis non coluntur ni-
& ſpiritus maligni, qui ſibi exigunt ſuper-
ſacrificium, & volunt ſe coli tanquam
R deos. Maligni ſunt, ſuperbi ſunt. Tales
ſunt etiam homines non boni, qui ſuã glo-
riam quærunt, & dei gloriam contemnũt.
Homines autem ſanctos attendite, q̃ ſunt
ſimiles angelis. Cum inueneris hominem
aliquem ſanctum ſeruum dei, ſi volueris il
lum colere & adorare, p deo, prohibet te,
non vult ſibi arrogare honorem dei, non
vult tibi eſſe pro deo, ſed tecũ eſſe ſub deo.
Fecerũt hoc Apoſtoli ſancti, Paulus et Bar
nabas: Prædicabant verbum dei in Lycao-
nia. Miracula cum feciſſent Lycaoniæ, ci-
uitates eiuſdem regionis adduxerunt victi-
mas, & voluerunt illis ſacrificare, dicentes
Barnabam Iouem, & Paulum Mercuriũ.
Illi non ſunt delectati. An forte ideo ſibi
immolari noluerunt, quia dæmonibus ſe
comparari execrati ſunt? Non, ſed quia ho
norẽ diuinum exhiberi hominibus horrue
runt, verba ipſorum indicant, non ſuſpica-
mur: ſequitur enim lectio libri eiuſdem, &
dicit quomodo moti ſunt. Tunc Paulus &
Barnabas conſciderunt veſtimenta ſua & Act.14
dixerunt, Viri fratres, quid facitis? Et nos
homines ſumus paſsibiles, ſimiles uobis.
Intendite ergo quomodo homines boni
prohibent eos qui ſe voluerunt colere tan
quam deos, & volunt potius ut deus vnus
colatur, deus unus adoretur, deo vni ſacri-
ficium offeratur, nõ ſibi. Sic & omnes ſan-
I cti vel angeli illius gloriam quęrunt quę
diligunt. Ad eius cultum, ad eius orationẽ,
ad eius cõtẽplationẽ oẽs quos diligunt ra-
pere & inflammare ſtudent, ipſum illis an-
nunciant non ſe, quoniam angeli ſunt. Et
quia milites ſunt, nõ norũt gloriã quærere
niſi imperatoris ſui: ſi aũt gloriã ſuã quæſie-
rint, vt tyrãni damnãtur. Talis extitit dia-
bolus & dæmonia. i. angeli eius: arrogauit
ſibi honorem diuinum & omnibus dæmo
nijs, & impleuit tẽpla paganorum, & per
ſuaſit ſimulacra, & perſuaſit illa ſacrificia
offerri ſibi. Nonne melius erat vt angelos
ſanctos, q̃ vt dæmones colerent? Reſpon-
dent, Non colimus mala dæmonia, ange-
los quos dicitis, ipſos & nos colimus, virtu
tes dei magni, & miniſteria dei magni. Vti
nam ipſos colere velletis, facilẽ ab ipſis di-
ſceretis non illos colere. Audite angelum
doctorem, docebat quendã diſcipulũ Chri-
ſti, & oſtendebat illi multa miracula in A-
pocalypſi Ioannis. Ille aũt quodam ſibi de
mõſtrato miraculo viſionis expauit, & mi-
ſit ſe ad pedes angeli. Et ille angelus qui
non q̃rebat niſi gloriam domini ſui, Surge
quid facis, inquit, Illum adora: nam & ego K
cõſeruus tuus ſum, & fratrũ tuorũ. Quid Apo.19.
ergo fratres mei? Nemo dicat, timeo ne
iraſcaꝫ mihi angelus, ſi non illum colo pro
deo meo. Tũc tibi iraſcit, q̃ſi ipſum colere
volueris. Bonus eſt.n. & deum amat. Q̃uo
.n. dæmones iraſcuntur ſi non colantur, ſic
angeli indignantur ſi pro deo colanr̃. Sed
ne forte dicat ſibi cor infirmum, cor trepi-
dum, ergo ſi iraſcantur dæmonia quia nõ
colunr̃, timeo offendere dæmonia. Quid
tibi factus eſt vel princeps ipſorum diabo
lus? Si poſſet aliqd, nullus noſtrum rema-
neret. Nonne quotidie tãta in illum dñr
ore Chr̃ianorũ, & creſcit ſeges Chriſtiano
rum? Q̃ñ iraſceris nequiſſimo ſeruo tuo,
hoc nomen illi imponis, ſatanas, diabole,
hoc illi dicis. Fortaſſe in hoc erras, qa ho-
mini hoc dicis, & immoderata ira raperis
ad conuiciandã imaginẽ dei, & tñ hoc eli-
gis vt ei dicas q̃d̃ valde deteſtaris. Si poſſet
ille, nõ ſe vindicaret? Sed non permittit, &
tñ facit quantũ permittit: nã & Iob tenta Iob. 1.
re voluit, & nõ niſi ptãtem quæſuit, & ni
hil faceret niſi ptãtẽ accepiſſet. Quare er-
go non ſecurus adoras deũ, quo nolente ne
mo tibi nocet: & quo permittente emen-
daris, nõ euerteris? Si.n. placuerit dño deo
tuo p̃mittere vt aliqs hõ tibi noceat, aut L
aliquis ſpiritus tibi noceat, emẽdabit te vt
clames ad eũ: Emẽdans emẽdauit me dñs,
ſed morti nõ tradidit me. Ergo cõfundan-

tur

tur oēs qui adorant sculptilia,& qui gloriā-
Psa.117. tur in simulacris suis. Adorate eū oēs an-
geli eius.) Discant pagani adorare deum.
Hier. 1. Angelos uolunt adorare,angelos imitenſ,
illum adorent qui ab angelis adorat. Ado-
rate eū omnes angeli eius. Adoret angelus
Acto.10 ille qui missus est ad Cornelium:nā eum
adorans Cornelius misit ad Petrum adoⁿ-
rare Christū dñm Petri, & ipse conseruus
Petri. Adorate eum omnes angeli eius,
Audiuit & iocundata est Sion.) Quid au-
diuit Sion? Quia adorant eum omnes an
geli eius. Quid audiuit Sion? Ecce quid au
diuit, Annunciauerūt cœli iustitiam eius,
& uiderunt omnes populi gloriam eius:
confundantur omnes qui adorant sculpti-
lia,& qui gloriātur in simulacris suis, Ete-
nim Ecclesia necdum erat in gentibus: in
Iudæa crediderant ex Iudæis, & putabant
ipsi Iudei qui crediderant solos se pertine
re ad Christū. Missi sunt Apostoli ad gen
Acto.10 tes,prędicatum est Cornelio:credidit Cor
M nelius, baptizatus est, baptizati sunt & illi
qui cum Cornelio erant. Sed vt baptiza-
rentur,quid factum est scitis: non quidem
hucusque peruenit lector, sed tū aliqui
recordantur:& q non recordantur,audiāt
a me breuiter. Missus est angelus ad Cor-
nelium, angelus Cornelium misit ad Pe-
trum, Petrus venit ad Cornelium. Et quia
de gentibus erat Cornelius, & ipse & qui
eum eo erant,non erāt circuncisi. Ne du-
bitarent ergo illi tradere Euangelium non
circuncisis,antequam baptizaret ipse Cor-
nelius & illi qui cū eo erāt, venit spiritus-
sanctus & impleuit illos,& cœperūt loqui
linguis. In nullum aūt ceciderat spirituſſan
ctus,nisi qui fuerat baptizatus: in istos aūt
ante baptismum cecidit. Posset enim Pe-
trus dubitare vtrum incircūcisos baptiza-
ret:venit spirituſſanctus, cœperunt loqui
linguis. Donatū est donū inuisibile,& tu-
Acto.11 lit dubitationem de sacramento visibili, &
baptizati sunt oēs. Et habes scriptū, Audie-
runt aūt Apostoli, & qui erāt in Iudæa fra
tres,qm̄ & gentes receperūt verbū dei, &
benedicebant deū. Hoc est quod hic cōme
Psal. 47 morat, Audiuit & iocundata est Sion: Et
exultauerunt filię Iudæ. Quid audiuit, &
A iocundata est Sion? Quia receperunt gen-
tes verbum dei. Vnus paries venerat, sed
angulus nondū erat. Sió ipsa ecclesia q̄ erat
in Iudæa,propriè hic nominata est. Audi-
uit,& iocūdata est Sion, & exultauerunt
filię Iudæ. Sic scriptum est, Audierūt apo-
stoli,& qui erant in Iudea fratres. Videte Acto.11
Sion,exultauerunt filiæ Iudę. Quid audie-
runt? Quia & gētes receperūt verbū dei.
Vbi illud dixit iste psalmus? Annūciauerūt
cœli iustitiam eius, & viderunt omnes po
puli gloriā eius. Et quia gentes crediderūt,
a qbus colebant idola,secutus ait,Confun
dantur oēs qui adorant sculptilia, qui glo-
riantur in simulacris suis. Audiuit,& iocū-
data est Sion, & exultauerūt filiæ Iudæ.
Postea quidē de incircuncisis calumniari
intrasti ad gentiles & incircuncisos, & mā
ducasti cū eis? Ille aūt reddidit eis rōnem,
quō cum oraret demōstratus est illi discus
pendens quatuor lineis. Discus ille qui ha Ibidem.
bebat omnia animalia, significabat omnes
gentes. Ideo aūt quatuor lineis pendebat,
quia quatuor partes sunt orbis,vnde futu-
ri populi erāt: & iō quatuor euangelia pdi
cant Christum,vt gratia ipsius ad oēs qua-
tuor partes orbis pertinere intelligatur.
Quia ergo tale visum demonstratum fue- B
rat Petro, indicauit, aperuit illis oia quo-
modo credidit Cornelius, quia priusquā
baptizaretur hō gentilis, venit super eum
spiritus sanctus. Hæc cum audissent tacue-
runt, & gentibus deus pœnitentiam ad vi-
tā dedit. Ecce audiuit,& iocūdata est Sió:
& exultauerunt filię Iudæ, Propter iudi- Acto.11
cia tua domine.) Quæ iudicia? Quia non
est personarum acceptor deus. Nanque ip-
se Petrus cū vidisset Cornelium centurio-
nem & eos qui cum illo erant adimpletos
spiritu sancto,exclamauit & ait, In verita-
te comprehendo, quia non est personarū
acceptor deus. Ergo exultauerunt filię Iu
dę, p̄p iudicia tua domine. Quid est, p̄p
iudicia tua? Quia in omni gente & in om-
ni populo,quicūque illi seruierit acceptus
est illi, q̄a non Iudęorū deus tm̄, sed & gē-
tium. Videte si hoc non est, vnde exultaue-
runt filię Iudę. Et exultauerunt filiæ Iu-
dę, p̄p iudicia tua domine: Qm̄ tu es dās
altissimus super omnem terram.) Non su-
per solam Iudæorum, nō super solam Hie
rusalem, non super solam Sion, sed super om
nem terram, Huic vniuersę terræ iudicia
dei viguerunt, vt undique populus conuo-
caret, quibus non communicant qui se
p̄ciderunt, nec audiunt p̄dictum, nec C
vident impletum, quoniam tu es domi-
nus altissimus super omnem terram. Ni-
mis

mis exaltatus es super omnes deos.) Quid
est nimis? Nam de Christo dicitur, Quid
ergo nimis, nisi vt intelligatur æqualis pa-
tri? Quid est sup omnes deos? Qui sunt?
Idola, Non habent sensum, non habent
vitam. Dęmonia habent sensum, habent
vitam, sed mala sunt. Quid magnum est,
quia exaltatus est Christus super idola,
exaltatus est super dęmonia? Sed nec hoc
valde magnum est. Dęmonia quidem dij
gentium, sed ille nimis exaltatus est super
Ps.95 oēs deos. Et homines dicti sunt dij, Ego
Ps.81 dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Item
scriptum est, Deus stetit in synagoga deo-
rum, in medio autem deos discernens. Su-
per oēs homines exaltatus est Iesus Chri-
stus dominus noster: nec tm̄ super idola,
nec tantum super dæmonia, sed super om
nes homines iustos. Et hoc parum est, sup
omnes etiam angelos. Nam vnde est, Ado
rate eum omnes angeli eius? Nimis exal-
tatus est super omnes deos? Quid ergo fa
D cimus omnes qui ad illum conuenimus,
ad eum qui nimis exaltatus est super oēs
deos? Breue prędceptum nobis dedit. Qui
diligitis dm̄m, odite malignū.) Non est di-
gnus Christus, cū quo diligas auaritiam.
Amas illum, debes odisse q̄d odit. Homo
est inimicus tuus, hoc est quod tu, creati
ti ab vno creatore in una conditione, &
si filius tuus loquatur cū inimico tuo,
& ueniat ad domū inimici tui, & assiduas
collocutiones habeat cum illo, exhæredare
illum uis, quia loquitur cum inimico tuo.
Et quomodo? Quam iustam vocem vide-
ris tibi habere? Amicus es inimici mei, &
quæris aliquid de re mea? Ergo attende.
Diligis Christum, inimica Christi est aua
titia: quare cū ea loqris? Nō dico loqueris
cum illa, quare illi seruis? Nam multa iu-
bet Christus, & non facis: iubet ipsa, & fa-
cis. Iubet Christus vt vestias pauperem,
& non facis: iubet ipsa auaritia vt facias
fraudē, & hoc potius facis. Si hæc ita sunt,
si talis es, noli tibi multum promittere hæ-
reditatem Christi. Sed dicis, diligo Chri-
stum. Qui diligitis dominum, odite mal-
gnum. Hinc apparet te diligere quod bo-
num est, si inuentus fueris odisse quod ma
lignū. Sed cū cœperimus odisse malignū,
subsequentur psecutiones. Odimus mali-
gnū, dicit nobis aliqs psecutor, fac fraudē:
dicit nobis, adora idolu: dicit nobis, thus
pone dœmonijs: sed nos audiuimus, Qui
diligitis dm̄m, odite malignū. Audiumus
quidem, sed si nō fecerimus sequit ille. Vs-
quequo sequit? Quid est ablaturus? Respō
de, quare christianus es? Propter æternam
hęreditatem, an pp terrenā fœlicitatem?
Interroga fidem tuā, pone in catasta con-
scientię animam tuā, torq. teipsum timo-
re iudicij: rńde cui credideris. Dicis mihi,
in Christum credidi. Quid tibi promisit
Chs, nisi q̄d oñdit in se? Quid ostendit
in se? Mortuus est, & resurrexit, ascendit
in cœlum. Vis sequi? Imitare passionē, ex- Mar.16
pecta pmissionē. Quid ergo tibi ablatu-
rus est sequēs cū cœperis odisse malignum?
Qui diligis dm̄m, q̄d ablaturus? Patrimo-
niū. Nunquid cœlum? Postremo quicq̄d
tibi dedit deus tollat, ille nō tollit quidem
si non vult deus. Si autem vult deus, tollit
q̄d dedit deus, ne se tibi auferat ipse deus.
Deum tibi nemo tollet: tu tibi illum tollis
si illum fugis. Forte rńdes, nō curo de pa-
trimonio meo, Dńs dedit, dńs abstulit: pos Iob. 1.
sumus dicere, sicut domino placuit, ita fa- F
ctum est, sed timeo ne occidat me: hoc to-
tum est. Audi ergo psalmum consolantē:
Custodit dńs animas seruorum suorum.)
Quia ergo dixerat superius, Qui diligitis
dominū, odite malignum, ne ideo timeres
odisse malignū ne occideret te malignus:
subiecit statim, Custodit dńs animas seruo
rū suorū. Audi illū custodiētē animas ser-
uorū suorum, & dicentem, Nolite timere Mat.10
eos qui corpus occidunt, animam autem
non possunt occidere. Occidit & corpus q
in te plurimum potest, quid tibi facit?
Quod & domino deo tuo. Quare amas
habere quod Christus, si times pati quod
Christus? Ille venit ferre vitam tuam tem
poralem, infirmam, morti obnoxiam. Cer
te timeres mori, si posses nō mori: quod p
naturam vitare non potes, quare propter
fidem non suscipis? Tollat tibi istam vitā
qui minatur aduersarius, dat tibi deus aliā
vitam: quia & istam ipse tibi dedit, & si ip
se noluerit, nec ipsa tolletur. Si autem
voluerit vt tollatur tibi, tolletur, habet
quod tecum mutet: noli timere spoliari
pro illo. Nou vis exui vestem pannosam?
Stolam gloriæ tibi daturus est. Quam sto
lam dicis mihi? Oportet corruptibile hoc
induere incorruptionem, & mortale hoc G
induere immortalitatem, ab ipsa caro tua 1.Co.15
non perict. Vsq. ad mortem potest sequire
inimi-

inimicus,poteſtatem vltrà non habet, nec in animam,nec in ipſam carnem:quia & ſi diſsipet carnem, non impedit reſurrectionem. De anima ſua timebant homines, & quid eis dominus ait? Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Times ne
Mat. 10 animam perdas,qui capillum non perdis? Deo omnia numerata ſunt. Omnia redintegrabit,qui omnia creauit. Non erant,& creata ſunt:erant,& non reparabũtur? Credite ergo toto corde fratres mei,& qui diligitis dominum,odite malignum. Fortes eſtote,non ſolum in diligendo deum, ſed etiam in odiendo malignum. Nã non uos terreant potentiores, qui uos vocauit omnipotens eſt. Fortior eſt enim omni forti, ſuperior eſt omni excelſo:Filius dei ꝓ nobis mortuus eſt. Securus eſto accepturum te vitam ipſius, qui pignus habes mortem ipſius. Pro quibus enim mortuus eſt? Nũ
Rom.5. quid pro iuſtis? Paulũ interroga,Etenim Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Impius eras & mortuus eſt pro te, iuſtificatus es
H & deſeret te? Qui iuſtificauit impium,relinquet pium? Qui diligitis dominum, odite malignum. Nemo timeat. Cuſtodit dominus animas ſeruorum ſuorum: De manu peccatoris eruet eas.) Sed forte dicturus es,perdo lucem iſtam. Lux orta eſt eſt iuſto.) Quam lucem times ne perdas? Times ne in tenebris ſis? Noli timere ne perdas lucem, immo time ne dum caues perdere illam lucem,perdas illam lucẽ veram. Quam times enim perdere,videmus quibus donata eſt,cum quibus tibi cõ
Matt.5. munis eſt. Nunquid ſoli boni vident iſtũ ſolem, cum faciat oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos,& pluat ſuper iuſtos & in iuſtos? Iſtam lucem vident tecum iniqui, vident tecum latrones, vident tecum impudici,vident tecum beſtiæ,muſcæ, vermiculi. Qualem lucem iuſto ſeruat, qui & iſtis iſtam dat? Merito hanc lucem in fide martyres viderunt. Qui enim iſtam contempſerunt,aliquam viderunt quam deſy derauerunt,quia hanc reſpuerunt. Lux orta eſt iuſto. Et rectis corde iocunditas.)
Nolite putare quia uere in miſeria fuerũt, cum in catena ambulauerunt. Latus fuit carcer fidelibus,leues fuerunt catenæ confitentibus. Habebant gaudia in cataſta, qui Chriſtum prædicabant inter tormenta.
I Lux orta eſt iuſto. Quę lux orta eſt iuſto? Quæ non oritur iniuſto,non iſta lux quã facit oriri ſuper bonos & malos: Eſt alia lux quæ oritur iuſto: de qua luce non ſibi orta,in fine dicẽt iniuſti, Ergo errauimus Sapiẽ.5. a uia veritatis,& iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol nõ ortus eſt nobis. Ecce amando iuſtũ ſolẽ, in tenebris cordis iacuerũt. Quid ꝓfuit oculis videre iſtũ,& mẽte nõ videre illũ? Tobias cæcus erat,& filiũ ſuũ Tobiæ. viam dei docebat. Noſtis.n.qa Tobias filiũ ſuũ admonebat & dicebat,Fili,fac eleemoſynas,qa eleemoſynæ non permittunt ire in tenebras: & loquebat illi q in tenebris erat. Videtis qa eſt alia lux quæ oritur iuſto,& rectis corde iocũditas: Oculos nõ habebat,& filio ſuo dicebat,Fac eleemoſynas,qa eleemoſynæ nõ ſinunt ire in tenebras. Nec timuit,ne diceret in corde ſuo filius ipſius: Tu.n.eleemoſynas feciſti,quare cęcus mihi loqueris? Ecce eleemoſynæ ad tenebras te ꝓduxerunt: & qũo mihi dictis,eleemoſynæ nõ ſinunt ire in tenebras? Quare ille dicebat iſta cum fiducia, niſi qa aliam lucem videbat? Filius patri manũ tenebat vt ambularet, ſed pater filium viã docebat vt viueret. Eſto ergo alia lux,quę oritur iuſto. Lux orta eſt iuſto,& rectis corde iocũditas. Vis illã noſſe? Eſto rectus corde. Quid eſt rectus corde? Noli torto corde eſſe ad deum,reſiſtẽs volũtati ipſius, & uolens illum curuare ad te, & non te dirigere ad illũ, & ſenties iocunditatẽ quã norunt oẽs qui recto ſunt corde. Lux orta eſt iuſto,& rectis corde iocunditas. Iocundamini iuſti.) Iam forte fideles audientes iocundamini,conuiuia meditantur,calices præparant,roſarũ tps expectãt: qa dictum eſt,Iocundamini iuſti. Vide qd ſequit: Iocundamini iuſti in dño. Expectas dño.) Iocundamini iuſti in dño. Expectas tps veris ut iocunderis: ſi dñm habes iocunditatẽ,dñs tecũ ſemper eſt,nõ hẽt tps. Habes illũ nocte,habes illum die. Eſto rectus corde,& ſemper eſt tibi de illo iocunditas. Non enim iocũditas q̃ eſt ſcd̃m ſeculum, vera iocunditas eſt: audi prophetã Eſaiam, Eſa.57. Non eſt gaudere impijs dicit dñs. Gaudere qd̃ uocãt impij,non eſt gaudere. Quale gaudium nouerat, q hoc gaudiũ improbabat? Credamus illi fratres,homo erat, ſed ambo gaudia nouerat. Homo erat,vtque nouerat gaudia calicis: qa homo erat, nouerat gaudia menſæ, nouerat gaudium lecti,nouerat gaudia iſta ſecularia & luxurioſa. Ille qui nouerat illa,ait pſumẽs, Nõ eſt gaudere impijs,dicit dominus. Sed non L dicit

dicit homo dicit dñs: ſed ex veritate dũi,nõ eſt gaudere impijs? Nam illi ſibi videntur gaudere,non eſt aũt gaudere impijs, dicit non homo,ſed dñs. Vnde ille ipſum gaudiũ videns ait,Et diem hominum non concupi
Ps.17 tũ,tu ſcis. Qui mihi alium dicẽ oſtendis,qui me aliam lucem doces,qui me alia iocundi
Ps.4. tate perfundis,q aliud mihi intus inſinuas, feciſti me non concupiſcere diem hominũ.
Ps.37. Vnde videbat Eſaias homines in potatione, in luxuria,in theatris,& in ſpectaculis, tum mundum luxuriari varijs nugis & tũ damabat, Nõ eſt gaudere impijs dicit dñs. Si hoc non eſt gaudere,quale gaudiũ videbat,in cuius comparatione hoc nõ erat gaudiũ? Tanq̃ ſi tu noſſes ſolem, & alicui laudanti lucernam diceres, non eſt iſta lux. Quare lux non eſt? Ille pro magno habet gaudet,exultat,& tu dicis, non eſt iſta lux. Aut ſi quis ſimtam miraretur,diceres, non eſt iſta pulchritudo. Et ſi forte ille occupatus eſſet circa compoſitionem membrorũ in illa beſtia, & omnes illas congruentias miraretur: tu qui noueras aliam pulchritudinem, negares iſtam & diceres non eſt. Quare? Quia aliam noſti. Sed dicis, Ego il
M lam quam videbat Eſaias non uideo. Credo & videbis. Forte.n.non habes unde videas: eſt.n.oculus vnde illa pulchritudo videatur. Nam qũo eſt oculus carnis vnde lux iſta videatur, ſic eſt oculus cordis unde illa iocunditas videatur. Forte ille oculus faucius eſt, fordidatus eſt, turbatus eſt ab ira,ab auaritia,a cupiditate,a libidine inſenſatus: turbatus eſt oculus tuus, nõ pót uidere illam lucem, crede antequã videas, ſanabe-
ris & uidebis. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde iocunditas. Iocundamini, ait, iuſti in domino: Et confitemini memoriæ ſanctita-
tis eius. Iam iocundati in domino, iã gaudentes in domino, illi confitemini, quia ni-
Luc.7. ſi vellet, non illo gauderemus. Ait.n. ipſe dominus, Hæc locutus ſum vobis vt in me pacem habeatis, in mũdo autem præſſurã. Si chriſtiani eſtis, preſſuras in iſto mundo ſperate. Tranquilliora & meliora tempora nolite ſperare fratres, fallitis vos. Quod vobis Euangelium non promittit, nolite vobis promittere. Quid dicat Euangelium ſcitis, chriſtianis loquimur, fidei præuarica-
tores eſſe non debemus. Euangelium hoc dicit, quia in nouiſsimis temporibus multa mala, multa ſcandala, multę preſſuræ, mul
Mat.24. tæ iniquitates abundabunt: ſed qui perſeue rauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Refri geſcet, inquit, charitas multorum. Qui ergo perſeueranter ſpũ ſerbuerit, ſecundum Apoſtolum qui ait, Spiritu feruentes, eius Ro. 12. charitas non refrigeſcit, quia ipſa charitas Rom.5. dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpũm ſanctum qui datus eſt nobis. Nemo ergo ſibi promitat quod Euangelium nõ promittit, Ecce venient lætiora tẽpora, & facio illud, & emo illud. Bonum eſt tibi vt attẽdas illum q non fallitur, nec ſefellit aliquem, qui tibi promiſit nõ hic lætitiam ſed in ſe, & cum tranſierint iſta, ſperes quia cum illo regnabis in æternum, ne cum hic vis regnare, neq. hic habeas iocunditatem, nec illic inuenias.

In Pſalmum nonageſimumſeptimum, Enarratio.

CAntate domino canticum nouum.) Nouus hõ nouit, vetus nõ nouit. Vetus homo eſt vetus vita, & nouus homo eſt noua vita. Vetus vita ex Adam trahitur, noua vita in Chriſto formatur. Dicitur aũt in hoc pſalmo uniuerſo orbi terrãrum vt cantet canticum nouum. Nam aper B
Pſal.95. tius alibi ſic dicitur, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: vt intelligant qui ſe præcidunt a cõione totius orbis terrarum, non ſe poſſe cantare canticum nouum, quia canticum nouum in toto orbe terrarum, non in parte cãtatur. Et hic attendite & videte hoc dici. Et cum dicitur vniuerſo orbi terrarum vt cãset canticum nouum: hoc intelligitur, quia pax cantat canticum nouum. Cantate domino canticum nouum. Quia mirabilia fecit.) Quæ mirabilia? Ecce modo legebatur Euangelium, & audiuimus mirabilia dñi. Efferebatur mortuus vnicus matris ſuæ q̃ erat vidua, miſertus dominus fecit illos ſtare, depoſuerunt illum, & dixit: Iuuenis, di-
Luc.7. co tibi ſurge: & ſedit ille mortuus, & cœpit loqui, & reddidit illum matri ſuæ. Ecce mirabilia fecit dominus: ſed multo maiora mirabilia ſunt quod totum orbem terrarum a morte ſempiterna erexit, quam quod vnicum filium matris viduæ reſuſcitauit. Cantate, ergo, domino canticum nouum, quia mirabilia fecit dominus. Quæ mirabilia? Audi: Sanauit ei dextera eius, & brachium ſanctum eius.) Quod eſt brachium ſanctum domini? Dominus noſter Ieſus Chri

Esa. 53. stus audi Esaiam, Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatū est? Brachium ergo sanctum & dextera ipsius, idem ipse est. Ergo dñs noster Iesus Christus brachium dei, & dextera dei, propterea sanauit ei. Non dictum est tantum, orbem terrarum sanauit dextera eius: sed, sanauit ei. Multi.n. sanantur sibi, non ei. Ecce quā multi cupiunt sanitatem istam corporalē, & ab illo accipiunt, & ab illo sanantur, & non illi sanantur? Quō ab illo sanantur, & non illi sanantur? Accepta sanitate lasciuiūt qui egroti casti erant, sanati adulteri fiunt: qui cum ægrotarent, neminem lædebant, receptis utribus inuadūt & opprimunt innocentes. sanati sunt, sed non ei. Quis est qui sanatur ei? Qui intus sanatur. Quis est qui intus sanatur? Qui credit in eum, & cū interius fuerit sanatus, in nouum hominem reformaretur, postea & hoc quod languet ad tempus caro ista mortalis, recipiet in finem & ipsa suam perfectissimam sanitatē. Sanemur ergo ei. Vt autem sanemur ei, credamus in dextera eius, quia sanauit ei dextera eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum.) Ipsam dexteram, ipsum brachium, ipsum salutare dominus noster Iesus Christus: de quo dictum est. Et videbit omnis caro salutare dei. De quo etiam dixit ille Symeon, qui infantem accepit in manus, Nunc dimittis dñe seruum tuū in pace, quoniam viderūt oculi mei salutare tuum. Notum fecit dñs salutare suum. Cui notū fecit? parti aut vniuerso? Non parti alicui. Nemo fallat, nemo decipiat, nemo dicat, Ecce hic est Christus, ecce illic. Qui dicit, ecce hic est, ecce illic, partes ostendit. Cui notum fecit dñs salutare suum? Audi quid sequitur: Ante cōspectum gentium reuelauit iustitiam suam.) Dextera dei, brachium dei, salutare dei, & iustitia dei, dominus est saluator noster Iesus Christus. Memor fuit misericordię suę Iacob, & veritatis suę domus Israel.) Quid est, Memor fuit misericordię suæ & veritatis? Vt promitteret misertus est, quia promisit & exhibuit misericordiam, veritas consecuta est. Misericordia præmisit, promissionē, promissio reddidit veritatem. Memor fuit misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domus Israel. Et quid? tantum Iacob, & tantum domus Israel? Domus Iudęorum & propago illa Abrahæ secundum carnem solet dici domus Israel, & Israel Iacob. Iacob.n. filius Isaac, Isaac autem ipse filius Abrahę. Ergo Iacob nepos Abrahæ fuit, & de Iacob duodecim filij, & de duodecim filijs vniuersa propago Iudæorum. Nunquid illis tantum promissus est Christus? Si discutias quid sit Israel, Israeli promissus est Christus, Israel est uidens deum. Videbimus per speciem, si nunc uidemus per fidem. Habeat oculos fides nostra & exhibebitur ueritas fidei. Credamus ea cum quem non uidemus, & gaudentes uidebimus: desyderemus non uisum, & fruemur viso. Ergo & modo Israel per fidem, tūc aūt Israel per speciem facie ad faciē. Nō iam per speculum, non iam in ænigmate, sed quēadmodū dictū est a Ioāne, Dilecti simi, filij dei sumus, & nondū apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, qm̄ videbimus eum sicuti est. Ad hanc uisionem parate corda vestra, ad hoc gaudium parate animas vestras: quo solem si vellet deus ostendere, moneret vt oculos pararetis carnis: sed quia sapientiæ suę specię vobis dignatus est ostendere, parate oculos cordis. Beati mundo corde quoniā ipsi deū uidebunt. Memor fuit misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domus Israel. Quis est iste Israel? Ne forte unam gentem cogites Iudæorum, audi quod sequitur: Viderunt oēs fines terræ salutare dei nostri.) Non dictum est, omnis terra: sed omnes fines terrę, quomodo dicitur a termino usq. ad terminum. Nemo concidat, nemo disipet, forte est unitas Christi. Totum emit, qui tantum precium dedit. Videte oēs fines terræ salutare dei nr̄i. Quia ergo uiderūt: Iubilate deo uniuersa terra.) Iā nostis quid sit iubilare: gaudete & loquimini: si quod gaudetis loqui nō poteritis, jubilate. Gaudium vestrum exprimat iubilatio, si non potest locutio: non sit tamen mutum gaudium, cor non taceat deū suū, non taceat munera eius. Si tibi loqueris, tibi latet: natus es: si te sanauit dextera eius et loquere cui sanatus es. Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri, Jubilate deo vniuersa terra: Cantate & exultate & psallite. Psallite domino deo nostro in cithara, in cithara & uoce Psalmi. Psallite non voce sola, sed & operemini. Qui cantat & operatur, psallit in cithara, & in psalterio. Et uide quālia organa adiungūtur in similitudinibus. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneę.) quid

Luc. 3. &. 2.

D

Mat. 24

Esa. 52

Mat. 24

quid sibi volunt tubæ ductiles & tubæ corneæ? Ductiles tubæ æreæ sunt, tundendo producuntur. Si tundendo, ergo uapulādo erimus tubæ ductiles, ad laudem dei producendi. Si cum tribulamini proficiatis, tribulatio tunsio, profectus productio est. Tuba ductilis erat Iob, qū repente percussus tantis damnis & orbitate filiorum tunsione illatā tribulationis factus tuba ductilis sonuit, Dñs dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Quō sonuit, quā suauem sonū dedit ista ductilis tuba? Adhuc tunditur, dum est in ptāte, vt & caro eius percutere. Percussa est, cœpit putrescere, scatere vermibus. Supposita Eua ad seductionē, vxor eius seruata ad ministerium diaboli, nō ad solatium mariti, suggerit blasphemias, non obtemperat ille. Obtemperauit Adam Euę in paradiso, repellit Adam Euam in sterco. In stercore. n. sedebat Iob, cum flueret & putresceret uermibus. Melior Iob putris in stercore, quam integer ille in paradiso. Sed adhuc illa Eua erat, iam ille Adam nō erat. Respondit Euæ prępāratę ad istam supplā tationem & tētationem, & ait ille, Ecce audiuimus quomodo tunditur tuba ista. Per cussit eum diabolus a capite vsq. ad pedes grauī vulnere, & putrescens vermibus sedebat in stercore. Audiuimus quemadmodum tūsus est, audiamus qūo sonet vox tubæ huius ductilis. Dulcem vocem, si placet audiamus. Locuta es, inquit, tanquam una ex insipientibus mulieribus: Si bona suscepimus de manu domini, mala non sustinebimus? O sonum fortem, o sonum dulcem. Quem nō dormientem excitet sonus iste? Quem non excitet præsumptio in deo, ut aduersus diabolum securus procedat in pūlium, non suis uiribus obtenturus, sed illius probat? Quia ipse ēt tundit, non. n. faceret. malleos de seipso. De illius. n. diaboli pœna futura Propheta commemorans ait. Contritus est malleus uniuersæ terrę. Malleū uniuersæ terrę, diabolum voluit intelligi. De seipso malleo in manu dei posito. i. in pōtate dei tunditur ductiles tubæ, vt resonēt laudes dei. Videte quemadmodum audeo dicere fratres mei, de isto malleo etiam Apostolus tundebatur, In magnitudine, inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ qui me colaphizet. Ecce tunditur, videamus quemadmodum sonet, Propter quod, inquit ter dominū rogaui, vt auferret eū a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ego tubam, inquit, ille fabricator, perficere volo, non perficiam nisi tundam: in infirmitate virtus perficitur. Et audi iam ipsam tubā ductilem & bene sonantem, Quando infirmor tunc potens sum. Et ipse Apostolus tanquam Apostolus hærens Christo, hærens illi dextræ de qua tenetur malleus vt producat tubam, in illa dextera positus fuerit, facit & ipse de ipso malleo: dicit de quibusdam quos tradidit satanæ, vt discant non blasphemare. Tradidit malleo tundendos: male sonabant antequam producerentur, forte producti & facti tubę ductiles, amissa blasphemia laudes domini sonuerunt. Hæ sunt tubæ ductiles. Vox tubæ corneæ quid est? Cornu excedit carnem, necesse est vt carnem superando sit firmum: firmum ad perdurandum, & capax vocis. Sed vnde hoc? Quia carnem superauit. Qui vult esse tuba cornea, superet carnem. Quid est, superet carnem? Transcendat carnales affectus, vincat carnales libidines. Audi tubas corneas: Si autem resurrexistis cū Christo, Apostolus dicit, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus in dextera dei sedens: q̄ sursum sapite, non quæ super terrā. Quid est, quæ sursum sunt quærite? Id est, carnē excedite, nolite carnalia cogitare. Nondū erant tubæ corneæ, quibus adhuc ita loquebatur, Fratres non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: neq. enim poteratis, sed nec q̄dem adhuc poteſtis: citis. n. adhuc carnales. Ergo non erant tubæ corneæ, qui non excesserant carnem. Cornu & carni hęret, & carnem excedit, & quanquam de carne oriatur, superat carnem. Fies ergo ex carnali spiritalis: adhuc carne calcas terram, & spiritu erumpes in cœlum. In carne. n. ambulantes, inquit, non secundum carnem militamus. Nam illud quibus dixit Apostolus, non prætermittamus. Quid illis ait, un de probaret illos carnalia sapere, & nondum factos tubas corneas? Cum enim dicit vnusquisq. vestrum, Ego sum Pauli: alius, Ego Apollo: alius autem, ego Cephæ, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quid est autem Apollo? Quid est autem Paulus? Ministri dei, per quos credidistis. Ego plantaui, Apollo rigauit,

Ibidem.

I

Vbi supra.

K

1. Ti. 1.

1. Co. 3.

Colo. 3.

2. Co. 10

2. Co. 3.

gauit,sed deus incrementum dedit. Vult illos ergo crigi a spe quã in homine posuerãt & contingere spiritalia Christi, vt possent esse tubæ coroneæ si superarẽt carnem. Fratres,nolite insultare fratribus,quos nondũ conuertit misericordia dei: noueritis quia quandiu hoc facitis,carnem sapitis. Tuba non est illa quæ delectat aures dei. Insultationis tuba,infructuosum bellum facit. Tuba cornea te erigat aduersus diabolum, nõ tuba carnea aduersus fratrem tuum. In tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ: Iubilate in conspectu regis domini.) Et vobis iubilantibus & exultantibus in tubis ductibus,& in voce tubæ corneæ: quid seqtur? Cõmoueatur mar & plenitudo eius.) Frẽs ꝓdicantibus veritatem apostolis, tanquã tubis ductilibus & tubis corneis cõmotũ est mare,surrexerunt fluctus,creuerunt tẽpestates, factæ sunt pſecutiones Ecclesiæ. Vnde commotũ est mare? Cum iubilabat deo, cũ psallebat deo,dei aures delectabant, maris fluctus excitabantur. Cõmoueatur mare,& plenitudo eius: Orbis terrarum,& omnes habitantes in ea.) Commoueat mare in persecutionibus,Flumina plaudendo manibus in idipsum.) Moueatur mare,& flumina plaudant manibus in idipsum. Fiũt pſecutiones,& gaudent sancti in dño. Vnde flumina plaudent manibus? Quid est plaudere manibus? Gaudere operibus. Plaudere,gaudere est. Manibus,operibus. Quæ flumina? Quos deus fecit flumina,dando illis illam aquam spũm sanctũ: Si qs sitit,inqt, veniat & bibat: Qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de ventre eius. Ista flumina manibus plaudebant, ista flumina operibus gaudebant,& deum benedicebant. Montes exultabunt a facie dñi quoniã venit,quoniam veniet iudicare terram.) Magni montes: Venit deus iudicare terram,& gaudent. Sunt.n. montes qui venturo dño iudicare terram contremiscunt. Ergo sunt montes boni, sunt montes mali: montes boni,magnitudo spiritalis: montes mali, tumor superbiæ. Montes exultabunt a facie domini quoniam venit,quoniam venit iudicare terram. Quare veniet,& quomodo veniet? Quoniam veniet iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in iustitia,& populos in æquitate.) Gaudeant ergo montes: ille enim non iniuste iudicabit. Venturo forte aliquo iudice homine cui non potest patere conscientia,contremiscunt homines eti am innocentes, si ab ipso expectẽt præmium laudis,uel timent pœnam damnationis: quando ille veniet qui falli non potest, gaudeant montes,securi gaudeant, illumnabuntur ab eo, non damnabuntur. Gaudeant, quia veniat dominus iudicare orbẽ terrarum in æquitate: ac si mõtes iusti, gaudent,iniqui contremiscunt. Sed ecce nõdũ venit quid opus est ut tremant? Corrigantur,& gaudeãt. In potestate tua est,quo expectes venturum Christum. Ideo differt venire,ut cum venerit,non te damnet. Ecce nondum venit,ille in cœlo est,tu in terra: ille differt aduentum,tu noli differre cõfilium. Aduentus ipsius durus est duris,mitis est piis. Vide ergo modo tu qui sis: si durus, licet tibi mitescere: si mitis, iam gaudes venturũ. Christianus.n.es. Ita,inquis. Credo ꝙ oras & dicis, Adueniat regnum tuũ. Optas vt veniat,quem times ne veniat: corrige te,vt non ores contra te.

Matt. 6

In psalmum nonagesimumoctauum Enarratio.

FRatres,id etiam notum esse dẽt charitati vestræ, tanquam filijs ecclesiæ & eruditis in schola Christi, per oẽs literas antiquorum patrũ nostrorũ,qui scripserũt verba dei & magnalia dei, nobis eos consulere voluisse,qui futuri eramus hoc tpe, in credentes in Christum: qui opportuno tpe venit ad uos,primo humilis, postea uenturus excelsus. Primo.n. venit ante iudicem staturus,postea vẽturus est iudex sessurus, vt ante illum stet pro merito suo genus humanum. Præcesserunt autem illum multi precones tanquã iudicem magnum, & hũc adhuc in humilitate venturum. Multi præcones præcesserunt adhuc nasciturũ de virgine Maria,futurum infantem,& sugiturũ lac,futurumparuulum,uerbum dei per qđ facta sunt omnia. Præcesserunt multi præcones, & dixerunt futura ista tempora: sed ita dixerunt, ut quibusdam figuris rerum tegerent sententias suas, ipsumque velamẽ quo tecta est veritas in libris antiquorum, tunc tolleretur, quoniam ipsa veritas de terra oriretur. Sic enim dicitur in psalmo, Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Modo ergo tota intentio nostra est, quoniam psalmum audiuimus, quãdo prophetam, quando legem, quæ omnia antequam veniret in carne dominus noster Iesus

A Psal. 9

B

C

D

E

F

Iesus Christus conscripta sunt, Christum ibi videre, Christũ ibi intelligere. Intẽdat ergo nobiscũ charitas uestra ad istum psalmũ, & ꝙramus hic Christum. Vtique apparebit quærentibus, & credentibus, qui primo apparuit non quærentibus: & non deseret desyderantes se, qui redemit negligentes se. Ecce de illo cœpit psalmus, de illo dicitur: Dominus regnauit, irascantur populi.) Cœpit enim regnare dominus noster Iesus Christus, cœpit prædicari postquam resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum, posteaquam impleuit discipulos suos fiducia spiritus sancti, vt non timerent mortem, quam ipse iam occiderat in se. In se ipse ergo cœpit prædicari dominus noster Iesus Christus, vt in illum crederent qui salutem habere vellent, & irati sunt populi qui idola colebant. Irascebantur qui colebant quod fecerũt, quia annũciabatur ille à quo facti sunt. Vtique ille annunciabat per discipulos suos seipsum, qui illos volebat conuerti ad eum à quo facti sunt, & auerti ab eis quæ ipsi fecerant. Illi pro idolo suo irascebantur domino suo: q si pro idolo suo irascerẽtur seruo suo, damnandi erãt. Melior.n. seruus eorum, q̃ idolum eorũ: seruum.n. eorum deus fecit, idolum eorũ faber fecit. Sic irascebantur pro idolo suo, vt irasci nõ timerent domino suo: sed irascantur, prædictum est, non iustum: in ꝓphetia.n. dicitur, Dũs regnauit, irascantur populi. Est quod fiat, & de populis irascentibus. Illi irascantur, & in ira ipsorũ martyres coronentur. Quid fecerunt annunciatoribus verbi veritatis, nubibus Christi circumeuntibus orbem terrarum, & compluentibus agrũ Dei? Quid illis fecerunt qui irascebãtur, nisi vt inter manus eorum caro affligeretur, & in manibus Christi spiritus coronaretur? Nec ipsa caro quam persecutores occidere potuerunt ita mortua est, vt in æternum interiret: habebit.n. tempus suũ quo resurgat & ipsa, quia resurrectionem carnis iam ostendit dñs in seipso, inde illam voluit à nobis accipere, vt de nostra possemus non desperare. Ergo fratres, caro seruorũ quam occi derunt cultores idolorũ, & resurget in tpe suo: idola q̃ fregit Chrsnunq̃ iterũ faciet faber. Audistis cum Hieremias legeretur an te apostolicam lectionem, si autẽ apposuistis, vidistis ibi tempora præsentia quæ nunc agimus: dixit enim, Dij qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de sub cœlo. Non dixit, Dij qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de cœlo & de terra: quia nunquam fuerunt in cœlo. Sed quid dixit? Dij qui cœlum & terrã non fecerunt, pereant de terra. Quasi respondit ad terrem, & defuit quod responderet de cœlo, quia illi non fuerunt in cœlo, ipsam terram bis dixit, quia ipsa est sub cœlo. Pereant de terra & de sub cœlo, de templis suis. Videte si non fit, si nõ ex magna parte iam factũ est. Quid enim remansit, aut quantum remansit? Magis remanserunt idola in cordibus paganorum, quam in locis templorum: ergo, Dominus regnauit, irascantur populi: Qui sedet sup Cherubin.) Subaudis, regnauit. Commoueatur terra.) Iterum dixit, irascantur populi. Quod.n. dixit Dominus: hoc repetiuit, Qui sedet super Cherubin: & quod dixit, regnauit: subaudire fecit in alio versu. Et quod ait, irascantur populi: hoc dixit, commoueatur terra. Quid sunt.n. populi nisi terra? Quantum pót irascatur terra ei qui iam sedet in cœlo. Fuit.n. dominus in terra, & assumpsit terram in qua esset in terra. Induit se carnem, & prior voluit pati irascentes populos. Ne iram populorum timerent serui eius, prior illam pati voluit. Et quia necessaria erat ira populorũ seruis eius, vt à peccatis suis omnibus per ipsas tribulationes curarentur, & sanarentur, amarum poculum prior medicus bibit, ne bibere timeret ægrotus. Ergo dominus regnauit, irascantur populi, quia de ira ipsorum multa bona fecit deus. Illi irascuntur, & serui dei purgãtur: quia exercentur, coronantur. Irascantur populi, q̃ sedet super Cherubin regnauit, commoueatur terra. Cherubin sedes dei est, sicut scripturæ tradunt, cœlestis quædam sedes sublimis, quã nos non vidimus, sed verbum dei nouit illam: nouit tanquã sedem suam, & ipsum verbum dei & spiritus dei dixit seruis dei vbi sedeat deus: nõ quia sic sedet deus quomodo hõ: sed si vis vt sedeat in te deus, si bonus eris, sedes dei eris: sic.n. scriptum est, Sedes sapientiæ, anima iusti. Thronus n. latine sedes dicitur. Nam & ipsum Cherubin interpretati sunt quidam quid diceretur latine, qui nouerunt linguam illam Hebræam, quia Hebræa lingua dictum est Cherubin, & dixerunt esse Cherubin plenitudinem scientiæ,

tiæ. Ergo quia deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Sit in te ergo plenitudo scientiæ, & eris & tu sedes dei: sed forte dicturus es, Et quãdo in me erit plenitudo scientiæ? Et qs
C potest ad tantum culmen peruenire, ut sit in illo plenitudo scientiæ? Putas hoc uelle deum, ut sit in nobis ista plenitudo scientiæ, vt nouerimus, aut quot sint stellę, aut quot sint grana, non dico arenæ, sed tritici, aut
Mat. 6. quod poma pendeant in arbore? Ille nouit omnia, quia capilli nri numerati sunt deo: sed alia plenitudo scientiæ quam voluit homine nosse. Ad legẽ dei pertinet scientia, q̃ te voluit habere. Et quis potest, forte dicas mihi, perfecte nosse legem, ut habeat in plenitudinem scientiæ legis, & possit esse sedes dei? Noli turbari, breuiter tibi dicitur quid habeas, si vis habere plenitudinem scientiæ,
Ro. 13. & esse sedes dei: ait n. Apostolus, Plenitudo autem legis charitas. Quid ergo est? Perdidisti totam excusationẽ. Interroga cor tuũ, vide vtrum habeat charitatem. Si est ibi charitas, est ibi plenitudo legis: iam in te habitat deus, sedes dei factus es. Irascantur populi. Quid facient irascentes populi ei qui factus est sedes dei? Qui contra te fæuiant attendis, qui in te sedeat non attendis. Cœlũ factus es, & terram times? Dicit. n. alio loco scriptura dominum deum nostrum dice-
Esa. 66. re, cœlum mihi sedes est. Si ergo & tu habendo plenitudinem scientiæ, & habendo charitatem utique sedes dei factus es, cœ-
H lum factus es. Non enim hoc tœlum, quod oculis his nostris suscipimus, valde prætius est Deo. Cœlum dei, animæ sanctæ sunt: cœlum dei, mentes angelorum sunt, & omnes mentes seruorum eius. Ergo irascãtur populi, commoueatur terra, quid facturi, aut quid factura sedi dei & cœlo, ubi sedet deus? Dominus in Sion magnus, & excelsus est super omnes populos.) Domina in Sion magnus & excelsus est, Ergo obscurum tibi erat, quia dictum est, qui sedet super Cherubin, nesciebas quid ẽ Cherubin, & forte tibi figurabas animo quandam cathedram cœlestem, ingentem, gemmatam, & ipsam dicebas Cherubin, carnali sensu volitans per phantasma. Dictum est tibi, quia Cherubin plenitudo scientiæ est, & dictum est, quia plenitudo scientiæ, non cuiuslibet scientiæ, sed plenitudo scientiæ legis vtilis est homini. Et ne desperares de ipla scientia legis breuiter tibi dictum est, plenitudo legis est charitas. Habeto ergo charitatem in deum & in Ro. 13.
proximum, & eris sedes dei, pertinebis ad Cherubin. Sed si adhuc non intelligis, audi quid sequatur, Dominus in Sion magnus: quem tibi dixit super Cherubin, In I
Sion magnus est. Iam quære quid est Sió? Sion nouimus ciuitatem dei esse. Sion dicta est ciuitas quę est Hierusalem, dicta ãt ex interpretatione quadam nomen accipiens, quia Sion speculatio dicitur, id est, visio & contemplatio. Speculari enim prol picere est, vel conspicere, vel intendere vt videas. Est autem Sion omnis anima, si intendit videre lucem quæ videnda est. Nã si ad suam attenderit, tenebratur, si ad lucem illius attenderit, illuminatur. Quia tamen manifestum est Sion ciuitatem dei esse, q̃ est ciuitas dei nisi sancta ecclesia? Homines enim amantes se inuicem, & amantes deũ suum qui in illis habitat, faciunt ciuitatem deo, quia lege quadam ciuitas continetur. Lex ipsa eorum, charitas est, & ipsa charitas deus est: aperte enim scriptum est, De- 1. Ioan. 4
us charitas est. Qui ergo plenus est charitate, plenus deo est: & multi pleni charitate, ciuitatem faciunt deo. Ista ciuitas dei vocatur Sion: ergo ecclesia est Sion. In illa ergo est magnus deus, in illa esto, & non erit præter te deus. Cum autem fuerit in te deus, quia tu factus es de Sion, membrum de Sion, ciuis de Sion pertinens ad societatem populi dei, excelsus in te erit deus super omnes populos. Super illos qui irascũ & tur, aut super illos qui irascebantur? Putatis enim quia tunc irascebantur, & modo non irascuntur? Irascebantur tunc, sed quia plures erant, aperte irascebantur: modo quia pauci facti sunc, occulte irascuntur. Interim fracta est audacia, finietur & iracundia. Putatis enim fratres, quia illi quorum hesterno die organa concrepabant, non irascuntur de iciunijs nostris? Non autem irascamur, sed pro eis iciunemus, dixit enim nobis dominus deus noster qui sedet in nobis, ipse nobis mandauit vt oremus pro inimicis nostris, oremus pro persequentibus nos: & cum hoc Matt. 5.
facit ecclesia, prope finiti sunt persecutores. Exaudita est enim cum hoc faceret, & exauditur cum hoc facit: præualebant malo suo, finiti sunt bono suo. Quomodo finiti sunt vultis nosse? Manducati sunt ab ecclesia. Quęris illos in se & non inuenis, quære

quære in ea quę illos manducauit, & in vi
scerib. eius inueniuntur. Transeuntes. n. ad ecclesiam christiani facti sunt, perierunt p secutores, creuerunt prædicatores. Ideo per dies festos ipsorũ, qui a videmus eos qui reliqui facti sunt insanire adhuc in voluntatibus suis malis & peruersis, rogamus pro illos deum, vt q delectabiliter audiunt orã nũ, delectabilius audiant vocẽ dei: non. n. qđ sonat sine ratione delectat aurẽ, & uer bũ dei non delectat cor? Sed ideo pro illis oramus, qñ diebus illorum festis nõ iciuna mus, vt fiant sibi ipsi spectaculum: qñ. n. uiderint se displicebunt sibi: sed ideo nõ sibi displicent, quia nõ se attendunt. Ebrius nõ sibi displicet, sed sobrio displicet. Da homiẽ qui iam iocundatur, in dño viuit, grauiter suspirat in illam pacem æternam quam promisit deus, & vide quia quando texerit hominem saltantem ad organum, plus illum dolet insanientem, quam phreticum febrientem. Ergo si nouimus malla illorum, quia de ipsis malis & nos libera mur, doleamus illos: & si dolemus illos oremus pro illis. & vt exaudiamur, iciunemus pro illis. Non enim nos nostra iciunia celebramus per dies festos illorũ. Alia sũt iciunia nostra quæ celebramus per dies parschæ futuros, per alia atq. alia quæ solemnita nobis sunt in Christo: per istos autem dies ad hoc iciunamus, ut quando ipsi lætantur, nos pro illis gemamus. Lætitia. n. sua admonent dolorem nostrum, & faciũt nos recordari quam miseri sint adhuc. Sed quia videmus multos inde liberatos ubi & nos fuimus, nec de illis desperare debemus. Et si adhuc irascuntur, nos oremus: & si ad hoc commouetur particula terræ quæ remansit, nos permaneamus in gemitu pro ipsis, vt & illis deus tribuat intellectum, & nobiscum audiant voces istas, de quib. modo gaudemus. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confitẽa tur nomini tuo magno.) Ipsi omnes populi super quos magnus es in Sion iam confiteantur nomini tuo magno. Paruum fuit nomen tuum quando irascebantur, factum est magnum, iam confiteantur. Quomodo dicimus paruum fuisse nomen Christi an tequam prælare diffamaretur Christus? quia nomen ipsius fama ipsius dicitur. Parum nomen erat, iam modo nomen magnum factum est. Quæ gens est quæ non audiuit nomen Christi? Iam ergo magno nomini tuo confiteantur populi, qui ante paruo nomini tuo irascebantur. Confiteãtur nomini tuo magno. Quare confiteantur? Qm̃ terribile & sanctum est.) Ipsum nomen tuum terribile & sanctum est. Sic prædicat crucifixus, sic prædicatur humiliatus, sic prędicat iudicatus, vt veniat & excelsus, veniat viuus in virtute, veniat vt iudicaturus. Modo parcit populis blasphe A
mantibus, quia patientia dei ad pœnitentiã adducit. non. n. qui modo parcit semper ha Rom. 2.
bet parcere: aut qui modo prędicatur, vt timeatur, non est venturus vt iudicet? Venturus est fratres mei, vẽturus est, Timeamus illum, & sic uiuamus vt ad dexteram illius inueniamur.) Venturus est. n. & iudi- Mat. 25
caturus vt alios ponat ad sinistrã, alios ad dexterã. Et non illud facit ipse qũcunque vt erret forte in hominibus, vt qui ad dexterã ponẽdus est, ad sinistrã ponat: aut qui ad sinistrã dẽt stare, errante deo ad dexterã ponat. Non. n. põt errare, vt ibi ponat malum, vbi ponere debet bonum: nec ibi ponat bonum, vbi debet ponere malum. Si errare non potest, nos erramus si non timemus: si autem timuerimus modo, tunc quod timeamus non habebimus quoniam terribile & sanctum est. Et honor regis iudicium diligit) Sic ergo timeant eum populi ut corrigant se, non quasi multum prę sumentes de misericordia ipsius, dimittant se, & male viuant: diligit. n. misericordiam, sed diligit & iudicium. Quæ est misericordia? Vt modo prædicent tibi veritatem, ut B
modo clamet ad te vt conuertaris. Parua misericordia est, quia vixisti in malis factis, & adhuc non te tulit cum peccares? Vt credenti ignosceret peccata tua, parua misericordia est? Putas quia sic semper erit misericordia vt neminem puniat? Noli sic, pu- 2. Co. 5.
tare, terribile & sanctum nomen eius, & honor regis iudicium diligit. Iniustum est enim iudicium, & omnino non est iudiciũ, nisi merita reddantur sua vnicuique quem admodum quisque gesit in corpore, siue bonum, siue malum: & honor regis iudicium diligit. Ergo timeamus, ergo faciamus iustitiam, ego faciamus æquitatem. Sed quis facit æquitatem? quis facit iustitiam? Homo peccator, homo iniquus, homo peruersus, homo auersus a luce veritatis? Quid debet facere homo? Conuertere se tantum ad deum, vt ipse in illo formet æquitatem, quam ipse formare non potest,

sed formate. Idoneus est hō ad uulnerādū se, nunquid idoneus est ad sanandum se? Quando vult ægrotat, non qñ vult surgit. Si vult vtuat intemperanter vel in frigore
C vel in calore, eo die ægrotat quo voluerit. Cū aūt viuendo intēperāter cœperit ægrotare, surgat qñ vult. Quienit qñ voluit, surgat si pōt quando vult. Vt aceret ægrotus intemperantiā suam habuit necessariam, ut surgat autē necessariam habet artificis medicinam. Sic ergo vt peccet homo, ipse sibi sufficit ad peccandum: vt iustificetur non sibi sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus est iustus. Vt ergo se illi homines dent formandos ad iustitiam, cum terruisset populos psalmus iste & dixisset, Confiteātur nomini tuo magno: qñ terribile & sanctū est, & honor regis iudiciū diligit: veluti quærentes iam populos territos qūo iusti viuere debeant, quia in scipsis non possunt habere iustitiā, commendauit illis & plasmatorem iustitiæ illorū, & secutus ait, Tu parasti æquitatem, iustitiā & iudicium in Iacob tu fecisti.) Debemus.n.& nos habere iudiciū, debemus habere iustitiam: sed ille in nobis facit iudiciū & iustitiam, qui nos fecit in quibus faceret. Quomodo & nos debemus habere iudicium & iustitiā? Iudiciū habes quando discernis malum a bono: iustitiam autem quando sequeris bonum, & declinas a malo. Discernendo iudiciū hēs, faciendo iustitiam habes. Declina a malo,
Psal.36. ait, & fac bonū, quære pacē & psequere eā. Primo debes habere iudicium, & postea iu
D stitiam. Quod iudicium? Vt primo iudices quid sit malum, & quid sit bonum. Et quā iustitiam? Declines a malo, & facies bonū: hoc autem non a te habebis, quia uide qd dixit, Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum,) Vere exaltate, bene exaltate, Laudemus & exaltemus illum qui fecit ipsam iustitiam, quam habemus ipse in nobis fecit. Quis enim in nobis fecit ipsam iustitiam, nisi q
Rom.4. nos iustificauit? De Christo autem dictum est, qui iustificat impium. Nos ergo impij, ille iustificator, quando & ipsam iustitiam ipse in nobis fecit, qua illi placeamus, vt ad dexteram nos ponat & non ad sinistram, vt dicat ad dexteram positis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi: non autē ponat ad sinistram inter eos quibus dictu-
Mat.25 rus est, Ite in ignem ęternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui in nobis coronaturus est non merita nostra, sed dona sua, quantum debet exaltari? Exaltare dominum deum nostrum. Et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.) Quid habemus adorare? Scabellum pedum eius, Sup pedaneū dicitur scabellum. Qđ Græci, ὑποπόδιον dixerunt Latini scabellū: & alij dixerunt suppedaneum. Sed videte tres, quid nos iubeat adorare. Alio loco scriptura dicit, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Ergo terram nos iubet adorare, quia dixit alio loco, qp sit scabellum pedum dei? Et quomō adorabimus terram, cum dicat aperte scriptura, Dominum deum tuum adorabis: & hic dicit, Adorate scabellū pedum eius? Expones autem mihi quid sit scabellum pedum eius, dicit, Terra autem scabellum pedum meorum. Anceps factus sum, timco adorare terram, ne damnet me qui fecit cælū & terram. Rursum timeo non adorare scabellum pedum domini mei, quia psalmus mihi dicit, Adorate scabellum pedum eius. Quæro quid sit scabellum pedum eius, & dicit mihi scriptura, Terra scabellum pedū meorum. Fluctuans conuerto me ad Christū, quia ipsum quæro hic, & inuenio quō sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit te terram, quia caro de terra enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnē nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat nisi prius adorauerit, inuentum est quēad modum adore, ut tale scabellum pedum domini, & non solū nō peccemus adorando, sed peccemus nō adorando. Nunquid aūt caro viuificat? Ipse dñs dixit, cū de ipsa cōmendatione eiusdē terræ loqueretur, Spūs est qui viuificat, caro autē nihil prodest. Iō & ad terram quamlibet cū te inclinas atque prosternis, non quasi terrā intuearis, sed illum sanctum cuius pedum scabellum est quod adoras, propter ipsum.n. adoras: ideo & hic subiecit, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius amore adoras scabellum pedum eius. Et cum adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne & a spiritu nō viuificeris: spiritus.n. inquit, uiuificat, caro ātem nihil prodest. Tunc autem qñ hoc dñs cōmendauit, de carne sua locutus erat: & dixe-

rat, Nisi quis manducauerit carnem meā, non habebit in se vitam ærernam. Scandalizati sunt quidam discipuli eius, septuagintā sermē, & dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo, & amplius cū eo non ambulauerūt. Durum illis visum est quod ait, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit
G vitam æternam: acceperūt illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt quod præcisurus esset dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt, Durus est hic sermo. Ipsi erāt duri, nō sermo. Etenim si duri non essent, sed mittes essent, dicerent sibi, Non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod sacramentum latēs: manerent cum eo lenes, non duri, & discerent ab illo, quod illis discedentibus qui remanserunt didicerunt. Nam cum remansissent cum illo discipuli duodecim, illis recedentibus, suggesserunt illi tanquam dolentes illorum mortem, qp scandalizati sunt in verbo eius, & recesserunt. Ille autem instruxit eos, & ait illis, Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus est & vita. Spiritaliter intelligite qđ locutus sū. Nō hoc corpus qđ videtis manducaturi estis, & bibituri illū sanguinem, quē futuri sunt, q me crucifigent. Sacm aliquod nobis cōmendaui, spiritaliter intellectū viuificabit vos: Et si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tñ inuisibiliter intelligi. Exaltare dñm deum nostrū, & adorate scabellū pedū eius, qñ sanctum est. Moyses & Aarō in sacerdotibus eius, & Samuel in his q inuocant nomen eius, inuocabant dñm, & ipse exaudiebat eos, in colūna nubis loquebaī ad eos.) Isti antiqui Moyses, & Aarō, & Samuel serui dei magni apud antiquos. Nostis q a Moyse eduxit in virtute dei populū Israel ex Aegypto p rubrū mare, & duxit in eremo, & quāta mirabilia fecerit in illo tēpore deus per manum Moysi, nouerūt oēs qui istas scripturas libenter audiunt in Ecclesia, vel apud se legunt, vel quoquo mō didicerūt. Aarō frater ipsius fuit quem ordinauit ēt sacerdotem: & ibi quidem non videtur sacerdos esse, nisi Aaron. Aperte enim in illis literis Aarō nominatur sacerdos de: de Moyse nōn ibi dicitur q sacerdos erat: sed si hoc nō erat, quid erat? Nunquid maior sacerdote esse poterat? Expropriat Psalmus iste, q a & ipse sacerdos erat, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ergo erant illi dūi sacerdotes. Postea Samuel iam in libro Regnorum legitur. Iste est Samuel 1.Re.16.
temporibus Dauid: nam & ipse vnxit sanctum Dauid. Samuel ab initio ætatis suæ in tēplo creuit. Mater eius sterilis fuit, vo- I
lens habere filium, orauit ad dūm cum gemitu magno, & petens vt daret ei deus filiū: ostendit quia non carnaliter habere voluit quem natum illi dedit, qui eum esse voluit: uouit enim eū domino deo, & ait, Si mihi masculus natus fuerit, templo tuo seruiet: & ita fecit, Natus sanctus Samuel fuit apud patrem tempore lactis, mox vt eum ablactauit, dedit in tēplum, vt ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu, ibi deo seruiret. Factus est Samuel sacerdos magnus, sacerdos sanctus illo tempore, Commemorat istos, & per istos omnes sanctos nos vult intelligere. Quare autem hic illos nominauit? Quoniam diximus Christum hic nos debere intelligere: aduertat sanctitas ura: dixit superius, Exaltate dñm deum nostrum, & adorate scaabellum pedum eius, quoniam sanctum est, commendans quendam.i. dñm nostrū Iesum Christum, cuius scabellum pedum, adorandum est, quia carnem assumpsit, in qua appareret generi humano, & volens nobis oftendere & antiquos patres ipsum prædicasse, quia ipse est verus sacerdos dominus noster Iesus Christus, commemorauit istos: quia in column nubis loquebatur ad eos deus. Quid est in columna nubis? Loquebatur per figuras. Si enim in quadam nubecula loquebaī, obscura illa dicta nescio quem manifestum prefignabant. Ille autē K
nescio quis, iam non est nescio quis, quia scitur à nobis dñs noster Iesus Christus. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomē eius. Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Qui primo loquebatur in columna nubis, ipse nobis locutus est in scabello pedum suorū .i. in terra assumpta carne, vnde adoramus scabellum pedum eius, qñ sanctum est. Ipse de nube loquebatur, quod tunc non intelligabat: locutus est in scabello pedum suorū, & intellecta sunt verba nubis eius. In columna nubis eius loquebatur ad eos. Attendamus ergo fratres, videte quos & quales sanctos nomin auerit. Custodi-

bant

bant testimonia eius,& præcepta eius quę dedit eis.)Custodiebāt certe,Intēdite.Custodiebāt testimonia eius, & præcepta eius q̄ dedit eis.Hoc dicit,& negari nō potest. Nihil ne habebant peccati? Quō? Q̄ñ custodiebant præcepta eius, custodiedant testimonia eius.Videte quales nos velit formari,ne quasi de perfecta iustitia præsumamus. Ecce Moyses & Aaron in sacerdotib.
L eius, & Samuel in his qui inuocant nomē eius, ad quos de columna nubis loquebat. Iā aperte illos exaudiebat, qui custodiebāt testimonia eius, & p̄cepta eius q̄ dedit eis. Dñe,inquit, deus nr̄,tu exaudisti eos, deus tu propitius fuisti illis.) Propitius non dr̄ deus,nisi peccatis: q̄ñ dat veniam tunc dr̄ propitius.Et quid habebat in istis quod uindicaret ut esset propitius? Ignoscendo propitius fuerat,propitius erat donando peccata,propitius fuerat & vindicādo. Quid.n. sequitur? Tu propitius fuisti illis.Et vindicans in omnes affectiones eorū.) Etiā vindicans propitius fuisti : non solum donans peccata, sed etiam vindicans propitius fuisti.Videte fratres mei,quid hic commēdauit aduertite:illi deus irascitur,quem peecātem non flagellant. Nā cui vere propitius est,non solum donat peccata ne noceant ad futurum seculum,sed etiā castigat ne semper peccare delectet. Agite fratres,quō in illis vindicatum est si quæramus,aderit dñs vt dicam.Quęramus.n.tres istas personas, Moysen,Aarō,& Samuelem, & quō in eis vindicatum sit,quia dixit, Vindicās in om
M nes affectiones eorum. Vtiq. eas affectiones dicens eorum, quas dominus nouerat in cordibus eorum,quas homines non nouerant.Etenim sine querela hominum uersabantur in medio plebis dei. Sed quid dicimus, quia Moyses habuit primam vitam fortasse peccatricem?Nam & pecrusso homine, fugit de Agypto. Habuit & Aaron primam vitam quæ displiceret deo:nā ipse insanienti populo & quærenti idolum,permisit vt fieret,& factum est populo dei idolum quod adoraret.'Samuel quid fecit infans ad templum datus?Omnes ætates suas inter sancta sacramenta dei peregit, ab ineunte ætate famulus dei. Nihil vnquam dictum est de Samuele, nihil ab hominibus. Nouerat ibi forte deus aliquid quod purgaret:quia & quod perfectum iam uidetur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est. Pleraque faciunt artifices, & ostendunt imperitis,& cum iam iudicauerint imperiti esse perfecta,expoliunt illa artifices qui nouerunt adhuc quid illis desit,vt mirentur homines tantam expoliationem rebus accidisse,quas iam perfectas p̄nunciauerunt. Fit hoc & in ędificijs, & in vestibus, & prope in omni genere artium. Primo iudicant illud iam quasi perfectum esse,vt oculi eorū amplius nihil desiderēt. A Sed aliud iudicat oculus imperitus,aliud iudicat artificis regula.Sic & illi sancti versabantur ante oculos dei, tanquam sine culpa, tanquam perfecti,tanquam angeli:nouerat autem quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones eorum. Vindicabat autem non irascens, sed propitius, ad hoc vindicabat vt perficeres cęptum,nō vt damnaret eiectum. Vindicans ergo in oēs affectiones eorum erat deus.Quō vindicauit in Samuele? vbi est vindicta ipsa? Hoc dico, ut nouerint Christiani qui iam hinc cognouerunt Christum, ad quos venit in scabellō pedum suorum,quos ita dilexit,p quibus sanguinem fudit,nouerint quomodo vapulent,cum multū profecerint. Quę rimus vindictam in Moyse, prope nullam habet,nisi quod ad extremum ait illi deus, Ascende in montem & morere : ait seni, Deus morere. Iam peregerat ætates suas, nunquid nunquam erat moriturus? Qualis illa vindicta? Ostendit ibi vindictam suam, vt diceret. Non intrabis in terram promissionis, quam intraturus erat populus. Quam dam figuram quorundam gerebat Moyses. Nam qui regnum cœlorum intrauit, B magna illi pœna erat ad terram illam non venire, quæ ad tempus erat promissa, vt umbram ostenderet & transiret? Nonne multi perfidi intrauerunt in illam terram,? Nonne in illa terra viuentes multa mala fecerunt,& deum offenderunt?nonne & idololatriam secuti sunt in illa terra? Magnum erat non dedisse terram istam Moysi? Sed Moyses voluit gestare figuram eorum qui sub lege erant, quia per Moysen data est lex, & ostendit eos qui sub lege esse vellent, & sub gratia esse nolent,non intraturos in terram promissionis. Ergo illud quod dictum est Moysi figura erat,non pęna. Seni mors quæ pœna ? Non intrare in illam terram quæ pœna, quo intrauerunt indigni ? De Aaron autem quod dictum est, Mortuus est, Nu. 20. & ipse senex,filij sui successerūt ei in sacerdotio:filius eius postea sacerdotium administrauit. Quomō et in istum uindicauit Samuel & ipse sanctus senex mortuus est relictis filijs successoribus suis.Quid est quod in illis uindicatum est quæro,& secū dum homines non inuenio: secundū autē quod scio pati seruos dei, quotidie in illos uindicabatur . Legite & uidete uindictas , C sed qui proficitis: forte uindictas quotidie patiebantur,populos contradicentes, quotidie patiebant iniq. uiuentes,& inter illos uiuere cogebantur,quorū uitam quotidie reprehēdebant.Hęc erat uindicta: Nōdū proficit cui parua est.Tantū te.n.torquet iniustitia aliena,quantum recesseris a tua. Cum.n.fueris frumētum.i.herba bona de semine bono,semine filius regni,cum cœperis fructum dare , tunc tibi apparebunt zizania:cū.n.creuisset herba & fructum fecisset, apparuerūt zizania. Cum cœperint apparere zizania,uidebis te inter malos . Velle habes quasi separari à te malos,& separare ab Ecclesia omnes malos , rīdebit tibi domini sententia , Sinite vtraque crescere vsque ad messem , ne forte cum vultis eradicare zizania , eradicetis simul & triticum : ex sententia domini necesse erit parcere zizanijs,ex conditione serui necesse erit viuere inter zizania . Separare ea non potes , tolerare tibi necesse est . Vide quantas plagas in corde patiaris , qui corpore & corde integro inter malos versaris . Probabitis quicunque profeceritis , probabitis quicunque iam profitetis.Tolerāda sunt ergo ista , & forte hoc D pertinet ad illud:Seruus qui nouit voluntatem domini sui , & non facit digna, plagis vapulabit multis. In multis enim quā nobis innotescit voluntas dei , ēt reatus noster innotescit nobis : & quanto ille nobis innotescit,tāto plus imus in fletus & lachrymas . Videmus enim q̄ sit iustū qđ de nobis exigāt deus , in quanta adhuc imperfectione iaceamus, & fit in nobis quod dictum est , Qui apponit scientiam,apponit dolorem . Ecce abundet in te charitas , & plus dolebis peccantem . Quanto in te maior charitas est , tanto amplius te torquebit , quem toleras , non torquebit tantam irascentem illi, sed tanquam dolentem pro illo . Vide Paulum Apostolū qđ patiebaī.Vidit q̄s qđ patiebaī,pter illa,inquit,q̄ extrinsecus sunt . Dixit.n.multa,q̄ patiebaī, & cœpit dicere interiora pter il-

la q̄ extrisecus erāt, q̄ patiebaī à malis pse cutoribus Chri , incursus in me quotidianus,solicitudo omniū Ecclesiarū. Et vide qualis solicitudo,q̄ paterna,q̄ materna. Videte qūo cædebaī , vt vindicaretur in omnes affectiones eius . Dicemus affectione eius ī quas vindicabat deus,Quis infirmatur,inq̄t,& ego nō infirmor? Quis scandalizantur,& ego non vror? Quanto maior charitas , tanto maiores plagæ de peccatis alienis . Acceperat quidem ille & stimulū carnis angelū satanæ,à quo colaphizaret . Ecce qūo propitius erat deus vindicans in E omnes affectiones eius . Quæ sunt affectione in quas sic vindicat ? Ipse exposuit, ipse dixit: In magnitudine , inquit , v.Co.12 reuelationum ne extollar , datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Tam perfectus erat,vt tū timendum esset ne extolleretur : nam non poneret deus medicamētum , vbi vulnus nō esset.Et rogauit vt tolleretur,æger ille rogauit vt auferretur medicamen.Propter quod ter dñm rogaui,inquit,vt auferret eum à me.i.stimulum carnis à quo colaphizabatur , aliquem forte dolorem corporis.Rogauit,inquit,vt auferret eū à me, Ibidem. & dixit mihi,Sufficit tibi gra mea.Nā virtus in infirmitate perficī . Ego noui quē curo,non mihi det qui ægrotat consilium: Tanquam emplastrū mordax vrit te , sed sanat te.Rogat medicum, vt tollat emplastrum, & non tollit nisi cum fuerit sanatū quo posuerat.Virtus in infirmitate perficitur . Ergo frēs quicunque in Christo proficimus,nō nos putemus sine flagello ꝓfecturos:qa qnantumlibet ꝓficiamus,nouit ipse peccatta nostra , aliqñ & nobis oñdit illa,& videmus & nos peccata nra . Et cū F inter tales homines versari cœperimus, vt iā homines quod in nobis reprehēdāt nō inueniant ,reprehendit ille adhuc qui nouit omnia , & vindicat in oēs affectiones , ꝓpitius est nobis.Nam si non vindicet & deserat,perimus. Deus tu ꝓpitius fuisti illis , & vindicans in omnes affectiones eorum.Exaltare dñm deum nrm .) Iterum exaltemus illū,qa bonus est: & cū fuerit , qūo laudandus est,qūo exaltādus est? Tu potes hoc exhibere filio tuo , & deus non potest ? Non enim bonus es quando blandiris filio tuo , & malus cum cędis filium tuum ? Et cum blandiris , pater es : & cum cędis , pater es . Ideo blandiris , ne deficiat

ne ne deficiat:ideo cædis,ne pereat. Exaltare dñm deũ nr̃m. Et adorate in monte sancto eius,qm̃ sanctus dñs deus nr̃)Quo superius dixit, exaltare dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est: intelleximus quid sit adorare scabellum pedũ eius: sic & modo post exaltatiõnẽ dñi nostri Iesu Christi,ne quis illum pter montẽ eius exaltet, commendauit & montem ipsius. Mons ipsius q est? Legimus alibi de hoc monte,

G quia lapis fuit pcisus de monte sine manibus,& cõfregit omnia regna terrę, & creuit lapis ipse. Danielis visio est ista quam narro. Creuit lapis iste q pcisus est de mõte sine manibus,& factus est,inquit, mons magnus;ita vt impleret vniuersam faciem terræ. In ipso monte magno adoremus,si exaudiri volumus. Hęretici nõ adorant in isto mõte, quia mons iste impleuit vniuersam faciẽ terræ:hæserunt in parte, & totũ amiserunt. Si agnoscant Ecclesiam catholicam adorabunt in isto monte nobiscum. Etenim lapis ille qui pcisus est de monte sine manibus iam videmus quantum creuerit,& quantas regiones terrę occupauerit, & vsque ad quas gentes puenerit. Quid est mons vnde pcisus est lapis sine manibus? Regnum Iudæorum. Primo q̃ colebant vnum deum, inde præcisus est lapis ille dñs noster Iesus Christus: ipse dictus

Ps. 117. est lapis quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. Lapis iste pcisus de mõte sine manibus, confregit omnis regna terrarum. Videmus cõfracta ab illo lapide omnia regna terrę. Quæ erant omnia regna terræ? Regna idolorum, regna dæmoniorum fracta sunt. Regnabat

H Saturnus in multis hominibus. Vbi est regnum eius? Regnabat Mercurius in multis hominibus: vbi est regnum eius? Fractũ est, redacti sunt illi in regnum Christi, in quibus ille regnabat. Regnũ Veneris quale erat Carthagini, vbi nunc est regnum cœleste? Lapis ille fregit omnia regna terrarũ, lapis præcisus de mõte sine manibus. Quid est prcisus de mõte sine manibus? Natus de gente Iudæorum sine opere hominum. Omnes enim qui nascuntur; ille de virgine natus, sine manibus natus est: per manus enim opus humanum significatur, quo manus humanæ non accesserunt, vbi maritalis amplexus non fuit, fœtus tñ fuit. Natus est ergo de monte sine manibus lapis ille, creuit,& crescendo fregit omnia regna terrarum. Factus est autem mõs magnus,& impleuit uniuersam faciem terræ. Hæc est Ecclesia catholica, cui vos cõmunicare gaudete. Illi autem qui non cõmunicant ei, quia præter ipsum montem adorant & laudant deum, non exaudiuntur ad vitam æternam, & si ad quędam temporalia exaudiantur. Non sibi ergo blandiantur, quia eos in quibusdam exaudit deus: nõ & paganos exaudit in quibusdam. Nonne clamant pagani ad deum,& pluit? Quare? quia facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Noli ergo gloriari pagane, quia te clamante ad deum, pluit deus, qui super iustos & iniustos pluit. Audiuit te ad temporalia, non te audit ad æterna, nisi in monte sancto eius adoraueris. Adorate dominum in monte sancto eius, quoniam sanctus est dominus deus noster. Hæc de psalmo sufficiant charitati vestrę, quantũ dominus donauit locuti sumus. Ecce quic quid loquimur in nomine dei, quoniã dei est loquentis per nos, imber dei est, videte vos qualis terra sitis. Nam quando pluit super terrã, si bona terra est, fructus bonos parit: nam si mala terra est spinas parit: pluuia tñ dulcis est, & Sup fructus,& sup spinas. Qui istis verbis auditis, peior factus fuerit, et spinas de pluuia generauerit, igne speret, plluuiã non accuset, Qui autẽ melior factus fuerit, & fruges de bona terra generauerit, horreum speret, pluuiam laudet. Aut quid sunt nubes, aut quid est pluuia, nisi dei misericordia omnia facientis circa eos quos diligit, & quos donauit vt ab eis diligatur.

In Psalmum XCIX. Enarratio.

PSalmum fratres cum cantaretur audistis, breuis est, nec obscurus: quasi securitatem dederim ne laborem timeretis. Videamus tamen attentius, & quanto liberius, tanto diligentius quid sibi velint eaipsa quæ aperte sonant, vt quantum dominus donare dignatur, spiritaliter intelligatur. Vox dei quolibet organo sonans, tamen uox dei: neque enim delectat aures eius, nisi vox eis. Nam & nos cum loquimur, tunc eum delectamus, cum ipse deus nobis loqtur. Psalmus in cõfessione sic inscribit. Hic est titulus eius, Psalmus in confessione.) Pauci versus sunt magnarum

gnarum rerum grauidi: pariant semina in cordibus vestris, vt paretur horreum messe dominicæ. Psalmus iste in confessione hoc nobis iubet, ad hoc nos hortatur, vt iubilemus deo. Nec hortatur velut aliquem vnum angulum terræ, aut vnam aliquam habitationem, cõgregationẽ ve hominum, sed quia vbique nouit se seminasse benedictionem, vndiq. exigit iubilationem. Iubilate ergo deo vniuersa terra. Nunquid mõ vocem meam audiuit viuersa terra? Et tñ hanc vocem audiuit vniuersa terra. Iã iubilat dño vniuersa terra, & qđ adhuc non L iubilat, iubilabit. Pertendens. n. benedictio Matt. 24. incipiet te Ecclesia ab Hierusalem per omnes gẽtes impietatẽ vbiq. ꝓsternit, pietatẽ vbiq. cõstruit: & mixti sunt boni malis, & mali per oẽm terram, & boni per oẽm terram. In malis murmurat omnis terra, in bonis iubilat omnis terra. Quid est ergo iubilare? Multum. n. nos attentos facit hoc verbum, & præsentis psalmi titulus, q a inscribitur in confessione. Quid est, in confessione iubilare? Et alterius cuiusdã psalmi sententia est dicentis, Beatus populus q scit, intelligit iubilationẽ. Profecto magnũ aliquid est hoc, quod intellectum nos beatos facit. Dñs ergo deus nr̃ beatificator hominum, det mihi intelligere quod dicam, det vobis intelligere quod auditis, Beatus populus q intelligit iubilationẽ. Curramus ergo ad hanc beatitudinẽ, intelligamus iubilationem, non eam sine intellectu fundamus. Quid opus est iubilare, & non obtemperare huic psalmo dicẽti, Iubilate deo omnis terra, & non intelligere iubilationem, vt vox nostra sola iubilet, & cor non iubiletꝰ Sonus enim cordis, intellectus est. Qđ nostris, dicturus sum. Qui iubilat non verba dicit, sed sonus q dã est lætitiæ sine verbis. Vox est. n. animi diffusi lætitia, quãtũ potest exprimentis affectum, non sensum comprehendentis. Gaudens homo in exultatione sua, ex verbis q busdam, quæ non possit dici & intelligi, erumpit in vocẽ quandam exultationis sine verbis, ita vt appareat cum ipsa voce gaudere quidẽ, sed qua si repletum nimio gaudio non posse verbis explicare qđ gaudet. Animaduertite hoc in eis qui cantant & non honeste. Non. n. talis erit iubilatio nostra qualis illorũ est: non. n. in iustificatione iubilare debemus, sed illi aũt iubilant in iniqtate. Itaq. nos in cõfessione, illi in cõfusione. Tñ vt hoc quod dico intelligatis, imo recordemini rem cognitam, maxime iubilant q aliq̃d in agris operant. Copia fructuum, iocundati, vel messores, vel vindemiatores, vel aliquos fructus metentes,& in ipsa fœcũditate terræ & feracitate gaudentes exultando cantant,& inter cantica q̃ verbis enunciãt, inserunt voces quasdã sine verbis in elatione exultãtis animi,& hæc vocaꝫ iubilatio. Si qs forte ꝓpea non recognoscit q a nunquam aduertit, aduertat de cætero. Atque vtinã non inueniat qđ aduertat, ne deus inueniat quos euertat. Sed tñ qa non qe- A scunt nasci spinæ, in male exultantibus aduertamus iubilationẽ improbandã, & offeramus deo iubilationẽ coronandã. Qñ ergo nos iubilamus? qñ laudamus qđ dici nõ põt. Attendimus. n. vniuersam creaturam, terrã, mare,& cœlum,& omnia quæ in eis sunt. Attendimus singula habere origines & causas suas, seminum vim, nascendi ordinẽ, permanendi modũ, intereundi decessum, currere volumina seculorũ, sine vlla perturbatione stellas volui quodammodo ab oriente in occidentem, peragere cursus annorũ, videmus dimensiones mẽsium, distensiones horarum, inq. his omnibus nescio qd inuisibile qđ spsũ vel anima dicit, inesse omnibus animantibus ad appetẽdã voluptatem fugiendamque molestiam, ad conseruãdam incolumitatẽ suam vestigiũ quoddam vnitatis, inesse ẽt homini cõmune quiddam cũ angelis dei, non cum pecoribus, sicut esse, viuere, audire, videre & cętera, sed quod intelligat deum quod ad mẽtem proprie pertineat, quod sicut oculos album & nigrum, ita æquitatem inæquitatẽ que discernat. In hac tota consyderatione B creaturę quam nominare vtcunq. & percurrere potuimus, interroget se anima, qs fecit hæc oia? qs creauit hęc? qs teipsam? Quid sunt ista q̃ consyderas? qđ tu q consyderas? Quis ille q fecit consyderanda & consyderantem? qs est iste? Dic illum, vt dicas illum, cogita illum. Potes. n. aliq̃d cogitare,& forte non potes dicere: nullo mõ aũt poteris dicere, quod non potueris cogitare. Ergo cogita illum prius q̃ dicas illum: vt cogites illum, accede ad illum. Qđ enim vis bene videre vt habeas quod loquaris, accedis vt inspicias, ne forte videndo longè fallaris. Sed vt oculis ista corporã, sic ille mente conspicitur, corde attenditur & videtur. Et vbi est cor vnde ille videatur?

deatur? Beati,ait,mũdi cordes,qm̃ ipsi deũ
Matt.5. videbunt. Audio,credo,vt possum intelligo corde videri deum,nec posse nisi mundo corde conspici:sed audio aliam scripturam,Quis gloriabit castum se habere cor?
Pro.25. Aut qs gloriabitur mundum se esse à peccato? Attendi ergo vniuersam creaturam quantum potui, corporalem animaduerti in cœlo & in terra,spiritalem aũt in meipso q loquor,q mẽbra vegeto, q uocẽ intẽdo,q linguam moueo,q verba pronũcio, sensusq. discerno. Et qñ comprehendo me
C in me? Vñ ergo possum qđ supra me promittitur? Tũ cordi humano uisio dei, & inde dicitur quædam operatio mundandi cordis,hoc dicitur a scriptura, Para unde videas qđ amas,antequam videas. Audito .n.deo & nomine eius,cui nõ dulce est qđ audit,nisi impio multum remoto,multum longe facto? Qm̃ ecce,inqt,q longe faciũt se a te,peribunt:sequtur, Perdidisti oẽm q
Psal.27. fornicatur abs te. Nobis autẽ quid? Quia illi longe,& iõ in tenebris, & ita sauciatis oculis in tenebris, vt lumẽ non solũ nõ desyderẽt,sed ẽt perhorrescant, nobis in longinquo inuentis qd dicitur? Accedite ad
Psai.33. deum & illuminamini. Vt aũt accedas & illumineris,displiceant tibi tenebrę tuę: dãna qđ es,vt merearis esse quod non es. Es iniquus,esse debes iustus. Nũquã iustitiã pceperus es,si adhuc tibi placet iniqtas. Contere illã in corde tuo & munda,expelle illã de corde tuo, vbi vult habitare quẽ uis videre. Accedit ergo vtcũq; anima humana interior hõ recreatus ad imaginem dei, q creatus est ad imaginẽ dei,q tanto
Gen. 1. erat lõge factus,quãto ierat in dissimilitunẽ. Non.n.locorũ interuallis acceditur ad deũ,aut receditur a deo. Dissimilis factus,
D lõge recessisti:similis factus, ꝓxime accedis. Vide qũo nos vult accedere dñs, faciẽs primo similes vt accedamus. Estote,
Matt.5. ait,sicut pr̃ ur̃ q in cœlis est, q solẽ suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, Disce diligere inimicũ. Inquantũ aũt in te charitas crescit,efficiẽs te & reuocans te ad similitudinẽ dei,ptendit vsq. ad inimicos,vt sis ei similis q facit solẽ suũ oriri nõ sup bonos tm̃, sed sup bonos & malos, & pluit nõ super iustos tm̃, sed super iustos & iniustos. Quãtũ accedis ad similitudinem,tm̃ proficis in charitate, & tanto incipis sentire deũ. Et quẽ sentis? qui venit ad te,an ad quem tu redis? Nam

ille nũquã discessit a te. Recedit a te deus, cum tu recedis a deo. Præsentia sunt cæcis omnia sicut videntibus, vno loco stans cęcus & videns, hisdem formis rerum vtercus & videns, hisdem formis rerum vtercus & videns, hisdem formis rerum vterc

es pontem? Exhortor omnes, vox dei omnes hortatur, sustinentes inuicē in dilectione. Separabo me, inquit aliquis, cum paucis bonis, cū illis mihi bene erit. Nam nulli prodesse impiū & crudele est, Nōne hoc docuit dñs meus? Nō. n. damnauit seruum qui interuertit quod accepit, sed qui non erogauit. Intelligantur pœna interuesoris
Mat. 25 ex pœna pigri. Serue nequā & piger ait dominus domnans. Nō ait, interuertisti pecuniam meam, non ait, Dedi tibi, & non mihi quod dedi integrum reddidisti: quia nō creuit, quia nō erogasti, inde inquit, te puniā. Auarus est deus salutis nostræ. Ergo
L separabo me, inquit, cū paucis bonis. Quid mihi est rationē habere cum turbis? Bene, Pauci ipsi boni, de quibus turbis sunt eliquati? Si tamen iam ipsi pauci homines boni, tū bona cogitatio humana laudabilis, est se cū talibus qui elegerūt vitam quietam, remoti à strepitu populari, à turbis inquietis, à magnis fluctibus seculi, tanq̄ in portu sunt. Iā ergo ibi gaudium illud. Iam ibi iubilatio illa q̄ promittitur? Nondum, sed adhuc gemitus, adhuc sollicitudo tentationum. Habet. n. aliunde & portus aditum. Si nulla ex parte haberet, nulla in eum nauis intraret. Oportet ergo vt ex aliqua parte pateat. Aliqñ autem per eam partem qua patet, ventus irruit, & vbi scopuli nō sunt, naues se inuicē collisæ confringunt. Vbi ergo securitas, si nec in portu? Et tamē vtcunque: fœliciores in portu q̄ in pelago, fatendum est, concedendū est, verum est: tamen si naues in portu bene sibi applicentur, nō sibi colliduntur. Seruetur ibi parilitas æquabilitatis, constantia charitatis, &
M qñ forte ventus ex illa parte qua pater irruerit, sit ibi cauta gubernatio. Nam quid dicturus est mihi quisquis talibus locis forte præest, imò seruit fratribus in his quæ monasteria dicuntur? quid dicturus est? Cautus ero, nullū malū admittam. Quomodo nullū malum admittes? Nullum hominē malum, nullum fratrem malum intrantem admissurus sum, cum paucis bonis bene mihi erit. Vbi cognoscis, quē forte vis excludere? Vt cognoscatur malus in tus probandus est. Quo ergo excludis intraturū, qui postea probādus est, & probati nisi intrauerit nō potest? Repelles omnes malos? Dicis. n. & nosti inspicere, Omnes nudis cordibus ad te veniunt, qui intraturi sunt? Ipsi se nō nouerūt, quāto minus tu? Multi. n. sibi promiserunt quod impleturi essent illam vitā sanctam, in cōmunē habentē omnia, vbi nemo dicit aliquid Acto. 2.
suū, quibus est vna anima, & cor vnum in & 14
deū, missi sunt in fornacem, & crepuerūt. Quo ergo cognoscis eum qui sibi adhuc ignotus est? Excludes malos fratres à conuentu bonorū. De corde tuo quisquis ista dicis, omnes malas cogitationes si potes à te exclude, Nō intret in cor tuū vel mala suggestio. Nō consentio, inquit, sed intrauit tamē vt suggereretur. Nā oēs munita corda habere volumus, vt nihil intret qđ male suggeratur. Vnde autē intret quis nouit? Et pugnamus quotidie in vno cor- A
de nro, Vnus homo in corde suo cum turba luctatur. Suggerit auaritia, suggerit libido, suggerit voracitas, suggerit lætitia ista popularis, omnia suggerūtur, ab omnibus se cōtinet, omnibus respondet, & ab omni bus auersatur, difficile est vt non ab aliqua feriatur. Vbi ergo securitas? Hic nusquam, in ista vita nusquā, nisi in sola spe promissorū dei. Ibi autem cum illuc peruenerimus, perfecta securitas, cū claudunt portę, & confirmātur vectes portarum Hierusalē, ibi vere plena iubilatio & magnum gaudium. Modo autē ne securus laudes quam libet vitā, ante mortem ne laudes hominē Eccl. 1
quenquam. Hinc aūt falluntur homines, vt vel nō suscipiant meliorem vitā, vel temere aggrediantur, qa & cum laudare volunt, sic laudant, vt non ibi dicant mala q̄ mixta sunt: vt & qui vituperare voluntā inuido animo & peruerso vituperant, vt claudant oculos aduersus bona, & sola ma la q̄ ibi vel sunt vel putantur exaggerēt. Inde fit vt unaquæque ꝑfessio male laudata. i. nō cautē laudata, cum inuitauerit homines laude sua, inueniant illi qui illuc veniunt aliquos quales ibi esse nō credebant, & offensi à malis, resiliant à bonis. Fratres B
disciplinam istam ad vitam vestram conferte, & sic audite vt viuatis. Laudatur, vt generaliter dicam, Ecclesia dei magni homines Christiani, soli Christiani, magna Ecclesia catholica, diligunt se omnes, impendunt sibi quisque quod possunt, oratio nibus, ieiunijs, hymnis vacatur per totum orbem terrarum, vna confessione pacis laudatur deus: Audit forte qui nescit tacitum esse de commixtis malis, venit laudē inuitatus, inuenit commixtos malos, qui non illi prædicti sunt, antequam veniret, offenditur a falsis Christianis, refugit a veris. Rursus odiosi maledici, irruunt in vituperationē. Quales Christiani? Qui Christiani? Auari, fœneratores. Nonne ipsi sūt qui theatra & amphitheatra implent p ludos & per alia spectacula, qui implent Ecclesias per dies festos? Ebriosi, voraces, inuidi, detractores alterutrū: Sunt tales, sed nō sunt soli tales: Et iste vituperator cæco animo tacet bonos, & ille laudator incauto animo tacet malos. Si aūt sic laudamus in hoc tpe
2. Ecclesiam dei, qūo laudant scripturæ dei: nec C
eo quomodo nunc dixi, Sicut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum: audit homo, consyderat, placet illi lilium, intrat, adhęret lilio, tolerat spinas, merebitur esse in laude & in oculis sponsi, qui dicit, Sicut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum. Ita & in clericis. Laudatores clericorum intēdūt bonos ministros, fideles dispensatores, omnium toleratores, viscera sua impenden
2. tes his quos volunt proficere, non quæren tes quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi: Laudant hæc, obliuiscuntur, quia mixti sunt malis. Rursus q reprehendunt auaritiā clericorum, improbitates clericorum, lites clericorū, appetentes res alienas, ebriosos, voraces, iactantes, & ta inuide vituperas, & tu incaute laudas. Tu qui laudas, die mixtos malos: tu qui vituperas, vide ibi & bonos. Sic & in illa vita cōi fratrum quæ est in monasterio, magni viri sancti, quotidie in hymnis, in oronibus, in laudibus dei, inde viuunt, Cum lectione illis res est. Laborant manibus suis, inde se transigunt, non aliquid petunt, Quicquid eis infert a patribus, cum sufficientia & cum charitate vtuntur, Nemo sibi vsurpat aliquid quod alter non habeat. Omnes se diligunt, omnes inuicem se sustinent. Laudat qui ne D
scit quid interius agat, q̄ nescit qūo illo vē
to intrante etiam naues in portu colliduntur. Intrat quasi securitatem sperans, nemi nem quē toleret habiturus, inuenit ibi fratres malos, qui mali inueniri non possent, nisi admitterentur, Et necesse est, vt primo tolerentur, ne forte non corrigantur. Nec excludi facile possunt nisi prius fuerint tolerati, & sit ipse intolerādæ patiētiæ. Quis me hic quærebat? Ego putabam quia chari tas esset hic. Et paucorum hominum molestia irritatus, dum non perseuerauerit impiere quod vouit, sit desertor tam sancti p-

positi, & reus voti non redditi. Iā vero cū inde exierit, fit & ipse vituperator & maledicus, & dicit ea sola quæ quasi se pati non potuisse asseuerat, & aliquando vera. Sed vera mala malorum toleranda sunt propter societatem bonorum, Dicit illi scriptura, Væ his qui perdiderunt sustinentiā, Et
Eccl. 2. quod est amplius, ructat indignationes malorum odorē, vnde absterreat intraturos, quia ipse cum intrasset, perdurare non potuit. Quales illi? Inuidi, litigatores, neminē sustinentes, auari, Ille illud ibi fecit, & ille illud ibi fecit. O male, quare taces bonos? Quos tolerare non potuisti, iactas: qui te malū tolerauerunt, taces. Merito illud fra- E
tres charissimi magnificum in domini Euā Mat. 24
gelio ex ore domini, Duo in agro, unus assumetur, & unus relinquetur. Duæ in molendino, vna assumetur, & vna relinquet. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Qui sunt duo in agro? Qđ dicit 1. Co. 3.
Apostolus, Ego plātaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Dei agricultura
Mat. 24 In expo- sitione Psal. 36. Tra. 1.
estis, In agro laborabamus. Duo in agro, clerici sunt, Vnus assumetur & unus relinquetur. Assumetur bonus, relinquetur malus. In molendino duæ, ad plebes retulit. Quare in molendino? Quia deuinctæ in seculo circuitu rerum temporalium, tanquam mola deriuentur. Et inde vna assumetur, & vna relinquetur. Quæ inde assumetur? Faciens opera bona, attendens indigentiam seruorum dei, indigentiam pauperum, in confessione fidelis, in lætitia spei certa, vigilans ad deum, nulli imprecans mala, diligens quantum potest, non solum amicos, sed ēt inimicos, præter vxorem suam non sciens aliquam, præter maritum suum non sciens aliquem. Assumetur & de molendino, Quę aūt aliter fuerit, relinquetur. Alij aūt dūt, Quietem uolumus, neminem vo- F
lumus pati, remouemus nos a turbis, bene erit nobis in quadam securitate. Si quietē quæris, quasi lectum quæris, ut sine aliqua solicitudine requiescas, Et inde vnus assumetur, & vnus relinquetur. Nemo vos fallat fratres, si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote oēm professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas. Sunt Christiani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos vides, quia palea sunt, & te ad grana pMatt. 3.
uenire non permittunt. Sunt ibi & grana,

accede,tenta,excute,adhibe oris iudicium. Inuenis sanctimoniales idisciplinatas,Nú quid ideo sanctimonium reprehendendũ
1.Ti. 5. est? Multæ non stant in domibus suis,circumeunt domos alienas curiose agentes,
Supra. Psal. 75. loquentes quæ non oportet, superbæ,linguatæ,ebriosæ. Et si virgines sunt,q̃d prodest integra caro,mente corrupta? Melius est humile coniugium, quam superba virginitas. Si.n. nuberet,nõ haberet nomẽ vnde extolleretur,& haberet frenũ quo regeretur. Sed nunquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore &
1.Co.7. spiritu? Aut p̃p istas laudabiles, ẽt illas im
G probandas laudare cogemur? Vndiq. vnus
Mat.27 assumẽ,& unus relinquetur. Ergo frẽs simus Psalmum,quia planus est. Seruite dño in iocunditate. Vos alloquitur,quicũque charitate omnia toleratis,& spe gaudetis. Seruite dño, non in amaritudine murmurationis,sed in iocunditate dilectionis. Intrate in conspectu eius in exultatione.) Facile est exultare foris,in cõspectu dei exulta,Non valde lingua exultet,sed conscientia exultet. Intrate in conspectu eius in exultatione. Scitote quoniã dominus ipse est deus.) Quis nescit. Quoniam dñs ipse est deus? Sed de dmino dicit,quem non putabant homines deum. Scitote quoniam do-
Mat.27 minus ipse est deus. Dominus ille non vobis vilescat,quem crucifixistis, flagellastis, sputis illinistis,spinis coronastis,veste igno miniosa uestistis, in ligno suspendistis,clauis confixistis,lancea percussistis,custodes ad sepulchrum posuistis,Ipse est deus. Scitote quoniam dominus ipse est deus. Ip
Ioan.1. se fecit nos, & non ipsi nos.) Ipse fecit nos,Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Quid est quod exulta
H tis? Quid est quod superbitis? Alius vos fecit. Et qui vos fecit,ipse a uobis patitur. Sed vos sic vos iactatis & gloriamini & extollitis,quasi a vobismetipsis facti sitis. Bonũ est vobis ut qui fecit vos,perficiat vos Ipse fecit nos,& non ipsi nos. Non debemus superbire, Totum bonum quod habemus,ab artifice nostro habemus: Quod in nobis nos fecimus inde damnamur: quòd in nobis ille fecit,inde coronamur,Ipse fecit nos & non ipsi nos. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.) Oues & ouis, ipse oues una ouis est. Quam amantissimum nostri pastorem habemus? Dimisit nonaginta nouem,descendit quærere unam, reportat in humeris suis redemptam sanguine suo. Securus mortuus est pastor p̃ oue, qui resurgens posidet ouem. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Intrate portas eius in confessione.) In portus intrate a quo facti estis. Ab illo sit bonum tuum, a quo recedens fecisti malum tuum. Intrate in portas eius in cõfessione. Intret grex in portas, nõ foris remaneat ad lupos. Et quò intret? In confessione. Porta.i. initium, confessio tibi sit. Vnde in alio Psalmo dĩ, Incipite dño in confessione. Q̃d illic, dicit incipite, hoc appellauit hic portas. Intrate portas eius in confessione. Et quid? Cum iam intrauerimus, non confitebimur? Semper confitere, semper habes quod confitearis. Difficile est in hac vita, vt sic homo mutetur, vt nihil inueniatur in eo quod reprehẽdatur. Opus est vt tu te reprehendas,ne ille reprehendat q̃ dãnaturus est. Ergo cũ intraueris in atria confitere. Quando non erit confessio peccatorum? In illa requie, in illa æqualitate angelorum, Sed videte qu d dixerim, Non erit confessio peccatorum. Non dixi, non erit confessio,erit.n. confessio laudis. Semper confiteberis illum deum,te creaturam: Illum protectorem, te protectum. In illo quodammodo abscondit us eris,sicut dictum est. Abscondes eos Psal.30. in abscõdito vultus tui. In atria eius i hymnis confessionum confitemini ei.) In portis confitemini,& in atria cum intraueritis cõfitemini in hymnis. Hymni laudes sũt. Quando intras te reprehende, cum intraueris illum laudã. Aperite mihi portas iustitiæ, dicit in alio Psalmo, ingrediens in eas confitear domino. Nunquid dixit, cum ingressus fuero iam non confitebor? Cũ ingressus confitebitur. Quæ.n. peccata cõfitebatur dominus noster Iesus Christus quando ait, Confitebor tibi pater domine cœli & terræ. Illum laudans confitebatur, non se accusans. Laudate nomen eius, quoniam suauis est dominus,) Nolite putare quia deficitis in laudando. Laudatio uestra quasi manducatio erit. Quantum laudatis, tantum vires acquiritis, & tantum dulcescit quem laudatis. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus. In æternum misericordia eius.) Non enim cum te liberauerit desinet esse misericors, Et vt pro

tegat semper in æternam vitam, misericordia eius est. In æternum ergo misericordia eius. Et vsq. in generationem & generationem veritas eius.) Aut omnem generationem accipe quod dictum est in generationem & generationem, aut in duabus generationibus, vnam terrenam, alteram cœlestem. Hæc est gñatio vna quæ parit mortalos, altera quæ parit æternos. Veritas eius & hic est & ibi. Noli putare quia hic nõ est veritas eius. Si nõ hic esset veritas eius, nõ Psal.146. diceret in alio psalmo, Veritas de terra orta 84. est: Nec ipsa veritas diceret, Ecce ego vobis 23 cum sum vsq. in consummationẽ seculi.

In psalmum centesimum Enarratio.

1. PSalmus iste centesimus quod hẽt in primo versu, hoc in toto corpore eius q̃rere debemus. Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi domine.) Nemo sibi ad impiatem blandiatur de misericordia dei, q̃a est iudicium; Et nemo in melius commutetur exhorreat iudicium dei, quia præcedat misericordia dei. Homines.n. quãdo iu dicant aliquando victi misericordia faciũt contra iustitiam, & videtur in eis esse misericordia, & non esse iudicium, aliquando vero rigidum volentes tenere iudicium, p dunt misericordiam. Deus autem in bonitate misericordię perdit iudicij seueritatẽ, nec in iudicando cum seueritate amittit misericordię bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo, misericordiam & iudicium: forte enim nõ sine causa ipso ordine posita sunt, vt non diceret iudicium & misericordiam, sed misericordiam & iudicium. Si ergo per tempora distinguamus hæc duo, forte inuenimus modo tempus esse misericordiæ, futurum autem tempus iudicij. Quomodo est primo tempus misericordiæ? Primo in deo consydera, ut & tu quantum ipse tibi donauerit imiteris patrem. Neq.n. arroganter dicimus patrem nostrum nos debere imitari, quandoquidẽ dominus ipse unicus dei filius ad hoc nos hortatur dicens, Estote sicut pater uester cœlestis, Cum diceret, Diligite inimicos, uestros, orate pro eis qui vos persequũtur, vt sitis, inquit, filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ecce misericordia. Quando vides iustos & iniquos eundem solem intueri, eandem lucem capere, eosdem fontes bibere, eadem pluuia saginari, ijsdem fructibus terræ repleri, similiter aerem istum ducere, habere æqualiter bona mundi, noli putare iustum esse deum qui dat ista æqualiter iustis & iniustis. Misericordiæ tempus est, nõ dũ iudicij. Nisi.n. primo deus p misericordiam parceret, non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiæ tempus, quando patientia dei ad pœnitentiam adducit peccantes. Audi Apostolũ dicentem vtrunq. tempus, & distingue & tu. Existimas autem, inquit, o homo qui iudicas eos q̃ faciunt ea & eadem agis, quoniã tu effugies iudicium dei? Intendite, Videbat enim se. Sed cui hoc dicit? Non. n. vni homini dicit, sed generi humano: talia dicebat se committere multa mala quotidie, A & tamẽ viuere, nihil mali sibi contingere, & putabat aut dormire deum, aut res humanas non attendere, aut amare facta hominum mala, Tollit istam cogitationẽ de corde, sed bene intelligẽtibus. Quid ergo ait? Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? Et quasi diceret, quare facio tanta mala quotidie, & nihil mali mihi contingit? secutus ostendit illi tempus misericor-
diæ. An diuitias benignitatis & patiẽtiæ & Rom.2. longanimitatis eius contemnis? Et vere quia hoc contemnebat, sed fecit illum solicitum, Ignoras, inq̃t, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Ecce tempus misericordiæ. Ne autem hoc ille semper putaret futurum, quomodo secutus eum terruit? Tu autem, iam tempus iudicij audisti, audi tempus misericordiæ. Propter Ibidem. misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tu autem, inquit, secundum duritiã cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq. secundum opera sua. Ecce misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Sed minatus est de iu-
dicio. Nunquid ideo iudiciũ dei tantum B modo formidandum est, & non amandum? Formidandum malis propter pœnam, amãdum bonis pp coronam. Quia ergo terruit malos Apostolus in hoc testimonio cd cõmemoraui, audi ubi spem dat bonis de iudicio. Seipsum ponit, & dicit & oñdit & ipse tẽpus misericordiæ, quia nisi & ipse inueniret tps misericordiæ, qualẽ illum

inueniret in iudicio? Blasphemũ,persecutorem,iniuriosum. Sic enim dicit & commendat tempus misericordiæ in quo modò sumus. Qui prius fui,inquit,blasphemus & psecutor & iniuriosus,sed misericordiã consecutus sum. Sed forte ipse solus cõsecutus est misericordiã? Audi quo nos erigat. Vt in me,inquit,oñderet Christus Iesus omnẽ longanimitatem ad informationem eorũ qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Quid est,vt in me ostenderet omnẽ longanimitatẽ? Vt vnusquisque peccator & scelerat⁹ videret, quia Paulus accepit veniam, & nõ de se desperaret. Ecce ostẽdit se,erexit & alios. Vbi? In tpe misericordiæ. Audi in tempore iudicij qd dicat de bonis,Iterũ dicens de se & de alijs,primo misericordiã consecutus est. Quare? Quia fuit blasphemus & persecutor & iniuriosus. Venit dñs vt donaret Paulo,non vt redderet. Nam si redderet vellet, qd inueniret quod redderet peccatori,nisi pœnã & suppliciũ? Noluit reddere pœnam,sed donauit gram. Audi qa ille cui donauit,tenet dñm etiam debitorem. Inuenit eum donatorem tpe misericordiæ, tenet debitorem tempore iudicij.

1.Ti. 1.

Ibid.

C

2.Ti. 4. Qũo hoc dicit,videte. Ego enim iam immolor dixit, & tempus resolutionis meæ proximũ est. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. Hoc tẽpore misericordiæ,audi de iudicio, De cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Nõ dixit donat,sed reddet. Quando donabat misericors erat, quando reddet iudex erit, quia misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Sed donando delicta fecit se debitorẽ coronæ, ibi misericordiam consecutus sum. Misericors ergo dominus primo,hic aũt reddet mihi coronam iustitiæ. Vnde reddet? Quia iustus iudex est. Quare iustus iudex? Quia bonũ certamẽ certaui,cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. Ideo iustus non põt nisi coronare ista, Inuenit enim ista q̃ coronaret. Antea vero quid inuenerat, qui prius fui blasphemus

D & persecutor? Ista donauit,illa coronauit.

1.Ti. 3. Donauit hæc tpe misericordiæ,coronauit illa tpe iudicij,quia misericordiam & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Sed nunqd solus Paulus hoc meruit? Hoc.n.dixerã qũo in illo

2.Ti. 4. testimonio terruit,sic in isto erexit. Cũ dixisset,Reddet mihi in illo die iustus iudex, nõ solum mihi,inquit,sed omnibus qui diligunt manifestationẽ & regnum eius. Ergo fratres qm̃ habemus tempus misericordiæ,non nobis blandiamur,nõ nos dimittamus,nõ dicamus,semper parcit deus,Ece feci heri,& pepercit deus: facio & hodie, & parcit deus: faciã & cras,qa parcit deus. Attendis ad misericordiam, & nõ times iudiciũ. Si vis cantare misericordiã,& iudiciũ intellige, qa ideo parcit vt corrigaris, nõ vt in malignitate permaneas. Noli tibi thesaurizare irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qa tps misericordię i alio Psalmo dicit. Pctõri ãt dicit deus, Vt quid tu enarras iustificationes meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam meã, & abiecisti sermones meos post te. Si videbas furẽ,currebas cũ eo,& cum mœchis portionẽ tuam ponebas. Sedẽs aduersus fratrẽ tuũ detrahebas, & aduersus filiũ matris tuę ponebas scandalũ. Hæc feciſti & tacui. Vide tempus misericordiæ. Quid est tacui? Nunqd nõ corripui? Sed nõ iudicaui. Qũo enim tacet q quotidie clamat in scripturis,in Euãgelio, in pdicatoribus suis? Tacui à supplicio,nõ à verbo. Hæc feciſti & tacui. Et qa tacuit deus.i.nõ vindicauit,quid sibi dixit in cor de suo peccator? Audi. Suspicatus es,inq̃s, iniquitatẽ,qm ero tibi similis: id est,parum est quia tu talis eras,& me talẽ putabas. Et cũ ostẽdisset illi tempus misericordiæ, terruit de tempore iudicij. Arguã te & statuã te ante faciẽ tuã. Tu te ponis post te,ego te põnã ante te. Omnis enim qui nõ vult videre peccata sua, post dorsum se ponit,& aliorũ peccata acute attẽdit,nõ per diligentiã,sed per inuidentiam, nõ volens sanare sed accusare,se aũt obliuiscitur. Vnde talibus dñs dicit,Stipulam in oculo fratris tui vides, & trabem in oculo tuo nõ cons̃yderas? Quia ergo misericordia & iudiciũ cãtatur nob⁹, & nos faciẽtes misericordiam securi expectemus iudiciũ,& simus in corpore ipsius,& nos cãtemus eam. Cantat.n. hoc Christus, id est,si solũ caput cantat,a dño est canticũ hoc, ad nos non pertinet. Si aũt totus Christus, id est,caput & corpus eius,esto in mẽbris eius, adhære illi p fidẽ & spem & per charitatẽ,& in illo cãta, in illo exulta, qa & ipse in te laborat,in te sitit,in te esurit & tribulatur. Ille in te adhuc moritur,& tu in illo iam resurrexisti. Nam si in te non moreret̃, nollet in te sibi parci

Supra Psal.93.

Mat.7.

parci a persecutore,cum diceret, Saule Saule, qd me persequeris? Ergo frẽs mei Chr̃s erant. Sed qũo nostis? Chr̃m assidue cõmẽdamus uobis,& scio quia rudia uobis nõ sunt, Dñs Chr̃s verbũ est dei per quod facta sunt omnia. Hoc verbum vt redimeret nos,caro factũ est,& habitauit in nobis,factus est hõ deus super omnia, filius dei æqualis patri. Ad hoc hõ factus est,ut deus homo mediator esset inter homines & deũ, & reconciliaret longe positos, & coniũgeret separatos,& reuocaret alienatos, & reduceret peregrinos, ad hoc factus est hõ. Factus est ergo caput Ecclesię, habet corpus & membra. Quære mẽbra ipsius. Modo gemunt per uniuersum orbem terrarũ, tunc lætabuntur in fine in corona iustitię, de qua dicit Paulus, Quã reddet mihi dñs in illo die iustus iudex. Et modo ergo cantemus in spe, oẽs in unũ collecti. Chr̃m.n. induti Christus sumus cum capite nro, qa Abrahæ semẽ sumus. Apostolus hoc dicit: Quia dixi Christus sumus. Apostoly ergo Abrahæ semen estis secundũ promissionem hæredes, Abrahæ semen estis. Videcamus si semen Abrahæ est Christus, In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes. Nõ dixit in seminibus tanquã in multis,sed tãquã in vno,& semini tuo, qđ est Chr̃s. Et nobis dicit, Ergo semen Abrahę estis. Manifestũ est quia ad Chr̃m pertinemus. Et quia mẽbra eius & corpus eius sumus,cum capite nostro unus homo sumus. Cantemus ergo, misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe. Psallam & intelligam in via immaculata qñ venies ad me.) Nisi in via immaculata nõ potes psallere nec intellige re. Si uis intelligere in uia immaculata psal le,id est,opare in hilaritate dco tuo. Quæ est uia immaculata? Audi sequentia, Deambulabã in innocentia cordis mei,in medio domus meæ.) Hæc uia immaculata ab innocentia cępit,in ipsa ẽt peruenitur. Quid quæris multa uerba? Innocens esto,& perfeciſti iustitiam. Sed quid est esse innocentem? Duobus enim modis nocet homo quãtum in ipso est, aut faciendo miserum, aut deserendo miserum: quia & tu non uis ab alio fieri miser,& non uis deseri ab alio si miser fueris. Quis est ille qui facit miseros? Qui infert violentias vel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur, contugia aliena solicitat, contumelios⁹ ẽ, & calumnios⁹ est, vult inferre dñs vñ do

leant studio maleuolentiæ. Quis est qui deserit miseros? Qui uidet inopẽ aliquo auxilio egentẽ,& cũ habeat qũo præstet, contẽnit,despicit,alienat cor suum: Quod si iam omnino talis esset,vt non opus haberet aliqua misericordia,superbus esset,si desereret miserum. Adhuc in tribulatione carnis cõstitutus est,nesciens quid sibi possit cras accidere,& despicit lachrymas miserorũ,non est innocens. Sed quis est innocẽs? Qui cũ alij nõ nocet, nec sibi nocet. Qui.n.& sibi nocet,non est innocẽs. Ait aliq⁹, Ecce non tuli alicui, nec præsi aliquẽ, de re mea,de iusto labore meo bene mihi faciam, conuiuium apparatum habere volo, erogare volo quantũ me delectet,bibere cum quibus volo, quantũ me delectat. Cui aliq̃d tuli? Quem præsi? Quis de me questus est? Innocens vr̃. Sed si seipsum corrumpit,si tẽplũ dei in se euertit,quid expectas, ut in alio faciat misericordiam,& parcat miseris? Qui in seipsum crudelis est,esse in alio misericors potest? Tota ergo iustitia ad vnũ verbum innocentiæ redigitur. Qui autem diligit iniquitatem,odit animã suã, Qñ amabat iniquitatẽ putabat qm̃ alijs nocebat. Sed vide si alijs nocet: qui diligit iniquitatẽ odit animam suam. Sibi ergo prius nocet q̃ vult alijs nocere: nec deambulat, quia non est vbi angustias non patitur, Arta omnis malitia,sola innocentia lata est. Vbi deambulabat? Deambulabam in innocentia cordis mei,in medio domus meæ. Medium domus suæ, aut ipsam Ecclesiam dicit, Christus enim in ea deambulabat,aut cursuum, domus enim nostra interior, cor nostrum est, vt hoc exposuerit quod superius dixit, In innocentia cordis mei. Quę est innocentia cordis sui? Medium domus suę. Hanc domum quisquis habet malam, pellitur ab illa foris. Quisquis.n.in corde premitur mala conscientia, quomodo quisquis ab stillicidio exit de domo sua,aut a fumo, nõ ibi se patitur,habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt a seipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectantur, quietem in nugis,in spectaculis,in luxurijs, in omnibus malis quærunt Quare foris uoluerunt sibi bene esse? Quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua. Ideo dominus cum sanasset paralyticum, ait, Tolle grabatũ tuum & uade in domũ tuam. Faciat illud anima qę quasi paraly-

I

Psal.10.

K

Mar. 2.

si dissoluta est, in membris bonæ operatio nis constringatur, vt bene operetur. Tollat grabatum suũ, regat cor suum : Iam eat in domum suam, intret in conscientiam suã, iam latam inueniet vbi deambulet, & psallat & intelligat. Nõ proponebam ante oculos meos rem malam.) Quid est, Non proponebam ante oculos meos rem malam? Non diligebam. Solet.n. dici quod nostis de homine qui ab aliquo diligit, Ante oculos illum habet: & ille qui contemnitur sic solet quæri, Non me habet ante oculos. Quid ergo est, ante oculos habere? Dilige re. Quid est non diligere? Non ibi corde habitare. Dixit ergo, non proponebam ante oculos meos rem malam, nõ diligebam rem malam. Et exponit ipsam rem malam. Facientes prævaricationes odio habui.) Intendite fratres mei, Si deambuletis cum
L Christo in medio domus eius, id est, si vel in corde vestro bene requiescitis, vel in ipsa Ecclesia bonum iter carpitis in via immaculata non eos tãtum qui foris sunt debetis odisse prævaricatores, sed & quoscunque intus inueneritis. Qui sunt prævaricatores? Qui oderunt legem dei, qui audiũt illam & non faciunt, prævaricatores dicũtur. Faciẽtes prævaricationem odio habe,
23.q.4. repelle illos à te. Sed odire debes prævari
c. Duo. catores, nõ homines. Vnus homo prævaricator, videte quia duo nomina habet, homo & prævaricator. Hominẽ deus fecit, p̃uaricatorem ipse homo se fecit. Ama in illo quod deus fecit, persequere in illo quod ipse sibi fecit. Cum.n. persecutus fueris prẽuaricatorem eius occidis quod homo fecit, & liberatur quod deus fecit. Facientes prævaricationem odio habui. Nõ adhæsit mihi cor prauum. Quid est cor prauum? Cor tortum. Quod est cor tortum? Cor non rectum. Quod est cor nõ rectũ? Vide qđ est cor rectũ, & ibi inuenis qđ est cor non rectum. Rectũ cor dicitur hominis, quia omnia quæ vult deus ipse vult. Intẽdite, Orat aliquis, vt nescio quid non eueniat, orat, & non prohibetur. Petat quantum potest,
M sed contra volũtatem ipsius euenit aliqd, subiungat se voluntati dei, non resistat voluntati magnæ: quia & ipse dominus sic illud exponit, ostendens infirmitatem nostram in se quando passurus erat, ait, Tri-
Mat. 26 stis est anima mea vsque ad mortẽ. Nõ.n.
Ioã. 10. vere ille timebat mortem, qui in potestate habebat ponẽdi animam suam, & in potestate habebat iterum sumẽdi eam. Et Paulus Apostolus miles ipsius, seruus ipsius
2.Ti.4 clamat, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Exultat quia moriturus est, & dominus eius & imperator eius tristis est quia moriturus est? Ergo melior seruus quam domi
Matth nus? Et vbi est quod ait ipse dominus, Sufficit seruo, vt sit sicut dominus eius, sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius? Ecce fortior est Paulus ventura morte, & dominus tristis est? Optabam, inqt, dissolui,
Phili. 1. & esse cum Christo. Gaudet quia dissoluitur, vt sit cum Christo: & ipse Christus tristis est, cum quo iste futurum se esse lætatur? Sed quid erat illa vox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi con-
A tristantur futura morte, sed habeant rectũ cor, vitent mortem quantum possunt: sed si non possunt dicant quod ipse dominus
Mat.26 nõ propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit? Pater si fieri potest transeat à me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam: vide iam rectum cor, Verum nõ quod ego volo, sed quod tu vis pater. Si ergo cor rectum sequitur deum, prauum cor resistit deo. Aliquid illi cõtingat aduersum, clamat, Deus quid tibi feci? Quid commisi? Quid peccaui? Se iustum vult videri, deum iniustum, Quid tam prauum? Prauum est quia tortus est, & tortã regulam portat. Corrige te, & inuenies rectum, à quo te deprauasti. Ille iustus, tu iniustus: & ideo peruersus es, quia hominem iustum dicis, & deum iniustum, Quem homines iustum dicis? Te ipsum, Quando enim dicis, quid tibi feci, iustum te putas. Sed respondeat tibi deus, Verum dicis, mihi nihil feci̇sti, omnia.n. tibi feci̇sti. Si.n. mihi aliquid feci̇sses, bonum feci̇sses. Quicqd enim bene fit, mihi fit, quia ex præcepto meo fit. Quicquid autem mali fit, tibi fit, non mihi fit: quia non facit malus aliquid nisi sibi, quia hoc non ego iubeo. Tales qñ videritis fratres corripite, arguite, corrigite. Et si non potestis corripere aut corrige
B re, nolite consentire, vt possitis dicere, Nõ adhæsit mihi cor prauum. Cum declinaret a me malignus nõ cognoscebã.) Quid est, nõ cognoscebam? Non approbabã, nõ laudabã, nõ mihi placebat. Cognoscere enim inuenimus in scripturis aliquãdo dici pro eo quod

eo qđ est placere nobis. Quid.n. latet deũ fratres? Nũqd nouit iustos, & nõ nouit iniustos? Quid cogitas qđ ille nescit? Nõ dicis quid facis, sed quid cogitas qđ ille nescias? Non dico qd cogitas, sed qd cogitatus es qđ ille ante nõ viderit? Oia ergo nouit deus, & tũ in fine. i. in iudicio post misericordiam de qbusdã dicit, In illa die multi
Mat.7 venturi sunt & dicẽt, Dñe dñe in nomine tuo dæmonia eiecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo manducauimus & bibimus, & dicã illis, Discedite a me operarij iniqtatis, non noui vos. Ille non nouit aliquẽ? Sed quid est, nõ, noui vos? In regula mea nõ vos agnosco. Nouit.n. regulã iustitiæ meæ, Non illi congruitis, declinastis ab illa, distorti estis. Ideo & hoc dixit, nõ cognoscebã. Cũ declinaret a me malignus, nõ cognoscebã. Quid est, nõ cognoscebam? Nunqd forte qa malignus
C obuiam fit iusto in vico angusto dicit si Cũ quod est scriptũ in Sapientia Salomonis
1. Grauis est nobis ẽt ad uidendũ, & mutat vi-am ne vidcat quẽ non uult? Sed quã multi sunt maligni quos videmus, & qui nos videnr, & non solum non a nobis declinant, sed currunt ad nos, & aliquando iniqtates suas per nos impleri cupiunt, plerunque se nobis contũgunt? Plerunq. nobis cõtingit. Quo ergo declinant? Declinat a te, qui dissimilis est tibi Quid est declinat a te? Non te sequitur. Quid est non te sequitur? Non te imitatur. Ergo cum declinaret a me malignus, id est, cum mihi dissimilis esset malignus, & vias meas nollet imitari, nollet sic viuere, malignus quomodo me illi propoesset ad imitationem, non cognoscebã. Quid est, non cognoscebam? Non quia nesciebã, sed quia non approbabam. Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar.)
Ecce psecutor bonus, nõ hominis, sed peccati. Supbo oculo & insatiabili corde, huic non conuescebar.) Quid est, non conuescebar? Non cum illo manducabam. Attendat charitas uestra, quia mirum aliquid auditu
D manducabat: vesci enim manducare ẽ. Cur ergo primo ipsum dominum inuenimus manducasse cum superbis, & non eum publicanis illis & peccatoribus? Nam ipsi humiles erant omnes, cognoscebant enim liquorem suum, & medicum requirebant. Cum ipsis superbis Pharisæis inuenimus illum manducasse. Nam superbus quidam inuitauerat illum, Ipse est cui displicuit qa mulier peccatrix, quæ erat in ciuitate famosa, accesit ad pedes dñi, & ait in corde suo, Hic si esset Propheta, sciret quæ mulier illi Luc. 7.
accesit ad pedes. Quia talis erat munditia Phariseorũ, vt nemo eos iniquus tangeret. Si quis eos immundus vel modice tetigisset exhorrebãt, ne quasi immundos eos faceret tactus immundus. At vbi peccatrix illa, q̃ erat in ciuitate famosa accesit flere ad pedes dñi, ille cum videret eam dixit in corde suo: Hic si esset Propheta, sciret quæ mulier illi accesit ad pedes. Vnde sciebat quia Christus nesciuit, nisi inde suspicatus est, seũ nescisse, quia eam non a se repulit? Quia si ipse esset, repelleret a se. Dñs autem non solum mulierem illam peccatricem nouerat, sed & illius superbi vulnera medicus insanabilia videbat. Ait, n. cum audisset cogitantem, ut ostenderet illum superbum, Simon
E habeo aliqd tibi dicere, Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus ei debebat quinquaginta denarios, alius quingentos, Cum non haberent unde redderent, dimisit ambobus Quis eum plus dilexit? Et ille contra se dixit sententiam, extorquente sibi confessionem veritate: Credo dñe, quia cui plus donauit. Et conuersus ad mulierẽ dixit Simoni, Vides istam mulierem? Intrauit in domum tuam, aquam mihi ad pedes non dedisti, Ista autem lachrymis suis rigauit pedes meos: & cætera quę nostis. Nõ opus est in alijs pp quæ ad testimonium adhibuimus diutius immorari. Iste Pharisęus superbus erat, conuescebatur cum illo dominus. Quid est ergo quod ait, Supbo oculo & insatiabili corde huic non conuescebar? Quid est, non conuescebar? Noncũ illo manducabam. Quõ nobis ꝓponit hæc, quando ipse non fecit? Ad imitationẽ suã nos hortatur. Videmus eum conuiuatum esse cum superbis, quomodo nos prohibet ne conuiuemur cum eis? Nos quidem fratres propter correptionem aliquam tenemus nos etiam a fratribus nostris, & non
F cum eis conuiuamur vt corrigantur. Cum extraneis potius conuiuamur & cum Paganis, quam cum his qui nobiscum erant & nobis adhærent, si viderimus eos male uiuere erubescant, & corrigantur, sicut di-
1.Co.5. cit Apostolus, Si quis non obaudit uerbo nostro, per Epistolam hunc notate, & nolite cõmiscẽri cum eo, & non ut inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem.

trem. Facimus hoc plerunq. pp medicinã, & tñ cũ extraneis multis & cũ impijs sæpe vescimur. Quid est hoc qđ ait, Superbo oculo & insatiabili corde, huic non cõuescebar? Habet epulas suas corpium, habet epulas suas cor superbum. Nam pp cibos ipsos cordis superbi, ideo dixit, insatiabili corde. Cor superbũ, vnde pascit? Si superbus est, inuidus est, aliter esse non potest. Superbia mater inuidentię est, non potest nisi gñare hanc, & eum illa semper esse. Ois ergo superbus, inuidus est: & si inuidus est, malis alienis pascitur. Vnde dicit Apostolus, Si mordetis & comẽditis inuicem, videte ne abinuicem consumamini. Videtis ergo comedẽtes, nolite his conuesci, fugite tale cõuiuiũ. Neq. n. se satiant gaudẽdo de malis alienis, quia insatiabili corde sunt. Caue ne capiaris in epulis eorum laqueo diaboli. Cibis talibus pascebantur Iudæi qñ crucifixerunt G dñm. Sed quia pascebantur tanq̃ de pœna dñi, nã & nos de cruce dñi pascimur, quia corpus ipsius mãducamus, Dicebant. n. cũ viderent eũ pendentẽ in cruce insultantes, Mat. 26 quia insatiabiles corde erant, Dicebãt ergo, Si filius dei est, descẽdat de cruce, alios saluauit, se saluare non potest. Pascebaã cibo crudelitatis suæ, & ille pascebatur cibo miseri Luc. 23. cordiæ suæ. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Illi ergo habebant alias epulas, ille alias. Sed quid dictum sit de Psal. 69. mensa superborũ, audite, Fiat mensa eorũ coram ipsis in muscipulam, & in retributionẽ & scandalũ. Pasti sunt, capti sunt. Qúo enim naues ad muscipulã, aut pisces ad hamum non pascuntur, sed capiuntur, sic & ipsi. Habent ergo impij epulas suas, habent Matt. 5. & pij epulas suas. Audi epulas piorum, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Si ergo pius pascitur cibo iustitię, & impius superbiæ non mirum si insatiabilis corde pascitur cibo iniquitatis. Noli pasci cibo iniquitatis, & non tibi conuescitur superbus oculo, & insatiabilis corde. Et vnde tu pascebaris? Et quid te delectabat, vbi ille tibi non conuescebaã? Oculi mei ad fideles terræ, inquit, vt consyderent hi mecum.) Dominus dicit, Oculi H mei super fideles terrę, vt consyderent hi Mat 19 mecum: id est, vt mecum sedeant. Quomodo sederent? Sedebitis, inquit, super duodecim thronos, iudicantes duodecim trib. Israel. Iudicant fideles terrę, de quibus dicitur, Nescitis quia angelos iudicabimus?

Oculi mei super fideles terræ, vt cõsyderẽt hi mecũ. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.) Mihi ait, non sibi. Multi enim ministrant Euangelium, sed sibi minstrant, quia sua q̃rũt, nõ quæ Iesu Christi. Quid est Christo ministrare? Ea q̃ Christi sunt quærere. Equidem quando mali annunciant Euangeliũ, alij saluantur, illi puniuntur. Dictum est enim. Quæ dicunt facite: quæ aũt faciunt, facere nolite. Nõ timeas ergo qñ a malis audis Euangelium, Vę illi q sibi ministrat: id est, qui sua ibi q̃rit. Tu Christi accipe. Ambulãs in via immaculata, hic mihi ministrabat. Nõ habitauit in medio domus meæ faciens superbiam.) Reuertere ad domum illam, id est, ad cor. Non habitabit in corde meo faciens superbiam, Nullus talis habitabat in corde meo, resiliebat. n. inde. Nemo habitabit in corde meo, nisi mitis & quietus, superbus non ilic habitabit. Non. n. habitat in corde iusti iniustus. Si a te iustus remotus, nescio quot milibus & mansionibus, simul habitatis, si vnum cor habetis. Non habitabit in medio domus meæ faciẽs superbiã. Loquẽs iniqua non direxit in conspectu oculorũ meorũ.) Hæc est via immaculata, vbi intelligimus quando ad nos veniat dñs. In matutinis interficiebã omnes peccatores terræ.) Hoc obscurum est, dignamini aduertere, Iam finis Psalmi est, In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Quare? Vt dispersem de ciuitate dñi omnes operantes iniq tatem.) Sunt enim in ciuitate dñi operãtes iniquitatem, quasi parcitur eis modo. Quare? Quia misericordiæ domini tempus est, sed veniet & iudicij, q̃a sic cœpit psalmus, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Iam enumerauit superius, quia illi non adhæserunt nisi boni. Malis non adhæsit, nec delectabatur epulis iniquitatis eorum qui sibi ministrabant non dominũ. i. sua q̃rebãt. Et quasi diceret illi, & vt quid tales in ciuitate tua tãto tpe toleraſti? Tẽpus misericordiæ est, ait. Quid est tempus misericordiæ? Adhuc núdũ reuelatum est iudicium. Nox est, Apparebit dies, apparebit iudicium. Audi Apostolum, Itaque nolite ante tempus quicquam iudicare. Quid est ante tempus? Ante diem. Audi quia ante diem dixerit, Donec véniat dominus, qui & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à deo. Nã modo

modo quandiu non vides cor meũ, & non videO cor tuum, nox est. Nescio quid ab homine petisti, nõ accepisti, contemni te putas, & forte nõ cõteneris. Cor. n. vides, & cito blasphemas, in nocte, dãda ẽ tibi venia errãti. Diligit te homo nescio q̃s, & putas q̃a odit te: aut odit te, & putas q̃a diligit te. Sed qđlibet sit, nox est, Noli timere, Præsume in Chro, in illo habeto diẽ. Non ẽ qđ mali de illo sentias, q̃a securi sumus, & certi sumus, q̃a falli nõ põt, amat nos, denobis aũt inuicẽ nõdum tam certi sumus. Deus. n. nouit dilectionẽ nostram inuicẽ. Nos aũt & si diligimus nos inuicem, quis videt qua dispensatione à nobis fiant ista? Quare nemo videt cor? Quia nox est. In ista nocte tẽtationes abũdant, Quasi de ipsa nocte dixit Psalmus, Posuisti tenebras, & facta est nox, in ea ptrãsibũt oẽs bestiæ syluæ. Catuli leonũ rugiẽtes vt rapiant, & querant à deo escam sibi. In nocte q̃rũt escã catuli leonũ. Qui sunt catuli leonũ? Principium & potestatũ aeris huius dæmones & angeli diaboli. Qúo q̃runt sibi escam? Qñ tentat. Sed quia non accedunt, nisi eis deus dederit potestatem, ideo dictum est, Quærentes a deo escam sibi. Petijt Iob tentandum. Qualem escam? Opulentam, pinguẽ, iustum dei, cui ipse deus testimonium perhibuit, & ait, Homo sine querela, verus dei cultor fuit. Petiuit illum tentandum, quærens a deo escam sibi, & accepit tentandum, sed non opprimendum, purgandum vero non euertendum: aut forte nec purgandum, sed probandum. Tamen & qui tẽtantur aliquando traduntur occulto meritorũ suo in manus tẽtatoris, quia traditi sunt forte in concupiscentias suas. Nam diabolus nulli nocet, nisi acceperit potestatem a deo. Sed quando? In nocte. Quid est in nocte? In isto tempore. Cum autem transierit nox, & venerit dies, mittuntur mali cũ illo in ignem ẽternum, iusti vero in vitam ẽternã. Nullus illic erit tentator, quia non erunt illic catuli leonum, quia transacta est nox. Ideo dominus discipulis suis ait, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticum, & ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Quid est, vexare sicut triticum? Quomodo ab homine triticum nõ manducatur, nisi primo attritum vt panẽ fiat. Si neminem manducat diabolus, nisi primo per tribulationem euerterit, conterit vt manducet. Tu autem quãdo tribularis, si maneas granum, non conturberis, nihil tibi contigit. Quomodo quando boues triturant, nunquid in solum triticum intrant? Simul mittuntur cum tribula in area. Sed nunquid timendum est tritico? Absit, Nõ cõciditur, nisi palea a tritico spoliat, superfluit, & ueniet vẽtilatio, & inueniet purã massam. Quẽ inuenit granũ, mittit in horreũ suũ, & aceruũ paleæ cõburet igni inextinguibili. Vnde dixit hoc? Quia diẽ in spe habemus, Dies nobis in Christo debet esse, Nã quãdiu inter tentationes sumus, nox est. In ista nocte parcit deus peccatoribus, vt nõ illos tolat. Flagellat illos tẽtationibus vt corrigantur, tolerat illos in ciuitate sua. Putamus semper tolerabit? Si semper misericors est, non est iudicium? Si autem misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe, modo parcit, tunc iudicabit. Sed quando iudicabit? Cum transierit nox. Iõ dixit, In matutinis interficiebã oẽs pctores terræ. Quid est, in matutinis? Cum iã dies venerit, nocte transacta. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Quare eis parcit vsque ad matutinum? Quia nox erat. Quid est, nox erat? Quia tẽpus erat parcẽdi. Parcebat, cũ corda hominũ essent occulta. Vides aliquẽ male viuere, toleras illum, Nescis. n. qualis erit, quia nox est. Vtrum qui hodie male viuit, cras bene viuat: & vtrum qui hodie bene viuit, cras malus sit? Nox est enim, & omnes tolerat deus, quia longanimis est. Tolerat vt conuertantur ad illum peccatores. Sed qui nõ se correxerint in isto tempore misericordiæ, interficientur. Et quare interficiẽtur? Vt dispergantur de ciuitate domini, de societate Hierusalem, de societate sanctorũ, de societate Ecclesiæ. Quando autem interficientur? In matutinis. Quid est, in matutinis. Cum nox transacta fuerit. Quare modo parcit? Quia tempus misericordiæ est. Quare non semper parcit? Quia misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Fratres, nemo sibi blandiatur, Interficientur omnes operantes iniquitatem. Interficiet eos Christus in matutinis, & disperdet eos de ciuitate sua. Sed modo cum tempus misericordię est, audiant cũ. Vbiq. clamat per legẽ, p Prophetas, p Psalmos, p Epistolas, p Euãgelia. Videte q̃a nũc tacet, q̃a parcit, quia erogat misericordiam, sed cauete, quia venturum est iudicium.

Finis Secundæ Quinquagenæ.

D. AVRE-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Psalmo Centesimoprimo tractatus incipit.

Sermo primus de prima parte Psalmi.

ECCE vnus pauper orat, & non orat in silentio. Licet ergo audire eum, & videre quis nã sit. Ne forte ille sit, de quo dicit Apostolus, qui pp vos pauper factus est cum diues esset, vt illius paupertate vos ditaremini. Si ergo ipse est, quomodo pauper? Nam quomodo diues, quis non videt? Vnde enim homines sunt diuites: Puto auro, argento, familia, terra, sed omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, per quem factæ sunt diuitiæ, illæ etiam quæ non sunt veræ diuitiæ? Per illũ. n. & illæ diuitiæ, ingenium, memoria, mores, vita, ipsius corporis sanitas, sensus, confirmatioque mẽbrorum. Etenim cum hæc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illum & illę maiores diuitię, fides, pietas, iustitia, charitas, castitas, mores boni. Nemo enim & has habet, nisi per eum qui iustificat impium. Ecce q̃ diues, Quis enim magis diues, qui habet quod vult alio faciente an qui facit quod vult & alio habente? Puto quia ditior illa, qui fecit quod habes. Quia quod ille habet, tu non habes. Ecce q̃ diues. In hoc tam diuite vnde aguituri sumus hæc uerba, Cinerem sicut panem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam. Vnde ille? Huccine illæ tantæ diuitię peruenerunt? Multum illud excelsum, multum hoc abiectum, Quid faciemus? Quemadmodum ista ima illis summis contemperabimus? Nimis abinuincẽ longe sunt. Nondum agnosco istum pauperem. Alius est fortasse, Sed adhuc quæramus. Vnde enim nobis non videtur ipse? Mirum si interrogas, & non expauescis diuitias. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, Hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Qui ista dixit, cũ diceret, diues erat, quanto magis ille de quo dicebat, In principio erat uerbum. Et non qualecunque verbum, sed verbum deus, Et non vbicunque, sed apud deum, Et non vacans, sed omnia per ipsum facta sunt. Cinerem sicut panem manducauit, & potum suum cum fletu commiscuit. Metuendum est ne tantis diuitijs nostra paupertas faciat iniuriam, Quære adhuc tamen ne ipse sit pauper iste, quoniam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Respice & illam vocem, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Attende ancillam istã castam, & virginem, & matrem. Ibi enim accepit paupertatem nostram, vbi seruitutem indutus est, semetipsum exinaniens, ne diuitias eius expauescerес, & ad eum accedere cum tua mendicitate non auderes. Ibi accepit, inquam, formam serui. Ibi nostram indutus est paupertatem. Ibi se pauperauit. Ibi nos ditauit. Iam ergo propinquamus de illo hæc intelligere. Veruntamen adhuc temere non est pronunciandum. Partus virginis est lapis sine manibus de monte præcisus, vbi nullus hominum operatus est, nulla transfusa concupiscentia, sed sola fides accensa, verbi caro accepta. Deinde processit extero. Locuti sunt cœli. Angeli pastoribus nunciauerunt. Stella ad adorandum regem Magos traxit. Symeon impletus spiritu sancto infantem deum in matris manibus agnouit. Accessit ætas, non diuinitati sed carni. Horrent, miran turque sapientiam dei pueri duodẽnis, imperiti lenes. Aut etiam si periti senes, quid illorum peritia ad verbum dei? Quid illorum peritia ad sapientiam dei? Nonne & periti nisi illo subueniente, vtique perituri? Crescit adhuc ætate corporis, venit ad fluuium baptizandus. Baptizator deum agnoscit indignum se soluendæ calciamenti corrigię confitetur. Iam incide, Cæci illuminantur, Surdis aperitur auditus, Loquuntur muti, Mundantur leprosi, Stringuntur paralytici, Conualescunt languidi, Resurgunt mortui. Iam quidem in verbi illius per quod facta sunt omnia comparatione, diuitiarum agnosco paupertatem, sed quàm longe adhuc à cinere & fletu cum potu. Adhuc timeo dicere ipse est, & tamen volo. Sunt enim hic quæ me cogant velle, & rursus quædã quæ me cogant timere. Ipse est, & non est. Ipse iam in forma serui est, iam mortalem fragiléque carnem portat, iam morituras aduenit, & tamen nondum intelligitur in hac egestate. Cinerem sicut panem mãducaui,

& potum meum cum fletu miscebã. Addat ergo paupertatẽ paupertati, & transfiguret in se corpus humilitatis nostræ. Sit caput nostrum, simus mẽbra eius, sit duo in carne vna. Iã enim vt primitus pauper esset, formam serui accipiens, dimisit patrẽ. Qui autem de virgine natus est, dimittat & matrem, & adhæreat vxori suæ, & sint duo in carne vna. Ita enim erunt duo & in voce vna, & in illa vna voce iam non miramur nostram vocem. Cinerem sicut panem manducaui, & potum meum cum fletu miscebã. Dignatus est. n. habere nos mẽbra. Sunt & pœnitentes in mẽbris eius. Nec omnino sibi adiungeret coniugem, ni si illa voce, Agite pœnitentiam, appropinquabit. n. regnum cœlorũ. Iam ergo audiamus quid oret caput & corpus, sponsus & sponsa, Christus & Ecclesia vtrunq. vnus. Sed verbum & caro non vtrunque unum. Pater & verbum vtrunque vnum, Chfs & Ecclesia vtrunque vnus. Vnus quidem vir perfectus in forma plenitudinis suę, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in agnitionem filij dei in uirum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sed donec occurramus, agitur hic pauper tas nostra, agitur hic adhuc labor & gemitus. Gras misericordiæ ipsius. Vñ illi laborẽ, vñ illi gemitus verbo, p qđ facta sunt omnia? Si dignatus est habere mortem nostrã, non nobis dabit vitã suam? In magnã spem erexit, cũ magna spe gemimus. Gemitus hẽt tristitiam. Sed est gemitus q habet & gaudium. Ego puto Saram sterilem lætam genuisse, cum pareret, Et nos dicamus, A timore tuo concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Audiamus ergo Christum pauperem in nobis, & nobiscũ & pp nos. Titulus enim ipse indicat pauperem. Postremo putate me suspicatum, quis nam sit iste pauper. Orationem audiamus, & personam agnoscamus, nec vbi erres, quando audieris aliquid quod coaptari capiti illius nõ possit. Iõ plocutus sum, vt si quid tale audieris, ex infirmitate corporis aduertas sonare, & vocem membrorum agnoscas in capite. Oratio inopis hoc habet titulus, cum angeretur, & in conspectu domini effudit precẽ suam.) Ipse ille pauper est qui alibi dicit. A finibus terræ ad te clamaui, cum angeretur cor meum. Iste ipse pauper est, quia idemipse Christus est, qui se apud Prophetam, & sponsum dixit, & sponsam Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam induit me ornamento. Se dixit sponsum, se dixit sposam. Vnde hoc, nisi quia sponsum propter caput, sponsam pp corpus. Vox ergo vna, qa caro una. Audiamus, & potius in his vocibus nos quoque agnoscamus. Et si nos extra esse viderimus, ibi esse laboremus.

EXAVDI domine orationẽ meam & clamor meus ad te perueniat.) hoc est, exaudi dominе orationem meam, quod est, clamor meus ad te perueniat. In geminatione affectus petentis est. Ne auertas faciem tuam à me.) Quando deus à filio faciem auertit? Quando pater a Christo? Sed propter membrorum paupertatem, ne auertas faciem tuam à me. In quacunque die tribulor inclina aurem tuam ad me.) Tribulor enim deorsum, tu autem es sursum. Si enim me extollo, longe fis: si me humilio, inclinas aurem tuam ad me. Sed quid est, in quacunque die tribulor? Nunc enim non tribulatur? Aut ista diceret, nisi tribularetur? Sufficeret ergo, inclina aurẽ tuam ad me quoniam tribulor. In quacunque die tribulor inclina aurem tuã ad me. Tanquam vnitas corporis, si patitur vnũ membrum, compatiũtur omnia membra. Tribularis tu hodie, ego tribulor: tribulatur alius craſtino, ego tribulor. Post istam generationem alij posteri, qui succedunt posteris tribulantur, ego tribulor vsque in finem seculi. Quicunque in meo corpore tribulantur, ego tribulor. In quacunque ergo die tribulor inclina aurẽ tuam ad me. In quacunque die inuocauero te, cito exaudi me.) Hoc idem est. Iam nunc inuoco, sed in quacunque die inuocauero te, cito exaudi me. Orauit Petrus, orauit Paulus, orauerunt & ceteri Apostoli, orauerunt fideles temporibus illis, orauerunt fideles consequentibus temporibus, orauerũt fideles martyrũ tpibus, orãt fideles nostris tẽporibus, orabunt fideles posterorum tpibus. In quacunque die inuocauero te, cito exaudi me. Cito exaudi, iam enim hoc rogo quod dare vis, Nõ terrena q̃si terrenus, sed ex prima captiuitate iã redẽptus regnũ cœlorũ desydero. Cito exaudi me, nõ. n. nisi tali desyderio dixisti Adhuc te loquente dicam, ecce assum.

In

In quacunq. die inuocauero te,cito exaudi me. Vñ inuocas? De qua tribulatione? De q̃ egestate? O pauper añ ianuã diuitis dei,quo desyderio mendicas? Qua inopia reqris? Qua egestate pulsas vt aperiat tibi? Dic,audiamus istã ipsam egestatẽ, in illa & nosipsos inueniamus,& tecum rogemus:audi & agnosce si potes,Quia defecerũt sicut fumus dies mei.) O dies,si dies: vbi enim dies audiẽ, lux intelligitur. Sed defecerunt sicut fumus dies mei. Dies mei, tpa mea. Vnde sicut fumus,nisi p̃p elationem superbiæ? Tales dies dignus fuit accipere superbus Adã, vñ carnẽ Chr̃s accepit. Ergo in Adã Chr̃s,& Adã in Christo. Liberauit ꝓfecto & a diebus fumi,qui dignatus est habere uocem dierum fumi. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Videte fumum superbiæ similem, ascendentem, tumescentẽ, vanescentem: merito ergo deficientẽ,nõ vtiq. permanentẽ. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.) Et ipsa ossa mea, & ipsa fortitudo mea nõ sine tribulatione,nõ sine vstione. Ossa corporis Chr̃i, fortitudo corporis Chr̃i,vbi maior q̃ in sãctis Apostolis? Et tũ vide ossa frigi. Quis scandalizat̃,& ego nõ vror? Fortes sunt fideles boni, intellectores & p̃dicatores verbi,viuẽtes vt loquunt̃,loquẽtes vt audiũt: Fortes planè sunt, sed oẽs qui scãdala patiũtur,frixoriũ ipsorũ sunt. Est enim ibi charitas & magis in ossibus. Interiora sunt ossa omnibus carnibus & portãt oẽs carnes. Verum si quisquam patiatur aliquod scandalum & in anima periclitetur, tantum os frigitur,quantum amat. Desit amor,nemo frigitur: asit charitas & si membrum compatitur, patiente vno membro,quo frigũtur qui portant vniuersa membra? Ossa mea sicut? in frixorio confrixa sunt. Percussum est sicut fœnum & aruit cor meũ.) Respice ad Adam,vnde genus humanum. Vnde enim nisi ab illo propagata miseria est? Vnde enim nisi ab illo hæreditaria ista paupertas? Dicat ergo cũ spe iam in corpore Chr̃i positus, ille aliquando in suo corpore desperatus, Percussum est sicut fœnũ & aruit cor meũ: merito, quia omnis caro fœnum. Sed tamen vnde tibi hoc contingit? Quoniã oblitus sum manducare panẽ meum.) Dederat enim deus panem præcepti. Nam panis animæ quid nisi verbum dei? Suggerente serpente, præuaricante muliere, tetigit uetitũ, oblitus est fœnũ. Merito percussum est sicut fœnũ, & aruit cor eius, qñ oblitus est manducare panem suũ. Oblitus manducare panẽ, bibit venenũ: Percussum est cor eius,& aruit sicut fœnum. Ipse est ille percussus in Esaia,de quo dicitur,& cui dr̃, Non in æternum tps irascar uobis: spũs.n.a me procedit, & omnẽ flatum ego feci: propter pctm̃ modicũ quid contristaui illum,& percussi illum, & auerti faciem meã ab illo: merito hic, Ne auertas facié tuã a me,hoc est,a percusso,de quo dixisti, Percussi illũ: de quo dixisti, Vias eius vidi,& sanaui eũ. Percussũ est sicut fœnũ,& aruit cor meũ, quia oblitus sum mãducare panem meũ. Modo manduca. Oblitus erat,sed venit & ipse panis, cuius cor pore tibi licet recordari vocem obliuionis tuæ, & clamare ex paupertate tua: mas diuitias. Modo manduca: in eius.n. corpore es, qui ait, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Oblitus eras manducare panem tuum, sed iam illo crucifixo, commemorabuntur, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Post obliuionem ueniat cõmemoratio, manducetur panis de cœlo vt viuat, non manna, sicut illi manducauerunt & mortui sunt: panis de quo dr̃, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. A voce gemitus mei adhæserũt ossa mea carni meæ.) A voce quã intelligo, a voce quã noui probabiliter, a voce gemitus mei, non a voce gemitus illorum quibus compatior. Multi.n. gemunt gemo & ego, & hoc gemo, quia male gemunt. Amisit nummum, gemit: amisit fidẽ, non gemit. Ego appẽdo nũmum & fidem, & inuenio maiore gemitũ de mala gemente, non gemente. Facit fraudem & gaudet. Quo damno? Acquisiuit pecuniam, perdidit iustitiam. Gemit hinc q̃ gemere nouit. Qui capiti propinquat, qui recte hæret corpori Christi, gemit inde. Carnales autem non inde gemunt, & gemendos se faciunt, quia non inde gemunt. Nec eos possumus, uel non gementes, vel male gementes contemnere: volumus. n. eos corrigere, volumus emendare, volumus reparare, & quando nõ possumus gemimus non ab ipsis separamur. A voce. n. gemitus mei adhæserũt ossa mea carni meæ. Adhæserunt fortes inualidis, adhęserũt firmi infirmis. Vnde adhæserunt? A voce gemitus mei, non a voce gemitus illorum. Qua lege adhæserũt, nisi qua

qua dictum est, debemus. n. nos firmi infirmitatem infirmorum portare, Adhęserũt ossa mea carni meæ. Similis factus sum pellicano qui habitat in solitudine, factus sum sicut nycticorax qui habitat i parietinis. Vigilaui & factus sum sicut passer singularis in tecto.) Ecce tres aues,& tria loca, q̃d sibi velint donet dñs vt dicamus, & vt audiatis vtiliter quod dicitur salubriter. Quid sibi volũt tres aues,& tria loca? Quę tres aues? Pellicanus, nycticorax,& passer: & tria loca, solitudo, parietina,& tectum. Pellicanus in solitudine, nycticorax in parietinis, passer in tecto. Primo q̃d sit pellicanus dicendum est. In ea quippe regione nascitur, vt nobis ignota hęc auis sit. Nascitur in solitudinibus, maxime Nilo fluminis in Aegypto. Quęlibet hęc auis sit, quod de illa Psalmus dicere voluit hoc inueniamus. Habitat, inquit, in solitudine. Quid q̃ris formã eius, mẽbra eius, mores eius, vocẽ eius? Quãtũ tibi Psalmus dicit, auis est in solitudine habitãs, Nycticorax, auis est amãs noctem, Parietinæ dr̃, quas vulgo dicimus ruinas, ubi parietes stant sine habitãtibus, ibi habitat nycticorax. Iã vero passer & tectũ q̃d sit nostis. Inuenio ergo aliquẽ de corpore Christi, p̃dicatorẽ verbi, cõpatientem infirmis, q̃rentẽ lucra Chr̃i, reminiscentẽ dñi sui venturi, ne dicat, Serue neq̃ & piger, dare debueras pecuniã meã numularijs. Ex huius dispensatoris officio videamus hæc tria, Venerit inter aliquos vbi Chr̃iani non sunt, pellicanus est in solitudine. Venerit ad eos q̃ fuerunt & ceciderũt, nycticorax est in parietinis. Non. n. deserit tenebras eorũ qui habitãt in nocte, & ipsos lucrari vult. Veniet ad eos q̃ Chr̃iani sunt q̃dem habitantes in domo, nõ quasi q̃ non crediderint, aut q̃d crediderint dimiserunt, sed in eo q̃d crediderint tepide ambulantes, clamat ad eos passer. Nõ in solitudine, q̃a Chr̃istiani sunt: nec in parietinis, q̃a non ceciderũt: sed tũ in tecto sunt: sub tecto potius, quia sub carnis sunt. Ille sup carne clamat passer qui p̃cepta dei nõ tacet, nec fit carnalis vt subiciatur tecto. Qui enim in tecto est, nõ debet tollere aliq̃d de domo: & quod in aure auditis, p̃dicate super tecta. Istæ tres aues & tria loca: & unus homo potest habere personam trium auium, & tres homines possunt habere personam trium auiũ: & tria genera locorũ, tria genera sunt hominum: tũ solitudo, parietinæ, & tectũ, nõ nisi tria gña sunt hominũ. Sed quid de his plurimum? Ipsum dñm videamus, ne forte ipse sit: & melius ipse agnoscatur, & pellicanus in solitudine, & nycticorax in parietinis, & passer singularis in tecto. Dicat nobis pauper iste caput nostrum, pauper voluntate, loquatur pauperibus in necessitate. Quid enim dicitur, vel ẽt legitur de hac aue. i. pellicano nõ taceamus: non aliq̃d affirmantes temere, sed tũ nõ tacentes, quod q̃ scripserunt & legi & dici voluerũt. Vos sic audite, vt si verum est congruat, si falsum est nõ teneatur. Dicuntur hæ aues tanquam colaphis rostrorũ occidere paruulos filios suos, eosdẽq̃. in nido occisos à se lugere per triduũ. Postremo dñt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Fortasse hoc verum, fortasse falsum sit: tũ si verum est quemadmodum illi congruat qui nos viuificauit sanguine suo, videte. Congruit illi quod matris caro viuificat sanguine suo filios suos, satis congruit. Nam & ipse gallinam se dicit super pullos suos, Hierusalem Hierusalem quotiens volui congregare filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti. Habet enim paternam authoritatem, habet maternũ affectum, sicut & Paulus & p̃ est & mater est, nõ p̃ seipsum, sed per Euangelium: Pater vbi dicit, Etsi habeatis multos pædagogos in Chr̃o, sed non multos patres: in Chr̃o. n. Iesu per Euangelium ego vos genui: Mater autem vbi ait, Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Habet ergo hæc auis, si vere ita est, magnam similitudinem carnis Christi, cuius sanguine viuificati sumus. Sed quomõ congruat Christo, q̃ ipsa occidit filios suos? an & illi non cõgruit, Ego occidam, & ego viuificabo: ego percutiã, & ego sanabo? An vero Saulus persecutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut prędicator excitaretur, nisi illius sanguine viuificaret? Sed hoc viderint qui scripserunt, non in incerto intellectum nostrum constituere nos debemus. Hanc autem potius in solitudine cognoscamus: hoc enim inde Psalmus voluit ponere, pellicanus in solitudine. Puto enim ego hic intelligi Christum natum de virgine. Solus enim sic, ideo solitudo. In solitudine natus est, quia solus ita natus. Post natiuitatem

Esa. 58.
L
1. Cn. 11.
7. q. 1. c. Aduersi tas.
Hinc August.
2. Co. 13
M
Esa. 40.
Gen. 2.
Esa. 58.
Ioan. 6.
Psal.
Ioan. 6.
Matt. 23
1. Co. 3.
Gala. 4.
Deu. 32
Act. 9.
Luc. 2.

tiuitatem ventum est ad passionē. A quibus crucifigebatur? Nunquid a stantibus? Nunquid a lugentibus? Ergo tanquam in nocte ignorantiæ ipsorum, & tanquam in parietinis ruinis ipsorum. Ecce nycticorax & in parietinis amat & noctem: nam nisi amaret, unde diceret, Pr̄ignosce illis, quia
Luc.23. nesciunt quid faciunt? Deinde natus in solitudine, q̄a solus ita natus: passus in tenebris Iudęorum tanquā in nocte, in præuaricatione tanquā in ruinis. Quid postea?
Psal. 3. Vigilaui: ergo dormieras in parietinis, & dixeras, Ego dormiui. Quid est, ergo dormiui? Quia volui dormiui, noctem amando dormiui: sed ibi sequitur, Exurrexit, q̄a hic vigilaui. Sed posteaquā vigilauit quid
Mat. 16 egit? Ascendit in cœlū, factus est ficut passer volādo. i. ascendendo singularis in tecto, .i. in cœlo. Ergo pellicanus nascendo, nycticorax moriendo, passer resurgendo. Ibi
G in solitudine velut solus, hic in parietinis velut ab eis occisus, q̄ stare non potuerūt in ædificio: hic vero iam vigilans & volās singularis in tecto, ibi interpellat pro no-
Rom.8. bis, Caput.n. nr̄m passer est, corpus illius turtur. Etenim passer inuenit sibi domum.
Psal.83. Quā domū? In cœlo est, interpellat p̄ nobis. Et turtur nidū sibi. Ecce Ecclesia dei nidū de ligno crucis ipsius vbi ponat pullos suos, paruulos suos. Vigilaui & factus sum sicut passer singularis in tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei, & q̄ laudabāt me, aduersū me iurabāt.) Ore laudabāt, corde insidias p̄parabāt: audi laudē ip-
Mat. 23 sorū, Magister, scimus q̄a uiā dei in veritate doces, & p̄sonā non accipis: licet tributū dare Cæsari? Quē laudas, supplātas. Quare, nisi q̄a q̄ laudabant me, aduersum me iurabāt? Vñ aūt hoc opprobriū, nisi q̄a ve ni facere mēbra mea pctóres, vt agēdo pœnitentiam sint in corpore meo? Inde totū opprobriū, inde p̄secutio, Quare magister vr̄ cū peccatoribus & publicanis manduMat. 9. cat? Non est opus sanis medicus, sed ægrotātibus. Vtinam vos ægrotare nossetis vt medicū q̄reretis, nō occideretis, & per superbā demētiā falsa sanitate periretis. Mi-
H hi aūt vnde tota die exprobrabant inimici mei? Vnde q̄ laudabant me, aduersum me iurabant? Quoniam cinerem sicut panem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam.) Quia hæc gña homi nū, habere in suis membris sananda uoluit & liberanda, inde opprobrium. Hodieque Paganorum opprobrium, quale in nos est? Quid putatis fratres, quid eos putatis dicere nobis? Vos corrumptis disciplinam, moresque generis humani puertitis. Quid inneberis? Dic quamobrem? Quid fecimus? Dando, inquit, hominibus pœnitentiæ locum, pro mittendo impunitatem omnium delictorum: ideo homines mala faciunt securi, q̄ eis cum conuersi fuerint, omnia dimittuntur. Hinc ergo opprobrium, quoniam cinerem sicut panem manducaui, & potū meū cum fletu miscebam. O qui insultas, inuito te ad istū panē. Non enim audes te dicere nō esse pctórem, Discute conscientiam tuā, ascende tribunal mentis tuæ, noli tibi parcere, examina te: lóquāt tibi medulla cordis, vide vtrum audeas innocentiam profiteri. Hic plane si se respexerit conturbabitur, si se non palpauerit cōfitebitur. Et qd agis miser, si nō erit portus impunitatis? Si sola fuit peccandi licentia, & nulla peccatorum est indulgentia, vbi eris? Quomodo ibis? Certe & pro te factum est, vt paper iste cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret. Non te iam delectat tale conuiuium? Sed tamē, inquit, augent homines peccata spe veniæ, imo augerent peccata desperatione veniæ. Nonne attendis q̄ licentiosa crudelitate viuant gladiatores? Vnde hoc, nisi iam tam quam ad ferrum & victimam destinati, ex plere volunt libi dinem antequam fundāt sanguinem? Nonne hoc & tu tibi dicebas, Iam peccator sum, iam iniquus, iam damnandus, nulla veniæ spes est. Cur iam nō faciam quicquid libet, & si non licet? Cur non impleam quantum possum quæcunq. desydero, si post hæc non restant nisi sola tormenta? Nonne hoc tibi dicebas, & desperatione ipsa peior fieres? Potius ergo te corrigit, qui indulgentiam promittit, & dicit, Redite præuaricatores ad cor. Nolo mortem impij, tantum vt reuertatur & viuat. Hoc proculdubio portu proposito, ponis vela iniquitatis, cōuertis proram, ve lificas ad iustitiam, & speras vitam, non negligis medicinam. Nec in hoc tibi displiceat deus, tanquam per istam indulgentiæ promissionem securos fecerit peccatores. Etenim ne desperatione homines peius viuerent, promisit indulgentiæ portum. Rursus ne de spe veniæ peius uiuerent, fecit diem mortis incertum, prouidentissime vtrumq. cōstituēs & reuertentes quo recipiantur, & differentes unde terreantur.

Man duca cinerē velut panē, & potum tuū cum fletu misce: per hoc conuiuium venies ad mensam dei. Noli desperare, p̄missa est enim indulgentia tibi Deo gratias, inquit, q̄a promissa est, tenco promissum dei. Ergo iā bene viue. Cras, inquis, bene viuā. Indulgēt tibi deus, p̄misit, crastinū diem tibi nemo p̄misit. Si male vixisti, bā viue iā hodie. Stulte, hac nocte auferetur a te uita tua.
Luc.12. Non dico q̄ pparasti cuius erunt, sed secūdum quod vixisti, vbi eris? Corrige ergo te vt positis in corpore Christi habere vocem illam, quam, nisi fallor libenter agnosis: Q̄m cinerē sicut panē manducaui, & potū meū cū fletu miscebā. A facie iræ & indignationis tuæ, q̄m leuasti, elisisti me.) Ipsa est illa ira tua dūe in Adam, ira cum qua omnes nati sumus, cui nascendo cohæsimus, ira de propagine iniquitatis, ira de massa peccati: secundū quam dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando natura filij ire, sicut & ceteri: & vnde dicit dns, Ira dei manet super eum, quia non credidit in vni
Ioā.3. genitū filiū dei. Non.n. ait, Ira dei veniet super eū: sed, manet super eū: q̄a non tollit
Psal.2. in qua natus est. Quare ergo? Et quid sibi vult vox ista, q̄m leuasti, elisisti me? Nō. n, ait, Q̄m leuasti & elisisti me: sed, q̄m leuasti, elisisti me. Iō elisisti, quia leuasti. Vnde hoc? Hō in honore positus, factus est ad imaginē dei. Leuatus in hūc honorē, erectus a puluere, erectus a terra, accepit animā rationalem, præpositus est rationis ipsius uiuacitate omnibus bestijs, pecoribus, volatilibus, piscibus. Quid.n. horū habet intelligentiæ rōnem? Quia nullum horū factum est ad imaginem dei. Quo nullum horū habet hunc honorem, sic nullū horū habet hanc miseriam. Quid.n. pecus plangit de pcō? Quæ auis timet gehennā ignis eterni? Quia nulla ei participatio beatę vitę, nulli stimuli miseriarum. Hō aūt quia factus est, q̄ sit beata vita si bene vixerit, iō erit in misera vita, quia male vixit: ergo quia leuasti, elisisti me: iō sequit me pœna, quia dedisti mihi liberum arbitrium. Si.n. mihi non dedisses liberum arbitrium, & p hanc rationem pecoribus me non faceres melliorem, non me sequeretur damnatio ista peccantem: ergo per arbitrium liberū leuasti me, & per iustitiæ iudicium elisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt.) Potuerunt enim esse dies tui non declinantes, si tu à die vero non declinasses. Declinasti, & accepisti dies declinantes. Quid mirum si dies tui facti sunt similes tui? Ipsi sunt enim dies declinātes quia deuiasti, qui sunt dies fumi, q̄a tumuisti: supra.n. dixerat, Defecerūt sicut fumus dies mei: & nunc dicit, Dies mei sicut umbra declinauerunt. In hac vmbra agnoscēdus est dies, in hac vmbra videnda est lux, ne postea sera & infructuosa pœnitētia dicatur, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactā
Sapiē.5. tia quid cōtulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra: mō dicit, Transibunt omnia tanquam vmbra, & tu non transeas tāquam vmbra. Dies mei sicut vmbra declinauerūt. Et ego velut fœnum arui.) Quia & supra dixerat, Percussum est sicut fœnū, & aruit cor meum, sed reuirescet fœnum irrigatum sanguine saluatoris. Ergo sicut fœnum arui ego hō post illam præuaricationem, hoc ego iusto iudicio tuo. Tu autē quid? Tu vero domine in æternum perma A
nes.) Mei dies sicut vmbra declinauerunt, & tu in æternum permanes. Temporalem saluet æternus. Non.n. quia ego cecidi, & tu senuisti viges ad me liberandum, qui vi guisti ad me humiliandum. Tu uero domine in æternum permanes. Et memoriale tuum in generatione & generationem.)
1.Ti.4. Memoriale tuum, quia non obliuiscēris in generationem, non vnam, sed in generatione generationem. Promissionem quippe habemus vitæ præsentis & futuræ. Tu exurgens misereberis Sion, quoniam venit tempus vt misereaGala.4. ris eius.) Quod tempus? Cum autem venit plenitudo tpis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. Et vbi Sion? Vt eos qui sub lege erant redimeret. Primitus enim Iudæi, inde autem Apo
1.Co.15 stoli, inde illi plus quam quingēti fratres,
Acto.4. inde illa denseps multitudo, cui erat anima vna & cor vnum in deū. Ergo tu exurgens misereberis Sion quoniam venit tempus vt misereris eius, quoniam venit tem
1.Co.6. pus. Quod tempus? Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quis hoc dicit? Seruus dei Paulus ædificator, qui dicebat, Dei ædificium estis: qui dicebat, Si
1.Co.3. cut sapiens architectus fundamentum posui, & fundamentum aliud nemo potest B
ponere, præter id quod positum est, qđ est Christus Iesus. Ergo & hic qd dicit? Quoniam beneplacitum habuerunt serui tui in lapides

lapides eius.)In lapides cuius ? In lapides Sion.Sed sunt ibi & nō lapides? Cuius nō lapides?Ergo qd seqtur ? Et pulueris eius miserebuntur.) Agnoscamus lapides in Sion,agnoscamus puluerem in Sion.Non enim dicit, lapidum eius miserebūtur: sed qd ait?Quoniam beneplacitum habuerūt serui tui in lapides eius & pulueris eius miserebuntur. Beneplacitum habuerunt in lapides eius,pblueris autem miserebuntur. Intelligo lapides Sion omnes Prophetas, ibi præmissa est vox prædicationis,inde assumptum est euangelicum officium, per illud præconium cognitus est Christus.Ergo serui tui beneplacitum habuerunt in lapides Sion.Sed illi præuaricatores recedētes a domino,malisq. factis suis offendentes creatorem, in terram vnde sumpti sunt redierūt,puluis facti sunt,impij facti sunt: Psal. 1. de qbus dicitur,Non sic impij,non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ. Sed expecta dominum, sustine dūm, patiens esto dominum, non irruat C ventus, & auferat hunc pulueremā facie terræ. Veniant veniant serui tui,agnoscant in lapidibus eloquia tua, misereātur pulue Gene.1. ris Sió,formetur homo ad imaginem tuā: dicat puluis ne pereat, memento quia puluis sumus. Dum enim sacerdotes & Prophetę peccatores adhortant, pulueris eius miserebuntur.Hoc de Sion . Nunquid nō erat puluis qui dominum crucifixit? Qd peius est,puluis de parietinis ruinarum. Puluis erat prorsus: Veruntamen non frustra de puluere dictum erat. Pater ignosce Luc. 23 illis,quia nesciūt quid faciunt.De illo pulueremā venit paries tot milium credentium, & precia rerum suarum ad pedes Apostolorum ponentium. Ergo extitit de illo pul Acto. 1 & 4. uere humanitas,& formata, & formosa. Quis enim de gentibus sic? Quam paucos miramur hoc fecisse ad illorum tot milia?Subito primo tria milia, postea quinq. milia : omnes in vnitate viuentes, omnes venditarum rerum suarum precia ad pedes Apostolorum ponentes,vt distribuere tur vnicuique prout cuique opus erat, quibus erat anima vna, & cor vnum in deum . Quis hoc fecit ēt de isto puluere, nisi qui & ipsum Adam fecit ex puluere? Gene.2. Hoc ergo de Sion,sed non tm in Sion . D Quid igitur sequitur? Et timebunt gentes nomen tuum dne, & oēs reges terræ gloriā tuā.)Iā qm misertus est Sion,iā qm servi tui beneplacitum habuerunt in lapides eius cognoscendo fundamentum Apostolorum & Prophetarum, iam qm misērti sunt pulueris eius, vt formaretur vel potius reformaretur homo viuus ex puluere,hinc prædicatio creuit in gentibus. Timeant nomē tuum gentes, & oēs reges terræ gloriam tuam,Veniat & alius paries de Ephe. 2. gentibus , agnoscatur lapis angularis : ibi hęreant duo de diuerso venientes,sed iam non aduersa sentientes.Quoniam ædificauit dūs Sion.) Hoc agit nunc,Eia lapides viui in structuram currite, non in ruinā: Aedificatur Sion,cauete parietihas:ædificatur turris,cauete diluuium:ædificatur arca,obseruate diluuium . Hoc agitur nunc, quoniam ædificauit dominus Sion. Sed ædificata Sion,nunc qd fiet? Et videbitur, inquit,in gloria sua.) Vt ędificaret,Sion,& vt esset fundamentum in Sion , visus est a Ephes. 2. Sion,sed non in gloria sua. Vidimus eum, Mat. 26 & non habebat speciē neque decorem. At vero cū venerit iudicare enm angelis suis, qm congregabunntur añ eum omnes gētes, & Zacha. qm oues ad dexteram,hædi ad sinistram se parabuntur, nonne tunc videbunt in qué pupugerunt? Et confundentur sero, q prima pœnitentia & salubri confundi noluerunt. Aedificabit dominus Sion,& videbitur in gloria sua. Et respexit in orationem humilium , & non despexit deprecationē eorum .) In ędificatione Sion hoc agitur, mō ædificantes Sion orant & gemunt. Ille vnus pauper,quot pauperes multi, quia milia in tot gentibus:vnus,quia vnitas pacis Ecclesiæ. Ipse vnus,ipse multi . Vnus pp charitatem,multi pp latitudinem. Ergo nunc oratur nunc curritur. Nunc si qr aliquid alter erat,& aliter se habebat,man ducet cinerem sicut panem, & potum suū cum fletu commiscebat . Nunc tempus est cum ædificat Sion, nunc intrant lapides in structuram . Perfecto ædificio & dedicato domo,quid curris sero quæsiturus, inanis ter petiturus:frustra pulsaturus,foris remansurus cum quinque virginibus fatuis? Mat. 25 Nunc ergo curre. Respexit.n.in orationē humilium, & non despexit precem eorū. Scribantur hæc in generationē alteram.) Qm hæc scribebantur, hæc non ita prodebant eis inter quos scribebantur . Scribebantur enim ad prophetandum nouum testamentum, inter homines qui viuebāt vt ve-

derat,& in illa terra promissionis populū suum collocauerat.Sed quoniam memoriale tuum in generatione & generationē non iniquorum est, sed iustorum. In una, generatione pertinet ad vetus testamentū, in alia autem generatione pertinet ad nouum testamentum. Et quia hoc quod prophetatum est, nouum testamentum pronūciat hæc, Scribantur hęc,inquit, in generationem alteram , & populus qui creabitur laudabit dominum:Non populus qui creatus est,sed populus qui creabitur.Quid eui Psal. 7. dentus fratres mei, quam hic prædicta est illa creatura,de qua dicit Apostolus,Si qua agitur in Christo noua creatura: Vetera, transierūt, ecce facta sunt omnia noua,omnia autem ex deo. Quid est,omnia autem ex deo? Et vetera & noua, quia memoriale tuum in generatione & generationem. Et populus qui creabitur laudabit dominum. Quoniam prospexit de alto sancto suo.)Prospexit ex alto,vt veniret ad humilem & ex alto factus est humilis, vt exaltaret humiles.

Concio secunda de secunda parte Psalmi.

HEsterno die audiuimus cuiusdam pauperis gemitum in oratione,eumq. esse cognouimus, qui propter nos pau- 2. per factus est cum diues esset,ut illius paupertate nos ditaremur,eiq. membra cohęrentia & p suū caput loquentia vidimus. Vidimus.n.ibi & nosipsos, si tn p eius gratiā aliqd & nos. Finita aūt iam erant uerba gemituū,& cœperant consolationū.Sed ea finiri hesterno die tractando minime potuerunt:in ijs qui restant , audiamus hodie non iā gementē pauperem , sed gaudentē. Iō gaudentē, qa sperantē:iō sperantē, quia non de se psumentē. Prænunciauit fœlicitatē rerū humanarum in scripturis dei , & adiecit, Scribantur hæc in gnationē alterā, & populus qui creabitur laudabit dominū: Quoniam prospexit ex alto sancto suo.Hu- Mat. 25 iusque sermo hesternus perductus est:videte quæ sequantur , Dominus de cœlo in terram prospexit,Vt audiret gemitum compeditorum , vt soluat filios mortificatorū. Inuenimus in alio psalmo dictum , Intret in conspectum tuum gemitus compeditorum:& in eo loco dictum , vbi vox martyrum intelligebatur.Vnde martyres cōpedi- ti? Nonne catenati potius quam compediti? Ductos.n.sāctos dei martyres post iudi H ces , per prouincias circūeuntes in catanas nouimus missos,in compedes aūt nō nouimus. Agnoscūtur & cōpedes disciplinæ dei & timoris eius:de quo dictū ē, Initiū sapiē Eccle.1. tiæ timor dñi.Per hunc.n.timorem non ti Mat. 10 muerunt serui dei eos qui corpus occidūt, animam aūt non possunt occidere, qa eum timebant qui habet potestatē & corpus & animā occidere in gehēnam ignis.Nisi.n. compedibus timoris huius ligati essēt martyres , quando illa omnia dura & molesta sustinerent a persecutoribus suis,cum eis liberum fuerit facere quod cogebantur , & euadere quod patiebantur?Sed alligauerat eos dūs istis compedibus duris quidem & molestis ad tempus,sed tolerandis pp promissa eius:cui dicitur, Propter verba labio Psal.16. rum tuorum,ego custodiui vias duras.Gemendū quidem est in his compedibus ad impetrandam misericordiam dei:undevox martyrum est in alio psalmo,Intret in cō- Psal.78. spectum tuum gemitus compeditorū: non tn euitandæ sunt tales compedes vt appetatur pernicios libertas , & temporalis vitæ breuisq. dulcedo,quā sequatur amaritudo perpetua-Proinde scriptura ne recusemus esse compediti sapiæ,sic nos alloqtur, Audi fili, & excipe sententiam meā,& ne abij I cias consilium meum , & infer pedem tuū Eccle.6. in compedes illius, & in torquem eius collū tuum: Subijce humerū tuū & porta illā, & ne oderis vincula eius : In omni anima tua accede ad illam,& in omni virtute tua serua vias eius : Inuestiga & inquire & innotescet tibi,& continens factus ne derelinquas eam: In nouissimis.n.inuenies requiē eius,& conuertetur tibi in lætitia,& erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ: decus.n.aureum est in illa,& vincula illius fila hyacinthina : stolam gloriæ indues eā, & coronam exultationis superpones tibi. Clament ergo compediti quandiu sunt in vinculis disciplinæ dei,in qua sunt exercitati martyres: soluentur compedes & volabunt,& eadem ipsa in ornamentum postea conuertentur. Factum est hoc de martyribus. Quid. n.persecutores occidendo fecerunt,nisi vt compedes soluerentur,& in coronas conuerterentur ? De cœlo ergo prospexit dominus vt audiret gemitum compeditorum, vt soluat filios mortificatorū.

K Mortificantur illi, filij aũt mortificatorũ
q nisi nos? Quo aũt soluimur nos, nisi cũ
Psal.115 dicimus ei, Dirupisti vincula mea, tibi sacri
ficabo hostiã laudis? Soluitur aũt vnusquis
que a vinculis cupiditatum malarum, vel
a nodis peccatorũ suorũ. Remissio peccato
rũ, solutio est. Quid.n. ꝓdesset Lazaro, qa
Ioa.11. processit de monumento, nisi diceret, Solu
ite eũ & sinite abire? Ipse qdem voce de
sepulchro suscitauit, ipse clamãdo aiam red
didit, ipse terrenã molẽ terreno sepulchro
imposità uicit, & processit ille uinctus. Nõ
ergo pedibus proprijs, sed virtute producẽ
tis fit hoc in corde pœnitẽtis. Cũ audis ho
minẽ pœnitere peccatorum suorũ, iã reui-
xit, cũ audis hominẽ confitendo proferre
conscientiã, iã de sepulchro eductus est, sed
nondũ solutus est. Qũ soluitur? A quibus
Mat 16 soluitur? Quæ solueritis, inquit, in terra, e-
Super runt soluta & in cœlo. Merito per ecclesiã
Ioan. dari solutio peccatorum, potest, suscitari ãt
Tracta. ipse mortuus non nisi intus clamante dño
49. potest. Hæc.n. deus interius agit, Loqmur
ad aures vestras, vnde scimus quid agatur
in cordibus uestris? Quod autem intus agi
tur, non a nobis, sed ab illo agitur. Prospe-
xit ergo ut soluat filios mortificatorum.
Quorum mortificatorum audistis, quos fi-
lios audistis. Quid deinde? Quare hoc agi-
tur? Ausculta. Vt annuncietur in Sion no-
men domini. Primo.n. premebatur eccle-
sia, quando mortificabãtur compediti: post
illas pressuras annunciatur in Sion, nomẽ
dñi, cum magna libertate ipsa ecclesia. Ipsa
enim Sion, non ille vnus locus primo sup-
L bus, postea captiuatus, sed Sion cuius vm-
bra erat illa Sion quæ interpretatur specu-
latio: propterea quia in carne positi vide-
mus in priora extendentes nos, non ad pñs
quod est, sed ad id quod futurum est, ideo
speculatio. Omnis.n. speculator longe pros
picit. Specula dicitur vbi ponuntur custo-
des. Fiunt istę speculæ in saxis, in mõtibus,
in arboribus, ad hoc ut de loco eminentio-
re longe videatur. Sion ergo speculatio, ec
clesia speculatio. Vnde speculatio? Longe
Psal.72. videre, hoc est speculatio. Labor est.n. ante
me, donec introeam in sanctuarium dei, &
intelligam in nouissima. Qualis speculatio
intelligere in nouissima? Transire mare vi
dendo, non nauigando, & habitare in ex-
tremis maris: id est, ibi ponere spem in eo,
quod erit finito seculo. Ergo si ecclesia spe
culatio, vbi iam annunciatur nomen dñi?
Non solum nomen domini in hac Sion an M
nunciatur, sed & laus eius, inquit, in Hie-
rusalem. Et qũo annunciatur? Audi, In con
ueniendo populos in vnum, & regna, ut ser
uiant dño. Vnde hoc factũ nisi sanguine
mortificatorũ? Vnde hoc factum, nisi gemi
tibus compeditorum? Exauditi ergo sunt q
erant in pssura & humilitate, ut esset no-
stris temporibus ecclesia in tanta gloria q̃
videmus, vt iã regna quæ persequebantur
ipsa seruiant domino. Respondit & in via
fortitudinis suæ. Cui respondit, nisi dño?
Quis rñdit? supra videamus, Et laus eius,
inquit, in Hierusalem: in conueniendo po-
pulos in vnum, & regna, vt seruiant domi-
no. Respondit ei in uia fortitudinis suæ.
Quæ illi respondit, aut quis ei respondit in
via fortitudinis suæ? Quæramus ergo pri-
mo quis respondit, & sic quęramus quæ sit
via fortitudinis eius. Superiora verba in-
dicant rñdisse ei, aut laudem eius, aut Hie-
rusalẽ: supra.n. dixerat, Et laus eius in Hie
rusalem. In conueniendo populos in unũ
& regna, vt seruiant domino. Respõdit ei,
non possumus dicere regna, quia respõde
runt dixisset. Respondit ei, non pussumus
dicere populi, quia & hic respõderunt di
xisset. Quia ergo rñdit ei, singularẽ nume-
rũ quærimus superius, & nõ inuenimus, ni
si aut laudem eius, aut Hierusalem. Et qa
hoc ambiguum est, vtrum laus eius an Hie
rusalem, secundum utrunque tractemus.
Quomodo ei respondet laus eius? Quãdo
ei gratias agunt vocati ab illo. Ille enim vo
cat, nos respõdemus nõ voce sed fide, non
lingua sed vita. Si.n. vocat te deus, & præci
pit vt bene viuas, & tu male viuis vocatio A
tioni eius non respondes, nec laus eius res-
pondet ei de te, quia sic viuis vt ille nõ lau
detur, sed potius blasphemetur per te. Cũ
autẽ sic viuimus vt per nos laudetur deus,
respondit ei laus eius de vocatis & sanctis
eius: respõdit ei Hierusalem, Vocata est. n.
& Hierusalem noluit audire, & dictũ est Matth
ei, Ecce dimittetur uobis domus vestra de
serta. Hierusalem Hierusalem luget, cla-
mat, & non respondetur, quotiens volui
congregare filios tuos tanquam gallina pul
los suos sub alas suas, & noluisti, non re-
spondetur. Pluitur desuper, & pro fructu
spinæ proferuntur. At vero illa Hierusalẽ Esaiæ 5
de qua dictum est, Lętare sterilis quæ non Galat. 4
paris, erumpe & exclama quæ non partu-
ris, quoniam multi filij desertæ magis quã
eius

eius quę habet virum, respondit ei, Quid
est respõdit ei? Nõ contempsit vocantem.
Quid est, respõdit ei? Ille pluit, illa fructũ
dedit. Rñdit ei, sed vbi? In uia fortitudinis
suæ. Nunqd in se? Nã qd esset in se, aut q̃
vocem haberet in se, de se, nisi solã uocem
peccati, vocẽ iniqtatis? Excute uocẽ ipsius,
Ps.50. quid inuenis nisi tumultum? Ego dixi dñe
miserere mei, sana animã meã, quia peccaui
tibi. Porro si iustificata est, respondit ei, nõ
ex meritis suis, sed ex manibus ipsius. Vbi?
In via fortitudinis suæ. Christus est, ipse ẽ.
Ioa.14. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Sed an
Ioa.2. te resurrectionẽ nõ agnoscebatur a populo
suo: Et maxime crucifixus ex infirmitate
latuit quis esset, donec fortis resurgendo ap
pareret. Non ei ergo rñdit Ecclesia in uia
infirmitatis, sed in via fortitudinis suæ, qa
post resurrectionẽ vocauit Ecclesiam de to
to orbe terrarum, iã non infirmus in cru-
ce, sed fortis in cœlo. Nõ.n. laus fidei Chri
stianorũ est, quia credunt mortuum Chri-
stum, sed quia credunt resurrexisse Chm.
Nam mortuum & Paganus credit, & hoc
tibi pro crimine obijcit, quia in mortuum
credidisti. Quę igitur laus tua? Credere re
surrexisse Christum, & sperare te resurre-
Ioa.16. cturum esse per Christum? hæc est laus fi-
dei. Si.n. credideris in corde tuo, qa dñs est
Christus Iesus, & confessus fueris ore tuo,
Q qa deus suscitauit eũ a mortuis, saluus eris:
non ait. Si confessus fueris, quia deus eum
tradidit occidendũ: sed qa eum deus suscita
uit a mortuis, si confessus fueris tũc saluus
eris, Corde.n. creditur ad iustitiam, ore au
Ro.10. tẽ confessio fit ad salutem. Quare autẽ cre
dimus, & mortuum? Quia credere eum re
surrexisse non possumus, nisi prius mortuũ
fuisse credamus. Quis.n. resurgit, nisi mor
Ioa.20. tuus fuerit? Quis expergiscitur, nisi prius
dormierit? Sed nunqd q dormit non adij-
ciet ut resurgat? Hæc fides est christiano-
rũ. In hac ergo fide in qua congregata est
Ecclesia, multi illi filij desertæ magis quam
eius quæ habet uirum: rñdit ei, dixit ei lau-
dem secundum eius præcepta in uia forti-
tudinis eius, non in via infirmitatis eius:
qũo ei respõderit iam supra audistis, In
cõuenientio populos in unum & regna, ut
seruiãt dño, In hoc ei ergo rñdit in unitate,
q autem non est in vnitate: non ei respon-
det. Ille enim vnus est, Ecclesia unitas. Nõ
respondet vni, nisi vnitas, sed existunt qui
dicant, Iam hoc factum est, respondit ei, in
omnibus gentibus Ecclesia pariẽs filios plu
res, quam illa quæ habebat virum. Respon
dit ei i via fortitudinis suę, credidit. n. Chri D
stum resurrexisse, crediderunt in eum om
nes gentes: sed illa Ecclesia q fuit omnium
gẽtiũ, iã nõ est, perijt. Hoc dicunt q in illa
nõ sunt O impudẽtẽ vocẽ. Illa non est, qa
tu in illa nõ es? Vide, ne tu iõ nõ sis: nã illa
erit, etsi tu nõ sis. Hãc vocẽ ab ominabilem
& detestabilẽ, præsumptionis & falsitatis
plenã, nulla veritate suffultã, nulla sapiẽtia
illuminatã, nullo sale conditã, vanã, temera
riã, præcipitẽ, pniciosam, præuidit spiritus
dei, & tanquã contra illos cum annũciaret
vnitatem, In conueniendo populos in vnũ
& regna, vt seruiant domino. Cumq. sub-
didisset, respondit ei utiq. laus eius, vtique
Hierusalem mater nostra de peregrinatio-
ne reu ocanda fœtosa cum multis filijs, ma
gis quã ea quæ habebat uirũ. Quoniã quã-
dã dicturi erãt contra, fuit, & non est. Exi-
guitatẽ, inquit, dierũ meorum annũcia mi-
hi.) Quid est q̃ nescio qui recedẽtes a me
murmurant contra me, Quid est q̃ per-
diti me perisse contendunt? Certe. n. hoc di
cunt, quia fui, & non sum, annuncia mihi
exiguitatẽ dierũ meorũ. Non a te quęro il
los dies æternos, illi sine fine sunt, vbi ero,
nõ ipsos quæro temporales quero, tẽpora-
les dies mihi annuncia. Exiguitatem dierũ
meorũ, non ęternitatem dierum meorũ an R
nuncia mihi. Quandiu ero in isto seculo,
annuncia mihi, propter illos qui dicũt, fuit,
non est: propter illos qui dicunt, impletæ
sunt scripturæ, crediderunt oẽs gentes, sed
apostatauit & perijt Ecclesia de omnibus
gentibus. Quid est hoc, exiguitatem dierũ
meorum annuncia mihi? Et aunnunciauit,
nec uacua fuit vox ista. Qũo annunciauit?
Ecce ego uobiscum sum vsq. in consum-
mationem seculi, sed hic existunt, & dicũt,
Vobiscum sum, inquit, usque ad consum- Matt.2.
mationẽ seculi, quia nos præuidebat: quia
pars Donati erat in terra. Nunquid ipsa ẽ,
quæ dixit, Exiguitatem dierum meorũ an
nuncia mihi, ac non illa potius quæ supe-
rius loquebatur, In conueniendo populos
in vnum & regna, vt seruiant domino?
Vnde nobis cor dolet? Quia & Imperato-
res contra hęreticos leges proponunt:
ibi impletum est, Et regna ut seruiant
domino. Non enim vos filij estis illorum
mortificatorum, quorum vox compedito
rũ exaudita est a domino. Absit. Nõ hoc in

dicant facta uestra, non hoc indicat superbia uestra, non hoc indicat uanitas uestra.
Matt.5. Nõ sapitis & foris estis. Sal infatuatũ estis, iõ & ab hominibus conculcamini : audite qd dicat Ecclesia. Quę Ecclesia? Quæ congregauit populos in unum. Quę Ecclesia? Quæ congregauit regna ut seruiant dño. Mota uocibus uestris & falsis opinionibus uestris, q̃rit a deo ut exiguitatẽ dierũ suorũ annunciet sibi, & inuenit dñm dixisse, Ecce ego uobiscum sum usque in consummationem seculi. Hic uos dicitis, De nobis dixit,
Mat. 28 Nos sumus nos erimus usq. in cõsummationem seculi, interrogetur ipse Chr̃s, cui dictum est, Exiguitatem dierum meorum annuncia mihi, & prædicabitur, inqt, hoc euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Quid est quod dicebas, hoc certe fuit & perijt? Dñm audi annunciantẽ exiguitatem dierũ meorũ. Prædicabitur, inqt, hoc euãgeliũ. Vbi in toto orbe terrarũ, Qu ibi? In testimonium omnibus gentibus. Quid postea? Et tũc ueniet finis. Nõ uides adhuc esse gẽtes, in q̃bus nondũ est prædicatum
Mat.24 Euangeliũ? Cũ ergo necesse sit impleri qđ dñs dixit, exiguitatem dierum meosũ annũciabis ecclesiæ, ut prædicetur hoc euangeliũ in omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Quid est qđ dicis iã perisse Ecclesiã de omnibus gentibus, qñ ad hoc prædicat euangeliũ, ut possit esse in omnibus gẽtib.?
G Ergo usq. in finem seculi Ecclesia in omnibus gentibus, & ipsa est exiguitas dierum, quia exiguum est omne quod finitur, ut iã in æternitatẽ ab ista exiguitate transeatur. Pereãt hr̃tici, pereãt quod sunt, & inueniãtur ut sint quod non sunt. Exiguitas dierũ usq. in finem seculi erit. Exiguitas dierum iõ quia totum hoc tps, non dico ab hoc hodierno die usque in finẽ seculi, sed ab Adã usq. in finem seculi, exigua gutta est cõparata æternitati. Non ergo blandiantur sibi contra me hæretici, quia dixi, Exiguitatem dierum meorum, quasi non permansuram usq. in finem seculi: quid.n. addidit? Ne reuoces me in dimidiũ dierũ meorũ.) Noli quomodo hæretici loquuntur, sic mecum agere. Vsq. in finem seculi me pẽduc, non in dimidium dierum meorum: & perfice mihi dies exiguos, ut dones mihi postea dies æternos. Quare ergo de exiguitate dierum requisisti? Quare? Vis audire? In generatione generationum anni tui.) Ideo ergo de diebus exiguis quęsiui, quia licet usque in finem seculi durent mecum isti dies, exigui sunt in comparatione dierũ tuorum: anni enim tui in gñatione gñationũ. Quare non ait, anni tui secula seculorum? sic.n. magis solet æternitas significari in sanctis scripturis, sed ait, In generatione generationum anni tui Sed q anni tui? Qui, nisi q nõ ueniunt ut transeant? Qui, nisi qui non ideo ueniunt ut non sint? Dies enim dies in hoc tẽpore iõ uenit ut nõ sit, omnis hora, omnis mensis, omnis annus: nihil horũ stat, antequã ueniat erit, cũ uenerit non erit. Illi ergo anni tui ęterni, anni tui qui non mutantur, in gñatione generationũ erunt. Est quędam generatio generationũ, in illa erunt anni tui. Quę est ista? Est quædam & si bene agnoscamus in illa ergo erimus, & anni dei in nobis erunt. Quo in nobis erunt? Quo ipse deus in nobis erit: unde dictum est, Vt sit deus omnia in omnibus. Non enim aliud anni dei, & aliud ipse deus, sed anni dei, æternitas dei est. Aeternitas ipsa dei substantia est, q̃ nihil hẽt mutabile, ibi nihil est præteritum quasi iã non sit, nihil est futurum quasi nõdum sit, sed non est ibi nisi est: non est ibi fuit & erit, qa & qđ fuit, iã non est, & qđ erit non dũ est: sed qcqd ibi est nõ nisi est. Merito sic misit deus famulũ suũ Moysen, q̃ suit. nomen mittentis te, requisiuit & audiuit, nec desertum est desyderium concupiscentię bonæ. Quæsiuit aũt non quasi curiositate pſumendi, sed necessitate ministrãdi, Quid, inquit, dicam filijs Israel, si dixerint mihi, quis te misit ad nos? Et ille indicans se creaturæ creatorem, deũ homini, immortalem mortali, ęternum temporali: Ego, inquit, sum qui sum. Tu diceres, ego sum. Quis? Cuius, alius Lucius, alius Marcus. Aliud ne diceres, nisi nomen tuũ diceres? Hoc expectabatur de deo. Hoc.n. erat quæsitum. Quid vocaris? A quo me missum est respondeo quærẽtibus? Ego sum. Quis? Qui sum, hoc est nomẽ tuũ, hoc est totum quod vocaris. Non esset tibi nomen ipsũ esse, nisi quicquid est aliud tibi comparatũ, inueniretur non esse vere. Hoc est nomen tuum: exprime hoc idem melius, Vade, inquit, & dic filijs Israel, Qui est misit me ad vos, Ego sum, qui sum, qui est misit me ad vos. Magnum ecce est, magnũ est. Ad hoc homo quid est? Ad illud tam magnum est homo q̃d est q̃quid est? Quis apprehendat illud ẽ? Quis eius particeps fiat? Quis anhelet? Quis aspiret? Quis ibi se esse pſumat? Noli desperare humana fragilitas, Ego sum, inqt, deus Abraham, & deus
K Isaac, & deus Iacob. Audisti quid sim apud me, audi & qd sim pp te. Hæc igit æterni tas vocauit nos, & erupit ex æternitate uerbũ. Iã æternitas, iã verbũ, & nondũ tẽpus. Quare nõdũ tps? Quia factum est tempus. Quo factum est & tempus? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. O verbũ ante tpa, per quod facta sunt tempora, natum est in tempore cũ sit uita æterna, vocans tẽporales, faciens æternos. Hæc generatio gñationum: generatio enim vadit, & gñatio venit. Et videtis gñationes hominum sic esse in terra, tanquam in arbore folia, sed in arbore oliuæ vel lauri vel cuiuscunq. alterius quæ toto tpe frõde uerens est: sic tanquam folia genus humanum terra portat, plena est hominibus, sed cum alijs morientibus alij nascendo succedunt: semper.n. arbor illa veste viridi ornata est. Sed subter attende quã multa cadunt arida folia, Ergo fuit generatio sub Adã transijt. Nati sunt inde quidam futuri participes æternitatis dei etiam illo tpe: inde.n. Abel, in Seth, inde Enoch. Transijt illa generatio, venit djluuium, remansit vna domus. Et illa generatio dedit aliquos, ipsum Noe, & tres filios eius, & tres nurus eius: in tota enim domo ista octonaria solus unus pector inuẽtus ẽ. Accesit numerus superiori generationi. Deinde de tribus filijs Noe, tanquam de tribus mensuris farinæ impletus est orbis. Electus est Abraham, Isaac & Iacob, sancti, viri Patriarchę placuerũt deo. Dedit & illa generatio sequentes ẽt generã tes, dederunt Prophetas, dederunt pcones dei. Venit etiam postea & ipse dominus noster Iesus Christus, misit fermentum i tres mensuras farinæ quousq. fermentaretur totum. Temporibus in terra carnis illius fuerunt, Apostoli, fuerunt sancti, post illos alij sancti & nunc in nomine Christi quicunque sunt sancti, & post nos quicunque erunt, & usque in finẽ seculi quicunque sanctus est. De totis generationibus colliges omnes sanctas proles omnium generationum, & faciet inde vnam generationem. In ista generatione generationum anni tui, id est, æternitas illa in illa generatione erit, q̃ de omnibus generationibus colligitur, & in vnam redigitur, ipsa particeps erit æternita

tis tuę. Cæterę gñationes implendis tẽporibus generantur, ex quibus illa in ęternũ regeneratur, mutata viuificabitur, erit idonea portare te, vires accipiens a te. In generatione generationum anni tui. In princi- M
pio terram tu fundasti domine.) Nouiæter Heb. 1.
nitatẽ tuã, quia prędcedis omnia quæ fecisti. Principio tu domine terram fundasti. Et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu aũt permanes; & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut optoriũ mutabis eos & mutabuntur. tu vero idem ipse es?) Tu quis es? Idem ipse es. Tu quid dixisti, Ego sum qui sum, idem ipse es. Et quam Exo. 3.
uis etiã ipsa non essent nisi ex te, & per te, & in te, tamen nõ quod ipse es: tu vero idẽ ipse es, Et anni tui non deficient.) Illi anni tui non deficient, illi anni tui qui erunt in generatione generationũ, nõ deficiẽt. Hæc ergo sciens, exiguitatem dierum meorũ q̃rerem à te, nisi scirem omnes dies seculi ab initio usque in finem exiguos esse in comparatione ęternitatis tuæ. Noui ergo unde interrogauerim: non se extollant hr̃tici, quasi exigui dies fuerint ecclesiæ, toto orbe diffusæ: nam & usque in finem cum sint, exigui sunt. Quare exigui sunt? Quoniam quãdo que finiendi sunt. Anni illi qui erunt in generatione generationum, hi amandi, hi desyderandi, his suspirandum, propter hos in A
vnitate permanẽdum, propter hos quicq d hæreticorum mali est deuitandum, propter hos perditis respondendum, propter hos lucrandi qui errauerant, & reuocandi qui perierãt: illic debet esse desyderium. Sed tũ ut verbosis, vt male garrulis, ut calumniosis susurrantibus detractoribus respondeam, iõ mihi annuncia exiguitatẽ dierũ meorũ, & ne me reuoces in dimidium dierum meorum, vt ante me auferas de terra quam totus orbis Euangelio repleatur, contra responsionem domini mei, dicentis, Oportet Mat. 24
prædicari Euangelium in toto orbe terrarum in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quid ad hæc fratres? Plana sunt manifesta sunt, deus fundauit terram, scimus, opera manuum eius sunt cœli. Ne putetis.n. quasi aliud deũ facere manu, aliud verbo: quod facit verbo, hoc facit Heb. 1.
manu, non enim distinctus est corpore s membris, qui dixit, Ego sum qui sum. Et forte verbum eius est manus eius, certe manus eius est virtus eius: quia.n. dictum est, Exo. 3.
Fiat firmamentum, & factum est firmamẽ

tum,uerbo intelligitur feciſſe,quia vero dixit, Faciamus hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ noſtrã,quaſi manu uideẽ feciſſe,audi ergo, Opera manuũ tuarum ſunt cœli. Gen. 1.
Ecce quod verbo fecit,vtriq. etiã manibus
B fecit,quia virtute ſua fecit,q̃a poteſtate ſua
fecit. Attende potius quid fecerit,& noli q̃rere quo fecerit. Multum eſt.n.te comprehendere quomodo fecerit,cũ teipsũ ſic fecerit,vt prius ſis ſeruus obediens & poſtea
3.Pe. 3. fortaſſe amicus intelligens. Ergo opa manuũ tuarũ ſunt cœli, ipſi peribunt,tu autẽ pmanes: apte dixit hoc Apoſtolus Petrus, cęli erãt olim de aqua,& per aquã cõſtituti dei uerbo,per quod qui factus eſt mundus, ab aqua mundatus deperijt. Terra autẽ & cęli qui nunc ſunt,eodẽ uerbo repoſiti ſũt igni reſeruãdi. Iã ergo dixit periſſe cœlos p diluuium, periſſe aũt nouimus cœlos ſecundum quantitatẽ & ſpacia aeris huius. Excreuit.n.aqua, & totam iſtam capacitatẽ ubi aues uolitant,occupauit, ac ſic utiq. cœli perierunt propinqui terris: cœli ſecũdum quod dicuntur aues cœli. Sunt autem & cœli cœlorum ſuperiores in firmamento, ſed utrum & ipſi perituri ſint igne, an hi ſoli cœli qui ẽt diluuio perierunt,diſceptatio eſt aliquanto ſcrupuloſior inter doctos,nec facile,maxime in anguſtia temporis,explicari põt. Dimittamus ergo eã uel
C differamus nouerimus tamen perire iſta, deum manere. Et ſi manent quædã cũ deo quæ facta ſunt a deo, non manent in ſe ſed in deo,non recedendo a deo. Quid.n? Dicturi ſumus fratres quod angeli perituri ſunt igne,quo incendetur mundus? Abſit.
Pſa. 32. Sed quid? Dicemus quod angelos deus non fecerit? Abſit. Sed quid dicemus? Et unde eſſent,ſi non ab illo facti eſſent? Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Dictum eſt.n.hoc cum operum eius commemoratio fieret,in quibus & angeli nominati ſunt. Erunt ergo cum illo angeli etiam mundo igne flagrante: & erit incendium mundi,non incendens ſanctos dei.
Dani.3. Quod fuit caminus regis tribus pueris, hoc erit ardens mundus iuſtis in trinitate ſignatis. Forte hic cœlos ẽt non importune intelligimus ipſos iuſtos ſanctos dei,
Pſal.18. in q̃bus manens deus intonuit ꝑceptis,coruſcauit miraculis,imbrificauit terrã ſapiẽtia veritatis. Cęli.n.enarrauerũt gloriã dei. Sed nũq̃d ẽt ipſi peribũt? An ſecundũ quẽdã modũ peribũt? Secundũ quẽ modũ? Secundũ veſtimentum. Quid eſt,ſecundũ veſtimentũ? Secundum corpus. Veſtimentũ animæ corpus: dñs.n.ueſtimentum nominauit,ubi ait, Nonne anima plus eſt quam eſca,& corpus plus quã veſtimẽtum? Q̃o ergo perit ueſtimentum? Etſi exterior hõ noſter corrumpitur, ſed interior renouat de die in diem. Ergo ipſi peribunt,ſed ſecũdum corpus, tu autẽ permanes. Si ergo ſecundam corpus peribunt, ubi reſurrectio mortuorum? Vbi exemplum membrorum quod præcesſit in capite? Vbi? Vis audire? Mutabitur. Nõ tale erit quale fuit: audi Apoſtolum dicentẽ, Et mortui reſurgent in corrupti,& nos immutabimur. Q̃o immutabimur? Seminat corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. Ergo ſeminat mortale, reſurget immortale. Ergo ſeminat corruptibile, reſurget incorruptibile. Mutationẽ iraq. expectamus,ita peribunt cœli, & immutabuntur cœli. Sed fortaſſe ſanctorũ corpora non recte dicuntur cœli: ſi non portãt deũ, non ſunt cœli. Et vñ,inq̃t,mihi probas q̃a portãt deo? Vſqueadeo ne excidit tibi, glorificate & portate deum in corpore ueſtro? Ergo tales cœli peribunt, ſed non in æternum, peribunt vt mutentur, an non hoc dicit pſalmus? Lege ſequentia, Et omnes ſicut ueſtimentum veterãſcent, & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur,tu autem idẽ ipſe es & anni tui nõ deficient. Veſtem audis,coopertorium audis, & aliud q̃ corpus intelligis? Speremus ergo ẽt immutationẽ corporũ noſtrorum,ſed tamen ab illo qui erat & ante nos & manet poſt nos: a quo ſumus quod ſumus, ad quem veniemus cum fuerimus mutati,mutantẽ non mutatum,faciẽtem non factum, mouentem ſed manentem. Et quomodo intelligi a carne & ſanguine põt, Ego ſum q̃ ſum, tu vero idem ipſe es, & anni tui non deficient? Sed nos ad illos annos cum his pænoſis annis quid ſumus? Et illi qui ſunt? Nec tamen deſperare debemus. Iam.n.ma gnitudine quadam & excellentia ſapientiæ dixerat, ego ſum qui ſum: & tamen ad nos conſolandos, Ego ſum, inquit, deus Abraham,& deus Iſaac, & deus Iacob. Et nos Abrahæ ſemen ſumus,& nos quanuis abeſti,quanuis terra & cinis,in illo ſperamus Serui ſumus,ſed propter nos dominus noſter formã ſerui accepit, ꝑp nos mortalis immortalis mori voluit, ꝑp nos hoc exemplum reſurrectionis oſtendit. Ergo ſperemus

tius nos uenturos ad hos annos ſtantes, in quibus nõ circuitu ſolis peragũtur dies, ſed maꝰet quod eſt ſicuti eſt, q̃a hoc ſolũ vere eſt. Nos aũt utrũ aliq̃ ibi eſſe poſſimus dicit, Audi & uide vtrũ debeas deſperare audi q̃d ſequit. Filij ſeruorũ tuorum F inhabitabunt.) Vbi inhabitabunt, niſi in anis non deficientibus? Filij ſeruorum tuorũ inhabitabunt. Et ſemẽ eorũ in ſeculũ ſeculi dirigetur.) In ſeculũ ſeculi, in ſeculum æternũ, in ſeculum manens. Sed filij, inq̃t, ſeruorum tuorũ. Metuendum ne nos ſerui dei ſimus,& filij nſi ibi futuri ſint, nõ nos? Aut ſi nos filij ſumus ſeruorum, q̃a filij ſumus Apoſtolorũ, q̃d dicturi ſumus? Quę nã tandẽ audacia tam in fœlix filiorũ ſubnectium, & recenti ſucceſſione gloriantiũ, quę audeat dicere: nos ibi erimus, Apoſtoli ibi non erunt? Abſit hoc a pietate filiorũ, abſit a fide paruulorũ, abſit ab intelligẽtia grãdium. Ibi erunt & Apoſtoli, arietes præcedunt, agni ſequũtur. Quare ergo filij ſeruorũ tuorum, & non de compendio ſerui tui? Et Apoſtoli ſerui tui, & filij eorum ſerui tui, & iſtorum filij nepotes illorum, q̃d niſi ſerui tui? Omnes compendio includeres, ſi diceres ſerui tui inhabitabunt. Videamus quid nos uoluerit admonere: eſt enim quiddam geſtum in prioribus ſeculis. Per quadraginta annos filij Iſrael atriti ſunt in eremo, nullus eorum intrauit in terram promiſſionis, ſed filij eorum: intrauerunt ſane, quia ita recordamur niſi fallor duo, cæteri non. Intrauerunt de tot milib. duo: laboratum eſt cum eis tantũ. Sed deus non laborat, certe laborauerũt ſerui ipſius. Quanta pertulit, quanta audiuit Moyſes pro hominibus non intraturis in terram promiſſionis? Intrarunt filii eorum, quid ſignificat? Intrarũt noui homines, ueteres non intrabunt. Inde tamẽ intrarunt duo, vnus & vnitas, tanquam caput & corpus, Chriſtus & Eccleſia, cum omni illa nouitate, id eſt, filiorum. Ergo filij ſeruorum tuorum inhabitabunt: filij ſeruorũ, opera ſeruorũ ſunt: nemo ibi habitabit, niſi ꝑ opera ſua: Quid igitur eſt, & filij habitabunt? Ne quis glorietur ſe habiturum, ſi dicit ſe ſeruum dei, & opera non habet: non n. habitabunt niſi filij. Quid eſt ergo, filij ſeruorum tuorum inhabitabunt? Serui per opa ſua in habitabunt, ſerui ꝑ filios ſuos inhabitabũt. Noli ergo eſſe ſterilis, ſi uis habitare, præmitte fœtus quos ſequaris promittendo nõ offerendo. Filij tui te deducant ad terram promiſſionis, terram uiuentium non moriẽtiũ. Cũ his viuis in hac peregrinatione, illi anteeedant, ſuſcipiant te propter refectionem carnalem. Filius Ioſeph antecesſit Iacob in Aegyptum, & ait patri ſuo & fratribus ſuis, Ego præueni præparare uobis H
eſcas. Præcedant ergo filij tui, præcedant te Gen.45
opera tua: quales filios præmiſeris, talis & ſequeris.

In pſalmum centeſimumſecundum, Enarratio.

IN omni munere dñi dei noſtri, in omni eius conſolatione, in oi correptione, in gratia q̃ donare dignatus eſt, in indulgẽtia qua nobis non hoc reddidit quod debebat, in omnibus operibus eius benedicat anima noſtra dominum. Hoc.n.cãtauimus: inde incipit Pſalmus, de quo loquemur donante ipſo quod poſſumus: quẽ noſtra anima benedicat. Vnuſquiſq. noſtrum excitet & exhortetur animam ſuam,& dicat ei: Benedic anima mea dñm. Obaudit, obtẽperat, facit hoc, perſuadetur ei, non ex donis noſtris, ſed ex illius quem benedicit anima noſtra. Suſcepit.n. Pſalmus iſte oſtendere nobis, quare benedicat anima noſtra dñm, I
quaſi ei reſpondiſſet anima ſua, Quare mihi dicis benedic dominum? Audiamus ergo, audiat ipſa anima noſtra, conſyderet omnia quibus excitetur, ne pigra ſit in benedictione domini,& videat an iuſtum ſit quod ei dicitur, Benedic anima mea dñm: videat ſi dẽat alium benedicere præter deum, Benedic, inquit, anima mea dominum, inquit. Repetit hoc, & expreſſius dicit quod dixerat, Benedic anima mea dominum: Et omnia interiora mea nomen ſanctum eius.) Puto quia non ad interiora corporis loquitur. Puto eum non hoc dicere vt pulmo noſter & iecur,& ſi qua ſunt inteſtina carnis erumpant in vocem benedictionis domini. Eſt quidem pulmo pectoris iecoris noſtri, quaſi follis quidam anhelantis ſpiritum reciprocum, qui ſpiritus concepti aeris in uocem & ſonum exprimitur, cum uerba digerimus. Nec poteſt uocis aliquid ſonare ab ore nro, niſi quod

pulmo expressius emiserit, sed non hinc agitur, hoc totū ad aures hominū. Hēt aures deus, habet sonū cor, Interiora sua allo quitur hō, vt benedicant dñm, & dicit eis, Omnia interiora mea nomen sanctū eius benedicite. Quæris quæ sunt interiora tua? Ipsa aía tua. Qđ ergo ait, Benedic anima mea dñm: hoc ait, omnia interiora mea nomen sanctum eius: subauditur. n. bñdicite.

K Clamas voce si est homo qui audiat, siles voce quando non est qui audiat? interiora tua nunquā deest qui audiat. Itaq. sonabat ād dudum benedictio de ore nostro & hæc ipsa verba cantabamus, Benedic aía mea dominum, & omnia interiora mea nomē sanctum eius. Quantum satis fuit temporis cū tauimus & siluimus. Nūquid interiora tua silere debent a benedictione dñi? Alternet ꝓ tpe sonos vocū, ꝑpetua sit vox interiorū. Cū conuenis ad ecclesiam hymnum dicere, sonet vox tua laudes dei: dixisti quantū potuisti, discessisti, sonet anima tua laudes dei: negocium agis, laudet dominum a-

1.Co.10 nima tua. Cum cibū capis, vide qđ ait Apostolus, Siue manducatis siue bibitis, omnia in gloriam dei facite. Audeo dicere, cū dormis, benedicat anima tua dominū. Nō te excitet cogitatio flagitij, nō te excitet depositio furti, non te excitet condicta forte corruptio. Innocentia tua ēt in dormiente vox est animæ tuæ. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sāctū eius. Benedic aia mea dñm & noli obliuisci oēs retributiones eius.) Bñdic, inqt, anima mea dñm. Quid est anima tua? oia

L interiora tua. Benedic anima mea dñm. Repetitio ad exhortationē valet. Vt aūt bñdicat ſp dñm, noli obliuisci oēs retributiones eius: si obliuiscēris, tacebis. Non aūt potuerunt ante oculos tuos esse retributiones domini, nisi ante oculos tuos fuerint peccata tua. Non sit ante oculos tuos delectatio ꝑteriti peccati, sed sit ante oculos tuos damnatio peccati. Dānatio peccati a te, remissio a deo: hæc enim retribuit dominus, vt possis

Ps. 113. dicere, Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Hoc. n. consyderantes sancti martyres, quorum etiam memoria hodie celebramus, & nmnes omnino sancti, qui vitam istam contempserunt, & si-

1.Ioā.3. cut audistis in Epistola Ioannis, Animas suas pro fratribus posuerunt, quæ est profectio charitatis, dicente dño, Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suā

Ioa. 15. ponat quis pro amicis suis. Hęc ergo consyderantes sancti martyres, contempserūt animas suas hic, vt ibi eas inuenirent, sequētes verba dñi dicātis, Qui amat animā suā, perdet eam: & qui perdiderit eam propter me, in vitam æternam inueniet eam: volue runt. n. retribuere Qui? & quid? & cui? Ho Ioannes mines ministerium suū vsq. ad mortē deo retribuerunt. Quid, quod ille non donauerat? quid dederunt quod non acceperunt? M Retribuit ergo mihi ille uere solus qui solus donat, sed non retribuet peccatis nīs: nam retributiones nobis aliæ debebātur, & aliæ redditæ sunt. Noli, inqt, obliuiſci oēs retributiones eius: non tributiones, sed retributiones, aliud. n. debebatur, & redditū est quod non debebatur: vnde & ille, Quid Ps.115 retribuam, inquit, domino, pro omnibus q̄ retribuit mihi? Non ait quæ tribuit mihi, sed quæ retribuit mihi. Retribuisti tu mala pro bonis, & retribuit ipse bona pro malis. Quo retribuisti tuo homo deo mala ꝓ bonis? Qui prius fuisti blasphemus, & per 1.Tim. secutor, & iniuriosus, retribuisti blasphemias. Pro quibus bonis? Primo, quia es cū non esses, sed est & lapis: deinde, quia uiuis, sed viuit & pecus. Quid retribues dño pro eo qđ super omnia pecora & super omnia volatilia fecit te ad imaginem & similitudinem suam? Noli quærere qđ ei retribuas: Gen.1. similitudinem ipsius retribue illi, non plus quærit, nummum suum exigit, Tu aūt pro Mat.22 gratijs agendis, pro humilitate, pro obsequio, pro cultu religioso, id est, pro his omnibus bonis quæ debebas deo tuo, ꝓ bonis q̄ accepisti q̄ dixi, retribuisti blasphemias. Quid A ergo ille? Confitere, ignosco, retribuo, & ego, sed non quod tu retribuisti. Tu retribuisti mala pro bonis, & ego retribuo bona pro malis. Cogita ergo aía oēs retributiones dei, cogita oia mala facta tua. Quā multa. n. mala facta tua, tam multæ bonæ retributiones eius. Et quid illi offeres forte xeniorum? quid munerum? quid sacrificiorum? Quoniam non obliuiscēris re- Psal.49 tributiones eius, hoc sacrificio delectatur. Benedic anima mea dominum. Sacrificiū laudis glorificabit me, Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Laudari se vult deus, & hoc ut tu proficias, non ut ille sublimetur. Non est omnino quod illi retribuas: & quod exigit, non sibi, sed tibi exigit, tibi proderit, tibi seruatur. Non hoc a te amat quod illum augeat,

augeat, sed quod te ad illum perducat. Propterea quæ q̄rebant martyres, deficiebant quodammodo nō inueniendo, & dicebāt, Ps.115. Quid retribuam dño pro omnibus q̄ retribuit mihi? Et non inuenerunt quid retribuerent, nisi, Calicē salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Quid retribues domino? Cogitabas. n. & non inueniebas, calicem salutaris accipiā. Quid? Calicem salutarem nōne ipse dominus dedit? De tuo aliquid retribue, si potes. Non dixerim, ne feceris, noli de tuo retribuere: nō vult deus de tuo sibi retribui: si de tuo retribuis: omnia. n. quæ habes ab illo habes. Tuū peccatū solū habes: nō vult sibi retribui de tuo, de suo vult. Quo agricolæ de terra quam seminauit, si segetem attuleris, de agricolæ fructa retribuisti: si spinas, de tuo obtulisti. Veritatem retribue, in veritate dominū laudas: si de tuo volueris, mētieris. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur: qui loquitur veritatē, de dei loquitur. Quid est autem accipere calicem salutaris, nisi passionem domini imitari? Hoc martyres fecerunt. Hoc de superbientibus dixit, & sedentibus sublimes iam quærentibus, & conuallē plorationis deuitantibus, qui volebant sedere, vnus ad dexteram, alius ad sinistrā. Quid ergo ait? Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Iam ergo martyr paratus ad victimam sanctā dicit, Calicem salutaris accipiam. Accipiā ergo calicē Christi, bibam passionē domini. Caue ne defitias, sed nomen domini inuocabo. Qui ergo defecerunt, dñm non inuocauerunt, de sua fortitudine præsumpserunt. Tu sic redde, vt te accepisse quod reddis memineris. Sic ergo benedicat anima tua dominum, vt nō obliuiscatur oēs retributiones eius. Audite omnes retributiones eius, Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes lāguores tuos, Qui redimit de corruptione vitā tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, Qui satiat in bonis desyderiū tuū, renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.) Ecce retributiones. Quid debebatur peccatori, nisi suppliciū? Quid debebat blasphemo, nisi gehenna ignis aterni? Nō ipsa retribuit, ne expaueſcas, ne exhorresceas, ne sine amore timeas. Noli obliuisci omnes retributiones eius bonas, & mutare iam, ne experiaris retributiones eius. Quid dicam? malas? Si iustas, non malas: a te ergo malas, a deo autē bonas. Nec hæc quæ pateris mala, mala sunt: si. n. iusta sunt, bona sunt, sed tibi patienti hæc mala sunt. Nō vis vt mala sint tibi q̄ iusta sunt dei, non sit mala in conspectu dei iniquitas tua. Non. n. cessauit vocare, aut vocatū neglexit instruere: aut instructum cessauit perficere, aut perfectū neglexit coronare. Quid dicis, qa es peccator? Conuertere & accipe retributiones istas, ꝓpitius sit omnibus iniquitatibus tuis. Post remissionem peccatorū corpus infirmū geris, necesse est D sint q̄dam desyderia carnalia quæ te titillent, & quæ tibi suggerant delectationes illicitas, sed de lāguore tuo veniūt: adhuc. n. infirmā carnem geris, nondum est absorpta mors in victoriā, nondum corruptibile hoc induit corruptionē. Adhuc quibusdam perturbationibus ēt ipsa anima quatitur post remissionē peccatorū. Adhuc in periculis tentationū versatur, quibusdam suggestionibus delectatur, quibusdam nō delectatur, & in eis quibus delectatur, aliquando quibusdā consentit, capitur. Languor est, sanat & omnes lāguores tuos. Sanabuntur omnes languores tui, noli timere. Magni sunt, inquies, sed maior est medicus. Omnipotenti medico nullus languor īsanabilis occurrit, tm̄ tu curari te sine, manus eius ne repellas: nouit quod agat. Nō tantū delecteris cum fouet, sed etiam tolerescum secat. Tolera medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem. Videte fratres mei in istis languoribus corporis quanta homines tolerent, vt paucos dies victuri moriantur, & hos paucos dies incertos: Multi. n. post tolerantiam magnorum dolorū cum a medicis secarentur, aut iā sani irruente aliqua ægritudine defuncti sunt. Si tam sibi propinquā mortē sperarent, illos immensos dolores non susciperēt tolerādos. Tu nō toleras ad incertū q̄ ꝓmisit sanitatē, nō pōt falli. Fallit medicus aliquādo, et ꝓmittit sanitatē de corpore humano. Quare fallit? Quia hoc nō curat qđ fecit. Deus fecit corpus tuū, deus fecit aiam tuā: nouit quēadmodū recreet qđ creauit, nouit quēadmodū reformet qđ ipse formauit. Tu tm̄ sub manib. medici esto: odit. n. repellentē manus suas. Non fit hoc in medici hominis manibus. Ligari se volunt homines & secari, dari pro incerta sanitate, certum dolorem, magnam mercedem. Deus te quem fecit, & certus curat & gratis. Ferto ergo manus eius ō anima

E

quæ

quæ benedicis eũ,non obliuiſces oẽs retributiones eius: Sanat.n.oẽs lãguores tuos, qui redimet de corruptione vitã tuã. Inde
Sapiẽ.9. ſanat oẽs lãguores tuos,q̃a redimit de corruptione vitã tuã,Ecce corpus q̃d̃ corrumpit aggrauat animã. Vitã ergo hẽt anima in corpore corruptibili. Qualẽ vitã? Onera patit,põdera ſuſtinet. Ad ipſum deũ cogitandũ,ſicut dignũ eſt ab homine cogitari,deũ,quãta impediunt, veluti interpellãtia de neceſsitate corruptionis humanæ? Quãta reuocãt? Quãta a ſublimi intentione detorquẽt? Quãta interpellãt? Quæ turba phãtaſmatũ? Qui populi ſuggeſtionũ? Totũ hoc in corde humano tĩ quã de vermibus huius corruptionis ſcatet. Exaggerauimus morbũ,laudemus & medicũ. Nõ ergo te ſanabit,q̃ fecit talẽ qualis nõ ægrotares,ſi legẽ ſanitatis acceptam ſeruare voluiſſes? Nõne tibi & diſpoſuit & mandauit
Gene.4. q̃d tãgeres,& q̃d nõ tãgeres ad retinẽdam ſalutẽ? Noluiſti audire ad retinẽdã,audi ad recipiendã. Languore tuo expertus es,quã uera illi iuſſiſſet. Iã tandẽ aliq̃n hõ q̃d̃ nõ tenuit monitus,audiat vel expertus. Quæ duritia eſt,quã nec experientia docet? Nõ ergo te ſanabit, qui talem fecerat vt nunquam ægrotares, ſi eius præcepta ſeruare voluiſſes? Nõ te ſanabit qui fecit angelos, & te refectum æquaturus eſt angelis? Nõ te ſanabit factum ad imaginem ſuam qui fecit cœlum & terrã? Sanabit te, opus eſt vt ſanari uelis. Sanat omnino ille,quẽlibet languidum,ſed non ſanat inuitum. Quid autem te beatius,quã vt tanquam in manu tua vitam, ſic habeas in voluntate ſanitatẽ tuam? Si velles eſſe in aliquo ſublimi hono
G re in hac terra,ducatum, proconſulatum, præfecturam ſi concupiſceres, nunquid continuo poſſes quod velles? nunquid voluntatem tuam poteſtas ſequeretur? Multi ad iſta volunt peruenire & non poſſunt, ſed ſi peruenerint, quid prodeſt honor ægrotis? Quis enim non ægrotat in hac vita? quis non longum languorem trahit? Naſci hic in corpore mortali, incipere ægrotare eſt. Quotidianis medicamẽtis fulciuntur indigentię noſtræ: quotidiana medicamenta ſunt refectiones omnium indigentiarum. Fames nonne te occideret, niſi medicamentum eius apponeres? Sitis non ne te perimeret, niſi eam tu bibendo non penitus extingueres, ſed differres? Reditura eſt enim ſitis paululum temperata. Tẽperamus ergo iſtis fomentis ærumnã ægritudinis noſtræ. Stando laſſatus eras, ſedendo reficeris, ipſum ſedere medicina eſt laſſitudinis: in ipſa medicina rurſus laſſaris, diu ſedere non poteris. Quicquid eſt vbi fatigationi ſuccurrit, alia fatigatio inchoatur. Quid ergo iſta deſyderas languidus? Prius de ſalute tua cogita. Aliquãdo ægrotat homo in domo ſua, in lecto ſuo ægritudine manifeſtiore. Quanquam & iſta manifeſta ſit, quando nolũt homines intueri: tũ ea ægritudine, ad quã q̃runt medici homines, ęgrotat quiſq. in domo ſua, anhelat febribus in lecto ſuo, velit forte cogitare de re familiari aliquid, vel iubere in domo ſua, vel fundo, aut diſponere, ſtatim cura ſuorum circunſtrepente & murmurante, reuocatur a talibus curis, & dr̃ illi, Dimitte iſta, prius cogita de ſalute tua. Ergo hoc tibi dr̃, omnis homo, ſi non ægrotas, alia cogita. Si te ægrotantem languor ipſe conuincit, prius de ſalute tua cogita. Salus tua Chriſtus eſt, Chriſtũ ergo cogita, Accipe calicem ſalutaris eius qui ſanat omnes languores tuos: hãc ſalutem ſi volueris obtinebis. Honores & diuitias cum quæſieris, non continuo ſi volueris habebis. Hoc & præcioſius eſt & ſequitur voluntatem eius: vnde & ſubditur, Qui ſanat omnes languores tuos, q̃ redimit de corruptione vitã tuã. Ibi ſanabit omnis lãguor tuus, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ. Redempta eſt enim vita tua de corruptione, iam ſecurus eſto. Initus eſt bonę fidei cõtractus: nemo fallit redemptorem tuũ, nemo circunuenit, nemo premit. Egit hic commercium, iam precium ſoluit, ſanguinem fudit: ſanguinem, inquam, fudit vnicus filius dei pro nobis. O anima erige te, I tanti vales: redimet de corruptione vitam tuã. Oñdit exẽplo, q̃d̃ ꝓmiſit in præmio. Mortuus eſt ꝓp delicta nſra, & reſurrexit ꝓp iuſtificationem noſtram. Sperent mẽbra, q̃d̃ in capite demonſtratum eſt. Non curabit ſua, quorum caput leuabit in cœlum? Ergo qui redemit de corruptione vitã tuã, q̃ coronat te in miſeratione & miſericordia. Iam.n.forte quaſi arrogans eſſe cœperas, cũ audires, Coronat te in miſeratione & miſericordia. Ergo magnus ſum, ergo luctatus ſum. Cuius viribus? Tuis, ſed ab illo ſubminiſtratis. Nam luctaris manifeſtũ eſt, & iõ coronaberis, quia vincis. Sed vide q̃s prior vicerit, vide quis te faciat

faciat ẽt ſecundo victorem. Ego, inquit, ui-
ci ſeculũ, gaudete. Et vnde gaudemus, ſi il
le vicit ſeculum, quaſi nos vicerimus? Ita
plane gaudeamus, q̃a nos vicimus. Qui in
nobis victi ſumus, in illo vicimus. Ergo co
ronat te, q̃a dona ſua coronat, non merita
tua. Plus omnibus illis laboraui, ait Apo-
ſtolus, ſed vide quid adiũxit, Non ego aũt,
K ſed gratia dei mecum. Et poſt labores oẽs
expectat ipſam coronã, & dicit, Bonũ agonẽ certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui. De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam mihi reddet dñs in illa die iuſtus iudex. Quare? q̃a agonẽ certaui. Quare? Quia curſum conſummaui. Quare? q̃a fidẽ ſeruaui. Vũ certaſti? vũ fidẽ ſeruaſti? Nõ ego aũt, ſed gr̃a dei mecũ. Ergo & q̃d̃ coronaris illius miſericordia coronaris: nuſquã ſis ſuperbus, ſemp lauda dñm, oẽs retributiones eius noli obliuiſci. Retributio eſt cũ peccator & impius vocatus es, vt iuſtificareris. Retributio eſt, cum erectus et gubernatus es ne caderes. Retributio ẽ, cum tibi vires ſubminiſtratæ ſunt, vt vſq. in finẽ pſeuerares. Retributio eſt, vt & caꝑitis tui capillus intereat. Retributio ẽ, vt poſt reſurrectionẽ coroneris. Retributio eſt, ut in æternum deũ ipſum ſine defectu laudes. Oẽs retributiones eius noli obliuiſci, ſi vis vt bñdicat anima tua dñm, q̃ coronat te in miſericordia et miſeratione. Et quid agã ego coronatus? Ecce adiuuabar cũ luctarer, finito certamine coronabor, iam nulla reſidua erit inimica ſuggeſtio vel corruptio cũ qua luctẽr, ſemper.n.in hac vita luctamur cum corruptione iſta.
L Sed quid ſcriptum eſt, Nouiſsima inimica deſtruetur mors. Poſt deſtructionem mortis, nullum timebis inimicum. i. abſorpta eſt mors in victoria. Tunc ergo erit victoris, tunc corona. Poſt certũ ergo coronabor, poſt coronam quid agã? Quid ſatiat in bonis deſyderium tuũ? Mõ.n.audis bonum & anhelas, audis bonũ & ſuſpiras, & hoc ipſum quod forte peccas, eligendi bona auiditate falleris: & in eo reus detineris, quod bonum conſiliũ dei non audis, quid contemnendum, & quid eligẽdũ ſit. Q̃d̃ falleris. Vbicunq. peccas quaſi bonũ quæras, quaſi refectionẽ deſyderas. Bona ſunt iſta q̃ qr̃is, ſed mala tibi erunt deſerto illo à quo bona facta ſunt. Bonũ tuũ quære o anima. Eſt.n.bonũ aliud alteri, & omnes creaturę habent quoddã bonũ ſuum integritatis ſuæ, & perfectionis naturæ ſuæ. Intereſt quod cuiq. rei imperfectæ neceſſãrium ſit vt perficiatur. Quære tuũ bonũ. Mat. 19
Nemo bonus niſi vnus deus. Summũ bonũ, hoc eſt, tuum bonũ. Quid ergo deeſt cui ſeruum bonum, bonũ eſt? Sunt.n. & inferiora bona q̃ alijs & alijs bona ſunt. Pecori quid bonũ eſt frẽs, niſi implere ventrem, carere indigentia, dormire, geſtire, uiuere, ſanũ eſſe, generare? Bonum eſt illi, & M
vſq. ad quẽdã modum habet boni ſui menſuram tributã & cõceſſam ab omniũ rerũ creatore deo. Tale tu bonũ q̃ris? Dat & hoc deus, ſed noli ſolũ q̃rere. Cohæres xp̃i quid gaudes, quia ſocius es pecorũ? Erige ſpẽ tuã ad bonũ bonorũ oium. Ipſe erit bonũ tuũ, a quo tu in tuo genere factus es bonus, & omnia in ſuo genere facta ſunt bona: fecit.n.deus omnia bona valde. Ergo illud bonũ q̃d̃ deus eſt, ſi dicamus valde bonum, iã & de creatura dictũ eſt, Fecit deus Gen. 1.
omnia bona valde. Quid ergo illud bonũ, de quo dictũ eſt, Nemo bonus niſi unus deus, dicimus q̃a bonũ eſt ualde? Recurrit Mat. 19
nobis recordatio de omnibus creaturis, q̃a dictũ eſt, Fecit deus oĩa valde bona. Quid ergo dicturi ſumus? Defecimus in voce, Gene. 1.
ſed nõ affectu. Veniat ĩ mẽtẽ recẽs illa tractatio Pſalmi, explicare non poſſumus, iubilemus, bonũ eſt deus. Quale bonũ, q̃s dicat? Ecce nõ poſſumus dicere, & nõ ꝑmittimur tacere. Ergo ſi nõ poſſumus dicere, & ꝑ gaudio nõ permittimur tacere, nec loquamur, nec taceamus. Quid ergo faciemus, nõ loquentes & non tacentes? Iubilemus, Iubilate deo ſalutari noſtro, iubilate A
deo omnis terra. Quid eſt iubilate? Defer- Pſal. 94.
te vocem ineffabilem gaudiorum veſtrorum, & ructate in eum lætitias veſtras. Et quæ erit illa ructatio poſt ſaginam, ſi modo poſt modicas iſtas refectiones tantum afficitur anima noſtra? Quid erit quando fiet poſt redemptionem ab omni corruptione, quod dictũ eſt in iſto pſalmo, Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum? Et quaſi quæreres, quando ſatiat: modo enim non ſatior ad quodcunque me conuertrero, vile ſcit mihi adeptũ, quanuis accenderit deſyderatum: cum omnia quę dum non habeo amo, cum habuero contemno, quod bonũ me ſatiabit? Laus dei. Et ipſa cum corpus
quod corrumpitur aggrauat animam, Sapiẽ. 9.
& deprimit

& deprimit terrena inhabitatio sensũ multa cogitantem, non implet anima mea, nõ perficit, aliæ de corruptione delectationes indigentiarum detorquẽt me ab illa: qñ satiabit desiderñ meũ in bonis? Qñ, quęris? Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.) Quæris ergo qñ satietur in bonis anima tua? qñ renouata fuerit iuuentus tua? Et
B addidit sicut aquilæ. Profecto hic aliquid latet, quod tamen dici de aquila solet non tacemus, qa non est ab re hoc intelligere. Illud tantũmõ insinuatum sit cordibus nostris, non sine cã dictũ esse à spiritusancto, Renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Resurrectionem enim quandam significauit nobis. Et quid renouatur iuuentus aqlæ, sed non ad immortalitatem. Data est enim similitudo quãtum de re mortali potuit trahi ad rem vtcunque significandam immortalitatem, non ad demonstrandam. Dr aquila cũ senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibũ capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorem adũcatur, cũ prę senecta immoderatus creuerit, longitudo eius incrementi non eã sinit os aperire, vt sit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem & vncũ superiorem. Nisi. n. aliquod interuallum pateat, non habet morsus quasi forcipem, vnde velut tondeat, quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiore parte & nimis aduncata, nõ poterit os aperire & aliquid capere. Hoc ei facit vetustas.
Prægrauatur languore senectutis, & inopia comedendi langueſcit nimis, utraq. re
C ætate, & egestate accedente. Itaq. mõ quodam naturali in mensura reparandæ quasi iuuentutis, aquila dicitur collidere & percutere ad petram ipsum quasi labiũ suum superius, quo nimis crescente edendi aditus clauditur, atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris rostri onere quo cibus impediebatur, accedit ad cibum, & omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarũ, gubernacula pennarum volat excelsa sicut antea, sit in ea quædam resurrectio.
Ad hoc enim exposita est ista similitudo, sicut de luna ponitur, quia diminuta & quodammodo intercepta luna rursus nascitur & impletur, & significat nobis resurrectionẽ, sed impleta illa nõ pmanet, rursus minuit, vt semp significet. Sic ergo & hoc quod de aquila dictũ est, nõ ad immortalitatẽ aqla repatat, nos aũt ad vitã æternã. Sed tñ ppea inde ducta est similitudo, vt qđ nos impedit, petra nobis auferat. Non ergo psumas de viribus tuis, firmitas petrę tibi excutit vetustatẽ: petra aũt erat Chrs. In Chro renouabit sicut aquilæ iuuentus nra. Etenim inueterauimus inter inimicos nostros, sicut nota est uox psalmi, Inueterauit, inquit, in omnibus inimicis meis. Vade inueterauimus? Carne mortali, carne ista D fœnea, & iõ pcussum est sicut fœnũ, & aruit cor meum, quia oblitus sum manducare panẽ meũ. Oblitus sum, inquit, manducare pané meũ. Creuit vetustas, os claudit, atteratẽ in petra: sic ergo & in hoc psalmo vnde agimus cũ pmisisset, Qui satiat in bonis desiderium tuum, quasi rñderit anima, Nõ satiabor de mortalibus, nõ satiabor de tpalibus, aliquid æternũ donet, aliquid æternũ concedat. Sapientiam suã mihi det, verbum suum mihi det, deũ, apud deum, & se deũ patrem, & filiũ & spiritum sanctum. Mẽdicus ante ianuã eius sto, non dormit quem inuoco, det mihi tres panes, Euangeliũ recordamini, ecce quid sit nosse dei lras, qui legerunt moti sunt. Nõ recordamini quendam inopem venisse ad domũ amici sui, & petisse tres panes? Et ille, inquit, dormiens respondebat ei & dicebat, iam requiesco, pueri mei intus mecũ dormiunt. Ille perseuerans in petendo, extorsit tędio quod non potuit merito. Deus ãt dare vult, sed non dat nisi petenti, ne det non capienti. Non tædio tuo vult excitari: non enim cum orat tanquam dormiens moleſtus es: non dormiet neque dormitabit, qui custodit Israel. Semel Christus dormiuit, ut illi coniunx de latere fieret: dormiuit in cruce, manifestum est. Mortuus est enim ut diceret, Ego dormiui, & somnum cepi. Sed nũquid qui dormit nõ pśl. 3
adijciet, vt resurgat? Propterea ibi sequit, Et exurrexi, quia dñs suscepit me. Quid uero iam Apostolus? Christus, inqt, resurgens à mortuis, iam nõ moritur, & mors ei vltra nõ dominabitur: ipse ergo non dormit, vide ne fides tua dormiat. Dicat ergo anima iam desiderans satiari quodam excelso & inenarrabili bono, cui iubilatur potius, & de quo iubilat q̃ aliqd explicat: iã .n. vulr iã sentit inde aliquid. Videt se impediri prægrauatione corporis, non se posse

posse in hac vita satiari, & quasi respõdeat & dicat, Quid mihi dicis, satiabitur in bonis desideriũ tuum? Noui bonũ eius quod desiderem, noui quod mihi sufficiat: video hoc in Philippo, Ostende, inquit, nobis patrem, & sufficit nobis. Solũ patrem quasi desiderabat: ostendit dñs tres panes desiderandos. Qui est vnus panis, ostendit & dicit, Tanto tpe vobiscum sum, & patrẽ nõ nostis? Philippe, qui me videt, videt & patrẽ. Promisit & spiritum, quem mittet, ingt, pater in nomine meo: itemq. ait, Quę ego mittam vobis a patre donũ suũ æqua le sibi. Noui qd desiderem, sed quando in de satiabor? Ecce modo & de trinitate cõgito, qũocunque de trinitate, vix in ænigmate, vix per speculum ex parte audeo aliquid sentire. Quando satiabor? Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Nõ satiaris modo, qa non est idonea anima tua ad sodãdũ illum & magnum cibum, sed rostro clauso, nõ est idonea. Vetustas tibi os claudit, propterea petra data est, vbi vetustate contrita, renouetur iuuentus tua sicut aq- Psal. 6
lę, vt possis mãducare panem tuum illum, qui ait, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Renouabitur iuuentus tua sicut aquilæ: tu satiaberis in bonis. Faciens misericordias dñs, & iudicium eis qui iniuriã accipiũt.) Facit modo fratres anteq̃ veniamus ad renouationem, sicut aquilæ, anteq̃ satiemur in bonis. Quid enim hic, quid in ista peregrinatione, quid in ista vita? nunquid deserimur non faciens misericordias dñs? Et videte qũo faciat misericordias, nõ nos relinquens in deserto, non nos relinquens in eremo, donec perueniamus ad patriam. Faciens misericordias, sed q̃bus? Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequẽtur, modo audistis fratres cũ euãgelium legeretur. Nõ ergo putet aliquis fuã in se esse misericordiam dei, si est ipse misericors. Sed audi q̃ sit mensura misericordiæ, ne quasi in amicũ sit, & non sit in inimicum dictum est, Diligite inimicos vestros. Satiari vis bonis dei, satiata sit in te misericordia dei. Plena misericordia, ipsa est perfecta misericordia, ipsa est quæ amat, quæ diligit ẽt habentẽ se odio. Nam quid faciam, inquis? Sic cœpero diligere inimicum meum, iniurias accipiam, & iniurias perferam, & non me vindicabo cum adsint leges? Iustum est, vt vindices te. Cõcedit quia iustum est. Vide vtrum ne habeas quod in te vindicet, & vindica: sic. n. dicis, Ita ne me non vindicabo, quasi deus iustitiam vindictæ reprimat, & non superbiã vindicantis extinguat? Aut vero adultera illa non erat lapidanda, aut si lapidare Ioan. 8.
tur iniquum aliquid fieret? Si inique fieret, iniquè iussũ esset. Lex aũt iusserit, deus iusserit. Sed ò vos vltores videte si non estis peccatores. Adducta est adultera mulier lapidanda ex lege, sed adducta est ad latorẽ legis. Sæuis qui adduxisti, vide quod sæuias, & in quam sæuias. Si peccator in pec H
catricem, desine sæuire, prius confitere. Si peccator sæuis in peccatricem relinq̃ illã. Nouit ille quid de illa sentiat, qd iudicet, qũo parcat, quomodo sanet. Ex lege sęuis? Melius nouit qui dat legis lator, ex qua sæuis. Iam dñs eo tempore, quo illi oblata est inclinato capite scribebat in terra. Tũc scripsit in terra quando se inclinauit in terram. Antequam se inclinaret in terram, nõ in terra scripsit, sed in lapide. Iam fructuosum aliquid erat terra de dñi literis paritura. In lapide legẽ scripserat, significãs du Exo. 37.
ritiam Iudæorum in terra scripsit, significans fructũ Christianorum. Venerũt ergo illi adducentes adulterã tanquam sæuientes fluctus in petram, sed eius responsione confracti sunt: ait. n. illis, qui in vobis sine Ioan. 8.
peccato est, prior in illam lapidem iactet. Et rursum inclinato capite scribebat in terra. Et vnusquisque iam interrogans cõscięntiam suã, non comparuerunt. Repulit eos, non infirma mulier adultera, sed adultera cõscientia. Qui vindicare volebãt, iudicare cupiebant: venerũt ad petram, absorpti sunt iuxta petrã iudices cõsum. Faciẽs mi Pſ. 140.
sericordias dñs. Sed quibus? Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. In omnes fac misericordia. Quã I
misericordiam facturus es iusto? in necessitatibus tantum corporalibus. Cui si defuerint supplementa a te, non ei deerunt a deo: qđ ergo facis, tibi plus prodest. Das mẽdico trãseunti & petenti, q̃ris & iustũ cui des, per quẽ recipiaris in tabernacula æterna: quia qui recipit iniustũ in nomi- Mat. 10.
ne iusti, mercedẽ iusti accipiet. Mendicus te quærit, iustũ tu q̃re: de alio. n. dictũ est, Omni petenti te da: & de alio dictum est. Lucæ. 6
Desudet eleemosyna in manu tua, donec Ecc. 19.
inuenias iustũ cui eam tradas. Et si diu nõ inuenitur, diu quære & inuenies. Sed qd præstabis? nõne plus tibi præstatur? Si nos 1. Co. 6.
vobis,

vobis,inquit,spiritalia seminauimus, magnũ est si vra carnalia metamus? Inde est
Ps. 103. & illud qđ pridẽ exposuimus in nutu dñi,
1.Co. 9. qa ꝓducit terra fœnũ iumentis.i.carnalia
eis q triturãt, qa boui trituráti os nõ infrenabis. Vñ vos adhortati sumus,vt in hac re diligẽtes sitis,cauti,sobrij, opa vra thesauros vros deputetis. Nũqd aũt hæc frẽs iõ dicimus,vt ita fiant in nos? Puto in nomine dñi posse esse istã quamuis infirmorum vocẽ, apostolicã tñ, sed vobis ꝓdest, sicut ait ipse Apostolus,Nõ qa q̃ro datũ,
Phili.4. sed req̃ro fructũ.Quã ergo eleemosynam
K facturus es iusto?Nõ pascebat vidua: pascebat coruus,qa pascebat q fecit coruũ. Heliã dico.Nõ ergo deest vñ deus det suis:tu
3.Re.17 vide qd emas,qñ emas,quanti emas.Emis .n.regnũ cœlorũ,& nõ est emẽdi tps, nisi in hac vita.Et q̃ vili emas attende. Tanti tibi valet,quantum habere poteris. Fac misericordiã iniquo,non tanquã iniquo. Nã ipsum iniquũ inquantũ iniquus est ne suscipias.i.ne quasi intentione & amore iniquitatis illius suscipias eũ. Nã & prohibitum est dari peccatori,& suscipere peccato
Eccl.12 res.Et qũo omni petenti te da? Et qũo si
Luc. 6. esurierit inimicus tuus ciba illũ? Quasi cõ
Ro. 12. traria videntur,sed aperiuntur in nomine Christi pulsantibus, & manifesta erũt q̃rentibus. Ne tradas peccatori, & ne suscipia s peccatorem,& tñ omni petenti te da. Et si peccator est qui te petit, da non tanquã peccatori. Qñ das tanquã peccatori? Qñ in quo peccator est, hoc tibi placet vt des deum offendis. Paululũ attendat charitas vestra,donec euoluatur res etiam exẽplis multum vtilis ad intelligendum. Hoc
L dixi,cum esurierit nescio quis, si habes vñ des,da:si vides dandum se, ad subueniendum da.Ne pigrescant in hoc viscera misericordiæ, quia tibi homo peccator occurrit:tibi enim homo peccator occurrit. Cũ
Con.23 q.4.puo dico, Occurrit tibi homo peccator, duo nomina dixi.Hæc duo nomina non superflua sunt. Duo nomina, aliud quod homo, aliud quod peccator. Quod homo, opus est dei: quod peccator,opus hominis est. Da operi dei, noli operi hominis. Et quomodo, inquis, me prohibes dare operi hominis? Quid est dare operi hominis? Peccatori dare propter peccatum,placenti tibi propter peccatum. Et quis hoc faciet, inquis?quis hoc faciet? Vtinam nemo, vtinam pauci, vtinam non publice. Qui uenatoribus donant,quare donant? Dicẽ mihi,quare donant venatori? Hoc in illo amat in quo nequissimus est, hoc in illo pascit, hoc in illo vestit ipsam nequitiam publicam spectaculis omnium. Qui donat histrionibus,qui donat aurigis,qui donat meretricibus, quare donat? nunquid non & ipsi hominibus donant? Non tamẽ ibi attendunt naturam operis dei, sed nequitiam operis humani. Vis videre quid honores in venatore quando illud vestis? Dicatur tibi, sis talis, amas illum, gaudes ad illum, vis quodammodo expoliare te, & illum vestire.Noli cum iniuria accipere, si tibi de meretricibus dicatur, Tales sint filiq̃ tuæ.Iniuria est inqs.Quare iniuria est,nisi qa illa iniqtas? quare iniuria, nisi quia illa turpitudo? Non ergo donas cum non das fortitudini, sed turpitudini. Quomodo ergo qui venatori donat, non ca. Qui homini donat,sed arti nequissimę.Nam si venator homo tñ esset, & venator non esset non ribaldonares:honoras in eo vitium, non naturam.Sic contrà,si des iusto, si des prophetæ, si des discipulo Christi aliquid cuius indiget,& non ibi cogites,quia discipulus Christi est, quia minister est dei, quia dispensator est dei:sed cogites ibi aliud commodum temporale, vt fortasse causæ tuæ necessarius quando fuerit,venalis tibi sit, quia ei aliquid porrexisti, tam tu non dedisti iusto si sic dederis,q̃ ille non dedit homini qñ dedit venatori. Res ergo charissimi in promptu posita est, & puto qa & si obscura fuit,iam manifesta est. Ad hoc dominus te constrinxit cum diceret, qui receperit iustum, sufficeret: sed quia potest recipi iustus alia intentione cum putatur prodesse posse ad aliquid temporale, forte ad adiuuandum,vt homo circunueniatur, aut opprimatur: quia tale ministerium de illo q̃ris, forte propterea suscipis, negauit tibi mercedem iusti,nisi cum additamẽto: Ait enim.Qui receperit iustum in nomine iusti,mercedem iusti accipiet.i.ideo recipies quia iustus est:& qui receperit prophetã, non tantum receperit prophetam, sed in nomine prophetę, hoc in illo honorans q ꝓpheta est:est ad extremũ,qui dederit calicem aquę frigidæ vni ex minimis istis, tñ in nomine discipuli.i. ꝓpea quia discipulus Chri est, ꝓpea qa dispẽsator sacrãmẽti est,amẽ dico vobis, nõ ꝑdet mercedẽ suam.

suã. Qũo ergo intelligis,q receperit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Sic intellige, Qui receperit pctõrẽ in nomine peccatoris, ꝑdet mercedẽ. Ergo frẽs exercete misericordiã, Nõ est aliud vinculũ charitatis,nõ est aliud vehiculũ,quo ꝓducamur in hac vita ad illam patriã. Extẽdite dilectionem vsque ad inimicos, securi
Dif. 36. Qui vr natorib. .5. .8. estote.Iõ venit Chrs,cui tãto antè dictum est,Ex ore infantiũ & lactẽtiũ pfecisti laudẽ,vt destruas inimicũ & vindicatorẽ: qđ nõnulli codices defensorẽ hũt:sed verius, vltorẽ,vindicatorẽ: Destruere voluit dñs vindicatorẽ.i.cum q se uoluit vindicare, B ut nõ illi dimittantur pcta sua. Quid ergo inquis?dormiet disciplina? auferet omnis correptio?Non auferet. Quid.n.de luxurioso filio facturus es?non castigabis, non verberabis?Seruum & ipsum tuum si male viuentem videris, non pœna aliqua,nõ verberibus refrenabis?Fiat hoc,fiat,admittit deus, imo reprehendit si non fiat, sed animo dilectionis,fac,non animo vltionis. Vbi aũt potentiores aliquos iniuriosos passus fueris, ubi tibi nec corrigere disciplina licet,nec forte etiam monere aut ꝓcipere, .5. tolera,securus tolera:audi euangeliũ, quo fectũ est,Beati eritis, cũ uos persecuti fuerint homines, & dixerint aduersum vos omne malum,mentientes ꝓp nomẽ meũ. Et ibi addidit ꝓp quid, ne merito tuo accipias maledicta, non causa iustificationẽ .6. dei.Nõ.n.qui maledictus fuerit iustus est, sed qui iustus est & ininste maledicitur:& si iniuste maledicitur,præmium illi redditur. Propterea itaque securus esto misericors,extende dilectionem vsque ad inimicor. Qui forte ꝓtinent ad gubernationẽ tuam vindica,coerce cum dilectione, cum charitate, attendens salutem ẽternam, ne C cum parcis carni,anima pereat. Fac hoc,& multos passurus es,in quos nõ potes exercere disciplinam, quia non pertinẽt ad iuram gubernationis tuę. Ferto iniurias,securus esto. Faciet enim misericordias dñs,& iudicium omnibus iniuriam accipiẽtibus. Sic in te facit misericordiam, si misertus fueris:sic crãs misericors,vt ꝙ pateris iniuriam non fiat impunitum. Mihi vindictã, & ego retribuam,dicit dominus.Notas fecit vias suas Moysi.) Quas vias suas notas fecit Moysi? quare Moysen elegit? Ex Moyse intellige omnes iustos, omnes sanctos.Vnum posuit,omnes occurrant. Tamen per Moysen data est lex, & habet aliquid obscurum traditio ipsa legis. Ad hoc Ioan. 1. enim data est lex,vt conuinceretur langui dus,& medicum imploraret.Ipsa est occulta via dei: iam dudum audieras,Qui sanat oẽs languores tuos. Languores in ægrotis latebant,dati sunt quinq. libri Moysi.Cin Ioan. 5. cta est piscina quinq. porticibus, perduxit languidos vt ibi iacerent,vt proderentur, non vt sanarentur. Quinq. porticus ꝓdebant lãguidos,nõ curabãt. Piscina curabat descẽdẽte vno,& hoc piscina turbata. Turbatio piscinæ in passione domini: veniens enim,& ignotus factus, cũ dicitur ab alijs ipse est Christus,ab alijs non est Chrs, iu- D stus est,peccator est,magister est,seductor Ioan. 7. est: turbauit aquam,id est,turbauit populum,& in tota illa pturbatione aquę vnus sanabatur,quia in passione dñi vnitas sanatur. Qui ꝑter unitatem fuerit,& si iacebit in porticibus sanari non poterit, & si legẽ tenet,ad salutem non peruenit. Ergo quia hoc ibi mysterium est,iõ docet datam legẽ vt conuincerentur peccatores,& ad gratiã Rom.7. accipiendam medicum inuocarent. Vnde ille conuictus est, quem in se transfigurat Paulus Apostolus dicens, Infœlix ego hõ quis me liberabit de corpore mortis huius?Per mandatũ.n.demõstrata illi erat q̃dam rixa in seipso:vnde dicit,Video aliam legem in membris meis repugnantem legimentis meæ,& captiuum me ducentem in lege peccati,quæ est in membris meis. Cognouit se in miseria,in gemitu, in rixa,in contentione,ipse secum sibi nõ concordãs, à se dissonans,à se resiliens. Et quid ait,optans pacem,pacẽ veram,pacẽ supernã. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratiã dei per Iesum Christum dominum nostrum: ubi enim abundauit pctm, superabundauit gratia. Vnde autem abundauit pctm? Lex aũt su- Rom.5. bintrauit,vt abundaret peccatũ. Quare le E ge subintrante,vt abundauit pctm? Quia nolebant se confiteri homines pctõres, addita lege facti sunt & præuaricatores:puaricator.n.non est qsq;, nisi cũ legem transgressus fuerit: ipse Apostolus hoc dicit, Vbi.n.nõ est lex,nec puaricatio. Abũdauit ergo pctm,vt superabũdaret gratia. Ergo Rom.4. vt dicere cœperã, quia hoc est in lege magnum mysterium, ideo eam datam,vt crescente peccato, humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur.

cur. Istæ sunt viæ occultę quas notas fecit Moysi, per quem legem dedit, qua pctm abundaret,& superabundaret gratia. Non crudeliter hoc fecit deus, sed consilio medicinæ. Aliquando.n. videtur sibi homo sanus,& ægrotat: & in eo p ægrotat & non sentit, medicum non quærit. Augetur morbus, crescit molestia, quæritur medicus, & totũ sanatur corpus. Notas fecit vias suas Moysi, Filijs Israel voluntates suas.) Nunquid omnibus filijs Israel? Sed veris filijs Israel, imo omnibus filijs Israel. Quid.n. dolosi, qui infidiosi, qui hypocritæ, non filij Israel. Et qui filij Israel? Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Filijs Israel volũtates suas. Miserator & misericors dominus, longanimis & multę misericordiæ.) Quid tam longanimum? quid tam multũ in misericordia? Peccatur & viuitur, accedunt peccata, augetur vita: blasphematur quotidie, & facit solem suum oriri sup bonos & malos. Vocat vndique ad correctionem, vocat vndique ad pœnitentiam, vocat beneficijs creaturę, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat p miseriam consolationis, Longanimis & multæ misericordiæ. Sed obserua ne longitudine misericordiæ dei male vtendo, tu tibi thesaurizes qđ ait Apostolus, iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei: nã hoc ait Apostolus, An diuitias benignitatis & longanimitatis eius contemnis? Ignoras q a patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Quod tibi parcit, putas q a places ei? Hæc fecisti, inquit, & tacui: suspicatus es iniquitatem q ero tui similis. Non mihi placent peccata, sed longanimitate quæro recte facta. Si punirem peccatores, non inuenirem confessores. Ergo te deus longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam addu

G cit, tu autem quotidie dicis, finitur hodiernus dies, & sic ero & crastino die, nõ enim cras erit vltimus: & tertio die, & subito venit ira eius. Fratres, non tardetis conuerti ad dñm: sunt enim qui p̃parant conuersionem & differũt, & fit in illis vox coruina, cras, cras. Coruus de arca missus, non est reuersus. Non quærit deus dilationem in voce coruina, sed confessionẽ in gemitu columbino. Missa columba reuersa est. Quãdiu cras, cras? Obserua vltimum cras, quia ignoras quod sit vltimum cras. Sufficiat q vixisti vsque ad hodiernum peccator.

Audisti. Sæpe soles audire, audisti & hodie: q̃ quotidie audis, tam quotidie nõ corrigeris. Tu enim scđm duritiã cordis tui & cor impœnitẽs, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique scđm opera sua. Non sic tibi videatur deus misericors, vt non videatur & iustus. Misericors & miserator dominus, Audio & gaudeo, & ita dicis, audi & gaude: adhuc addidit, Longanimis & multum misericors, & in extremo & verax. Gaudes ad verba superiora, ad vltimũ treme. Sic misericors longanimis est, vt sit & verax. Cũ tibi thesaurizaueris irã in die iræ, nonne experieris iustum quem contẽpsisti benignum? Non in finem irascetur, H neque in æternum indignabitur.) Quia & q̃ viuimus in flagellis & corruptione mortalitatis, de indignatione ipsius est, de pœna hoc habemus primi peccati, Frẽs mei nõ solũ cogitare debemꝰ, vt futuras minas ipsius euadamus, sed & præsentem iram: quia & ista ira ipsius est, cuius & se & uos fuisse dicit filios Apostolus: ait quippe, Fuimus.n. & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri. Ergo ex ira ipsius est, q̃ hic homo peregrinatur, q̃ laborat. Non est ex ira ipsius fratres mei, In sudore vultus tui & in labore edes panem tuum, & terra spinas & tribulos pariet tibi? Ab authore nostro dictum est. Aut si est aliud vita nra, si uideris, esto auarus, luxuriosus: vt duo ista sola non dicamus, adde tertium, ambitiosus. In honorum cupiditate quantæ spinæ? In luxuria libidinũ quãtę spinæ? In ardore auaritiæ quantæ spinæ? Amores turpes quãtas molestias habent? Quantas sollicitudines hic in ista vita? omitto gehennam. Vide ne iam ipse tibi gehenna sis: Hoc.n. totum fratres mei de ira ipsius est, & cũ te conuertens vt iuste agas, non poteris nisi laborare in terra: & non finitur labor, nisi cum finita fuerit via. Oportet in via laborare, vt in patria gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua laborem tuum, sudorem tuũ, molestias tuas, & dicit tibi, Non in finem irascetur, neq. in æternum indignabitur, Non scđm peccata nra fecit nobis.) Deo gras, quia hoc voluit. Non qđ merebamur accepimus: non scđm peccata nra fecit nobis, Neque scđm iniquitates nostras retribuit nobis. Qm̃ scđm altitudinem cœli à terra,

terra, cõfirmauit dñs misericordiam suam super timentes eum.) Confirmauit dñs misericordiam suam super timentes eum. Secundũ qđ? Scđm altitudinem cœli à terra. Quid dixit? Si aliqñ põt cœlum abscedere à protectione terræ, aliqñ poterit deus nõ ꝓtegere timẽtes se. Attende & cœlũ, vbiq. atq. vndiq. protegit terrã, & nulla pars terræ est quæ non cœlo protegatur. Peccant homines sub cœlo, faciũt omnia mala sub cœlo, tamẽ ꝓtegunt cœlo. Inde lux ad oculos, inde aer, inde spiritus, inde pluuia ad terram p̃p fructus, inde omnis misericordia a cœlo. Tolle auxilium cœli a terra, statim deficiet. Sicut ergo protectio cœli permanet super terram, sic protectio domini permanet super timẽtes eum. Times deũ, supra te est ꝓtectio ipsius. Sed forte flagellaris, & putas qa deseruit te deus, si deseruit ꝓtectio cœli terrã: qm̃ scđm altitudinẽ cœli a terra confirmauit dominus misericordiam suam super timentes eum. Et qđ fecit? Quia non scđm peccata nostra retribuit nobis. Quãtum distat oriens ab occidente, longe fecit a nobis esse peccata nra.) Secundum altitudinem cœli a terra confirmauit dominus misericordiam suam super nos. Dixi quare? Propter ꝓtectionem. Vnde? Quantum distat oriens ab occidente longe fecit a nobis esse peccata nostra. Noverunt qui facta sciunt: tamen qđ oẽs audire possunt dico. Quando pctm̃ remittit, occidunt peccata tua, oritur gratia tua. Peccata tua tãq̃ in occasu sunt, gra qua libera ris in ortu ẽ. Veritas de terra orta ẽ. Quid est veritas de terra orta est? Nata est gratia tua, occidũt peccata tua, innouaris quodammodo. Ad ortum attendere debes, ab occasu auerti debes. Auertere a peccatis tuis, conuertere ad gratiam dei. Illis occidentibus surgis & proficis. Sed pars cœli q surgit, rursum in occasum it. Nõ vndecunque possunt similitudines duci, ad perfectum possunt colliniari ipsæ res rebus ad quas adhibentur: Sicut dixi de aquila, sicut de luna, sicut & hic, Occidit pars una cœli, oritur altera: sed pars quæ oritur mõ, post duodecim horas occasura est: non sic ẽ gratia quę nobis oritur. Et pctã in æternũ occidunt, & gratia in æternũ manet. Quare autem? Quantum distat oriens ab occidente, tantum longe fecit a nobis peccata nostra, vt illa occidãt, & gra oriatur. Quare putatis? Sicut miseretur pater filijs, sic misertus est dominus timentibus eum.) Iam sæuiat quantum vult, pater est: sed flagellauit nos, & afflixit nos, & contriuit nos, pater est. Fili si ploras, sub pre plora, noli cũ indignatione, noli cũ typho superbiæ. Qđ pateris, vnde plãgis, medicina est nõ pœna, castigatio est nõ dãnatio. Noli repellere flagellũ, si nõ vis repelli ab hæreditate. Noli attẽdere quã pœnã habeas in flagello, sed quẽ locum in testõ. Sicut miseretur pater filijs, sic misertus est dominus timentibus eum. Qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum,).i. infirmitatẽ nram. Nouit qđ fecerit, quõ lapsum sit, quõ reficiẽdum sit, quomõ adoptandum sit, quomõ ditãdum sit, Ecce facti sumus de limo. Primus hõ de terra terrenus, scđs hõ de cœlo cœlestis. M Misit & filium suum q factus est secũdus hõ, q ante omnia deus: secũdus.n. in aduẽtu, prior in reditu. Post multos mortuus ẽ, ante oẽs resurrexit: ipse.n. cognouit figmẽtum nrum. Qđ figmẽtum? nos. Vnde loqueris, qa cognouit? Quia miseratus est. Memento quia puluis sumus.) Ad ipsum deum conuersus, ait, memento, quasi obliuiscatur. Sed qđ est memento? perseueret erga nos misericordia tua. Cognouisti figmentum nrum quodãmodo, ne obliuiscaris figmentum nostrum, ne obliuiscaris mutare gratiam tuam, Memẽto quia puluis sumus. Homo tanquã fœnum dies illius. (Attendat quid sit homo, non superbiat: homo tã quam fœnum dies illius. Quid superbit fœnum ad tempus mõ florẽs, post paululum arescẽs? Quid superbit fœnum ad tempus vigens, & hoc ad paruum tempus, donec sol candescat? Bonum est ergo nobis, vt misericordia ipsius sit super nos, & de fœno aurum faciat. Nam homo tanquam fœnũ dies eius, Sicut flos agri ita efflorebit.) Totus splendor generis humani, honores, potestates, diuitiæ, typhi, minę, tumores, flos fœni est. Floret illa domus, & magna domus, floret illa familia, & quàm multis floret, aut quam multis annis viuunt? Multi anni tibi, breue tempus deo: deus non sic numerat quomõ numeras. In comparatione longorum & longe viuentium seculorum omnis flos cuiuscunque domus sic est quomodo flos agri. Vix est annua omnis pulchritudo anni. Quicquid ibi viget, quicquid ibi candet, quicquid ibi pulchrum est, non perannuat, imo per totum annũ duci non põt. Quam exiguo tempo-

Ioan. 1. F

Matt. 5.

Rom. 2

Psa. 41.

Ecclesiastici. 5.

Gene. 8

Rom. 2

Psa. 54.

Gene. 3

Ephes. 4

Psa. 89.

A

re transeunt flores,& hoc est pulchrum in herbis. Hoc quod valde pulchrum est,hoc, cito cadit. Omnis caro fœnum,& claritas
Esa. 40. hominis vt flos fœni: Fœnum aruit,& flos decidit, verbum autem domini manet in æternum. Quia ergo quo pater cognouit figmentum nostrum,quia fœnum sumus, & ad tempus florere possumus: misit nobis verbum suum,& verbum suum quod manet in æternum,fœno quod non manet in æternum fratrem fecit. Natura unigenitū vnicum natum de substantia sua fratrem adoptatis tot fratribus fecit. Noli mirari, quia particeps eris eternitatis illius,factus est ipse prior particeps fœni tui. Quod ex
B cellsum est a te,tibi non denegauit, qui qđ humile erat,ex te suscepit. Ergo homo quā tum ad hominem attinet,sicut fœnum dies eius, & sicut flos agri ita florebit. Quoniam spiritus pertransibit in eo & non erit, & non cognoscet amplius locum suum.) Quasi quædam perditio,quasi interitus quidā. Ecce qui se inflat, ecce qui tumet,ecce q se extollit,spūs ptransiet in eo, & nō erit, & nō cognoscet amplius locum suū. Videte quotidie morientes: & hoc erit totū,ipse erit finis. Non alloquitur.n.fœnum,sed propter quod & verbum fœnum factum est: tu.n.hō,propter te aūt & verbū
Ioan. 1. factum est homo: tu caro,& pp te verbum
Esa. 40. caro factum est. Omnis caro fœnum,& verbū caro est factum. Quanta ergo spes fœni, qñ verbum caro factum est? Illud qđ manet in æternum,non dedignatum est suscipere fœnum,ne de se desperaret fœnum. Ergo quod ad te attendis, humilitatem tuam cogita,pulueremtuum cogita,noli extolli: quicquid melius eris, gratia illius eris,misericordia illius eris: audi.n.quod sequitur. Misericordia vero domini in seculo & in
C seculum super timentes eum.) Qui non timetis eum fœnum,& in fœno,& in tormēto eum fœno eritis. Resurget.n.caro ad tormentum, Gaudeant illi qui timent eum, quia super eos misericordia eius. Et iustitia eius super filios filiorum.) Retributionem dicit,super filios filiorum. Quam multi sunt serui dei non habentes filios, quanto minus filios filiorum? Sed filios nostros dicit opera nostra: filios filiorū mercedem operum nostrorum. Iustitia eius super filiorum. Custodientibus testamentum eius.) Videant ne putent omnes ad se pertinere quod dictum est, Eligant cum licet. Custodietibus, inqt, testm eius. Et memoria retinentib. mandata eius, vt faciant ea.) Iam te disponebas extollere, & forte reddere mihi Psalterium, quod ego nō teneo, aut totam legem memoriter pronunciare. Plane in memoria melior me, melior quouis iusto. Iustus ad uerbum legem non Mat.22
tenet. Sed uide ut præcepta teneas. Sed quō teneas? Non memoria, sed uita. Memoria retinentibus mandata eius, non vt reddāt ea, sed ut faciant ea. Iā forte mō per turbatur uniuscuiusq. anima. Quis tenet omnia mandata dei? Quis tenet omnes literas dei? Ecce volo nem solum memoria D
retinere, sed & operibus meis facere. Sed quis tenet oia memoria? Noli timere, non te onerat, In duobus præceptis tota lex pēdet & prophetæ, Sed totam legem volo tenere. Tene si potes. Quādo potes, quomō potes? Quācunq. paginam interrogaueris, hoc tibi rñdebit, Quod tenes, tene: charitatem tene, finis præcepti est charitas. Noli Ro. 10
cogitare de multitudine ramorum, radicē tenē, & tota arbor in te est. Et memoria retinentibus mandata eius, vt faciāt ea. Dās parauit in cęlo thronū suum.) Quis nisi Christus parauit in cęlo thronum suum? Qui descendit & ascēdit, qui mortuus est resurrexit: qui hominem assumptum in cę lum leuauit, ipse parauit in cælo thronū suum. Thronus est sedes iudicis. Obserua- te ergo quæ audistis, quia parauit in cęlo thronum suum. Faciat quod nult quisq. in terra, non erit impunitum peccatum, non erit infructuosa iustitia, quia dominus qui ante thronum iudicis hominis irrisus est, in cęlo parauit thronum suum. Dominus eius omnium dominabitur.) Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Et regnum eius omnium dominabitur. Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes fortitudine, facientes uerbum eius.) Fortes fortitudine, facientes uerbum eius. Ad audiendam uocē sermonum eius. Benedicite dominum oēs virtutes eius: ministri eius facientes uoluntatem ipsius.) Omnes angeli, omnes potentes fortitudine, facientes verbum eius: omnes virtutes eius, omnes ministri eius facientes voluntatem ipsius, vos benedicite dominum. Omnes enim male uiuentes, etsi lingua taceant, uita domino maledicunt. Quid

Quid prodest quia hymnum cantat lingua tua,si sacrilegiū exhalat vita tua? Male videndo multas linguas misisti in blasphemiam. Lingua tua vacat hymno, & ęterę te intuentiū vacant blasphemijs. Si ergo vis benedicere dominum, fac verbū eius,fac voluntatē eius. In petra ædifica, non in arena. Audire & non facere,in arena ædificare est. Audire,& facere,in petra ædificare est. Nec facere,nec audire,nihil ædificare est. Si in arena ædificas, ruinam ædificas: si nihil ædificas expositus pluuiæ fluminibus, ventis ante rapieris quam sterteris. Ergo non est cessandum,sed ædificādum: nec sic ędificandum, vt ruina ædificatura: sed in petra ædificandū vt tentatio nō E
euertat. Si sic est, benedic dominum: si nō est sic,noli blandiri linguæ tuæ,vitam tuā interroga,ipsa tibi respondeat, Inuenis qđ sis malī,geme,confitere: confessio tua pōt dominum benedicere, sed mutatio tua in benedictione perficeret. Benedicite domi nū omnia opera eius in omni loco dominationis eius.) Ergo in omni loco, ibi non benedicatur,vbi non dominatur, In omni Psal.24. loco dominationis eius. Ne forte aliqs dicat, Non possum benedicere dominum in oriēte, qa ad occidētē profectus est: aut nō possum in occidēte, qa in oriēte est. Nō ab oriēte & ab occidēte, nō a desertis montibus, qm deus iudex est. Sic ubiq. est, ut ubiq. benedicatur: sic undiq. est, vt illi undiq. inbiletur: sic vndiq. benedicitur, ut vbiq. bene viuatur, Benedicite dominum omnia opera eius, quia cum cœperis in bona vita benedicere dominum, omnia opera eius cum benedicunt, non merita tua. Ipse.n.per te & in te bonum operatur, di- 1. Cor. 12. cente Apostolo, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus.n. est qui operatur in vobis Ergo ne te extolleres, quia facis voluntatem eius, voluit te humiliari respiciendo gratiam eius G vnde hoc consecutus es. In omni loco dominationis eius. Benedic anima mea dominum.) Ipse vltimus versus est, qui primus. Benedictio a capite, benedictio in fine. A benedictione profecti sumus, ad benedictionem redeamus, in benedictione regnemus.

In Psalmum centesimūtertium præfatio.

Concio prima de prima parte psalmi.

DIe quidem nudiustertiano a nobis, quā tum meminisse dignamini, abūdāter refecti estis. Sed quia nos etiam post longū sermonem auidissime dimisistis, non putauimus sanctitatem vestrā hodierni dici debito fraudandam, vt hoc fit de debito, il lud de lucro. Psalmus qui lectus est, ppe totus figuris rerum misteriisq. cōtexitur, & opus habet non solum nostra, sed etiam vestra non parua intentione, quanquā et cuncta quæ dicta sunt,, possint ad literam religiose accipi. Enumerantur.n. etsi non omnia, multa tamen opera dei, quæ nota H
sunt omnibus intuentibus, qui norunt & ex his quæ facta sunt,& videntur illius in uisibilia intellectu cōspicere. Videmus.n. fabricam mundi amplam quandam ex cœlo & terra & omnium, quæ in eis sunt. Et ex huius fabricæ magnitudine ac pulchritudine, fabricatoris ipsius inęstimabilem magnitudinem & pulchritudinem etsi nō dum videmus, iam tamen amamus. Non enim cessauit, qui nondum potest nostri cordis puritate conspici, ante oculos nostros ponere opera sua, ut uidētes quæ possumus, amemus: quæ videre nō possumus, vt ipsius amoris merito aliquando uidere possimus: tamen in omnibus quæ dicta sūt quærendus est etiam intellectus spiritalis, ad quem perscrutandum adiuuabunt nos in Christi nomine desyderia vestra, Quibus quasi manibus inuisibilibus ad inuisibilem ianuam pulsatis, vt inuisibiliter uobis aperiatur, & inuisibiliter intretis, & inuisibiliter sanemini. Ergo dicamus omnes: Benedic anima mea dominum.) Alloquamur omnes animam nostrā, quia omnium nostrum anima per unam fidem vna anima est. Et omnes nos quicunq. in Chri- I
stum credimus propter vnitatem corporis eius vnus homo sumus. Benedic anima nostra dominum, pro tantis beneficijs eius, pro tam multis & magnis muneribus gratiarum eius, quæ munera inuenimus in hoc psalmo intenti, & excussa nebula carnalis cogitationis, quantum possumus erecta mente, & quantum possumus directa acie, quantum possumus puro oculo cordis nostri, quantum non impedit præsens uita, quātum nū occupant rerū pñtiū desyderia, quantum non exeęcat cupidi-

tas seculi. Erecti ergo auditurí sumus magna, læta & pulchra, desyderabilia, & plena lætitiæ gaudiorũq. munera eius, q̃ iam ille q̃ cõceperat istum Psalmum, videbat animo, & ipsius uisionis exultatione ructabat dicens, Benedic anima mea dñm. Dñe deus meus magnificatus es nimis.) Vide magnifica q̃ dicturus est. In quibus magnificis nõ vtiq. nisi ille laudandus est author omniũ magnificorum. Confessionem & decorem induisti.) O domine deus meus qui magnificatus es nimis: vñ magnificatus es nimis? Nonne semper magnus? Nonne semp magnificus? Nunquid perfectus non es ut crescas? Nunquid deficis ut aliq̃ minuaris?

Exo. 3. Sed quia es qđ es, & uere es, vtiq. nomen tuum dixisti famulo tuo Moysi, Ego sum qui sum utiq magnus es, & magnitudo tua sempiterna est, nec cœpit, nec desinit, nec ab initio tpis incipit, nec vsq. ad finem tpis excurrit, nec in medio aliqđ patiti: incõmutabilis. n. magnitudo est. Q̃uo ergo magni

K ficatus es nimis? Alius Psalmus admonet

Psa. 138 nos, ait. n. Mirificata est scientia tua ex me. Si recte dicitur, Mirificata est scientia tua ex me: recte dicitur, Magnificatus es nimis dñe deus meus ex me. Sed & hoc adhuc ẽ quærẽdũ, Ex me magnificatur deus meus? Ex me ergo magnus fit. Docet nos aliqđ

Matt. 6. & quotidiana oratio salutis nostræ, Sanctificetur nomen tuum: quotidie rogamus ut fiat. Si nos quisquã interroget qđ est quod petitis, vt sanctificetur nomen dei: aliquãdo enim sanctum non est, vt modo sanctificetur? Et tamen nisi velimus fieri, non peteremus vt fieret. Alia est. n. gratulatio, alia oratio. Gratulamur ex eo qđ est, oramus ut sit quod nondum est. Quid est ergo, sanctificetur nomen tuum? Et intelligamus, quod hic dictum est, Domine deus magnificatus es nimis: hoc est, sanctificetur nomen tuum, sanctum sit apud homines nomen tuum. Sanctum est enim semper nomen tuum, sed quibusdam immundis nondum est sanctum nomen tuum. Dicit enim Apo-

Ad Titum. 1. stolus, Omnia munda mundis, immundis autem & infidelibus nihil est mundum. Si immundis & infidelibus nihil est mundũ, quæro causam, sed quibusdam immundis nondum est causa, sed polluta sunt, inquit,

L eorum & mens & conscientia. Si nihil est mundum eis, nec deus, nisi forte putatis mundum videri deum illis, qui quotidie blasphemant cum. Si mundus est, placeat: si placet, laudetur. Si autem blasphematur, displicet, & si displicet, quomodo tibi põt mundus esse qui tibi displicet? Quid ergo rogamus, Sanctificet nomen tuum, in illis hominibus, qui per infidelitatem nondum habent nomen dei sanctum, quibus nondũ est ille sanctus, q̃ per se & in se & in sanctis suis sanctus est? Rogamus pro gñe humano, rogamus pro orbe terrarum, pro omnibus gentibus quotidie sedẽtibus & disputantibus, quia non est rectus deus, & non recte iudicat deus, ut aliqñ ipsi se corrigãt, & rectum cor ad illius rectitudinẽ ducant, & adhærẽtes eidem de recto ad rectum, nõ iam vituperent, sed placeat rectis rectus, qa quã bonus deus Israel, sed rectis corde. Ergo cum videret iste qui cantat, iste ipse nosipsi. i. corpus Christi, membra Christi, cum videret, quanta præstiterit deus gñi humano, cui antea aut nullus aut fallus, aut non tam magnus uidebatur deus in operibus suis, eum videns, Domine deus meus, inquit, magnificatus es nimis: hoc est, qui nõ dũ te intell gebam, intelligo te magnum. Magnus semper ẽt occultus, sed mihi tunc magnus q̃n apparuisti factus es manifestus. Magnificatus es ergo ex me, quoniam mirificata est scientia tua ex me, mira. n. facta est ex me. Ergo illam miror cõuersus ad illam. Illa aũt & si nõ conuertar, & si postea cõuersionem auertar, integra pmanet. Sed ego iam magnus factus in ea, & ex diminuto factus integer in ea miror, q̃ non noueram: non quodãmõ magnum factum est ex quo didici, sed quia magnus factus sum ex quo didici. Audi iã, Et ubi uĩ magnificatus deus nimis? Semp magnus magnificatus nimis in opibus suis ad nos. Cõfessionẽ & decorem induisti. Ante decorẽ confessionẽ posuit, decus in pulchritudine. Quæris pulchritudinem, bonam rem quæris. Sed quare quæris pulchritudinem o anima? Vt amet te sponsus tuus, etenim displices ei nisi & da. Ille aũt qualis est? Speciosus forma præ filijs hominum. Osculari uis fœda pulchrum, sed non attendis quia tu iniquitatibus plena es. Diffusa est autem gratia in labijs tuis: sic enim de illo dictum est, Speciosus forma per filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea adolescentulæ dilexerunt te. Est ergo quidem formosus, est quidem pulcher præ filijs hominum: & si filius hominis, tamen præ filijs hominum. Huic tu placere vis o anima

ãa humana, o vna in multis. Audiamus ecclesiam, quia erat illis anima vna & cor vnum in deũ. Hanc alloquitur psalmus, Vis ei placere? Nõ potes quãdiu deformis es. Quid facies vt pulchra sis? prius tibi displiceat deformitas tua, & tunc ab illo ipso, cui vis placere pulcra, mereberis pulchritudinẽ. Ipse. n. erit reformator tuus. Ergo prius attende q̃ sis, ne audeas ire fęda in pulchri ostcula. Et quid intuẽs, in qs,

Ps. 16. me videbo? Posuit tibi in speculũ scriptura suã, legitur tibi, Beati mũdi cordes, qm ipsi deũ videbũt. Speculũ in hac lectione oppositũ est, vide si hoc es quod dixit, si nõdũ es, geme vt sis. Renũciauit tibi speculo tacitę tuã. Sicut speculũ nõ senties adulatorẽ, sic nec te palpes. Hoc tibi oñdit nitor ille quod es, vide quę es: & si tibi displicet, ęre vt non sis. Si. n. cum fœda sis timeres tipi displices, pulchro tã places. Quid ergo? Qm displicet tibi fœditas tua, incipis

Psal. 44. in cõfessione, sicut alibi dr, Incipite dño & confitemini. Primo accusa fœditatẽ tuã: fœditas. n. aiæ de peccatis, de iniquitatib. Accusando fœditatẽ tuã incipis cõfiteri, a confessione incipis decorari. Quo decorã

Psal. 44. te nisi specioso forma p̃ filijs hominũ? Vt autẽ & decorã faceret, audeo dicere, Amauit & fœdã. Quid est, amauit & fœdam? Etenim Christus ꝓ impijs mortuus est. Quã vitã tibi seruat iustificato, qui suam mortẽ donauit & impio? Ecce pulcher il-

Esa. 53. le & speciosus forma p̃ filijs hominũ, qa iustissimus p̃ filijs hominũ, qm veniebat ad fœdã, vt faceret pulchrã: dicam & hoc, qa in scripturis inuenio, fœdus factus est. Nõ me in hoc audiatis, ne in hoc verbo tenere lapsus sim. Sicut. n. dixerã, Amauit & fędam: nõ aũt quasi cõgruenter dixerã quibusdã illũ amãtibus, nisi mihi testis ꝓcederet: & dixit qđ dixit Apos. Vis nosse q̃ amarit & fœdã? Christus pro impijs mortuus est: sic & modo quod dixi vt veniret ad fœdam, fędus factus est, qũo probabo, q̃ iam mihi p̃dixit diuinum eloquiũ, Speciosus forma p̃ filijs hominum? Sed in ipso diuino eloquio rursus habeo, Vidimus eũ & non habebat spẽm neq. decorem. Speciosus forma p̃ filijs hominum: uidimus eum & non habuit spẽm neq. decorẽ. Nõ dixit, non vidimus, & ideo nescrebamus vtrũ haberet spẽm vel decorem: Ecce vidimus, & non habebat spẽm neq. decorem. Vbi ergo illum vidit qui dixit, Speciosus forma p̃ filijs hominum Et vbi illum vidit qui dixit, Non habebat spẽm neq. decorem? Audi vbi eum vidit qui dixit, speciosus forma p̃ filijs hominum. Cũ in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Merito p̃ filijs hominum, quia æqualis deo. Ecce accepi & agnoui vbi eum viderit qui dixit, Speciosus forma p̃ filijs hominum: Riderit. n. nobis, Vbi eum viderim q̃ris? In forma dei. Et vnde vidisti in forma dei? Q̃uo uidi in forma dei? Quia inuisibilia eius ꝑ ea

Rom. 1. q̃ facta sunt intellecta conspiciuntur. Bene accepi, optime agnoui, & quem videris, & qualem videris, & vbi videris, & vnde videris. Quem uidisti? Sponsum nostrum. Qualem vidisti? Speciosum forma p̃ filijs hominum. Vbi vidisti? Cum in forma dei esset. Vnde vidisti? Per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciuntur. Videamus & de isto quid dicat alius propheta, sed non alius spiritus, nõ. n. discordant inter se. Exhibuit nobis ille speciosum for-

D Psal. 44. ma p̃ filijs hominum, exhibeat & iste qđ ait. Vidimus eum & non babebat spẽm neq. decorem. Vnus apostolus Paulus ꝓphetam vtrunq. coniungit, vnum capitulum Pauli vtriq. ꝓphetæ perhibet testimonium. Ibi habeo speciosum forma p̃ filijs hominum: Qui cum in forma dei esset,

Philip. 2 non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ibi dixit, quod dixit & alius nõ hñtẽ spẽm neq. decorem, quia semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinem hominũm factus & habitu inuentus vt homo: humiliauit se factus obediens vsq. ad mortem, mortẽ autem crucis. Merito uiderunt eum, & non habebat spẽm neq. decorem. Merito ante crucẽ agitabant caput, hiccine est totus filius dei? Si filius dei est, descendat de cruce. Sed nõ ha-

Matt. 27 bebat speciem neque decorem: etiam sic. O quibus displicet, quia non habebat speciem neque decorem. O agitantes caput ante crucem, & non figentes caput in capite quod pendebat in cruce. Merito nutat insultantium caput, donec fit eorum caput ille ipse cui insultabatur. Ecce resumit decorem, & magnum decorem. Ecce quod dicis tu, minus est quàm quod fecit.

E Dicis tu, Si filius dei est, descendat de cruce. Ecce de cruce non descendit, sed de sepulchro resurrexit. Ergo anima decora esse non potest, nisi cõfessa fuerit fœditatem

tatẽ:ei qui semper pulcher,& propter te ad tempus non pulcher:& sic ad tempus non pulcher in forma serui, ut nunquam deficeret a pulchritudine quæ est in forma dei. Ergo tu ecclesia habes decorẽ: dicitur & tibi in canticis canticorum, O decora inter mulieres:dicitur de te,Quæ est ista quæ ascẽdit dealbata? Quid est dealbata? Illuminata, non dealbata sicut ficata, quẽadmodũ se dealbant fœminę quæ uolunt uideri quod non sunt: non dealbata sicut paries de albatus destruetur. n.sicut dicit Apostolus paries dealbatus, hypocrisis & simulatio. Paries dealbatus, foris tectorium, intus lutum. Non ergo illa sic dealbata,sed dealbata illuminata,quia non per se alba. Prius,inquit,fui blasphemus: & itẽ, Fuimus.n.& nos aliquãdo natura filij iræ sicut & cæteri. Accedit gratia illuminans & dealbans,primo nigra fuisti,sed facta es alba ex gratia illius. Fuistis.n.aliquãdo tenebræ,nũc aũt lux in domino. Dicitur ergo & de te, Quæ est ista quæ ascendit dealbata,iam mirabilis, iam uix contemplabilis? Admirãtis est.n dicere. Quæ est ista quę ascendit dealbata,tam pulchra,tam luminosa,tam sine macula & ruga? Nonne ista est quæ iacebat in cœno iniquitatum? Nonne ista est quæ iacebat in fornicatione idolorum? Nonne ista est quæ immunda erat in omni cupiditate & flyderioque carnali? Quæ est ergo ista quę ascendit de albata? Attende quis fit ille qui pro ea factus est,non hũs speciem neq. decorem,& intelligis huius claritatis honorem. Si miraris illius humilitatem propter hanc,noli iam mirari huius celsitudinem propter illum. Quantæ fęlicitatis est ista dealbata, ut & cum esset nigra, pulchrum ad se deponeret qui pro impijs moreretur? Ergo induit se dominus deus noster, confessionem & decorẽ,induit se ecclesiam: ipsa.n. ecclesia confessio & decus,ante confessio, postea decus. Cõfessio peccatorum, decus recte uiuentium & recte factorum. Confessionem & decorem induisti. Circũamictus lumen sicut uestimẽtum.) Ipsa est vestis eius de qua iam dixi, Non habens maculam neq. rugam. Lux uocatur, & ego iam hoc dixi, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino Non ergo in vobis,nam tenebræ in uobis,lux in domino. Ergo circumamictus lumen uelut uestimentum. Extendens cęlum sicut pellẽ.)

Canti.5 &.6.

Act.23.

1.Ti.1.

Ephe.2.

Ephe.5.

Canti.6

F

Esai.53.

Quo fecit hoc vt indueret se sicut uestimẽtum & lumen ecclesiam? Enumerare uult figuratis quibusdam sacramentis, qũo lux facta sit ecclesia, qũo facta sit sine macula & ruga, qũo facta sit candida, dealbata, fulgẽs in uestitu spõsi sui inhærens illi. Quo facta sit audiamus, Extendit cęlum sicut pellem: & hoc quidem uideo. Quis.n.extẽdit hoc cęlum, quod nostris carnalibus oculis intuemur, nisi deus? Et extendit sicut pellem. Ad facilitatem redegit si ad literam accipias: Etenim cum uideris istam fabricam magnã, qa cum qsq. hominũ vnã vel parũa camerã extenderit, magno molimine,magno labore & difficultate ac diuturna operatione,id facit ne huiusmodi labor em in dei operibus infirmitas suspicaretur humana, attulit quandã facilitatem pro tua capacitate,ut sic quodammodo incipias credere facile operantem deum, & non putare sic eum extendisse cœlum, sicut tu tectum domus tuæ, sed q̃ tibi facile est extendere unam pellem, tam facile illi fuisse extendere tam magnum cœlum. Mira facilitas, & tamẽ adhuc spiritus tibi tardo loquitur. Tibi,inquam adhuc tardo dicit spiritus. Nam nec sic extendit deus cœlum,sicut & tu pellem: si.n.sic extendit,ecce ante te pellis,uel rugosa, vel plicata ponitur: dic ut extendatur, dicto tuo extendepellem: non possum,inquis,ergo & in extẽta pelle multum longe es a facilitate dei. ipse.n.dixit & facta sunt: dixit, Fiat firmamentum inter aquam,& aquam: & sic factum est. tamen propter facilitatem significandam, secundum sensum tuum accepisti pellem. Ad facilitatem retegi uolumus & pulsare ad clausum, inuenimus extendisse deum cęlum sicut pellem, ut intelligamus cęlum sanctam scripturam. Hanc auctoritatem primo posuit deus in ecclesia sua,in de cœpit exeq. cæteris: posuit.n.cęli deus, & extendit sicut pellem, & non frustra sicut pellem. Primo istam famam prædicationem extendit sicut pellem: pellis mortalitatem significat. Propterea & illi duo homines primi parentes nri, authores peccati generis humani Adam & Eua, cum in paradiso contempto dei præcepto ad suggestionẽ suasionem q̃. serpentis transgressi essẽt, qđ iusserat deus, facti mortales,damnati sunt de paradiso. Vt autem significaret ipsa mortalitas eorum, induti sunt tunicis pel-

Ibidem.

Genesis.

1 pellíceis: De pellibus. n. tunicas factas accepisse pelles autem detrahi non solent, nisi de animalibus mortuis, ergo pelliũ nomine mortalitas illa figurata est. Quid ergo hic, si diuina scriptura significatur pellis nomine? Quo de pelle fecit deus cęlum, & extendit cęlum sicut pellem? Quia per quos nobis scriptura prædicata est, mortales fuerunt. Illud quidem uerbum dei semper idẽ semperq. incommutabile, atq. indeficiens: ecce, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat verbum. Nũ quid erat, & modo non est? Et est & semper erit. si ergo est verbum dei deus apud deũ, lege si potes. Sed quid dicis, quia sursum ẽ, & ideo legere non potes? Vbiq. est uerbum dei, Pertendit a fine usq. ad finem fortiter, & disponit omnia propter suam munditiã. In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & cũ venit hic erat: uenit.n.in carne, nunquam absens diuinitate. Quare ergo legere non poteras? Quia in sapiẽtia dei non cognouit mundus per sapientiam deum ibi constitutus in sapientia dei: omnia.n.ibi, & ipsa nulla subtracta sunt, ibi cõstitutus non poteras cognoscere per sapiẽtiam deum, ergo necessariũ erat qđ sequitur. Placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Si per stultitiam prædicationis salui futuri erant, credentes, elegit deus quædam mortalia, elegit homines mortales & morituros, adhibita ligua mortali exhibuit sonos mortales, adhibita dispensatione mortaliũ adhibuit instra mortalia, & in eo tibi factum est cęlum, vt in re mortali cognosceres uerbũ immortale, & ne immortalis, Vixit Moyses & mortuus est. ait.n.illi deus, Ascende in montem & morere. Mortuus est Hieremias, & tot ꝓphetæ mortui sunt, & mortuorum dicta, quia non eorum sed per eos illius erant, q extendit cęlum sicut pellem, manent usq. ad posteritatem nostram. Ecce Apostolus solutus de hac uita qui dixit, Cupio dissolui, & esse cum Christo, multo magis ee optimum: uiui nunc cum Christo, sicut illi prophetæ omnes uiuunt cum Christo. Sed per quid nobis dispensauit id quod legimus? Per id quod moriturum erat, per os, per linguam, dentes, manus. Omnia ista q bus operatus est Apostolus, totum quod legimus corporis officia sunt, sed iubẽte anima cui iubebat deus, propterea extensum

est cęlum sicut pellis. Nos sub cęlo, tanq̃ sub pelle diuinarũ scripturarũ legimus mõ cũ tenditur. Etenim postea cœlum plicabitur vt liber. Nõ frustra fratres hic vt pellis, ibi ut liber: Figuratum ibi quiddam nobis est, quod ad scripturam diuinam attinet,& tenditur sicut pellis, & tenditur sermo mortuorũ: ergo iõ tenditur, sicut pellis, & multo magis tenditur, quia illi mortui sunt. Nam post mortem plus innotuerũt prophetæ & apostoli, non erãt tam noti cũ viuerent. Prophetas uiuos sola Iudæa habuit, mortuos oẽs gentes: cũ.n.uiueret nõdum erat extensa pellis: nondum erat extẽsum cęlum, ut tegeret orbem terrarum. Et extendit ergo cœlum, sicut pellem, Qui ꝓtegit in aquis superiora eius.) Et hoc legimus, & ad literam bene intelligitur: qñ.n. iussit ut fieret firmamentum inter aquas & aquas, factum est, ut sint aquæ inferiores quæ perfundunt terras, & sint aquæ superiores remotę ab aspectibus, tũ fidei cõmendatæ. Et aquæ, inquit, quæ super cęlos sunt laudent nomen dñi, qm̃ ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ergo explicatus est sensus ad lram: ꝓtegit.n. in aquis superiora eius. Quid ad figuram? Qm̃ in figura accepimus pellem scripturã sanctam, & authoritatem diuini uerbi dispensatam nobis per mortales, quibus mortuis eiusdem dispensationis fama extenditur. Secundum hoc qũo protegit in aquis superiora eius? Cuius superiora? Cœli. Et quid cęlum? Sancta scriptura. Quæ sunt superiora sanctæ scripturæ? Quid inuenimus in scripturis sanctis superius. Paulum interroga, Supereminentiorem, inquit, uiã vobis demonstro. Quam dicit supereminentiorem uiam? Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum uelut æramentum sonans aut cymbalum tinniẽs. Si ergo in his nihil eminentius in scriptura sancta inueniri potest quam charitas, superiora cœli qũo aquis protegũtur, si superiora scripturæ præcepta charitatis sunt? Audi quemadmodum, Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Iam nomine diffusionis intelligo aquas in charitate spiritus sancti: hæ sunt aquę de quibus dicitur in quadam scriptura, Et in plateis tuis discurrant aquæ, nemo alienus communicet tibi: alieni enim sunt omnes a uia ueritatis, siue

Psal.148

Gene.5.

1.Co.12

Rom.5.

Prou.5.

Pagani, siue Iudæi, siue hæretici, & mali quique christiani. Habere multi dona possunt, charitatem non possunt. Hoc ipsum quale donum est, vt non loqua mur de donis aliis foris, q̃ tona dei hũt oẽs homines, q̃
Mat.5. facit solem suum oriri super bonos & malos: dona dei sunt, & non tm̃ bonis & malis cõia, sed ẽt bestijs & pecoribus. Ipsum eẽ, uiuere, videre, sentire, audire, & cæteris fungi sensuũ muneribus, dona dei sunt. Sed uidere cum quibus, & q̃ multis cõia, & cum eis quos nolis imitari. Ipsum ingenium acutum habent & pessimi homines, solertem artium industriam habent & turpissimi scenici, diuitias hũt & latrones, coniugia, filios. Multi mali hũt pulchra, dei dona, nemo negat, sed vide cũ quibus cõia. Respice ad munera ipsius ecclesiæ, Munus sacrorũ in baptismo, in Eucharistia, in cæteris sanctis sacris, quale munus
Acto.8. est? Ho munus adeptus est & Simõ magus. Prophetia quale munus est? Prophetauit & Saul malas rex, & tunc ꝓphetauit cum Dauid sanctum persequereretur. Intendite, non dixi cum persecutus fuisset: fortasis. n. eo ꝓsecuto pœnitẽtiã gessit & dignus fuit spiritu ꝓphetãdi. Non ꝓsecu-
1.Re.10 tus neq. persecuturus, sed persequens ꝓ
B pheraui. Misit ad cõprehendum Dauid ministros suos. Dauid uerò eo tpe inter ꝓphetas erat, ubi erat & sanctus Samuel. Impleti sunt spiritu prophetiæ qui missi sunt & ꝓphetauerunt, sed forte bono illi animo uenerant, uel ob necessitatem officij sui, uel nõ facturi quod iussum est. Misit & alios, hoc & in eis factum est, & corũ hoc mõ animum interpretemur. Cum illi
Ibidem, tardarent, venit ipse furens, anhelans cædem, sanguinem sitiens innocentis sancti, cui etiam ingratus erat, & ipse impletus ẽ spiritu ꝓpherandi & ꝓphetauit. Nõ ergo se iactẽt qui forte sũ charitate habuerint hoc munus dei sanctum, sicut sanctũ baptismum, sed videant qualem rationẽ habituri sunt cum deo qui sanctis nõ sanMatt.7. ctẽ vtuntur: ex his erunt qui dicturi sunt, In nomine tuo ꝓphetauimus: non illis dicetur, mentimini: sed dicetur, Nõ noui uos, Recedite a me qui operamini iniquitatẽ:
C quia si habeam omnem prophetiam, cha-
1.Co.13 ritatem autem non habeã, nihil sum. Pro-
1.Re.19. phetauit autem & Saul, sed operabatur iniquitatem. Quis operabatur iniquitatem nisi qui non operabatur æquitatem? Quis autem operabatur iniquitatem, nisi qui nõ habuerit charitatẽ? Plenitudo. n. legis charitas. ergo protegis i aquis superiora eius. Quid dixit? In omnibus scripturis superminentissimam uiam, super eminentissimum locum charitas obtinet. Non ad eã aspirent nisi boni. Hanc nobiscum nõ cõicant mali, possunt cõicare baptismũ, possunt cõicare cætera sacramenta, possunt cõmunicare orationẽ, possunt cõicare istos parietes, & istam coniunctionẽ, charitatẽ nob scum non cõicant. Ipse est. n. fons prius bonorum, proprius sanctorum: de quo dicit, Nemo alienus cõicet tibi. Qui sunt alieni? Omnes qui audiunt, Non noui uos: si. n. non cognoscuntur, utiq. alieni sunt quibus dicitur, Non noui uos. Superueniens. n. ira charitatis tenet eos, qui prius pertinent ad regnum cælorum: ergo præceptum charitatis super cœlos, super omnes libros: ei. n subduntur libri, et mille tant omnes linguæ sanctorum, & omnis mirtus dispensatorum dei & animæ & corporis. Superueniens est. n. ira, & merito ꝓtegit in aquis superiora cœli, quia nihil inuenis eminẽtius charitate i diuinis libris. Sed adhuc euidẽtius audi quid aqua sit. Diximus. n. ꝙ charitas dei diffusa sit in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis: diximus etiã, In plateis discurrant aquæ tuæ: Et ait mihi aliquis, nõ ibi expresse dictum est, vtrum charitatem intelligere debeam: quid si alius aliud aliqd intelligat? Tm̃ memento qd̃ ait Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde? Per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Audiamus dñm magistrum apostolorum, Si quis sitit, ueniat & bibat: dicat adhuc, q̃ credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de ventre eius. Quid est hoc, exponit Euangelista, Hoc autem dicebat, inqu t, de spiritu quẽ acceperunt erant credentes in eũ: spiritus. n. nõdũ erat datus, quia Iesus nõdũ erat glorificatus. Ergo fratres si ꝓpter ea spiritus nõdũ erat datus, quia Iesus nõdũ erat glorificatus: glorificato Iesu & ascendente in cœlos, missus est spiritus sanctus, & charitate impleti sunt apostoli, diffusa est in cordibus eorum ꝓ spiritum sanctum qui datus est eis, quia superiora cæli aquis ꝓteguntur. Et bene, quia dũs in cælos ascendit ut superior esset cœlis, & inde mitteret charitatẽ. Nõ. n. sic deus ꝓtegit, ut q̃si subleuet ab eo quẽ ꝓtegit. Subleuat quem ꝓtegit, non onerat: ita ergo cœlor aquis ꝓtegit, vt magis illi diuino spũ
E subleuentur. Qui subleuat, sursum est: qd̃ subleuat, infra est: illud suspẽdit, hoc pendet. Si ergo illud suspẽdit, hoc pẽdet: audi quia hoc cælũ scripturarũ ex charitate pendet: duo sunt nẽpe illa notissima præcepta dilectionis, In his duobus præceptis, tota
Psal.32 lex pẽdet & ꝓphetæ. Qui ꝓtegit in aquis superiora eius: Qui ponit nubes ascensum eius.) Accipit & hoc bene ad literam. Dominus visibiliter ascendit in cœlũ. Quo
Psal.103 positæ sunt nubes ascẽsus cæli? Hæc cum dixisset, nubes suscepit eũ. Habes itẽ de resurrectione nra prædictũ, Et mortui, in-
1.Co.15. quit, in Chro resurgẽt primi: deinde nos q̃ viuimus simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã Chro in aerea, atque ita semper cũ dño erimus. Habes nubes ascẽsum cæli, oñdã & nubes ascensum cæli huius. i. divinarum scripturarum. Quid est hoc fratres? Vtinã me dñs deus meus inter illas qualescunq. nubes numerare dignetur, videre q̃ nebulosa nubes sim. Omnes tm̃ prædicatores verbi veritatis nubes accipi possunt. Quicunq. ergo infirmi non possunt ascendere in hoc cælum. ad intellectum scripturarum, per nubes ascendant. Forte
Ibidem. & modo satis sit vobis, si aliq̃d agimus: si labor sudorq̃ noster non est infructuosus, ascenditis in cœlum scripturarum diuinarũ, hoc est, intellectum earũ ꝓ prædicationẽ nostrã. Quam altum erat cœlum in
Psal.18 psalmo isto? Nemo. n. vestrũ videbat, qd̃ esset in figura, Extendit cælum sicut pellẽ, q̃ protegit in aquis superiora eius. Hoc ipsum quod dictũ est, Qui ponit nubes ascẽsum eius. Ecce intellectum est, quantum
Ibidem. domius donauit prædicantibus nobis: nõ. n. nubes de suo munere pluunt. Vos intelligendo ascendite, in intellectu ipso fructificate, ne sitis quasi illa uinea: de qua dicit
Esai.5. apud ꝓphetã, Mandabo nubibus meis ne pluant super eã: accusabatur. n. quædam vinea ꝙ pro uuis spinas dederat, non reddideras dignã gratiã dulci pluuiæ. Qui enim bona audit & mala operat, dulci pluuia cõfluitur, & spinas generat. Non est vt suspicemur fratres de aliqua terrena & ista visibili vinea dominum locutum. Nam q̃. ibi ne sub obscuritate sermonis lateret exclusatio iniquitati, ipse dñs per ipsum prophetã exposuit cui vineæ loqueretur, & de qua uinea ista diceret, Vinea, inquit, domini sabaoth, domus Israel est. Quid vagantur, o iniqui corda vestra per montes & col- Ibidem.
les vinitorum? Noui, inquã, de qua vinea loquar, noui vbi q̃rebam vuam & inueni G
spinas. Sine causa aliud atq. aliud suspicamini & opinamini, nolentes intelligere vt bene agatis. Nam & hoc scriptum est, Noluit intelligere ut bñ ageret. Tollite oẽs Psal.35.
suspicationes vestras de medio: Vinea etenim dñi sabaoth, domus Israel est, & hõ Iuda nouellum dilectũ. Dilectũ cũ plantatum est, dãnatũ cũ spinas creauit: Ergo fratres forte vinea fuit domus Israel, & nos non sumus vinea? Cũ timore audiamus, q̃d̃ Iudæis dictũ videmus. Videte quomõ Ro.11.
Apostolus terreat ramos insertos de ramis fractis, & in ramis fractis cõmendet timẽdam fecunditatẽ, in ramis insertis cõmendet amandam bonitatem. Noli esse infructuosus in bonitate, ne sterilis sentias fecunditatem. Sed non sum vitis dicis mihi. Vbi est domini vox, Ego sum vitis, uos estis sarIoã.15. menta, pater meus agricola? Vbi est vox
1.Co.9. Apostoli, Quis plantat vineam, & de fructu eius nõ ꝓcipit? Vinea ergo es, ò Ecclesia, & habes agricolam deum. Nemo ergo agricola homo compluit vineam suã. Fratres ergo dilectissimi, viscera Ecclesiæ, pignora Ecclesiæ, filij matris cælestis, audite cũ tempus est. M
natus est deus illi vineæ H
atrocissima comminatione, Mandabo nu-
Esai.5. bibus meis, inquit, ne pluant super eã: & factum est. Venerunt Apostoli ad Iudæos, respuerũt eos, & dixerũt illis, Ad uos missi eramus, sed quia repulistis verbum dei, Acto.13.
imus ad gentes. Videtis qũo in eodẽ spiritu dei illo iubẽte intrinsecus, qui habitat in cordibus suorũ, mandatũ sit nubibus dei
Esai.5. ne compluerent vineam, q̃ cũ expectaret vt faceret vuas, fecit spinas. Ideo & nubes fecit ascensum eius, & cœlum texit sicut pellem. Non est quod quæramus, authoritas scripturarum extenta est super orbem terrarum: nubes non desunt, prædicatur uerbum ueritatis, exponuntur omnia, quæ obscura sunt, ut corda uestra ꝓ nubes ascendant. Videte qũo credatis, uidete quid suscipiatis. Post prædicatorem ueniet iudex, & post dispẽsatorem ueniet exactor. Qui ponit nubẽ ascensum eius. Qui ambulat super pẽnas uentorum.) Hoc iam per culosum est accipere ad literam. Aut q̃ sunt pennæ uentorum? Aut uero quomodo in pictura facturi nobis sumus uẽtos uolantes, &

tes,& alas habentes? Vētus non est fratres
I nisi quē sentimus, motus quidam & quasi
flatus aeris,impellés, quod potest pro ueri
Psal. 53. bus. Quæ pennæ ventorum sunt? Sed & q̄
alę dei? Et tū dictū est,Sub umbra alarum
tuarum sperabunt. Conemur ergo & hoc
accipere ad literā,veluti proprie factum in
creatura ista. Velocitatem verbi fortasse cō
mendat scriptura: de qua velocitate iā pri-
dem in alio Psalmo locuti sumus, ubi scri
Psa.147. ptū ē, Vsq. in uelocitatē currit verbū eius:
qa nihil uētis velocius. Nostis oēs quantū
illa facilitas cōmendabatur in pelle: nihil
.n.facilius ab homine q̄ pelliis extenditur.
Sic & hic insinuas deum per verbum vbi-
que p̄sentem, velocitate motus nihil dese-
rere,qa tu nō noueras aliquid vento uelo
cius,Ambulat,inquit,super pennas ventō-
rum.i. velocitas eius superat velocitatem
ventorū,vt p pennas ventorum intelligas
velocitatem ventorū. Et uerbū dei intelli-
gas velocius omnibus ventis: & sic in pri-
ma facie cōsiderationis pulsemus ad aliq̄d
interius & figurate aliquid nobis indicent
istæ literæ, ventos quidē intelligimus in fi
gura nō absurde animas: non qa vētus est
anima,sed qa inuisibilis est vētus quanuis
res corporea corpora impellens,tū qa hu-
mani oculi acie fugit. Est aūt anima inuisi
K bilis,p pea bñ intelligimus animas vētos.
Gen. 2. Inde est q̄ & deus insufflasse dr̄ spiritū ui-
tæ formato homini, Et factus est hō in ani
mā uiuentē. Ergo uenti,animæ in allego-
ria non absurde accipiuntur. Videte aūté
ne putetis nominata allegoria, pantomimi
aliq̄d me dixisse. Nā quædā verba q̄m ver
ba sunt,& ex lingua p̄cedūt,cōmunia no-
bis sunt ēt cū rebus ludicris, & non hone-
stis. Tū locū suū habent ista uerba in Ec-
clesia,& locū in scena. Non.n.ego dixi,q̄d
Paulus Apostolus nō dixit, cū de duobus
Gala. 4. filijs Abrahæ diceret,Quæ sūt,inq̄t,in al
legoria. Allegoria dr̄, cū aliq̄d aliud uidet
sonare in uerbis, & aliud i intellectu signi
ficare. Quō dr̄ agnus Christus: nunq̄d pe
Ioan. 1. cus? Leo Christus: nunquid bestia? Petra
Apoc. 5. Christus: nunquid duritia? Mōs Christus:
1. Co. 10 nunq̄d tumor terræ? Et sic multa aliud ui-
dētur sonare aliud significare, & uocatur
allegoria. Nam qui putat me de theatro
dixisse allegoriam,putet & dām de amphi-
theatro dixisse parabolam. Videtis quid fa-
ciat ciuitas ubi abūdant spectacula. In agro
secarius loquerer: q̄d sit.n. allegoria, non
ibi forte didicisset homines,nisi in scriptu-
ris dei. Ergo q̄d dicimus allegoriam figu- L
ram esse, sacramentum figuratum allego-
ria est. Et quid hic accipimus, Ascēdit sup
pennas uentorum? Diximus bene accipi fi-
gurate uentos animas. Pēnę uētorum,uir-
tutes animarum: pennæ animarū q̄ sunt, Mat. 22
nisi à q̄bus sursum attolluntur? Pennæ er-
go animarum virtutes,bona opera, recta
cta: In duobus alias habent oēs pennas,om
nia enim præcepta in duobus p̄ceptis sunt.
Quisquis dilexerit deum & proximū ant-
mam habet pennatam liberis alis, sancto
amore uolantem ad dominum. Quicunq.
implicatur amore carnali, uiscum habet
in pennis. Nam si anima non habet alas &
pēnas, unde illi gemens in tribulationibus
dicit, Quis dabit mihi pennas sicut colum psal. 54.
bæ? Et sequitur, Et uolabo & requiescam. psa. 138
Item in alio loco, Quo ibi a spiritu tuo,& psa. 138
quo à facie tua fugiā? Si ascendero in cœlū
tu ibi es: si descēdero ad infernum,ades, Si
accepero pēnas meas, sicut columba,& uo
labo in extrema maris: tanquā diceret, Sic
possum fugere a facie iræ tuæ, si accepero
pēnas ut columba,& uolauero in extrema
maris. In extrema maris uolare, est spe iā
protēdere in finem seculi: quō ille qui ait,
Hoc labor est ante me, donec introeam in psal. 72.
sanctuariū dei,& intelligam in nouissima. M
Et quō uenit in extrema maris, etiam acce psa. 138
ptis pennis? Etenim illuc,inq̄t, manus tua
deducet me, & perducet me dextera tua:
nam & cum pennis meis cāsura sum nisi
tu deducas. Ergo alas habent bonas & libe
ras, & nullo uisco obligatas animæ, bene 1. Tim. 1
operantes p̄cepta dei, habentes charitatem
de conscientia pura, & fide nō ficta. Sed quā
tūuis sint p̄ditę uirtutibus charitatis, q̄d
ad illam dilectionem dei, qua sunt dilectæ,
etiam cū uisco essent implicatæ? Maior er-
go in nos dilectio dei, q̄ nostra in illum.
Nostra dilectio pennæ nostræ sunt, sed il- Ephes. 1
le ambulat super pennas uentorum. Iam
dicebat quibusdam Apostolus, Flecto ge-
nua mea pro uobis ad patrem, ut det uo-
bis secundum interiorem hominem habita
re Christum per fidē in cordibus uestris, Ibidem.
ut in charitate radicati, & fundati, Iam
dat illis charitatem deus, iam dat illis
alas & pennas, ut positis, inquit, compre-
hendere q̄ sit latitudo, longitudo, altitudo Super
& profundum. Fortasis crucē domini si- Ioan. 19
gnificat. Erat.n. latitudo in qua porrectæ Tra. 118
sunt

sunt manus lō̄ altitudo a terra surgēs in qua
erat corpus infixū: altitudo ab illo diuexo
ligno sursum quod eminet: profundū ubi
A fixa erat crux,& ibi omnis spes uitæ nr̄æ.
Latitudo enim est in bonis operibus, longi
tudo in perseuerando usq. in finem: altitu
do p̄ sursum cor, ut omnia sint bona ope
ra nra in quibus perseueramus usq. in fi-
nem habentes latitudinem qua bene ope-
ramur, & lōgitudinem qua perseueramus
usq. in finem: nō faciamus aliquid nisi spe
cœlestiū præmiorū. Ipsa est.n. altitudo, nō
hic quærere mercedem, sed sursum, ne di-
catur nobis, Amen dico uobis, perceperūt
mercedem suam. Profundum autem quod
dixi, ubi fixa erat pars crucis & non uide-
batur, inde resurgebant quæ non uidebā
tur. Quid est quod occultum est,& nō pu-
blicum in Ecclesia? Sacramētum baptismi,
sacrm eucharistiæ. Opera autē nostra bo-
na uidēt & pagani, sacra uero occultantur
illis: sed ab his q̄ uidēt surgunt ad illa quæ
non uident, sicut a profundo crucis q̄d in
terra figit, surgit tota crux quę apparet &
seruitur. Et quid postea? Cum hoc dixis-
set, Apostolus adiecit, scire ēt supereminē-
tem scientiam charitatis Christi: Cum iā
dictum fuisset, in charitate radicati & fun-
dati. Amatis enim Christum, & iō in cru-
ce operamini. Sed nūquid amatis quantū
uos ille amauit? Amando autem quantun-
B cunque amatis, uolatis ad ipsum, ut cogno
scatis quem admodum ipse uos amauerit:
hoc est, ut sciatis supereminentiam charita
tis Christi. Amatis enim uos quantum po
testis, & uolatis quantum potestis, sed ille
ambulat super pennas uētorum. Qui am-
bulat super pennas uentorum? Qui facit
angelos suos spūs, & ministros suos ignem
flagrantē.) Et hoc quanuis non uideamus
apparitionem angelorum: abscondita est
enim ab oculis nostris, & est in quadam re
publica magna imperatoris dei: tamen esse
angelos nos aim is ex fide, & multis appa-
ruisse scriptum legimus & tenemus, nec in
de dubitare fas nobis est. Spiritus autē an-
geli sunt, & cum spiritus sint non sunt an
gelus, cum uero mittuntur fiunt angeli. An
gelus enim officij nomen est, non naturæ.
Quæris nomen eius naturę, spiritus est:
quæris officium, angelus est. Ex eo quod
agit, angelus est. Vide illud in homine. No
men naturæ homo, officij miles. Nomen
naturę uir, officij prēco: homo enim fit
prēco. i. qui homo erat fit prāeco, non qui
erat prāeco fit homo. Sic ergo qui erant iā
spiritus conditi a creatore deo, facit eos an
gelos, mittendo eos nuncia quare iusserit,
& ignem flagrantem facit ministros suos. C
Legimus apparuisse ignem in rubo, legi- Exo. 3
mus etiam missum ignem desuper, & im-
plesse quod præceptum est. Ministrauit er
go cum impleret, cum esset in natura sua,
erat: cum egit quod iussum est, ministerio
impleuit. Sic secūdum literam videmus in
creatura. Quid est autem in Ecclesia figu-
rare? Quomodo accipimus, qui facit ange-
los suos spiritus, & ministros suos ignem
flagrantem? Spiritus spiritales dicit, Ben
facit angelos suos spiritales. i. nuncios uer-
bi sui. Spiritalis enim omnia iudicat, ipse 1. Co. 2.
autem a nemine diiudicatur. Vide spirita-
lem factum angelum dei, Nō potui, inqt,
uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi car 1. Co. 3
nalibus. De spiritali quadā affectione mis-
sus est ad carnales, tanquam angelus de cę
lo ad terrā. Quomodo dicit, & ministros
suos, ignem flagrantem, nisi quomodo di
cit, spiritu feruentes? Sic enim seruent spi- Ro. 12.
ritu, ignis ardens est omnis minister dei.
Nonne ardebat Stephanus? Quo igne ar-
debat? Et quis ille ignis erat, quando lapi- Acto. 7.
dabatur, & pro eis a quibus lapidabatur ro D
gabat? Cum audis, ignis est minister dei, 1. Co. 4.
incensurum illum putas? Incendat licet,
sed fœnum tuum. i. carnalia omnia deside-
ria tua: currat minister dei, prædicans uer-
bum dei. Audi illum, Sic nos existimet ho
mo, vt ministros Christi, & dispensatores
ministeriorum dei. Quomodo autem ar- 2. Co. 6.
debat cū dicebat, Os nrm patet ad uos o
Corinthij, cor nostrum dilatatū est? Arde-
bat & flagrabat charitate, & ibat in eos vt
incenderet. Hūc ignē se missurū dns in ter
rā dicebat cū ait, Ignē veni mittere in ter Luc. 12.
rā. Quō gladium, hic ignē. Gladius diuidit Mat. 10
affectū carnalē, ignis absumit. Totū in uer
bo dei intellige, totum in spiritu dei co-
gnosce. Incipe feruere charitate per uer-
bum quod audis, & vide q̄d in te fecerit
ignis minister dei. Qui facit angelos spi-
ritus, & ministros suos ignē flagrātē. Fun-
dauit terrā sup firmitatē eius, non inclina
bitur in seculum seculi.) De terra ista hoc
accipere nescio vtrum habeat ullum
exitum, vtrum recte dicatur, nō inclinabi
tur in seculum seculi, de qua dictum est,
Cœlum, & terra transient. Laboratur Mat. 24.
hic

hic si adsiam quęras accipere: nam q̄ ait, Fũdauit terram super firmitatem eius: fortasse quædã est firmitas occulta nobis, quæ continet terrã, & hoc dixit, fundauit. Super quid firmauit? Super firmitatẽ ipsius terræ
E q̄ ei supponit ut contineretur, q̄ latet forte oculis tuis: si nt ista occulta in creatura, nõ de obscuritate creaturæ creator latebit. Quę possumus videamus, ex his quæ uidemus illum laudemus & amemus. Conuertamus nos ad q̄rendum aliquid hic in figura positum. Firmauit terram, intelligo Ecclesiam. Dñi est terra & plenitudo eius: intelligo Ecclesiam terram. Ipsa est terra siti
Ps.142. ens, ipsa est quæ dicit in Psalmis, una.n.dicit ex omnibus, Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sicut terra sine aqua tibi. Sitiens sitiuit anima mea ad te tanq̄ terra sine aqua: nisi. ntsitiat, non reste irrigabit. Animæ crebra pluuia diluuiũ est, sitiat oportet, Beati.n. qui esuriunt & sitiunt iustitiã:
Matt. 5. & dicat anima mea tanq̄ terra sine aqua ti
Psal.62. bi, q̄a dicit alibi, Situit anima mea ad deũ uiuum. Terram ergo intelligo Ecclesiam. Quæ est firmitas eius super q̄ fundata est, nisi fundamentũ eius? An incongrue intelligimus firmitatẽ super q̄ fundata est terra, fundamẽtũ ubi constituta est Ecclesia?
2.Cor.3 Quod est illud fundamentũ? Fundamẽtũ, inquit, nemo põt ponere præter q̄ qđ positũ est, qđ est Christus Iesus. Ibi ergo firmati sumus: merito ibi firmati, non inclinabimur in seculũ seculi. Nihil.n. firmius isto fundamento. Infirmus tu eras, sed firmum fundamentum te portat. In te firmus esse non poteras: firmus eris semper, si ab illo firmo fundamento non recedas. Nõ inclinabitur in seculum seculi. Ipsa est prædestinata columna, & firmamentũ ueritatis. Abyssus sicut vestimẽtum amictus ipsius, super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabũt. Ascendunt montes & descendunt cãpi, in locum quem fundasti eis. Terminũ posuisti eis quem non transgredientur, neque reuertentur tegere terram. Qui emittis fontes in conuallibus inter medium mõtiũm pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri, susc̃ipient onagri in sitim suam. Super illos uolatilia cœli inhabitabunt, de medio petrarum dabunt uocem suam. Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominũ. Vt educas panẽ de terra, & uinũ lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciẽ in oleo, & panis cor hominis confirmet, Satiabuntur omnia ligna campi, & cedri Libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt. Fulicæ domus dux est G eorũ.) Animaduertitis extentum cœlum, vultis intellectu ascendere, & ego video quantũ altum sit. Puto, q̄ mecũ considerets charitas vestra. Nã ideo multos versus vo lui pronunciare, vt videatis quam alta sint posita sacra dei, ne fastidiamus oblata, ne prompta ꝓpea vilescant, vt semper quæsita etsi cum difficultate, cum maiori iocunditate inueniantur. Inter cætera tñ fratres, quæ possunt accipi ad literam: nunquid & hoc quod dictum est, Illic passeres nidificabunt, fulicæ domus dux est eorũ? Nunqd domus fulicæ dux est passerũ? Aut domus fulicæ, dux est cedrorũ? Et hoc.n. ibi est, Et cedri Libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt, fulicæ domus dux est eorum. Et quidẽ latina loentione, eorũ cedrorum non possumus intelligere, cedri.n. fœminini generis est. Fulicæ itaque domus, cuius est dux passerum? Hoc.n. in ista creatura, q̄ oculis nostris adiacet, intelligi nullo pacto potest. Fulicas.n. aues esse marinas vel stagnenses nouimus. Domus fulicæ, sit nidus fulicæ. Cuius ergo domus fulicæ dux est passerum? Quare quædã in visibilibus quæ si absurda miscet spũs sanctus, nisi vt ex eo H quod non possumus accipere ad literam, cogat nos ista spiritaliter quærere? Ergo si ad cœlum intellectu, vt dixi, ad extentã pel iẽ vultis ascendere, & nubes fecit ascensionem eius: nubes ista q̄ vobis loquitur, inualida est hodie ad omnia ista exponẽda. Dãte veniã, & si non vestræ, meæ certe infirmitati. Auiditatẽ quidem vestram tantãm video, vt sem ꝑ parati sitis audire. Sed duræ res sunt, quarum ratio non contemnenda est: nam & infirmitas corporis nostri considerãda est, & ipsarum rerum quæ exponuntur memoria: interim quæ audistis cogitate. Quid dixi? Quæ manducastis rumigate. Sic.n. eritis munda animalia, & aptæ epulis dei. Fructum aũt vestrum in operibus vestris aduertite. Valde.n. male digerit is qui bene audit, & non bene operat, quia dñs deus noster non deesset pascere. Notũ est omnibus, quia de pane quem accipimus & quem erogamus, reddituri sumus rationẽ. Optime nouit charitas vestra, nõ.n. tacet nobis pagina diuina, aut adulat nobis deus. De isto loco q̄ liberi simus ad uos, potestis aduertere: & si forte ego minus liber sum, vel oẽs qui in hoc loco uobis loquuntur si minus liberi sumus, certe ipse sermo dei neminem timet. Nos aũt siue timeamus, siue liberi simus, eũ cogimur annunciare q̄ neminẽ timet: hoc vobis non homines: sed deus pstitit, vt & ptimidos liberum audiatis. Excusationẽ in iudicio dei nõ habebitis, nisi vos in bonis opibus exercueritis, & eorum q̄ auditis tãquã pluuiæ fructũ congruum dederitis. Fructus congruus opera bona: fructus bonus syncera dilectio, nõ solũ fratris, sed & inimici. Supplicem nullum spernas, & cui dare non potes quod petierit, nõ eũ spernas. Si potes dare, da: si nõ potes, affabilem te psta. Conor deus intus bonitatem, vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo. Charitas non de saccello erogat, q̄a quic quid dicimus & q̄cquid diximus, & quicquid dicere potuerims, vel nos, vel post nos, vel q̄ ante nos, finẽ non hũt nisi charitatem, quia finis præcepti charitas est de corde puro & conscientia bona, & fide nõ ficta. Interrogate q̃n rogatis deum corda vestra, videte quo transmittatis uersum
6. iliam, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non eris orans, nisi ista dicas: si alia dicas, non te exaudit ille quia non ipsam sibi dictauit iurisperitus quem misit.
K Necesse est ergo, vt quando verba nostra dicimus in oratione, secundum ipsam dicamus: & quando ipsa verba dicimus, bene intelligamus quod dicimus, quia manifestam illam deus esse uoluit. Si ergo nõ oraueritis, spem nõ habebitis: si aliter q̄ magr docuit oraueritis, non exaudiemini: aut si in oratione mẽtiti fueritis, impetrabitis. Ergo & orandum & verũ dicendum est: & sic dimitti orandũ est, quomodo ille docuit. Velis nolis quotidie dicturus es, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vis secure dicere, fac quod dicis.

Concio secunda, de eadem parte Psalmi.

SCio quia debitores nos tenetis, nõ negatiuitate, sed qđ est vehemẽtius charitate. Debemus ãt hoc primo dño deo nõ, q̄ habitans in vobis & exigit ista de nobis: deinde dño & patri ꝑsenti, & iubenti & oranti pro me: deinde vestræ violentiæ, q̄a extorquetis ẽt infirmis viribus nostris, Tamen quantum dñs donat, q̄ & ipsas vires vobis orantibus donare dignetur, qñ psalmi huius primas partes die iã nuper ꝓcedẽte tractauimus, ẽt sequentia susci L.
pienda sunt, & illo adiuuante in cuius nomine cœpimus terminanda sunt. Cõmendaueramus aũt charitati vr̃æ qui affuistis, totũ istum psalmum figuratis mysterijs esse contextum. Vñ quod difficilius quæri tur, solet dulcius inueniri. Nec putetis ista uobis obscuritate subtracta, sed difficultate condita & credita: ad hoc quod sæpe iam diximus, ut detur petẽtibus, inueniatur a quẽrẽtibus, intretur a pulsantibus. Sed opus est nobis aliquanto maiore & silentio vestro, & patientia vestra, vt pauca quæ dicturi sumus, non per strepitum tps amplius occupent. Pauca.n. nos dicere tpis cogit angustia, quod nouit & charitas usa debere nos exeq̄js fidelis corporis solenne obsequiũ. Et ẽt q̄ dicta sunt repetere, & rursus exponere non cogamur: sed si defuerint aliqui qui non audierunt qui vtinam nõ deesset: ꝑdest aũt illis fortasse q̄ non audiũt mõ qđ audierunt qui affuerunt, vt & ipsi discant adesse. Legamus ergo cursim, Benedic anima mea dñm.) Omnium nr̃m anima dicat una facta in Christo. Dñe deus meus magnificatus es nimis.) Vñ magnificatus es nimis? Confessionẽ & decorẽ induisti.) Cõfitemini vt decoremini, ut induat uos. Circumamictus lu- M
cẽ sicut uestimentum.) Circũamictus Ecclesiam suam, quia ipsa facta est lux in illo, q̄ prius erat tenebrę in se, dicente Apostolo, Fuistis aliq̄ tenebsæ, nunc aũt lux in dño. Extendens cœlũ sicut pellẽ.) Vel tam Ephe.5.
facile q̄ tu pellẽ, si tã facile sit tanquã ad literã accipias, uel ut authoritatẽ scripturarum intelligamus distentam per totũ mundũ nomine pellis, quia mortalitas in pelle significat. Dispensata est aũt nobis omnis authoritas scripturarũ diuinarum per homines mortales, quorũ iam mortuorũ fama distenditur. Qui protegit in aquis superiora eius.) Cuius superiora? Cœli. Quid est cœlum? Figurate duntaxat diximus scripturã diuinã. Quæ superiore scripturæ diuinæ? Præceptum, quo nihil est eminentius, charitatis. Quare aũt aquis 1.Co.13.
compa-

comparata est charitas? Quia charitas dei diffusa est in cordibus nris p spūsanctum, q datus est nobis. Vñ aqua ipse spūs? Quia stabat Iesus & clamabat, Si q̄s sitit, veniat ad me & bibat: Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de vētre eius. Vñ ꝓbamus, qa de spū dictū est? Dicat ipse euāgelista qd sequit, & ait, Hoc autem dicebat
A de spū quē accepturi erāt credentes in eū. Qui ambulat super pēnas ventorū.) Id est super virtutes animorū. Quæ est virtus animæ? Ipsa charitas. Quo aūt ille super il lam ambulat? Quia maior est charitas dei in nos, q̄ nra in deum. Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos ignem flagrantem.) Id est, eos qui iā spūs sunt, qui spiritales non carnales sunt, facit angelos suos mittendo vt prædicent eius Euangelium. Et ministros suos ignem flagrantem. Nisi enim ardeat minister ꝑdicans, non accendit eum cui ꝑdicat. Fundauit terrā super firmamentum eius.) Firmauit Ecclesiam super firmamētum Ecclesię. Quid est firmamentum Ecclesiæ, nisi fundamentum
1.Co.3. Ecclesiæ? Quis est fundamētum Ecclesiæ, nisi de quo dicit Apostolus, Fundamentū aliud nemo pōt pōnere prēter q̄ quod positum est, quod est Christus Iesus? Et ideo tali fundamento suffulta, quid meruit audire? Non inclinabitur in seculum seculi.) Firmauit terram super firmamētum eius, .i. firmauit Ecclesiam super firmamentū
B Christum. Nutabit Ecclesia, si nutauerit
Ioan. 1. fundamentū. Sed vnde nutabit Christus, qui antequam veniret ad nos & carnem susciperet, omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: qui omnia continet maiestate, & nos in bonitate? Non nutante Christo, non inclinabitur in seculum seculi. Vbi sunt qui dicunt perisse de mundo Ecclesiam, quando nec inclinari potest? Sed unde cēpit dominus afferere istam Ecclesiā, reuelare, incipere, ostēdere, diffundere? Vñ cœpit hoc? Quid erat primo? Quia firmauit terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus ipsius.)
Cuius? Nunquid forte dei? Sed iam de amictu eius dixerat, Circumamictus lucē sicut vestimentum. Audio deum luce vestitum, & lux ipsa si voluimus nos sumus. Quid est, si volumus? Si iam tenebræ non sumus. Ergo si deus luce vestitus est, cuius rursus vestimentum est abyssus? Abyssus enim dicitur immensa aquarum co-
pie. Omnis aqua, omnis humida natura atque substantia circunquaque diffusa per
C maria & flumina & antra occulta, simul uno nomine abyssus vocatur: ergo terram intelligimus, de qua dixit, Firmauit terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi: de illo dictum credo, Abyssus sicut vestimentum amictus ipsius. Terræ enim quasi vestimentum est aqua circundans eam & contegens eā. Sed aliquando in diluuio ita creuit hæc vestis terræ, vt omnia omnino cooperierit, & trā scenderet altissimos montes, sicut scripturæ testāt, cubitis ferme quindecim. Fortassē ipsum tempus significauit iste Psalmus cum diceret, Abyssus sicut vestimentum amictus ipsius. Super montes stabunt aq̄.) Id est, vestimentum terræ, quod est abyssus, ita creuit, vt etiam super montes aquæ
Thalem. starent. Legimus hoc, vt dixi, factum in diluuio. Inde loquebatur nobis propheta, narrabat nobis præterita, an prænunciabat futura? Sed si narraret præterita, nō nobis diceret, Super montes stabunt aquæ: sed, super montes steterunt aquæ. Præterum enim tempus pro futuro solere poni in scripturis, ita prævidente spiritu q̄ ventura sunt, quasi iam facta sint solemus legere. Inde est qd illud in alio Psalmo nostrum oēs, vbi tanquam euangelistā recitatur, Foderunt manus meas & pedes meos, Psa. 21. dinumerauerunt omnia ossa mea: super vestimentum meum miserunt sortem: omnia quasi iam facta commemorantur, quæ vtique adhuc ventura cernebantur. Sed D quantum potest nostra intelligentia? quantum autem potest tanta occupatio? aut qñ sic posimus pro certo dicere, ita est? Animaduertimus sæpe prophetas præterito tempore uerborum dicere, quæ ventura sunt, in figura autem futuri dicere præterita, non facile occurrit legenti. Non audeo dicere non est, sed certe studiosis earum literarum indixerim quid quærant. Si inuenerint, & ad nos attulerint, gratulabimur adolescentium studijs ocioſorum occupati senes, & ex eorū ministerio & nos aliqd discimus. Non enim dedignabimur quando Christus de omnibus docet: hoc ergo dicit, Sup mōtes stabūt aquæ. Propheta cū rās futura ꝑdicere, nō narrare ꝑterita propterea dixit, qa Ecclesiā futurā in diluuio ꝑsecutionū uolebat intelligi. Fuit enim aliquando,

aliquando, quo terrā dei Ecclesiā dei cooperuerūt aquæ ꝑsequentium, & ita cooperuerunt vt non apparerent nec ipsi magni q̄ sunt montes. Qñ. n. ubiq. fugiebāt, quo nō minus apparebant? Et fortasse de illis aquis est uox illa, Saluū me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq. ad animā meā. Maximæ aquæ q̄ mare faciunt, ꝓcellosæ, infructuosæ. Non. n. quandunq. terrā cooperuerit aqua marina, fœcundabit eam potius q̄ ad sterilitatem perducet. Erant. n. montes sub aquis, qa super mōtes stabunt aquæ: populi resistentes superauerunt authoritatē omnium vbique fortiter euangelizantiū verbum dei cooperuerāt eos aq̄, & super illos stabant aquæ: & dicebāt, Premo, ꝓpreme, & premebāt: extingue & non appareāt. Dicebant ista, & ꝓpriebāt sup martyres, & fugiebant ubiq. Christiani, & fuga quadā occultabant Apostoli. Vnde fuga occultabant apostoli? Quia super mōtes stabant aquę. Erat potestas aquarū magna. Sed quādiu? audi qd sequitur, Ab increpatione tua fugient.) Et hoc factum est ꝓ, ab increpatione dei fugerūt aquę: hoc est, a ꝓcssura montiū recesserunt. Iam mō tes ipsi extant. Petrus & Paulus quomodo eminent? Qui ante à ꝓsecutoribus premebantur, nunc ab imperatoribus veneranť. Fugerunt. n. aquæ ab increpatione dei, qa cor regum in manu dei, deflexit quo voluit, iussit ꝑ eos pacē dari Christianis, emicuit & eminuit authoritas apostolica. Nūquid quando supra erant aquę, montium ꝓ defecerat magnitudo? Sed tū frēs mei vt omnes, viderent eminentiam montium, ꝓ quos mōtes salus esset generi humano, qa leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi: Ab increpatione dei fugerunt aquæ. A voce tonitrui tui formidabunt.) Iam quis non terreatur à voce dei per Apostolos, voce dei per scripturas, per nubes eius? Conquieuit mare, formidauerūt aquæ, nudati sunt montes, iussit impetrator. Sed q̄d iussisset, nisi deus tonuisset? Quia voluit deus, illi iusserunt & factum est. Ergo nullus sibi hominum arroget aliquid, formidauerunt aquæ, sed à voce tonitrui tui: Nā ecce cū voluit deus fugerunt aquæ, ne premerēt mōtes antequā id fiederet, & sub aquis firmi erant montes. Ascendunt montes & descendunt campi, in loquem quem fundasti eis.) Adhuc de aquis loquitur. Non hic montes accipiamus qua-

si terrenos, neque campos quasi terrenos, sed fluctus tam magnos, vt montibus comparentur: Fluctuauit aliquando mare, & fluctus eius tāquā mōtes fuerunt, qui montes illos Apostolos operirēt. Sed quandiu ascendūt mōtes & descendūt campi? Sæuierunt & placati sunt. Cum sæuiebant, montes erāt; cū placati sunt, cāpi facti sunt: fundauit. n. eis locū. Est quidam meatus, quasi profundus locus, quo recepta sunt quodā-
G mō omnia sęuiētia corda mortaliū. Quàm multi mō, & falsi, & amari sunt, & tñ q̄eti? Quàm multi sūt q̄ dulcescere nolūt? Qui sunt q̄ dulcescere nolūt? Qui in Christū adhuc credere nolunt. Et quanuis multi sunt qui nondum crediderunt, quid faciūt Ecclesię? Montes erant aliquando, modo campi sunt: tamen fratres mei & malitia mare est. Quare enim non sæuiunt modo quare non insaniunt? quare non dant operam? Siquidem si non possunt euertere terram nostram, certe contegere possunt.
Quare non? audi, Terminum posuisti eis quem non transgredientur, neq. reuertentur tegere.) Quid ergo quia iam fluctus amarissimi modum acceperunt, vt liceat nobis talia etiam libere prædicare? quia terminum acceperunt debitum, quia transgredi non possunt impositum finem, neque reuertentur tegere terram. Quid sit in ipsa terra, quæ operationes ibi sunt, quæ iam mare nudauit? Et si adhuc eius oram tenuet fluctus perstrepunt, & si adhuc murmurant pagani, sonitum littorum audio, diluuium non perhorresco. Quid ergo? Quid sit in terra? Qui emittit fontes in conuallibus. Emittit, inquit, fontes in conuallibus. Con-
H ualles nostis quid sint, depressa loca terrarum. Nam collibus & montibus contraria figura opponuntur valles vel conuallēs: Colles & montes, tumores terrarum sunt: valles autem vel conualles, humilitates terrarū. Noli contemnere humilitates, inde fluunt fontes, emittit fontes in
1.Co.15 conuallibus. Audi montē, dicit Apostolus plus illis omnibus laboraui. Magnitudo q̄dam cōmendatur, statim tamen vt profluant aquæ, conuallem se fecit. Non ergo autem, sed gratia dei mecū. Non repugnat ut qui sunt montes sint & conualles. Sicut enim montes dicuntur ꝓp spiritalē magnitudinem, ita & conualles ꝓp sui spiritus humilitatē. Non ego, inquit, sed gratia dei mecum.

mecum. Ergo conuallis est, & gratia dei fons est. Qui emittit fontes in cõuallibus: de spiritu dicebatur quod modo commemoraui, Si quis sitit veniat & bibat, q̃ credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de vẽtre eius: hoc autẽ dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum erant credituri. Videamus si conualles sunt, vt emittant̃ fontes in cõuallibus: audi Prophetam, Super quẽ requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementẽ verba mea? Quid est, super quẽ requiescit spiritus meus? Super humilẽ & quietũ. Quis habebit fontẽ meum? Conuallis. Inter mediũ montium pertransibunt aquæ.) Hucusque a lectore pronũciatus est Psalmus, hucusque charitati vestræ sufficiat. Hoc dicemus, & in nomine dei sermonẽ terminabimus. Quid est, inter mediũ montiũ ptransibunt aquæ? Audiuimus quid sunt montes, magni p̃dicatores verbi, sublimes angeli dei, q̃uis adhuc in carne mortali, excelsi nõ sua virtute, sed illius gratia. Quantum aũt ad ipsos attinet, conualles sunt, humiliter emittũt fontes: Et inter mediũ montiũ, inquit, ptrãsibunt aquæ. Putemus hoc ita dictũ, inter apostolorum medium pertransibũt p̃dicatores verbi veritatis. Quid est, inter mediũ montium ptransibunt aquæ? Quid est, inter mediũ apostolorũ? Quod medium dicitur, commune est. Res communis, vnde omnes æqualiter viuũt, media est, nec attinet ad te, nec ad me. Propterea loquimur & sic de aliquibus hominibus: habent inter se pacem, habent inter se fidem, habent inter se charitatem, sic certe dicimus. Quid est, inter se? In medio sui. Quid est, in medio sui? Commune est illis. Audi aquas inter mediũ montiũ, Quia cõmunis illis fides erat, nec quisque aquas quasi ꝓprias & suas habebat. Si i.n. nõ sunt in medio, quasi priuatæ sunt, non publice fluũt: & ego habeo meam, & ille habet suã, non est in medio q̃ & ego & ipse habeat, sed & talis non est pacifica prædicatio. At vero vt inter mediũ montiũ fluant aquæ: audi vocẽ montis, Deus, inquit, pacis det vobis idipsum sapere in inuicem: & iterũ, Vt idipsum sapiatis omnes, & non sint in vobis schismata. Q̃d sentio sentis, in medio fluit aqua, non habeo quasi priuatum meum, nec tu priuatum tuum, Veritas nec mea sit ꝓpria, nec tua, vt & tua sit & mea, inter mediũ montiũ pertransibunt aquæ.

Iosue. 7.

Esa. 66.

I

K

Rom. 15 1. Co. 1.

Audi ipsum montem, vt dixi, quia inter medium montium pertransibunt aquæ. Sive autẽ ego, sive illi, sic prædicamus, & sic credidistis. Securus dixit, sive ego sive illi sic prædicamus, & sic credidistis: Inter medium enim montium fluebant aquæ. Nulla.n. de aquis discordia montium, sed pax cõsensionis, & societas charitatis. Si quis autẽ vellet aliud p̃dicare, iam de suo prædicaret, nõ de medio. Et audi quid de illo dicatur ab ipso qui emisit fontes in conuallibus, Qui loquitur mendacium, de suo loquitur: itaque ne acciperetur aliquis L mons nõ de medio, sed de medio manans, ait Apostolus, Quisquis vobis euangelizauerit præter q̃ quod accepistis, anathema sit. Et vide quemadmodũ noluerit de mõte ꝓsumi, ne forte mons discedat ab aquis per mediũ currentibus, & aliquid proprii velit influere, Licet si nos: & quantus mõs dixit hoc, q̃ vberrimæ aquæ fluebant de cõualle eius, tamen hoc volebat vt medius iu mõtes curreret, & ibi esset fides recta populorũ, quod inter se medium atque cõmune apostoli retinebant: licet si nos, inquit: Et in Paule potes aliquid aliter prædicare: De Paulo quæstio: audi quid sequitur, Licet si nos aut angelus de cœlo annũciauerit vobis præter q̃ quod accepistis, anathema sit: Si veniat mons aliud euãgelizans, anathematizetur: si veniat angelus aliud euangelizans, anathematizetur. Vnde hoc? Quia de priuato vult fluere, non de medio. Et hoc forte homo carnali nebula præpeditus, & a fonte communi ad proprium suã falsitatem redactus posit hoc facere, nunq̃d & angelus? Vere nunquã & angelus. Si angelus de ꝓprio fluens in paradiso nõ esset auditus, non ꝓcipitaremur in mortẽ. Media aqua posita erat hominibus ꝓceptum dei: aqua media, aquam quo dãmodo publica sine fraude valebat, quod diximus charitati vestræ, sine labe, sine cẽno fluebat, si ipsa aqua semper viueretur. Venit angelus lapsus de cœlo, factus serpens, qa insidiose iam venena spargere cupiebat: emisit venenũ de proprio, locutus est de suo: quia qui loquit mendacium, de suo loquitur: & miseri audiẽdo dimiserũt q̃ commune erat, vnde beati erant, & ad suũ proprium redacti, eum volunt peruertere, & eritis sicut dij, appetentes quod non erant, quod acceperant amiserunt. Ergo fratres

Gala. 1

Gen. 3.

M

Ibidem.

Iosue. 8

Gen. 3.

fratres ad hoc ualeat quod diximus charitati uestræ, ꝓpp fontes, vt fluãt de vobis, cõualles estote, & cum omnibus conferte quod de deo habetis. Inter medium fluant aquæ, nulli inuideatis, bibite, saturamini, manate, saturate. Vbiq. cõis aqua dei habeat gloriam, non hominum priuata mendacia.

Cõcio tertia, de secũda pte eiusdẽ Psalmi.

RElIquarum partium psalmi huius pertractãdarũ debitores nos cẽ meminit charitas vra. Nõ ergo opus est vt intentionẽ vram aliquo ꝓmio moueam. Video. n. uos ad intelligenda sacra ꝓphetica oi alacritate suspẽsos: nec opus est vt in tẽtos faciat sermo meus, quos iã fecit spiritus dei. Hoc potius agamus quod urget. De fontibus emissis in conuallibus, & de aquis inter medium mõtiũ ptrãseuntibus hinc deinceps ordiamur: seq̃t.n. Potabũt oẽe bestiæ syluę.) Quid potabunt? Aquas ptrãseuntes inter medium mõtiũ. Quid potabunt? Fontes emissos in conuallibus. Et q̃ potabunt? Bestię syluæ. Videmus q̃dem hoc etiã in ista creatura bestias syluę bibere de fontibus, & de riuis inter mõtes currentibus. Sed iã qm̃ deo placuit talibus, auferre studiosis, sed claudere negligentibus, aperire pulsantibus: Placuit etiã ipsi dño deo nostro ad hoc hortari uos p nos, vt in his oibus q̃ uelut de corpprali & de visibili creatura dñr, q̃ramus aliq̃d spiritaliter absc̃ditum, quo inuẽto gaudeamus. Bestias syluæ, gentes intelligimus: & multissima duo maxima occurrunt documenta, q̃ in arca Noe, qua nemo nostrum dubitat Ecclesiam esse ꝓfiguratã, non includerentur oia genera aialium, nisi in illa vnitate compaginis omnes gentes significarentur: nisi forte putamus, si oia talia peritus diluuio delerentur, defuturam fuisse deo ptãtem iubendi ut terra ea produceret, sicut primo verbo eius produxerat. Non ergo frustra, non temere, non aliqua indigentia dei vel inopia potestatis iussa sunt animalia illa in arca includi. Nam posteaquã venit tempus: iam. n. debemus & alterum euidentissimum adiungere testimonium: eum ergo venit ꝑs vt illud, quod in arca erat præfiguratum, iam in Ecclesia cõpleretur: Petrus apostolus dubitans dare sacrm euãgelicum gentibus in circuncisis, imo non dubitans, sed oino dãdum esse non putãs, quodam die esuriens cum prandere vellet ascendit vt oraret. Hoc in actibus apostolorum oibus bene legentib, & bene audientibus notum est. Illo igit orante facta est, illi mentis alienatio, quem Græci ecstasin dñt. i. auersa est mens eius a consuetudine corporali ad visum quendã contemplãdum alie iata a ꝓsentibus. Tunc vidit vas quoddam veluti linteum quatuor lineis submitti de cœlo, ubi erant aialia, ois generis bestię, & sonuit ei vox: Petre macta & manduca. Illc autem qui in lege erat eruditus, & in consuetudine Iudaica creuerat, preceptumq̃. per Moysen dei famulũ retinebat, totãq̃. uitã suã fideliter custodierat: Rñdit, Absit a me dñe, nunquã cõe aliquid intrauit in os meum. Commune autem immundum dicit a Iudæis & a lege bene nouerunt, qui ecclesiasticas literas didicerunt: & mox ad illum, Quæ deus mũdauit, tu immunda ne dixeris. Hoc autem factum est ter, & ablatus est ille discus, qui demonstrabatur ter de cœlo submissus. Discus qui quatuor lineis cõtinebatur, orbis terrarum erat in quatuor partibus. Has quatuor partes sæpe scriptura commemorat, Orientem & Occidentem, Aquilonem & Meridiem. Ideo quia totus orbis terrarum per Euangelium vocabatur, quatuor Euangelia cõscripta sunt. Ter autem submissum uas de cœlo hoc significat quia dictum est apostolis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Inde colligitur sicut iam nostis duodenarius etiam numerus discipulorum. Non enim frustra duodecim dominus habere uoluit. Et ita numerus ille sacratus est, ut in locum vnius qui ceciderat, non posset nisi alter ordinari. Quare duodecim apostoli? Quia. n. quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Euangelio uocabatur, vnde quatuor Euangelia conscripta sunt, & totus orbis in nomine trinitatis vocatur, ut congregetur Ecclesia: quatuor ter ducta, duodecim fiunt. Ergo non miremur si de illis aquis inter mediũ montium ptrãseuntibus, in illa doctrina apostolica fluẽte in medio pp cõcordiã cõionis, omnes bestię syluæ bibunt. Oẽs. n. erãt in arca, oẽs in

C

Act. 10

D

Mat. 28

Gene. 27

discò, oēs mactat & manducat Petrus, qa
Act.10 Petrus petra, petra Ecclesia. Quid est.n.ma
ctare & manducare? Occidere in eis qđ e-
rant, & in sua uiscera assumere. Dissuasisti
pagano sacrilegia, occidisti quod erat: dato
sacro Christi incorporasti Ecclesiæ, mádu
casti. Ipsæ ergo bestiæ putant istas aquas
p transeuntes, tñ non manētes, sed p trāseū
tes. Omnis.n.doctrina q̄ toto isto tpe dis-
1.Co.13 pensatur, transit: inde dicit Apostolus, Et
scientia destruetur, & prophetia euacuabi-
tur. Quare ista euacuabuntur? Ex parte.n.
scimus, & ex parte propheramus: Cū autē
uenerit quod perfectū est, qđ ex parte est
euacuabit: nisi forte putat charitas vestra,
qa in illa ciuitate, cui dr, Collauda Hieru-
Ps.147 salē dñm, lauda deum tuum. Sion, quoniá
E confortauit uectes portarum tuarum: iam
confirmatis uectibus & clausa ciuitate, in-
de vt iam pridē diximus nemo exit amí-
cus, & quo nemo intrat inimicus, Quis co
dex ibi non legendus est, aut tractādus ser-
mo quemadmodum vobis modo tractaī?
Ideo modo tractatur, ut ibi teneatur. Ideo
modo per syllabas diuiditur, vt ibi totus at
que integer contempletur. Non tibi deerit
verbum dei, sed tamen non per literas, nō
per sonos, non per codices, nō per lectorē,
Ioan. 1. nō per tractorem. Quo ergo? Sicut in prin
cipio erat uerbum, & uerbum apud deum,
& deus erat uerbum. Non.n.sic ad nos ue
nit, vt inde discederet, quia in hoc mundo
erat, & mundus per eū factus est. Tale uer
bū contemplaturi sumus, Apparebit.n.de-
Psal.83. us deorum in Sion. Sed hoc qñ? Post pere
grinationem finita uia, si tamen post finitā
uiam non iudici trademur, vt iudex mittat
Matt.5. in carcerem. Sed si finita uia, sicut spera-
mus, & optamus, & studemus, ad patriam
uenerimus, ibi contemplabimur quod sem
per laudabimus: nec illud deficiet quod no
bis præsto est, nec nos qui fruemur: nec fa-
stidiet qui manducabit, nec deficiet qđ mā
ducabitur. Magna illa & mira contempla-
F tio erit. Et quis de illa digne dicet isto tem
pore, cum inter montes fluunt aquæ? Inte-
rim ergo fluent aque inter montes & per-
transeant: cum pertransieunt aquæ, bibitur
in peregrinatione, ne siti in uia deficiamus
Potabunt omnes bestiæ syluæ. Inde uenī-
stis, de sylua collecti estis. Et qualis syl-
ua? Nullus hominum ibi pertransibat, quia
nullus propheta illuc missus erat. Sed ad ar
cam construendam concisa sunt ligna de
syluis, inde ligna, inde bestiæ, inde venistis
ergo bibite. Potabunt oēs bestiæ syluæ: Su
scipiēt onagri in sitim suam.) Onagros ma
gnas quasdā bestias dicit: Quis.n.nesciat
onagros dici agrestes asinos? Magnos ergo
quosdam dicit idomitos. Nullū.n.habebāt
gentes iugū legis: uiuebāt multæ gētes mo
ribus suis, supba iactātia uagātes tanq̄ in
deserto. Et oēs qdē bestiæ istę ita, sed ona-
gri positi sunt ad significationem magnitu
dinis. Potabunt & ipsi in sitim suā: Fluūt.n.
& illæ aquæ, inde bibit lepus, inde onager:
Lepus paruus, & onager magnus: lepus ti-
midus, & onager ferus: uterq. ide bibit, sed
q̄sq. in sitim suā. Nō dicit aqua, lepori suf
ficio, & repellit onagrum: neq. hoc dicit o-
nager, accedat lepus, si accesserit rapietur,
tā fideliter & tēperare fluit ut sic onagrū
satiet, ne leporem terreat. Sonat strepitus
vocis Tullianę, Cicero legitur, aliqs liber
est, dialogus eius est, siue ipsius, siue Plato
nis, seu cuiuscunq. taliū: audiunt imperiti,
infirmi minoris cordis, quis audet illuc as-
pirare? Strepitus ibi aquæ & forte turbatę,
certe tū tam rapaciter fluentis, vt animal ti- Gen.1.
midum non audeat accedere & bibere. Cui
sonuit, In principio fecit deus cœlū & ter
ram, & non ausus est bibere? Cui sonat psal
mus, & dicat, Multū est ad me? Et ecce mo
do quod sonat psalmus, certe occulta sunt
mysteria, tñ ita sonat, ut & pueros audire
delectet, & imperiti accedant ad bibendū,
& satiati ructent in psallendo. Bibunt er-
go minores bestię & maiores, sed capacius
maiores, quia suscipiunt onagri in sitim
suam. Bibant minores quod dictū est, Viri
diligite uxores uestras, sicut & Christus di
lexit Ecclesiam: Mulieres uiris suis subdi- Ephes.5.
tæ sint. Bibant minores: dictum est autem Matth.
domino, Licet dimittere uxorem ex omni
causa? Prohibuit dominus, & dixit non li-
cere: Non scitis, inquit, quia deus ab initio
masculum & fœminam fecit? Quos deus
coniunxit, homo non separet: deinde addi-
dit, Qui dimiserit uxorem suam excepta
causa fornicationis, facit eam mechari: &
si aliam duxerit, mechatur. Confirmatur
compedem, hoc expedit colligato, prius a-
geret ne ligaretur. Alligatus es uxori, ne
quæsieris solutionem: solutus es ab uxore,
ne quæsieris uxorem. Si nondum es ona-
ger, & solutus ab uxore, habes ibi quod &
lepus bibas: & si acceperis uxorem, non pec
casti. Discipuli autem cum audirent dictū
adomi-

a domino nō licere ullo modo præter cau
Mat.19 sam fornicationis disiungi cōiugia: Si talis
est, inquiunt, causa cum uxore, non expe-
dit ducere: & dominus, Non omnes capiūt
verbum hoc. Nam uerum dicitis, quia si ta
lis est causa cum vxore, non expedit duce-
re. Sed nunquid soli onagri bibituri sunt?
Non ōmnes capiunt uerbum, hoc multi
non capiunt. Et qui sunt qui capiunt? Sus-
cipient onagri in sitim suam. Quid est, sus
cipient onagri in sitim suā? Qui pōt capere
capiat: deinde sequitur in contextione sua
psalmus, Super illos uolatilia cęli inhabita
būt.) Super quos? Sup onagros, an potius
I super montes? Illinc.n.sensus iste dirigitur
Inter medium montium pertransibunt a-
quæ, potabunt oēs bestiæ syluæ, suscipiēt
onagri in sitim suā, super illos volatilia cę-
li inhabitabunt. Congruentius intelligi-
mus super montes, quia hoc est etiam huic
simile creaturæ. Super montes possunt ha
bitare volatilia, non super onagros. Non
hoc intelligeremus si non necessitas coge
ret. Super montes ergo uolatilia cęli inha
bitābūt. Videmus aues istas habitare super
montes, sed multæ earum habitant in cam
pis, multæ in conuallibus, multæ in nemo
ribus, multæ in hortis, non omnes sup mō
tes. Sunt quędam uolatilia quæ non habi-
tant nisi super montes. Spiritales quasdam
animas significat hoc nom n. Volatilia spi
ritalia corda sunt, quæ aere libero perfruū
tur. Gaudent serenitate cœli aues istæ, sed
tñ pastus carū in montibus, illic inhabita-
bunt. Nostis montes iam tractati sunt. Mō
tes prophetæ, montes apostoli, mōtes oēs
p dicatores veritatis. Quicunq. vult eē spi
ritalis, ibi inhabitet, non in corde suo aber
ret, habitet, perferat uolando. Habemus a-
ues significantes aliquid spiritale: non fru
stra dictum est, Renouabitur iuuentus tua
sicut aquilæ: non frustra dictum est de A-
braham, Aues autem non diuisit. Abrahā
in illo sacrificio satis mystico accepit tria
animalia, arietem trimum, vaccam trimā,
capram trimam, & turturem, & columbā.
Diuisus est aries, & aduersus se inuicē par-
ter constitutæ. Diuisa capra, nihilominus
aduersus se partes constitutę. Diuisa vacca,
sicēt de ipsius carne factum est. & subiecit
scriptura, Aues autem non diuisit. Deinde
dicit, Trimus aries, trima vacca, trima ca
pra: de auium ætate tacetur. Vnde rogo
vos, nisi quia significantur in auibus quidā
spiritales, quorum ætas tēporalis p pea ta-
cet, quia æterna meditantur, & transgredi
untur, desyderio & intellectu oīa tpalia?
Spirituales uiri qui de omnibus iudicant & 1.Co.2.
a nemine iudicantur, itaq. ipsi soli non di
uiduntur in hæreses & schismata. In ariete
intelliguntur præpositi, ducunt.n.greges.
In vacca plebs intelligitur Iudæorum, ha- Gen.15
buit.n.iugum legis sub quo laborabat. In
capra intelligitur Ecclesia de gentibus, in
quibusdam: n.liberis saltibus insultabat &
amaro pascebatur oleastro. Trima sunt di
cta animalia, quia tertio tpe gratia reuela-
ta est. Nam primum fuit ante legem, sed m
ex quo lex data est, tertium quod nūc est,
ex quo regnum cœlorum p dicatur. Quid Matt.4.
ergo dicimus, q̄ aries non diuidatur? Nō L
ne epi fuerunt authores schismatum & hæ
resum? Porrò autem si plebs ipsa non diui
deretur. i. si vacca non diuideretur, si capra
nō diuideretur, erubuissent fortasse illi in
diuisionibus suis, & ad compagem remeas
sent. Diuiduntur duces, diuiduntur & ple- Mat.15
bes, vt cæcus cæcum sequatur, & simul in
foueam cadant. Ponuntur aduersus se in-
uicem. Aues autem non diuisit. Spiritales
non habent diuisiones, non cogitant schis
mata. Pax est in eis, custodiūt eā in cæteris
quantū p̄t, ubi in alijs deficiunt, in se te-
nent, Si erit ibi, inquit, filius pacis, requie- Luc.10.
scet super eum pax uestra: si quo minus, ad
vos reuertetur. Non est filius pacis qui di
uidi uoluit, reuertetur ad te pax tua, quia
aues non diuisit. Veniet & caminus, nam
consedit ibi Abraham usq. ad uesperam, &
venit magnus terror diei iudicij. Vespera
autem finis est seculi, & caminus ille ue-
niens dies iudicij: diuisit inter media illa
quę diuisa erant etiam caminus. Si inter Gen.15
media transijt caminus, alia in dexteram, 2.Retr.
alia in sinistram separauit. Sunt ergo qui- cap.43.
dam carnales & tamen Ecclesiæ gremio
continentur, viuentes secundum quendā
modum suum, quibus timemus ne seducā
tur ab hereticis. Quamdiu enim carnales M
sunt diuisibiles sunt. Aues quippe non di-
uisit: carnales diuiduntur, Non potui lo- 1.Co.3
qui uobis quasi spiritalibus, sed quasi car-
nalibus. Et quomodo probatur, quia car
nales diuiduntur? Adiungit, Cum enim
dicit unusquisq. vestrum, Ego sum Pauli,
ego autem Apollo, ergo Cephæ, non-
ne carnales estis, & secundum homi-
nem ambulatis? Rogo vos fratres au-

dite & proficite, excutite uos de loco carnali, pergite in turturem & columbam. Aues.n. non diuisit, sed q̃cunq. talis p̃mãserit, & secundum quẽdã modũ uitæ aptũ carnalibus, & de gremio Ecclesiæ non recesserit, & non fuerit seductus ab hæreticis, ut ex contraria parte diuidatur, ueniet caminus & ad dexterã ponetur, sine camino non poterit. Sed si caminum pati non vult, pergat in turturem & columbã. Qui potest capere capiat. Si autem non sic erit, & ædificauerit super fundamẽtum, ligna, fenum, stipulam. i. amores seculares fundamento fidei suæ superædificauit, tñ si in fundamento sit Christus, ut primum lo cũ ipse habeat in corde, & ei nihil oino anteponatur, portantur tales, tolerantur & tales, ueniet caminus, incẽdet ligna, fenum, stipulam: ipse aũt, inquit, saluus erit, sic tñ quasi per ignẽ. Hoc aget caminus, alios in sinistrã separabit, alios in dexterã quodã mõ eliquabit Aues autẽ non diuisit. Sed aues uideant, si aues tales sunt q̃ super mõtes illos inhabitẽt, non debent sequi altitudinẽ cordis sui, de quibus dr̃. Posuerunt in cẽlum os suum. Ne a ventis tollantur in montibus requiescant. Hẽant.n. authoritatem sanctorum, requiescant in montibus, in Apostolis, in Prophetis: illic inhabitent tales aues: quia in montibus petras inueniunt, firmamenta q̃dã p̃ceptorũ. Sicut.n. vna illa petra Christus verbum dei, sic multa verba dei, multæ petræ, & illæ petræ in montibus, Vide aues ibi habitantes: Sup illos volatilia cœli inhabitabunt. Sed noli putare, quia ista volatilia cœli authoritatem suã sequant: uide quid dicat Psalmus, De medio petrarum dabunt vocem suã.) Mõ si dicã uobis credite, hoc n. dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras, quis vestrum non irridebit me? Ero.n. auis q̃ non de petra emitto uocem meam. Quid mihi vnusquisque uestrum debet dicere? Hoc debet dicere ille qui sic instructus est, Si quis vobis euangelizauerit præter q̃ q̃d accepistis anathema sit. Quid mihi dicis de Platone, & de Ciceronẽ, & de Virgilio? Habes añ te petras mõtium, de medio petrarum mihi da vocem tuam. De medio petrarum dabunt vocem suam. Audiantur quia petræ audiuntur, audiantur quia & in illis multis petris petra auditur, Petra.n. erat Christus. Audiãtur ergo libenter, de medio petrarum dan

Gen.15.
1.Cor.3
li.21. de Ciu.dei. c.21. & 26.
Cõcor.4 sen. dis. 21.ca. in illo.
A
Psal.72.
Galat. 1
B
1.Co.10

tes vocem suam. Nihil suauius tali voce alitum. illæ sonant, & petræ resonant, sonant illi, disputant spiritales. Resonant petræ testimonia, rñdẽt scripturæ. Ecce de volatilia de medio petrarum dant vocẽ suã, habitãt.n. in montibus. Ipsi montes, & illæ petrę inde hñt uocem. Vt.n. rigemur scripturis, confugimus ad Apostolũ Paulum. Ille vnde hẽt? Confugimus ad Esaiã. Esaias vnde? Audi. vnde, Rigãs mõtes de superioribus suis) Mõ si ad nos; uenerit hõ gẽtilis incircuncisus, crediturus Christo, damus ei baptismum, nec reuocamus ad illa opa legis. Et si nos interroget Iudęus quare ita faciamus, sonamus de petra, dicimus, hoc fecit Petrus, hoc fecit Paulus: de medio petrarum damus vocẽ nostrã. Illa autem petra, ipse Petrus mons magnus, qñ orabat & illum visum videbat de superioribus rigabatur. Paulus apostolus dicit gẽtibus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil pderit. Dicit hoc Paulus tãq̃ mons: inde nos dicimus, sonantes de petra, Riget dñs ipsam petrã de superioribus suis. Nã cum ista petra adhuc esset in infidelitate aspera, volens eã rigare de superioribus suis vt flueret aqua in conuallẽ, clamauit, Saule Saule, quid me persequeris? Nõ ei legit Prophetã, non ei legit alterum Apostolũ: Oia.n. ista contemneret mons magnus, rigauit illum de superioribus suis: statim rigatus & manare iam volens, Dñe, ait, q̃d me iubes facere? Accipe illum montẽ vel petram vnde possis dare voem tuam, accipe illum & inde rigari de superioribus, & effluere de inferioribus: audi hoc & invno loco, Siue inquit, mente excesimus, deo: siue temperantes sumus, vobis: q̃d ait, Mente excesimus, vos capere non potestis. Excesimus.n. oia ista carnalia, uos adhuc carnales estis. Deo ergo mente excesimus, quod n. uidemus cũm mente excedimus, effari non possumus. Ibi.n. audiuit ineffabilia verba q̃ non licet homini loqui. Quid ergo, inquiunt, illi carnales, illi lepores? Nos non irrigabimur? Ad nos nihil peruenit? Et quomodo emittet fontes in cõuallibus? Et quomodo in medio montiũ pertransibunt aquæ? Ad hoc ergo pertinet, siue temperantes sumus uobis. Vnde hoc? Quem imitemur? Charitas Christi, inquit, compellit nos. Tu particeps uerbi, & si hodie spiritalis, heri carnalis, ad carnales dedignaris descendere, cum

C
Gal.5.
D
2.Cor.5
2.Co.11
2.Cor.5

1. ipsum verbũ caro factũ sit, vt habitaret in nobis? Bñdicamus ergo deũ, & laudemus eũ qui rigat montes de supioribus suis. Indevenit irrigatio ad terrã, inde & humilia saturabunt: sequitur enim, De fructu operũ tuorũ satiabitur terra.) Quid est, de fructu operũ tuorũ? Nemo glorietur in operibus suis: sed qui gloriatur, in dño glorietur: gra tua satiat̃ cum satiatur, non dicat meritis suis datam gratiam fuisse. Si gra dicitur, gratis dat: si opibus redditur, merces redditur. Gratis ergo accipe, qa impius iustificaris. De fructu operũ tuorum satiabitur terra. Producẽs fenũ iumentis, & herbam seruituti hominũ.) Verũ est video, agnosco creaturã, producit terra fenum iumentis, & herbam seruituti hominũ. Sed video & alia iumenta dei q̃ significantur, cum dicitur, Boui trituranti os non infrenabis: dicit.n. ipsum iumẽtũ. Nunquid de bobus pertinet ad deũ? Propter nos scriptura ergo dicit, Qũo ergo producit terra fenũ iumentis? Quia dñs constituit, ut qui Euã gelium annunciant, de Euangelio uiuant. Misit prędicatores, & ait illis, Omnia quæ ab ipsis apponuntur uobis, manducate: dignus est.n. operarius mercede sua. Cum.n. dixisset, quæ apponuntur uobis manducate: ne illi dicerent, Improbi erimus, ad mẽsas alienas indigebimus: uis nos esse ita frõtosos? Nõ inq̃t, nõ est illa donatio eorum, sed uestra merces. Sed cuius rei merces? Quid dãt? Quid accipiũt? Dant spiritalia, accipiunt carnalia: dãt aurũ, accipiũt fenũ, Omnis.n. caro fœnum, & claritas carnis ut flos fœni, omnia temporalia q̃ tibi super fluunt & redundant fœnum iumentorum sunt. Quare? Quia carnalia sunt. Audi quorum iumentorum sit fenum. Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus? Hoc Apostolus dixit, talis annũciator, tam laboriosus, tam impiger, tam exercitatus, vt ipsum fœnum donaret terrę, Ego, inquit, nullius horum vsus sum. Ostendit sibi deberi, & nõ accepit, nec condemnauit eos qui accepe-runt quod debebatur. Condemnãdi enim erant exigentes indebita, non accipentes mercedem suam, ille tamen & ipsam mercedem suam donauit. Non quia alius tibi donauit non debes alteri, alioquin nõ eris irrigata terra quæ producit fœnum iumẽtis. De fructu operum tuorum, inquit, satiabitur terra, producens fœnum iumentis. Tu noli esse sterilis, produc fœnum iumentis. Si nolunt iumenta fœnum tuum, non te tñ sterilẽ inueniant, Accipis spiritalia, redde carnalia: debita sunt militi, militi reddes, prouincialis Christi es. Quis militat suis stipendijs vnquã? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis gregem, & de lacte eius non percipit? Non iõ dico, ut ista fiant in me. Fuit quidam miles qui etiam prouinciali donaret annonam, sed tñ reddat prouincialis annonam. Vt autẽ hinc dicam, potius quia iumẽta sunt, Boui trituranti os non infrenabis. Producens, inquit, fenum iumentis: & quasi hoc exponens, adiecit, Et herbã seruituti hominum: ne non intelligeres quod dictum est, Producẽs fenum iumentis: repetitione exposuit q̃d præmisit. Quod enim dixit supra fœnum, postea herbã nominauit: q̃d autẽ dixerat iumentis, hoc seruituti hominum dixit, ergo seruituti & non libertati: vbi ergo est, Vos in libertatẽ uocati estis? sed audi eundem ipsum, Cum enim liber sim ex omnibus, omnium seruum me feci, vt plures lucrifacerem. Et quibus dixit, in libertatem vocati estis? & quid adiunxit? Tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicẽ. Quos liberos fecerat, seruos fecit, non conditione seruili, sed tamen Christi redẽptione, non necessitate, sed charitate. Per charitatem, inquit, seruite inuicem. Sed Christo seruimus inuicem ait, non populis carnalibus, non infirmis. Bene Christo seruis, si seruis quibus Chr̃s seruiuit. Nonne de illo dictum est, Bene seruientem plurimis? In Propheta legitur, de nullo nisi de Christo accipi solet. Audiamus tñ proprie & in Euangelio uocẽ eius, Quicunque, inquit, in vobis vult maior esse erit vester seruus. Seruum suum te fecit, qui te suo sanguine liberum fecit. Dicite hoc nobis, qa verum dicitis: audi illum in alio loco, Nos autem seruos vestros per Iesum. Bene diligite seruos vestros, sed in dño vestro. Præstet nobis deus vt bene seruiamus: nã velimus, nolimus, serui sumus, & tñ si volentes sumus, non necessitate, sed charitate seruimus. Quodãmodo.n. quasi superbia seruorum stomachata uidebatur, cũ diceret dñs, Erit vester seruus qui voluerit inter vos maior esse. Iam.n. filij Zebedęi sedes altissimas q̃rebant, vnus volebat sedere ad dexteram, & alter ad sinistram, dicentes per ma-

Vbi supra.
Deu.25
G
Gala. 5.
1.Co.9.
Gala. 5.
Mat.20
2.Co.4.
H
Mat.20

Psal.83 trem quod ipsi cupiebãt. Dominus non illis sedes inuidit, sed conuallé prius plorationis ostẽdit, quasi diceret, Illuc vultis venire vbi sum ego, venire quà ego. Quid est venire quà ego? Per humilitatẽ. Ego descẽdo, sublimitate descẽdi, & humiliatus ascẽdo. Vos in terra inueni, & antè vultus volare quã pasci: prius nutrimini, educamini, ferte nidũ. Quid.n.ait? Qũo illos reuocauit ad humilitatẽ, iam quærẽtes altitudinem?

Mat.20 Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus
Mat.26 sum? Et illi, etiã in hoc superbi possumus. Qũo Petrus tecum vsque ad mortem for
Mat.10 tis vir donec fœmina diceret, Et iste cũ il-
Ioã. 13. lis erat: sic & isti, Possumus, Potestis? Possumus: & ille, Calicẽ quidem meum bibetis, etsi modo non potestis, tamẽ bibetis: qũo ait, Petro, Non potes me modo sequi sequeris aũt postea. Calicem quidem verũ bibetis, sedere autem ad dexterã vel ad sinistram meã, non est meum dare vobis,

I Quid est, nõ est meum dare vobis? Non est meum dare superbis. Modo quibus loquor superbi estis, ideo dixi, Non est meum dare vobis. Sed forte diceret, Erimus humiles. Non ergo eritis vos: ego vobis dixi, Non dixi, nõ dabo humilibus, sed non dabo superbis. Qui aũt ex superbo fit humilis, nõ erit q erat. Ergo ꝓdicatores verbi, & iumenta & serui sunt. Producat terra si irrigata est, fœnũ iumentis, & herbã seruituti hominum. Ipse est.n. fructus vt posit fieri qđ dictum est in Euangelio,

Luc. 16 Vt & ipsi recipiãt vos in tabernacula æterna. Vide de fœno quid facias, vide de re ui li quid emas. Vt recipiant vos, inquit, in tabernacula æterna. Vbi erunt ipsi, illuc

Mat. 10 vos recipiant. Quare hoc? Quia qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & q suscipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet: & qui dederit calicẽ aquæ frigidæ vni ex his minimis, tantũ in nomine discipuli, amẽ dico vobis nõ perdet mercedem istã.

Luc. 16 Quam mercedẽ non perdet? Recipiẽt vos in tabernacula æterna. Quis non festinet?

K Quis nõ alacrius currat? Si terra estis, regamini de fructu operũ dei, ne dicatis, nõ sunt cũ quibus faciamus. Prædicatores nr̃i iumẽta triturãtia, hoies seruiẽtes nõ indigẽt nr̃i. Quære tũ nequis indigeat postremo, & q nõ indiget, inueniat in re qđ velit accipere. Accipit.n. bonã volũtatẽ, cum tu accipias pacẽ. Et si.n. nõ q̃rit datũ, sed requiret fructum, q̃re tũ ne quis indigeat, & noli dicere, Si petierit, dabo. Expectas ergo vt petat. Si pascis bouem dei, qũo trangis vt petat. Si pascis bouem dei, qũo transeuntem mendicum? Illi petenti das, quia scriptum est, Omni petenti te da. De isto Luc. 6. quid scriptũ est? Beatus qui intelligit sup egenum & pauperẽ. Quære cui des, Beatus enim qui intelligit super egenũ & pauperem, qui ꝓoccupat vocem petituri. Si tant. Qũo, inquis, quæro? Esto curiosus, esto prouidus: prospice, attẽde vnde quisque viuat, vnde se transigat, vnde habeat: nõ reprehendetur ista curiositas tua, terra eris producẽs fœnum iumentis, & herbã seruituti hominum. Curiosus esto, & intelige super egenum & pauperem. Alius ad te venit vt petat, aliũ tu præueni ne petat. Luc. 6. Sicut.n. de illo qui te quærit dictum est, Omni petenti te da: sic de illo quem iuberis quærere dictum est, Sudet eleemosyna Eccles. in manu tua, donec inuenias iustum cui eam tradas. Dum.n. dãdum sit, & istis paupertatis petentibus patet. Non.n. ab eis inhibuit deus eleemosynas, cum Christus de ipsis dicat, Q̃ñ facis epulũ, conuoca cæcos, claudos, debiles, non habentes vnde tibi reddant: retribuetur aũt tibi in resurrectione iustorũ, voca & ipsos pasce & ipsos, epulare cũ illi epulantur, delectare cum illi saginãtur: illi.n. pane tuo, tu iustitia dei. Nemo vobis dicat, Præceptum est à Christo, vt seruo dei detur, mẽdico non detur. Absit prorsus, impius ista loquitur, da illi, sed multo magis illi. Ille.n. petit, & in voce petẽtis agnosce cui des. Ille aũt quanto minus petit, tãto magis tibi vigilandum est vt præoccupes petituri, aut forte modo nõ petituri, & aliquando donaturum vel damnaturum. Itaque curiosi estote ad ista fratres mei, & inuenietis multorũ dei seruorũ indigentiã, tãtum vt velitis inuenire. Sed q a delectat vos excusatio q̃ vultis dicere, nesciebamus, propterea nõ inuenitis. Ipse dominus loculos habebat quò mitterent necessaria, & posidebantur nummi propter vsus eorum qui cum illo erant & eius: nõ.n cũ dr̃, Esuriuit Iesus, Euge-laita mentitur. Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo quia pauper factus est cũ dines esset, vt illius paupertate nos ditaremur. Habuit.n. loculos, & dictum est de q busdam fœminis religiosis, quod ambulabant

bant qua ibãt pedes eius euangelizantes, & ministrabãt ei de substãtia sua, Nominãtur illæ mulieres in Euãgelio, vbi erat q̃dam ẽt vxor cuiusdam Chuzæ procuratoris Herodis. Vide q̃ fiebãt, futurus erat Paulus nihil tale aliq̃ quærens, & omnia prouincialibus donãs. Sed quia multi infirmi ista q̃sturi erant, magis infirmorũ personã suscepit Christus, sublimius Paulus: Nunquid & Christo sublimius? Sublimius Christus, quia misericordius. Cum enim videret & Paulum ista non esse q̃siturum, puidit ne damnaret quæsiturũ, & ꝓbuit exemplum infirmo: quomodo cum videret multos pronos & gaudẽtes iturus ad martirium passionis, exultaturos in ipsa passione forte cẽtenarios maturos ad horreũ, quorũdam tamen infirmorũ quos videbat posse cõturbari vẽtura passionis pressura, ne deficerẽt tũ, sed potius volũtatẽ humanam voluntati creatoris cõiungerent, ipsorũ personam voluit suscipere in passione Christus, dicẽs, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: & iterũ, Pater si fieri pot trãseat à me calix iste. Docuit q̃d esset dicturus infirmus, sed secutus ostdit quid facere deberet infirmus. Veruntñ nõ sicut ego volo, sed qũo tu vis pater. Qũo ergo in passione infirmorũ personã sustinuit, in figurata illa in corpore suo, q̃a & illa mẽbra eius: neque.n. frustra dictum est, Implectum meum viderũt oculi mei, & in libro tuo oẽs scribentur: Sic & in loculis habendis, & in exigenda quodammodo annona, nõ petendo sed præbendo indigentiam suscepit. Suscepit enim Zacchæus & gaudet. Cui hoc bonum? Christo an Zacchæo? Vere si nõ suscideret & Zacchæus, non erat vbi maneret mundi fabricator? Aut si nõ pasceret Zacchæus, indigeret is qui de quinque panibus tot milia hominũ saturauit? Cum ergo quilque sanctũ suscipit, non suscepto, sed susceptori ꝓstatur. Nunquid in illa fame nõ pascebatur Helias? Nonne coruus afferebat panẽ & carnes seruo dei, seruiẽte creatura? Missus est tũ pascendus ad viduam, non vt militi, sed vt prouinciali aliquid præstaretur. Ergo quia dicebamus fratres de pascendis pauperibus, cum dñs loculos haberet, tu q̃ dixit Iudæ eum tradituro, Quod facis fac velociter: non intelligentes cæteri quid dixisset, arbitrati sunt eum dixisse, vt aliquid præpararet quod daretur pauperibus. Ille enim loculos habebat, hoc in Euangelio scriptum est. Possent hoc suspicari, nisi hoc haberet in cõsuetudine dñs? De his ergo quæ dabantur & in loculos mittebant, dabatur tũ & illis pauperibus quos deus docuit non contemnẽdos. Sed si illũ non con 1.Co,6.
temnis, quanto magis bouem per quẽ tritu
ratur hęc area? Quãto magis seruũ tuum?
Non indiget cibo, forte uestẽ indiget. Non
indiget uestẽ, forte tecto indiget, forte Ecclesiam fabricat, forte aliquid utile in
domo dei molitur, expectat ut attendas, ex
pectat ut intelligas super egẽtem & pauperem. Tu contra terra dura, lapidea, non ir
rigata, aut fruſtra irrigata seruas tibi dice- Psal.40.
re, Non sciebã, noueram, nemo mihi dixit,
Nemo tibi dixit? Christus non cessat dicere, Prophetæ non cessant dicere. Beatus q
intelligit sup egenum & pauperem. Non
vides arcã inanẽ ꝓpositi tui? Vides certe
vel surgentẽ fabricam, quo intraturus & o- C
raturus es: Nonne admouetur oculis tuis,
nisi forte putatis fratres, quia præpositi ue
stri thesaurizant, & nouimus multos non
thesaurizare, & ad quotidiana egere, de q̃
bus oino nõ credit? Quos & uos inuenire
tis si uelletis, si circunspiceretis, si ad hoc
uigilaretis ut fructum daretis. Dixi quod
potui, quantum potui. Puto autẽ manifes- 1.Co.9.
tos nos esse uobis, sicut ait Apostolus, nõ
ideo nos dicere, ut in nos ista faciatis. Prę
stet hoc deus ut hæc non fruſtra dixerim:
Præstet hoc deus ut terra irrigata sitis non
lapidea, sicut Iudæorum unde tabulas lapi
deas accipere meruerunt: sed terra fructi
fera, terraq. irrigata reddatur agricolæ. Il
lipsi corde lapideo, quod significatum est
lapideis tabulis, decimas dabant. Etiam ge
mite, & nihil huc exeat. Si gemitis parturi
te, si parturitis parite. Quare gemitus ina
nis? Quare gemitus sterilis? Viscera tor
quentur: an non est intus quod ædatur? Ri
gans montes de superioribus suis, de fructu
operũ tuorũ satiabit terra. Beati q faciunt,
beati q ista fructuose audiunt, beati qui nõ
inaniter clamant, de fructu operũ tuorũ sa
tiabitur terra, ꝓducẽs fœnũ iumẽtis, & her
bam seruituti hominũ. Vt quid uocat? Vt
q̃d hoc? Vt educat panẽ de terra.) Quẽ pa- D
nẽ? Chrm. De qua terra? De Petro & Pau
lo, de cęteris disp̃satoribus ueritatis: audi
quia de terra, Habemus, inquit, thesaurum 2.Co.4.
istũ in uasis fictilibus, ut eminentia sit uir
tutis dei. Ipse est panis qui de cœlo descẽ

dit, vt è terra educatur, eũ p̃ seruorũ suo-
Ioan. 6. rum carnẽ p̃dicat. Terra fœnũ ꝓducit, vt
panẽ de terra educat. Quæ terra fœnũ ꝓ-
ducit? Plebes pię, plebes sanctę. Aut de qua
terra panis educit? Verbum dei de Apo-
stolis, de dispẽsatoribus sacra mẽtorũ dei,
adhuc in terra ambulantibus, adhuc cor-
pus terrenum portantibus. Et uinum læti-
ficet cor hominis.) Nemo se ad ebrietatẽ
psal. 22. paret, imo se omnis hõ ad ebrietatẽ paret.
Calix tuus inebrians q̃ p̃clarus est: nolu-
mus dicere, Nemo se inebriet. Inebriamini,
sed videte uũ. Si vos inebriat calix dñi
præclarus, uidebitur ista ebrietas in operi-
bus uestris, videbitur in sancto amore iu-
stitiæ, videbit postremo in alienatione mẽ
tis vrę, sed a terrenis in cœlũ. Vt exhilare
tur facies eius in oleo.) Video q̃ terra quã
tum fructum educat, si producat fœnum
iumentis. Non isti serui vendunt quod
Mat. 10 dant: non.n. venditores Euãgelij sunt gra-
E tis dant, quia gratis acceperunt. Gaudent
phili. 4. bonis operibus uestris, hoc.n. vobis pro-
dest: Non.n. quærunt datũ, sed requirunt
fructũ. Quid est exhilaratio faciei in oleo?
Gratia dei nitor quidã in manifestatione:
1. Co. 11 & sicut dicit Apostolus, Vnicuiq. aũt datꝰ
spũs ad manifestationem. Gratia q̃dam q̃
est hominũ ad homines p̃spicua, ad conci-
liandum sanctum amorem oleum dicit
in nitore diuino: & qm̃ excellentissima in
Christo apparuit, totus orbis eum diligit,
qui cum cõtemptus hic esset, adoratur mõ
ab omni gente, qm̃ ipsius est regnum & ip
se dominabitur gentium. Tanta est. n. eius
gratia, vt multi qui in eũ non credunt lau
psal. 21. dent eum, & propterea dicant nolle se in
eum credere, q̃a nemo potest implere qđ
iubet. Laudando impediuntur, qui in illũ
vituperando sæuiebant. Amatur tñ ab om
nibus, prædicatur ab omnibus, quia excel-
lenter vnctus, iõ Christus. Christus. n. vn-
ctus, à chrismate dictus est Christus. Mes-
sias Hebraice, Græce Christus, Latine vn
ctus, sed corpus suũ totum perungit. Om-
nes ergo venientes accipiunt gratiã vt ex-
hilaretur facies eius in oleo in cœlo. Et pa
nis cor hominis confirmet.) Quid est hoc
F fratres? Quasi cœpit intelligi de quo pane
diceret. Panis enim iste uisibilis stomachũ
confirmat, uentrem cõfirmat. Est alius pa-
nis qui cor confirmat, qui panis est cordis.
Iam enim dixerat de pane superius, ut edu
cat panem de terra, sed non dixerat qualis
panis sit ille. Et uinum lætificat cor homi-
nis. Videtur iam dicere de spiritali uino,
nã id lætificat cor hominis. Sed adhuc pu
tatur de uino isto dici, quo ebrij quasi læto
corde videntur apparere. Vtinam lætẽtur
& non rixentur. Dicis mihi, Quid lætius
ebrio? Imo quid insanius ebrio? Quid ple-
rumque iracundius? Est ergo uinum quod
vere lætificat cor, & nõ nouit aliud nisi læ
tificare cor. Sed ne putes hoc quidem de
spiritali vino debere accipi: de illo pane
autem non ꝓ & ipse spiritalis sit, sed expo
suit & ipsum, & panis, inquit, cor hominis
confirmat. Ergo sic accipe de pane, qũo ac
cipis de uino: intus esuri, intus siti. Beati
enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qa
ipsi saturabuntur. Panis ille iustitia est: ui-
num illud iustitia est, ueritas est, ueritas
Christus est, Ego sum, inquit, panis uiuus
qui de cœlo descẽdi: &, Ego sum uitis, uos
sarmenta: &, Panis cor hominis cõfirmat.
Satiabuntur ligna campi.) Sed de ista gra
tia educta de terra. Ligna campi, plebes po
pulorum. Et cedri libani quas plantauit.)
Cedri libani, potentes in seculo, & ipsi satu
rabũtur. Peruenit panis & uinum & oleũ
Christi ad senatores, ad reges, ad nobiles.
Satiati sunt ligna campi. Prius humiles sa-
tiati sunt, deinde & cedri libani, sed quas
plantauit ipse. Cedri religiosi fideles, tales
enim plantauit: nam & impij sunt cedri li
bani, quia conteret dñs cedros libani. Liba
nus enim mons est. Ibi istę arbores etiam
secundum literam annosissimæ sunt & ex-
cellentissimæ. Libanus autem interpreta-
tur sicut legimus in eis qui ista scripserũt,
candidatio. Libanus dicitur candidatio. Vi
detur autem candidatio esse seculi huius,
modo nitentis & fulgentis in pompis suis.
Sunt ibi cedri libani quas plantauit domi-
nus: ipsæ satiabuntur quas plantauit dñs,
nam arbor, inquit, quam non plantauit pr
meus, eradicabitur. Et cedri libani quas
plantauit. Illic passeres nidificabunt.) Fuli
cæ domus, dux est eorum. Vbi passeres ni-
dificabunt? In cedris libani. Iam audiui-
mus q̃ sint cedri libani, nobiles seculi, ex-
celsi genere, opibus, honoribusq.: & ipsæ
cedri satiant, ille tamen quas plantauit ip
se. In his cedris passeres nidificabũt. Qui
sunt passeres? Aues equidem & uolatilia
cęli sunt passeres, sed minuta uolatilia so-
lent dici passeres. Sunt ergo quidam spiri-
tales nidificãtes in cedris libani. i. sunt qui-

dam serui dei audientes in Euangelio, Di-
Mat. 19 mitte omnia tua, vel uende omnia tua, &
da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœ-
lo, & ueni sequere me. Et non tm̃ hoc au-
dierunt magni, sed audierunt & parui: &
voluerunt hoc facere & parui, & esse spiri-
tales, non iungi vxoribus, nõ macerari cu-
ra filiorum, non habere proprias sedes qui
bus deligarẽtur, sed ire in vitam quandam
cõem. Sed quid dimiserunt isti passeres?
Minuti. n. seculi huius passeres uidentur,
Quid dimiserũt? Quid magnũ dimiserũt?
Alius se conuertit, dimisit cellam patris sui
inopem, vix vnũ lectũ & vnã arcam. Con
uertit se, tũ factus est passer, quæsiuit spiri
talia. Bene, optime. Non illi insultemus, nõ
dicamus, nihil dimisisti. Non superbiat q
multa dimisit. Petrus vt sequeretur domi-
num nouimus ꝓ piscator erat, quid potuit
dimittere? Vel trẽs eius Andreas, uel filij
Zebedæi Ioannes & Iacobus, ẽt ipsi pisca-
tores, & tũ quid dixerũt? Ecce nos dimisi-
mus omnia, & secuti sumus te. Nõ ei dixit
dñs, Oblitus es paupertatem tuam, quid di
misisti ut totum mundum acciperes? Mul
tum dimisit frẽs mei, multũ dimisit. Quid?
Non solum dimisit quicquid habebat, sed
ẽt quicquid habere cupiebat. Quis. n. pau-
per non turgescit in spe seculi huius? Quis
non quotidie cupit augere qđ habet? Ista
cupiditas præcisa est. Ibat in immensum, ac
cepit modum, & nihil dimissum est? Pror-
sus totum mundum dimisit Petrus, & totũ
quidem Petrus accepit. Quasi nihil hũtes
& oĩa possidentes. Faciunt hoc multi: Ista
faciunt qui parum habent, & ueniunt &
fiunt passeres utiles. Minuti uidentur, qa
non hñt altitudinem dignitatis secularis,
nidificant in cedris libani. Etenim & ce-
dri libani nobiles & diuites & excelsi hui9
seculi, qm̃ cum timore audiũt, Beatus qui
intelligit super egenum & pauperem, attẽ-
dunt res suas, villas suas, & omnes super-
fluas copias, quibus videtur excelsi, & præ
bent illas seruis dei, dant agros, dant hor-
tos, ædificant Ecclesias, monasteria, colli-
gunt passeres ut in cedris libani nidificent.
Passeres ergo satiantur cedris libani quas
plantauit dominus, & illic passeres nidifica
bunt. Attendite totam terram, si non ita
est. Vt loquerer ista non solum credidi, sed
& vidi: dedit mihi intellectum ipsum expe
rimentum. Interrogate latissimas terras q.
nostis, & uidete in q̃ multis cedris libani
passeres illi de quibus locutꝰ sum nidifi-
cant. Sed tũ fratres mei, ipsi passeres si spi
ritales sunt, quamuis nidificẽt in cedris li-
bani, non pro magno habere debẽt cedros
libani, & putare illos esse superiores, a qui
bus eorum necessaria complentur. Passe-
res. n. sunt, illi autem cedri libani sunt, Er-
go fulicę domus dux est passerum. Quan-
uis in cedris libani nidificent passeres, non
tũ cedri libani duces sunt passerum. Ecce
satiabuntur ligna campi, oẽs populi & ce-
dri libani satiabuntur quas plantauit dñs,
oẽs nobiles & excelsi fideles. Illic. i. in ce-
dris libani passeres nidificabunt, præbe-
bunt ramos facultatum suarum, colligen-
dis minutis spiritalibus pbent ista. Faciunt
hæc cedri libani quas plantauit dñs, faciũt
& libenter faciunt, nouerunt quid faciant,
nouerunt quid accipiant. Sed passeres quã
uis in cedris libani nidificabunt, fulicę do
mus dux est eorum. Quæ est fulicæ do-
mus? Fulica sicut omnes nouimus, ma- Fulciæ.
rina auis est, vel in stagnis est, vel in mari
est, hẽt quandam domum, non facilè in lit-
tore terræ aut nunquam, sed in ijs quæ in L.
media aqua sunt, plerunque ergo in petris
quas aquæ circundant, intelligimus ergo
petram esse idoneã fulicæ domum nusquã
fortius & firmius habitat, quã in petra. In
quali petra? In mari constituta. Et si tun-
ditur fluctibus, frangit tñ fluctus, non frã-
git petra. Hoc hẽt magnum petra in mari
constituta. Quãti fluctus cõtunderunt pe
tram nr̃am Chr̃m? Elisi sunt in illum Iu-
dæi, illi fracti sunt, ille aũt integer perman
sit. Et unusquisq. imitans Chr̃m, ita sit in
isto seculo, id est, in isto mari, vbi non põt
nisi procellas tempestatesq. sentire, ut nul
li vento cedat, nulli fluctui, sed omnia ex-
cipiat, & integer maneat. Ergo fulicę do-
mus & fortis est & humilis. Non hẽt do-
mum fulica in excelsis, nihil illa domo fir-
mius & nihil humilius. In cedris quidem
nidificant passeres p̃p præsentem necessi-
tatem, sed petrã illam habent ducem quę
fluctibus tunditur, & non frangitur: imitã
tur. n. Chri pasiones. Et si forte cedri liba
ni iratæ fuerint, & aliquid molestiæ uel
scãdali seruis dei in ramis suis commoue-
rint, volabunt quidem inde passeres: sed
væ cedro remanenti sine nidis passerum: M
Passeres. n. non naufragabunt, non peri-
bũt, quia fulicę domus dux est eorũ. Quid
ergo sequitur? Montes altissimi ceruis.)

Cerui

Cerui magni, spiritales transcendentes in cursu omnia spinosa ueprium atque sylua
psal.17. rũ Qui pficis,inquit,pedes meos sicut cerui,& sup excelsa statuens me. Teneãt mõtes altos alta pcepta dei,sublimia cogitẽt,teneãt ea q̃ multũ eminent in scripturis,iustificenť in summis:ceruus.n.sunt illi montes altissimi. Quid de humilibus bestijs? quid de lepore?quid de hericio? Lepus minutum animal & infirmũ, hericius etiam spinosum,minor eorũ. Illud animal timiduꝫ,illud animal spinis coopertũ. Spinæ ãt quid significãt,nisi pctores? Qui peccat quotidie,ẽt si non magna pctã, minutissimis spinis coopertus est. In eo qđ timet, lepus est:in eo quod minutissimis peccatis operitur,hericius est,& non põt tenere illa excelsa & pfecta pcepta. Illi.n.montes altissimis ceruis. Quid ergo isti,lepus & hericius-peunt?Non sic.n.montes altissimi dati sunt ceruis, ut & his videas quid sequatur,Petra refugium hericijs & leporibus.) Quia factus est dominus refugium pauperis.ponas petrã illã in terra, refugiũ
psal.9. est hericijs & leporibus: ponas illã in mari,domus est fulicæ. Vbiq. utilis petra,&
A in montibus ipsa utilis, q̃a mõtes sine petrę fundamento ruerent in profundũ. Nõne iam dudũ de montibus dicebať,Illic uolatilia cœli inhabitabunt, de medio petrarum dabunt uoces suas? Vbique ergo petra refugium nostrum,siue in montibus excelsa sit,siue in mari tundatur fluctibus non frangitur,siue in terra solidetur, ad illam cerui,ad illam fulica, ad illam lepus & hericius. Tundant pectora lepores, & hericij confiteanť peccata sua. Licet cooperti sint minutis quidem quotidianisq. peccatis, non eis tñ deest petra, quę illos
Matt.6. docuit dicere, Dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Petra refugiũ hericijs & leporibus. Fecit lunam in tempora. Intelligimus spiritaliter Ecclesiam crescẽtem de minimo, & istam mortalitatem uitæ quodammodo senescentem. Sed ut propinquet ad solem: non istam lunam dico uisibilem oculis, sed quæ hoc nomine significatur ista. Q̃n obscura erat Ecclesia. Quando nõdum ap
psal.10. parebat,nondum eminebat, seducebantur
B homines, & dicebatur, Hæc est Ecclesia, hic est Christus,ut sagittarent in obscura luna rectos corde. Modo q̃ cęcus est q̃ plena luna errat? Fecit lunam in tpa. Hic.n. temporaliter transit Ecclesia: non.n.hãc erit semper ista mortalitas. Augeri & minui põt,aliq̃n pertrãsibit,in tpa facta est. Sol agnouit occasum suum.) Et hic q̃ sol, nisi sol ille iustitiæ,quẽ sibi nõ ortum impij plangẽt in die iudicij? Qui dicturi sunt in illo die, Ergo errauimus a uia ueritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol nõ ortus est nobis. Ei sol iste oritur q̃ intelligit Chm. Recedit aũt ab intellectu eius Chs, qui sic iratus fuerit fratri suo ut teneat odiũ. Itaq. irascimini & nolite peccare. Charitas etsi irascitur aliq̃n ut corrigat, nõ tenet rea,q̃a nõ inueterauit ira,ut uertetur in odiũ. Si aũt ira conuersa fuerit in odium, occidit sol sup iracundiam uestram. Non ergo occidat sol sup iracundiã uestram. Nec putetis frẽs ideo nonnullis solem esse adorãdũ,q̃a sol in scripturis aliquãdo Chm significat. Talis est.n.demẽtia hominũ,quasi adorandum aliquid diea
tur,cum dr̃,Sol Chm signat: adora ergo & petrã,q̃a Christũ significat. Sicut ouis ad uictimã ductus est: adora & ouem,q̃a Chm significaat. Vicit leo de tribu Iuda: adora & leonẽ,q̃a Chm significat:uidete q̃ multa Chm significẽt. Oía ista Chs in similitudine,non in proprietate. Quæris proprietatẽ Chri? In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deũ. Ecce proprietas Chri per quam factus es. Vis audire & proprietatem per quam refectus es? Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis:cetera similitudines sunt. Intellige,esto scripturę capax,ut aliud uideas oculis tuis,aliud iannui cordi tuo. Sol ergo ille iã securi dicimus,sol ille iustitię,nõ sine causa impijs nõ oritur et si nolunt. ipsa enim sapientia dicit, Quærunt me mali & non inueniunt: quærent & non inuenięt. Et quare? Oderunt enim sapientiam. Si ergo oderunt,quare quærunt? Quærũt non ut fruantur, sed ut inflentur. Quærunt sermonibus, oderunt moribus. Spiritus enim sanctus disciplinę fugiet fictã, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Non ergo sol ille oritur impijs,non oritur malis. At uero de isto sole q̃d dictum est? Qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ergo de illo sole iusti, tiæ nescio q̃d significat Psalmus ista secun dum mysterium: nam uidemus iste fieri ia creatura,etiam secundum speciem rerũ uisibilem. Sol agnouit occasum suũ. Quid est,Sol agnouit occasum suum? Cilrs agnouit passionem suam: occasus Christi, passio Christi. Sed nunquid sic sol occidit vt non oriatur? Nunquid q̃ dormit non adijciet vt resurgat? nonne ipse dixit, Dormi-
ui turbatus? & de ipso dictum est, Exaltare sup̃ cœlos deus. Ergo sol agnouit occasum suum. Quid est agnouit? Approbauit,placuit ei. Et unde oñdimus, q̃a agnouit, hoc est,placuit ei. Quid enim non nouit deus? quid non nouit Christus? Et tamen dictum est in fine quibusdam, Non noui uos. Q̃o ergo ibi, non noui uos, non est quasi mihi ignoti estis,sed non mihi placetis: sic & hic agnouit occasum suum, placuit illi occasus suus. Si.n.ei displiceret q̃o patere tur? Homini.n.quia non est illi sol,ẽt si displiceat passio sua,patiẽ & quod non uult. Ille autem non pateretur nisi ei placeret, si.nisi agnosceret occasum suum non occideret,q̃a ipse dixit, Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatem habeo iterũ sumẽdi eã: Nemo tollit eã à me, sed ego ipse eã pono à me. Ergo agnouit occasum suũ, & sol agnouit occasum suũ. Et q̃n q̃d tenebræ in Apostolis, defecit spes eorũ, q̃bus primo magnus & redemptor omniũ videbať. Quare? Posuisti tenebras & facta est nox, ibi pertransibũt oẽs bestiæ syluę. Catuli leonum rugientes ut rapiant, quærentes a deo escam sibi.) Quid intelligãs spiritaliter catulos leonum, nisi spiritalia nequitiæ? Quid intelligam nisi mala dæmonia, quæ dæmonia pascunť errori bus hominũ? Sunt.n. principes dæmoniorum, & sunt dæmonia quędam contempti bilia. Ista dæmonia seducere animas quærunt, sed ubi sol non ortus est: tenebræ.n. sunt, & cum tenebræ sint, quærunt catuli leonum quos deuorẽt. Ipse leo maior principũ est, Nescitis, q̃a aduersarius vr̃ diabolus tanquam leo rugiens circuit q̃rens quẽ deuoret? Ideo q̃rens a deo escam sibi, q̃a nec tentari q̃s potest a diabolo nisi permittente deo. Iob sanctus ante diabolum erat, & tamen longe ab illo erat: aspectu ante illum erat, sed tãte remotus ab illo. Q̃n auderet tentare uel carnem, uel facultates eius quas possidebat, nisi acciperet potestatem? Quare aũt̃ datur potestas? Aut ad damnandos impios, aut ad probandos pios.

Iusto hoc tamen actum, totum dominus agit, & in neminem habet diabolus potestatem, vel in aliquid eius, nisi illic concedat, cui est ptãs summa & sublimis. Sic diabolo, sic homini nulla est potestas in hominem, nisi desuper detur: Stabat iudex uiuorum & mortuorum ante hominem iudicem, & inflauit se homo iudex videns ante se Christum, & ait, Nescis quia potestatem habeo occidẽdi & dimittendi te? At ille qui uenerat & eum docere a quo iudicabatur: Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi esset tibi desuper data. Et homo & diabolus q̃ quælibet dæmonia non nisi accepta potestate nocent: sed proficiẽtibus non nocẽt. Malis ita sunt tanquam ignis fœno: bonis ita sunt tanquam ignis auro. Manducatus est Iudas vt fœnum, probatus est Iob ut aurum. Posuisti tenebras & facta est nox, illic pertrãsibũt oẽs bestiæ sylue. Iã bestiæ sylue alio mõ. Alio.n.& alio mõ sp ista intelligũtur, q̃o dominus ipse agnus, ipse leo. Quid tam diuersum quam agnus & leo? Sed qualis agnus? Qui uicit lupum, uicit leonẽ. Ipse petra, ipse pastor, ipse ianua. Pastor intrat per ianuam, & dicit, Ego sum pastor bonus: & dicit, Ego sum ianua. Ipsum leonis nomen dominũ significat, quia vicit leo de tribu Iuda & diabolum, quia conculcauit leonem & draconem. Discite sic intelligere cum figurate ista dñr, ne forte ubi legeritis q̃ Chm figñat petra, ubiq. petrã Chm puteris. Significat alia atq. alia, sicut litera quo loco ponať uide, ibi intelligis eius uim. Si audieris lr̃am primã in nomine dei, & putaueris eã sp ibi ponendam, delebis eã in nomine diaboli. Ab eadem enim litera incipit nomen dei, a qua incipit nomen diaboli: & nihil tam dissunctum quam deus & diabolus. Vide ergo quam absurdus est a rebus & humanis & diuinis, qui dixerit, d litera singularis non debet habere in capite nomen diaboli. Et cum quęsieris, quare? Respondeat, Ego in nomine dei legi istam literam. Ridetur iste, nam nec talis est cui digneris reddere rationẽ. Nolite ergo tam pueriliter sapere etiam ista diuina, vt forte aliquid uestrum, quia dixi superius bestias syluæ significare gentes, modo autem dico bestias syluæ significare dæmonia & angelos præuaricationis, putet ijs me aliquid contrarium dicere. Si similitudines enim sunt, & in quocũq. lo-
H co

Ioan. 19.
Ioan. 1.
Apo. 5.
G
Ioã. 10.
Apo. 5.
psal. 90.
1. Co 10

co sunt,circunstantia sui exponuntur. Illic pertrāsibūt omnes bestiæ syluæ. Vbi? In noctē quam posuit dominus, quia sol agnouit occasum suum. Catuli leonum rugientes vt rapiāt quærentes à deo escam sibi. Merito dūs venturus ad occasum suum, ipse sol iustitiæ agnoscēs occasum suum,ait discipulis,tanquā tenebris futuris,circumituro leone vt q̄reret quem deuoraret, & cp ille leo neminē deuoraret,
Luc.22. nisi peteret. Hac nocte,inquit postulauit
Mat.27. satanas vexare vos sicut triticum,ego rogaui ꝓ te Petre,ne deficiat fides tua. Non ne Petrus cum ter negaret, iam inter dentes leonis erat? Catuli leonum vt rapiant, & vt quęrant à deo escam sibi. Ortus est sol.)Qui dixit, Potestatem habeo ponen-
Ioā. 10. di animam meam,& potestatem habeo iterum sumendi eam: agnouit occasū suū & posuit eam, ortus est sol & recepit eā. Ortus est sol,qa occidit sol,sed nō extinctus est sol. Adhuc eis qui non intelligunt Christum,ipsa nox est. Adhuc eis sol ortus non est:instent vt intelligant,ne rapiātur à rugiente leone. Nam ecce quibus ortus est,non eos audeāt inuadere catuli leonum:sequitur.n. Ortus est sol: Et cōgregati sunt, & in cubilibus suis cubabunt.)
I Magis magisq. ibi oritur sol iste, vt intelligatur ab orbe terrarum, & clarificetur Christus in toto mundo. Congregantur catuli leonum:illa dæmonia recedūt à ꝑsecutione Ecclesiæ, quæ instigabant perse-
Ephe.2. qui domum dei,operando in filijs diffidētiæ. Nā dictū est,secundum principē potestatis aeris qui nunc operatur in filios infidelitatis. Modo iam quia nemo eorum persequi audet Ecclesiam, ortus est sol & congregati sunt. Et vbi sunt? Et in cubilibus suis cubabunt. Cubilia eorum, corda infidelium. Quam multi gerunt leones cubantes in cordibus suis: non inde erumpunt, non faciunt impetum in istam peregrinantem Hierusalem. Quare nō faciunt? Quia iam ortus est sol,& splēdet in toto orbe terrarū:ergo vide qd sequatur. Quia ortus est sol & congregati sunt,& in cubilibus suis cubabunt. Quid tu ò homo dei? qd tu ò Ecclesia dei? quid tu o corpus Christi, cuius caput in cœlo est? qd tu facis ò homo vnitas eius? Exiet, in qt,homo ad opus suum.) Operē ergo iste homo opera bona in securitate pacis Ecclesiæ,operetur vsque in finē. Aliqñ.n. erit quædā cōtenebratio,& fiet quidā impetus,sed in vespera, id est,in fine mūdi. Modo aūt in pace & tranquillitate opera K
tur Ecclesia: qa exiet homo ad opus suū, Psa.91.
Et ad operationē suam vsque ad vesperā. Quàm magnificata sunt opera tua domine,)Merito magna,merito excelsa. Vbi facta sunt opa ista tam magna? q̄ illa statio dei vbi stetit? vel quæ illa sessio vbi sedit & ista operatus est, qs locus vbi ista operatus est? vnde processerūt primo ista tam pulchra? Si ad literā accipias, omnis ordinata creatura ordinate currens, ordinate pulchra,ordinate oriēs, ordinate occidēs, ordinate peragēs omnia tēpora,vnde processit? Ipsa autē Ecclesia qūo accepit incrementa,successus,profectionē? Qūo destinatur ad finē quendam immortalitatis? Quibus præconijs prædicatur? quibus mysterijs commendatur? quibus sacramentis occultatur? qua prædicatione reuelatur? vbi fecit hæc deus? Video magna opera tua domine. Quàm magnificata sunt opera tua domine. Quæro vbi fecerit,locum nō inuenio: sed video quid sequatur, Omnia Ioā.1.
in sapientia fecisti.) Ergo omnia in Chri- L
sto fecisti. Ille contēptus,ille expalmatus, ille cōsputus,ille spinis coronatus,ille crucifixus,omnia in illo fecisti. Audio audio quid de illo tuo milite nuncies hominibus,quid de illo præcone sancto prædicentibus,Christum dei virtutem & dei sapientiam. Irrideant Iudæi crucifixū Christum,quia scandalum est eis: irrideant Pagani crucifixum Christum, quia stultitia
1.Co.1. est eis. Nos autem,inquit,ꝓdicamus Christum crucifixum,Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Omnia in sapiētia fecisti. Repleta est terra creatura tua.) Repleta terra creatura tua Christe. Et hoc quo videbimus? quid enim non à patre per filium creatum est? Quicquid enim ambulat & repit in terris, quicquid natat in aquis, q cquid volat in aere, q cqd in circū agitur, quanto magis terra, totus mūdus creatura dei est. Sed nescio q d hic significat de quadā creatura noua: de qua dicit Apostolus, Si qua in Chro noua creatura, vetera trālierūt, ecce facta sunt omnia noua, omnia aūt ex deo. Noua creatura
2.Cor.5. q̄ facta est? Oēs credētes in Chrm, exuētes se veterē hominē & induentes nouū. Re- Ephe.4.
pleta

pleta est terra creatura tua. In vno loco terræ crucifixus erat, in vno exiguo loco cecidit granum illud in terram,& mortifi
M catum est, sed magnum fructum attulit. Singularis eras dñe Iesu Christe, donec trānsires. Agnosco in alio psalmo vocem
Psa.40 tuam qua dixisti, Singularis ego sum,donec trānseam: singularis ergo eras donec trānsires, singularis eras cum cognouisti occasum tuum: sed ab occasu in ortum trānsisti. Ortus es,splenduisti: clarificatus es cū in cœlum ascendisti, & repleta est terra creatura tua. Psalmum fratres nondum finiamus, sed aliquid inde in nomine Christi etiam ad diem dominicum differamus.

Cōcio quarta de tertia ꝑte eiusdē psalmi.

MEminit charitas vestra cū sit vnus sermo dei in scripturis omnibus dilatatus,& per multa ora sanctorum vnum vecbum sonet,quod cum sit in principio deus apud deum, ibi non habeat syllabas,quia non habet tpa. Nec mirandum nobis sit; quia ꝓpter infirmitatem nostrā descendit ad particulas sonorum nostrorum cum descenderit ad susciendam infirmitatem corporis nostri. Istum tū plalmum iam multos nobis fecisse sermones
A mysteriaque ipsa q̄ hic clausa tenentur vt pulsantibus aperirētur, retulisse nobis nō paruas per aliquot dies moras temporis cū pronunciantur,cum commendantur,cum clausa esse monstrantur,cum aperiuntur, cum eruuntur, cum oñduntur: ac per hoc meminit,vt dixi,charitas vestra,nec ꝓteri to die ad eius terminum psalmi nos peruentre potuisse & distulisse in hunc diem, voluitq. dūs & tps rēdditionis nobis exhibere, & me debitorem debito satisfacere, & debitores securiores? efficere. Det ergo ipse bonum quod reddamus, qui non reddidit quicquid mali feceramus. Exclamauerunt vt nostis, quod cum pietate gaudioq̄ recolitis, Exclamauerunt cum psalmo viscera cordis nri, & dixerūt, Quàm magnificata sunt opera tua dñe, omnia in sapientia fecisti, repleta est terra creatura tua. Quicquid a deo factum est, in sapientia factum est, & per sapientiam factū est. Quicquid nouit sapientiam, & quicquid non nouit sapientiam, & tamen in creatura dei est, in sapientia factum est, & per sapientiam factum est. Qui cognoscunt sapientiam, lucem habent sapientiā: qui non cognoscunt, habent tamen artificem sapiētiam, cum sint ipsi detenti in sapientia. Et qui eam lumen habent, etiam artificē ha- B
bent: non quicunq. artificem hūt, ēt lucē hūt. Et quidem in hominibus multi sunt qui eius particeps fiunt, & sapientes uocātur, multi.n. expertes, stulti nominantur. Propter hoc uitioso noie stulti appellant, quia si studeant sapientię, si petant, si q̄rāt, si pulsent, possent peruenire ad eius participationem: non.n. naturę, sed negligētiæ denegatur. Sunt autem aliæ creaturæ quę non pūt fieri participes sapiētiæ, sicut oēs bestiæ, oia pecora, oēs arbores, quæ nec sensum hūt vllum. Nunquid quia particeps sapientię esse non possunt, ideo non in sapientia & per sapientiam facta sunt? Non ergo exigit deus intellectum de equo & mulo, sed hoibus dicit, Nolite fieri sicut Esa. 13.
equus & mulus, quibus nō est intellectus. Quod equo natura est, homini crimē est: hoc ergo dicit deus. Non ergo participatio Gen. 1.
nem sapientiæ meæ ab eis quæ nō feci ad imaginem meam, sed vbi feci, inde exigo, & vsum eius rei postulo quā donaui. Homines ergo reddētes, deo q̄ dei sunt, si Cæ Matt.22.
sari reddunt quod Cęsaris est. i. reddentes Cæsari imaginem suam, & reddentes deo imaginem suam, erigunt ipsam mentē suā, non ad se, sed ad artificem suum, & ad lumen vnde sunt, & ad calorem quendam spiritalem vnde feruescunt, & vnde remoti frigescunt: & vnde recedentes contenebrantur, & quo reuertentes illuminantur, quia pie illi dixerunt, Tu illuminabis lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Discussis tenebris ter- Esa. 17.
renę stultitiæ, aperientes os & educentes spiritum, erigunt, vt dixi, fidentem oculū cordis: & circunspiciunt mēte vniuersum mundum, terram mare & cœlum, & videntes omnia pulchre disposita ordinata currere, digeri generibus, fulciri seminibus, mutari successionibus, currere temporibus, placet eis in his artifex, ut & ipsi placeant in artifice artifici, & exclamant prę gaudio magno, quia vere huic lætitię nihil cōparari potest, Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Vbi est ipsa sapientia in qua omnia fecisti? quo sensu attingitur? quo oculo videtur? quo studio quęritur? quo merito possidet? Quo putatis nisi grā sua? Qui
donauit

donauit vt simus,donet vt boni simus.Do
mat cõuersus q antequã cõuerterentur, &
auersi irẽt post uias suas, nõne q̃siuit eos,
Ioan. 1. nõne descẽdit? nõne verbũ caro factũ est,
Matt.5. & habitauit in nobis?nõne accẽdit lucernã
D carnis suę dũ penderet in cruce, & q̃siuit
Luc.15. ꝓditam drachmã? Quęsiuit & inuenit vi-
cinis cõgratulantibus.i.omni creatura spi
ritali q̃ deũ ꝓxime attingit. Victmis cõgra
tulãtibus inuẽta est drachma,angelis lætã-
tibus inuenta est anima humana. Inuenta
est ergo gaudeat & dicat, Quam magnifi-
cata sunt opera tua domine, omnia in sa-
piẽtia fecisti,repleta est terra creatura tua.
Qua creatura tua repleta est terra? Omni
bus arboribus & frutetis,omnibus animali
bus & pecoribus, & uniuerso ipso gñe
humano repleta ẽ terra creatura dei. Vide-
mus nouimus,legimus,agnoscimus, lauda
mus,& in his ꝑdicamus,& in his nõ suffici
mus laudare tm̃,quantum abundat ex bo-
na inspectione cor nr̃m. Sed ad illã magis
creaturam debemus attẽdere:vñ dicit Apo
2. Co.5 stolus.Si qua igitur in Christo noua crea-
tura,vetera transierunt,& ecce noua facta
sunt omnia.Quæ vetera transierũt? In gẽ
tibus omnis idololatria, i ipsis Iudæis om
nis illa seruitus legis, omnia illa sacrificia
ꝓnunciantia præsens sacrificium. Abunda
bat tunc vetustas hominis,venit qui reno-
uaret opus suũ, uenit q cõflaret argentum
suũ,q formaret monetã suã:Etsi attẽdimus
E plenam terram Christianis credentibus in
deum, auertentibus se à prioribus immun
dicijs suis,& idololatria,a spe præterita ad
spem noui seculi,& ecce nondum est in re,
& iam tenetur in spe,& per ipsam spem iã
cãtamus & dicimus,Repleta est terra crea
tura tua.Nondũ.n.in patria cãtamus hoc,
nondũ in illa requie q̃ promittitur,nondũ
confirmatis vectibus portarum Hierusalẽ:
sed adhuc in peregrinatione intuentes non
dum istum totum , & vndique homines
currentes ad fidem,timentes gehẽnas,con
temnentes mortẽ, amantes uitam ęternã,
spernentes presentem, & tali spectaculo
completi gaudio dicimus,Repleta est terra
creatura tua . Hoc autem seculum adhuc
tẽtationum fluctibus quatitur,adhuc tem-
pestatibus & procellis tribulationum & tu
morum turbant,hac tũ itur. Minetur licet
mare & tumeat fluctibus, procellasq; par-
turiat,hac tñ itur:datum est nobis lignum
in quo nauigemus. Repleta est terra crea-
tura tua,sed nondum sumus in terra uiuẽ-
tium,adhuc ista terra morientium,est, cla- psa.14
mamus autem & dicimus,Spes mea es tu,
portio mea in terra viuẽtium In terra mo
riẽtiũ spes mea i terra uiuẽtiũ portio mea.
Ecce ista terra q̃ repleta est creatura dei.
Qui adhuc in ista terra est morientium,
nondum est in terra uiuentium qua trã F
situr : audi sequentia .

Expositio eiusdem partis.

HOc mare magnum & spaciosum, ibi
repẽtia quorũ nõ est numerus, Ani-
malia pusilla & magna .) Terribile
mare signãt,ibi sunt repentia quorũ nõ est
numerus. Insidiæ reput in hoc seculo, &
incautos repẽte occupãt.Repẽtes aũt tẽta-
tiones q̃s numerat?Reput,sed caue ne sur-
ripiant. Vigiletur in ligno, ẽt in aquis in
cruce nauigamus,ẽt in fluctib. tuti sumus. Matt.8.
Non dormiat Christus,nõ dormiat fides,
etsi dormierit,excitetur,imperabit ventis,
placabit mare:finietur via, gaudebitur in
patria . Ibi repentia quorũ non est nume-
rus, aialia pusilla & magna : video adhuc
in mari isto formidoloso nondum creden-
tes:ipsi.n.versantur in amaris aquis & ste-
rilibus : illic autẽ & pusilli & magni sunt.
Nouimus , hæc multi pusilli seculi nondũ
crediderunt, multi primates seculi nondũ
crediderũt. Animalia pusilla & magna sũt
in hoc mari. Oderunt ecclesiam,premunt
Christi nomine:non sæuiunt,quia nõ per-
mittuntur:In manus nõ crumpens, clausa
est in corde sęuitia.Nam omnes siue pusil
li,siue magni,animalia pusilla & magna,
quæ modo dolent templa esse clausa, aras G
euersas,simulacra confracta, leges latas,vt
sacrificarę idolis capitale sit crimen: oẽs q
dolent hęc,in mari sunt adhuc. Quid ergo
dolent?Ad patriam qua iturí sumus? Per ip-
sum mare,sed in ligno. Noli timere pericu
lum,lignum te portat quod continet secu-
lum:ergo attendite,Hoc mare magnum &
spaciosum,ibi repentia quorum nõ est nu-
merus,animalia pusilla & magna. Noli ti-
mere,noli terreri,desydera patriam,intel-
lige peregrinationem.Illic naues commea
bunt.) Ecce in eo qd terrebant cõmeabũt:
naues natant,& nõ mergunt. Naues eccle-
sias intelligimus, cõmeãt inter tẽpestates,in
ter ꝓcellas tẽtationũ, inter fluctus seculi,
inter animalia pusilla & magna. Guberna-
tor est Christus in ligno crucis suæ.Illic

naues commeabunt.Non timeant naues,
non valde attendant ubi natent,sed a quo
gubernent.Illic naues cõmeabunt. Quẽ
cõmentum reperiunt tristem, q̃ guber-
natorem sentiunt Christum? Cõmeabunt
secure,cõmeabunt perseueranter,uenient
ad finem debitum , perducentur ad terrã
quietis.Est in isto mari aliquid etiam qd̃
superat omnia animalia pusilla &magna.
Quid est hoc?Psalmum ipsum audiamus.
Draco hic quem finxisti ad illudendũ ei.)
H Ibi repentia quorum nõ est numerus,ibi
animalia pusilla & magna, illic naues cõ-
meabunt,& non timebunt,non solum re-
pentia,quorum non est numerus, & ani-
malia pusilla & magna, sed nec draconem
qui ibi est,Quem finxisti,inquit deo , ad
illudendum ei . Magnum secretum, & tũ
quod nostis dicturus sum. Nostis inimicũ
ecclesiæ quemadmodum draconem, nõ ui
christis oculis carnis sed uidetis oculis fidei.
Ipse est qui & leo dicitur: de illo scriptura
dicit, Conculcabis leonem & draconem .
Subditus est ille capiti tuo,subdetur & cor
pori eius : hęreant tantum membra capiti
suo vt membra eius sint.Dictum est de pri
ma fœmina,quam seduxit hic draco, Eua
scilicet illa cui consilium mortis dedit, &
persuasione astuta in cor fœmineum more
serpẽtis irrepsit. Factum est ꝙ nouimus,
quod ibi & nos fecimus quod dolemus.In
illis enim duobus hominibus totũ genus
humanũ, inde propago mortis, inde & in
paruulis debita delicta. Quis enim est mũ
dus,aut scriptura,in conspectu tuo?Nec in
fans cuius est vnius diei vita super terram.
Tradux peccati, tradux mortis de primo
peccato . Nostis enim & quid dictum est
mulieri , vel potius serpenti, cum audiret
deus peccatum primi hominis: ipsa tuum
obseruabit caput,& tu eius obseruabis cal-
caneum.In magno mysterio dictum,in si
gura dictum ecclesię futuræ,factæ de late-
re viri sui,& hoc dormientis . Erat autem
Adã q̃dam forma futuri:hoc Apostolus di
cit,Qui est forma futuri . Præfiguratũ est
quod futurum erat , Facta est ecclesia de la
tere domini dormientis in crucem. Nã de
latere crucifixi pcusso sacramenta ecclesię
pluxerũt. Quid ergo dictũ ẽ ecclesię ? Iã
nõ audite,intelligite,cauete:ipsa tuũ obser
uabit caput,& tu eius calcaneũ. O ecclesia
caput serpẽtis obserua. Qd̃ est caput serpẽ
tis? Prima peccati suggestio . Venit tibi in
mentem nescio quid illicitum, noli ibi te-
nere mentem tuam,noli consentire. Hoc
quod uenit in mentem,caput serpẽtis est,
caput calca , & euades cæteros motus .
Quid est caput calca?Ipsam suggestionem
contemne.Sed lucrum suggessit,magnum
ibi lucrum est,magnum ibi aurum est . Si
hanc fraudem feceris,dines eris.Capur ser
pentis est,calca.Quid est calca ? Contem-
ne quod suggessit,sed magnum aurum sug Mat. 16
gessit.Et quid ꝓdest homini si uniuersum
mundum lucretur , animæ autẽ suæ detri-
mentum patiatur? pereat mundi lucrum,
ne fiat animæ damnum.Hæc dicens obser K
uasti caput serpẽtis & calcasti.Ille aũt dia-
bolus calcaneum tuum obseruat.Quid est
obseruat calcaneum tuũ? Qñ labaris a uia
dei, tu obseruas primam suggestionem ille
obseruat lapsum tuum . Si enim lapsus
fueris , cades:si ceciderís , possidebit . Vt
autem non cadas, noli exire de via. An-
gustã tibi semitã strauit deus, quicquid
extra illam est lubri cum est: propterea
lumen est Christus , & via est Chri-
stus . Erat lumen verum quod illu. Ioan. 1.
minat omnem hominem venientem in Ioã. 14.
hunc mundum : &, Ego sum via, ueritas
& vita: ꝑ me is,si ad me is.Si ergo ipse est
lumen , & ipse est uia, si ab illo recesseris, psal.44.
nec in lumine eris,nec in via.Et quid te se
quetur? Quod dicit de impijs quidam psal
mus , Fiant viæ illorum tenebræ & lubri-
cũ. Hic ergo draco antiquus hostis noster
ira feruidus , insidijs astutus, in mari ma-
gno est Draco hic quẽ finxisti ad illuden-
dum ei . Iã tu illude draconi:ad hoc.n.hic 2.sẽ.dis.
factus est draco. Ipse cadẽs pctõ suo de sub 3. Puta-
limi habitatione cœlorum , & ex angelo uerunt.
factus est diabolus, accepit quemdam locũ
suum in hoc mari magno & spacioso. Re-
gnum eius quod putas,carcer eius est:mul
ti enim dicunt, Quare tantam potestatem L
diabolus accepit, vt dominẽt in hoc secu-
lo,& tm̃ valeat & tm̃ possit? Quantum va
let? & quantũ potest? Nisi permissus nihil
potest. Tu sic age ne permittatur in te, aut
si ꝑmissus fuerit ad tẽtandũ, victus,absee-
dat & nõ possideat. Permissus est.n.ad ten
tãdos quosdã sanctos uiros famulos dei,su
perauerũt eũ, qa de via non secesserũt: nõ
lapsi sunt quorum obseruabat calcaneum.
Iob ille sanctus sedebat in itercore , & cur Iob. 3.
rebat in via. Videte quomodo obseruaue-
rit caput eius , & quemadmodum ille cal-

caneum

caneum eius attẽdebat Ille repellebat suggerentẽ,ille sperabat labantẽ.Cepit & eius mulierculam, subtraxit omnia quæ habebat, solam diabolus dimisit adiutricẽ suã, non mariti consolatricem, sed potius tentatricem:cœpit ẽt ipsam non obseruantem caput eius.Adhuc.n. Eua erat,sed iam ille Adam non erat. Ablatis omnibus,remã sit Iob cum vxore per quam tentaret, & cum deo a quo regeretur. Quid illo pauperius subito factum,si domum eius consideres? Quid illo diutius, si cor eius cogites? Vide paupertatem domus,ablata sunt omnia:vide diuitias cordis,Dñs dedit,dominus abstulit,sicut dño placuit, ita factũ est,sit nomen dñi bñdictum.Dñs dedit,dominus abstulit,nouerat rectorem suum & tentatorem suum permissorem tentatoris sui nouerat.Nihil sibi,inquit,diabolus tribuat: Voluntatem hẽt nocendi, ptãtẽ autẽ nisi acciperet non haberet.Quantum accepit ille ptãtis,tñ ego patior:non ergo ab illo pãtior, sed ab eo qui potestatem dedit. Contemnatur superbia tentatoris mei, sustineantur flagella patris mei. Repulsus est tentator,obseruatum est caput eius,penetrare non potuit in cor.Muratam ciuitatem forinsecus oppugnauit, sed non expugnauit. Accesit alia tentatio, permissus est ad corpus eius, percussit graui vulnere a capite usq.ad pedes,contabescebat putredine, scatebat vermibus ,,amissã domo sedebat in stercore.Ibi Eua captiuata a diabolo ad adiutorium marito suppositа, ad lapsum suggerit vt blasphemetur deus.

Iob.1.

Iob.2.

Gen.3.

Primo suggesit in Paradiso, vt contemneret deus, modo vt blasphemetur deus: valuit tunc in integrum, nunc victus est a putredine:in Paradiso deiecit,in stercore superatus est. Attendebat autem ille draco vtrum Iob lingua laberetur. Omnis enim homo in actu suo pedes habet,in eo quod agit, in quo mouetur, ibi tanq̃ ambulat. Dicebat ille multa.Quĩ ta.n.dixit A Iob, q legerũt,nouerũt. Intã multis illis Gene.3. uerbis obseruabat serpẽs calcaneũ labẽtis. Ille aũt q caput obseruabat serpẽtis,repulit oẽm,suggestionẽ. Rñdit & mulieri sicut dignũ erat rñderi mulieri. Locuta es, inqt,tãq̃ vna de insipientib.mulierib.Si bona pcepimꝰ de manu dñi, mala q̃re nõ sustineamꝰ?Et iter illa oĩa q̃ dixit,nusq̃ lapsus é.Q& multi ĩ illis verbis nõ itelligũt, Ibidem. & q̃dã ibi sic accipiũt q̃si aliq̃d durũ dixe

Iob.2.

rit Iob ĩ deũ.Nã iter multa ẽt hoc dixit,ve lut stomachans aduersus deũ,sicut videbatur nõ intelligentibus.Ille aũt gestabat per sonam magnã magnæ prophetiæ, Vtinã, Iob.6. inquit, loquens ad deum,vtinam esset nobis arbis arbiter. Quid est,vtinã esset nobis arbiter? Quasi q inter nos iudicarẽt,& quo Gen.3. iudicante cãm vinceret.Sic accipiẽ ad primũ sonum,sed discute te ne labaris:attendit.n.serpens ille semper calcaneum tuũ. Quid visus est dixisse Iob. Vtinã esset nobis arbitrer,vtinã esset medius aliquis,qui iudicaret inter me & te. Hoc deo,hoc homo,in stercore homo,hoc vel in cœlo angelus deo, vtinã esset nobis arbiter? Sed B quid præuidebat: q̃d optabat? Multi,inq̃t dñs,iusti & Prophetæ voluerunt videre q videtis,& nõ videbunt.Arbitrum desyderabat. Quid est arbiter? Medius ad comMat.13 ponendã cãm.Nonne inimici eramus dei, & malã causam habebamus aduersus deũ? Quis finiret causam istã malam, nisi ille medius arbiter? Qui nisi venerat,misericordiæ perierat iter,de quo Apostolus di- 1.Tim. cit, Vnus.n.deus,vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Si non homo, non mediator, quia æqualis patri Gala.3. deus: dicit in alio loco, Mediator autem vnius non est,deus autem vnus est. Inter duos mediator. Ergo Christus mediator inter hominem & deum, non quia deus, sed quia homo:non quia deus æqualis patri,sed si æqualis patri, non mediator. Vt autem sit mediator, descendat a superiore ad inferiorem,ab æqualitate patris, faciat Philip.2. quod ait Apostolus,Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,in similitudine hominum factus,& habitu inuẽtus vt homo.Fundat sanguinem suum,deleat chirographum nostrum,componat pacem inter nos & deum, nostram voluntatem corri- C gens ad iustitiam illius, sententiam flectẽs ad misericordiam. Sicut ergo vnũ hoc exposuimus quantum dominus dedit, quod durum videtur dictum à Iob,sic & cætera quæ ibi videntur quasi aspera & blasphema, habent intellectus suos:quod putat emus aliter esse,nisi deus phiberet testimonium.Et antequam loqueretur Iob,& posteaquam totũ locutus est, perhibuit deus primo testimonium dicens,Homo sine q̃ rela,verax dei cultor.Dixit hoc deus,dixit hoc ante tẽtationem illius. Nequis autem in illis verbis forte male intelligens sca à

scandalizaretur, & putaret iustum quidem virum fuisse Iob ante tentationem, in tentatione autem graui defecisse,& lapsum esse in sacrilegam blasphemiam, finitis omnibus sermonibus, & ipsius Iob, & amicorũ eius à q̃bus ei consolatio reddebatur:dicit dominus testimoniũ,illos non verum locutos,sicut seruũ eius Iob: nõ.n. locuti estis,inquit, coram me verum & re- Iob.42. ctum quicquam sicut seruus meus Iob. Deinde iubet,vt ille ꝓ eis offerat hostias, quibus eorum peccata soluantur. Eia fratres mei.Qui vult obseruare caput serpẽtis,& secure trãsire hoc mare, quia necesse est habitet hic serpens iste, & vt dicere cœperam,lapsus diabolus de cœlo hunc locum accepit, obseruet caput eius a timore seculi,& a cupiditate seculi.hic.n.suggerit aliquid, aut vnde times, aut vnde cupis, aut amorem tuum tẽtat,aut timorem. Tu si timueris gehennas,si amaueris regnum dei,obseruabis caput eius. Fuitato capite, securus eris,nec ille lapsum tuum tenebit, nec de tua ruina gaudebit. Nemo autem dicat,vt dixi, magnam habet potestatem. Vident.n.homines quasi quantum acceperit potestatis,quid perdiderit maiestatis non vident.Ipse autem sanctus Iob in veris suis mysticis & alte secretis: dicens de illa potestate quam dicitur diabolus habere,& describens illum multis modis in figuris similitudinum, exponens quid ille sit,vel quid valeat,hoc quoque ait, Non Iob.40. est quicquam simile ei factum super terrã, ad illudendum ei ab angelis meis.Deus ibi loquitur in libro Iob, Non est quicquam simile ei super terram factum ad illudendum ei ab angelis meis. Omne altum videt, & ipse est rex omnium quæ in aquis sunt.Cui testimonio congruit hoc in psalmo: cum.n.diceret de mari magno & spatioso,Vbi animalia pusilla & magna, vbi Psal.103 repentia quorum non est numerus, vbi naues nauigant ligno tute,ait, Draco hic quem finxisti ad illudendum ei. Sed si ad illudendum,quomodo deus illi illudit? An irridendo tradidit eum ad illudendum,hoc est,vt illudatur? Putaremus ꝙ deus illi illuderet nisi scriptura Iob solusisset q̃stionẽ:ibi.n. dictum est, Ad illudendum ei ab angelis meis,Vis illudeꝰ draconi? Esto augelus dei. Sed nondum es angelus dei:Donec sis, si eum cursum tenes vt sis,sunt angeli qui illudant draconi ne tibi noceat. Præpositi enim sunt angeli cœlorum super potestates aereas, & inde procedit verbum quod fit hic. Intuentur.n.legem fixam, legem æternam,iubentem sine scriptura,sine syllabis,sine strepitu,fixam semper & stantẽ, intuentur angeli corde mundo, & ex illa faciunt quicquid hic fit:& potestates ex illa ordinantur à summis vsque ad ima. Et si potestates summorum cœlorum regun tur verbo dei, quanto magis inferiores atque terrenæ? Remanet ergo in malis sola nocendi cupiditas. Hanc habet homo in potestate cupiditatem nocendi voluntatẽ ad perniciem. Si autem eu quã nocere potuerit,non glorietur,non ipse nocuit:data est.n.ei potestas.Semel dictum est,sententia firma est,Non est potestas, nisi a deo. Quid ergo times? In aquis sit draco,in mari sit draco,illuc transiturus es. Sic est fictus vt illudatur,hic ad hunc locum or- Rom.13 dinatus est,in his sedibus deputatus est.Si F magnum aliquid illi putas esse has sedes,q nõ nosti sedes angelorum vnde lapsus est, miraris sedes mortuorum vbi deiectus est. Quæ tibi videtur eius gloriatio,damnatio est.Similitudinem accipite breuiter, quia reuera magnum aliquid est hoc nosse & intelligere.Domum magnam aliquam putate totam istam administrationem creaturæ.Domus ista magna habet dãm, habet seruos, & in ipsis seruis habet circa se proximos sibi in apparatibus melioribus, vestium,thesaurorum,horreorum,magnarũ possessionum. Habet etiam seruos in infirmis ministeriis ita subditis sibi potestatibus, vt quosdam habeat & ad mundandas cloacas. A summis atque ꝓcuratoribus vsque ad extrema ista & infirma ministeria,quam multi sunt gradus? Si ergo aliquis magnus ꝓcurator offendat, & in pœna domini sui, verbi gratia,fiat ostiarius in extremo loco aliquo, si exercens sibi datam potestatẽ, vt volentes intrare vel exire perturbet secũdum modum potestatis quem accepit a domino, illi autem nesciũt eum fuisse aliq̃n magnum procuratorem, magnam potestatẽ illius esse arbitrãtur,quia quid ꝓdierit nesciunt. Et tamen frẽs mei ostiarius ille de quo dixi ad similitudinẽ domus magnæ huius terrenæ. põt aliq̃d facere nesciente dño suo,& G turbare aliquẽ illo nõ iubente.Iste aũt nec ad illã ianuã positus est, qua intramus ad deũ. Christus enim illi ianua, & ꝓ Chri-

ſtum intramus ad vitam æternam. Sed eſt quędā ianua qua intratur in hoc ſeculum ianua quędam mortalitatis circa iſta infirmę carnis huius detrimēta & ſupplementa. Ad iſtā ianuam quaſi quidam oſtiarius eſt. Hic habet ptātē in iſto mari quo naues cōmeant, ſed non tantum vt faciat aliquid neſciente aut nolēte dño ſuo. Ne forte aliqs dicat, pdidit quidem ille magnam potestatem ſuperiorū apparatuum: ſed ego in his infimis ſum, hic me pōt habere in ptāte, opus eſt ut ſeruiam illi. Nolli falli, nouit te dñs deus tuus: & ſic te nouit vt capil
Mat.20 los tuos habeat numeratos. Quid ergo times? Tentaturus eſt forte carnem tuā, flagellum eſt dñi tui, non poteſtas tentatoris tui. Vult nocere ſaluti quę pmittitur, ſed non permittitur: ut aūt non pmittatur, habet caput Chriſtū, repelle caput draconis. Suggeſtioni eius noli conſentire, a uia tua
H noli labi. Draco hic quē finxiſti ad illudendū ei. Nā vis videre q̄ non tibi noceat, niſi pmiſſus? Omnia, inquit, a te te expectant dñe, ut des illis cibū in tempore opportuno.) Et iſte draco manducare vult, ſed non manducat quem uult. Oia a te expectant dñe, vt des illis cibū in tpe opportuno: omnia & repentia quorum non eſt numerus, & anima puſilla & magna, & ipſe draco, & omnis creatura tua qua impleſti terram, omnia a te expectant ut des illis cibum in tpe opportuno: unicuiq. cibum ſuum. Habes cibum tuū, habet & draco cibū ſuum. Si bene vixeris, cibum Chīm habebis: ſi a Chriſto receſſeris, cibus draconis eris. Omnia a te expectāt ut des illis cibū in tēpore opportuno. Quid dictū eſt ipſi draconi?
Gene. 3 Terrā māducabis. Draconi dictū eſt, Terram manducabis cunctis diebus uitæ tuæ. Audiſti cibū draconis: nō uis ut det te deus māducandum draconi, noli eſſe cibus draconis. i. noli relinquere verbū dei: vbi. n. dictum eſt draconi, Terrā manducabis: ibi iam dictum eſt & prēuaricatori, Terra es, & in terrā ibis. Cibus ſerpentis eſſe nō vis, noli eſſe terra. Q̄ūo, inquis, non ero terra?
I Si terrena nō ſapias. Audi Apoſtolū, ut nō ſis terrena. Nā corpus qđ geris terra eſt,
Col.3. ſed tu noli eſſe terra. Quid eſt hoc? Si reſurrexiſtis, inquit, cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dexteta dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, nō quæ ſuper terram. Si non ſapis terrena, nō es terra: ſi non es terra, non manducaris a ſerpente cui cibus data eſt terra. Cibū ſuū dat deus ſerpenti, q̄ uult, q̄ uult. Bene aūt iudicat, falli non poteſt: non ei dat aurum pro terra. Omnia a te expectant dñe, vt des illis cibum in tpe opportuno. Cum dederis eis colligent.) Ante illos ſunt, ſed non colligent niſi cum dederis. Ante diabolum Iob erat, & quidē non deuorauit Iob, Iob.1. ſed uel tentare non auſus eſt, niſi cum ille dediſſet. A te expectāt, cum dederis eis colligent: ſi non dederis, non colligent. Et quid nos fratres? quem cibū habemus? Sequitur & de cibo noſtro. Aperiente aūt te manū tuā uniuerſa implebuntur bonitate.) Quid eſt o domine quod aperis manum tuam? manus tua Chriſtus eſt. Et brachium dñi cui o reuelatum eſt? Cui reuelat Eſa.53. illi aperitur: reuela io. n. apertu eſt. Aperiē te autem te manum tuam, uniuerſa implebuntur bonitate. Reuelante te Chriſtum tuum, uniuerſa implebuntur bonitate: nō autem habent a ſe bonitatem. Nam illi q̄ſ K boni? Probatur illis. Auertente aūt te faciē tuam turbabuntur.) Multi repleti bonitate ſibi tribuerunt quod habebant, & uoluerunt gloriari quaſi in iuſtificationibus ſuis, & dixerunt ſibi, Iuſtus ſum, magnus ſum: & facti ſunt ſibi placentes, & ſonuit eius Apoſtolus. Quid. n. habes quod non 1.Co.4. accepiſti? Volens autem probare deus hōmini quod ab illo hēat quicquid habet, ut cum bonitate habeat & humilitate, aliquā eum perturbat: auertit ab illo faciem ſuā, & decidit in tentationem, & oſtendit illi quia quod iuſtus erat & recte ambulabat, ipſo regente fiebat, auertente autem te faciem tuam turbabuntur. Videte quid dicat & in alio pſalmo, Ego dixi in abundantia Pſal.29. mea, non mouebor in æternum. Præſumpſit de ſe, impletus erat bonitate, & putabat a ſe ſibi eſſe totā bonitatem, & dixit in cor ſuo, Non mouebor in æternum. Sed quia iam ſenſerat dei gratiā ſe percepiſſe, pro eo quod erat expertus, reddidit gratiarum actionem, Domine, in uoluntate tua Ibidem. præſtitiſti decori meo uirtutem, Auertiſti L autem faciem tuam a me, & factus ſum cōturbatus. Sic & hic, aperis tu manum. Aperies tu manum tuam, & uniuerſa implebuntur bonitate: non manu ſua, ſed manu tua aperta. Auertente aūt te faciē tuā, turbabuntur. Sed quare hoc facis? quare auertis faciē tuā, tu turbēſ? Auferes ſpiritū eorū & deficient.) Spūs eorum, ſuperbia eorū erat. Gloriantur, ſibi tribuunt, ſeipſos iuſtificant. Auerte faciem tuā vt turbentur, au
Pſa.16, ſer ſpiritum eorum & deficiant, Clamantē ad te cito exaudi me dñe, defecit ſpūs meus. Ne auertas faciem tuā a me. Auferes ſpūm eorum & deficient. Et in puluerem ſuum conuertentur.) Inuenit ſe homo pœnitēs de peccato ſuo, quia non habebat uires ex ſe, & confitetur deo, dicens ſe eſſe terram & cinerem. O ſuperbe, cōuerſus es in pulucrem tuum, ablatus eſt ſpūs tuus, iā nō te iactas, non te extollis, non te iuſtificas. Videns quia de puluere factus es, & auertente faciem ſuā dño, in tuum puluerem recidiſti. Rogo ergo confitere puluerem tuum & infirmitatem tuam, & uide quid ſequatur: Emittes ſpūm tuum & creabuntur.) Auferes ſpiritum eorum, emittes tuū: auferes ſpūm eorum, non habebunt ſpūm ſuū.
Pſal.1. Ergo deſerti ſunt beati pauperes ſpū? Nō ſunt autem deſerti, q̄n ipſorum eſt regnū cœlorū. Noluerunt habere ſpūm ſuum, habebūt ſpūm dei: hoc. n. dixit martyribus ſuturis. Cum uos ceperint & adduxerint, no
Mat.10 lite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non. n. uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Nolite uobis tribuere fortitudinem. Si uera eſt, inquit, & mea non eſt, duritia eſt non fortitudo. Auferes ſpūm eorū & deficient, & in puluerem ſuum conuertentur,
Pſal.2. Emittes ſpūm tuū & creabuntur. Ipſius. n. ſumus figmentum, dixit Apoſtolus, creati in operibus bonis. A ſpū eius accepimus
Pſal.4. gratiam, vt iuſtitiæ uiuamus, quia ipſe eſt qui iuſtificat impium. Auferes ſpūm eorū & deficient. Emittes ſpūm tuū & creabuntur. Et innouabis faciē terræ.) Id eſt, nouis hominibus confitentibus ſe iuſtificatos eſſe, nō a ſe iuſtos, ut gratia dei ſit in illis. Videquales ſint, quibus innouata eſt facies terræ. Paulus dicit, Plus. n. omnibus illis laborauī. Quid eſt Paule? Attende ſi tu ſis
Rom.7 ſeu ſpūs tuus. Non ego, inquit, ſed gratia dei mecū. Quid ergo? Quia cū abſtuleris ſpūm noſtrum, in puluerē noſtrum cōuertemur, utiliter intuentes infirmitatem noſtram, ut accepto ſpū eius recreemur. Videre quid ſequitur: Sit gloria dñi in ęternū.) Non tua, non mea, nō illius, aut illius: A gloria domini ſit, non ad tempus, ſed in ęternum. Lætabitur dominus in operibus ſuis.) Non in tuis quaſi tuis, quia & opera tua ſi mala, p iniquitatem tuam: ſi bona, p gratiā dei. Lætabitur dñs in operibus ſuis. Qui aſpicit terram & facit eam tremere, q̄ tāgit mōtes & fumigabūt.) O terrā, exultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulētiæ tuæ, ecce reſpicit dñs, & facit te tremere. Reſpiciat te, & faciat te tremere: melior eſt tremor humiliratis, q̄ confidentia ſuperbię: Videte quo aſpiciat deus terrā & faciat eam tremere. Ad terrā quaſi præuidentē ſibi & exultantem loquitur Apoſtolus, cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini. Cū timore & Phili.2. tremore: deus. n. eſt qui operat in vobis. Dicis o Paule operamini, dic ut opemur. Quare cū timore & tremore? Deus. n. eſt, inquit, q̄ operatur in vobis. Iō ergo cum tremore, quia deus operatur: qa ipſe dedit, nō ex te eſt qđ habes, cum timore & tremore operaberis: nam ſi nō tremueris eū, auferet qđ dedit. Cum tremore ergo operare: vide alium pſalmum, Seruite dño in B timore, & exultate ei cum tremore. Si cū Pſal.2. tremore exultādum eſt, deus aſpicit, ſit terræmotus: aſpiciente deo tremāt corda nra, nā tunc ibi requieſcet, deus: audi illum alio loco, Super quē requieſcet ſpiritus meus? Eſa.66. Super humilem & quietum, & trementē verba mea. Qui aſpicit terram & facit eā tremere, qui tangit montes & fumigabūt. Mōtes ſuperbi erant, iactabant ſe, non eos tetigerat deus, tangit illos & fumigabunt. Quid eſt fumigare montes? Precem dño reddere. Ecce magni montes, ſuperbi, mōtes ingentes non rogebant dñm: ſed rogari uolebant, & ſuperiorem non rogabant. Quis enim potens & tumidus & ſuperbus in terra, q̄ dignetur humiliter rogare deum? De impijs loquor, non de cedris libani quas plantauit dominus. Impius quilibet, & infœlix anima rogare deum neſcit, & uult ſe rogari ab hominibus. Mons eſt, opus eſt vt tangat illum deus & fumiget: quando cœperit fumigare, dabit deo precem, tanq̄ ſacrificium cordis. Fumigat ad deum, dein de tundit pectus. Incipit & flere quia & fumus excutit lachrymas. Qui tangit mon-
& fumigabunt. Cantabo domino in uita Pſ.145
mea.) Quid cātabit? Totū q̄ q̄d eſt, cātabit Cantemus dño in uita nra. Vita noſtra mō ſpes ē, vita nra poſtea eternitas erit. Vi C
ta uitæ mortalis, ſpes eſt vitę immortalis. Cātabo dño in uita mea. Pſallā deo meo q̄diu ſum.) Q̄m in illo ſine fine ſum, q̄diu ſum pſallam deo meo, ne forte cū cœperi-

mus psallere deo in illa ciuitate, putemus nos aliquid aliud acturos. Tota uita nra erit psallere deo. Si semper a nobis amatur ille, semper laudatur. Psallam deo meo q̄diu sum. Suauis sit ei disputatio mea, ego autem iocundabor in domino.) Suauis sit ei disputatio mea, ego aũt iocundabor in dño.) Suauis sit ei disputatio mea. uæ ẽ disputatio hominis ad deũ, nisi cõfessio peccatorũ? Cõfitere dño q̄ des & disputasti cũ illo, disputa cũ illo, fac bona opera & disputa. Lauamini, mũdi estote, Esaias dicit, Au-
Esa.1. ferte nequitias ab animis uestris, a conspectu oculorum meorum, Cessate a neqtijs uestris, discite bñfacere, iudicate pupillo, & iustificate uiduã, & uenite disputemus dicit dns. Quid est disputare cũ deo? Te illi indica scieti, vt indicet se tibi nescieti: suauis sit ei disputatio mea. Ecce hoc est dño suaue: Disputatio tua sacrificiũ humilitatis tuæ, contribulat o cordis tui holocaustum
D vitę tuæ, hoc est suaue dño. Tibi autẽ q̄d est suaue? Ego aũt iocundabor in domino. Ipsa est mutua disputatio q̄ dixi, Indica te ei scienti, & id cat se tibi nescienti, Suauis est & confessio tua, suauis est tibi gratia ipsius. Dixit se tibi. Vnde se tibi dixit? Per uerbum. Quod verbum? Christum. Et tibi dixit se & se dixit, Quia misit Chri-
Ioan.14 stum, seipsum dixit. Ita plane audiamus ipsum uerbum. Qui me uidet & patrem. Ego autem iocundabor in domino. Deficiant peccatores a terra.) Sequire videtur sancta anima q̄ hic cantat & gemit. Vtinam cum ipsa anima sit anima nostra, vtinam copuletur ei, & societur & cõiungatur ei, uidebit etiam misericordiam sæuientis. Quis.n.capit hoc, nisi qui impletus fuerit charitate? Deficiant peccatores a terra. Contremisce, quia maledicit. Et
Ro. 12. quis maledicit? Sanctus sine dubio exauditur, sed dictum est sanctis. Benedicite & nolite maledicere. Quid est ergo quod dicit, Deficiant peccatores a terra? Plane deficiant, auferatur spiritus eius, & deficiant, ut emittat spiritum suum, & recreentur. Deficiant peccatores a terra, ut iniqui ita ut non sint. Quid non sint, nisi iniqui? Ergo iustificentur, vt non sint iniqui. Vidit hoc & impletus est gaudio, & reuocat cursum primum Psalmi: Benedic anima mea dominum.) Benedicat anima nostra dominum fratres, quia donare dignatus est & facultatem & sermonem nobis, & uobis
E intentionem & studium. Vnusquisq. ut potest recordetur quod audiuit, collocutionem inuicem ruminate: quod accepistis, non eat in uiscera obliuionis uestræ. Thesaurus desyderabilis requiescat in ore uestro. Magno labore quęsita & inuẽta sunt, magno labore nunciata & disputata sunt, labor noster fructuosus uobis, & benedicat anima nostra dominum.

In Psalmum centesimumquartum Enarratio.

PSalmus iste centesimusquartus primus est in eis quibus prænotatur halleluia. Cuius uerbi, uel potius duorum uerborũ, interpretatio est, laudate deum; & iõ inde cepit, Confitemini dño, & inuocate nomen eius.) In laude.n. intelligenda est ista confessio, sicut est, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ.) Præmissa enim laude inuocatio sequi solet, vbi desyderia peccatorem alligant: vnde & ipsa oro dñica habet a capite breuissimã laudem quod est, Pater noster qui es in cœlis. Tunc quæ petuntur, deinceps consequuntur: unde & alibi in Psalmo dicit. Cõfitebimur tibi deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuũ: quod alibi est planius, Laudans inuocabo dominum & ab inimicis meis saluus ero: ita & hic. Confitemini, inquit, domino, & inuocate nomen eius: quod tale est, ac si diceret, Laudate dominum, & inuocate nomen eius: Exaudit quippe inuocantem, quem laudantem uidet: laudantem autem uidet, quem probat amantem. Et in quo voluit dominus boni serui amorem circa se ostẽdi maxime, nisi in eo quo illi ait, Pasce oues meas? Vnde & hic sequitur, Annunciate inter gentes opera eius.) Vel potius vt de Græco ad verbũ exprimatur, quod & alij Latini codices habent, Euangelizate in gentibus opera eius. Quibus hoc dicitur, nisi Euangelistis, in prophetia? Cantate ei & psallite ei,) Verbo & opere laudate, ore quippe cantatur, psalterio aũt, hoc est, manibus, psallitur. Narrate omnia mirabilia eius, laudamini in nomine sancto eius.) Possunt hi duo versus ex duobus verbis superioribus dicti nõ absurde videri, vt quod ait, Narrate omnia mirabilia eius: referatur ad id quod dictũ est, Cantate ei. Quod vero sequitur, Laudamini in nomine sancto eius: referatur ad

ad id quod dictum est, Et psallite ei. Illud scilicet ad verbũ bonum quo cantatur ei, & narrantur oia mirabilia eius. Illud aũt ad opus bonum quo psallitur ei. Ne utlit quisq. de opere bono tanquam in sua uirtute laudari, ideo cum dixisset, Laudamini, quod utique bene operantes merito bñ possunt, addidit, In nomine sancto eius: ut
Psa.1. qui gloriatur, in domino glorietur. Qui
Psa.6. ergo non sibi, sed ei volunt psallere, caueãt facere iustitiam suam coram hominibus, vt videãtur ab eis: aliequin mercedem nõ habebunt apud patrẽ qui in cęlis est. Sed luceant opera eorũ coram hominibus, nõ eo fine ut ipsi uideantur ab eis, sed ut uideant bona opera eorum, & glorificent patrem eorũ qui in cœlis est. Hoc est laudari in nomine sancto eius: unde & in alio
Psa.33. Psalmo legitur, In dño laudabitur anima mea, audiant mites & iocundentur. Quod & hic quodam modo sequitur, Lætet cor
Psa.104. quærentium dominum.) Sic.n. mites iocũ habentur qui non amaro zelo cos iam bene operantes æmulatur. Quærite dñm & cõfortamini.) Hoc enim de Græco expressius interpretatum est, quamuis uerbũ mi-
Mat.6. nus Latinum videatur. Vũ & alij codices
Psa.18. habent, confirmamini, alij coroboramini. Ei quippe dicitur fortitudo mea, & fortitudinem meam ad te custodiam: vt eum quę rendo atq. ad eum accedendo, & illuminemur & confortemur, ne cæcitate quid
Psa.30. faciendum sit non uideamus, aut infirmitate non faciamus. etiam quando videmus. Quod ergo est ad uidendum, accedite ad eum & illuminamini: hoc est, ad faciendum, quęrite dominum & corroboramini. Quærite, inquit, faciem eius
Psa.104. semper.) Quę est facies dñi, nisi præsentia dei? Sicut facies uenti, & ignis: dictũ
Psa.67. est.n. Sicut stipulam ante faciem uenti, & sicut fluit cęra a facie ignis. Et multa talia
Psa.96. ponit scriptura, nihil aliud quam earum rerum præsentiam uolens intelligi quarum
Psa.104. nominat faciẽ. Sed quid est, Quærite faciẽ eius semper? Scio quidem quia mihi adhærere deo bonum est: sed si semper quæriẽ, qũ inuenitur? An semper dixit in tota uitaistn qua hic uiuiẽ, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit I fides, sed adhuc eum quærit spes. Charitas aũt, & inuenit eum per fidem, & eũ quærit habere per speciem. Vbi tunc sit inuenies vt sufficiat nobis, & ulterius non quęrat: nisi.n. eum in ista uita inueniret fides, nõ diceretur, Quærite dñm, & cum inueneri Esa.55. tis eũ, derelinquat impius uias suas, & uir iniquus cogitationes suas: itẽ si fide inuen- Rom.8. tus non adhuc esset, p quirendus non dicerẽ: Si.n. q̄d non uidemus, speramus, p patiã expectamus. Et q̄d Ioãnes ait, Scimus, 1.Ioa.3. quia cum apparuerit similes ei erimus, qm videbimus eum sicuti est. An forte ẽt cum facie ad faciem uiderimus eũ sicuti est, adhuc perquirendus erit? Est sine fine q̄rendus, q̄a sine fine amandus. Dicimus ẽt præsenti alicui, non te quæro: id est, non te diligo. Ac per hoc qui diligitur ẽt præsens q̄ritur, dũ charitate perpetua ne fiat absens optatur. Proinde quẽ quisque diligit, etiã cum eum uidet sine fastidio semper uult esse præsentem, hoc est, semper quærit eũ esse præsentem. Et nimirum hoc est, Quærite faciẽ eius semper, vt non huic inquisitioni qua significatur amor, finẽ præ- K
fiet inuentio, sed amore crescente inquisitio crescat inuenti. Iam deinceps tẽperat se laudator iste ardens, & ad capacia uerba descendit, infirmum amorem atq. lactentẽ temporalibus dei mirabilibus nutriens: Mementote, inquit, mirabiliũ eius quæ fe- 1.Pa.16.
cit, prodigia eius & iudicia oris eius.) Qui locus similis uidetur illi loco, vbi ad Moysen quærentẽ quis esset cum dixisset, Ego sum qui sum, & dices filijs Israel, Qui est Exod.3
misit me ad vos, q̄d ex aliquantulacũque particula rara pura mẽs capit: deinceps nomen suum commemorans, erga homines gratiam suam misericorditer temperauit dicẽs, Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternũ: ubi intelligi uoluit & illos, quorum se deum dixit uiuere secum in æternum, & hoc dixit, quod capi ẽt a paruulis posset, ut ego sum q̄ sum, illi pro captu intelligerẽt, q̄ grandibus viribus charitatis nossent q̄rere faciẽ eius semper. Si ergo quod est ipse multum est ad vos vel videre vel quærere, mementote mirabilium eius q̄ fecit, prodigia eius: & iudicia oris eius: & quibus dicitur? Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.) Vos semen Abraham, uos filij Iacob mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & indicia oris eius. Ne quis aũt vni genti hoc tribueret Israe- L
litarum secundũ carnem, & non intelligeret magis esse semẽ Abrahæ filios promis-

sionis quam filios carnis, qbus Apostolus dicit cũ gẽtibus loquereꝛ, Vos ergo Abra-
Gala.3. hæ semen estis, secundũ promissionẽ hæredes: sequitur & dicit, Ipse dñs deus noster,
in omni terra iudicia eius.) Hoc dicitur p
Esa.54. Esaiam ad Hierusalem liberam matrẽ no
Rom.3. stram, Et qui eruit te, ipse dñs deus tuus,
deus uniuersæ terræ uocabitur. An Iudęorum deus tm? Absit. Ipse est dñs deus noster, in omni terra iudicia eius, Et in omni terra Ecclesia eius, ubi prædicantur iudicia eius. Quid ergo ait in alio Psalmo?
Psa.147 Qui annunciat uerbũ suũ Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Nõ fecit sic oĩ gẽti, & iudicia sua non manifestauit eis. Ideo dictum est, quia ad unã gentem uoluit intelligi pertinentẽ Ecclesiã ad semen Abrahæ, quæ uocata est qdẽ ex omnibus gentibus: & sic in ea dicuntur oẽs gẽtes, vt vna sit gẽs in adoptionem uocata. Extra istã nulli genti manifestauit iudicia sua: qm qui ea non crediderunt, etiam si annunciata sunt, manifestata eis utiq. non sunt, qa nisi credant non intelligent. Memor fui in seculũ
Esa.7. M testament i sui.) Alij codices habent, in æternum, qp ex ambiguo Græco factum est Sed si in hoc seculo intelligendum est, nõ in æternum modo exponens, cuius testamenti memor fuerat, adiungit & dicit, Verbi quod mandauit in mille generationes.) Quod adhuc cum aliquo fine potest intelligi: sed deinde dicit, Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptũ, & Israel in
1.Pa.16 testamentum ęternum.) Vbi nullus est ambignitatis locus αἰώνιον quippe habet Græcus, quod nusquam nostri nisi æternum interpretati sunt: uix autem aliqui alicub. αἰώνιον ęternale dixerunt, nisi forte qa αἰώνια familiarius interpretatur seculum, αἰώνιον non ęternum, sed seculare interpretari uelint, quod neminem ausum fuisse commemini. Si autem hoc loco testamentum uetus intelligendum est propter terram Chanaan: sic.n. sermo contexitur, & statuit illud ipsi Iacob in præceptum, & ipsi Israel in testamentum æternum: dicens, Tibi dabo terram Chanaan funiculum hæreditatis uestræ. Quomodo intelligendum est æternum, cum terrena illa hæreditas æterna esse non possit? Et ideo uetus testamentum uocatur, quia per nouum aboletur. Mille uero generationes nec æternum uidentur aliquid significare, quia utique finem habent: & ad ipsa temporalia nimis multæ sunt, quamlibet etiã A
paucis annis generatio determinetur, quã Græci μιᾶς dicunt, quam minimam quidam quindecim annis terminauerunt, ex qua hõ incipit posse generare, Quæ sunt istæ mille generationes: Non solum a tempore Abraham quando ei facta est ista promissio, usque ad tempus noui testamenti, sed ab ipso Adam usque ad terminum seculi. Quis enim audeat dicere quindecim annorum milibus hoc seculum extendi? Proinde mihi uidetur non hic uetus testamentum intelligendum, quod nouo esset tollendum. Dicitur per Prophetam, Ecce Hier.31
dies ueniunt dicit dominus, & confirmabo domum Iacob in testamentum nouum, nõ secundum testamentum quod constitui patribus eorum, cum eduxissem eos de terra Aegypti, sed testm fidei, quod laudat Apostolus cum Abraham nobis proponit imitandum, & de legis operibus gloriãtes Hebr.8.
indẽ conuincit, qp Abraham etiam ante circuncisionem credidit deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. Deniq. cum dixisset, Memor fuit in seculum testamenti sui, quod iu æternum intelligere debemus, testamẽ B
ti scilicet iustificationis & hæreditatis æ- Gala.3.
ternæ, q̃ fidei ꝓmisit deus, Verbi, inqt, qd mandauit in mille generationes. Quid ẽ Rom.4.
mandauit? Quod.n. ait, Tibi dabo terram Chanaan: non mandatum est, sed promissum. Mandatum est autem quod facef debemus, promissum quod accipere. Mandatum ergo fides est, vt iustus ex fide uiuat, & huic fidei hæreditas æterna promittit. Mille ergo generationes propter numeri perfectionem pro omnibus intelligendæ sunt, id est, q̃ diu generatio generationes succedit, tamdiu mandatum est ut quendo uendum ex fide. Quod obseruat populus dei, filij promissionis nascendo uenientes, & moriendo abeuntes, donec omnis generatio finiatur, quod millenario numero significatũ est, quia per denarij numeri solidum quadratum decem decies, & hoc decies usq. ad mille peruenit. Qđ disposuit, inquit, ad Abraham & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob, id est, Iacob in præceptum. Ipsi sunt tres patriarchæ quorum specialiter se dicit deum, quos & dominos nominat in testamento nouo: ubi dicit, Multi ab Oriente & Occidente ve- Matt.8.
nient, & recumbent cum Abrahã & Isaac C
&

& Iacob in regno cęlorum. Ista est hęreditas æterna: nã & hic ubi ait, Statuit illud Iacob in præceptũ: manifestauit præceptũ esse fidei: Non.n. promissum appellaret pceptũ. Si.n. opus est in præcepto, merces ꝛ
6. promissio, Hoc est opus dei dñs ait, ut credatis in eũ quẽ ille misit. Hoc est ergo verbum quod mandauit, Memor erit in æter
num testamenti sui: hoc est uerbum fidei quod prædicamus, Statuit illud ipsi Iacob in præceptũ, & ipsi Israel testm æternũ, id est, qđ ex ipso verbo, & præcepto impleto daturus esset aliqd æternũ. Dicens tibi dabo terrã Chanaan, funiculũ hæreditatis uestræ.) Quo ergo est hoc in æternum, nisi aliquid ęternũ significet? Ipsa.n.
5. dicta est terra promissionis, terra fluẽs Iac & mel, Quod totũ significat gratiã, in qua
8. gustatur q̃ suauis est dominus ad quã non
omnes homines pertinent. Non.n. omnũ est fides: ideo addidit, Funiculum hæreditatis uestræ. Vnde in alio psalmo, semen Abrahæ quod est Christus intelligitur loq,
15. vbi dicit, Funes ceciderunt mihi in præcla
ris, etenim hæreditas mea præclara est mi hi. Cur aũt dicta sit terra Channan, inter
, pretatio huius nominis aperit, Chanaan
D quippe interpretatur humilis. Quod si ad
illam referatur sententiã sancti Noe, qua
, eundẽ Chanaan dixit futurum seruum fra
tũ suorũ, hinc est etiam seruilis timor. Ser
tus autẽ manet in domo in æternũ, filius autem manet in æternũ. Iõ excusso Chananæo, datur terra promissionis semini Abrahę. Consummata.n. charitas foras mittit timorem, ut filius maneat in domo in ęternũ. Vnde dictũ, & ipsi Israel in testm æternum. Deinceps exequitur historiam in libro sanctorum ueritate notissimam. Cum essent numero breui: paucissimi, & incolæ in ea.) Id est, in terra Chanaan: qñ ibi patres habitauerunt. Abraham, Isaac & Iacob, antequam eam acciperent hæreditatem, in semine suo paucissimi erant, & incolę in ea. Nonnulli autem codices habent, non paucissimi & incolę, sed paucissimos & incolas. Vbi apparet eos qui ista interpretati sunt, Græcam fuisse locutionem secutos, quæ transferri non potest in Latinum, nisi cum ea absurditate, quę ferri omnino non possit. Si enim totam ipsam locutionem transferre conemur, discuri sumus in ea esse numero breui, pauciſsimos & incolas in ea. Quod autẽ ait Græcus in ea esse illos, hoc est Latine cum esset, quod uerbum nõ põt casus accusatiE
uus sed, sed nominatius. Quis.n. dicat, cũ essent paucissimos? sed, cũ essent paucissimi. Cum ergo essent numero breues, uel numero breui paucissimi & incolę in ea. Transierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterum.) Repetitio est eius quod dixerat de gente in gentẽ. Non dimisit homini nocere eis.) Id est, nõ permisit. Græca aũt locutio est, nocere illos, Latina vero nocere illis. Et corripuit pro eis reges. Nolite, inqt, tãgere Chros meos & in ꝓphetis meis nolite malignari.) Verba dixit dei corripiẽtis uel arguẽtis reges, ne læderẽt sanctos patres, cum eẽnt numero breues, & paucissimi, atq. incolæ in terra Chanaan. Quę uerba licet in libris eius historiæ non leganꝰ, tñ intelligenda sunt vel ętanter dicta, sicut deus in hoĩum cordibus loquitur occultis & ueracibus uisis, Gen.13
vel etiam per angelum expressa. Nam & &.26.
rex Gerararũ, & rex Aegyptiorum diui- Gen.31
nitus admoniti sunt ne nocerent Abrahæ, & rex alius ne noceret Isaac, & alij ne nocerent Iacob, cum essent paucissimi & incolæ, anteq̃ ad incolendã Aegyptum cum filijs suis trãsiret Iacob, qp itelligitur in eo commemoratum quod ait, Transierũt de gente in gentẽ, de regno in populum alterum. Sed quia occurrebat quærere, anteq̃ transirẽt & in Aegypto multiplicarentur, qũ numero breues, paucissimi, & incolę in aliena terra perdurare potuerunt, secutus adiunxit: Non permisit hoi nocere eis, & corripuit pro eis reges, Nolite tangere Christos meos & in prophetis meis nolite malignari. Põt autem merito mouere qũ fuerint Christi appellati anteq̃ esset unctio, ex qua hoc nomẽ impositũ est regibus, Quod a Saule cœpit, cui Dauid
1.Re,10 successit in regno, atq. inde cæteri & reges, Iudæ & reges Israel continuatione sacratæ consuetudinis ungebantur, in qua unctione figurabatur unus uerus Christus, cui dictum est, Vnxit te deus
Psal.44. deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Vnde ergo illi iam tunc Christi appellabantur? Nam prophetas eos fuisse legimus. De Abraham utique quod
Gen.20 de illo manifeste dictum est, hoc & de illis intelligendum est. An ideo Christi, quia etiam si latenter, iam tamen Christiani? Quãuis.n. caro Christi ex illis, tñ

Christus ante illos: ꝙ & Iudæis respondit
Ioan. 8. dicens, Antequam Abraham fieret ego sū.
G Quo ergo hunc illi ignorarēt, aut in eum nō crederent, eum propterea prophetæ dicerentur, quia licet occultius, tamen dū prænūciabant? Vñ aperte ipse dicit, Abrahā concupiuit uidere diem meum, & uidit & gauisus est. Non.n. quisquā præter istā fidē q̄ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconciliatus est deo, cū sit ab Apostolo ueracissime definitū, Vnus.n. deus, & unus mediator dei & hominum Christus Iesus. Deinde iam nar
1.Ti.2. rare incipis quomodo factum sit ut transirent de gente in gentē, & de regno in populū alterum. Et uocauit, inquit, famē super terram, & oē firmamentum panis contriuit. Misit ante nos uirum in seruum uenū
Gen.41 datus est Ioseph.) Per hoc factū est ut trāsirent de gente in gentem, de regno in populū alterū. Sed non sunt negligenter prætereundę scripturarum sanctarum locutiones. Vocauit, inquit, famem super terram, quasi fames aliqua psona sit, uel aliqd animatū corpus, vel aliqs spiritus qui obedire possit uocāti, cū sit fames ex inedia contracta pernicies, atq. ita sit in eis qui eam
H patiunt, ut aliqs morbus. Sicut.n. moribus vt esse desinat, fit plerūq. p medicamētū, sic & fames sanat quodāmodo per alimētū. Quid est ergo, uocauit famē? An forte ista mala q̄ patiunt homines, habent quosdam ꝓpositos suos angelos malos? Nā & in alio psalmo dicit immissione p angelos malos deū homines afflixisse, non utiq. errāte iudicio. Et hoc est forte, uocauit famē: id est, angelū ꝓpositū famis, & eius rei nomine cuius est præpositus appellatur. Ex qua opinione Romani ueteres quosdam deos tales cōsecrarunt, sicut dei Febrē, deúq. Pallorem. An quod est credibilius, uocauit famē intelligēdū est, dixit ut fames esset, ut hoc sit uocare quod eum appellare, hoc appellare quod dicere, hoc dicere quod iubere? Nam ille uocauit famē qui uocat eā quæ non sunt tanquam sint. Nec ibi ApostoRom.4. lus, Qui uocat ea quæ non sunt ut sint, sed tanquam sint. Apud deum quippe iam factum est, quod eius dispositione futurū
Esa. 42. est quia de illo alibi dicitur. Qui fecit quæ futura sunt. Et hic quando fames facta est, tunc dicta est uocata, id est: vt adesset quæ iam fuerat in eius occulta gubernatione dispositā. Deniq. quomodo adduxerit famē, statim exposuit dicens. Oē firmamentum panis contriuit. Et hæc inusitata locutio est: contriuit.n. dixit, ꝓ eo quod est cōsum I psit. Misit ante eos uirum, Quē uirum? Io seph, Quo misit? In seruum uenūdatus est Gen.39 Ioseph. Nempe quando factum est peccatum erat fratrum, & tū deus misit Ioseph in Aegyptum. Intuenda est ergo res magna & pernecessaria, quo deus bene utatur malis operibus hominum, sicut illi cōtra, male utuntur bonis operibus dei. Cōtexit deinde narrationem commemorans quæ pertulerit Ioseph in humilitate sua, & quo fuerit sublimatus. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransijt animam eius, donec ueniret uerbū eius.) Cōmam eius, donec ueniret verbū eius.) Ibidem. pedes quidem accepisse Ioseph non legimus, sed factum esse minime dubitandum est. Aliqua.n. prætermitti potuerunt in illa historia, quæ tū spūm sanctum non latere qui in his loquit Psalmus. Ferrum ât quod dicit pertransisse animam eius, tribulationē duram necessitatis accipimus: non enim corpus, sed animam dixit. Talis.n. locutio est quædam in Euangelio, vbi Symeon dixit ad Mariam, Ecce positus ē hic in ruinam, & in resurrectionem multorū in Israel, & in signum cui contradicetur, & Luc. 2. tuam ipsius animam pertransiet gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Passio quippe dñi quę multis ruina fuit & in qua multorum cordium occulta patuerunt, qm̄ expressum est, quid de dño sentiebant, & ipsam eius matrem carnali orbitate percussam sine dubio con Gen.40 tristauit. In illa uero tribulatione fuit Ioseph donec ueniret uerbum eius, quo fuerat interpretatus ueraciter somnia, vñ cōmēdatus est regi, ut ēt illi de somnijs eius futura prędiceret. Sed qm̄ dixit, donec ueniret uerbum eius, ne omnino eius sic intelligeremus, ut quisquam rem tantam hominī tribuendam putaret, continuo subiecit, Eloquium domini inflammauit eum.) Vel quod magis de Græco expressum est, alij codices habent, Eloquium domini igniuit eum: ut etiam ipse inter eos computaretur quibus dictum est, Laudamini in nomine sancto eius. Eloquium domini igniuit eum. Merito spiritus sanctus, quando a domino missus est, visę sunt illis linguæ diuisæ uelut ignis. Act. 2. Et Apostolus dicit, spiritu feruentes. A Ro. 12. quo igne discedent, de quibus dicitur, Re- Mat. 24

frigescet charitas multorum. Deniq; sequitur, Misit rex & soluit eū, princeps popu-
lorum & dimisit eum.) Ipse est rex qui &
Ps.104 princeps populorum soluit cōpeditū, dimisit inclusum. Cōstituit eū dñm domus suę. & principē omnis possessionis suæ. Vt eruL diret principes eius sicut semetipsum, & se
nes eius prudētiā doceret.) Græcus habet, Et seniores eius sapientiam doceret.) Qd omnimodo ad verbum ita dici posset, eruA diret principes eius sicut semetipsum, & seniores eius sapientes faceret: πρεσβυτέρους enim habet, quos dicere solemus seniores, nō γέροντας, id est, senes: σοφίαν autem quod uno uerbo Latine dici non potest, à sapientia dictum est, quæ σοφία Græce dicitur, nō à prudentia quæ φρόνησις appellatur. Neq. hoc tamen legimus in illa sublimitate Ioseph, sicut ne compedes in eius humilitate. Sed vnde fieri posit, vt vir tantus vnius veri dei cultor, in Aegypto alendis tantum modo corporibus, & rebus tū corporalibus gubernandis esset intentus, & quo eos meliores redderet, curam non gereret animorum? Sed ea conscripta fuut in illa historia, quæ secundum intentionem scribentis, in quo erat spiritus sanctus, rebus futuris in illa narratione significandis sufficere iudicata sunt. Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Chā.)
Ps.104 Quod est Israel, hoc est Iacob: & quod est
M Aegyptus, hoc est terra Chā. Hinc.n. apertissime demonstratum est de semine Chā
Gen.10 filij Noe, cuius primitiuus fuit Chanaan, extortam fuisse, etiam gentem Aegyptiorum. Proinde in quibus codicibus hoc loco legitur Chanaan, emendandum est. Melius autem interpretatum est, accola fuit, q̄ sicut alij codices habent, inhabitauit, quod tantundem esset ſ & incola diceretur. Nihil.n. aliud significat. Nam idipsum est verbum in Græco isto loco, quod est, & superius vbi dictum est, pauciſsimi & incolę in ea. Incolatus porro vel accolatus, nō indigenam sed aduenam ostendit. Ecce quo transierunt de gente in gentem, de regno in populum alterum. Quod breuiter propositū fuerat, breuiter narrando explicatum est. Sed de quo regno transierunt in populum alterum, merito quæri potest. Nondum.n. regnabant in terra Chanaan, quia nondū ibi fuerat regnum constitutū populi Israel. Quomodo ergo potest intelligi, nisi forte secundum anticipationem, quia ibi regnū futurū erat seminis eorum? Deinceps narrantur quæ in Aegypto gesta sunt: Et auxit, inquit, populum suū vehementer, & firmauit eū super inimicos eius.) Etiam hoc totum breuiter propositum est, vt quēadmodum factum fit, deinceps narreī. Nō.n. tunt firmatus est populus dei super Aegyptios inimicos suos, quando eorum masculini fœtus necabantur, vel quando in faciē dis lateribus conterebantur, sed qñ in manu potenti per signa & portenta dñi dei sui meruendi & honorandi facti sunt, donec duri regis cōrentio vinceretur, & mare rubrū persecutorē cum exercitu eius obrueret. Quod ergo breuiter positū est, Firmauit populū suā super inimicos eius, velut quæreremus qūo factum sit, incipit dicere, donec etiam id narrādo determinet. Et cōuertit cor eorū vt odirent populū eius, & dolū facerent in seruos eius.) Nunquid nā intelligendū est vel credendum, qd deus cor hominis ad facienda peccata cōuertat? An peccatum non est, vel paruum peccatum est odisse populū dei, & dolū facere in seruos eius? Quis hoc dixerit? Nunquid ergo istorū tam grauium peccatorum author est deus, qui nullius vel leuissimi peccati author credendus est? Quis sapiens, & intelliget hæc? Nam ipsa est in illa mirabilis dei bonitas, qua bene vtitur ēt malis, vel angelis, vel hominibus. Cum enim ipsū vitio suo mali sint, ille de malo eorum bene facit. Non.n. antequam odissent populū eius boni erant, sed maligni & impij tales erant, qui facile incolis suis fœlicibus inuiderent. In eo ergo ꝙ populum suum multi B plicauit, hoc beneficio suo malos ad inuidēdum conuertit. Inuidia est enim odiū fœlicitatis alienæ. Sic ergo conuertit cor eorū, vt per inuidentiam odissent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Nō itaq. cor illorum malum faciendo, sed populo suo benefaciendo, cor illorum sponte malum conuertit ad odium. Non.n. rectū cor peruertit, sed sponte peruersum ad odium populi vbi eo malo bene vteretur conuertit. Non enim illos malos faciendo, sed istis bona quibus mali facillime possent inuidere largiendo, Quo illorum odio & ad exercitationem populi sui, & ad gloriam nominis sui, quæ nobis est vtilis, quomodo sit vsus, consequentia docent, q̄ in eius laude commemorantur cum cantatur halleluia. Misit moysen seruum suum, & Aaron quē

elegit

elegit ipsum.) Sufficeret quem elegit,
Exod.3. sed nihil in eo quærendum est quod additum est ipsum. Locutio scripturarum est, sicuti est, In qua habitabunt in ea, qua locutione diuinæ pagine plenæ sunt. Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum in terra Chā.)
Non ita debemus accipere verba signorū & prodigiorū, quasi verba quibus verbis
C fierent signa & prodigia.i.quæ dicerent vt fierent signa & prodigia. Multa.n.sine ver
Exod.8. bis facta sunt, vel virga manu extenta, vel fauilla in cœlum missa. Sed qa illa ipsa q̄ facta sunt, nō erāt alicuius significationis inania, sicut & verba q̄ loquimur, ió & ipsa dicta sunt verba, non vocū & sonorū, sed signorū & prodigiorū. Posuit in eis.i.fecit p eos. Misit tenebras & obscurauit.) Scriptū
Exo.10. est & hoc inter plagas quibus & Aegyptij percussi sunt: q̄ autem sequitur, in diuersis codicibus varie legitur: Alij nanque hñt. Exacerbauerunt sermones eius.) Alij vero, Non exarcebauerunt sermones eius.)
Sed qđ prius dixi, in pluribus inuenimus. Vbi autem addita est negatiua particula, vix duos codices potuimus reperire. Sed ne forte mendositas propter sensum facilio rem abundauerit: quid.n.facilius intelligitur quam id quod dictum est, Exacerbauerunt sermones eius? Vtique contumacibus suis contradictionibus conati sumus sc̄m aliquam rectam sententiam etiam illud exponere: & hoc interim occurrit, Non exacerbauerunt sermones eius, id est, in Moysen & Aaron, quia eos etiam durissimos patientissime pertulerunt, donec omnia quæ deus in eis facere disposuerat, ex ordine cō
D plerentur. Conuertit aquas eorum in sanExod.6. guinem, & occidit pisces eorum. Et dedit
&.8. terram eorum ranas, in penetralibus regū
Psal.77. ipsorum,) Tanquam diceret, Terram eorum conuertit in ranas. Tanta.n.ranarum fuerat multitudo, vt per hoc ὑπερβολὴν cōuenienter diceretur. Dixit & venit cynomyia & cyniphes in omnibus finibus co-
Exod.8. rum.) Si quæritur quando dixerit, in ver-
Psal.77. bo eius erat antequam fieret, Et sine tempore ibi erat & quo tempore fieret, quanquam & per angelos & per seruos suos Moysen & Aaron etiam tunc quodammō dixit vt fieret quando fuerat faciendum. Posuit pluuias eorum in grandinem.) Si-
Exod.6. milis locutio illi est vbi ait, Dedit terram
Psal.77. eorum ranas, nisi quod ibi non vtique in ranas tota terra conuersa est; pluuia vero in grandinem etiam tota potuit. Ignem cō burentem in terra ipsorum.) Sūbauditur posuit, Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit omne lignum finium eorum.) Hoc vi grandinis & fulminibus factum est, vnde & ignē dixit comburentem. Dixit & venit locusta & bruchus, cuius nō erat numerus.) Vna plaga Exo.10.
est locustę & bruchi, quoniam altera est E
parens, & alter è fœtus. Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnē fructum terræ eorum.) Et fœnum fructus est, sicut loqui scriptura consueuit, quæ fœnum appellat etiam segetes frugum. Sed vt duo diceret, duobus fortasse quæ dixerat numero voluit consonare, id est, locustæ & brucho. Hoc autem totum pertinet ad elocutionis varietatem medentē fastidio, non ad diuersitatem sententiarū. Et p
cussit omne primogenitum in terra eorū, Exo.12.
primitias omnis laboris eorum.) Hæc plaga nouissima est, excepta morte in mari ru Psal.77.
bro. Primitias vero laborum, pp primogenita pecorum dictum arbitror. Quę plagę cū sint decē, nec oēs cōmemoratæ sunt, nec eodem ordine quo ibi factæ sunt leguntur. Libera.n.est laudatio à lege narrā, tis & texentis historiā. Cuius laudationis author & dictor cum sit per Propheram spiritussanctus, eadem vtique authoritate q̄ p eū egit hominē q illā scripsit historiā, & cōmemorat aliq̄d factū qđ ibi nō legit, & qđ ibi legitur pterierit. Adiungit aūt et hoc laudibus dei, q̄ argento & auro ditatos Israelitas eduxit de Aegypto, quia & Exo.12.
ipsi tales erant qui nondum possent contē F
nere laborum suorum licet tpalem, tū de- 3.Ad 3ª
bitam iustamq̄ mercedem. Nec in eo q̄ c.Quar-
Aegyptios deceperunt, a quibus sibi vt cō tū.Et.14
modaretur aurum argentumq̄ petiue- dis.5.
runt, putandus est deus huiusmodi dolos Dixit do
eis qui sursum cor habent vel subere, vel si minus.
fecerunt approbare. Magis enim per il- Et.37.di
la dei verba vtique ab illo qui cor eorum sti.c.Le-
videbat, & cupiditates examinabat, per- gimus.
misi sunt facere ista quàm iussi: non tamen sine aliquo profectu animę carnalis, Ecōtra.
quòd & his fecerunt qui talia iure palsi sunt, & quamuis per dolum ab iniquis hominibus, tū quod sibi reddi debuit abstulerunt. Sicut enim Aegyptiorum iniquitate, sic istorum infirmitate ad id q̄ opus erat illis factis figurādum & prēnunciandū diuine usus est deus. Et eduxit eos in argento & auro.) Et ista locutio scripturarum est. Pro eo qppe dictū est, in argēto & auro: ac si diceretur, cum argento & auro. Et non erat in tribubus eorum infirmus.)
Sed corpore, non animo. Etiam hoc magnum dei beneficium fuit, vt in illa neces- 612.
sitate migrandi nullus esset ægrotus. Læta est Aegyptus in profectione eorum, qa incubuit timor eorum super eos.) Timor quippe Hebrēorum super Aegyptios. Nō enim timor eorum quo timebant Hebrēi, sed quo timebantur. Dicet aliquis, Quomodo ergo nolebant eos dimittere Aegy-
G ptij? Quomodo tanquam redituros dimiserunt? Quomodo tanquam redituris & reddituris aurum & argentum petentibus commodauerunt, si lætata est Aegyptus in profectione eorum? Sed intelligendum est post illam vltimam Aegyptiorū mortem & tantam stragem in mari rubro tā magni persequentis exercitus, Aegyptios timuisse residuos, ne redirent Hebræi, & eorum reliquias magna fœlicitate ac facilitate contererent. Tunc impletum est qđ superius cum dixisset, Ex auxit populum suum vehementer: mox addidit, Et firmauit eum super inimicos eius. Hāc enim sententiam vno versiculo propositam vt explicaret quomodo id factum sit, adiunxit cætera quę in hac laude cladis narrauit, vsque ad iustum locum vbi ait, Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos, velut assiguans quod proposuerat, quia firmauit populum suum super inimicos eius. Proinde dicit, quæ iter agentibus in eremo be- 613.
neficia diuina collata sunt. Expandit nubē in protectionem eorum, & ignem vt lucaret eis per noctem.) Tam sunt hęc manife H
sta, quam nota. Petierunt carnes: & venit 614.16. coturnix.) Non coturnices conc̄upierunt, sed carnes. Quia uero & coturnix caro ē, & in isto Psalmo non loquitur de amari- Co.10
catione eorum, in quibus non est beneplacitam deo, sed de fide electorum, quod est verum semen Abrahæ, ipsi intelligendi sunt petisse vt veniret vnde amaricantium murmura opprimerentur: et in versu q̄d sequitur? Et pane cœli saturauit eos) Man- 616
na quidem non nominauit, sed nulli obscurum est, qui illas literas legit. Dirupit pe- 617.
tram & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco fluminia.) Et hoc factum tam cito intelligi-

tur quam legitur. His autē omnibus bñficijs sais, deus commendat in Abraham meritum fidei. Sequitur.n.& dicit, Quoniā memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. Ex eduxit populū suum in exultatione, & electos suos in lætitia.) Quod ait populum suum, hoc repetiuit, electos suos: & q̄ ait, in exultatione, hoc repetiuit, in lætitia. Et dedit illis regiones gentium, & labores populorū possederunt.) Quod sunt regiones gentium, hoc sunt labores populorum: & quod dictum est, dedit illis, hoc repetitum est, possederunt. Et tanquam quereremus cui bono ista data sunt, ne hoc ipsum putaretur I
summum bonum, q̄ ista fœlicitas rerum temporalium populo dei data est, continuo eam ad aliud retulit, vbi summum bonum oportet inquiri. Vt custodiant, inq̄t, iustificationes eius, & legem eius requirant.) Vbi non solum intelligendū est dei seruos & electos filios promissionis, verū & germanum semen Abrahæ, imitantes fidem Abrahæ, propterea ista bona terrena sumere à deo, vt nō in eis luxu diffluāt, siue peruersa securitate torpescāt, sed ideo habeant diuina misericordia hæc omnia prēparata, in quibus quærendis possent negocioßimis laborib. occupari, vt ad hoc vacent vnde bonum ēternum possit acq̄ri, hoc est, ut custodiāt iustificationes eius, & legem eius requirant. Denique quoniā semen Abrahę tales hic intellgi uoluit, q̄ uere essent semen Abrahę, quales vtique nec in illo populo defuerunt. Quod etiā Apostolus Paulus satis ostendit, cum dicit, Sed non in omnibus illis beneplacitum est deo. Si enim in omnibus, profecto fuerunt ibi quidam in quibus beneplacitum est deo, non in omnibus illis profecto. Quia ergo tales Psalmus iste commendat, nihil hic dixit de iniquitatibus, & irritationibus, & amaricatione eorum, in quibus non est beneplacitum deo. Sed K
quia & iniquis non sola iustitia, verum ēt misericordia dei omnipotentis & clementis apparuit, de illis sequens loquitur Psalmus cū laudibus dei. Et tū vtique in uno populo fuerunt, nec istos illi suarū iniquitatum contagione polluerūt. Nouit.n.dominus qui sunt eius. Et si hoc sęculo non pōt ab iniustis recedere, recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomē dñi. Vt hoc 2.Th.2.
ergo tāquā in corpore Psalmi huius velut latentem

latentem quodámodo eius animam commendemus,hoc est,in uerbis quasi exterioribus interiorem intellectum, videtur mihi ammoneri semen Abrahæ, qui sunt omnes filij promissionis ptinentes ad æternã hæreditatem testamentum æterni, vt tanquam ipsam hæreditatem sibi eligant deũ, & eum gratis colant, id est,propter ipsum non propter aliquod emolumentum mercedis extra ipsum,& hoc faciant laudãtes, inuocantes,annunciantes, nec in suam,sed in eius gloriam, per fidem bene operantes, spe gaudentes,charitate feruẽtes. Hoc totum sonat his versibus.

Repetitio expositorum.

COnfitemini domino & inuocate nomen eius,annunciate in gẽtibus opera eius. Cantate ei & psallite ei,narL rate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine sancto eius. Lætetur cor quęrentium dominum. Quærite dominũ & confirmamini,q̃rite faciem eius semper.) Deinde ad paruulorum corda nutriẽda vt roborentur in fide, de Patriarchis proponũtur exempla & illorum fidei & promissionis dei,vt imitando & sperando simus illorum, non de sola gente Hebræorum, sed quotquot istam graciam suscipiunt in omni terra. Qđ totum his versibus continetur: Mementote mirabilia eius q̃ fecit, ꝓdigia eius & iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius,filij Iacob electi eius. Ipse est dominus deus noster, in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui,verbi qđ mandauit in mille gñationes. Quod disposuit ad Abraham,& iuramenti sui ad Isaac. Statuit illud ipsi Iacob in præceptum:& ipsi Israel in testamẽtum æternum,dicẽs,Tibi dabo terrã Chanaan,funiculum hæreditatis vestrę.) Quę omnia pro modulo meo, quemadmodum accipienda essent,exposui. Hic occurrebat animo paruulæ fidei. Si ergo deus gratis est colendus, & testamenti ęterni hæreditas ipse a seipso requirendus, mortalẽ istã M vitam cur prestat quærentibus eum,& tẽporales necessitates? An & ipsas suæ misericordiæ multiplicatione non deserit? Nã intente audite quid ꝓstiterit patribus nr̃is, vel in q̃bus fidei exẽpla cõstituit, vel qui ex illorum carne ꝓpagati et fidẽ imitati sunt. Cũ essent ipsi numero breui, pauciss̃imi & incolæ in ea.) Id est,in terra Chanaan. Et ptransierũt de gẽte in gentem, & de regno in populũ alterũ. Non reliquit hominẽ nocere eis,& arguit ꝓ eis reges. Nolite tãgere Chr̃os meos, & in Prophetis meis nolite malignari.) Si autem q̃ritis, quo trãsierũt de gẽte in gentẽ,& de regno in populũ alterũ,audite: Vocauit famẽ sup terrã,& oẽ firmamentũ panis cõtriuit. Misit ante eos virũ,in seruũ venũdatus est Ioseph. Humiliauerũt in compedibus pedes eius,ferrũ ptransijt animã eius,donec veniret uerbũ eius. Eloquiũ dñi igniuit eũ, misit rex & soluit eũ, princeps populorũ & dimisit eũ. Cõstituit eum dñm domus suæ,principẽ oĩs possessionis suæ. Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & seniores eius prudẽtiã doceret. Et intrauit Israel in Aegyptũ, & Iacob accola fuit in terra Chã.) Ecce qũo pertransierũt de gẽte in gentẽ, & de regno in populũ alterũ. A Et auxit populũ suũ vehementer, & firmauit eũ super inimicos eius.) Si autem scire vultis qũo eum firmauit super inimicos eius: audite. Conuertit cor eorũ vt odirẽt populum eius,& dolum facerent in seruos eius. Misit Moysen seruum Arron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum,& prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras & obscurauit eos,& exacerbauerunt sermones eius. Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Dedit terram eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum. Dixit & uenit cynomya & cynipes, in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit omne lignum finium eorũ. Dixit & uenit locusta & bruchus, cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terrę eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Et B eduxit eos in argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.) Ecce qũo populum suum firmauit super inimicos eius. Cum autem inimicis eorum ista mala iustitia eius inflixerit, q̃ ipsis largita sit etiam temporalia misericordia eius, accipite: Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.

Petierunt carnes & venit coturnix, & pane cœli saturauit eos. Dirupit petrã & fluxerũt aquę,abierũt in siccо flumina. Qm̃ memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abrahã puerũ suũ. Et eduxit populũ suũ in exultatione,& electos suos in lætitia. Et dedit illis regiones gẽtiũ,& labores populum possederunt.) Non vt ꝓ ista eũ colant,sed vt ea quoque ad bonum ęternũ referant atq. cõuertant. i. vt custodiant iustificatiões eius,& legẽ eius xeqrãt. Quæ eiq. igit alia bona dat deus, referẽda sunt ad gratuitũ cultũ ipe aũt cultus eius nõ est referẽdus ad alia bona q̃ dat deus. Tũc. n. erit gratuitus. Ad qđ certamẽ ꝓuocãs hoC us colit deũ? Porrò si in seruũ venũdatus est Ioseph, & humiliatus & exaltatus locũ fecit ad temporalia bona populo dei vt firmaretur super inimicos eius: quanto magis Iesus venũdatus & humiliatus à fratribus suis sed̃m carnẽ & exaltatus in cœlis,locum facit ad æterna bona populo dei triumphanti de diabolo & angelis eius? Audi ergo semen Abrahæ, non de carne glorians,sed imitans fidẽ. Audite serui dei promissionẽ habẽtes uitæ pũtis & futuræ. Si tentationes duræ sunt in hoc seculo Ioseph in carcere, Iesum in cruce cogitate. Si rerum temporalium ꝓsperitas adiacet,nõ propter ipsam deo, sed ipsa vtimini propter deum. Nec eum existimetis propter uitę huius necessaria coli à cultoribus suis, quę donat & blasphematoribus suis: sed quærite primum regnum dei & iustitiam eius,& hæ omnia apponentur vobis.

In Psalmum centesimum quintum Enarratio.

PSalmus cẽtesimusquintus et ipse prę notatur Halleluia.) Et hoc dup iciter. Sed quidam dicunt vnum hallelu ia pertinere ad finem psalmi superioris, alterum ad huius principium. Et hoc assẽrunt qꝰ omnes halleluiatici psalmi habeãt D in fine halleluia,non omnes in capite. Vnde quicunque psalmus non habet in fine halleluia, nec in capite volunt eum h bere. Rectđ aũt in eius capite videtur esse,ad finem superioris pertinere. Sed nos quoussque nobis aliq bus certis documẽtis id ve rum esse psuadeant,multorum cõsuetudinem sequimur,qui vbicunque legunt halleluia, eidem psalmo attribuunt in cuius hoc capite inueniũt. pauciss̃imi n. codices sunt, quod quidem in nullo Grẽcorum reperi,quos inspicere potui, q̃ habeant halleluia in fine, ꝓter cẽtesimi & quinquagesimi psalmi cõtextionẽ, post quem iam nullus est qui ad eundem canonẽ ptinet. Sed neque hoc posset præscribere cõsuetudini, et si omnes codices id haberent. Fieri. n. potuit, ut aliqua rõne laudationis dei totus Psalmorum liber,q̃ libris quinque cõstare perhibetur,nã vbi scriptum est, Fiat fiat,ibi fines librorum esse dicunt,post omnia quæ cantata sunt,vltimo halleluia claderetur: nec propter finẽ cẽtesimi & quinquagesimi psalmi necesse esse video vt omnes halleluiatici Psalmi in fine habeãt hal- E leluia. Cum enim in capite Psalmi gemina tur halleluia,cur dũs aliq̃s semel, aliquando bis dicat amen, & quomodo eo modo non possit aliquando semel, aliq̃s bis halleluia dici, nescio præsertim quia post numeri notam qua Psalmus inscribitur quotus sit,velut ille centesimusquintus,vtrũque halleluia positum est. Debuit aũt unũ poni ante ipsum numerũ,si ad finem pertinet superioris: post numerum psalmi scribi alterum halleluia,quod ad Psalmum ipsius numeri pertinet. Sed fortasse & in hoc loco imperita præualuit cõsuetudo, & aliquid afferri potest qđ adhuc ignoramus, vnde nos magis docere deoeat iudicium veritatis,q̃ prę iudiciũ consuetudinis. Nũc tñ antequam hoc perdiscamus, ubicunq. post numerum Psalmi, siue semel,siue bis conscriptum inuenimus halleluia, secũdũ celeberrimam ecclesiæ consuetudinem ei Psalmo tribuimus,qui eodem numero ꝓnotatur, confitentes nos arcana omnium titulorum q̃ sunt in Psalmis,& ordines corundem Psalmorũ,& magna esse credere, & nondum sicut volumus penetrare potuisse. Video autem istos duos centesimũ quartum & centesimumquintum ita inter se coniunctos,vt in vno eorum qui præce 1. Co. 10 dit comendet populus dei in electis eius, F de quibus nulla querela sit, quos ego arbitror ibi fuisse, in quibus beneplacitum est deo: in isto aũt q̃ sequtur eos commemoratos, q̃ in eodẽ populo amaricauerũt, nectũ et ipsi dei misericordiã defuisse. Dñr ãt ista ex eorũ ꝓsona q̃ veniã cõuersi ꝓcantur,& exẽpla commemorãtur illorum, in quos etiam peccatores diues apparuit misericor-

sericordia dei. Incipit ergo ēt iste Psalmus sicut ille: Confitemini dño.) Sed ibi sequitur, Et inuocate nomē eius: hic aūt, Quo-
Iudit.13 niam bonus, qm̄ in seculum misericordia eius.) Quapropter pōt hic quidem intelligi etiam confessio pc̄tōrum: nam & post paucos versus sequit, Peccauimus, cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Sed in eo qđ dicit. Qm̄ bonus, qm̄ in seculum misericordia eius, laus utique dei est, atq. in eius laude cōfessio: quā-quam ēt cū sua quisq. confitetur peccata, cum dei laude confiteri debet: nec aliter pia est confessio peccatorum, nisi non desperans, & poscens misericordiam dei. Habet ergo eius laudem, siue etiam in uerbis cum eum bonū & misericordem dicit, siue in solo affectu, cū hoc credit. Nā & ille publicanus cuius sola illa verba commemorata sunt, Dñe propitius esto mihi peccatori:
Luc.18. & si nō dixit, Qm̄ bonus & misericors es, vel aliqd hmōi: non tm̄ illud diceret, nisi
G hoc crederet, quoniā cū spe orauit, quæ sine illa fide esse nō posset. Potest ergo esse laus vera & pia, ubi nō sit confessio peccatorum, q̄ laus multo crebrius in scripturis confessio vocatur. Nulla est autem peccatorū, confessio pia & utilis, ubi nō laudatur deus, siue corde, siue ēt ore atq. sermone. Quòd autē habent aliqui codices, qm̄ bonus: alij habent, qm̄ suauis: ita unum uerbum Græcum quod dr̄ χρηστὸς diuersa interpretatio secuta est. Item qđ dictū est, Quoniā in seculū misericordia eius. Græcus hēt ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, quod potest ēt in æternum interpretari. Proinde si illa misericordia hic intelligitur, qua nemo sine deo beatus esse pōt, melius accipimus in æternum. Si autem illa est misericordia quæ miseris exhibetur, ut vel consolentur, in miseria, ab illa etiam liberentur, melius in seculū, hoc est, vsque in finem seculi, in quo non
4.sē.dis. 46. deerunt miseri, quibus misericordia præbeatur. Nisi forte quis audeat dicere etiā
Sed q̄ri- in his qui damnabunt̄ cū diabolo & angelis eius, aliquam misericordiam dei minime defuturam, nō q̄a ex illa dānatione liberentur, sed vt eis aliquatenus mitiget, atque ita æternā posse intelligi dei misericordiā sup illorū æternā miseriā. Sed tolerabiliorem quoſdā excepturos dānationem in quorūdā cōparatione legimus: alicuius uero mitigari eā cui est traditus pœnam, vel quibusdā interuallis habere aliquam pausam, quis audaćter dixerit, quandoquidem
vnam stillam diues ille non meruit? Sed de hac tanta re diligentius ex ocio differendū Luc.16.
est, nunc quod ad istum Psalmum attinet, hactenus de illa dictū esse sufficerit. Quis loquetur potentias dñi?) Impletus consyderatione diuinorum operum, qui misericordiam eius exposcit, Quis, inquit, loquetur potentias dñi? Auditas faciat omnes laudes eius?) Subaudiendum est quod supra dictum est, vt etiam ista sententia ita sit plena, Quis auditas faciet oēs laudes eius? Id est, quisnam sufficiat auditas facere omnes landes eius? Auditas faciet, dixit. i. faciat vt audiantur ostendens ita loquendas potentias domini & laudes eius, vt prædicentur audientibus. Sed quis potest omnes? An forte quia sequitur: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.) eas dixit laudes eius, I quę intelliguntur opera eius in præceptis eius? Deus est enim, ait Apostolus, qui ope Philip.2.
ratur in uobis. Et dictum est semini Abra- Ps.104.
hæ, Cantate ei & psallite ei, quod intellexi mus ita dictū, ac si diceretur, bona in eius laudem & dicite & facite: Quibus duobus verbis, id est, cantandi & psallendi conuenire duos sequentes versus, vt quod dictū est, Narrate omnia mirabilia eius: hoc sit, cantate ei: quod vero dictum est, Laudamini in nomine sancto eius: hoc sit, psallite illi. Huic quippe semini etiam ipse dominus Matt.5.
dicit, Luceāt opera uestra bona coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Hic ergo ipsa dei præcepta consideras, quorum præceptorum opera laudes sunt eius qui operatur in suis, ait, Quis loquetur potentias domini, quoniam hæc ineffabilia opera eius? Quis auditas faciet omnes laudes eius: Id est, quis cum audierit faciet omnes laudes eius, quæ sunt opera præceptorum eius? Quia inquantum fiūt, Philip.2.
etsi non omnia quæ audita sunt fiunt, ille laudandus est qui operatur in nobis & uel le & operari pro bona voluntate. Ideo cū posset dicere, omnia mandata eius: maluit dicere, nia opera mādatorum eius: quia vt dictum est, inquantum laudes eius. quia vt dictum est, inquantum fiunt ipse laudandus est. Quas tamen laudes, quisnam sufficit auditas facere? Id est, cum auditę fuerint, facere omnes quis est idoneus? Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, vtique ex

que ex quo incipiunt & viuunt in tempore, Qui enim perseuerauerit vsq. in finē hic saluus erit. Potest autem videri eiusdē sententiæ repetitio, vt hoc sit facere iustitiam quod est custodire iudicium, vt etiā superiori versu subaudiatur in omni tempore, sicut in posteriori subauditur beati: Et redditis quæ subaudiuntur, ita dicatur, Beati qui custodiunt iudicium in omni tē-
pore, beati qui faciunt iustitiam in omni tempore. Sed nisi aliquid interesset inter
23. iudicium & iustitiam, non in alio Psalmo diceretur, Quousque iustitia conuertatur
in iudicium. Amat quidem scriptura ista
36. duo simul ponere, sicuti est, Iustitia & iudi-
cium directio sedis eius: & illud, Educet si-
cut lumen iustitiam tuam, & iudiciū tuū sicut meridiem, cum & illi eiusdem sentē-
tiæ repetitio videatur. Et fortasse propter vicinitatē significationis etiam alterum p altero poni potest, vel iudicium pro iustitia, vel iustitia pro iudicio, tamen si proprie dicantur, aliquid interesse nō dubito, vt iudicium custodire dicatur qui recte iudicat, iustitiam vero facere qui recte agit.
23. Nec absurde existimo intelligi secundum illud quod dictum est, Quousque iustitia conuertatur in iudicium: etiam hic eos dicens beatos qui iudicium custodiunt in fide, iustitiam faciunt in opere. Veniet enim tempus vt iudicium quod modo custodit in fide, etiam exerceatur in opere, cum iustitia coaduersa fuerit in iudicium: id est, cum acceperint iusti potestatem iudicandi eos recte, à quibus modo non recte iudicā-
24. tur. Vnde alibi ipsum corpus Christi intelligitur dicere, Cum accepero tempus, ego iustitia iud cabo. Quod uerbum è verbo magis diceretur, æquitates iudicabo. Non autem dixit, Cum accepero tempus iustiam faciam, qui in omni tempore faciēda est, sicut etiam hic dixit, Qui faciunt iustitiam in omni tēpore. Deinde quia deus iustificat, id est, iustos facit, sanando eos ab iniquitatibus suis: sequitur oratio: Memento nostri domine in beneplacito popu-
li tui.) Id est, vt in eis simus in quibus beneplacitum est tibi, quia non in omnibus illis beneplacitum est deo. Visita nos
M in salutari tuo.) Ipse est enim saluator in quo peccata dimittuntur & animæ sanantur, vt possint custodire iudicium, & facere iustitiam. Quos cum beatos esse intelligerent qui hæc loquuntur, hoc sibi consequenter orando petunt. De isto salutari alibi dicitur. Vt cognoscamus in pſal. 66.
terra viam tuam: & quasi quæreremus in qua terra? secutus est, in omnibus gentibus. Rursum quasi quæreremus, quam viam? secutus est, salutare tuum. De illo quippe dixit Symeon senex, Quoniam vi- Luc. 2.
derunt oculi mei salutare tuum: qui etiam Ioā. 14.
de seipso dixit, Ego sum via veritas & vita. Visita ergo nos in salutari tuo, hoc est, in Christo tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ.) Id est, ad hoc nos visita in salutari tuo, vt videamus in bonitate electorum tuorum, & lætemur in lætitia gentis tuæ. Quòd autem hic positum est, in bonitate: alij codices habent in sua uitate: sicut illud, quoniam bonus: alij pſal. 84.
habent, quoniam suauis. Idipsum autem verbum in græco est, quod & alibi legitur, Dominus dabit suauitatem, quam & aliqui interpretati sunt bonitatem, aliqui benignitatem. Sed quid est, Visita nos, vt uideamus in bonitate electorum tuorum, id est, in ea bonitate quam præstas electis tuis, nisi ut non remaneamus cæ-
A ci: sicut illi quibus dictum est, Nunc au- Ioan. 9.
tem dicitis quia videmus, peccatum ue- pſa. 145
strum manet? Dominus enim illuminat cæcos, non meritis eorum, sed in bonitate electorum suorum: id est, quam exhibet uel donat electis suis: sicut, Salus Esa. 41.
vultus mei non à me ipso, sed deus meus, Matt.6.
Et panem nostrum dicimus quotidianū, sed tamen addimus, da nobis. Visita ergo nos in salutari tuo ad uidendum, id est, ut uideat i bonitate electorū tuorū: ad lætandū, id est, vt lætemur in lætitia gentis tuæ. Vnam gentem dei intelligere debemus uniuersum semen Abrahæ, sed filios promissionis non carnis. Hi ergo pſal. 31.
quorum uox est, optant eiusdem gentis pſal. 4.
habere lætitiam. Et quæ huius gentis lætitia, nisi deus eius? Cui dicitur, Exultatio mea redime me: & cui dicitur, Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in cor nostrum, summo. s. vero incommutabili & beatifico bono, qđ ipse deus ē. Vt lauderis cū hęreditate tua.) Miror istum versiculum sic interpretatū, & in multis ita esse codicibus, cū sit una eademque in tribus his versibus Græca locutio, vt si hoc recte dictum est quod legitur, Vt lauderis cum hæreditate tua, possect

Bset recte dici, vt videas in bonitate electo
rum tuorum, & læteris in lætitia gentis
tuæ,& lauderis cũ hæreditate tua, toto ip-
so sensu ita contexto, Visita nos in salutari
tuo,vt videas in bonitate electorũ tuorũ,
vt lęteris in lætitia gentis tuæ, & lauderis
cũ hæreditate tua. Sed m hoc aũt qđ dixi-
mus, Visita nos, vt videamus in bonitate
electorũ tuorũ, & lætemur in lætitia gẽtis
tuæ,consequenter & hic dici debuit,vt lau
demur cũ hæreditate tua,cui hæreditati di
ctum est, Laudamini in nomine sancto
Ps.104. eius. Porro autem qm̃ hæc ambigua vide-
tur locutio: si verus est iste sensus quo ma
luerunt interpretes dicere,vt lauderis, ẽt
duo versus superiores ita intelligendi sunt,
quia vt dixi vna est in his tribus versibus
Græca locutio,vt hoc totum ita dictũ acci
piatur, Visita nos in salutari tuo,vt videa-
mus in bonitate electorum tuorum: id est,
ad hoc nos visita, vt illic nos esse facias,&
illic nos videas, vt læteris in lætitia gẽtis
tuæ,id est, vt tu dicaris lætari cum illi læ-
tantur ex te,vt lauderis cũ hæreditate tua,
id est,cum in ea laudaris,qm̃ non laudatur
C nisi propter te. Siue ergo illo,siue isto mo-
do intelligendũ sit quod dictum est,ad vi-
dendum,ad lætandũ,ad laudandum, ideo
se optant visitari in salutari dei, id est,in
Christo eius, vt non alienentur a populo
eius,& ab eis in quibus beneplacitum est
deo. Quid autem deinceps confiteantur
audiamus, Peccauimus cum patribus nõ
Iudit.7. stris,iniuste egimus, iniquitatẽ fecimus.)
Quid est cũ patribus nostris? An sicut ha
Gen.14 Hebr.7. bet epistola ad Hebræos, quia & Leui cũ
Abraham decimatus est,quoniam in lum-
bris eius fuit quando decimas dedit sacer-
doti Melchisedech: sic & isti peccauerunt
cum patribus suis,in quorum lumbis erãt
quando illi in Aegypto fuerunt? Nam q
fuerunt eo tempore cum Psalmus iste cõ
scriptus est, maximèque posteri eorum,
quia vel ab eis qui tunc erant dici, vel de
post futuris potuit prophetari, longe abe-
rant ab ætate illorum qui in Aegypto pec
cauerunt,non intelligentes mirabilia de i.
Hoc.n.sequitur exponẽdo quomõ peccа-
uerunt cum patribus suis. Patres nostri
non intellexerunt, inquit, in Aegypto
mirabilia tua.) Et cætera quæ de pecca-
tis eorum multa commemoras. An sic
potius accipiendum est quod ait, Peccaui-
mus cum patribus nostris: tanquam dice-
ret, peccauimus sicut & patres nostri,eo-
rũ videlicet imitando peccata? Quod si ita
D est, astruendũ est aliquo huiusmodi locu-
tionis exemplo: quod cum in pœnitentia
quærere non occurrit, vt cũ illo se quisque
peccasse, vel cum illo se aliquid fecisse di-
catur, quẽ in simili facto ẽt post multum tem
poris fuerit imitatus. Quid est ergo, Pa-
tres nostri nõ intellexerunt in Aegypto
mirabilia tua: nisi, cognouerunt quid per il
la mirabilia eis præstare volueris? Quid
vtique nisi vitam æternam,& non tempo
rale,sed incõmutabile bonum, quod per
patientiã expectatur? Ideo impatiẽter mur
murauerunt & amaricauerunt, & bonis
pœnitentibus fallacibus atque fugacibus
beatos se fieri quæsierunt. Non fuerunt
memores multitudinis misericordiæ tuæ.)
Et intellectum redarguit & memoriã. In-
tellectu quippe opus erat, vt cogitarent ad
quorũ bonorum æternitatem eos p illa tẽ
poralia vocaret deus. Memoria vero vt sal
tem q̃ temporaliter mirabilia facta sunt
nõ obliuiscerentur, fideliterque pſumerẽt,
q̃ cadẽ potestate quam fuerant iam exper
ti, deus illos ab inimicorũ persecutione li-
beraret. Obliti sunt aũt quid eis in Aegy-
pto ad inimicos eorũ conterendos per tan
ta ꝓdigia præstitisset. Et irritauerunt eum
ascendẽtes in mare rubrum.) Codex quẽ
intuebar,sic habebat: Et his quidẽ duobus
E verbis vltimis quod dictũ est mare rubrũ,
stella fuerat prænotata, qua significantur
quæ in Hebræo sunt, & in interpretatio-
ne septuaginta nõ sunt. Plures autem co-
dices,quos inspicere potui,& Græci & La
tini sic hñt,Et irritauerunt: vel quod ex-
pressius de Græco est, & amaricauerunt
ascendentes in mari rubro. Qui illam le-
git historiã quando exierunt de Aegypto,
& p mare rubrum transierunt,dolet eorũ
infidelitatẽ, in quanta trepidatione & de-
speratione fuerunt post recentia tot & tã-
ta miracula in Aegypto, cuius multitudi-
nis misericordiæ dei non eos fuisse memo-
res dicit. Ascenderunt autem ꝓpterea di-
ctum est,quia ita est terræ positio,vt desce
sio dicatur in Aegyptũ de terra Chanaan,
& in eam illinc ascensio. Notandum est ta
nẽ quemadmodum scriptura culpare no-
luerit, non intelligere quod intelligen-
dum est, & non meminisse quod memo-
ria retinendũ est: quod homines suæ cul-
pę deputari nolunt, ad nihil aliud nisi ut

minus supplicẽt, minusq̃ sint humiles deo
F in cuius conspectu confiteantur qđ sunt,
atque impetrato adiutorio possint esse qđ
non sunt. Nam etiam peccata ignorantiæ
vel negligentiæ melius accusantur vt pe-
reant, q̃ excusantur vt maneant: meliusq̃
purgãtur inuocato deo, q̃ firmantur irrita
to deo. Adiungit tamen non secundum eo
14 rum infidelitatem deum fecisse. Et salua-
uit eos, inquit, propter nomen suum, vt no
tam faceret potentiam suam.) Nõ propter
vlla bona merita eorum. Et increpauit ma
re rubrum, & exsiccatum est.) Non legi-
mus vllã qua increparetur mare emissam
cœlitus vocem, sed potentiam diuinã qua
id factum est increpationem appellauit, ni-
si forte qs dicat latenter increpatum sit, vt
aqua posset audire, & homines non pos-
sent. Valde occulta & obstrusa vis est qua
deus agit, vt etiam illa quę sensu carent, cõ
stantissim eius obtemperent voluntati. Et edu
xit eos in abysis sicut in deserto.) Abys-
sos dixit multitudinem aquarum. Nã qui-
dam volentes istum versiculum totum in
terpretari, dixerunt. Et eduxit eos in aqs
multis. Quid est ergo in abysis sicut in
deserto, nisi quia aruerat siccitate velut de
G sertum, vbi fuerant abysi aquarum? Et sal
uauit eos de manu odientium.) Hunc ver
sum per circumitum quidam interpretati
sunt, verba minus Latina vitantes: Et sal-
uos fecit eos de manu eorum qui oderant
eos, Et redemit eos de manu inimici.)
Quid precij datum est in hac redemptio
ne? An prophetia est quod in figura baptis
mi hoc factum est, vbi redimimur de ma
nu diaboli magno precio, quod sanguis est
Christi? Vnde non quocunque mari, sed
mari rubro id conuenientius figuratum
est: sanguis.n. rubrum colorem habet. Et
operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis
non remãsit.) Nõ ex omnibus Aegyptijs,
sed ex eis qui persequebantur profectos,
apprehendere vel interimere cupientes. Et
crediderunt in uerbis eius.) Minus Latina
videt locutio, quia non ait verbis eius, vel
in uerba eius, sed in verbis eius, tamen scri
pturis vsitatissima. Et laudauerunt laudẽ
eius.) Tales sunt locutiones, cum dicimus,
Hanc seruitutem seruiuit, talem vitam vi-
xit. Laudem porrò dei notissimam illam
commemorat, ubi dicitur, Cantemus do-
mino, gloriose enim magnificatus est,
equum & equitem proiecit in mare. Cito

fecerunt, obliti sunt operum eius.) Alij
codices intelligibilius habent, festinaue- Exo. 15
runt, obliti sunt operum eius. Non susti-
nuerunt consilium eius.) Debuerũ enim H
cogitare tanta erga se opera dei non esse
inania, sed uocare ad aliquem sine sine fœ
licitatem, quæ per patientiam sustinenda
est: sed festinauerunt beati fieri temporali-
bus rebus quæ ideo nemini conferunt ve-
ram fœlicitatem, quia non extinguunt in-
satiabilem cupiditatem. Qui enim biberit,
inquit, ex hac aqua, sitiet iterum. Denique, Ioan. 4.
Et concupierunt concupiscentiam in de- Exo. 16
serto, & tentauerunt deum in inaquoso. & 17.
Quod est in deserto, hoc repetitum est in
inaquoso, id est, in loco sine aqua. Quòd
vero concupierunt concupiscentiam, hoc
tentauerunt deum. Talis sane locutio est,
concupierunt cõcupiscentiam: qualis supe
rior, laudauerunt laudem. Et dedit eis peti
tionem ipsorum.) Id est, quod petitione pe
tierunt. Et misit securitatem in animas eo
rum.) Nec ideo beatos fecit, quia nõ erat Matt. 5.
illa saturitas: de qua dicitur, Beati qui esu-
riunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi sa-
turabuntur. Itaque hoc loco animam non
secundum id quod rationalis est, dixit: sed
secundum id quod animans corpus ani- I
mal facit, dixit. Ad cuius animalis susten- Matt. 6.
tationem pertinet cibus & potus, secun-
dum hoc quod in Euangelio dicitur, Non
ne anima plus est q̃ esca, & corpus plus q̃
vestimentum? Tanquam ad animam per-
tineat vesci, ad corpus vestiri: secundum Esa. 58.
hoc dicitur apud Esaiam, Quid est quod
ieiunauimus, & nõ vidisti, defraudauimus
animas nostras, & nescisti? Et irritauerunt
Moysen in castris, Aaron sanctum domi-
ni.) Quam dicat irritationem, vel sicut ex
pressius alij interpretati sunt amaricatio- Nũ. 16.
nem, sequentia satis indicant. Aperta est
terra & deglutiuit Datan, & operuit super
congregationem Abyron.) Quod est de-
glutiuit, hoc est superoperuit. Amborum
autem, id est Datan & Abyron, una erat
causa superbissimi & sacrilegi schismatis.
Exarsit ignis in synagoga eorum, & flam-
ma combusit peccatores.) Non est hoc
nomen in scripturis usitatum eorum, qui
licer iuste ac laudabiliter viuãt, non sunt
sine peccato. Magis enim sicut interest in-
ter irridentes & irrisores, inter murmu-
rantes & murmuratores, inter scribentes
& scriptores, & cætera similia: ita scriptu-

ra peccatores appellare cõsueuit valde iniquos & grãdibus peccatorum sarcinis one-
Exo.32. ratos. Et fecerunt vitulũ in Oreb,& adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriã suam, in similitudine vituli comedentis fœnum.)Non ait,in similitudinem,sed in
K similitudine. Talis est locutio qualis illa, vbi ait,Et crediderunt in uerbis eius:elegãter sanè non ait, Et mutauerunt gloriam dei,cum hoc fecerint:sicut etiam Apostolus loquitur, Et immutauerunt gloriã incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis:sed gloriam suã dixit,deus enim erat gloria eorum, si eius sustinerent consilium & non festinarent:
Psal. 3. cui dicitur, Gloria mea & exaltans caput meũ. Istam gloriam suam.i.deum mutauerunt in similitudine vituli comedentis fœnum, vt ab eo comederentur a quo comeduntur qui sapiunt secundum carnẽ,Om-
Esa. 40. nis enim caro fœnum. Obliti sunt deum qui saluauit eos.) Qũo saluauit eos? Qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chã,terribilia in mari rubro.)Quæ sunt illa mirabilia,ipsa sunt terribilia:nulla quippe admiratio est sine quadam formidine: quanuis ista ẽt hinc terribilia dici potuerũt,q̃ aduersarios afflixerũt, & istis quid deberent timere monstrauerunt. Et dixit vt disperderet eos.)Quia obliti sũt
L eum qui saluauit eos faciẽs mirabilia et magnalia,& fecerunt & adorauerunt sculptile:hoc vtique tam immani scelere & increbili impietate digni fuerant qui perirẽt, Dixit ergo vt disperderet eos.Si nõ Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.) Non ita dixit stetisse in confractione,quasi vt frangeret iram dei, sed in cõfractione,id est, in plaga qua erãt illi feriendi,id est, nisi obiecisset seipsum
Exo. 32 pro eis,dicens, Si dimittis illis peccatum, dimitte:sin autem,dele me de libro tuo vitæ.Vbi demonstratum est,intercessio sanctorum quantũ pro alijs valeat apud deũ. Securus enim Moyses de iustitia dei, q̃ cũ delere nõ posset,impetrauit misericordiã, ne illos quos iuste posset delere,deleret & dãnaret. Ita stetit in cõfractione in cõspectu eius.Vt auerteret irã eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desyderabilem.)Sed nunquid viderũt eã? Quomodo ergo pro nihilo quam non viderant habuerũt, nisi quomodo sequitur,
Exo. 32. Non crediderunt in verbis eius?) Profecto nisi terra illa significaret aliq̃d magnũ, quæ terra dicebatur fluens lac & mel, per quod visibile sacramentum ad inuisibilẽ M
grat iam regnumq̃. cœlorum duceret eos qui mirabilia eius intelligebant,nullo mõ isti culparentur,quia pro nihilo habuerũt illam terram desyderabilem, cuius temporale regnum ẽt nos pro nihilo habere debemus,vt Hierusalem liberam matrem nostram,quæ in cœlis est, vere desyderabilẽ Gala.4.
diligamus.Sed potius hic infidelitas eorũ merito redarguitur, quia in eo q̃ terram desyderabilem pro nihilo habuerunt,veris dei non crediderunt,per quædam parua ducentis ad magna,& festinantes beari temporalibus rebus quas secundum carnẽ sapiebant,non sustinuerunt, sicut supra dictum est,consilium eius. Et murmurabãt in tabernaculis suis, non exaudierunt uocem domini.) Vehementer eos à murmuratione prohibentis. Et eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semen eorũ in nationibus, & disperderet eos in regionibus.)Hic antequã diceret q̃ tantæ indignationi dei quisquam intercesserit,eúque aliquo mõ placauerit,secutus adiunxit,Et initiati sunt Beelphegor.) Id est,idolo gen Nũ. 25.
tium consecrati. Et manducauerunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adinuẽtionibus suis, & multiplicata est in A
eis ruina.) Tanquam ad hoc distulerit q̃ leuauerat manũ suã super eos p̃sternẽdos in deserto, & deijciendũ semen eorum in nationibus, & dispergendos eos in regionibus,vt dati in reprobum sensum ẽt illud admitterẽt in quo immaniore crimine cui denti iustitia punirentur, quẽadmodũ dicit Apostolus, Et sicut non probauerunt Rom.1.
deũ hẽre in notitiam,tradidit illos deus in reprobã mentem,vt faciant quæ non conueniũt.Deniq. tm fuit scelus eorũ q̃ cõsecrati sunt Idolò, & comederunt sacrificia mortuorũ.i.quia mortuis & hominibus tanquã dijs sacrificabant gẽtes, vt aliter placari deus nolleret, nisi quomodo eũ placauit Phinees sacerdos,q̃ masculum & fœminam in cõplexu adulterino deprehensos pariter interemit.Quod si odio eorum nõ dilectione fecisset,dum eum comederet zelus domus dei, nõ ei reputaretur ad iustitiam. Hoc enim facto illum populum cuius futurus erat maior interitus, tanquam vnum hominem quasi uirga percussit, vt

vt animam eius saluaret à morte.Leniorẽ quidem reuelato testamento nouo dñs Iesus Christus esse voluit disciplinã,sed atro
B ciorest comminatio gehennæ, quam tunc in illis comminationibus dei pro tpm dispensatione nõ legimus.Multiplicata est ergo in eis ruina, cum pro suis grauibus pec-
Psal. catis grauiter vastarẽtur. Et stetit Phinees & placauit,& cessauit quassatio.) Breuiter totum dixit,quia non hic nescientes docet, sed commemorat scientes. Quæ autem hic posita est quassatio, hæc superius confractio,nam in Græco vnum verbum est. Et reputatum est ei in iustitiam,in generatione & generationem vsque in sempiternũ.) Deus hoc reputauit sacerdotio suo in iustitiam,non solum quamdiu generatio est,sed vsque in sempiternum,qui cor scrutatur & nouit appendere quanta id factum sit popu
Psal. 25. li charitate. Et irritauerunt eum ad aquam contradictionis,& vexatus est Moyses propter eos,quia exacerbauerunt spiritũ eius.
Psal. 105. Et distinxit in labiis suis.)Quid est distinxit? Quasi illud non posset deus facere,qui tanta iam fecerat,vt aqua de petra proflueret? Dubitanter.n.petram virga percussit, & ideo hoc miraculum distinxit à cæteris miraculis in quibus nõ dubitauerat. Hinc offendit,hinc audire meruit vt moreretur, ne intraret in terram promissionis.Pertur
C benus enim murmure populi infidelis,non tenuit fiduciam qualem debuit. Cui tamen deus tanquam electo suo etiam post mortẽ eius bonum perhibet testimonium, vt intelligamus illam fidei eius titubationẽ hac sola pœna fuisse correptam, que in eam terram ad quam populum ipse deducebat, nõ est permissus intrare. Absit autem vt eum credamus alienatum à regno gratiæ dei,
Psal. 105. quod significabat illa terra promissionis vnde lac & mel defluere dicebat. Hoc est enim potius testm æternum, quod dispo-
Gen. 17. suit ad Abraham, non secundum carnem patrem nostrum,sed secundum fidem. Illi autem de quorum iniquitatibus iste loquitur psalmus,cum in illam temporalem terram repromissionis intrassent.Non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis: Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum,& factum est illis in scandalũ.) Illud q̃ eas non disperdiderunt,sed eis cõmixti sunt,factũ est illis in scandalũ. Et immolauerũt filios suos & filias suas dæmo-
Iosue. 3.
nijs. Et effuderunt sanguinem innocentẽ, sanguinẽ filiorũ suorũ & filiarũ suarum, quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaan.) Immolasse filios suos & filias suas dæmonijs & idolis, non eos illa narrat historia. Sed neque iste Psalmus mentiri potest, ne
D que Prophetæ, qui hoc dicunt multis increpationum suarum locis. Habuisse vero istam consuetudinem gentes, nec earũ lfæ tacuerũt.Sed q̃d est qd̃ seqtur? Et interfecta est terra in sanguinibus.) Putaremus enim hic scriptoris errorẽ esse,atq. eũ diceremus pro eo quod est infecta,fecisse inrefecta, nisi haberemus bñficiũ dei,qui scripturas suas in multis linguis esse voluit, atque ita esse scriptũ, Interfecta est terra in sanguinibus,inspectis Græcis codicibus videremus.Quid est ergo,Interfecta est terra, nisi hoc referatur ad homines q̃ habitabant in terra,tropica locutione,qua signãt per id quod continet id quod cõtinetur,sicut dicimus malã domum in qua mali habitant,& bonam in qua boni? Ipsi nanque interficiebãt animas suas immolãdo filios suos, & effundendo sanguinem paruulorũ à consensione illius sceleris alienorum:vn de dictum est, Effuderunt sanguinem innocentem. Ergo interfecta est terra in sanguinibus. Et contaminata est in operibus eorum.)Cum ipsi interfecti sunt in anima & contaminati in operibus suis.Et fornicati sunt in adinuentionibus suis.) Has dicit adinuentiones, quas Græci ἐφευρέματα E
appellant. Nam hoc verbum est in codicibus Græcis & hoc loco & superius, vbi dictum est,Irritauerunt eum in adinuẽtionibus suis, cum & illic & hic eas dicat adinuentiones in quibus alios imitati sunt.Nõ itaque sic dictas arbitremur adinuentiones,quasi ab ipsis institutas,nullo in alijs p̃cedẽte quod imitarent exemplo.Vnde alij interpretes nostri,nõ adinuẽtiones, sed studia, alij vero affectiones alij voluptates dicere maluerunt. Et iidem ipsi qui dixerunt adinuentiones, alio loco studia posuerunt. Hoc est quod commemorare volui,ne quæstionem faceret nomen adinuẽtionis in ea re quam non à seipsis excogitauerunt,sed alios imitati sunt. Et iratus est furore dominus in populum suum.) Noluerunt quidam interpretes nostri iram ponere,in eo quod Græcus habet θυμὸς, sed q̃dam iram posuerunt, quida vero indignationẽ,quidã animũ interpretati sunt. Q̃-

libet horum dicat, pturbatio non cadit in deū, sed de consuetudine translatū, potentiam uindicādi hoc nomen accepit. Et abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt
F eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorū.) Q̄n eos hæreditatem dei vocauit, manifestum est q̄ non ad perditionem, sed ad disciplinam eos abominatus est, & tradidit eos in manus inimicorum: deniq. sequitur, Sæpe liberauit eos. Ipsi āt exacerbauerunt eum in consilio suo.) Hoc est quod superius ait. Nō sustinuerunt cō
Phili.2. silium eius. Pernicioſum enim est consiliū hominis ipsi homini, quo ea q̄rit quæ sua sunt, non quæ dei sunt. In cuius hæreditate quod ipse nobis est, cum ad fruendum se præbere dignabitur, nullas patiemur cū sanctis societatis angustias, dilectione rei nr̄æ quasi priuatę. Glorioſisſima quippe illa ciuitas adempta promiſſam hæreditatē in qua nullas morietur, nullus orietur, nō habebit ciues q ui singuli gaudeant suis re
1.Co.15 bus, quia deus erit oīa in omnibus. Cuius societatem quiſquis in hac peregrinatione fideliter & flagranter deſyderauit, aſſueſcit priuatis præferre cōmunia, non ſua quærendo, ſed q̄ Ieſu Chriſti, Ne ſibi ſapiens, & ſibi conſulens exacerbet deum conſilio ſuo: ſed ſperans quod non uidet, non feſtinet de his quæ videntur fieri beatus, atque illud æternum quod non uidetur paciēter expectans eius in promiſſionibus ſe
G quatur conſilium, cuius in tentationibus preceatur auxilium, Ita erit & humilis in confeſſionibus ſuis, ne fiat iſtorum ſimilis, de quibus dicitur, Et humiliati ſunt iniquitatibus ſuis.) Deus tamē plenus miſericordia non negiexit eos. Et vidit cum tribularentur, cum audiret orationem eorum: Et memor fuit teſtamenti ſui, & pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.) Pœnituit dictum eſt quia mutauit q̄ eos perditurus uidebatur. Et apud deū quidem diſpoſita & fixa ſunt omnia: nec aliud facit quaſi conſilio repentino, quod non ex æternitate ſe facturum eſſe preſciuit, ſed in creatura temporalibus motibus, quam gubernat mirabiliter, ipſe non temporaliter motus, quaſi repentina uoluntate facere dicitur, quod ordinatis rerum cauſis conſilij ſui ſecretiſſimi immutabilitate diſpoſuit, qua ſuis quæq. temporibus

agnita agit ita & præſentia facit, & futura iam fecit. Et ad hęc q̄s idoneus? Audiamus itaq. ſcripturam diuinam humiliter excelſa dicentē, cum & paruulis nutriendis ſumenda porrigit, & maioribus exercendis pſcrutanda proponit. Et vidit cum tribula H
rent, cum audiſſet orationē eorum, & memor fuit teſtamenti ſui: utiq. teſtamenti æterni, q̄d diſpoſuit Abraham, non uetēris q̄d aboletur, ſed noui quod ēt in ueteri abſconditur. Et pœnituit eum ſecūdū multitudinē miſericordię, ſuę. Hoc fecit q̄d diſpoſuerat, ſed cōtribulatis & orantibus ſe id conceſſurū eſſe præſciuerat, quia & ipſa oratio eorū, cū adhuc non eſſet, ſed futura eſſet, deū proculdubio nō latebat. Et dedit eos in miſericordias, ut eſſent non uaſa Rom.9.
iræ, ſed uaſa miſericordiæ. Iō aūt puto pluraliter miſericordias dictas in quas eos dedit, q̄a unuſquiſq. proprium donum habet a deo, alius ſic, alius autem ſic. Dedit ergo 1.Cor.
eos in miſericordias. In conſpectu omniū qui ceperant eos.) Age nunc quiſquis hæc legis, & gratiam dei qua in æternam uitā per dn̄m noſtrū Ieſum Chr̄m redimimur legendo in apoſtolicis literis, in prophetis autem ſcrutando cognoſcis, & uetus teſtamentum in nouo reuelatum, & in uetēri nouum uelatum uides: recole quem dixerit Apoſtolus Paulus principem poteſta Eph.2.
tis aeris, qui operatur in filijs infidelitatis, & illud ubi ait de quibuſdam, ut reſipiſcāt 2.Ti.2
de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo ſecundum ipſius uoluntatem: & uerba dn̄i nr̄i I
Ieſu Chriſti, ubi eum expellens de fidelium cordibus ait, Nunc princeps huius mundi Ioan.12.
miſſus eſt foras. & ipſius itidē Apoſtoli dicentis, qui eruit nos de poteſtate tenebrā- Col.1.
rū, & tranſtulit in regnum filij claritatis ſuæ. Hæc atq. huiuſmodi ratiocinatus intende animum, & in literis ueteris teſtamēti, & uide q̄d cantetur in eo pſalmo cuius eſt titulus, q̄n domus ædificabatur poſt captiuitatem, ibi enim dicitur, Cantate do- Pſal.95.
mino canticum nouum: & ne exiſtimes ad Iudęorum populum tantummodo pertinere, Cantate, inquit, domino omnis terra, cantate domino & benedicite nomen eius, annunciate, uel potius bene nunciate, quo ut ipſum verbum quod in Græco poſitum eſt transferā, euangelizate diem ex die ſalutare eius. Hinc enim euangelium nuncupatum eſt in quo annunciatur dies Ioan.1.
ex die, dominus Chriſtus, lumen ex lumine,

ne, filius ex patre. Hoc enim eſt & ſalutare eius, quia ſalutare dei Chriſtus
Pſal.95. eſt, ſicut & ſuperius iam demonſtrauimus. Annūciate in gentibus gloriā eius in omnibus populis mirabilia eius. Q̄m magnus
dn̄s & laudabilis valde, terribilis eſt ſuper oēs deos q̄m oēs dij gentiū dæmonia. Iſti
K ergo inimici cum rege ſuo diabolo captiuū tenebant populum dei. De qua captiuitate cum redimimur, & princeps huius mundi
Col.2. mittitur foras, ædificatur domus poſt captiuitatem, cuius lapis angularis eſt Chriſtus qui duos condidit in ſe vnum nouum hominem faciens pacem, quam dies ex die ve
niens euangelizauit eis qui erant propè, & eis qui erant longè, faciens vtraque vnum,
Rom.9. & adducens alias oues, quæ nō ſunt de hoc ouili, vt ſit vnus grex & vnus paſtor. Et ita deus dedit in miſericordias prædeſtinatos
Rom.4. ſuos, quia non volētis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei: In conſpectu omnium qui ceperant eos. Hi ergo inimici diabolus & angeli eius captiuauerunt prædeſtinatos in dei regnum & gloriam: à redemptore autem noſtro foras miſſi, qui dominari in fidelibus ſolebant intrinſecus, fideles oppugnant intrinſecus. Sed oppugnant, non ex-
Pſal.90. pugnant eos qui apprehendunt turrim fortitudinis à facie inimici. Vt aūt oppugnēt, ſentiunt in nobis eſſe infirmitatis reliquas,
Rom.6. propter quas dicimus. Dimitte nobis debita noſtra: propter quas dicimus, & ne nos
L inferas in tentationem, ſed libera nos à malo. His itaque inimicis eiectis, perfecit dn̄s Chriſtus ſanitates in corpore, cui caput eſt
Col.1.3. ipſe ſaluator corporis, vt in eo ipſe corpore fiat tertia conſummetur: ſic.n. dicit, Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia conſummor, id eſt, perfi-
Rom.4. cior, occurrentibus omnibus nobis in uirū perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Itaque eiectis dæmoniis à quibus captiui tenebamur, perfecit ſanitates: ideo & hic cum dixiſſet, Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos, tanquam eiectis dæmonijs qui ceperant, ſit oratio vt perficiat ſanitates. Salua nos fac domine deus noſter, & congrega nos de nationibus.) Vel ſicut alij codices habent, De gentibus. Vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua.) Deinde breuiter ſubiecit ipſam laudē, Benedictus dominus deus Iſrael, à ſeculo & vſque in ſeculum. (Quod intelligimus ab æterno vſque in æternum: quia ſine fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur, Beati Pſal.83.
qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ipſa eſt tertia conſummatio corporis Chriſti, eiectis dæmonijs, & perfectis ſanitatibus vſque ad ipſius corporis immortalitatem, regnū ſempiternum perfecte laudantium, quia perfecte amantium: perfecte autem amantium, quia facie M
ad faciē contemplantium. Tunc.n. perficietur quod in primordio pſalmi huius oratum eſt, Memento noſtri dn̄e in beneplacito populi tui, viſita nos in ſalutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt laudeRom.15 ris cum hæreditate tua. Non enim de gē
Ioan.10 tibus ſolas congregat oues quæ perierunt domus Iſrael, ſed etiam eas quæ non ſunt de illo ouili, vt ſit grex vnus, vt dictum eſt, & vnus paſtor. Iudæi vero cum putant ad ſuum regnum viſibile iſtam pertinere prophetiam, quia ſpe inuiſibiliū bonorum gaudere non norunt, in laqueos illius ruituri ſunt: de quo dominus ait, Ego veni in Ioan. 5.
nomine patris mei: & non ſuſcepiſtis me: alius veniet in nomine ſuo, & hunc ſuſcipietis: de quo & Apoſtolus Paulus ait, Quia reuelabitur homo peccati, filius inte 2.Th.2.
itus, qui aduerſatur & ſuperextollitur ſuper omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit deus: & paulò pòſt, Tunc reuelabitur, inquit, ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione præſentiæ ſuæ eum cuius eſt præſentia ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute & ſignis, & A
prodigijs mendacij, & in omni ſeductione iniquitatis his qui pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt vt ſaluifierent: & ideo mittet illis deus operationem erroris vt credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati: Per iſtum refugam, per iſtum qui ſe extollit ſupra omne quod dicitur deus, & quod colitur, videtur mihi populum Iſraelitarum carnaliū putaturū impleri iſtā ꝓphetiā, qua dictū eſt, Saluos nos fac dn̄e deus noſter, & congrega nos de gentibus, q̄ illa duce velut in cōſpectu inimicorū ſuorū viſibiliū, q̄ eos viſibiliter captiuauerāt, habituri ſint inuiſibilē gloriā. Sic credent mendacio, q̄a dilectionē veritatis nō receperunt, vt non

bona carnalia,sed spiritalia concupiscerẽt. Sic enim à diabolo decepti sunt,vt occiderent Chrm,qñ dixerũt, Si dimittimus eũ sic,oẽs credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem: qñ Cayphas vnus ex ipsis cũ esset pontifex anni illius,dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, q̃a expedit vobis, vt moriatur vnus homo pro populo, & non tota gens pereat: hoc autem sicut euangelista intellexit,non à seipso dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, q̃a Iesus moriturus erat pro gente: & non tñ p̃ gẽte.i.pro ouibus q̃ perierãt domus Israel, sed vt filios dei qui erant dispersi cõgregaret in unum. Habebat.n.alias oues quæ erãt de illo ouili. Istas vniuersas oues, & de Israelitis, & de gentibus,diabolus & eius angeli captiuauerunt. Expulso itaque ab eis diabolo dãnatu in conspectu maligno rum spirituum, qui eas captiuauerant, vt saluentur & perficiantur in æternum,uox earum est in prophetia,Saluos fac nos domine deus noster, & congrega nos de gentibus. Non sicut per antichristum comple ri existimant Iudæi, sed Christum dominum nostrum venientem nomine patris sui,diem ex die salutare eius,de quo & hic dictum est,Visita nos in salutari tuo. Et dicet omnis populus.)Iste populus prædestinatorum de circuncisione & p̃putio, gens sancta,populus in adoptionem. Fiat fiat.

Ioã. 11.

B

Ioã. 10.

Ioan. 5.

Pfal. 33.

In Psalmum centesimumsextum, Enarratio.

C

PSalmus iste miserationes dei commẽ dat nobis probatas in nobis, & iõ expertis est dulcior. Et mirum si potuerit suauis esse cuilibet, nisi illi qui id quod in isto psalmo audit,in se didicit. Non tñ vnicuiq. vel duob.,sed populo dei conscriptus est,& ad se agnoscendũ tanquã in speculo propositus,cuius titulus, non nũc tractandus est. Est enim, Halleluia,) Et bis halleluia, quod nobis cantare certo tempore solenniter moris est,secundum eccle siæ antiquam traditionem. Neq. enim & hoc sine sacramẽto certis diebus cãtamus halleluia. Certis quidem diebus cantamus halleluia,sed omni die cogitamus. Sic.n. hoc verbo significatur laus dei, & si non in ore carnis,certe in ore cordis, Semper laus eius in ore meo. Quod autem non semel,sed bis habet halleluia titulus iste, nõ huius psalmi proprium est, sed & alius superior sic habet. Et quantum aperte ex eius textu, cantatus est ille de populo Israel: cantatur autem iste de vniuersa ecclesia dei diffusa toto orbe terrarum. Forte non immerito bis habet halleluia,propter quod clamamus, Abba pater,cum aliud nihil sit abba,q̃ pater:non tñ frustra dixit Apostolus,In quo clamamus abba pater:nisi quia vnus quidem paries ueniens ad lapidem angularẽ,clamat,abba: alius ex alio latere clamat:pater,in illo vtique lapide angulari est pax nostra,qui fecit vtraq. unũ. Videamus ergo hic quid admoneamur, & vnde gratulemur, & vnde gemamus, & vnde auxilium postulemus, vnde desperemur,vñ nobis subueniatur, q̃d simus per nos,q̃d per misericordiã dei,qũo nostra superbia conterat̃,vt illius gra glorificet: vniuersi. hominum quod dicturus sum,si fieri potest,conferatur in se. Loquor autem hominibus qui ambulant in uia dei, & cõstituti sunt in aliquo profectu spirituali. Vnde si qui forte p̃p hoc minus me intelligunt,inueniãt ubi sint, & proficiẽdo ad intellectum festinent. Nõ aũt arbitror desperaturum deum conatum nr̃um,vt ad omnes perueniat quod loquimur,siue expertos,siue inexpertos,vt experti approbent, inexperti desyderẽt, & omnibus suauis sit disputatio mea,q̃ primũ dño suauis erit,si veridica erit si veridica ãt erit, si nõ mihi à me, sed ab illo erit. Sic cœpit psalmus: Confitemini dño quoniam suauis est, q̃m in seculum misericordia eius.)Hoc confitemini, q̃m suauis est. Si gustastis,confitemini. Nõ potest autem cõfiteri qui gustare noluit. Vnde enim dicturus est suaue esse quod nescit? Vos aũt si gustastis, quam suauis est dominus, confitemini domino quoniam suauis est. Si gustastis auiditate,confessione eructate. In seculum enim misericordia eius, id est, in æternum. Hic enim ita positum est in seculum, quia & in nonnullis scripturæ locis in seculum, id est, quod Græce εἰς αἰῶνα dicitur,in æternum intelligitur. Neque enim misericordia eius ad tempus est, & non in æternum.cũ ideo sit super homines hęc eius misericordia,ut uiuat cum angelis in æternum. Dicant qui redempti sunt à domino.) Redemptus quidem videtur & populus Israel de terra Aegypti,de manu seruitutis, ex

D

E

F

G

laboribus infructuosis, ex operibus luteis. Videamus tamen vtrum ipsi sint qui hæc dicunt, qui ab Aegypto liberati sint à dño. Non ita est. Sed qui sunt isti. Quos redemit de manu inimicorum.) Adhuc p̃t quisque & illos accipere redemptos de manu inimicorum:de manu inimicorum,hoc est,Aegyptiorum: Proprie exprimantur, qui sint p̃p quos hæc vult psalmus iste cãtari. De regionibus congregauit eos.) Possunt esse adhuc regiones Aegypti: multæ etiã vnius prouincię regiones sunt. Aperte dicat, Ab oriente & occasu,ab aquilone & mari. Istos ergo iam redemptos intelligimus in toto orbe terrarum. Populus hic dei de magna & lata Aegypto liberatus, tanquam per mare rubrum ducitur, vt in baptismo finiat inimicos. Sacramento.n. tanquã rubri maris baptismo,scilicet Christi sanguine consecrato,insequentibus Aegyptijs peccata delentur, te euadente nullus qui te premebat remanet inimicus.

Isti ergo dicant hęc & audiamus iam fratres, quoniam ducitur iste populus dei q̃d hic agatur in congregatione omnium gẽtium redempta per Christum. Non quasi simul contingant hæc, quæ cantantur in omnibus gentibus, sed in singulis quibusque credentibus, in populo autem illo alter. Totus enim populus,tota illa gens ex semine Abrahæ secundum carnem, tota multitudo domus Israel semel educta est ex Aegypto, semel per rubrum mare ducta, semel ad terram promisionis perducta. Simul enim omnes erant in quibus hæc contingebant. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autẽ ad correctionem nostram in quos finis seculorum obuenit. Nos ergo non simul omnes, sed paulatim singulatimq. credentes congregamur in vnam quandam ciuitatẽ, & in unum populum dei: sed in unoquoque nostrum etiam singula contingunt.

Hæc quæ scripta sunt contingunt in populo. Etenim populus de singulis, nõ singuli de populo. Nũq̃d.n.vnus hõ ex populis? Sed populus ex singulis hominibus cõstat. Quicquid.n.cum loquor agnoueris in te, quisquis expertus es,noli cogitando quasi remanere in te,& putare q̃ in solo te contigit,sed crede ista contingere,aut in omnibus,aut prope in omnibus qui veniunt ad hunc populum, & de manu inimicorum pretioso sanguine redimuntur. Repetitus est enim assidue quod cantauimus mõ miserationes eius. Confiteantur domino miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominũ.) Isti versus quãtũ animaduertere potui, q̃d potestis & uos quater repetiti sunt:in quo numero quantum domino adiuuante scrutari valuimus, significat nobis quatuor quasdã tentationes,ex quibus nos liberat cui confitentur suæ miserationes. Fac enim hominem primo nihil quærentem, sed m vitã veterem seductoria securitate viuẽtẽ, nihil putantem aliud esse post hãc vitam quandoq. finiendã, negligentem quẽdã & socordem,obrutũ cor habentem illecebris mũdi & mortiferis delectationibus consopitum: vt excitetur iste ad q̃rendam gratiã dei,vt fiat sollicitus,& tanquam de somno euigilet,nonne manus dei excitat eum? Sed tñ à quo sit excitatus, ignorat. Incipit autẽ esse ãdei & eius suauitatem gustare, cum cognouerit veritatis fidem. Sed antequã cognoscat,dolet & delet errorem suum. Inuenit.n.se in errore, uult cognoscere veritatem: pulsat ubi potest,tentat quod p̃t, vagatur quã p̃t, famem etiam patitur ipsius veritatis. Prima ergo tentatio est erroris & famis. Vbi in hac tentatione fatigatus exclamauerit ad eum,p ducitur ad uiã fidei, vnde incipiat pergere ad ciuitatem quietis. Perducitur ergo ad Christum,qui dixit, Ego sum via. Cum ergo ibi fuerit, iam scies quod obseruare debeat nonnunquam multum sibi tribuendo,& quasi de suis viribus præsumendo,incipit confligere velle bella contra vitia,& p̃p superbiam superari. Inuenit ergo se ligatum difficultatibus cupiditatũ, & non posse viam p̃p cõpedes ambulare. Inclusum se sentit difficultate vitiorum, & tanquam muro impossibilitatis erecto, portisq. clausis,quà euadat vt recte uiuat, non inuenit. Iam scit qũo uiuere debeat: prius enim in errore erat:& famem veritatis patiebatur. Accepit autem iam cibum veritatis, & positus est in via:audit, Viue bene, secundum quod nosti, antea enim non noueras quemadmodum uiueres: modo accepisti & nosti. Conatur,& non p̃t, ligatum se sentit, exclamat ad dominum. Secunda ergo tentatio est difficultatis in bene operando, sicut illa prima erroris & famis. Exclamat & in hac dominum, liberat dominus de necessitatibus: Rumpit vincula difficultatis, cõstituit in operatio-

Ioã. 14.

H

I

nem æquitatis: incipit ei iam facile esse qđ difficile fuerat, abstinere à malis, non adul
Exo.20. terare, non furtum facere, non homicidiũ, non sacrilegium, non aliena concupiscere, facta est facultas quæ fuerat antea difficultas. Potuit hoc dominus sine difficultate præstare, sed si hoc sine difficultate habere mus, largitorem huius boni non agnoscere mus. Si enim primitus cũ vellet posset, & non sentiret aduersus se obnitentes cupiditates, nec vinculis suis grauata anima collideretur, suis viribus tribueret quod se
K posse senturet, & non confiterentur domino miserationes eius. Post has duas tentationes, primam erroris atque inopiæ veritatis, secundam difficultatis bene operandi, tertia tentatio excipit hominem: ei loquor qui iam transiit has duas. Nam istæ duæ fateor multis notæ sunt: qs.n. nescit se ab ignorãtia venisse ad veritatem, ab errore ad viã, à fame sapientiæ ad verbum si dei? Deinde multi luctantur cum difficultatibus vitiorum suorum, & adhuc consuetudine colligati gemunt tanquam in clausura & compedibus. Agnoscunt & istam tentationem, quanuis iam dicant, si forte
Rom.7. dicũt, Infœlix ego hõ, quis me liberabit de
Gala.5. corpore mortis huius? Nam vide arctissima uincula, Caro, inquit, cõcupiscit aduersus spũm, & spiritus aduersus carnẽ, vt nõ
Exo.20 ea quæ vultis illa faciatis. Proinde qui iam est adiutus spiritu, & quẽadmodum noluit esse adulter, sic nõ sit: qũo noluit esse fur, sic non sit, & cætera illa quæ volunt homines vincere, & sæpe inflexi superantur, vt exclament ad deum, vt de necessitatibus eorum eruet eos, & de liberatis confiteantur domino miserationes eius: Quisquis ergo talis est & vicit illas difficultates, &
L probabiliter iam conuersatur inter homines sine ulla querela malorum morum, ex cipitur tertia tentatione tẽdij cuiusdam in moram huius vitæ, ita vt aliquando eum nec legere nec orare delectet. Tertia tentatio priori cõtraria. Prius.n. periclitabatur fame, postea fastidio. Vnde & hoc, nisi de quodam languore animæ est? Iam non te illicit adulterium, nec tamen delectat dei verbum. Iam post periculum imperitiæ &
M concupiscentiæ, de quibus duobus te euasisse lætaris, vide ne tædium fastidiumque te necet. Nõ est & ista leuis tẽtatio: Agnosce te in illa, & exclama ad dominũ, vt de necessitatibus tuis etiam hic liberet te: & de hac tentatione liberatus cum fueris, cõfiteatur illi miserationes eius. Liberatus Psa.114
aũt ab errore, liberatus a difficultate bene operandi, liberatus a tædio fastidioq. verbi dei, fortasis dignus erit cui populus cõmittatur, cõstituaris in gubernaculis nauis recturus ecclesiam, Ibi quarta tẽtatio. Tẽpestates maris quatientes ecclesiam, turbãt gubernatorem. Deniq. tres illas tentationes experiri potest omnis pius, fidelis in populo dei, quarta ista nostra est. Quanto .n. plus honoramur, tanto plus periclitamur. Metuendum est ne auertat aliquem M vestrum a ueritate, ad periculum erroris. Metuendum est, ne vincat vnunquenq. cupiditas sua, & eligat eam sequi, q ex eius difficultatibus exclamaret ad dominum. Metuendum est, ne vnusquisque vestrum minus sapiat verbum dei, & fastidio moriatur. Tentatio ergo gubernandi, tentatio periculorum in regenda ecclesia nos potissimum tangit. Sed quomodo & uos alieni eritis, si tota nauis periclitabitur? Quod ió dixi, ne in hac quarta tentatione tanquam nostra propria, vbi opus est vt aborationibus non desistatis, non uos primo naufragetis, si minus solliciti sitis, & p nobis minus oretis. Quid.n. fratres? Quia ad eadẽ gubernacula non sedetis, non in eadem nauigatis? Post has quatuor tentatiões, quatuor exclamationes, quatuor liberationes, quatuor miserationum dũicarum cõfessiones, generaliter in hoc psalmo consequenter ipsa commendatur ecclesia, vt eui dentissime noueritis de qua psalmus ab ex ordio loquebatur. Cõmendatur autem ita vt in nobis omnibus dei gra prædicetur, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiã: q a ideo ille venit, vt qui non vidẽt, videant: & qui vident, cæci fiant: quia omnis uallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur. Quo cõmendato dicitur aliquid quod etiam de hæreticis intelligatur, quibus tanquam ciuilibus bellis quatitur Ecclesia, & concluditur psalmus quem iam posui breuius fortasse quã putabatis. Nam vsqueadeo me istum totum psalmũ aliquãtum prolixum exposuisse arbitror, vt iam officium a me non expectetis disputatoris, sed penè lectoris, si tenetis quæ dixi. Puto enim sunt ante oculos vestros cõstituta: sed vt melius commendentur, breuiter replicentur. Prima tentatio erroris & famis verbi. Secũda difficultatis vineẽ-

darum

ẽarum concupiscentiarum. Tertia tædij atque fastidij. Quarta tempestatus & periculorum in gubernandis ecclesijs. Et in his omnibus exclamationes & liberationes, & miserationum dei confessiones: ad extremum ipsius Ecclesiæ fit commendatio, quæ & salua facta est per gratiam dei nostri, non per meritum suum. Et comme moratur inimicorum afflictio propter superbiam, quibus extinctis, erecta est Ecclesia. Et propter insidias quasdam diminutionis ab hæreticis, & detrimentorum quodãmõ domesticorũ, & ex his circa Ecclesiã diuinã beneficia, & Psalmi conclusio: le gamus iam magis q̃ disseramus. Dicant q redempti sunt à dño, quos redemit de manu inimicorum, de regionibus congregauit eos: Ab oriente & occasu, ab aquilone & mari.) Christiani ergo ipsi dicant, de toto orbe conuocati. Errauerunt in solitudine, in siccitate, viã ciuitatis habitationis non inueneruet.) Errorem miserabilem audiuimus: quid de inopia? Esurientes & sitientes erant, anima eorum in ipsis defecit. Sed quare defecit? Cui bono? Non.n. crudelis est deus, sed se commendat quod expedit nobis, vt nobis deficientibus roge tur, & vt subueniens ametur. Et ideo post hũc errorem & famem & sitim. Exclamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.) Et quid illis præstitit, quia errabant? Et deduxit eos in viam rectam.) Viam ciuitatis habitationis non inueniebant, fame & siti æstuabant & deficiebant: Et deduxit eos in viam rectam. Vt irent in ciuitatem habitationis.) Quomodo subuenerit fame & siti nondum dixit, sed & hoc expectate. Cõfiteantur domino miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominum.) Dicite expertis inexpertis iam in via positi, iam ad ciuitatem inueniendam directi, iam denique & fame & siti liberati. Quoniam satiauit animam inanem, & animam esurientem implebit bonis.) Viue ergo bene, iam in via positus es, iam audisti quid agere debeas, quid sperare: Quid aliud excipit, quo nebris & vmbra mortis, cõpeditos in mendicitate & ferro.) Vnde hoc, nisi quia tibi tribuebas, quia gratiam dei non agnoscebas? Nam vide quid adiungat, Quoniam inamaricauerũt eloquium dñi. Per superbiam iustitiã dñi nescientes, & suã uolẽtes cõstituere. Et consilium altissimi exacerbauerunt: Et humiliatum est in laboribus cor eorum.) Et nunc pugna cõtra concupiscentiam, deo desistente ab adiutorio laborare potes, vincere non potes: Et cum fueris pressus consuetudine tua praua, humiliabitur cor tuum in laboribus, vt iam corde humiliato discas clamare, Infœlix Rom.7.
ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Humiliatũ est ego in laboribus cor eorum: Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret eos.) Quid ergo restat, n si quare factum est? Si.n. data esset lex quæ posset Galat.3.
uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed concluſit scriptura omnia sub pcto, vt promissio ex fide Iesu Chri daret credentibus. Lex aũt subintrauit vt abundaret de D
lictũ. Accepisti verbum, accepisti præceptum, nec desinis facere quod male facies, & accepto præcepto, auges peccata p Rom.5.
præuaricationem superbiæ. Si te ignorabas, vel disce te, humiliatus clamabis, a necessitate liberaberis, liberatus miserationes domini confiteberis. Et exclamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum saluos fecit eos.) Liberati sunt de secunda tentatione, restat tædij atq. fastidij. Sed primo qđ istis præstitit liberatis videte. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit. Confiteantur domino miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominũ.) Quare? Quas difficultates vicit? Quia cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniustitias enim suas humiliati sunt.) Quia sibi tribuebant, non deo. Quia suam iustitiam constituebant igno Rom.10
rantes dei iustitiam, humiliati sunt: Inuenerunt se non posse sine eius adiutorio, qui de suis solis viribus præsumebãt. Sed quod aliud genus restat? Omnem escam abominata est anima eorum.) Iam fastidium patiuntur, fastidio languentur, fastidio periclitant: nisi forte putas occidi eos E
fame potuisse, & non posse fastidio. Vide quid sequatur, cũ dixisset, Omnem escam abominata est anima eorũ, ne quasi eos putares de satietate securos, nõ magis videres de fastidio morituros. Et appropinquerũt, inqt, vsq. ad portas mortis) Quid ergo restat? Vt & qđ te delectat verbũ dei, nõ tibi tribuas, neque hinc aliqua inferis

arrogan-

arrogantia,& amidus tibi in eos qui fastidio periclitantur superbe insilias. Intellige
2.Co.4. etiam præstitum tibi esse hoc, non a te tibi esse. Quid.n.habes qđ non accepisti? Hoc ergo intelligens, & hoc vitio atq. lãguore periclitans, fac quod sequitur. Et exclamauerunt ad dñm cũ tribularentur, & de necessitatibus eorũ liberauit eos.) Et quia languor erat non delectari. Misit verbum suũ & sanauit eos.) Vide quid mali habeat fastidium, vide vnde liberat ille ad quem clamat fastidiens, Misit verbũ suũ, & sanauit eos. Et eripuit eos.) Vnde? Nõ de errore, non de fame, non de difficultate vincendi peccata, sed de corruptela eorum.) Quædam corruptela mentis est, fa-
F stidire qđ dulce est. Ergo & de hoc beneficio sicut de cæteris superioribus Confiteantur dño miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis.) Iam enim vt laudetur, suauis est dominus. Et nunc ient opera eius in exultatione.) Non cum tædio, non cum mœrore, nó cum anxietate, non cum fastidio, sed cum exultatione. Quarta illa restat, in qua omnes periclitamur. Omnes enim in naui sumus. Alij operantur, alij portantur, simul tamen omnes & in tempestate periclitantur, & in portu saluãtur. Post hæc enim omnia sequitur, Qui descẽdunt mare in nauibus, facientes operationẽ in aquis multis.) Id est, in populis multis. Aquas.n.sæpe ꝓ populis poni testis ẽ
Apo.17 Apocalypsis Ioannis, vbi interrogans Ioãnes quid illæ aquæ essent: rñsum est ei, populi sunt. Qui ergo faciunt operationẽ in aquis multis, Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in ꝓfundo.) Quid enim profundius cordibus humanis? Inde plerũque venti erumpunt, tempestates seditionũ & dissensionum nauem perturbant. Et
G quid agitur in his? Volens deus vt ad eum clamarent, & hi qui gubernant, & hi qui portant. Dixit & stetit spiritus procellæ.) Quid est stetit? Permansit, perdurauit. Ad huc turbat, diu iactat, sæuit, & non transit: Dixit.n.& stetit spiritus procellę, Et qd egit iste spiritus procellæ? Et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsq. ad cœlos,) audendo, Descendunt vsq. ad abyssos,) timendo. Ascendunt vsq. in cœlos, descendunt vsq. in abyssos: foris pugnæ, intus timores. Anima eorum in malis tabescebat: Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius.) Qui sedent ad gubernacula, & qui fideliter nauim amant, sentiunt quod dico: Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. Certe qñ loquuntur, qñ legunt, quando tractãt, sapientes apparent. Heu prohdolor a tempestate. Et omnis inquit, sapientia eorum absorpta est.) Aliquando deficiunt omnia humana consilia: Quacunq. se quisq. conuerterit, fluctus fremunt, tẽpestas sæuit, brachia deficiunt: Quo prora impingatur, cui fluctui latus nudetur, quo nauis impulsa dimittatur, a quibus saxis ne pereat resistatur, omnino a rectoribus nõ videtur. Et quid restat, nisi quod sequitur? Et exclamauerunt ad dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et imperauit procellæ, & stetit in auram.) Non
H stetit in tempestatem, sed in auram. Et siluerunt fluctus eius.) Audite de hac re vocem cuiusdam gubernatoris periclitati, humiliati, liberati. Nolo, inquit, vos ignorare fratres de pressura nostra q̃ facta est in Asia, quia supra vires grauati sumus & supra modum. Video omnem sapientiam eius absorptam, ita vt tæderet nos, inquit, etiam viuere. Et quid ille? Ita deficientes desereret? Aut non propterea illi defecerunt, vt ille apud eos gloriam reperiret? Denique quid sequitur? Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non fidentes in nobis simus, sed in deo q̃ suscitat mortuos. Et imperauit procellæ, & stetit in auram. Iam illi de se apud se resonis sapientia absorpta erat. Et siluerũt fluctus eius.) Et iocundati sunt quia siluerũt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confitentur domino miserationes eius.) Vbique omnino vbi confiteantur domino, non merita nostra, non vires nostræ, non sapientia nostra, sed misericordia eius. Ille ametur in omni nostra tribulatione, qui est inuocatus in omni nostra tribulatione. Confiteantur domino misericordiæ eius. Et mirabilia eius filijs hominum.) Et videte vnde dicat, vnde omnia ista prælocutus sit, vnde omnia hæc enumerauerit, vbi agantur hæc. Et exaltent eum in Ecclesia populi, & in cathreda seniorum laudent eum.) Et exaltent eum, hoc est, laudent eum: & laudent eum, hoc est, exaltent eum. Exaltent, laudent populi, & seniores, & negociatores, & gubernatores. Quid.n.fecit in hac Ecclesia? Quid constituit? Vnde illam eruit?

Ecclesia.
4. Quid ei præstitit? Quemadmodum superbis restitit, humilibus gratiam dedit, superbis scilicet primo populo Iudæorum arro-
3. ganti & extollenti se de genere Abrahæ, & illi genti sint credita eloquia dei: Non enim eis hæc valebant ad sanitatem, sed ad exaltationem cordis, & ad tumorem potius quàm ad magnitudinem. Quid ergo fecit deus superbis resistens, humilibus au-
tem dans gratiam Ramos naturales propter superbiam amputans, oleastrum propter humilitatem inferens? Quid fecit deus? Audite hæc duo, deus primo quomodo superbis resistat, deinde quemadmodũ humilibus det gratiam. Posuit flumina in desertum.) Currebant ibi aquæ, currebant
K prophetæ. Quære modo apud Iudæos prophetam, non inuenies. Posuit enim flumina in desertum. Et exitus aquarum in sitim.) Posuit flumina in desertum. Dicant, iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius. Adhuc posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salinas.) Quæris ibi fidem Christi, non inuenis: quæris Prophetam, non inuenis: quæris sacerdotem, non inuenis: quæris sacrificium, non inuenis: quæris templum, non inuenis. Quare hoc? Quia posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salinas. Vnde? Quo merito? A malitia inhabitantium in ea.) Ecce quomodo superbis resistit. Audi quomodo humilibus det gratiam. Posuit desertum in stagna aquarum, & terrã sine aqua in exitus aquarum: Et habitare fecit illic esurientes.) Quomodo illi dictum est, Tu es sacerdos
in æternum secundum ordinem Melchisedech? Quæris enim sacerdotem & sacrifi-
cium apud Iudæos, non habes nec inuenis secundum ordinem Aaron, quia posuit flumina in desertum. Quæris secundum ordinem Melchisedech: apud illos non inuenies, sed per totum orbem celebratur in Ecclesia. A solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen domini. Et dicit deus illis quorum flumina posuit in desertum, Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris: Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Vbi erant omnia immunda sacrificia, quando desertum erant, quando squalebant, quãdo salinæ erant omnes gẽtes, ibi nũc fontes, ibi nunc flumina, ibi nũc stagna aquarum, & exitus aquarum. Ergo superbis resistit, humilibus autẽ dedit gratiam: & habitare fecit illic esurientes, quia edent pauperes & saturabunt. Et cõstituerunt ciuitatẽ habitationis.) Interim habitationis in spe, qñ qui me audit, inquit, habitabit in spe. Et constituerunt ciuitatẽ habitationis. Et seminauerunt agros & plantauerunt vineas, & fecerunt fructũ frumenti.) Ad quem fructum gaudet operarius il
Phili. 4. le qui dicit, Non quia quæro datum, sed requiro fructum. Et benedixit eos & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non
2.Ti.2. sunt diminuta.) Hoc stat, Firmum fundamentum dei stat, quia nouit dominus qui sunt eius. Iumenta.n.& pecora dñr in Ec-
M clesia simpliciter ambulantia, sed utilia, nõ multum docta, sed fide plena. Ergo & spiritales & carnales benedixit eos, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum nõ sunt diminuta. Et pauci facti sunt, & vexati sunt.) Vnde hoc? De transuersõ? Imò de interno. Vt enim pauci fierent ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ideo aũt tanq̃ de his dicit, de quibus antea loquebatur, vt cum intellectu discernuntur, quia tanq̃ de hisdem loquitur propter communia sacramenta. Ad populum.n.dei pertinent, etsi
2.Ti.3. non per virtutẽ, certe per speciem pietatis: de illis.n.audiuimus per Apostolum, In nouissimis temporibus instabunt tempora sæua: erunt.n.homines seipsos amãtes. Primum malum seipsos amantes, vtique sibi placentes. Vtinam sibi displicerent, & deo placerent, vtinam in difficultatibus exclamarent, & à necessitatibus liberarẽtur. Sed multum de se præsumẽtes, pauci facti sunt. Manifestum est fratres, omnes qui se diuidunt ab vnitate, pauci fiunt. Multi.n.sunt, sed in vnitate dum non sunt, separantur ab vnitate. Cum.n.cœperit ad eos non pertinere multitudo vnitatis, in hæresi & in
A schismate pauci sunt. Et pauci facti sunt & vexati sunt. A tribulatione malorum & dolore. Effusus est contemptus super principes.) Reprobati enim sunt ab Ecclesia
Matt. 5. dei: & magis, quia principes esse voluerũt, ideo contempti sunt, & facti sunt sal infatuatum proiectum foras, ideo conculcatur ab hominibus. Effusus est contemptus super principes. Et seduxit eos in inuio & non in via.) Illi superius in via, illi ad ciui-

tatem

tatem directi. Denique illi deducti, non se-
Rom.1. ducti, isti autem in inuio seducti. Quid est, seduxit eos? Tradidit illos deus in concupi scentias cordis eorum. Hoc est enim seduxit eos, donauit illos sibi. Nam si proprie quæras, ipsi se seducunt. Qui.n. putat se es se aliquid cum nihil sit, seipsum seducit.
Gal. 6. Qui ergo seduxit eos? Dimisit eos in inuio & non in via. Quomodo enim in via homines, qui partem tenent, & totum relin-
Psa. 66. quunt? Quo in via? Quæ est ergo via, aut vbi agnoscitur via? Deus, inquit, misereat nostri & benedicat nos, illuminet vultum suum sup nos, vt agnoscamus in terra viá tuam. In qua terra? In omnibus gentibus salutare tuum. Vtique tales vt minuantur, vt pauci fiant, hinc exeunt. A multitudine vnitatis omnes exierunt, sicut pauloante
B commemoraui dictũ de illis, Ex nobis exie
1.Ioá.1. runt, sed non fuerunt ex nobis: si.n. ex nobis fuissent, permansissent vtique nobiscũ.
1.Ioá.2. Sed si forte nostri sunt in occulta præscien tia dei, necesse est vt redeant. Quàm multi non nostri adhuc quasi intus, & quam multi nostri adhuc quasi foris? Nouit do-
2.Ti.2. minus q̃ sunt eius: & illi nõ nostri q̃ intus sunt, quando occasiones inuener nt exeũt: & illi nostri qui foris sunt quando occasiones inuenerint, redeunt. Illud ergo accipite quod nouit dominus, secundum hoc seduxit eos in inuio, & non in via. Et quid de illis fecit? Quod dicere cœperam, quod attente audiatis. Potuit illos pati intus semper sed nos de illis non proficeremus. Cum autem separati sunt, & per quæstiones malignas inquietant nos, propositum est nobis ex illis, & inquisitionis studium, & timoris exemplum, Vnusquisque tremit cum alterum videt exisse, tanquam ex illius exitu dicatur illi, Quapropter qui se putat stare
1.Co.10 videat ne cadat, Prosunt ergo quia exeunt: nã si intus essent, & tã mali essent, nihil de illis prodesset. Quid de illis dictum est in
Psa.67. quodam Psalmo? Congregatio taurorum, id est, ceruicatorum & superborum, congre
C gratio taurorum inter vaccas populorum. Vaccas dicit seductiles animas, quæ facile consentiunt seductoribus tauris. Sed quare hoc? Vt excludantur hi qui probati sunt argento. Quid est vt excludantur? Vt appareant, & emineant illi qui sunt probati in eloquio dei. Cum.n. respondeatur hæreticis ex necessitate, ædificantur catholici ex vtilitate: hanc sententiam planè Paulus ex-
1.Co.11 pressit, Oportet enim inquit, hæreses es se, vt probati manifesti fiant in vobis. Oportet & tauros seducentes esse, vt qui Psal.67. probati sunt argento manifesti sint, hoc est excludãtur. Quid est argento probati? Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum Psa.11. terræ, purgatum septuplum. Quicunque sunt probati in hoc argento, id est, in eloquio domini non possunt exercere hoc argentum, nisi quæstionibus iquietati hæreticorum. Et hic attendite, quia non prætermissum est. Ecce effusus est cõ temptus super principes, super illos tauros. Gala.1. Quare con tempti sunt? Aliud annunciantes. Qui sunt contempti? Anathematizati. Matth. Quisquis enim vobis annunciauerit præter quam quod accepistis, anathema sit. D Quid tam contemptum quam sal infatuatum, quod foras proiectum conculcatur? Et videte si non principes sunt, ipsum Paulum audite, Licet si nos aut angelus de cœlo euãgelizauerit uobis pter quã qd accepistis, anathema sit. Principes sunt, docti sunt, magni sunt, lapides precios sunt. Quid adhuc dicturus es? Nunquid angeli sunt? Et tamen si angelus de cœlo vobis annunciauerit præter quam quod accepistis, anathema sit, quia & ipse diabolus angelus de cœlo lapsus est. Effusus est ergo contẽptus super principes eorum. Et adiuuit pauperem a mendicitate.) Quid est ergo hoc fratres, contempti sunt principes, & adiutus est pauper? Abiecti sunt superbi, & instructus est humilis: hoc fecit, & hoc faciendo adiuuit pauperem a mendicitate, Mendicus est illie, nihil sibi tribuens, totum de misericordia dei expectans, ante ianuam dominicam quo- Luc.16. tidie clamat, pulsans vt aperiatur ei, nudus, & tremens vt vestiatur, oculos in terram deijciens, & pectus tundens. Istum mendicum, hũc pauperem, hunc humilem adiuuit deus? Plurimum etiam de ipsa separatione hæreticorum, quia pauci facti sunt, & seducti sunt in inuio & non in uia. Denique quid postea ex illis? Diminuti sunt, seducti, pauci facti sunt, vexati sunt. In adiutorio pauperi qui feci? Et posuit sicut oues familias,) Quasi vnum pauperem & vnum mendicum intelligebas, de quo dixit, Et adiuuit pauperem a mẽdicitate. Pau p iste multæ familiæ sunt, pau p iste multæ plebes sunt, multæ ecclesiæ vna Ecclesia, vna plebs, vna familia, vna ouis est. Et posuit sicut oues familias. Magna mysteria ista, magna sacramenta, q̃ profunda, plena mysteriorũ, q̃ dulciter inuẽta, q̃a diu latentia. Ergo vidébunt recti & iocundabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum.) Iniquitas illa garriens contra vnitatem, & cogens manifestari veritatem, vi ãa oppilabit os suum. Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget miserationes domini.) Videte quo fine clausit. Quis sapiẽs & custodiet hæc? Et quid custoditurus est? Sapiens. i. si pauper sit custodit, si non sit dines, id est, non sit superbus, si non sit inflatus, custodit hęc. Quare.n. custodit hęc? Quia intelliget miserationes dñi: non merita sua, non uires suas, nõ potentiam suã, sed miserationes domini. Qui errantem & egenum in viam deduxit & pauit, qui pugnantem aduersus difficultatem peccatorum, & colligatum vinculis consuetudinis F soluit & liberauit: qui fastidientem verbũ dei, & tædio quodam pœnè morientẽ, misi medicina verbi sui recreauit: qui pericli tantem inter naufraga & procellosa maris huius discrimina, mari placato ad portum perduxit. Qui eum denique constituit in to populo vbi humilibus dat gratiam, non in illo vbi superbis resistit, & fecit eũ suũ, vt intus manens multiplicaretur, non vt foras exiens minueretur. Hoc vident recti & iocundantur. Omnis ergo iniquitas oppilabit os suum, & qui est sapiens custodiet hæc. Vnde custodiet? Per humilitatem, intelligendo miserationes domini, quia vbique dictum est, Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

centesimi tricesimiquarti, eadem est quæ centesimi tertijdecimi, ab eo versu vbi dicitur, Simulacra gentium argentum & aurum: sicut tertiusdecimus & quinquagesimussecundus mutatis aliquibus medijs, eadem habent omnia à principijs vsque in fines. Quæcunque igitur in hoc psalmo centesimoseptimo aliquantulum aliter posita sunt, q̃ in illis duobus, ex quorum partibus constat, non habent intellectum difficilẽ: sicut in quinquagesimosexto dicitur, Cantabo & psallam, exurge gloria mea: in isto autem, Cantabo & psallam in gloria mea.) Ad hoc.n. dictum est illic, Exurge, ut in illa cantaretur & psalleretur: item ibi, Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua: vel sicut alij interpretati sunt, Eleuata est: hic autem, Quoniam magna Psal.56 est super cœlos misericordia tua.) Ideo.n. magnificata est vsque ad cœlos, vt magna sit in cœlis: hoc enim uoluit dicere, super cœlos. Item in quinquagesimonono, Lætabor & diuidam sic himã: hic autem, Exaltabo & diuidam sicimam.) Vbi ostẽditur qd H de diuidenda sicima significatum est post domini resurrectionem & exaltationem prædictum futurum, & illam lætitiam ad hanc exaltationem pertinere, vt ideo lætetur, quia exaltatur: vnde alibi dicit, Conuer
Psal.29 tisti luctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & accinxisti me lætitia: item ibi, Et Effrem fortitudo capitis mei: hic autẽ, Effrẽ susceptio capitis mei.) Suscipiendo enim fit fortitudo, id est, suscipiendo fortes facit, fructificans in nobis: interpretatur enim Effraim fructificatio. Susceptio autem ad vtrunque referri potest, siue cum suscipimus Christum, siue cum ipse nos suscipit qui est caput Ecclesiæ. Et quod ibi ait, Tribulantes nos: hic autem, Inimicos nostros.) vtique iidem ipsi sunt. Admonemur sanè isto psalmo eos titulos qui tanquam de historia positi sunt rectissimè fieri, vt secundum prophetiam intelligamus, secundum quod videmus psalmos esse conscriptos. Quid enim tam diuersum secundum historiam, quàm id quod est in titulo quinquagesimisexti psalmi, In finem ne corrumpas ipsi Dauid, in tituli inscriptionem cum fugeret a facie Saul in I speluncam: & in titulo quinquagesimino-
ni, In finem his qui immutabuntur in titu
li inscriptionem ipsi Dauid in doctrina, cũ fuccendit Mesopotamiam, Syriam, & Sy-
riam

In Psalmum centesimumseptimum.
Enarratio.
Excusatio de omissione expositionis huius Psalmi.

PSalmum centesimumseptimum exponendum non putaui, quoniam iam exposui eum in Psalmo quinquagesimo sexto, & in psalmo quinquagesimo, ex G quorum postremis partibus iste constat. Nam postrema pars quinquagesimisexti, prima est huius, vsque ad eum versum vbi dicitur, Et super omnem terrã gloria tua.) Hinc autem vsque in finem, postrema pars

riam Sobal,& conuertit Iacob,& percusit in valle salinarum duodecim milia. nam p̃ ter id quod positum est:In tituli inscriptio nem,& ipsi Dauid, & in finem:cætera ita diuersa sunt,ut ille habeat humilitatẽ Dauid,iste fortitudinem:ille fugam,iste uictorias. Et tñ ex istorumduorũ posterioribus partibus,quorũ tam diuersi sunt tituli,psalmus iste componitur. Vbi significatur ad vnum aliquid concurrere utrunq.,non superficie historiæ,sed altitudine prophetię, copulatisq. utriusq. finibus in hoc uno:cuius est titulus, Canticum psalmi ipsi Dauid.)Neutro illi titulo similis, prẽter qđ etiam hic positum est,Ipsi Dauid.Quoniã
Heb. 1. multis partibus & multis modis, sicut ad Hebræos epistola loquitur,olim deus locutus est patribus per prophetas: In eo tñ locutus est,quem misit postea, ut complerẽ-
1.Co.12 tur eloquia prophetarum.Quoquot enim promissiones dei,in illo sunt.

K In Psalmum centesimumoctauum, Enarratio.

Acto.1. PSalmum istum de Christo habere p̃phetiam quisquis Actus apostolorum fideliter legit agnoscit, vbi de Christi traditore Iuda prophetatum est quod hic scriptum est, Fiant dies eius pauci,& episcopatum eius accipiat alter: quando Matthias in locum Iudæ ordinatus numero apostolorum duodecimus: adiunctus esse euidenter apparet.Sed si de illo uno homine omnia quæ hic in malo dicta sunt intelligere conemur, expositionis ratio non omnimodo aut uix ualebit occurrere. Si autem de tali genere hominum malorũ, id est,inimicorum Christi,ingratorumq. Iudæorũ, omnia mihi uidentur posse clarius aperiri. Sicut.n.quædam dñr,quæ ad apostolum Petrum proprie pertinere uideantur: nec tñ habent illustrem intellectum,nisi cum refertur ad Ecclesiã, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personã, propter primatum quem in discipulis habMat.16 buit,sicuti est,Tibi dabo claues regni cęlorum,& si qua huiusmodi: ita Iudas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi Iudæorũ, q. & tunc oderãt Chri-
L stum, & nunc per successionem perseuerãte genere ipsius impietatis oderunt.De quibus hominibus & de quo populo possunt non inconueniẽter intelligi,non solum ea q̃ apertius de ipsis in hoc psalmo legimus, verumẽt illa q̃ proprie de ipso Iuda dñr expressius,sicut est qđ commemorauit, Fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter. Quod apparebit adiuuante domino,cum ad eos uersus tractandi ordine
Rom.3. venerimus.Incipit ergo iste psalmus,Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Vnde apparet & falsam esse vituperationẽ quam non tacet peccator & dolosus,& verã esse laudem quã non tacet deus.Deus enim verax,omnis aũt homo mendax:qa non est homo verax, nisi in quo loquitur deus. Laus autem maxima est unigeniti filij dei, quia hoc ipsum qđ est unigenitus dei filius prædicatur.Hoc autem non apparebat, sed apparente infirmitate eius latebat, cum os peccatoris & os dolosi super eũ apertũ est:& ideo illud apertum est,qa operta uirtus huius fuit.Ideo aũt dicit, Apertum est os dolosi,quia odium quod dolo tegebatM in consequentibus uersibus planius dicit,) in uocem. Hoc etiam Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.) Tunc utiq. qñ eum tanquam magñm bonum captiosa adulatione laudabant: unPsa.108 de alibi dicitur,Et qui laudabant me, adIoa.13. uersum me iurabant: deinde quia eruperunt,Crucifige crucifige,secutus adiũxit, Et sermonibus odij circumdederunt me.) Illi qui lingua dolosa, quasi non odij, sed dilectionis uerba locuti sunt, ideo adiudilectionis uerba locuti sunt, ideo aduersum me,quia hoc insidiando faciebant, postea sermonibus non falsæ & dolosę dilectionis, sed apti odij circumdederunt me, Et expugnauerunt me gratis.) Sicut autẽ pij gratis amant Christum,sic impij gratis oderunt, quia sicut ueritas nullo extra eã propositio commodo, sed propter seipsam expetitur ab optimis,ita iniquitas a pessimis.Vnde apud authores secularium literarum dictum est de quodam pessimo, Gratuito potius malus atq. crudelis erat. Pro eo,inquit,ut diligerẽt me,detrahebant mihi.) Sex sunt in isto genere differentiæ quæ commemoratæ animaduerti facilli-
me possunt,reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis: reddere bona pro bonis, reddere mala pro malis: non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis. Horum duo prima, bonorum sunt,& eorum quorum prius melius

postrema duo malorum, & eorum posterius deterius: duo media quodãmodo mediocria,sed eorũ prius p̃pinquũ bonis,posterius p̃pinquum malis:hæc in scripturis sanctis oportet attẽdere.Reddidit bona p̃
Psa.34. malis ipse dñs,qui iustificat impium:& pẽdens in cruce dixit,Pater ignosce illis, qa nesciunt quid faciunt.Cuius uestigia secutus sanctus Stephanus,fixo genu orauit p̃
Act.7. lapidãtibus dicens, Domine ne statuas illis hoc delictũ. Ad quã rẽ præceptum pertinet,Diligite inimicos uestros,benefacite
Luc.6. his q̃ oderũt uos, & orate pro eis qui uos p̃sequuntur.Mala p̃ malis non esse reddenda,Paulus Apostolus dicit, Nulli malum
Rom.12. pro malo reddentes:Et apostolus Petrus,
1.Pet.3. Non reddentes malum pro malo,vel maledictum pro maledicto: vnde & in psalmis legitur, Si reddidi retribuentibus mi-
Psa.7. hi mala. Duorũ postremorũ illud mitius ad nouẽ leprosos ptinet, qui cũ mundati essent à dño,gratias dño nõ egerũt. Illud vero vltimum quo nihil est peius, ad hos pertinet,de quibus in isto psalmo legitur, Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Dilectionem quippe debebant tantis
Psa.108 domini beneficijs :qua nõ solum minime reddebant,verumetiam pro illo bono irrogabant malum. Duo vero media quæ dixi mus hominum quodammodo esse mediorum,ita se habent, vt eorum prius qđ est reddere bona pro bonis habeant & boni, & mediocriter boni,vel mediocriter mali. Ideo dñs hoc non reprehendit,sed nõ uult in eo solo discipulos suos permanere quos
1.Co.3. vult ad maiora prouehere, quibus dicit, Si dilexeritis eos qui uos diligunt, id est, si reddideritis bona pro bonis, quam mercedem habebitis.i.quid magnum facietis? Nonne & publicani hæc faciunt? Vult autem illos & hoc facere & longe amplius.i.
Luc.6. eos diligant.Posterius autem quod est reddere mala pro malis,habẽt & mali uel mediocriter mali,vel mediocriter boni,usque adeo vt lex eis dederit vlciscendi modum, oculum pro oculo,dentem pro dente,quæ si dici potest, iniustorum iustitia est : non quia iniquum est vt recipiat vnusquisque quod fecerit,alioqui lex nequaquam id cõstituere,sed quia vlciscendi libido vitiosa est,magisq. ad iudicem pertinet inter malos hoc discernere, quã bonũ hominem sibi expetere. Quapropter impij ex illa benignitatis summitate delapsi, vbi reddun-
tur bona pro malis, ad quantam malignitatis profunditatem venerunt retribuẽdo mala pro bonis? Quãto præcipiti o tot gradus interpositos transierunt? Nec parum aliquid putari debet, quia non ait, Pro eo vt diligerent me interficiebant me,sed detrahebant mihi.Ideo quippe interfecerũt, quia detraxerunt, negantes dei filium, & dicentes, q̃ in principe dæmoniorum eijcit dæmonia: &,Dæmonium habet & insa Ioan. 8.
nit,quid eum auditis?& cætera talia.Qua detractione ab illo auertebant eos, quorũ conuersionem ille quærebat. Et ideo potius hoc dixit,vt ostenderet magis eos nocere qui Christo detrahunt,& per hoc animas interficiunt, q̃ qui eius mortalem carnem mox præsertim resurrecturam sæuiẽdo peremerunt:sed cum dixisset,Pro eo vt diligerent me,detrahebãt mihi:Quid ait? Ego autem orabã.)Non quidem dixit q̃d orabat. Sed quid melius intelligere debemus,q̃ pro eis ipsis? Crucifixo.n.maximè detrahebant,quando velut homini, quem quasi uicerant, illudebant:de qua cruce il D
le dixit,Pater ignosce illis, quia nesciunt Luc.23.
quid faciunt. Et quoniam in profundo malignitatis reddebant ipsi mala pro bonis,ille in summo benignitatis reddebat bona pro malis:quanquam bene intelligatur etiam pro discipulis suis orasse, quod etiam ante passionem suam dixit, ne defi- Luc. 22.
ceret fides eorum, quando ipse pendens in ligno,vt commendaret patientiam,non ostendebat potentiam inter uerba detrahentium,quos posset diuina potestate delere.Sed nobis utilius erat, quòd patientiæ præbebat exemplum, quàm si suos inimicos sine dilatione perdendo ad hoc nos ædificaret, vt impatienter festinaremus de his quos malos patimur vindicari: cum scriptum sit, Melior est patiens quàm fortis vir. Docent igitur nos diuina eloquia dominico exemplo, cum audimus, Pro Pro.16.
eo vt diligerent me, detrahebant mihi, ego autem orabam: vt quando aliquos sentimus ingratos, non solum non reddentes bona, sed insuper reddentes mala pro bonis,nos oremus. Et ipse quidem pro alijs vel fæmentibus vel dolentibus, vel in fide periclitantibus. Nos vero etiam pro nobis primitus, vt animum nostrum deo miserante atq. opitulante vincamus, quo ferimur in vlciscendi cupiditatem, E
cum

cum detrahitur siue præsentibus siue absentibus nobis. Deinde cum Christi patiē
Matt.8. tiam recordamur, tanquam ipso excitato, sicut factum est cum dormiret in naui, qui perturbationem cordis nostri tempestatēque tranquillat animo sedato atque placato, oremus etiam pro ipsis detractoribus
Matt.6. nostris, vt securi dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. Sed & ipse dimittebat, qui peccatum quod ei dimitteretur vtiq. nō habebat: sequitur autem, Et posuerūt aduersum me mala pro bonis.) Et quasi quæreremus, quæ mala p quibus bonis? Et odium, inquit, pro dilectione mea.) Hic enim omnis & magnus reatus illorum. Nam quid nocere potuerunt persequentes, voluntate non necessitate morientem? Sed ipsum odium est crimen maximum persequentis, quanuis sit voluntaria pœna patientis. Satis autem exposuit quemadmodum supra dixerit, Pro eo vt me diligerent, quia dilectionem nō vtcunque, sed dilectioni eius debebant, cū hic addidit, pro dilectione mea. Hanc dilectionem in Euāgelio commemorat, vbi
Mat.23. dicit, Hierusalem Hierusalem quoties uo
F lui colligere filios tuos tanquam gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti. Deinde quæ pro ipsa impietate recipiant, incipit prophetare: & eo modo illa dicit, tanquam vleiscēdi cupiditare ea optet vt fiāt, cum dicantur futura certissima veritate, et per dei iustitiam super tales digne ventura. Quem modum futura prædicendi, velut speciem male optandi quidam non intelligentes putant odium odio, & malo animo malum animum reddit: quoniam reuera paucorum est dignoscere, quomodo placeat pœna iniquorū, accusatori inimicitia se saturare cupienti, & quàm lōge alio modo placeat iudici recta uoluntate peccata punienti. Ille quippe reddit malū pro malo, iste autem etiam cum vindicat non reddit malum pro malo, quoniam iustum reddit iniusto: quod autem iustum est, vtique bonum est. Punit ergo, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malū pro malo: sed dilectione iustitiæ, qđ est bonū p malo. Itaq. nec lumini scripturarū calumnientur cæci, opinantes quod deus peccata non puniat, nec quasi malum pro malo reddat, sibi blandiantur iniusti. Au-
G diamus ergo deinde quid diuinus sermo contexat, & in verbis quasi mala optantis intelligamus p dicta prophetantis, & deum iusta retribuentem subleuata in eius æternam legem mente cernamus. Constituæ super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.) Cū superius querela de pluribus fuerit, nunc de uno loquitur psalmus. Superius aūt dixerat, Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerūt me gratis, Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi, ego aūt orabam, Et posuerūt aduersum me mala p bonis, & odium p dilectione mea: omnia de pluribus. Nunc vero quid digni essent pro his iniquitatibus suis, & quid eis diuino iudicio futurū sit pronuncians, Constitue, inquit, super eum peccatorem, tanquam intendens in eum q se tradidit talibus, de qualibus suis inimicis loquebatur superius. Cum igitur hic Iudam traditorem secundum scripturam actuum Apostolorum suppleio debito prænunciet puniendum, quid est, cōstituere super eum peccatorem, nisi eum quem sequenti versu indicat cum dicit, & diabolus stet à dextris eius? Hoc vtique meruit vt super se diabolum. i. diabolo subditus fit, qui Christo subditus esse noluit. Stet autem à dextris eius dictum est, quia opera diaboli præposuit operibus dei. Hoc. n. cuique non immerito dextrum dicitur qđ præponit, sicut sinistræ dextera præponitur. Ideo & de illis qui seculi huius gaudia
Psa.144 præponentes deo, beatum dixerunt popalū cui hæc sunt, rectissime dictum est, Dextera eorum dextera iniq tatis. Vnde quod dixerunt beatum populum cui hæc sunt, os eorum locutum est vanitatem, quod de illis supra dictum est. Cuius autem os loquitur ueritatem contra illud quod dixe-
Ibidem. runt isti beatum populum cui hęc sunt, de bet etiam ipse dicere, quod in eodem Psalmo sequitur, Beatus populus cuius est dominus deus ipsius: huic enim non diabolus
Psal.15. est à dextris, sed dominus, sicut & alibi dicit, Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Diabolus ergo stetit à dextris eius, quando præposuit auaritiam sapientiæ, & pecuniam saluti suæ, vt eum traderet à quo debuit possideri, ne ab ipso possideretur, cuius opera ipse Christus soluit, à quo noluit possideri. Cum iudicatur exeat cōdemnatus.) Noluit enim talis esse cui diceretur, Intra in gaudium domini tui:

I tui: sed talis de quo dicitur, Proijcite eum in tenebras exteriores. Et oratio eius fiat in peccatum). Quoniam non est iusta oratio, nisi per Christum quem vendidit immanitate peccati. Oratio autem quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit in peccatum. Quando autem Iudas ita orare potuerit, vt oratio eius non fieret in peccatū, quæri potest. Credo antequam dominum traderet, & de illo tradendo iam cogitaret: non. n. iam poterat orare per Christū.
Ioan.16 Nam posteaquam illum tradidit, eúq. pęnituit, si per Christum oraret, indulgentiam rogaret: si indulgentiam rogaret, spē haberet: si spem haberet, misericordiam speraret, non sibi desperatione collum ligaret. Proinde cum dixisset, Cum iudicatur exeat condemnatus: ne ab imminenti condemnatione putaretur se potuisse orationē liberari, quam didicerat cum condiscipulis suis, vbi dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et oratio eius, inquit, fiat in peccatum illi: quia non fit per Christū
Psal.108 quem noluit sequi, sed persequi, Fiant dies eius pauci.) Dies eius dixit dies apostolatus eius, quia pauci fuerunt, quoniam ante
K passionem domini scelere ipsius & morte consumpti sunt: & tāquam diceret, Quid ergo fieret de sacratissimo numero duodenario, in quo non frustra dominus duodecim habere primos Apostolos voluit? Cōtinuo subiecit, Et episcopatū eius accipiat alter.) Tanquā dicens, & ipse pro suo merito puniatur, & ille numerus suppleatur. Quod si quis quemadmodum factum sit scire desyderat, Actus Apostolorū legat.
Fiāt filij eius orphani, & vxor eius vidua. Vtique mortuo ipso, & filij eius orphani, & uxor eius viduata est. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent.) Nutantes dicta est, incerti quò eant, omni præsidio destituti. Eijciantur de habitationibus suis.) Exposuit quod supra dixerat, transferantur. Hoc autem totū quomodo vxori eius fiāt, sequentes in
Psal.108 dicant uersus, Scrutetur fœnerator omnē substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor.) Ad tuendā eius posteritatem dicit. Ideo sequitur: Nec sit qui misereatur pupillis eius.) Sed quia possent etiam pupilli eius sine adiutore & sine tutore in erumnis & egestate tamen crescere, & genus propagatione seruare, sequitur & dicit, Fiant nati eius in interitū, in generatione vna deleatur nomē eius.] L
Id est, vt quod de illo generatū est, iam nō generet, & cito transeat. Sed quid est quod deinde subiungit? In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleat.] An intelligendum est ut reddantur ei peccata etiam parentum suorum? Ei quippe non reddūtur qui fuerit mutatus in Christo, & cœperit esse non filius iniquorum, non imitatus mores illorum, quia & illud verisime scriptum est, Reddam peccata patrum in filios: & illud quod per Prophetā dicitur, Et anima patris mea est, & anima filij mea est, anima quæ peccauerit ipsa morietur. Hoc quippe dictum est de his qui conuertuntur ad deum, & non imitantur mala parentum suorū: quod ipse Pro- Exo. 20
pheta euidenter ostendit: dicit enim paren Eze:18.
tum iniquitates eis non obesse, qui iustitiā faciendo dissimiles fuerint. Illud autē qđ dictum est, Reddam peccata parentum in filios: additum est, qui oderunt me: hoc est, sicut me oderant & parentes eorū: vt quēadmodum bonorum imitatio facit vt etiā propria peccata deleantur, sic malorū imitatio faciat ut nō solū sua, sed etiam eorū quos imitati sunt merita sortiantur. Si ergo Iudas teneret illud ad qđ uocatus est, nullo mō ad eum uel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Sed quia nō tenuit adoptionem in familia dei, sed iniquitatem vetusti generis potius elegit, redijt iniquitas patrum eius in cōspectu domini, vt in eo etiam ipse puniretur, & peccatum matris eius nō deleretur. Fiant contra dñm sp.] Id est, pater eius et mater eius fiant contra dñm sp, non vt domino adM
Eze.18.
Exo. 3.
De pœni.di. 4.
Si Iudas
& cō. 4.
sē.di.22
cap. 1.
uersentur, sed ut merita eorū pessima non obliuiscatur in isto dñs cū illi & ipsa retribuet: eōtra dñm. n. dixit, in conspectu domini. Nam & alij interpretes sic transtulerunt, fiant in conspectu dñi semper: alij uero, fiant coram domino semper, sicut alibi dictum est, & posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Semper autem dicit, vt Psa. 89.
sine remissione sit tantum illud scelus, & hic, & in futuro seculo. Dispereat de terra memoria eorum.] Patris scilicet & matris eius. Memoriam dicit eorum, quę in propagine generatione custoditur. Hanc prophetauit de terra perituram, quia &

ipse Iudas, & filij eius qui erãt tanquam
A memoria patrum, & matris eius sine succesione prolis, sicut superius dictum est, in breuitate vnius generationis extincti sunt. Dicit aliquis, Etiam ne hoc ad pœnã Iudæ pertinere credendum est, quod post eius mortem ad mendicitatem vxor eius & filij eius peruenerunt, & translati sunt, & eiecti de habitationibus suis, scrutante fœneratore omnem substantiam eius, &
4.sẽ.dis. diripientibus alienis oẽs labores eius, ne-
50.præ- mine adiuuante, nec miserante pupillos
terea. eius, & quod cito sunt fine posteris mortui? Núquid etiam de his quæ in suis post mortem cuiusque contingunt, ullus mortuos tangit dolor? Aut hæc saltem scire putandi sunt, quorum sensus alibi est pro meritis, seu bñ seu male? Cui rñdeo magnam quidem esse quæstionem, nec in præsentia disserendam, q̃ sit operis prolixioris, vtrũ uel quatenus, vel qũo ea, quæ circa nos aguntur nouerint spiritus mortuorum.

Veruntamen quod breuiter dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, non diceret
Luc. 15 dñs dixisse illum diuitem qui tormenta apud inferos patiebatur, Habeo ibi quinq. fratres, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Sed qũlibet intelligant q
B hoc aliter intelligere conantur: & quia fatendum est non esse cõsequens, vt si sciũt mortui suos viuere, quia nec in locis pœnarum eos vident, vbi diues ille erat, nec in requie beatorum, vbi Lazarũ & Abraham quanuis longe agnoscebat: ideo eos ẽt illa quæ circa eorum charos aguntur, uel læta uel tristia scire necesse sit. Hoc dico, paucos esse eius animi homines, qui post mortem suam quid suis boni, malive contingat, saltem dum viuunt negligant, atq. omnino contemnant: multos autem q̃ indicat etiam tanta cura commendandæ voluntatis & qualumcunque testamentorum, satis agere vt cum defuncti fuerint suis bene sit. Permansionem uero posteritatis suę per successiones generationum soli laudabiliter spernunt, qui seipsos absci
Mat. 19 dunt propter regnum cœlorum, & filios suos hoc facere cupiunt, vel exoptant, uel martyrio coronari, ita ut nullus eorum in terra remaneat: cæteri autem omnes aut penè omnes, fœlices volunt suos esse in hac vita post mortem suam, & suũ genus interire nolunt. Quapropter quod Iuda tam infœlicitrr mortuo, ita uxor eius uidua & filij eius orphani remanserunt, vt
C fœneratore scrutante omnem substantiam eius, & diripiẽtibus alienis omnes labores eius, de suis habitationibus ciçerẽtur, nec aliquem pupilli eius miserante inueniret, & in una generatione sine posteris interirent: si hæc sentiunt mortui, cumulus malorum est: si hæc non sentiunt, formido uiuorum est. Si autem mouet quomodo potuerit habere substantiam: quam fœnerator scrutaretur, alienique diriperent, quando iam cum alijs undecim dominũ sequebatur, credat eum omnia quæ habebat ita dimisisse filijs & uxori, vt nõ inde sy nceriter uel perseueranter vinculum cupiditatis abruperit: qui etiamsi ea uelut vendere uideretur & distribuenda pauperibus, profecto faceret qđ Ananias post domini ascẽsionem. Neque enim metueret ne hoc ad dominus diuinitate cognosceret, quem fal li putabat, quando ea quæ mittebantur, de loculis auferebat.

Alia expositio supradictorum.

SEd iam videamus si possumus quantũ dominus adiuuat, quomodo ista conuenire possint etiam in populum Iudæorum, cuius inimicitiæ contra dominũ pertinaci odio permanserunt, cuius popu-
D li diximus Iudam in figura gessisse persoñ, sicut Ecclesię gessit apostolus Petrus. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.) Quemadmodũ in Iuda, sic in isto populo intelligendum est, qui repulso à se Christo factus est subditus diabolo, cuius psuasiones in omnibus paruis & terrenis cupiditatibus præponit æternę saluti. Cum iudicatur exeat condẽnatus.) Quia in neqtia & in infidelitate
Rom. 1. persistẽs thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Et oratio eius fiat in pctm,) q̃a non fit per mediatorem dei & hominum, hominẽ Iesum Christum, & sacerdotẽ magnũ in æternũ secun
1.Di.2. dum ordinẽ Melchisedech. Fiant dies eius pauci.] Secundum regnum accipiendũ est Iudæorum, quia non diu postea perseuerauit regnum Iudæorum: Et epatum eius accipiat alter.) Ipsum dñm Christum non incongruenter intelligi existimo episcopatũ populi Iudæorum, quia de tribu Iuda factus est secundum carnem: & Apostolus

Psa. 15. ait, Dico enim Christum ministrum
Rom. 15. fuisse circuncisionis pp veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: & ipse ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, quia & illis exhibuit in carne præsentiam. Et Magi qui ab Oriente venerũt hoc dixerunt, Vbi est q natus est rex Iudæorum? Et hoc in titulo scriptũ est super crucifixũ: vnde illud mutare volentibus non frustra rñdit Pilatus,
Ioan. 19 Quod scripsi scripsi. Hunc ergo eparũ populi Iud. eorũ. i. dñm Christum accepit alter. i. populus gentium. Fiant filij eius orphani.] De quibus dicitur, Filij aũt regni
Ioan. 12. huius eiçientur in tenebras exteriores. Fiãt sunt autẽ orphani amisso ipso regno, quasi patre perdito, quanquã & deũ patrẽ bene intelligantur amisisse. Qui. n. filium non habet, ait veritas, nec patrem habet: Et vxor eius vidua] Vxor regni plebs intelligi potest, cui reges subditæ Ecclesiæ dominantur. Vidua vero facta est amisso ipso regno. Nutantes transferantur filij eius & mendicent.] Nutauerũt periculis, vrgentibus hostibus translati sunt, debellati filij regni Iudæorum. Quid est aũt mendicare, nisi ad hominum misericordiam uere, sicut viuunt sub earum gentium regibus in quas translati sunt? Eijciantur de habitationibus suis.] Ita factum est. Scrutatur fœnerator omnem substantiam eius,]
F Id est, populi eius. Vbi nihil melius intelligitur, q̃ debita eorum non dimittantur: q̃a in solo Christo dimittuntur quem respuent: qui etiam dicere docuit, Dimitte nobis deb. ta nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Omnem autem substãtiam eius dictum est, omnem vitam eius, vt ei nulla debita. i. nulla peccata donentur. Et diripiant alieni labores eius.] Diabolus & angeli eius, quia non thesaurizãt in cœlo qui non habent Christum. Nõ sit illi adiutor.] Quis adiutor est ei, cui Christus non est? Nec sit qui misereatur pupillis eius.] Qui patre perdito. i. regno sic remanserunt, aut amisso deo cuius filium p̃ secuti sunt & oderunt, non est qui eorum misereatur, non ad temporalem vitam sustentãdã, sed ad verã vitã. i. æternam. Fiant nati eius in interitũ.] Vtique in interitum sempiternum. In generatione vna deleatur nomen eius.] Quia generati sunt, non regenerati, ideo in vna generatione delentur. Nam in altera. i. in regeneratione si eam cognoscerent & tenerent, non delerẽtur. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini.] Vt reddat eidem populo dominus p̃ seueranti in malitia etiam patrum eius iniquitatem: sic. n. eis dicit, Testimoniũ estis A
vobismetipsis, quia filij estis eorum qui Mat. 23.
prophetas occiderunt: & paulopost ait, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ. Et peccatum matris eius nõ deleatur.] Peccatum Hierusalem q̃ seruit cũ Gala. 4.
filijs suis, q̃ interficit prophetas, & lapidat Mat. 23.
missos ad se. Fiãt contra dñm semper.] Iniquitas & peccatum eorum. i. vt à conspectu domini non aboleantur, deo in æternum vindicante. Et dispereat de terra memoria eorum.] Terra dei, ager dei est: ager dei, Ecclesia dei est. De qua terra perijt memoria eorum, quia cum essent rami naturales pp infidelitatem fracti sunt. Pro eo Ro. 11.
quod non est recordatus,] vel ille Iudas, vel ipse populus. Facere misericordiam.] Sed melius de populo accipitur quod ait, non est recordatus. Nam si Christum occidit, saltem recordaretur pœnitendo, & faceret misericordiam super membra eius q̃ perseuerantissimè persecutus est: ideo dicit, Quia persecutus est hominem inopem
1.Co.8. & mendicum.] Potest quidem accipi de Iuda, quia non est dedignatus dominus pauper fieri cum diues esset, vt illius paupertate nos ditaremur. Mendicum autem B
quomodo intelligam, nisi forte quia dixit Ioan. 4.
mulieri Samaritanæ, Da mihi bibere. Et &. 19.
in cruce ait, Sitio. Sed quod sequitur quomodo accipiatur in ipso capite nostro. i. sui corporis saluatore quem Iudas persecutus est, non inuenio: cum enim dixisset Et persecutus est hominem inopem & mendicum: adiecit atque ait, Et compunctum corde mortificare. Id est, vt mortificatum mortificaret: nam quidam etiam sic sunt interpretati. Compunctus autem corde non solet dici, nisi stimulis peccatorum in dolore pœnitendo: sicut de illis dictum est, Acto. 2.
Qui cum audissent Apostolos post domini ascẽsionẽ, cõpuncti sunt corde qui occiderant dñm. Quos allocutos est beatissimus Petrus dicẽs inter alia, Agite pœnitẽtiã, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine dñi nostri Iesu Chr̃i, & dimittent vobis peccata vestra. Sed q̃n ijdem ipsi

membra eius facti sunt cuius in ligno mẽ
bra fixerunt, populus Iudæorum non est
recordatus facere misericordiam. Persecu
tus est hominem inopem & mendicũ, sed
in membris suis, de q̃bus dicturus est qđ
Mat.25. attinet ad ipsa opera misericordiæ. Quan-
C do vni ex minimis meis non feciſtis, nec
mihi feciſtis. Et compunctum corde mor-
tificare: planè compunctum corde, sed in
membris suis. De his aũt q̃ persecuti sunt
vt compũctũ corde mortificarent, erat &
Acto.7. &.22. Saulus consentiens in necẽ Stephani com-
punctι corde, quia & ipse Stephanus de il
lis erat qui compuncti sunt corde. Sed Sau
lus recordatus est facere misericordiã, &
Gen.49 q̃ mane rapiebat, vespere diuisit escas. Et
ipse compunctus corde, vt ẽt in illo ipsi p-
sequerentur inopem, volentes mortificare
compunctũ corde. Hoc q̃ppe oderant in
Galat.1 Paulo Apostolo, quia compunctus corde
p̃dicabat quẽ fuerat antè persecutus. Ino-
pem quippe & mẽdicum & compunctum
corde in membris suis & ipse vt mortifica
Acto.9. ret persequens, audiuit de cœlo, Saule Sau
le quid me persequeris? & factus cõpũctus
corde, cœpit talia pati qualia faciebat com
punctis corde. Dein de sequitur psalmus:
Ioã.12. Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei.] Quã
quam & Iudas maledictionem dilexerit, &
furando de loculis, & dũm vendendo atq;
tradendo, tamen apertius populus ille dile
Mat.26. xit maledictionem quando dixit, Sanguis
eius super nos & super filios nostros. Et
noluit benedictionem, & elongabitur ab
D eo.] Et Iudas quidem quia Christum no-
luit in quo est æterna benedictio, sed aper
tius noluit benedictionem populus Iudæo
rum, cui dixit ille illuminatus à domino,
Ioan.9. Nunquid & vos vultis discipuli eius fie-
ri? Et noluit benedictionem, & pro male-
dicto habuit, & respondit, Tu sis discipu-
lus eius, Et longe facta est ab eo benedi-
ctio, quia transitum fecit ad gentes. Et in-
duit maledictionem sicut vestimentum.]
Siue Iudas, siue ille populus. Et intrauit
sicut aqua in interiora eius.] Ergo & foris
& intus: foris sicut vestimentum, intus si-
cut aqua, quoniam in eius incidit iudiciũ
qui potest & corpus & animam occidere
in gehennam, corpus foris, animam intus.
Mat.10 Et sicut ole um in ossibus eius.] Ostendit
eum delectatione male facere, & compara
re sibi maledictionem, hoc est, pœnã æter
nam, quia benedictio vita æterna est. Mõ

quippe maledicta delectant, sicut aqua in
interiora eius, & sicut oleũ in ossibus eius.
Sed ideo maledictio vocatur, quia talibus
deus tormenta prædixit. Tanquam in ossi
bus autem oleum est maledictio, cum ho-
mines inde fortes se putant, quia licet eis
mala tanquam impune committere. Fiat
ei sicut vestimentum quo operitur.] Cum
superius iam dixerit de vestimento, quid
est quod repetit? An quia dixerat, induit
maledictionem sicut vestimentum, differt E
ab eo vestimento quod non induitur, sed
operitur? Induitur enim quisque tunica,
operitur pallio. Et quid est hoc, nisi etiam
in conspectu hominum de iniquitate glo-
riari? Et sicut zona, inquit, qua semper præ
cingitur.) Maxime homines ideo præcin-
guntur, vt ad operandum sint aptiores, ne
vestis finibus præpediantur. Ergo maledi-
ctione se præcingit, qui malum non repea
tinum sed dispositum aggreditur, & ita di-
scit malum facere vt semper paratus sit: va
de & hic ait, Et sicut zona qua semper præ
cingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt
mihi apud dominum.] Non dixit, merces
eorum: sed, opus eorum. Manifestum est
enim q̃ indumento & opertorio & aqua
& oleo & zona ipsa opera describebat, qui
bus æterna maledictio comparatur. Non
ergo est vnus Iudas, sed multi de quibus di
citur, Hoc opus eorum qui detrahunt mi-
hi apud dominum: quanquam & pluralis
numerus poni potuit pro numero singula
ri, sicut Herode mortuo dictum est ab an
gelo, Mortui sunt qui quærebant animam Mat.2.
pueri. Sed qui magis detrahunt Christo F
apud dominum, nisi illi qui ipsis verbis do
mini detrahunt, dicentes non esse ipsum
quem lex domini & prophetæ prænuncia
uerunt? Et qui loquuntur, inquit, mala ad
uersus animam meam.] Negando eum cũ Ioã.16.
voluisset potuisse resurgere, cum dicat, Po
testatem habeo ponendi animam meam,
& potestatem habeo iterum sumendi eam.
Et tu domine fac mecum.] Quidam sub-
audiendam putauerunt misericordiam,
quidam vero & addiderunt: sed emenda-
tiores codices sic habent, Et tu domine do
mine fac mecum. Propter nomen tuum.]
Vnde sensus altior non est prætermitten-
dus, ita dixisse filium patri, fac mecum qa
eadem sunt opera patris & filij. Vbi etiam
misericordiam intelligamus: sequitur enim.
Quia suauis est misericordia tua.] Et ip-
sam

sam quia nnn dixit, fac in me: vel, fac super
me: uel aliquid huiusmodi: sed ait, fac me-
cũ. Nũ intelligimus & patrem & filium si-
mul facere misericordiã in uasa misericor
diæ. Potest hoc ẽt sic intelligi, fac mecum,
i. adiuua me. Quod in quotidiana loquen
di consuetudine habemus, cum de aliqua
re q̃ pro patribus nostris est, dicimus, no-
A biscum facit. Pater quippe adiuuat filium
in quantum deus homine n, p̃p formam
serui, cui homini deus, & cui in forma ser
ui etiam dominus est pater. Nam in for-
ma dei filius adiutorio non indiget: æqua-
liter enim cum patre omnipotens est, ex
Ioã.5. quo & ipse adiutor est hominis. Sicut. n.
pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & fi
lius quos vult uiuificat. Nec aliud pater,
aliud filius, aut aliter p̃r, aut aliter filius,
quia & eadem facit, & similiter facit. Vnde
Ioã.5. inquantum homo est filius dei, deus susci-
tauis illum à mortuis, hoc est pater,
cui dicit in psalmis, Suscita me & reddam
illis: Inquantum autem deus est, etiam ip-
Ioã.2. se se suscitauit: p̃p quod dicit, Soluite tem-
plum hoc, & in triduo suscitabo illud. Qđ
Ioã.1. etiam hic significauit, si quis diligenter in-
tendat. Scrutari enim iussit scripturas, quę
testimonium perhibent de illo, non in su-
perficie pertransire: non enim tantummo-
do ait, Tu domine dñe fac mecum: sed ait,
& tu. Quid est tu, nisi qa ego & tu? Qđ
Psal.37. autem non semel domine, sed repetens
ait, domine domine habet in hoc oran-
tis affectũ, sicuti est, deus deus meus. Qđ
B uero cum dixisset, fac mecum: addidit, p̃p
Psal.8. nomen tuum: gram commendauit. Nullis
enim operum meritis præcedentibus in tã
tam celsitudinẽ subuecta est humana na-
tura, ut totũ simul uerbũ & caro, hoc est,
deus & homo, unigenitus filius dei dicere
tur. Hoc autem factum est, ut ab illo qui
creauerat per id quod non perierat id qđ
perierat quæreretur: unde & hic sequitur,
quia suauis est misericordia tua. Libera
Psal.68. me quia egenus & pauper ego sum.) Ege-
cifixus est. Et cor meum conturbatum est
intra me.) Hoc ad illud refert, quod ait
propinquante passione, Tristis est anima
mea usque ad mortem. Sicut vmbra cum
declinat ablatus sum.) Hoc ipsam mortẽ
significauit. Sicut enim ex umbra declinã
te fit nox, sic mortali carne fit mors. Et
excussus sum sicut locustæ.) Hoc iam in
membris eius, hoc est fidelibus eius con-
uenientius intelligi existimo. Quod vt
aliquanto apertius poneret, maluit di-
cere, sicut locustæ, quam sicut locu-
sta: quanuis & numero singulari possent
accipi etiam multæ, sicut illud est, Dixit & Psa. 104.
uenit locusta: sed esset obscurius. Excussi
sunt ergo, id est, fugati à persecutoribus fi-
delés eius: quorum vel multitudinem signi
ficari uoluit nomine locustarum, vel qđ
transilierũt de loco in locum. Genua mea C
infirmata sũt a ieiunio.) Legimus dominũ
Christum quadraginta dierum habuisse ie Matt.4.
iunium. Sed tãtum ne ualuit in eo illa ine
dia, vt genna eius infirmarẽtur? An & hoc
in membris eius, hoc est, in sanctis eius,
apertius intelligitur? Et caro mea immuta
ta est propter oleum.] Propter gratiam spi
ritalem. Vnde & Christus appellat a chris
mate: chrisma aũt vnctio est. Caro autem
propter oleũ nõ in deterius, sed in melius
immutata est, hoc est, a mortis contumelia
in gloriã immortalitatis exurgens: cũ itaq.
dixisset, Genua mea infirmata sunt a ieiu-
nio, vbi significatũ esse arbitror eos qui in
membris eius fortes videbantur, tanquam
præsentia panis quo sustentabantur abstra
cta, in eius passione defecisse usque ad ne Mat. 26
gationem, quæ apparuit in Petro, tanquã
ad eos confirmandos, ne succumbendo pe
nitus caderent: Et caro mea, inquit, immu
tata est propter oleum, vt eos a mea mor-
te deficientes mea resurrectione firmarẽ,
& misso spiritu sancto vngerem, qui non Ioã. 16.
ad eos venisset nisi ego abiissem: hoc enim &. 7.
dixerat, Non põt ille uenire nisi ego abie-
ro: Et Euangelista dicit, Nondum erat spi
ritus datus, quia Iesus nondum fuerat glo
rificatus: nõdum erat immutata caro eius.
D Siue autem per aquam propter ablutio-
nem uel irrigationem, siue per oleum pro-
pter exultationem, & inflammationem cha-
ritas significetur spiritus sanctus, non ideo
est a seipso diuersus, qa signa diuersa sũt.
Multum enim diuersa sunt etiam leo &
agnus, & tamen, troq. significatus est Chri
stus. Leo propter aliud, agnus p̃pter aliud
non tamẽ alius. Quia nec fortis est agnus, Apoc.5.
nec innocens leo: Christus autem & inno-
cens est vt agens, & fortis ut leo: dicit. n.
apud Esaiam ipse Iesus Christus, Spiritus Esa. 61
domini super me, eo quod unxit me. Et
ego factus sum opprobrium illis,] per mor
tem crucis. Christus enim nos redemit de Lucę. 1.

maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Viderunt me & mouerunt capita
Gala. 3. sua.) Quia viderunt pependisse,& non viderunt resurrexisse. Viderunt quando genua eius sunt infirmata, non viderunt qñ est caro immutata. Adiuua me domine deus meus,saluum me fac secundum misericordiam tuam.) Hoc ad totum referri potest,id est,& ad caput,& ad corpus. Ad caput pp formam serui, ad corpus propter ipsos seruos. Potuit.n.& in eis dicere deo,
Acto. 9. E Adiuua me & saluum me fac,in qbus Saulo dixit, Quid me persequeris? Quos aũt addidit secundum misericordiã tuam,gratuita gratia cõmemoratur, nõ ex operum debito. Et sciant qa manus tua hæc,& tu domine fecisti eam.) De his dixit sciant ꝓ quibus sæuientibus & orauit: quia in eis in qbus factus est opprobriũ mouentibus in eius illusionẽ capita sua, erant etiam hi qui in eum postea crediderũt. Discant aũt qui formã humani corporis deo tribuunt, quomodo habeat deus manum. Si.n. quod facit,manu facit,nunqd & ipsam manum suam manu fecit? Qũo ergo hic dictũ est. Et sciant quia manus tua hæc,& tu domine fecisti eam? Intelligamus itaque manũ
Esa. 53. dei esse Christũ: vnde alibi dicitur, Et brachiũ domini cui reuelatum est? Hæc manus & erat & fecit eam, quia in principio
Ioan. 1. erat verbum, & verbum caro factum est.
Rom. 1. Et erat sine tempore secundum diuinitatem,& factus est ei ex semine Dauid secũdum carnem. Maledicent illi & tu benedices.) Vana est ergo & falsa maledictio filio rum hominum diligentium vanitatem,& quærentium mendacium. Deus autem cũ benedicit facit quod dicit, Qui insurgunt
F in me confundantur.) Vt enim insurgant
Ps. 107. aliquid se aduersus me proficere arbitrantur. Sed cum exaltatus fuero super cœlos, & esse cœperit super omnem terram gloria mea,confundentur. Seruus aũté tuus lætabitur,) Siue in dextera patris, siue in membris suis lætantibus, & inter tentationes in spe,& post tentationes in æternũ. Induantur qui detrahunt mihi pudore,) id est,pudeat eos detraxisse mihi, Sed hoc potest & in bono accipi, dum corrigãtur. Et operiantur sicut diploide confusione sua.) Diplois duplex pallium est: nam quidam etiam sic interpretati sunt istum versum: & operiantur sicut pallium duplex confusione sua. Intelligitur autem cõfundantur & intus, & foris, i. & coram Deo & corã hoĩbus. Confitebor dño nimis in ore meo.) Nimis dici solet in consuetudine sermonis Latini, quod plus est quàm debet: cui contrarium est parum quod minus est quã debet. Sed nimis, Græce ἄγαν, dicitur. Iste autem versus non habet ἄγαν, sed habet σφόδρα. Quod quidem nostri sic interpretati sunt, vt pro eo ponerent aliqñ nimis, aliquando valde. Sed si nimis pro eo qd est valde intelligit, potest & in laude poni. Nam & ista confessio laudem significat, ita enim sequitur, Et in medio multorum laudabo eum.) Dicit etiam & G in alio Psalmo, In medio ecclesiæ cantabo Psa. 21. te. Sed cum ipsa cantat Ecclesia, quæ corpus est Christi, quomodo in medio ecclesiæ cantat Ecclesia, ita & hic multi cũ sint mẽbra Chri, sicut ipsi laudãt, ille laudat, qa est in medio eius. Qũo in medio multorum laudat, quando ipsis multis laudantibus dicitur ipse laudare? An ideo laudat in medio multorum, quia cum Ecclesia Mat. 2. sua est hic vsque in consummationem seculi, vt ꝓ ait in medio mulcorum, hoc accipiamus ꝓ ab eisdem multis honoratur. In medio quippe esse dicitur, cui honor præcipuus exhibetur. Si autem cor est tam quam hominis medium, nihil melius intelligitur dictum, quam in cordibus multorum laudabo eum. Habitat.n. Christus Ephe. 3. per fidem in cordibus nostris,& ideo ait, in ore meo, id est, in ore corporis mei, qd est Ecclesia. Corde enim creditur ad iusti Rom. 10 tiam, ore autem confessio fit ad salutem. Qui astitit a dextris pauperis.) De Iuda dictũ erat,& diabolus stet a dextris eius, quia suas diuitias augere voluit Christo vendito. Hic autem dominus astitit a dextris pauperis, vt diuitiæ pauperis sint ipse dominus. Astitit quippe a dextris pauperis, non vt ei multiplicaret annos vitæ qũ H que finiendæ, neque vt eius augeret pecuniam, aut eum faceret corporis viribus fortem, vel ad tempus incolumem. Sed vt saluam faceret, inquit, a persequentibus animam meam.) Salua fit aũt a persequentibus anima, si non eis cõsentiatur ad malũ. Non eis autem consentitur cum absistit dominus a dextris pauperis ne ipsa paupertate, id est infirmitate succũbat. Hoc adiutorium præstitum est corpori Christi in sanctis martyribus omnibus.

In

In Psalmum centesimumnoum. Enarratio.

QVantũ dñs donat, qui nos ministros constituit verbi & sacramẽti sui seruire vobis, in adipe misericordiæ suæ, suscipimus Psalmum istum quem modo cantauimus, breuem numero verborũ, sed magnum pondere sententiarum, adiuuãte illo qui vos fecit intentos, vt & nos faciat idoneos sic vt possimus consyderare atque tractare. Viuat anima vestra, & vigilet in deum. Tempus.n. cõstituit deus promissis suis,& tempus eis quæ promisit implendis. Promissionum tempus erat tẽpore prophetarum vsque ad Ioannem Baptistã: ab illo aũt & deinceps vsq. ad finem tẽpus est implendi ea quæ promissa sunt. Fidelis deus q se, nostrũ debitorẽ fecit, non aliquid a nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiã scripto se teneri voluit, veluti faciens nobi scum chirographum promissorum suorũ, vt cum ea quæ promisit soluere inciperet, in scriptura promissorũ consyderaremus ordinem soluendorum. Tempus itaq. prophetię prędictio erat, vt sæpe iam diximus promissionum. Promisit salutem ęternam & beatam vitam cum angelis sine fine, & hereditatem immarcescibilem, gloriam sempiternam, dulcedinẽ vultus sui, domũ sanctificationis suæ in cœlis,& resurrectionem a mortuis, nullum deinceps morientem metum. Hoc est promissum eius tanq finale, quò decurrit nostra omnis intẽtio, quò cum peruenerimus, nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine veniatur, neque hoc tacuit promittendo & prænunciando. Promisit enim hominibus diuinitatem, mortalibus immortalitatem, peccatoribus iustificationem, abiectis glorificationem. Quicquid promisit, indignis promisit, vt non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratis daretur, quia & hocipsum, ꝙ iuste viuit inquantum homo potest iuste viuere, non meriti humani, sed beneficij est diuini: Nemo enim iuste viuit nisi iustificatus, id est, iustus effectus. Ab illo autem fit homo iustus q nunq potest esse iniustus. Sicut lucerna non a seipsa accenditur, ita nec anima humana sibi pstat lucẽ, sed clamat ad deũ, Tu illuminabis lucernã meã domine. Cum ergo peccatoribus promissum sit regnum cœlorum, non in peccato permanentibus, sed à peccato liberatis & iustitiæ seruientibus, quod ipsum vt possint, ipsius gratia, vt diximus, adiuuantur: & ab eo qui semper est iustus, iustificãtur, incredibile videbatur tantã deũ curã gerere pro hominibus, hodicq. qui de gra diuina desperant, atq. à pessimis moribus nolunt se conuertere ad deũ vt ab illo iustificentur,& per eius indulgẽtiam deletis omnibus peccatis suis incipiant in illo viuere iuste, q nunquã vixit iniuste: hanc hñt pniciem cogitationis suæ in seipsos, vt dicant deum res humanas nõ curare, nec inde posse cogitare mundi huius artificẽ atque rectorem, quemadmodum quisq. mortalis in terra viuat, & ita nec computari se homo putat à deo qui factus est a deo. Talem hominem si alloqui possimus, si admittat nos prius ad aures suas, deinde ad cor suum, si non repellat resistendo quærentem se,& patiatur perditus inuenire se, possumus ei dicere, O homo quomodo te deus factum non computauit, qui vt fieres ante curauit? Cum te in ordine rerum cõditarum numerari non putas, noli credere seductori, capilli tui numerati sunt a conditore. Hoc denique & dominus in Euangelio discipulis suis ait, ne mortem timerent, Mat. 10
ne aliquid suum in morte perituram putarent. Illi in morte de animabus suis pertimescebant, ille ipsis securitatem iam de capillis dabat. Ita ne vero anima perit, cuius capillus non perit? Verũtamen fratres, qa incredibile videbatur hominibus, qđ promittebat deus ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, infirmitate, puluere & cinere futuros homines ęquales angelis dei, non solum scripturam cum hominibus fecit vt crederent: sed ẽt fidei suæ posuit meditatorem, non quẽlibet principem aut quẽlibet angelum vel archangelũ, sed vnicũ filiũ suũ, vt qua via nos pduc turus esset ad illum finẽ quem promisit, per eũ ipsum filium suũ & ondęret & pberet Parum.n. erat deo vt filium suum faceret demonstratorẽ viæ, cum ipsum viã fecit, vt M
per illum ires regentẽ te, ambulantem per se. Promisit ergo quia venturi essemus ad eum, id est, ad illam ineffabilem immortalitatem, & cum angelis eius æqualitatem quam longe eramus, q̃ ille sursum, q̃ nos deorsũ, q̃ ille in súmo, q̃ nos in imo despe-

rati iacebamus. Sine expectatione salutis ægrotabamus, missus est medicus, quē nō cognouit ęgrotus. Si enim cognouissent, nunquam dominum glorię crucifixissent. Sed hoc quoque ualuit ad ægroti medicamentum, quod medicum occidit ęgrotus: venit vt visitaret, occisus est vt sanaret. Insinuauit se credētibus deum & hominem: deum per quem facti sumus, hominem per quem recreati sumus. Aliud in illo apparebat, aliud latebat, & quod latebat multo erat præstantius quàm id quod apparebat: sed quod erat præstantius videri non poterat. Curabatur æger per id quod videri poterat vt postea capax fieret visionis eius, q̄ latendo differebatur, non negando auferebatur. Vnicus itaque filius dei venturus ad homines, assumpturus hominem, & per id quod sumpsit futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensurus in cœlū, A sessurus ad dexteram patris, & impleturus Rom.9. in gentibus quæ promisit, & post impletionem promissorum suorum in gentibus etiam hoc impleturus vt veniat, & quod p̄ rogauit exigat, discernat vasa iræ à vasis misericordiæ, reddat impijs quod minatus est, iustis quod pollicitus est. Hoc ergo totum prophetandum fuit, prænunciandum fuit, venturum commendandum fuit, vt non subito veniens, horreretur, sed creditum expectaretur. Ex his promissionibus est psalmus iste, dūm & saluatorem nostrū Iesum Christum certe aperteq́ue prophetans, vt omnino dubitare non possimus Christum annunciari psalmo hoc: quando quidem Christiani sumus, & Euangelio iam credimus, absit vt negemus. Nam cū ipse dominus noster et saluator Iesus Christus quæreret à Iudæis, cuius filium dicerent esse Christum, & rūdissent, Dauid: ille continuo retulit respōdentibus, & ait, Mat. 22 Quō ergo Dauid in spiritu dicit eū dūm, dicens, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo in spiritu, inqt, vocat eū dūm, quō filius eius est? Ab hoc ergo versu psalmus iste incipit:

Expositio psalmi.

B Mat.22 Heb.10 1.Co.15 DIxit dūs domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.) Hanc ergo quęstionem Iudęis propositam a domino, in ipso ingressu psalmi pertractare debemus. Si enim quod responderunt Iudæi exigatur à nobis vtrum confiteamur, & nos vel abnegēmus, absit ut negemus. Si dicatur nobis, Christus filius est Dauid, an non est? Si dixerimus non, contradicimus Euāgelio: nāq. Matthæo scribente, hic incipit Euāgelium, Liber gnātionis Iesu Christi filij Dauid. Euangelista dicit librum scribere generationis Iesu Christi, filij Dauid. Rectè ergo Iudæi interrogati à Christo, cuius esse filium crederent Christum: Responderunt, Dauid. Responsioni eorū congruit Euangelium. Habet hoc non solum suspitio Iudæorum, sed & fides Christianorum. Adhuc alia firmamenta consipicio dicit. Apostolus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: dicit etiā ad Timotheum, Memor est Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum. Et de ipso Euangelio quid dicit? In quo laboro C vsque ad vincula tanquam male faciens, sed sermo dei non est alligatus in me. Laborabat ergo vsque ad vincula Apostolus pro Euangelio suo, id est, pro dispensatione euangelica quam populis prædicabat, quā populis impendebat, ille qui mane rapuerat, sed tunc iam escas ad vesperum diuidebat. Laborabat ergo vsque ad vincula Apostolus pro Euangelio, quo Euangelio prædicabat Christū Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. Pro hoc Euangelio Apostolus laborabat: & tamē de hoc Christus interrogabat, & respondentibus Iudæis quod prædicabat Apostolus, retulit vocem tanquā contradictionis & ait, Quo modo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum? Et interposuit testimoniū de hoc Psalmo, Dixit dominus domino meo. Si ergo in spiritu vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Iudæi sub hac interrogatione tacuerunt, quid responderent deinceps non inuenerunt: nec cum tamen dominum quæsierunt, quia & ipsum esse illū filium Dauid non agnouerunt. Nos autē fratres credamus & dicamus, Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Credamus, inquam, & dicamus & filium Dauid & dominum Dauid. Non erubescamus de filio Dauid, ne tum inueniamus dominum Dauid. Hoc D enim nomine illum rectissime transeuntem appellantes cæci illuminari meruerant. Trāsibat enim Iesus, & illi audito fonitu transeuntis turbæ, aure iam illum cognoscentes, quod nondum poterant oculis, acclamauerūt voce magna & dixerūt: Miserere nostri fili Dauid. Turbæ aūt illos increpabant, vt tacerent. Et illi nihilominus lucis desyderio turbarum contradictionem vincentes, in clamando pseuerauerunt, transeuntem tenuerunt, & à tangē te illuminari meruerunt. Dicebant. n. trāseunti, Miserere nostri fili Dauid. Stetit ille. Et victo ab eis clamore contradicentiū, quid inquit, vultis vt faciā vobis? Et illi, Domine vt videamus. Tetigit & aperuit oculos eorum: viderunt præsentem, quem senserant transeuntē. Aliquid ergo si transitorium dominus fecit: est autē aliud qđ stat. Aliud est, inquam, transitorium domini, aliud stabile domini. Transitorium domini, virginis partus, verbi incarnatio, ætatum gradatio, miraculorum exhibitio, passionum perpessio, mors, resurrectio, ascensio in cœlum: hoc totum transitoriū fuit. Num. n. adhuc Christus nascitur, aut adhuc resurget, aut adhuc ascendet in cœlū? Nonne videtis ista facta per tempora, cucurrisse p̄ tempora, exhibuisse viatoribus quiddam transitorium ne in via remanerent, sed ad patriam peruenirēt? Denique & illi cæci ad viam sedebant, ibi transeuntem senserunt, & clamando tenuerunt. In via ergo seculi huius hoc transitorium fuit dominus operatus est, & hoc transitorū pertinet ad filium Dauid: ideo illi domino transeunti clamauerunt, Miserere nostri fili Dauid, tanquam dicerent, Filium Dauid transeuntem cognoscimus, filium Dauid in transitu factum discimus. Agnoscamus ergo & nos, filium Dauid confiteamur, vt illuminari mereamur. Sētimus. n. transeuntem filiū Dauid: & illuminamur à domino Dauid. Ecce ergo quia magister noster interrogauit Iudæos, & ideo nō responderunt, quia discipuli esse noluerunt. Ecce si nos interrogaret, quid responderemus? Defecerunt in hac interrogatione Iudæi, proficiant Christiani, non perturbentur sed eruditur. Non. n. dominus interrogat discere volens, sed tanquam doctor interrogat. Dicerent miseri Iudæi, tu dic nobis: maluerunt inflata taciturnitate dirumpi, quam humili confessione edoceri. Dicat ergo vobis magister noster, & F videamus quid interroganti respōdeamus, Mat.22 Quid vobis videtur de Christo? Cuius est filius? Respōdeamus omnino quod Iudæi, sed non remaneamus vbi Iudæi. Recolamus Euangeliū quod credimus, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Nō quia interrogamur excitat nobis Christū esse filiū Dauid, quod memoriæ commēdat Apostolus, Eia Christiane, memor esto Iesum Christū resurrexisse a mortuis ex semine Dauid. Ergo interrogemur & respōdeamus, Quid vobis videt de Christo? Cuius filius est? Dicāt ora concorda Christiana, Dauid, Referat & doctor & re vocet nobis. Qūo ergo Dauid in spiritu dicit eū dominum, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos sub pedibus tuis? Qūo nos diceremus, nisi a te disceremus? Nunc ergo quia didicimus, dicimus, In principio eras verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū, omnia per te facta sunt. Ecce dūs Dauid. Sed non pp infirmitatē nostrā, quia caro desperata iacebamus, verbum caro factus es, vt habitares in nobis. Ecce filius Dauid. Certe tu in forma dei cū esses, non rapinam arbitratus es esse æqualis deo: ideo dūs Dauid, Sed temetipsum exinanisti formam serui accipiens, in de filius Dauid. Denique & in ipsa interrogatione tua dicens, qūo filius eius est, nō te filium eius negasti, sed modum in quo id fieret inquisisti. Dicit eum, inquis, Dauid dūm, quomodo filius eius est? Nō nego, sed dic quomodo? Illi ergo ex literis quas legebant & non intelligebant, si in ista interrogatione recolerent modū, non ne responderent qūo interrogas? Ecce vir go accipiet in vtero & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Accipiet virgo in vtero, virgo ex semine Dauid pariet filiū, vt sis filius Dauid. Erant. n. Ioseph & Maria de domo & patria Dauid: Perperit ergo virgo illa, vt esset filius Dauid: sed ille quē peperit, vocabunt nomen eius Emmanuel, nobiscū deus. Ecce habes & dūm Dauid. Aliqd nobis fortassis ex hac re, qūo Christus & filius sit Dauid, & dūs sit Dauid, etiā Psalmus iste intimabit. Audiamus ergo & ptractemus eum, pulsemus pietate, & extorqueamus charitate. Dauid ergo ipse dicit, neque. n. dño cōtradicere licet, Dauid, inqt, in spiritu vocat eū dūm. Ille ergo Dauid de Christo quid dicit? Nā ipse Dauid Psalmus.) Et iste est H totus titulus, simplex sine figura quæstionis,

Matt.1. 2.Ti.2. Mat.22. Ioan.1. Phili.2. G ser.224. & 235. Esa.7 Matt.1. Lucæ.2

nis,fine vllo nodo difficultatis. Quid ergo
Mat. 22 dicit Dauit? Dixit dñs dño meo, sede à dex
tris meis donec ponã inimicos tuos scabel
lum pedum tuorum. Quod est scabellum
pedum tuorũ? Quod est sub pedibus tuis.
Scabellum enim pedum sub pedibus est.
Dixit,inquit,dñs dño meo. Audiuit hoc
Dauid,audiuit in spiritu,vbi nos qñ audi-
uit non audiuimus,sed loquenti quod au-
diuit,& scribenti credimus. Audiuit ergo
prorsus, audiuit in quodam secretario ve-
ritas,in quodam mysteriorum sanctuario,
vbi Prophetę in occulto audiuerunt, qđ
in aperto prædicauerunt. Ibi audiuit Da-
uid:quod cum fiducia magna dicit, Dixit
dñs dño meo, sede à dextris meis, donec
Mar. 16 ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuo
Acto. 1. rum. Nouimus Chm̃ sedere ad dextram
pris post resurrectionem a mortuis, & in
cœlis ascensionẽ. Factum est iam,nec vidi-
mus,sed credimus, in libris legimus,prædi
catum audimus,fide retinemus. Vnde &
I eoipso qđ erat filius Dauid Christus fa-
ctus est dñs Dauid. Illud.n.quod natum
est ex semine Dauid,ita honoratum est,vt
esset & dñs Dauid. Ita admiraris hoc,qua-
si & in rebus humanis ista nõ fiant. Si con
tingat filium cuiusquã regẽ fieri patre pri
uato,nonne erit dñs patris? Admirabilius
est qđ pót contingere, vt non solũ rex fa-
ctus priuati filius,dñs sit patris sui, sed &
Eps factus laici filius, sit pr̃ patris sui. Er-
go & eoipso q̃ carnem accepit Christus,
q̃ in carne mortuus est, q̃ in eadem carne
resurrexit, q̃ in eadem carne ascẽdit in cœ
lum,& sedet ad dexteram patris, & in ea-
dem ipsa carne sic honorata sic clarificata,
sic in cœlestem habitum cõmutata, & fi-
lius est, Dauid,& dñs est Dauid. Secundũ
hanc.n.dispensationem transitus Christi,
Phili. 2. etiam illud ab Apostolo dicitur, Propter
quod illum exaltauit à mortuis, & dona-
uit illi nomẽ,quod est super omne nomẽ,
vt in nomine genu flectatur,cęlestium,ter
restrium & infernorum. Donatur,inquit,
ei nomen quod est super omne nomen,
Christo secundum hominme mortuo,
Christo secundum carnem resurgenti,ascẽ
denti, donauit nomen quod est super om-
ne nomen, vt in nomine Iesu omne genu
flectatur,cœlestium,terrestriũ & inferno-
K rum. Vbi erit Dauid, vt non ei sit domi-
nus? In cœlo sit, in terra sit, in in infer-
no sit,dominus eius erit, qui est dominus
cœlestium, terrestrium & infernorum.
Gaudeat ergo nobiscum & Dauid filij sui
natiuitate honoratus,dominatu liberatus,
& gaudens dicat, vt a gaudentibus audia-
tur, Dixit dominus domino meo, sede a
dextris meis,donec ponam inimicos tuos,
scabellum pedum tuorum. Sede,non solũ
in alto, sed & in occulto, excellens vt do-
mineris,latens vt credaris. Quæ enim es-
set merces fidei,nisi lateret qđ credimus?
Merces autem fidei est videre quod credi-
dimus antequam videremus. Sicut au- Rom. 1.
tem scriptura personat, Iustus ex fide ui-
uit. Non ergo esset iustitia fidei,si non es-
set absconditum quod prædicatum crede-
remus,& credendo ad videndum peruene psal. 30.
rimus. Quam enim multa multitudo dul-
cedinis tuæ dñe,quam abscondisti timen-
tibus te? Ergo abscondisti,& remansérũt?
Absit. Perfecisti autem sperantibus in te.
Mirabile ergo mysterium Christi seden-
tis in dextera dei. Occultatum est vt crede
retur,subtractum est vt speraretur,Spe.n.
salui facti sumus. Spes autem quæ videt,
nõ est spes. Quod.n. videt q̃s quid sperat?
Apostoli v erba sunt. Recognoscitis quidẽ
sed pp rudes commendo. Quid ergo ait L
Apostolus? Spe,inquit,salui facti sumus. Rom. 8
Spes autem,quæ uidetur non est spes. Qđ
enim videt quis,quid sperat? Si autem qđ
non videmus speramus,per patiẽtiam ex-
pectamus. Quia ergo quæ uidetur non
est spes, abscõdisti dulcedinẽ a timentibus
te. Quia qđ nõ videmus speramus? & per
patiẽtiã expectamus, p fecisti sperãtib. in
te. Denique charissimi intentè accipite qđ
dicturus sum, Qñ iustitia nostra ex fide Matt. 5.
est,& fide mundantur corda nostra,vt qđ Acto. 15
credimus videre possimus. Vtrunque.n.
positum est,& beati mundicordes, quoniã
ipsi deum videbunt,& fide mundans cor-
da eorum. Quæ ergo hæc est iustitia fidei?
Credere quod non vides, & ipso merito fi
dei ad visionem suo tempore peruenire.
Dñs in Euangelio cũ promitteret spiritũ
sanctum, hoc ait. Ipse arguet mũdum de
peccato,de iustitia,& de iudicio. De quo
peccato? De qua iustitia? De quo iudicio?
Ipse sequitur & exponit, & coniecturas Ioã. 16.
hominum non admittit. De peccato qui-
dem, inquit,qui non crediderunt in me.
Quanta alia peccata Iudæorum,& tamen
quasi hoc vnum sit, ita dixit, De peccato
quidem quia non crediderunt in me. Hoc
est

M est illud peccatum de quo alibi dicit, Si nõ
venissẽ,pctm̃ nõ haberẽt? Quid est hoc,Si
15. non venissem, pctm̃ non haberent. Ergo
ad iustos venisti,& eos peccactores fecisti?
Sed exceptis alijs peccatis, q̃ possent re-
mitti per fidem, hoc unum peccatum no-
minauit,quod si non admitteretur, omnia
relaxarentur. De peccato quidem ait,quia
non crediderunt in me. Et alibi,Si non ve
nissem,pctm̃ non haberent. Eo.n.ipso quo
venit & non crediderunt in eũ, inciderũt
in peccatum:quod si non inciderent, omni
nia cætera peccata dimitti possent per in-
dulgentiam gratiæ impetratam per fidem.
10. Ergo de peccato, quia non crediderunt in
me. De iustitia, quia ad patrem uado,& iã
non videbitis me. Hæc est iustitia,quia ad
patrem vadis,& iam non videbunt te,hæc
1. etenim iustitia ex fide est. Iustus.n.ex fide
viuit. Et tunc ex fide viuit,si non videat
quod credit. Quia ergo & ad iustitiam per
tinet ex fide uiuere,& ex fide nemo viuit,
nisi non uidendo quod credidit, vt ipsam
iustitiam faceret in hominibus.i.vt crede-
rent quod non viderent. De iustitia,inqt,
quia ad patrem vado & iam non videbitis
A me. Hæc,inquit,erit iustitia vestra,vt cre-
datis in eum quem non videtis,& fide mũ
dati eũ,in quem credidistis in die resurre-
ctionis postea videatis. Sedet ergo ad dex
teram dei Chrs, a dextris pris filius in oc-
culto est,Credamus. Etenim duas res hic
dicit,quia & dixit deus,sedes a dextris me-
is:& addidit, donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum:hoc est, sub pe-
dibus tuis. Non vides Christum sedẽtem
ad dexterã patris:nec hoc potes videre,quo
ponantur inimici eius scabellum pedum
eius. Cum hoc impletur in aperto crede
illud esse in occulto. Qui inimici ponunt
2. scabellum pedum eius? Quibus inania me
ditantibus dicitur, Quare fremuerunt gen
tes,& populi meditati sunt inania? Astite-
runt reges terræ & principes conuenerũt
in vnum aduersus dominum & aduersus
Chm̃ eius. Et dixerunt, Dirumpamus vin
cula eorum, & proijciamus a nobis iugũ
ipsorum, Non nobis dominentur, non nos
sibi subiugent. Qui habitat in cœlis irri-
debit eos. Inimicus eras.eris sub pedibus
eius, aut adoptatus, aut victus. Quęre er-
go quem locum habeas sub pedibus domi-
ni dei tui. Nam necesse est vt habeas, aut
gratiæ, aut pœnæ. Sedet ergo ad dexte-
ram dei, donec ponantur inimici eius sub
pedibus eius. Hoc fit, hoc agitur: etsi paula B
tim peragitur, indesinenter agitur. Fremue
runt enim gentes, & populi meditati sunt
inania. Astiterunt reges terræ & principes
conuenerunt in vnum, aduersus dominũ
& aduersus Christum eius. Nunquid fre-
mendo, nunquid meditando inania, nun-
quid in unum aduersus Christum conue-
niendo efficient, vt non impleantur, Da-
bo tibi gentes hęreditatem tuam, & possẽ
sionem tuam terminos terræ? Implebitur
omnino,& in illis frementibus, & in illis
inania meditantibus, Dabo tibi gentes hæ
reditatem tuam,& possẽsionem tuam ter
minos terræ. Illi enim inania meditantur.
Vt autem impleatur, dabo tibi gentes hæ-
reditatem tuam,& possẽsionem tuam ter
minos terræ:nam nescio quis inanis locu-
tus est,sed dominus dixit ad me. Sic & in
hoc psalmo possumus dicere, Dixit non
quicunq.,non illi qui fremũt & meditant
inania,sed dixit dñs dño meo, sede a dex-
tris meis,Donec ponã inimicos tuos, sca-
bellum pedum tuorũ. Fremant,meditent Psal. 9.
inania,perstrepãt,nunquid non implebit,
Perijt memoria eorũ cũ strepitu? Loquit
certe & alius psalmus, sed non alius spiri-
tus, Perijt memoria eorum cũ strepitu, &
dñs in æternũ pmanet. Ille ergo qui me- C
moria eorũ pereũte cũ strepitu in æternũ
permanet,ipse dixit dño meo, sede a dex-
tris meis. Sedet.n.ad dexteram patris, do-
nec ponat oẽs inimicos eius scabellum pe
dum eius. Et quid sequitur? Virgam virtu
tis tuæ emittet dominus ex Sion. Apparet
fratres,euidentissime apparet, non de illo
regno Christi prophetã loqui, quo regnat
semper apud patrem rerum dñm,quæ per Ioan. 1.
illum creatæ sunt. Quando enim non re- 1. Ti. 1.
gnat in principio verbũ deus apud deum?
Dr enim, Regi aũt seculorum immortali,
inuisibili, incorruptibili, soli deo honor &
gloria,in secula seculorum amen. Regi se-
culorum honor & gloria,in secula seculo-
rum. Cui regi seculorum? Immortali, inui
sibili,incorruptibili. In eo.n.quod et Chri
stus est cũ patre immortalis, inuisibilis & 1. Co. v.
incorruptibilis, quia verbum eius est, &
virtus eius,& sapientia eius, & deus apud
deum per quem facta sunt omnia, rex est
seculorum. Sed tamẽ illud dispẽsatoriũ &
trãsitoriũ, quo nos per medietatem carnis
suæ uocauit in æternitatẽ, regnũ eius in-
cipit a

cipit à Christianis, sed regni eius non erit finis. Ponuntur ergo scabellum pedũ eius, inimici eius, sedentis ad dexteram patris,
D ponuntur vt dictum est, Id agitur, id vsq. in finem omnino peragitur. Nemo dicat non posse impleri quod cœptum est. Quid finen cœpti desperas? Omnipotens cœpit, omnipotens se promisit impleturum esse quod cœpit. Vnde autem cœpit? Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Quæ Sion? Ipsa est Hierusalem. Audi ipsum dominum,
Luc.24. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Hinc sedet ad dexteram dei patris resurgendo vbi fuit. Deinde illo sedente ad dexteram dei patris, quid agitur? Vt ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Quid agitur? Audi illum docentem & exponentem, Et p̃dicabitur in nomine eius
Ibidem. pœnitentia & remissio peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalé, quia virgam virtutis tuę emittet dñs ex Sion. Virgam virtutis tuæ, hoc est, regnũ potentiæ tuæ, quia reges eos in virga ferrea. Emittet dominus ex Sion, quia incipiẽtibus ab Hierusalem. Cum ergo miserit ex Sion virgam virtutis eius, quid fiet? Et dominaberis in medio inimicorum tuorũ.) Prius dominare in medio inimicorũ tuorum inter frementes gentes. Nunquid.n. postea cum acceperint honorem suum sanctũ, & suam damnationem impij, in medio
E inimicorum suorum dominabitur? Et qd mirum si tunc dominabitur secum in æternum regnãtibus sanctis, & æternis pœnis ardentibus impijs? Quid mirum si tunc? Modo in medio inimicorum tuorũ, nunc in isto transitu seculorum, in ista propagatione & successione mortalitatis humanæ, nunc dum torrens temporum præterlabitur, ad hoc directa est virga virtutis tuæ Sion, vt domineris in medio inimicorũ tuorum. Dominare in medio Paganorum, Iudæorum, hæreticorum, falsorũ fratrũ. Dominare dominare fili Dauid, domine Dauid, dominare in medio Paganorum, Iudæorum, hæreticorum, falsorũ fratrum. Dominare in medio inimicorum tuorum. Hunc versum non recte intelligimus, si non fieri iam videmus. Sede ergo à dextris dei, occultare vt credaris donec impleantur tpa gentiũ. Sic.n. scriptũ est,
Acto.3. Quẽ oportebat cœlũ repetere, donec impleãtur tempora gentiũ. Vt.n. resurgeres, mortuus es: vt ascenderes resurrexisti: vt sederes ad dexteram pris, ascendisti: ergo vt ad dexteram patris sederes, mortuus es. Mar.16
De morte.n. resurrectio, de resurrectione Acto.1.
ascensio, de ascensione ad dexteram sessio. F
Hoc totum ergo cœpit à morte, Excellentia claritatis huius, principium habet humilitatis. Te itaq. sedẽte ad dexterã pris, implenẽ tpa gentium, ponunt inimici oẽs scabellum pedum tuorum, & ad hoc vt p ueniatur, prius dominaberis in medio inimicorum tuorum. Ad hoc enim virgam virtutis suæ emittet dominus ex Sion. Vt Col.2.
aũt morereris, & per morte tuã deleretur Luc.24.
chirographũ peccatorum, & prædicaretur pœnitentia & remissio delictorũ per oẽs gentes incipientibus ab Hierusalẽ, cæcitas Iudæorũ fecit. Alijs illuminandis aliorum Roma.11
cæcitas militauit. Cæcitas.n. ex parte Israel contigit, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Cæcitas.n. ex parte Israel facta occidit te, occisus resurrexisti, sanguine tuo pctã gentiũ diluisti, ad dexterã patris sedens vndique patientes & ad te confugientes collegisti. Facta est ergo cæcitas ex parte Israel, facta est vt plenitudo gẽtiũ introiret, & sic omnis Israel saluus fieret, & oẽs tui inimici essent scabellum pedũ tuorũ. Sed hoc nũc, postea quid? Tecũ principiũ in die virtutis tuæ.) Quis iste dies est virtutis eius? Quando cum illo principiũ, vel qđ principium, vel quo cum illo principiũ, quidem & ipse principiũ? Adiuuet dñs, vt nec G
mihi dicere pturiet, nec vobis audire. Vi- Ioan.1.
deo.n. quod iam factum est, & vobiscũ video ocalis fidei: oculis quoq. carnis video quod iam fit, rususque oculis fidei vobiscũ spero qđ futurum est. Quid ergo factum est? Quid fit? Quid fucurũ est? Chrs pas- Mat.15
sus est, mortuus est, resurrexit tertia die, &, 16.
ascendit in cœlũ vt nouimus quadragesi- Acto.1.
mo die, sedet ad dexterã patris: hoc iã factũ ẽ, hoc nõ vidimus, sed credimus. Quid nunc fit? Dominatur in medio inimicorũ suorum, emissa virga virtutis eius ex Sion. Fit hoc, id agitur in forma serui, & psentẽ tunc viderunt serui, & absentem nũc crẽdunt serui. Hoc credimus de forma dei serui, quod possumus capere dum adhuc sumus serui. Hoc est.n. illud lac paruulorũ, qđ temperauit panẽ traiicies p carnẽ. Nã panis ille angelorũ in principio erat verbum:

verbum: vt tamen panem angelorum mãducaret homo, creator angelorum factus est homo. Ita nobis verbum incarnatum
Isa.2. factũ est receptibile: quod recipere nõ valeremus, si filius æqualis deo non se exinaniret formam serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus vt
H homo. Vt ergo vtcũque capere possemus eũ, qui non posset capi a mortalibus, mortalis factus est ad mortales, vt pacta sua morte faceret immortales, & aliquid daret inspiciendum, aliquid credendum, aliquid post videndũ. Inspiciendam dedit formam serui pſentibus, non solum oculis videndã, sed ét manibus pertractandam. Cum eadẽ forma ascẽdit in cœlum, credere nobis iussit, quod illis videre concesit. Sed & nos habemus quod videamus: illi enim viderunt virgam emissam ex Sion, nos videmus dominari in medio inimicorum suorũ. Hoc totum fratres pertinet ad dispensationẽ formæ seruilis, quæ tolerabiliter capitur a seruis, & amabitur a futuris liberis.
Veritas.n. incommutabilis, quod est verbũ dei, deus apud deum, per quem facta sunt omnia, in se manens innouat omnia.
Hãc vt videamus magna & perfecta cordis mundiria necessaria est, quæ sit per fidem. Demõstrata.n. forma serui, dilatata est ad demonstrandam formam dei: Idem
Ioa.14. quippe in forma serui loquens seruis: ait, Qui diligit me, mandata mea custodit, Et q diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligã eũ, & ostendã meipsum illi. Videnti
I but se promisit demõstraturũ se? Quid videbant? Quid ꝓmittebat? Videbãt formã serui, promittebat formam dei: Ostẽdam, inquit, meipsum illi. Si ipsa est claritas ad quam perducitur regnũ, quid modo transeũte seculi huius colligitur? Ducitur.n. ad quandã visionem incstabilem, quam non merebuntur impij. Cæterum forma serui cum hic esset, visa est ab impijs. Viderunt eã & qui crediderun:, viderunt & qui occiderunt. Ne aliquid magnum putes videri formam illam, viderunt amici, viderunt & inimici, & quidam videntes interfecerunt, quidam non videntes crediderunt. Hanc ergo formam serui, quam hic iam in humilitate viderunt & pij & impij, videbũt & in iudicio pij & impij. Cũ enim dominus ante oculos discipulorũ suorum ferretur in cœlum, sonuit vox angelica in tuentibus eum, Viri Galilæi, quid statis in tuentes in cœlum? Iste Iesus sic veniet, Acto.1.
quomodo videtis eum ire in cœlum. Sic ergo, sic in eadem forma, quia de impijs dictum est, Videbunt in quem pupugerunt. Zac.12.
Videbunt iudicaturum, quem irriserunt Ioã.19.
iudicatum. Ipsa itaque forma serui in iudicio conspicua erit, & iustis & iniustis, & pijs & impijs, & fidelibus & infidelibus.
Quid ergo? Impij non videbunt? Nam de K
quibus dictum est, Videbunt in quem pupugerunt: de ipsis rursum dictum est, Tollatur impius vt non videat claritatem domini. Esa.26.
Quid est hoc fratres? Discernamus, discutiamus. Excitatur impius vt aliquid videat, tollitur impius vt aliquid non videat. Iam quid sit visurus, ostẽdemus, Formam illam de qua dictum est, sic veniet.
Quid ergo non est visurus? Et ostendã Ioã.14.
meipsum illi. Quid est meipsum? Nõ formam serui. Quid est meipsum? Formam Phili.2.
dei, in qua non rapinam arbitratus sum esse æqualis deo. Quid est meipsum? Dilectissimi, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Hæc claritas dei est ineffabilis lux fons lucis sine commutabilitate, ueritas sine defectu, sapientia in seipsa manens, innouans omnia, Hæc substantia dei Sapiẽ.7
est: Itaque tolletur impius, vt non videat Esa.26.
hunc honorem dei. Beati.n. mundicordes, Matt.5.
quoniam ipsi deum videbunt. Videtur ergo mihi fratres, quantum nostræ capacitati dominus impertiri dignatur, de ipso tẽpore: si tamen dicendum est tempus, quodam enim tempore venturi sumus ad non tempus, inde mihi videtur dictum, quod
L sine præiudicio dicam, si quis intelligere aliquid melius, expeditius, probabilius possit, inde mihi videtur dictum, Tecũ principium in die virtutis tuæ. Denique hoc quantum puto, versu consequente satis ex planat, Quia.n. & hic dicta est virtus eius, 1.Co.1.
qua subiecit gẽtes iugo suo, qua strauit populos, nõ ferro sed ligno, & si in carne, & si in humilitate, & si adhuc quãtũ seruilis forma patit, capit, tñ magna virtus eius, qa quod infirmum est dei fortius est hominibus. Virga ergo & hic dicta est virtus eius, quã cõmendauit dicẽdo, Virgam virtutis tuæ emittet dñs ex Sion, & dominaberis in medio inimicorũ tuorum. Quanta.n. virtus dominãs in medio inimicorũ suorũ perstrepentiũ, nihil cõtra eum valentium,

lentium,& quotidie sibi dicentium,Quando morietur & peribit nomẽ eius? Cũ cre-
psa. 111 scat gloria eius per populos, cum eius nomini sub jciantur gentes,cum peccator uideat & irascatur, dentibus suis frendat & tabescat: quia ergo est & hæc virtus eius, uolẽs. Propheta cõmendare aliter virtutẽ eius sicuti est virtus dei, & sapientia dei, Chrs in lumine ppetuo incõmutabilis ueritatis,ad quã uisionẽ seruamur,ad quã visionẽ differimur,ad quã visionẽ fide mundamur, à qua visione tollit impius ne videat honorẽ dũi. Hoc ergo uolens ostẽde-
1.Co.1. re,tecũ,inq̃t,principiũ in die virtutis tuæ.
Esa. 26. Quid est tecũ principiũ? Quodlibet pone principiũ. Si ipsum Christum,potius diceretur,tu es principiũ, quã tecũ principiũ. Rñdit.n.interrogantibus,tu q̃s es? & ait, Principium qui & loquor uobis. Cum sit
Ioan. 8. principiũ & pr̃, de quo vnigenitus filius,
Ioan. 1. in quo principio erat uerbũ q̃a uerbũ erat apud deum. Quid ergo? Si & pater princi-
1.sẽ.dis. piũ,& filius principiũ,duo sunt principia?
19.ca.1. Absit. Sicut.n.pater deus,& filius deus,pr̃.n.& filius nõ duo dij,sed vnus deus: sic pr̃ principium & filius principiũ,pr̃ aũt & filius nõ duo,sed vnum principiũ. Tecum principium. Tunc videberis qũo tecum sit
Ioã. 16. principium. Non.n.& hic non tecum principium: non.n.cum dixisti, ecce itis quisq. ad sua,& me solum relinquitis,sed nõ sum
Ioã. 14. solus,quia pr̃ mecum est: & hic ergo tecũ principium. Dixisti.n.& alibi, Pater autẽ in me manẽs facit opera sua. Tecum principium,nec unquam à te separatus est pr̃.
A Sed quando videbitur tecum esse princi-
1.Ioa.1. pium, tũc manifestum erit omnibus simili
Ioã. 14. bus iam tibi factis, qm̃ videbunt te sicuti es. Etenim hic Philippus te videbat, & patrem q̃rebat. Tunc ergo videbitur quod nunc erditur. Tunc tecum principium videntibus sanctis,videntibus iustis,sublatis de medio impijs, ne uideant gloriam dñi.
Esa. 26. Modoergo credamus fratres, quod tunc videa mus. Nam & Philippus obiurgatus est q̃ quæreret videre patrem cum in ipso filio non agnosceret patrem. Tanto tempore uobiscum sum,& non cognouistis me?
Ioã. 14. Philippe,qui videt me,videt & patrẽ. Sed me videt qui non formam serui in me uidet. Qui ergo me videt,qualem me absco-di timentibus me, qualem me videndum perficio sperantibus in me, videt & patrẽ. Sed quia ista visio post erit, nunc pro illa quid habebimus? Videmus quid dicat Philippo,cui dixerat,qui me videt,videt & pa- Ibidem.
trem. Quasi ei Philippus tacitus respondet,& quomodo te videbo,si aliter videris q̃ forma serui: aut quomodo te videbo & patrem, inualidus homo mortalis, puluis & cinis, conuersus ad eum differens visionem,imperans fidem,qui dixerat, qui me uidet, uidet & patrem, quia multum erat ad Philippum,& longe erat ab eo videre, Non credis,inquit,quia ego in patre & pr̃ in me est? Quod uidere nondum potest, crede vt uidere merearis. Cum ergo uẽtum fuerit ut videamus,tunc apparebit tecum principium in die virtutis tuæ,virtus uirtutis tuæ, non virtus infirmitatis tuæ, quia ibi virtus uirtutis tuæ. Habent nunc homines in fide,in spe, in charitate,in bonis operibus uirtutes suas, sed ibunt à uirtutibus in uirtutem. Tecum ergo principium: videberis cum patre in patre,vt pater tecum principium in die virtutis tuæ, illius virtutis tuæ quam impius non uidebit. Nam & hoc infirmum tuum tecum fortius est hominibus. Etenim in die uirtutis tuæ tecum principium. De qua virtute dicis? Expone,quia & hic vt dictum est, nominata est virtus eius cum emittetur virga virtutis eius ex Sion,vt dominetur in medio inimicorum suorum. De qua uirtute dicis? In splendore sanctorum. In splendore, inquit, sanctorum. De ipsa virtute dicit, quando erunt in splendore sancti,non quando adhuc terrenam carnẽ gestantes & in corde mortali atque corruptibili degentes & gementes, quod aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: cum ipsæ cogitationes inuicem non videntur, nõ hoc in splendore sanctorum. Sed quid est in splendore sanctorum? Donec ueniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum,& manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à deo. Hoc erit in splendore sanctorum,quia tunc iusti fulgebunt in regno sui patris sicut sol. Audite enim q̃d sit hoc,in splẽdore sancto rũ, Veniet,inq̃t,messis,veniet finis seculi, mittet pr̃fam lias angelos suos, & colliget de regno eius oia scãdala, & mittẽt eos in camino ignis ardẽtis, Tũc iusti fulgebũt sicut sol i regno pr̃is sui. In quo regno? vtique si te si visio q̃dã seruat de q̃ nobis dictũ é, te cũ principiũ. In quo regno? Vtiq. in uita æterna.

æterna. Nã ad dexterã positis hoc dicturus
est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Deinde damnatis impijs, segregatis iustis atque laudatis, quid sequitur quod dixerat, percipite regnum? Tunc ibunt impij in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Quod dixe-
17 rat regnum, hoc dixit vitam æternam, quo non ibunt impij. Videte si quædam visio est vita æterna. Hæc est autem vita æter-
D na, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum, q̃a tecũ principiũ i die virtutis tuę. Ergo tecũ principiũ in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorũ: sed hoc differtur, hoc postea dabitur. Quid nunc? Ex vtero ante luciferũ genui te) Quid hic? Si deus filium habet, nunquid & vterum? Sed sicut carnis corpora non hẽt, quia nec sinum, dictũ est tñ, Qui est in sinu patris enarrauit. Qui est autem sinus, ipse est vterus, & sinus & vterus? Ex secreto positus est. Quid est ex vtero? Ex secreto, ex occulto, de meipso, de
.33. substantia mea, hoc est, ex vtero: q̃a gñationem eius quis enarrabit? Accipiamus ergo patrem dicentem ad filium, Ex vtero ante luciferum genui te. Quid est ergo an
.1. te luciferum? Lucifer pro syderibus positus est, tanquam à parte totum significante scriptura, & ex eminenti stella omnia sydera. Sed ista sydera quomõ facta sunt? Vt sint in signis, & in tẽporibus, & in diebus, & in annis. Si ergo & in signis & in tẽporibus posita sunt sydera, & lucifer nominatus est pro syderibus, quod est ante luciferum, hoc est ante sydera: & quod est ante sydera, hoc est ante tempora. Si ergo ante
Σ tempora, ab æternitate, noli quærere q̃n: æternitas non habet q̃n. Quando & aliq̃n aduerbia sunt temporum. De patre non est natus in tempore, per quem facta sunt tẽpora. Dictum est ergo vt dici oportuit, fi-
gurate & prophetice, vt & vterus pro secreta substantia, & lucifer pro tribus posset. An vultis vt ipsum Dauid respi-
cismus q̃ dñm suum dixit filiũ suũ. Vt.n. hoc diceret, audiuit à dño suo. Ab illo audiuit à quo falli non potuit, & dixit iam dominum suum, quia dixit, inquit, domino meo, sede à dextris meis: & ipse loquitur, ipsius quasi sermo contextus est. Si ergo ipse loquitur, forte ipse potuit dicere, Ex vtero ante luciferum genui te, ex vtero virginali, Ante luciferũ genui te ex vtero. Si.n.illa virgo ducens propaginem de carne Dauid, ex illo vtero natus est Christus, tanquam ex vtero genitus à Dauid, Ex vtero quò masculus non accesit, ex vtero prorsus proprie: ex vtero, quia solus ex solo vtero. Ergo ex vtero, inquit ille, qui eum dominum suum dixerat, ex vtero ante luciferum genui te. Et hoc ipsum Lucę.2.
ante luciferum signate dictum & proprie dictum & sic impletum. Noctu.n.natus est dominus ex vtero virginis Mariæ, indicant testimonia pastorum, qui vigilias F
exercebant super gregem suum. Ex vtero ante luciferũ genui te. O tu domine deus meus sedens ad dexteram dñi mei, vnde & filius meus, nisi quia ex vtero ante luciferum genui te? Et ad quid natus es? Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.) Ad hoc.n.natus ex vtero ante luciferum, vt esses sacerdos in æternũ Ibidem.
secundum ordinem Melchisedech. Si natum ex vtero de virgine intelligimus ante luciferam noctu, sicut Euangelia contestantur, proculdubio inde ex vtero ante luciferum, vt esset sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam secundum id quod natus est ide patre deus apud deum, coæternus gignenti, non sacerdos: sed sacerdos propter carnem assumptã, p̃p victimã, quam pro nobis offerret à nobis acceptam. Iurauit ergo dñs. Quid Matt. 5.
est, iurauit dñs? Ergo dominus iurat, qui prohibet hominem à iurando? An forte iõ magis hominem prohibet à iurando, ne in periuria prolabatur, & ideo magis iurat, quia non potest esse periurus? Homo enim qui per consuetudinem iurandi põt lingua in periuriũ prolabi, bene prohibet iurare. Tanto.n.longius erit à periurio, q̃ G
to erit longe à iurando. Qui.n.iurat hõ, falsum & verum iurare potest: qui aũt nõ iurat, falsum iurare non potest, quia omnino non iurat. Cur ergo non iuret dñs, qñ dñi iuramentum promissionis est firmamentum? Iurat omnino. Quid ergo tu facis cum iuras? Testaris deũ, Hoc est iurare, deũ testari, & iõ molestum, ne ad aliquam falsitatẽ testẽ adhibeas deum. Si ergo tu iurando testaris deũ, cur ergo non
Gen.22 & deus iurãdo testetur seipsum? Viuo ego dicit dñs, iuratio dei est. Sic iurauit de semine Abrahę, Viuo ego dicit dñs, qm̃ audisti vo-

sti uocem meã, & non pepercisti filio tuo vnico pp me, nisi benedicens benedicam te, & implẽdo implẽbo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut harenam, quæ est ad labium maris, & benedicentur in semine Gala.3. tuo oẽs gentes. Et semen Abrahæ qd est? Chris. Ille semẽ Abrahæ accipiens carnem de semine Abrahę, erit, sacerdos in ęternũ scd̃m ordinem Melchisedech. De sacerdotio ergo scd̃m ordinem Melchisedech, iurauit dns & non pęnitebit eum. Quid de sacerdotio scd̃m ordinem Aaron? Nunqd pœnitet deũ sicut hoiem, aut nolens cadit H in aliquid vt faciat, aut imprudẽs ,plabitur, vt postea cũ de suo ,plapsu pęniteat? Scit quid agat, scit quousque quid progre- Hie.18. diatur, vnde in aliud cõmutetur in ptãte rectoris est. Sed pnia, mutatio rerũ significatur. Quo.n.tu cum aliquid te pœnitet, doles factũ qd fecisti: sic qñ aliquid Deus Pœnite- præter spem hominum, i. pręter q̃ sperãt re domi- homines mutat in aliud, pęnitere se dicit, ni. vsqueadeo ut & de pœna nostra pœniteat eum, si nos de uita nostra mala pęnituerit. Iurauit ergo dns, Iurauit, firmauit, nõ eũ pœnitebit, non mutabit. Quid? Tu es sacerdos in æternum. Ideo in ęternum, qa nõ pęnitebit eum. Sed sacerdos scd̃m qd? Nunquid erunt istæ hostiæ victimę oblatæ a patriarchis, arę sanguinis, & tabernaculum, & illa primi testamenti veteris sacra? Absit. Iam illa sublata sunt, euerso iam templo, remoto illo sacerdotio, percunte victima eorum & sacrificio, Hæc nec Iudæi habent, vident perisse iam sacerdotiũ secundum ordinem Aaron, & non agnoscunt sacerdotium secundum ordinẽ Melchisedech. Tu es sacerdos in ęternum se- I cundum ordinem Melchisedech. Fidelibus loquor, Si quid non intelligunt catechumeni, auferant pigritiam. festinent ad notitiam. Non ergo opus est mysteria promere, scripturæ vobis intiment, quid est sacerdotium secundum ordinem Melchisedech. Dominus a dextris tuis.] Dominus dixerat, sede a dextris meis, nũc dns a dextris eius, quasi mutauerint sedes. An forte sic potius, Iurauit dns & non pęnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ, ad Christum dictum est, Tu es sacerdos in æternum? Iurauit Dominus. Quis Dominus? Qui dixit dño meo, sede a dextris meis: ipse iurauit, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: & ad ipsum dominum qui iurauit sermo directus est, dominus a dextris tuis. O tu dñe qui iurasti, & dixisti, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ipse sacerdos in æternum, dns est a dextris tuis, ipse, inquam, sacerdos in ęternum, de quo iurasti, dominus est a dextris tuis, qa eidem domino meo dixisti, sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Iste ergo dns qui est a dextris tuis, de quo iurasti, & cui iurasti dicens, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Con- K quassauit in die iræ suæ reges.] Ipse vtique Christus dominus a dextris tuis, cui iurasti, & non pęnitebit te. Quid agit sacerdos in æternum? Quid agit, qui est ad dexteram dei, & interpellat pro nobis tanquam sacerdos intrans in interiora, uel in sanctasanctorum, in secreta cęlorum, ille solus non habens peccatum, & ideo facile mũdans a peccatis, ille ergo a dextris tuis, conquassauit in die iræ suæ reges? Quos reges quæris? Excidit tibi? Audiuerunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominũ, & aduersus Christum eius? Hoc reges conquassauit gloria sua, & pondere nominis sui infirmos reddidit reges, ut non possent efficere, quod volebant. Conati enim sunt multum delere nomen Christianum de terra, & non potuerunt, quia qui offenderit in lapidem illum, conquassabitur. Offenderunt ergo in lapidem offensionis, & ideo conquassati sunt reges, cum dicunt. Quis est Christus? Nescio quis Iudæus, nescio quis Galilæus, sic occisus est, sic mortuus: Lapis est ante pedes tuos, quasi uiliter, & humiliter iacens, ideo contemnendo offendis, offendendo cadis, cadendo quassaris. Si ergo tanta est ira occulti, quid erit iudicium manifesti? Audistis iram occulti, de qua Psalmus inscribitur pro occultis filij: nonus Psalmus, si bene memini, inscribitur pro occultis filij, & ibi ostenditur iudicium occultũ iræ occultæ. Irato deo viuunt, qui in lapidem illum offendunt, conquassantur. Et quò valet, quòd conquassantur? Audi, & de iudicio futuro, Quia qui offenderit in lapidem illum, aut conquassabitur: super quem vero ceciderit lapis ille, conteret eum. Cum ergo offenditur in eum quasi humilis iacet, & tunc conquassat: cum autem conteret, desuper

desuper veniet. Videte quemadmodũ his binis verbis conquassabit, & conteret, offendit in eum, & veniet super eum, distributa sunt duo tempora humilitatis, & claritatis christi, occultæ pęnę, & iudicij futuri. Eum non conteret veniens, quem non conquassat iacens. Iacens dico tanq̃ contẽptibilis apparens. Nã ille à dextris dei est, & valide ex alto clamauit, Saule Saule qd me psequeris? Sed tũ quãuis de cœlo non diceret, quid me psequeris, quẽ nemo tangebat, nisi ita in cœlo ad dexteram patris sederet, ut & in terra in nobis quasi iaceret. Dns a dextris tuis, cõquassabit in die iræ suæ reges. Iudicabit in gẽtibus.) Sed M nãc pro occultis: erit.n. & iudiciũ manifesPsal. tum, iudicabit in gentibus. Mõ.n.sit. Perijt memoria eorum cum strepitu. In ipso Psalmo est ,p occultis, Perijt memoria eorũ cum sonitu, & dns in æternũ ,pmanet, Parauit in iudicio thronũ sedẽ suam, & ipse iudicabit orbẽ terrarũ in ęqtate. Ibi dictũ é, Increpasti gẽtes, & perijt impius, nomẽ eorum delesti in ęternũ: hoc occulte agit. In die ergo iræ suæ cõquassabit reges, iudicabit in gẽtibus. Qũo? Audi qd sequitur: Replebit ruinas.) Mõ sic iudicat in gẽtibus, ut repleat ruinas: nã qñ in fine iudicauerit, dãnabit ruinas. Replebit ruinas. Quas ruinas? Quisqs à noie eius timuerit, cadet: cum ceciderit euertetur qd erat, vt ędificetur qd non erat. Iudicabit in gẽtibus, replebit ruinas. Quisquis cõtumax er in Xpm, casurã turrim in altũ erexisti. Bonum est, vt teipsum deijciens humilis reddaris, sedẽtis ad dexterã patris pedibus prouoluaris, ut fiat in te ruina cõstruẽda. Nã si pmanes in mala altitudine, tũc deijcieris qñ non ædificaberis. Etenim de tali bus dicit in alio loco scriptura. Destrue eos, & nõ ædificabis eos. Proculdubio nõ diceret de qbusdã, destrue eos, & non ędificabis eos, nisi quosdam ita destrueret, vt ædificaret. Quod fit hoc tempore, cum A christus in gentibus ita iudicat, ut repleat ruinas. Conquassabit capita super terrã multa.) Hic super terram in hac vita cõquassabit capita in terra multa, de superbis humiles facit. Et audeo dicere fratres mei, vt ille est capite quassato hic humiliter ambulare, quàm capite erecto in iudicium æternæ mortis incidere. Multa capita conquassabit ruinas faciendo, sed replendo ædificauit. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.) Videamus & in via bibentẽ de torrente primo. Quis est torrens? Profluxio mortalitatis humanæ. Sicut.n. torrẽs pluuialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, & currendo decurrit. i. cursum fixit, sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, viuunt, moriuntur, & alijs morientibus, alij nascuntur, rursusque illis nascentibus, alij moriuntur, & illis morientibus, alij oriuntur, succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic tenetur? Quid non decurrit? Quid non quasi de pluuia collectum it in abyssum? Qũo.n. fluuius repente collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, quia nec apparebat antequam de pluuia colligeretur: sic hoc genus humanũ de occultis colligitur, & profluit in mortem. Rursum in occultum vergit, medium hoc sonat & transit. De hoc torrente bibit ille, B non est dedignatus bibere de hoc torrente. Bibere.n. de hoc torrente, illi erat nasci & mori. Hoc habet & torrens iste, natiuitatem & mortem. Suscepit hãc Christus, natus est, & mortuus est. Ita de torrẽte in via bibit, exultauit.n. ut gigas ad currẽdã viam. De torrente ergo in via bibit, quia Psal. 18 in via peccatorum non stetit. Quia ergo Psal.1. de torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. i. quia humiliatus est, & factus est subditus usque ad mortem, mortẽ autem crucis, propterea eum deus exaltauit Phili.2. a mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

In Psalmum centesimumdecimum. Enarratio.

VEnerunt dies, vt cãtemus halleluia. Adestote animo frẽs ad pcipienda ea, q̃ dns suggerit ad exhortationem C nostram, & nutriendam charitatem, qua nobis inhærere deo bonum est. Adestote animo cantores boni, filij laudis, & glorię sempiternæ veri, & incorrupti dei. Adesto Ephe.5. te intenti q nostis cantare,, & psallere in cordibus vestris, dño gratias semper agentes in omnibus, & laudate deũ, hoc est.n. halleluia. Et hi quidẽ dies veniũt trãsituri, transeuntq̃ venturi, & significant diẽq

non venit nec transit, q̃a nec hesterno pitur vt veniat, nec crastino vrgetur vt transeat. Ad quem sanè nos cum venerimus in
psal.83. hærentes ei, nec nos transibimus. Et sicut quodam loco canit̃ deo, Beati q̃ habitant in domo tua dñe, in secula seculorũ laudabunt te: hoc erit ociosorum negotiũ, hoc opus vacãtium, hęc actio quietorũ, hæc cura securorũ. Sicut.n. dies isti p̃teritis diebus quadragesimæ, q̃bus ante resurrectionem dominici corporis uitæ huius significatur mœror, solenniter grata hilaritate succedunt: sic dies ille q̃ post resurrectionẽ dabitur plenario corpori dñi, hoc est, sanctæ Ecclesiæ cunctis vitæ huius erũnis atque doloribus exclusis, perpetua beatitudine succedet. Hæc aũt vita de nobis exigit continentiam, vt ẽt cũ labore & luctamine in-
1.Co.9. D gemiscentes grauati, & habitaculũ nostrũ, quod de cœlo est superindui cupientes, a secularibus delectationibus tẽperemus, & significatur quadragenario numero, quo
Exo.34 & Moyses & Helias, & ipse dñs ieiunauerũt. Præcipitur.n. nobis & ex lege & ex p
3.Re.19 phetis, & ex ipso Euangelio q̃d testimoniũ
Matt.v. habet a lege & pphetis. Vñ ẽt in mõte &
Mat.17 inter vtrãque personã medius saluator effulsit, vt ab omnibus mundi illecebris, q̃bus captiui homines obliuiscuntur deum, auiditatem nostram tanquã ieiunio temperantiæ refrenemus, quandiu perfectio decalogi legis, tanquam psalteriũ decẽ chordarum per quatuor eiusdẽ mũdi partes. i. toto orbe p̃dicatur, vt decem quater ducta quadragenarium numerũ signent. Quinquagenario uero numero post resurrectionem dñi quo cantamus halleluia, non cuiusdam tẽporis finis & trãsitus, sed beata illa significat̃ æternitas, q̃a denarius additus quadragenario, laborãtibus ĩ hac vita fide
Mat.20 libus merces illa p̃soluitur, quã & primis
F & nouissimis patersamilias pparauit æqualem. Audiamus itaq. plenum diuina laude pectus populi dei. Ecce p̃sonat in hoc Psalmo quendam exultantem fœlici exultatione, p̃figurat & scaturientem corde in amore dei populum. s. corpus Christi, ab omni malo liberatum. Confitebor tibi, inquit, dñe in toto corde meo.) Non semper cõfessio pctõrũ est, sed & laus dei deuotione cõfessionis exprimitur. Illa luget, hęc gaudet. Illa medico vulnus oñdit, hæc de sanitate gratias agit. Hæc confessio quendam significat, non solum ab omni malo liberatum, sed ẽtiam a malignis omnibus separatum. Et ideo videamus vbi confiteatur domino in toto corde. In consilio, inquit, rectorum, & congregatione.) Credo q̃a sedebunt super duodecim thronos, iudicantes. Mat.19.
xij. tribus Israel. Nullus.n. iã inter eos iniquus, nullius Iudæ furta tolerantur, nullus
Simõ Magus baptizat̃, spiritũ uolens eme Acto.8.
re dum cogitat vendere, nullus Allexãder 1.Tim.
ærarius multa mala ostendit, nullus ouina pelle tectus falsa fraternitate surrepit: Inter quales nunc necesse est Ecclesia gemat, & quales tunc oportet, cum omnes iusti congregabuntur, excludat. Hæc sunt. Magna opera domini, exquisita in oẽs voluntates eius.) Per quas nullũ confitentẽ desere rit misericordia, nullius est iniquitas imputa, q̃ flagellat ẽt oẽm filium quẽ recipit. Sed si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Eligat sibi hõ quodlibet, Non sic constituta sunt opera dñi, vt Hebr.12
creatura in arbitrio libero constituta, crea- 1.Pet.4.
toris superet voluntatem, ẽt si contra eius faciat voluntatem. Non vult deus vt peccet, nam prohibet: tamen si peccaueris, nõ putes hominem feciſſe quod uoluit, & deo accidisse quod uoluit. Sicut.n. vult vt hõ non peccet, ita vult peccanti parcere vt re- Exe.18.
uertatur & uiuat, ita vult postremo in peccato perseuerantem punire, vt iustitiæ potentiam contumax non euadat. Ita q̃cq̃d elegeris, omnipotenti non deerit vnde suã de te compleat voluntatem. Magna enim opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Confessio & magnificẽtia opus eius.) Quid magnificentius, quàm iustificare impium? Sed opus fortasse hominis præuenit istam magnificentiam dei, vt cũ fuerit peccata confessus, iustificari mereatur. Descendit enim de templo iustificatus Publicanus magis quàm ille Pharisæus, quia nec oculos ad cœlum audebat leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto m hi peccatori. Hæc est ma- Luc.18.
gnificentia domini, iustificatio peccatoris, quoniam qui se humiliat, exaltabitur: & q̃ G
se exaltat, humiliabitur. Hæc est enim magnificentia domini, quoniam cui plurimũ Luc.7.
dimittitur, plurimum diligit. Hæc magnificentia domini, q̃m vbi abundauit peccatum, superabũdauit gratia. Sed fortasse ex Rom.5.
operibus. Non inquit, ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmẽtum, creati in Christo in operibus bonis. Ephe.2.

nis. Iustitiam.n. homo non operatur, nisi
Rom.4. iustificatus: credens autem in eum qui iustificat impium, à fide incipit, vt bona operanõ præcedentia quod meruit, sed consequentia quod accepit oñdant. Vnde ergo illa cõfessio? Nondũ q̃dẽ opus est iustitię sed delicti improbatio. Sed qũo se hẽat, nec
Gal.1. tur, in dño glorieť. Quid enim habes quod
1.Co.4. non accepisti? Non ergo sola magnificentia qua iustificatur impius, sed & confessio & magnificentia opus eius. Quid ergo dicemus, quia cui vult miseretur, & quẽ vult
Rom.9. obdurat? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Iustitia.n. eius manet in seculum seculi.) Tu autem homo de hoc seculo, quis
Psal.9. es qui respondeas deo? Memoriam fecit mirabilium suorũ. Hunc humilians & hũc exaltans, Memoriam fecit mirabiliũ suorum, reseruans opportune inusitata prodigia, quæ non infirmitas hominis nouitati intenta meminerit, cũ sint eius miracula quotidiana maiora. Tot p vniuersam terram arbores creat, & nemo miratur: arefecit verbo vnam, & tupefacta sunt corda mortaliũ, sed memoriã fecit mirabiliũ suorum. Hoc.n. miraculũ maxime attẽtis cordibus inhærebit, quod assiduitas nõ vilescerit. Quid aũt profuerũt miracula, nisi vt timeret? Quid porro prodesset timor: nisi Misericors & miserator dñs escam daret timentibus se?) Escam quæ non corrũpitur, panem qui de cœlo descendit, quem nullis meritis dedit. Etenim Christus pro impijs mortuus est. Nemo ergo talẽ escã daret nisi misericors & miserator dominus. Quod si tantam dedit huic vitæ, si verbum carnem factum peccator iustificãdus accepit, quid in futuro seculo glorificatus accipiet? Memor.n. erit in seculũ testamenti sui.) Nec totum dedit qui pignus dedit. Fortitudinem operum suorum annunciabit populo suo.) Non contristentur Israeli
Psal.9. tæ sancti, qui dimiserunt omnia sua & secuti sunt eum, non contristentur dicentes,
Luc.18. Quisnam poterit saluus fieri, quia facilius camelus per foramen acus, quàm diues in regnum cœlorum? Annunciauit enim eis fortitudinem operum suorum, quoniam quæ hominibus difficilia sunt, deo facilia sunt. Vt det illis hęreditatẽ gentium. Itum est enim ad gentes, & præceptum diuitibus huius seculi non superbe sapere, neq. sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo viuo cui facile est quod hominibus difficile est. Sic.n. multi vocati sunt, sic occupata est hæreditas gentiũ, sic factum est vt etiam plurimi, qui non dimiserunt omnia sua in hac vita, vt sequerentur eũ, vitã etiam ipsam pro nominis eius confessione contemnerent, & tanquam cameli humiliantes se ad portanda onera pressurarum, intrarent etiam sicut per foramen acus p compungentes passionis angustias. Ipse fecit hæc, cui omnia possibilia sunt. Opera eius veritas & iudicium.) Teneaturveritas ab ijs qui iudicantur hic manuum
1.Co.6. Iudicantur hic martyres & ad iudiciũ perducuntur, qui non solum eos à quibus iudicati sunt, sed ẽt angelos dijudicent, adue
Rom.8. sus quos eis erat colluctatio, ẽt cum ab hominibus iudicari viderentur, quos nõ sepa
K raret à Chro tribulatio, angustia, fames, nuditas, gladius. Fidelia.n. omnia mandata eius.) Non fallit, exhibet quod promisit: nõ tamen quod promisit est hic expectandũ, non hic sperandum. Sed confirmata sunt in seculũ seculi, facta in veritate & in iustitia.) Hoc est verũ & iustum, vt hic laboretur, illic requiescat. Quia, Redemptionẽ misit populo suo.) Vnde aũt redimuntur, nisi à captiuitate peregrinationis huius? Nõ ergo requies, nisi in cœlesti patria requiratur. Dedit quidem deus Israelitis carnalibus terrenã Hierusalem, q̃ seruit cum filijs suis: sed hoc vetus testũ est, ad veterem hominẽ pertinens. Qui autem ibi figurã intellexerunt, hæredes etiam tunc noui testamenti extiterunt, q̃m quæ sursum Hierusalem libera est, q̃ est mater nostra
Galat.4 æterna in cœlis: vetere autem illo re ipsa probatum est transitoria promissse. Mandauit quippe in æternum testamentum
Exod.3. suum.) Sed quod nisi nouum? Cuius hęres quisquis esse volueris, nolo te fallas, nec terram trahentẽ lac & mel carnaliter cogites, non amœna prædia, non hortos fructiferos & opacos, non tale aliquid mediteris adipisci, quale solet hic oculus auaritiæ concupiscere. Cum enim sit radix om-
1.Ti.6. nium malorum cupiditas, perimenda est vt hic consumatur, non differenda vt ibi
L satietur. Primo pœnas fuge, gehennas deuita, anteq̃ desideres promittentẽ deum, caue minantẽ. Sanctum & terribile nomen eius.) Pro delictis aũt omnibus huius seculi quales vel expertus es, vel augere ac multiplicare cogitando potes immorta-

lium delitiarum matrem concupiſce ſapientiam. Sed, Initium ſapientiæ,timor dñi.) Delectabit illa,& ineffabiliter proculdubio delectabit caſtis,atq. æternis veritatis amplexibus, ſed prius tibi donanda ſunt debita,q̃ præmia flagitanda. Initium ergo ſapientiæ timor domini. Bonus eſt intellectus.) Quis negat? Sed intelligere, & non facere,periculoſum eſt. Bonus ergo facientibus.) Nec extollat mentẽ in ſuperbiam. Cuius.n.timor eſt initium ſapientiæ. Laus eius manet in ſeculum ſecul.) Et hoc erit p̃mium,hic finis,hæc ſtatio ſedeſq. ꝑpetua:illic.n.inueniunt̃ mandata fidelia confirmata in ſeculum ſeculi. Ipſa eſt hæreditas noui teſtamenti mandata in æternum. Vnã petij,inquit,a domino,hanc requiram,ut inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meę.Beati.n. qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt eum,q̃m laus eius manet in ſeculum ſeculi.

Prou.1. & 9. Eccleſiaſtici.1. Pſa. 26. Pſal. 83 M

In Pſalmum centeſimumundecimum. Enarratio.

CRedo q̃ attendiſtis fratres huius tituluꝫ Pſalmi, memoriæq. mandaſtis. Conuerſio, inquit, Aggæi, & Zachariæ.) Nõdũ erant iſti Prophetæ,cũ iſta cantata ſunt. Nanq. inter tp̃s Dauid, & trãſmigrationẽ populi Iſrael in Babyloniã, quatuordecim generationes numerantur, ſicut diuina ſcriptura maximeq̃ Matthæus Euangẽliſta teſtatur.Euerſi ãt populi renouatio ſcd̃m S.Hieremiæ prophetiam,ex illa trãſmigratiõe poſt ſeptuaginta annos ſperabatur.q̃ui cum cõplerẽtur ſub Dario rege Babylonis , impleti ſunt ſpiritu ſancto hi duo Prophetæ Aggæus,& Zacharias, & ambo poſt inuicem intra unum annum prophetare cęperunt, quod ad renouationem templi,ſicut tanto ante prædictum eſt , pertinere videbatur. Sed quiſquis corporaliter geſtis oculum cordis infigit,neque inde in gratiam ſpiritalis intellectus extenditur, habitat cogitatione in lapibus templi,quibus viſibilis fabrica manibus hominum inſtructa conſurgit,nec ipſe lapis viuus huius efficitur, templo illi accommodatus atque aptus. A quod in ſuo corpore primum dñs figurauit cum ait,Soluite templum hoc,& in tribus ſuſcitabo illud. Eſt.n.corpus dñi plenius ipſa ſancta Eccleſia,cuius caput aſcẽdit in cœlum, q̃ eſt maximæ lapis viuus, lapis angularis,de quo B Petrus Apoſtolus dicit, Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ, ab hominibus reprobatum , à Deo ãt electũ,& honorificatum: & vos ergo tanquã lapides viui ædificamini in domum ſpiritalem,in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales victimas acceptas Deo p̃ Ieſum Chr̃m,quia continet ſcriptura.Ecce ponã in Sion lapidem angularem electum preciosum,& q̃ crediderit in illum,non confundetur. Ergo vt fiat q̃niſq. lapis uiuus ad talem fabricam idoneus, ſpiritaliter intelligat templi renouationem ex ruina ve tere,q̃ in Adam facta eſt, reparationẽ noui populi ſcd̃m nouum hoiem atque cęle ſtem,ut ſicut portauimus imaginem terreni, portemus, & imaginem eius qui de cęlo eſt,quo poſſimus poſt oĉs ſeculi huius ætates tanquam poſt ſeptuaginta annos, q̃ myſtico pfectionis numero præſtantur, & tanquam poſt captiuitatẽ longinquę peregrinationis non ruitura mole conſtrui,ſed ætena immortalitate ſolidari. Spiritalem q̃ppe Hieruſalem non magis Hieruſalem Iudæorum , q̃ veſtrã eſſe deputetis:ſicut.n.dicit Apoſtolus. Iam nõ eſtis peregrini,& inquilini , ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei,ſuperædificati ſup fundamẽtum Apoſtolorum,& Prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide exiſtente Chro Ieſu,in quo omnis ędificatio compacta creſcit in templum ſanctum in dñO: In quo & vos coædificamini in habitaculum dñi in ſpiritu , hoc eſt , templum dei ad quod ꝑtinet ſacr̃m prophetationis Aggæi,& Zachariæ: cui rurſus idem Apoſtolus dicit, Tẽplum.n dei ſanctũ eſt, qd eſtis vos. Quiſquis igitur ſe ad opus huius coædificationis,& ad ſpem ſanctæ fruũ ab huius mundi rumoſa labe cõuertit,intelligit titulum Pſalmi,intelligit conuerſionem Aggæi & Zacharię. Cantet et go,q̃ ſequũtur,nõ tã linguę uoce , q̃ vitæ. Erit.n.ædificij pfectio, ineffabilis pax illa ſapiẽtiæ;cuius eſt initiũ timor dñi.Inde ergo incipiat quẽ coædificat iſta cõuerſio.

Ioan.2. Matt.1. Hier.25 & 29. 1.Eſd.1 1.Eſd.5 Agg. 1. Zach.1. 1.Pe.2. Eph.2. 1.Cor. 3. 1.Cor. 15. Ecclesi. 1. Iob.7

B Eatus vir qui timet dñm, in mandatis eius volet nimis.) Videret Deus q̃ ſolus,& veraciter, & iudicat,quãtum iſte proficiat in mandatis eius, quoniam tentatio eſt uita humana ſuper terram,ſicut ſanctus Iob dicit: & iterum ſcriptura

ꝑ.5. peum eſt, Q̃m corpus quod corrumpitur aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Qui autem d̃iudicat nos,dñs eſt,nec ante temCo.4. pus iudicare debemus,donec veniat dominus & illuminet abſcondita tenebrarũ , & manifeſtet cogitatiões & cõſilia cordiũ, & tũc laus erit vnicuiq. à deo . Viderit ergo ille quãtũ quiſq. proficiat in mãdatis eius, tamen volet nimis q̃ pacem illius coædiꝑ.2. ficationis adamauerit:nec iã deſperare debet,ſi in mãdatis eius volet nimis,& pax Co.6. in terra hominibus bonæ voluntatis: Vñ Potens in terra erit ſemen eius.]Semen fuCo.9. turæ meſsis,opera eſſe miſericordiæ Apoſtolus teſtis eſt,qui dicit,Bonum autem faꝑ.9. cientes nõ deficiamus,tempore.n.proprio 2.Co.9 metemus:& iterum,hoc autem,inquit,qui parce ſeminat,parce & metet . Quid autẽ frẽs potentius, q̃ vt regnum cœlorum,nõ Matt. ſolum Zacchæus emat domidio rerũ ſuarum,ſed et vidua duobus minutis,& tantũ dem ibi vterq. poſſideãt ? Quid potentius q̃ vt idẽ regnũ & theſauris diuiti,& calice aquę frigidæ pauperi valeat? Sunt autem qui iſta faciunt dum terrena conquirunt, aut hic mercedem ſperãtes a dño , aut hominibus placere cupiẽtes . Sed Generatio rectorũ benedicet̃ .) Id eſt, opera eorũ quo rũ bonus deus Iſrael, q̃ recto ſunt corde . Rectum autem cor eſt,non reſiſtere patri emendanti,& credere pollicenti , non egreſſus atq. labunt̃,ſicut in alio Pſalmo canũ,dum zelant in pctõribus pacẽ peccatorum videntes, & putant perire opera ſua, q̃a non eis merces reddit peritura. At iſte vir qui timet dñm , & in templum ſanctũ dei conuerſione recti cordis aptat̃, nec gloriam hominum q̃rit,nec terrenas diuitias concupiſcit,& tñ Gloria & diuitiæ in domo eius .) Domus enim eius,cor eius eſt, vbi deo habitante opulentius habitat cum ſpe vitæ æternæ,quàm hominibus habitãtibus in marmoratis laqueatiſq. tectis cũ timore mortis ęternę. Huius enim iuſtitia manet in ſeculum ſeculi.) Ipſa eius gloria, ipſæ diuitiæ : illius enim purpura & byſſus , & ceteræ ſplendidæ, & cum præſto ſunt tranſeunt , & cum ad finem venerit, aquæ guttam & digito ſtillantem deſide rans ardens lingua clamabit, Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde .] Merito dirigũt cor in deum ſuum, merito ambulant recti cum deo ſuo , præponentes eius voluntatem ſibi , neque de ſua quicquam ſuperbe præſumentes. Meminerunt enim fuiſſe ſe aliquando tenebras , nunc autem lucẽ in domino. Miſericors & miſerator , Epge.5. & iuſtus dominus deus.) Delectat q̃ miſericors & miſerator, ſed terret fortaſſe qd iuſtus dominus deus . Nulla deſperatione formides beate vir qui times dominum,& in mandatis eius voles nimis: eſto ſuauis , miſerere & commoda. Ita enim iuſtus eſt dominus deus,vt iudicium illi ſine miſericordia faciat q̃ non fecit miſericordiam . Ioan. 2. Suauis autem vir q̃ miſeretur & commodat.]Non enim eum euomet deus ex ore ſuo taquã inſuauẽ. Dimittite,iq̃t,& dimit Lucę.6. tetur vobis: date & dabit̃ uobis . In eo qd dimittis vt dimittatur tibi, miſereris:in eo quod das vt det̃ tibi,cõmodas. Quãuis.n. gñali nomine omnis miſericordia dicatur qua miſero ſubuenit̃, intereſt tũ vbi non impendis,nec ſumptum pecuniæ, nec corporalis laboris induſtriam, ſed ignoſcendo quod in te quiſq. peccauit, & tuorum gratis cõparas veniam peccatorũ.Hæc duo benignitatis officia ignoſcendorũ peccatorũ, & beneficiorum erogandorũ, ſicut in Euãgelio qd cõmemorauimus, Dimittite , & dimittetur uobis,date,& dabit̃ uobis:ſic in iſto verſu arbitror eſſe diſtincta , Suauis vir q̃ miſeretur & cõmodat. Nec pigri ſimus ad hæc fratres, gloriam quęrit q̃ deſiderat vindicari ſe . Sed attende quod ſcriptum eſt , Melior eſt q̃ vincit iram,q̃ qui Pro.16. capit ciuitatem.Diuitias quærit q̃ nõ vult dare pauperibus . Attende quod ſcriptum eſt,Habebis theſaurum in cęlo.Non ergo eris inglorius in ignoſcendo,quia de ira ui Mat. 19 cta laudabilius triumphatur: non egemus tribuendo, q̃a theſaurus cœleſtis certius poſſidetur . Hunc uerſum parturiebat ille ſuperior,gloria & diuitiæ in domo eius . Qui hæc itaque facit, Diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio .] Facta ipſa ſermones ſunt,quibus in iudicio defendetur,quod ei non erit ſine miſericordia, quia & ipſe fecit miſericordiam. Quoniam in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus .) In memoria æterna erit iuſtus,quia ad dexteram ſegregatus audiet, Venite benedicti pris mei,percipite regnũ quod uobis paratum eſt ab origine mũdi. G Neque.n.aliqua illic eorum,niſi opera miſericordię cõmemorantur : audient ergo,

Venite benedicti pris mei, qa generatio rectorum bñdicetur. Sic in memoria æterna erit iustus. Et ab auditu malo nõ timebit.) Quod dicit, audient ij qui a siniſtris erũt, Ite in ignẽ æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Itaq. q hic nõ ſua q̃rit, ſed q̃ Ieſu Chriſti: labores patientiſsime tolerat, ꝓmiſſa fideliter expectat. Paratum eſt cor eius ſperare in dño.) Nequa vllis tentationibus frangitur. Confirmatum eſt cor eius, non commouebitur, donec videat ſup inimicos ſuos.) Inimici eius hic videre bona uoluerunt, & cum eis inuiſibilia promitterentur, dicebãt, Quis oſtẽdit nobis bona? Cõfirmetur ergo cor noſtrum, nec commoueamur donec uideamus ſuper inimicos noſtros. Illi enim uolunt videre bona hominum in terra morientium, nos credimus videre bona domini in terra uiuentium. Sed magnũ eſt confirmatum habere cor & non commoueri, cum illi gaudent qui amant quod vident, & inſultant ei qui quod non videt ſperat. Et non commouebitur donec videat, & ipſe non deorſum quod inimici eius, ſed ſurſum ſuper inimicos ſuos, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus eum. Quanti ualet hoc quod nõ videtur & emitur? Tanti quantum quiſq. habere potuerit. Propter hoc & ille, Sparſit, dedit pauperibus.) Nõ videbat & emebat, ſed ille theſaurum ſeruabat in cœlo, q eſurire & ſitire in pauperibus dignabatur in terra. Non mirum eſt igitur ſi Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.] Cuſtode illo q condidit ſecula. Cornu eius exaltabitur in gloria. Cuius humilitas à ſuperbis contemnebatur. Peccator uidebit & iraſcetur.] Sera illa. ſ. infructuoſa pœnitẽtia. Nã iraſcetur, cui magis q̃ ſibi, cũ dicet, Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis, videns cornu eius exaltari in gloria, qui ſparſit & dedit pauperibus? Dentibus ſuis frendet & tabeſcet.] Quia illic erit ploratus & ſtridor dẽtium. Non enim frendet & uireſcet, ſicut fieret ſi opportuno eum tempore pœniteret, ſed tunc pœnitebit, cum Deſiderium peccatorum peribit.) Nullo ſuccedente ſolatio, Peribit deſiderium peccatorum, cum tranſient omnia tanquam vmbra, cũ fœno areſcente flos decidet: Verbum autem domini quod manet in æternum, ſicut falſorum beatorum veritate deriſum eſt, ſic corũdem verorum miſerorum perditioni ſuperridebit.

Ibidem.
pſal. 4.
pſal. 26.
H
1.Co.1.
Eſa. 64.
Sapiẽ. 5.
Matt. 8.
I
Eſaiæ. 4.

In Pſalmum centeſimumduodecimum Enarratio.

NOſtis fratres, & ſæpiſsime audiſtis in Euangelio dominum dicere, Sinite pueros venire ad me, talium eſt enim regnum: & iterum, Si quis non receperit regnum dei ſicut puer, non intrabit in illud: & multis alijs locis dominus deus noſter, per ſingulare humilitatis exemplũ ſuperbiam ueteris hominis ad innouandã humiliter uitam ſimilitudine puerilis ætatis accuſat. Quapropter chariſsimi cum cantari auditis in Pſalmis, Laudate pueri dominum: ne arbitremini ad uos iſtam exhortationem non pertinere, quia iam corporis pueritiam ſupergreſſi, vel iuuenili decore vireſcitis, vel ſenili honore caneſcitis: omnibus enim uobis dici Apoſtolus, Nolite effici pueri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, vt mentibus perfecti ſitis. Quã malitia maxime, niſi ſuperbia? Ipſa enim de vana granditate præſumens nõ ſinit hominẽ ambulare per artam uiã, & intrare per anguſtam portam. Pueri autem facile intrant p anguſtam portam: & ideo nemo niſi vt puer intrat in regnum cœlorum. Quid autem ſuperbiæ malitia dererius, q̃ præpoſitũ nõ vult habere nec deũ? nam ſcriptum eſt, Initio ſuperbiæ hominis, apoſtatare a deo. Hanc ſe aduerſus prẽcepta diuina tumidis ceruicibus erigentẽ, & ſuaui iugo domini reſiſtentem deijcere, frangite, cõminuite, atq. cõſumite, & Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi.) Illa .n. proſtrata & extincta, Ex ore infantium & lactentium perficitur laus: illa oppreſſa atque deleta, Qui gloriatur in dño glorietur. Nõ cantant iſta qui ſe magnos putãt, non cantant iſta qui cognoſcentes deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed ſe laudant illi, non deum. Non enim pueri ſunt, ſed ſuperbi. Nomẽ ſuum potius prædicari uolunt, & non laudant nomen dñi. Itaque euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, & dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Voluerũt latiſsime nomẽ ſuũ & altiſsime diffamari, cito ipſi in anguſtias tranſituri. Deum decet laus, domi-

Eccleſia
ſtici. 10.
pſal. 8.
1.Co.1.
Rom. 1.

1. dominum noſtrum decet honor & ſemp & vbique prædicari. Semper ergo prædicetur. Sit nomen dñi benedictum, ex hoc nũc & vſque in ſeculum.) Vbique ꝑdicetur. A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudate nomen dñi.) Quærat ex me aliquis puero rũ ſanctorum laudantium nomen dñi, & dicat mihi, Ecce vſque in ſeculũ accipio vſque in æternũ: Cur autem ex hoc, & non ante hoc, & ante omnia ſecula ſit nomen dñi benedictum? Reſpõdebo paruulo qui non contumaciter quærit, Vobis dicitur pueri dominici, vobis dicitur, Laudate nomen dñi, ſit nomen domini benedictum: ſit à vobis nomen dñi benedictum, ex hoc vtique ex quo vobis dicit. Incipitis enim laudare, ſed ſine fine laudate. Ex hoc ergo & vſque in ſeculũ ſine fine laudate. Ne diceris, nunc incipimus quidẽ laudare domiñ, quia pueri ſumus, ſed cum creuerimus magniq. fuerimus, noſipſos laudabimus. Nõ ſic pueri non ſic: ꝓpea dicit dominus per Eſaiã, Ego ſum & vſque dum ſeneſcatis ego ſum Ille ſemp laudandus eſt q̃ eſt. Quid eſt, laudate pueri dñm ex hoc, laudate ſenes & vſque in ſeculum? Quia ſenectus nſa albeſcet quidem canis ſapientiæ, ſed nõ carnis vetuſtate marceſcet, aut qm hoc loco humilitatem potius videtur ſignificare puerilia, cui cõtraria eſt vana & falſa ſuperbiæ magnitudo: & ideo dominum nõ niſi pueri laudant, quia ſuꝑbi eum laudare non norunt. Sit ſenectus veſtra puerilis, & ſit puerilia ſenilis. i. vt nec ſapientia veſtra ſit cũ ſuperbia, nec humilitas ſine ſapiẽtia, vt laudetis dñm ex hoc & vſq. in ſeculum. Quacunque autẽ in paruulis ſanctis Eccleſia Chri diffunditur. Laudate nomen dñi: hoc eſt. n. A ſolis ortu vſq. ad occaſum, laudate nomen dñi. Excelſus ſuper omnes gentes dominus.) Gentes homines ſunt. Quid mirum ſi ſup homines excelſus eſt dominus? Illi ſuper ſe excelſos quos colunt oculis vident in cœlo ſurgere ſolem, & lunam, & ſtellas, cui creaturæ ſeruiunt, deferentes creatorẽ dominum. Et non ſolũ excelſus ſup omnes gẽtes dominus, verumetiam Super cœlos gloria eius.) Cœli ſupra ſe ſuſcipiunt eũ, & humiles eum ſecum habẽt cõſtituti carne infra cœlũ, qui pro illo non colũt cœlum. Quis enim ſicut dñs deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit?) Quiſquam putaret quod in altis cęlis habitet, vnde humilia terrena reſpiciat: ſed humilia reſpicit. In cęlo & in terra.) In quibus ergo altis habitat vñ humilia reſpiciat in cęlo & in terra? An in quibus altis habitat etiam ipſa humilia reſpicit? Sic. n. exaltat humiles, vt non faciat ſuperbos. Itaque & in altis habitat quos exaltat, facitq. ſibi eos cęlum, hoc eſt ſedem ſuam, & eos tamen non ſuperbos, ſed ſemper ſubditos: in tuẽdo etiam in ipſo cęlo humilia reſpicit, in quibus excelſis habitat: ſpiritus. n. per Eſaiam ita loquitur, Hæc dicit altiſsimus in excelſis habitans, in æternum nomen eius dominus altiſsimus, in ſanctis requiẽ habens. Expoſuit quid dixerit in excelſis habitans. Hoc. n. plenius elocutus, in ſanctis, inquit, requiem habens. Sed q ſunt ſancti, niſi humiles qui pueri laudant dominũ? Itaque adiungit, & puſillanimis dãs magnanimitatẽ, & dans vitam qui in humilitate cordis ſunt. In quibus ſanctis requiem habet, his puſillanimis dat magnanimitatem. Dans vtique magnanimitatẽ excelſos facit, in quibus requiem habens in excelſis habitat. Sed quia puſillanimis dat magnanimitatem, eadem excelſa in quibus habitat, humilia reſpicit. Sed humilia, inquit, reſpicit in cęlo & in terra. Excitauit nos etiam quærere, vtrum eadem in cęlo & quæ in terra, an alia in cælo alia in terra humilia reſpiciat dominus deus noſter? Si. n. eadem, video quemadmodũ hoc intelligam ſecundum Apoſtolum dicentem, In carne. n. ambulantes, non ſecundũ carnem militamus. Arma. n. militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia deo. Vnde ergo potentia niſi quia ſpiritalia? Cum itaque Apoſtolus, & in carne ambulet, & ſpiritaliter militet, non mirum ſi humilitas eius & in cœlo reſpicitur propter ſpiritus libertatem, & in terra ꝓpter corporis ſeruitutem: idem quippe alio loco dicit. Noſtra. n. converſatio in cœlis eſt: ipſe itẽ dicit, Optimum ſibi eſſe diſſolui, & eſſe cum Chriſto, manere autem in carne neceſſarium, inquit, propter vos. Proinde quiſquis intelligit, & converſationem Apoſtoli quæ eſt in cęlis, & in carne manſionem in terris, ſimul oportet intelligat dominũ deum noſtrum in excelſis ſanctis habitantem, quemadmodum tamen coſdem ſanctos humiles ſibi & in cęlo reſpiciat. quoniã q̃ ſurſum ſunt ſapiũt, q ſpe reſurrexerũt cũ Chriſto: & in terra, qm̃ nondũ ſo-

A
Eſa. 57.
B
1.Co.10
Phili. 3. & 1.
Col. 3.

luti sunt carnis vinculo, vt ex tota vita
C sua posint esse cum Christo. Si vero alia
dominus deus noster humilia respicit in
cœlo,& alia in terra, credo q̃ in cœlo iã
respicit quos vocauit,& habitat in eis: in
terra autẽ respicit quos vocat vt habitet
in eis. Istos.n.posidet cœlestia cogitãtes,
illos excitat terrena somniãtes. Sed qa dif
ficile obtinemus,vt possint & ipsi iã humi
les dici, qui nondũ suaui iugo domini pia
colla iunxerũt,quando quidẽ humilia isto
loco vt sanctam Ecclesiã intelligamus, q̃
totum textũ Psalmi diuinæ admonent li-
teræ:Est & alius intellectus, quẽ mecum
Mat.19. charitas vestra cõsyderet. Cœlos nunc si-
gnificari arbitror eos, qui sedebunt super
duodecim thronos, & cũ domino iudica-
bunt:terræ aũt nomine cæteram multitu-
dinẽ benedictorum,qui constituentur ad
dexterã,vt per opera misericordiæ collau-
Luc.16 dati recipiantur ab eis in tabernacula æter
na,quos amicos sibi de mãmona iniquita-
tis in huius vitæ mortalitate fecerunt: eis
1.Co.9. quippe dicit Apostolus, Si nos vobis spiri
talia seminauimus,magnũ est si vestra car
nalia metamus? Quod etiã his verbis dici
potest,Si nos vobis cælestia seminauimus,
magnũ est si terrena vestra metamus? In
D cœlo ergo respicit cælestia seminãtes,in
terra aũt terrena reddẽtes,tamen humiles
& hos & illos. Humilia.n.respicit in cœlo
& in terra, quia meminerũt vtrique quid
fuerint p suam malitiam, qui d facti sunt
per dñi gratiam: neque.n.illis tãtummo-
Ephe.5. &.2. do dicit vas electionis,Fuistis.n.aliquãdo
tenebræ,nunc autem lux in dño:& iterũ,
Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc nõ
ex vobis,sed dei donũ est:nõ ex operibus,
ne forte quis extollat: sed etiam se ipsum
adiungit cõsequenter,dicens, Ipsius.n.su-
mus figmentũ, creati in operibus bonis.
1.Co.4 Dicit etiam seorsum de se & ipsis qui re-
spiciuntur in cœlo, Fuimus.n.inquit,& nos naturaliter filij iræ,sicut & cæteri: &
iterum,Fuimus.n.& nos,inquit,stulti ali-
quando & increduli, errantes, seruientes
desyderijs & voluptatibus varijs, in mali
tia & inuidia agentes, abominabiles,inui-
Ad Ti. 3. cem odio habentes. Cũ autem benignitas
& humanitas illuxit saluatoris dñi nostri,
non ex operibus iustitiæ q̃ fecimus nos,
sed secundũ suam misericordiam saluos
1.Co.1 nos fecit p lauacrũ regenerationis. Ecce
humilia quæ respiciũtur in cœlo. Spirita-
les.n.sunt,& omnia iudicant,sed tamẽ hu
miles,ne delecti iudicentur. Quid de seip-
so singulariter? Nonne talia sunt q̃ cõme- 1.Co.15
morat,Qui,nõ sum,inquit,idoneus voca-
ri Apostolus, quia persecutus sum Eccle-
siam dei,sed misericordiã consecutus sum,
qa ignorans feci in incredulitate? Deniq;
post istos versus,quibus ait in Psalmo spi-
ritus, Quis sicut dñs deus nr̃ qui in altis
habitat, & humilia respicit in cœlo, & in
terra: volens docere nos quare in cœlo hu
milia cũ iam spiritales magni, & iudicia-
rijs sedibus digni, tali significentur elo-
quio:subiecit statim,Qui erigit a terra ino
pem,& de stercore exaltat pauperẽ. Vt col
locet eum cũ principibus populi sui.) Non
itaque dedignẽtur esse humilia capita ex- Mat.23.
celsorum sub dextera domini. Quãuis.n.
collocetur fidelis dominicæ pecuniæ dispẽ
sator cũ principibus populi dei,quãuis ses- Mat.25.
surus sit in duodecim sedibus, & angelos 1.Co.6.
quoq. iudicaturus,a terra tñ inops erigit,
& de stercore pauper exaltatur. An forte
nõ est exaltatus de stercore qui seruiebat
desyderijs & voluptatibus varijs? Sed for
te cum ista iam diceret, non erat inops,
nõ erat pauper. Quid ergo adhuc ingemi 2.Co.6.
scit grauatus,habitaculũ quod de cœlo est F
sup indui cupiẽs? Cur ne forte se extollat 2.Co.12.
colaphizat, & subditur angelo satanæ sti- 1.Co.12.
mulo carnis suæ? Actus est quidem habi-
tante in se domino, & habens eum spiri-
qui scrutatur omnia,etiam altitudinẽ dei.
Itaq. in cœlo est, sed & in cœlo dominus
humilia respicit. Quid ergo fratres? Si ia
audiuimus humilia q̃ in cœlo sunt,exalta-
ta & de stercore vt populi collocarentur cũ
principibus,nihil ne cõsequẽter audiuimus
de humilibus,q̃ in terra respicit dominus?
Pauciores.n.sunt illi amici iudicaturi cũ
domino,plures autẽ isti quos recipiunt in
tabernacula æterna. Quanuis.n.tota fru-
mẽti massa in cõparatione seiunctæ paleæ Luc.16.
paucos habere videatur,per se tamẽ consy-
derata copiosa est. Multi.n.filij desertæ, Esa.54.
magis quam eius, quæ habet virum.
Multi filij eius, quæ per gratiam in sene-
ctute concepit, quã eius quæ ab ineunte Galat.4.
ætate legis vinculo maritata est. Et ego q Gen.28.
dem dico in senectute cõcepit,intuens Sa-
ram matrem nostram in vno Isaac,quæ p
omnes gẽtes mater fideliũ vocatur. Quæ Esa.46.
autẽ persona est apud Esaiam videte,qua-
si omnino non matris, nec eius quæ pepe-

rit aliquem: & tamen quid ei dicitur? Di-
cent,inquit,in aures tuas filij tui duos ami
seras, angustia nobis est in loco isto:facite
itaque nobis & nunc locum in quo com-
moremur:tu vero dices in corde tuo,Quis
G generauit mihi istos, cum sciam me esse
sine filijs & viduam? Quis ergo istos edu-
cauit mihi? Ego.n.derelicta fui sola,hi aũt
mihi vbi erant? Ex ea ergo parte ista dicit
Ecclesia,q̃ videtur nihil parere in istis tur
bis,quæ nondum dimiserunt omnia sua vt
sequerentur dñm, & sederent super duo-
decim thronos. Sed q̃ multi in eadem tur-
Mat.19, ba facientes sibi amicos de mammona ini-
Luc.16, quitatis, per opera misericordiæ ad dexte-
ram stabunt? Nõ solum ergo erigit de ster-
core quem collocet cum principibus popu
li sui, sed etiam Habitare facit sterilem in
Psal.112. domo,matrem filiorum lætantem.) Qui
in altis habitat, & humilia respicit in cœlo
& in terra, semen Abraham sicut stellas
cœli ianctitate sublimi in supernis sedibus
collocat, & sicut harena in ora maris mise
ricordiam, atque innumeram multitudi-
nem a siniistris fluctibus atque amaritudi-
ne impia segregat.

In Psalmum centesimumdecimumtertiũ,
Enarratio.

Concio prima de prima parte Psalmi.

HEgimus quidem notissimumq̃. reti-
Psal.14. nemus dilectissimi fratres, quod nar-
Psal.3. ratur in libro Exodi, populum Israel
liberatum ab iniqua dominatione Aegy-
ptiorum inter diuinos fluctus maris transis
se per siccum:Iordanem quoque fluuium
cum per eum in terram promissionis in-
trarent tactum pedibus sacerdotum arcã
domini portantium stetisse desuper infre-
nato lapsu,ab inferiore autem parte deflu-
xisse quò currebat in mare, donec in sicco
stantibus sacerdotibus transiret populus
vniuersus. Nouimus hæc,nec tamen arbi-
trari nos oportet in hoc Psalmo, cui nunc
Halleluia pronunciato cantatoque respõ-
demus,id agere spiritum sanctum, vt præ-
terita illa gesta recolentes, nequaquam fu-
tura talia cogitemus. Illa enim sicut dicit
Col.2 Apostolus, in figura contingebant illis:
scripta sunt autem propter nos ad corre-
ctionem nostram,in quos finis seculorum
obuenit. Cum igitur audiuimus in Psal-
mo,In exitu Israel de Aegypto,domus Ia-
cob de populo barbaro: Facta est Iudæa
sanctificatio eius,Israel potestas eius: Ma- Ex.13.14
re vidit & fugit,Iordanis conuersus est re- Iosue.3.
trorsum.) Ne arbitremini nobis narrari
præterita, sed potius futura prædici: quia
illa quoque miracula cum in illo populo
fierent præsentia quidem, sed non sine fu- I
turorum significatione gerebantur. Ideo-
que vt ostenderet qui psallendo ista præ-
dicebat, eadem se verbis agere quæ illic fa
ctis agebantur, vno eodemque spiritu ope
rante,& illa facta, & hæc dicta sunt, vt id
quod in fine seculorum manifestandum re
seruabatur, figuris rerum atq. verborum
præcurrentibus nunciaretur:non omnino
ea dixit quæ ibi gesta sunt, sed aliter quæ-
dam quam illic lecta didicimus,ne vere pu
taretur transacta recolere, potius quam
ventura prædicere. Primo enim Iordanem
ipsum non reuersum esse retrorsum, sed
stetisse legimus ab ea parte qua aquæ desu-
per influebant,cum populus ille transiret:
deinde gestientes montes collesque non
legimus, quæ sic addidit vt etiam omnia
ista repeteret: nam cum dixisset,Mare vi-
dit & fugit,Iordanis conuersus est retror
sum: contexuit, Montes gestierunt velut
arietes, & colles velut agni ouium.) Ea-
demque rursus interrogat, Quid est tibi
mare quòd fugisti,& tu Iordanis quia con
uersus es retrorsum? Montes quare gesti-
stis velut arietes, & colles velut agni o-
uium?] Attendamus ergo quid admonea-
mur, quia & illa facta figuræ nostræ fue-
runt, & hæc dicta vt nosipsos recognosca-
mus hortantur. Si enim gratiam dei quæ
data est nobis firmo corde retinemus,nos K
sumus Israel semen Abrahæ: nobis dicit Gala. 3.
Apostolus, Ergo semen Abrahæ estis: qa Rom.4.
sicut alio loco dicit,Non in circumcisione, Gen. 17
sed in præputio deputata est Abrahæ fides Gen. 12.
ad iustitiam, & signum accepit circumcisio
nis,signaculum iustitiæ fidei quæ est in præ
putio, vt deputetur & illis ad iustitiam,vt
sit pater circumcisionis his qui non solum
ex circumcisione sunt, sed & his qui se-
quuntur vestigia fidei, quæ est in præpu-
tio patris nostri Abrahæ. Non enim carna
liter circumcisæ genti tantummodo factus
est pater, cui dictum est, Patrem multa-
rum gentium posui te: Multarum autem,
non quarundam,sed omnium:quod aper-
te dicitur,cum ei dicitur, Et benedicentur Gen.12.
in tẽ omnes gentes. Nullus itaq. Christia-
norum

morum se a nomine Israel arbitretur extraneum. Illis.n.qui crediderunt ex Iudæis, in quorum numero principaliter Apostolos inuenimus, in angulari lapide copulan
Ephe.2. Ioan.10 tur: hinc ait dñs in alio loco, Habeo alias oues q̃ non sunt ex hoc ouili, oportet me & illas adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor. Populus ergo Christianus magis Israel, & ipse potius domus Iacob. Idem quippe Israel qui Iacob. Illa vero turba
L Iudæorum quæ merito perfidiæ reprobata est, voluptate carnali vendidit primogenita sua, vt non ad Iacob sed ad Esau po-
Gen.25 tius pertineret. Scitis nanque in hoc mysterio dictum esse, quia maior seruiet minori. Aegyptus autem q̃m interpretatur afflictio vel affligens, vel comprimens, sæpe in imagine ponitur huius seculi, a quo spiritaliter recedendũ est, ne simus iugum ducentes cũ infidelibus. Sic.n.quisque Hie-
2.Co.6. rusalem cęlestis sit ciuis idoneus, cum primum huic seculo renunciauerit, quemadmodum ille populus in terram promissionis duci non potuit, nisi prius ab Aegypto recederet. Sed sicut ille non inde discessit, nisi diuino liberatus auxilio: sic nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi diuinæ mi
1.Ioã.5. sericordiæ munere adiutus. Quod.n.illic semel præfiguratũ est, hoc in isto fine seculi, in hac, sicut beatus Ioannes Apostolus scribit, hora nouissima quotidianis Ecclesiæ fœtibus in vnoquoque credente completur: audite Apostolũ doctorem gentiũ
1.Co.10 docentem & exhortantem, Nolo.n. vos, inquit, ignorare fratres, quia omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptiM zati sunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberũt:
Ibidem. Bibebant autem de spiritali, consequente eos petra, petra autem erat Christus. Sed nõ in omnibus illis bene complacuit deo. Prostrati.n.sunt in deserto. Hæc aũt figuræ nostræ factæ sunt. Quid vultis amplius fratres dilectissimi? Certe manifestum est non humana suspitione, sed Apostolico.i. diuino & dominico magisterio: Deus enim loquebatur in eis, & quamuis de carneis nubibus, tamen dominus intonabat: certe ergo tanto testimonio manifestum est illa omnia figurate gesta, nunc in nostra salute compleri, quia tunc futura prænunciabantur, nunc pręterita leguntur,

& præsentia cognoscuntur. Audite quidẽ quod est mirabilius, librorum veterum sacramenta occultata atque velata, nonnulla ex parte a libris veteribus reuelari: nam Michæas Propheta ita loquitur, Secundũ dies, inquit, profectionis eorum ex Aegy- Matt.7.
pto, ostendam mirabilia illis. Videbunt nationes & confundentur ab omni vigore eorum: Manibus ora sua obstruent, aures illis exurdabuntur, delingentes terram, velut serpentes trahentes terram: Conturbabuntur de conclusionibus eorum, in dño deo nostro excident mente, & terrebunt a
A te: Quis deo tuo similis auferens iniquitatem, & transgrediens impietatem reliquis hæreditatis tuę? Ec non continuit in testimonium iram suã, q̃m voluntarius & misericors est: Ipse conuertet & miserebitur nostri: Demerget delicta nostra, demerget in maris profundum omnes culpas nostras. Nẽpe aduertitis fratres, manifestius hic aperiri sacrosancta mysteria. In hoc ergo Psalmo quanuis futura intueatur mirabilis Prophetiæ spiritus, tamen videtur velut transacta narrare, Facta est, inquit, Iudæa sanctificatio eius: mare vidit & fugit. Et facta est, & vidit & fugit, prteriti tẽporis verba sunt: Et conuersus est Iordanis, & gestierunt montes, & commota est terra, eodem modo prteritum sonant, sine præiudicio tamen, intelligendi futura. Alioquin contra euangelicum testimonium cogimur etiam illa non de futuro prnunciata, sed de prterito commemorata intelligere, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quæ quanuis verbis prteriti temporis dicta sint, id tamen prænunciabant quod tanto post futurum in passione domini compleretur. Sed tamen dilectissimi, Propheta iste quem commemorat
1.Co.10 B ui, etiam grossa & crassa corda limauit, & ad intelligenda de præteritis rebus gestis futura incunctanter extendit, vt non solum apostolica authoritate figuras nostras illas fuisse credamus, sed nec ab ipsis Prophetis hoc prætermissum est, vt ẽt eorum Mich.7.
cloquio panderetur. Videntes atque gaudentes, certi ac securi de thesauro dei, & noua & vetera concorditer sibimet cohærentia proferamus. Cum enim tanto post egressum populi illius ex Aegypto, & tãto aũ ista Ecclesiæ tpa hæc q̃ cõmemorauit ce
cinerit, tamen se futura prædicere sine vl-

la dubitatione testatur. Secundum dies, in quit, perfectionis eorum ex Aegypto, ostendam mirabilia illis. Videbũt nationes, & confundentur: hoc est quod hic dictum est, Mare vidit & fugit. Si enim hic per verba prteriti temporis, sicut est, vidit & fugit, occulta futura prædicantur, videbunt certe & confundentur, quando futuri tpis verba sunt, q̃s audeat de rebus prteritis cogitare? Et paulopost ipsos hostes nostros qui nos fugientes vt interimerent sequebantur. i. delicta nostra, sicut Aegyptios in
Exo.14 mari obrutos, ita in baptismo demersa & extincta luce clarius intimat, dicens, Quoniam voluntarius & misericors est, ipse cõ
Mich.7. uertit & miserebitur nostri, demerget delicta nostra, demerget in maris profundum omnes culpas nostras. Quid est charissimi? Qui vos cognoscitis Israelitas secun-
Gala.3. dum semen Abrahæ, qui estis domus Iacob secundum promissionem hæredes, cognoscite etiam vos exiisse ab Aegypto, qui huic seculo renunciastis, exisse de populo barbaro, qui confessione pietatis vos a blasphemijs gentium seiunxistis. Non est.n. lingua vestra, sed barbara, quæ deum laudare non nouit, cui vos cantatis Halleluia. Facta est enim Iudæa sanctificatio eius in vobis. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto circũcisio est in carne, sed qui in occulto Iudæus est, & circuncisione cordis. Interrogate ergo cor da vestra si ea circuncidit fides, si purgauit confessio, in vobis facta est Iudæa sanctificatio eius, in vobis Israel potestas eius.
Exod.1. Dedit enim vobis potestatem filios dei fieri. Iam vero recordetur vnusquisque vestrum cum deo velit applicari cor, eiusq. suaui iugo, recedens a pristinis ignorantiæ suæ desiderijs deuotum animum subdere, carnalibusque huius mundi factis relictis atque abiectis, in quibus sine fructu
Exod.1. laborabit tanquam in Aegypto cũ lateres sub dura dominatione diaboli faceret, audita voce domini dicentis, Venite ad me
Esa.11. D omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam, desertis atque abiectis sublcuem Christi sarcinam currere: recordetur ergo vnusquisque vestrum quemadmodũ omnia secularia impedimenta cesserunt, dissidentium & dissuadentium voces aut erumpere non ausæ sunt, aut consyderato Christi nomine per oẽs terras exaltato & honorato, tremefactæ siluerunt. Ergo mare vidit & fugit, vt ibi sine contradictione ad libertatẽ spiritalẽ panderetur via. Iordanis aũt quemadmodum retrorsum conuersus sit, nolo extra vos quæratis, nolo aliquid mali suspicemini. Increpat.n.dominus quosdam qui dorsum ad eum posuerunt & non faciem. Et quisquis principiũ suum deserit, & a suo creatore auertitur, tã quam fluuius in mare, labitur in huius seculi amaricantem malitiã. Bonũ ergo est illi vt retrorsum cõuertatur, fiatq̃ illi deus ante faciem reuertenti, quẽ sibi a tergo posuerat, & fiat illi retro mare huius seculi qđ sibi ante faciẽ cum illuc labereꝛ, effecerat, & sic obliuiscatur ea q̃ retro sunt, vt in ea quæ ante sunt extendat: qđ iam conuerso vtile est. Nanq. anteq̃ conuertatur, si ea q̃ retro sunt obliuiscitur, deum obliuiscit, Phil.3.
quia ipsum retro fecerat ad quem dorsum posuerat: & si in ea q̃ ante sunt extenditur, in seculum extenditur, quia ipsum sibi ante faciem posuerat, quò auidius irruebat. E
Iordanis ergo illos significat, qui gratiam baptismi peceperunt: & sic Iordanis cõuertitur retrorsum, cum illi conuertuntur ad deũ, vt eũ iã retro non hẽant, sed reuelata facie gloriã dñi speculantes, in eandẽ imaginẽ transformetur à gloria in gloriã. Mõtes gestierunt velut arietes, fideles dispensatores verbi veritatis, sancti Apostoli, sancti Euangelij prædicatores. Et colles velut 2.Co.3.
agni ouium: hi sunt quibus dr, In Christo Iesu per Euangeliũ ego vos genui: hi sunt quibus dr, Non vt cõfundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo: 1.Co.4.
hi sunt de quibus dicitur, Afferte dño filios arietum. Attendite per oẽs terras, qui Psal.28.
nostis ista mirari & gaudere atque cantare dño deo nostro: attendite ista cõpleri per oẽs gẽtes, q̃ ante tã longa tpa figurate gesta atq. q̃dicta sunt: interrogate & dicite, Quid est tibi mare q̃ fugisti, & tu Iordanis qa conuersus es retrorsum: mõtes qa gestastis velut arietes, & colles sicut agni ouiũ? Quid est ò seculũ, q̃ tua impedimenta cesserunt? Quid est ò tot milia hominũ toto orbe fideliũ, huic mũdo renũciantiũ, q̃ ad vestrũ dñm conuertimini? Quid est F
q̃ gaudetis, quibus in fine dicetur, Euge bone seruc, q̃m in paucis fidelis fuisti, su- Mat.25.
pra multa te constituã? Quid est q̃ gaudetis, quibus in fine dicetur, Venite bñdicti patris mei, percipite regnũ qđ vobis paratum est ab origine mundi? Rñdebunt vobis

vobis hæc omnia, vosq. ipsi respondebitis vobis, A facie dñi commota est terra, a facie dñi dei Iacob.] Quid est, à facie dñi dei Iacob, nisi eius ꝓsentia, qui dixit, Ecce ego vobiscũ sum vsque in cõsummationẽ seculi? Cõmota est.n. terra: sed quia male pigra remanserat, commota est vt solidius firmaretur a facie dñi. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupes in fontes aquarũ.) Seipsum.n. & quandã suã duritiam liquefecit ad irrigandos fideles suos, vt fieret in eis fons aq salientis in vitam æternam, quia prius cũ ignoraretur, durus videbatur. Inde illi turbati sunt, & nõ expectauerunt, donec scripturis apertis influeret atq. inundaret in eos, qui dixerũt, Durus est hic sermo, quis põt eum audire? Ista petra, ista duritia conuersa est in stagna aquarũ, & ista rupes in fontes aquarũ, cum G resurgens exposuit eis, incipiens a Moyse per omnes Prophetas, quia sic oportebat Christum pati, & misit spiritũ sanctum, de quo dicebat, Si quis sitit veniat & bibat. Non nobis dãe non nobis, sed nomini tuo da gloriã.) Gratia quippe ista erumpentis aquæ de petra, petra autem erat Christus, non quasi ex operibus præcedentibus data est, sed miserante illo qui iustificat impiũ. Etenim Christus pro impijs mortuus est, ne vllam suam homines, sed nominis dei quærerent gloriam. Super misericordiam, inquit, & veritatem tuam.] Hæc duo misericordiã & veritatem aduertite, in sanctis scripturis q̃ sibi sæpe iungãtur. In sua qppe misericordia vocauit impios, & in veritate iudicat eos qui vocati venire noluerunt. Neq̃ dicant gentes, vbi est deus eorum? In nouissimo.n. apparebit misericordia eius & veritas, q̃ signum filij hominis apparebit in cœlo, & tunc plangẽt omnes tribus terræ, & nõ dicent, Vbi est deus eorum, cuius eis non adhuc credendus prædicatur, sed iam tremendus oñditur. Deus autem noster in cœlo.) Sursum nõ in cœlo vbi solem & lunam vident opera dei q̃ colunt, sed in cœlo sursum quod transgreditur omnia corpora cęlestia & terrestria. Nec sic est in cęlo deus noster, quasi subtracto cęlo ruinam sine sede formidet. In cęlis.n. & in terra, Omnia quæ voluit fecit.) Nec indiget operibus suis tãquam in eis collocetur vt maneat, sed in sua æternitate persistit, in qua manens omnia quæcũque voluit fecit in cęlis & in terra. Neque enim iam eum portabant vt ab eo fieri posset, qñ nisi fierent eum portare non possent, qñ nisi fierent eum portare non possent. Ergo in quibus est ipse tanquam indigentia continet, non ab eis tanquam indigens continetur. Siue sic intelligat, in cęlis & in terra, omnia quæcunq. voluit fecit, vel in superioribus, vel in inferioribus populi sui voluntariã gratiã suam constituit, ne qs de operum meritis glorietur: Quia siue montes gestiant velut arietes, siue colles velut agni ouium, a facie dñi commota est terra, ne in terrenis sordibus perpetuo remanerent.

Mat.28.
Exo.17.
Ioan. 4.
Ioan. 6.
Luc.24.
Ioan. 4.
1.Co.10
Rom.4. &. 5.
Mat.24.

Concio secunda, de secunda parte Psalmi.

QVanquam fortasse omnium Psalmorum sit vna contextio diligenter intuentibus, ita vt nullus sequatur, qui non superiori possit adiungi, tamen istum ita consyderemus tanquam vterque vnus sit, iste.s.ac superior: nanque cum in illo dictum sit, Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam: Super misericordiã tuam & veritatem tuam, ne qñ dicant gentes vbi est deus eorum: quia inuisibilem deum colimus, qui nullorum corporeis oculis, cordibus autem paucorum mundis simis notus est, tanquam ideo possint dicere gentes, vbi est deus eorum, quia ipsi possunt ostendere oculis deos suos, primo admonuit operibus sentire pręsentiam dei nostri, quia cum sit in cęlo sursum, in cęlo & in terra omnia quęcunque voluit fecit: & quasi diceret, Ostendant gentes deos suos. Simulachra, inquit, gentium aurum & aurum, opera manuum hominum.) Id est, quanuis deum nostrum carnalibus oculis vestris non possimus ostendere, quem per opera intelligere debuistis, nolite tamen seduci vanitatibus vestris, quia vos ea quæ colitis digito potestis ostendere. Multo quippe honestius non haberetis, quod possetis ostendere, quàm vt in eo quod istis oculis a vobis ostenditur, vestri cordis cæcitas ostendatur. Quid.n. oñditis, nisi aurũ & argẽtũ? Hũt quidẽ & ærea & lignea, & fictilia simulachra, & huiuscemodi alterius alteriusq. materiæ, ſpũciosum eorũ maluit cõmemorare ſpũſanctus, q a cũ in eo q sq. qđ illi charius ẽ erubuerit, multo facilius auertit a veneratione viliorũ: nã dictũ est alio loco scripturarũ de simulachrorum cultoribus, dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti. Sed ne sibi sapientior videat qui hoc non ligno & lapidi dixerit, sed auro & argento, huc aspiciat, huc auré cordis intendat, Simulachra gentium argentum & aurum. Non abiectum aliquid & aspernabile nominatum est: & ei quidẽ animo qui terra nõ est terra & aurum & argẽtũ, sed speciosior atq. fulgentior, solidior atq. firmior. Noli ergo addere manus hominũ vt ex eo metallo qđ fecit verus deus, uelis facere falsum deũ imo falsum hominẽ, quẽ pro uero venereris deo, quem quisquis ꝓ uero hominem in amicitiam reciperet, infaniret. Ducit.n. & affectu quodam infirmo, rapit infirma corda mortalium forma ta similitudo, & membrorum imitata cõpago. Sed sicut fabricata singula ostendis, L figies & humana vanitas trahit. Os.n. habent & non loquentur, oculos habent & nõ videbunt. Aures habent & non audient, nares hũt & non odorabunt. Manus hũt & non contrectabunt, pedes habent & nõ ambulabunt, non clamabunt in faucibus suis.) Iam ergo artifex melior est eis, qui ea potuit membrorum motu atq. officio fabricare, quem tamen artificem te vtique puderet adorare. Melior & tu quanuis ea non feceris, quoniam quæ illa non pũt facere. Melior est etiam bestia: ad hoc.n. additum est, non clamabunt in faucibus suis: nanque cum superius dixisset, Os habent & non loquentur: quid opus erat postquam a capite vsq. ad pedes mẽbra decursa sunt, de faucium clamore repetere, nisi credo quia illa quæ de cæteris membris commemorabat, cõia esse hominibus beluisq. sentiuus? Nam & vident & audiunt, & olfaciunt, & ambulant, & quædã sicut simiæ manibus contrectant. Illud autẽ quod de ore dixerat, propriũ est hominis, quoniã bestiæ non loquuntur. Ne quis autem ad sola humanorum membrorum opera referret, quæ dicta sunt, & dijs gẽtium solos homines ante poneret, post omnia subdidit, dicens, Non clamabũt in faucibus suis, quod rursum hominibus pecoribusq. cõe est. Quod si primo dixisset, cum ab ore cætera membra percurrere, Os habent & non clamabunt, cuncta ẽt sic ad naturam hominis referentur, nec facile ibi quicquam de communione ferarum sensus audiẽtis adverteret. Cum vero illud de ore dixit, qđ

Psa.134

Supra.

Psal.41.

hominis proprium est, & post enumerationem partium corporis quam commemoratis pedibus terminasse videbatur, adiunxit, Non clamabunt in faucibus suis lectorem vel auditorem fecit intẽtum, vt dum quærit cur additum sit, admoneri se inueniat simulachris gentium, non tantũ homines, sed etiã beluas se debere præponere, vt si pudeat adorare bestiam quam fecit deus videntem, audientem, odorantẽ, contrectantem, ambulantem, clamantem in faucibus suis, viderent q̃ pudendum esset adorare mutum, & carens vita sensuq. simulachrum: cui ad hoc inesset similitudo membrorum, vt anima carnalibus, sensibus dedita, quasi uiuenti atque animatæ formæ applicaret affectũ, cũ ea videret q̃ in suo corpore uiua atque animata sentiret. Quando ergo magis vel melius mures atque serpentes & id genus animantiũ A colerent, quę de simulachris gentiũ, si ita dicendum est, quodammodo iudicant, in quibus quia non sentiunt humanam vitã, non curant humanam figuram. Itaque in eis plerunque nidificant, & nisi humanis montibus deterreant, nulla sibi habitacula munitiora conquirunt. Mouet ergò se homo vt viuentem bestiam a suo deo deterreat, & illum non se mouentem quasi potentem colit, a quo meliorem deterruit. Deterruit.n. videntem a cæco, audientem a surdo, clamantem a muto, ambulantem ab immobili, sentientem ab insensato, uiuẽtem a mortuo, imo deteriore q̃ mortuo. Mortuum qnippe sicut manifestum est non uiuere, ita manifestum est aliquando vixisse. Quapropter deum qui nec uiuit nec vixit, profecto & mortuus antecedit. Quid manifestius fratres mei dilectissimi? Quid euidentius? Quis puer interrogatus non hoc certum esse respondeat, q̃ simulachra gentium os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt, & cæteras quæ diuinus sermo contexuit? Cur ergo tantopere spiritusſanctus curat scripturarum plurimis locis hæc insinuare atque inculcare ueluti inscientibus, quasi non hominibus apertissima sint atque notissima, nisi quia per speciem membrorum significatquam naturaliter in animantibus viuentem videre, atque in nobisipsi frotiae consueuimus? Quanquam B vt illi asserunt in signo aliquo fabrefacto atque eminẽti collocato suggestu, cũ adorari

Psal.134.

Psal.41.

rari atque honorari à multitudine cœperit, parit in vnoquoque sordidissimum erroris affectum, vt quoniam in illo figmento non inuenit vitalem motum, credat nomen occultum, effigiem tamen viuenti corpori similem, seductus forma & commotus authoritate quasi sapientium institutorũ obsequentium q. turbarum, sine viuo aliquo habitatore esse non putat. Hinc & mala dæmonia ad possidẽda gentium simulacra talis hominum affectus inuitat, quorum præsidentium varia fallacia mortiferi semmantur & multiplicantur errores. Alijs itaque locis etiam contra ista diuinæ literæ vigilãt, ne quisquam dicat cũ irrisa fuerint simulacra, nõ hoc visibile colo, sed numẽ quod illic inuisibiliter habitat. Ipsa ergo numina in alio Psalmo eadem scriptura sic dãnat,

Psal.95. Quoniam dij gentium, inquit, dæmonia,

1.Co.10 dominus autem cœlos fecit: dicit Apostolus, Non quod idolum sit aliquid, sed quoniam q̃ immolant gentes, dæmonijs immolant & non deo, & nolo vos socios fieri dæmoniorum. Videntur autem sibi purgatioris esse religionis qui dicũt, nec simulachrum nec dæmonium colo, sed per effi-

C giem corporalẽ eius rei signum intueor,

Li.4.de Ciu.dei cap. 10. quã colere debeo. Ita vero interpretantur simulachra, vt alio dicant significari terrã, vnde templum solent appellare Telluris, alio mare sicut Neptuni simulacro, alio aerem sicut Iunonis, alio ignem sicci Vulcani, alio luciferum sicut Veneris, alio solem, alio lunam, quorum simulacris eadẽ nomina sicut telluris imponũt: alio illud, alio illud sydus, vel illam vel illam creaturam, neque. n. cuncta enumerare sufficimus. De quibus rursus cum exagitari cœperint q̃ corpora colant, maximeq̃. terrã, & mare, & aerem, & ignem quorum nobis vsus in promptu est. Nam de cœlestibus, quoniam nostro ea corpore contrectare atque contingere, nisi oculorum radijs non valemus, non ita erubescunt: respondere audent, non se ipsa corpora colere, sed quæ illis regendis præsident numina. Itaque Apostoli vna sententia pœnã istorum damnationeq̃. testatur, Qui transmutauerunt, inquit, veritatem dei in men-

Rom.1. dacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus deus in secula. Nam priore parte hu-

D ius sententiæ simulacra damnauit, posteriori aũt interpretationes simulacrorum. Effigies. n. à fabro factas appellando nomi-

E nibus earum rerum quas fabricauit deus, transmutant veritatem dei in mendaciũ: res autem ipsas pro dijs habendo & venerando, seruiunt creaturæ potius quã creatori qui est benedictus in secula. Quis autem adorat vel orat intuens simulacrum qui non sic afficitur vt ab eo se exaudiri putet, ac ab eo sibi præstari quod desyderat sperẽt? Itaque homines talibus superstitionibus obligati plerunque ad ipsum sotlem dorsum ponentes preces fundunt statuæ quam solem vocant, & cum sonitu maris à tergo feriantur, Neptuni statuã quã pro ipso mari colunt, quasi sentientem gemitibus feriunt. Hoc. n. facit & quodammodo extorquet illa figura membrorum, vt animus viuens in sensibus corporis magis arbitretur sentire corpus quod suo corpori simillimum videt, quam rotundum solem vndasq̃, diffusas, & quicquid non eisdem lineamentis formatum conspicit, quibus illa formata sunt, quæ viuentia videre consueuit. Contra hunc affectum quo humana & carnalis infirmitas facile capi pomas quibus commemoret, & tanquam excitet mentes hominum in cõsuetudine coporum dormientes. Simulacra, inquit, gentium argentum & aurum: sed deus fecit argẽtum & aurum: Opera, inquit, manuum hominum. Hoc enim venerantur quod ipsi ex auro argentoq̃. fecerunt. Sed. n. & nos pleraq. instrumenta & vasa ex huiusmodi materia vel metallo habemus in vsum celebrandorũ sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur, in eius honore, cui pro salute nostra inde seruitur. Et sunt profecto etiam ista instrumẽta vel vasa, quid aliud quàm opera manuum hominum? Verumtamen nunquid os habẽt & nõ loquentur? Nunq̃d oculos habẽt & non videbũt? Nunq̃d eis supplicamus, quia per ea supplicamus deo? Illa causa ẽ maxima impietatis insanæ, q̃ plus valet in affectibus miserorũ similis viuẽti forma q̃ sibi efficit supplicari, q̃ q̃ eã manifestũ est non esse viuentẽ vt debeat a viuẽte cõtemni. Plus. n. valent simulacra ad curandã infœlicem animam quòd os habent, oculos habẽt, aures habent, nares habent, manus habẽt, pedes habẽt, q̃ ad corrigendam q̃ non loquentur, non videbunt, non

non audient, non odorabunt, non contrectabunt, non ambulabunt. Itaq. sequitur, vt illud quoq. fiat quod etiam in hoc psal-

F mo sequitur: vt scilicet, Similes illis fiant Ps.134 oẽs qui faciunt ea, & oẽs qui confidunt in eis.) Videant ergo illi apertis & sentientibus oculis, & adorent clausis & mortuis mentibus, nec videntia, nec viuentia simulachra. Domus autẽ Israel sperauit in do-

Psal.9. mino.) Spes enim quæ videtur nõ est spes. Quod enim videt quis quid sperat? Si aũt quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Sed vt perduret vsq. in finem ipsa patientia. Adiutor eorum & protector eorũ est.] An fortasse spiritales à quibus carnales instruuntur in spiritu mansuetudinis, quia ipsi tanquã superiores pro inferioribus supplicant, iam vident, & illis iam res est quæ adhuc inferioribus spes est? Non est ita. Nam & domus Aarõ speranit in dño.) Ergo vt etiam ipsi perseueranter extendantur in ea quæ sunt, & perseueranter currant donec apprehendant in quo apprehensi sunt, & cognoscant sicut & cogniti sunt. Adiutor & protector eorum est. Vtrique. n. timent dominum & sperauerunt in dominum, adiutor eorum

G & protector eorum est.) Neq. n. nos meritis nostris præueniamus misericordiã dei. Sed, Dominus memor fuit nostri, & benedixit nos. Benedixit domum Israel, benedixit domum Aaron.] Vtrosque autem benedicens, Benedixit omnes timentes dominum.) Quæris quos vtrosque? Respondetur, Pusillos cum magnis.) Hoc est domum Israel cum domo Aaron, eos vtique qui ex ipsa gente crediderunt in saluatorẽ Iesum, quia non in omnibus illis bene placuit deo: sed si quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Neque enim

Col.3. omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed sicut scriptum est, Reliquiæ saluæ factæ sunt. Ex persona enim eorum qui inde crediderunt, dicitur, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomora similes fuissemus. Sed ideo semen, quia sparsum per terras multiplicatum est: dixerunt enim magni de domo Aaron, Adijciat dominus super vos, super vos & super filios vestros.) Et ita factũ est. Accesserunt. n. etiam de lapidibus suscitati filij Abraham. Accesserunt oues quæ non erãt de hoc ouili, vt fieret vnus grex Ioan.10 & vnus pastor. Accesit fides omnium gẽtium, & creuit numerus non solũ sapientium antistitum, sed etiam obedientium po- H pulorum adijciente domino non solũ super patres, qui ad illũ in Christo cæteros imitatores præierunt, sed etiam super filios eorum, qui patrum pia vestigia sequerentur: nam sic ait ille ijs quos per Euangelium in Christo genuerat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: adiecit itaque dño, 1.Co.4. Non solum super montes gestientes sicut arietes, sed etiam super colles gestientes sicut agni ouium. Proinde his vtrisque magnis & pusillis, montibus & collibus, arietibus & agnis, dicet Propheta quod sequitur, Benedicti vos a domino qui fecit cœlum & terram.) Tanquam diceret, Benedicti vos a domino qui vos fecit cœlum in magnis, terram in pusillis: sed cœlum non istud visibile plenum luminaribus ad hos oculos pertinentibus. Cœlum enim, cœli domino.) Quo erexit & sublimauit quorũdam sanctorũ mentes intãtum, vt nulli hominum sed ipsi deo suo docibiles fierent: in cuius cœli docibilis comparatione, quicquid carneis oculis cernitur terra dicenda est, qua dedit filijs hominum, vt eius consyderatione siue ab ea parte quę su- I perilluſtrat, sicut est hoc quod dicitur cœlum, siue ab ea quæ subter illustratur, cui proprie terra nomen domini totum sicut commemorauimus in illius cõparatione qđ cœlũ cœli dñ, terra sit. Terrã ergo istã totã dedit filijs hominum, vt eius consideratione quantum possunt cõijciant creatorem, quem infirmis adhuc cordibus sine isto coniecturæ adminiculo videre non possunt. Est & alius intellectus a quo dissimulare non debeo verborũ istorum, quibus dictum est, Cœlum cœli domino. Terram autẽ dedit filijs hominum.) Vt ab eo qđ diximus & intelleximus non recedat intentio. Dixeramus. n. magnos & pusillos significari etiam eo quod adiectum est, Benedicti vos a domino qui fecit cœlũ & terrã. Si ergo magnos cœli, pusillos aũt terræ nomine accipimus, qm̃ pusilli crescendo futuri sunt cœlũ, & in ipsa spe lacte nutriuntur: sic sunt illi magni cœlũ terræ cũ paruulos nutriunt, vt etiam cœlũ cœli se esse intelligant, dum cogitant in qua spe paruuli nutriantur: sed tñ quia iam illi nõ

ab ho-

ab homine,neque per hominem,sed per ipsum deum carpunt synceritatẽ, vbertatẽq. sapientię, acceperunt paruulos futuros qdẽ cœlũ,vt cœlũ cœli se esse sciant, adhuc tũ terram cui dicatur, Ego plantaui,Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit. Ipsis.n.filijs hominum quos fecit cœlũ, terram dedit in qua operentur,qui nouit terræ prouidere per cœlum. Maneant igitur cœlum & terra in deo suo qui fecit ea, & viuant ex eo, confitentes ei & laudantes eũ: nam si ex se velint viuere morietur,sicut scriptũ est, A mortuo quasi qui nõ sit, perit confessio:sed, Non mortui laudabũt te dñe,neque omnes qui descendunt in infernum.] Clamat.n.alio loco tua scriptura. Peccator dum venerit in profundum malorum, contemnet. Sed nos qui viuimus benedicimus domino,ex hoc nunc & vsque in seculum.

K 1.Co.3.

Ecclesiastici.17.

Pro.18.

In Psalmum centesimumdecimũquartum Enarratio.

L

DIlexi, qm̃ exaudiet dominus vocẽ deprecationis meę.)Cantet hoc anima q̃ errauerat,cãtet hoc filius ille qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est, cantet hoc anima nostra fratres & filij charissimi. Eruditamur & permaneamus, & cum sanctis ista cantemus, Dilexi qm̃ exaudiet dñs vocem deprecationis meę.Nũquid ipsa diligendi causa est,quoniam dñs exaudiet vocem deprecationis meę? An non potius aut ideo diligimus quia exaudiuit,aut iõ diligimus vt exaudiat? Quid est ergo dilexi,qm̃ exaudiet? An quia dilectionem spes solet accendere,dilexisse se dicit, qm̃ sperauit se exauditurum deum vocem deprecationis suę? Vnde autem hoc sperauit? Quoniam inclinauit,inquit,aurem suam mihi, & in diebus mei inuocaui.]Ergo ideo dilexi,quoniam exaudiet:iõ exaudiet,qm̃ inclinauit aurem suam mihi. Sed vnde scis ò anima humana quòd inclinauit deus suam aurem tibi, nisi dicas credidi? Manẽt ergo tria hęc, fides,spes & charitas. Quia credidisti,speraſti:qa speraſti, iam dilexisti. Iam si quæram vnde crediderit anima inclinasse sibi aurem deũ suũ, nonne respondebit, quia prior dilexit nos & filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Quomodo.n. inuocabunt in quem non crediderunt, ait doctor gentium? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo enim audient sine prędicante? aut quomodo prędicabunt nisi mittantur? Cum ergo hæc omnia gesta erga me cernerem, quomodo nõ crederem, qp inclinauit aurem suam mihi? Et sic commendauit in nobis dilectionem suam, vt Christus pro impijs moreretur. Cum igitur hæc mihi annunciarent specioſi pedes eorum qui annunciauerunt pacem, qui annunciauerunt bona, quia omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit, credidi aurem eius inclinatam mihi, & in diebus meis inuocaui. Et q̃ sunt dies tui,quoniam dixisti,in diebus meis inuocaui? An forte illi dies quibus venit plenitudo temporis, & misit deus filium suum q̃ iam dixerat, Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te? Audisti ex ore prædicatoris venientis ad te pedibus speciosis,Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis,& credidisti, & in diebus tuis inuocasti & dixisti, O domine erue animam meam.Sunt quidem isti,sed & dies meos magis, inquit, possum dicere dies miseriæ meæ, dies mortalitatis meæ, dies secundum Adam plenos laboris & sudoris, dies secundum vetustatem putredinis. Ego enim iacens infixus in limo profundi,& in alio psalmo exclamaui,Ecce veteres posuisti dies meos,in his diebus meis inuocaui, Distãt quippe dies mei a diebus domini mei.Dies meos dico,quos ipse mihi feci priuata audacia, qua deserui eum. Et quoniam vbique ipse regnat,& est omnipotens atque omnitenens, merui carcerem,id est,ignorantiæ tenebras, & compedes mortalitatis accepi. In his diebus meis inuocaui, qm̃a & ego alibi clamo, Educ de carcere animam meam. Et quoniam in die salutis quam mihi prælitit adiuuit me, intrat in conspectu eius gemitus compeditorũ.In his enim diebus meis. Circundederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me.]Quæ nisi ab errantem abs te non inuenirent me,Nunc autem illa me inuenerunt: ego vero ea nõ inueniebam, qui gaudebam prosperis secuti, in quibus plus fallunt pericula inferni. Sed posteaquam & ego Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui.] Latebat enim me tribulatio & dolor vtilis, tribulatio de qua dat auxilium, cui dictum est,Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis. Ego.n.de vana salute hominis gaudendum & exultandũ arbitrabar, sed cũ audissem a dño meo, Beati lugentes,qm̃ ipsi consolabuntur, nõ expectaui vt prius amitterẽ bona temporalia quibus male vtebar,& tunc lugerem: sed attendi in eadem temporalia bona ipsam miseriam meam, qua talibus oblectabar,ſq & amittere formidarem & tenere non possem, attẽdi in eam vehementer & fortiter,& me non solum excruciari aduersitatibus huius seculi, sed ẽt obligari properitatibus vidi, atque ita tribulationem & dolorem qui me latebat inueni,& nomẽ domini inuocaui: O domine erue animã meam.) Miser enim ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius, nisi gra dei per Iesum Chm̃ dominum nostrum? Dicat igitur sanctus populus dei. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui, & audient reliquiæ gentiũ quæ nondum inuocant nomen domini, Audiant & quęrant vt inueniant tribulationem & dolorem, & inuocent nomen domini,& salui fiant. Nõ hoc eis dicimus vt quærant miseriam quã non habent, sed vt inueniant eam quam nescientes habẽt: neque hoc eis optamus, vt terrena necessaria desint eis, quibus indigent dum mortaliter viuunt, sed vt hoc plangant quod amissa sacietate cœlesti, terrenis nondum ad fruendum stabilibus bonis,sed ad sustẽtandum necessarij indigere meruerunt. Agnoscant & lugeant istã miseriam,faciat Cos beatos lugentes misericordia, quæ eos esse semper miseros noluit. Misericors dñs & iustus & deus noster miseretur.]Misericors & iustus, & miseretur. Misericors primum, quia inclinauit aurem suã mihi, & nesciebam propinquasse aurem dei mei ori meo, nisi per illos speciosos pedes exiret vt inuocarem. Quis.n.eum inuocauit,nisi quem ipse prior vocauit? Hinc ergo primum misericors. Iustus autem quia flagellat,& iterum miseretur,quia recipit. Flagellat aũt omnem filium quem recipit. Nec tam mihi amarum debet esse quod flagellat, q̃ dulce quod recipit. Qũo.n.nos flagellat? Custodiẽs paruulos dñs.) Quos grandes quærit hæredes. Quis.n.est filius cui non det disciplinam pater eius? Humiliatus sum & saluum me fecit.) Saluũ me fecit,quia humiliatus sum. Nõ.n.pœnalis, sed salutaris dolor est, quem secando medicus fecit. Conuertere,inquit,anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi.) Non meritis aut viribus tuis,sed qm̃ dominus benefecit tibi. Quoniam exemit, inquit,animam meam a morte.) Mira res est charissimi q̃ cum dixisset in requiem conuertendam animam suam, quoniam benefecit ei dominus: subiecit,Quoniam exemit animam meam de morte. Ideo ne in requiem conuerteretur, quia exempta est à morte? Nonne magis in morte reqes dici solet? Quæ tandem eius actio est,cuius vita requies, & mors inquietudo est? Talis ergo actio debet esse animæ quæ tendit ad quietem securitatemq̃, non quæ augeat inquietum laborem, Quoniam exemit animam meam de morte,qui misertus eius dixit, Venite ad me oẽs qui laboratis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris, iugum.n.meum suaue est, & sarcina mea leuis est. Mitis itaque & humilis corde, tanquam viam Christum sequens,debet esse animæ actio tendentis ad requiem,non tamen pigra & desidiosa, vt cursum consummet,sicut scriptum est, In mansuetudine opera tua perfice. Etenim ne mansuetudo ad segniciem duceretur: adiunctũ est,opera tua perfice. Neq. .n.sicut in ista vita somni requies nos reparat ad actionem, sed actio bona perducit ad sp vigilantem quietem. Ille aũt hæc cuncta pstat, cuncta exhibet deus, de quo hic dr, Qm̃ dñs benefecit mihi, quoniam exemit animam meam a morte. Oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.) Hæc.n.in spe completa erga se cantat,quisquis huius carnis vinculum intelligit. Vere quippe dictum est, Humiliatus sum, & saluum me fecit. Sed & quia illud Apostolus verum dicit,Quoniam ipse salui facti sumus:& de morte quidem quod exempti sumus,recte dicitur iam esse completum,vt mortem intelligamus non credentium: de qualibus ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: & illud in superiori psalmo,Nõ mortui laudabunt te domine, neque omnes q̃ descendunt in infernum, sed nos qui viuimus benedicimus dominum. Ex hac ergo morte potest recte intelligere homo fidelis, iam exemptam esse animam suam, eoipso qp ex infideli fidelis effecta est. Vnde ipse saluator, Qui credit in me,inquit,

D Psal.75.

E Psa.114. Rom.8. Matt.8. Psa.113. Iaan.5.

transitum facit à morte ad vitam. Cætera uero spe cõpleta sunt in eis q nõdũ ex hac vita emigrauerunt. Nunc.n.cũ lapsus nostros periculosissimos cogitamus,non cessant à lachrymis oculi. Tunc aũt eximer oculos nros a lachrymis,qñ & pedes à lapsu: quia tunc nullus erit lapsus ambulãtiũ pedum,qũ infirmę carnis nullã erit lubricum. Nunc vero quanuis firma sit nostra vita q̃ Christus est,tñ qa carnẽ nobis quã
F iubemur edomare substernimus, in ipso
Phili.3. prorsus opere,quo eã subditã castigamus, non in eã cadere magnũ est: Nõ aũt in ea labi quis põt? Qua ꝓꝓqa & in carne sumus,& in carne nõ sumus: In carne.n.sumus eo vinculo,qđ nondũ solutũ est,qđ dissolui & esse cum Christo multo magis
Phili.2. optimũ:non aũt sumus in carne ex eo qđ spũs primitias dedimus deo,si tñ possumus dicere,quia cõuersatio nr̃a in cœlis est,tanquam capite placeamus deo, pedibus autẽ tanquam extremis animæ partibus adhuc lubricũ sentiamus:audi quẽadmodũ ad spẽ pertineat,qđ ita canit velut iã sit effectũ, Exemit,inquit, oculos meos à lachrymis, pedes meos a lapsu, & tñ nõ ait, Placeo: sed, Placebo in conspectu dñi, in regione uiuorum.]Satis oũdẽs ab ea parte nõdum se placere in cõspectu dñi, q̃ est in regione mortuorum.i.in carne mortali. Qui.n.in carne sunt,deo placere nõ põt:vnde qđ se-
Rom.5. quitur & dicit idem Apostolus, Vos autẽ non estis in carne: sed m id dicit ꝙ corpus quidẽ mortuũ est propter peccatum, spiritus aũt vita est ꝓp iustitiam: sed m quem
G placebant dño, quia sed m ipsum in carne non erãt. Quis aũt placeat deo viuo in corpore mortuo? Sed qd ait? Si aũt spũs eius qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis habitat in uobis,q suscitauit Iesum Christũ à mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra pp spm̃ qui habitat in uobis. Tũc erimus in regione uiuorum, ex omni parte placentes in conspectu dñi,ex nulla ab eo
2.Co.5. parte peregrini. Quãdiu.n.sumus i corpore,peregrinamur a dño: & inquantum inde peregrinamur a dño, intm̃ non sumus in regione uiuorũ. Confidimus autem & bene arbitramur magis peregrinari a corpore,& immanere ad dñm: & ideo ambimus,siue immanentes,siue peregrinantes,
Rom.8. placentes illi esse. Ambimus quidem nũc, quia expectamus adhuc redemptionẽ corporis nostri: Sed cũ absorpta fuerit mors i
1.Co.15 victoria, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem,tunc nullus erit flet us, qa nullus lapsus: & nullus lapsus, quia nulla corruptio. Et ideo non ambiemus placere, sed omnino placebimus in conspectu domini in regione uiuorum.

H

In Psalmum centesimumdecimum quintum Enarratio.

NOtissimum arbitror esse sanctitati vestræ quod ait Apostolus, Non.n. 2.Th.3
est omnium fides: & ꝙ maior esse soleat infidelium multitudo non ignoratis, ꝓpter quod dicitur,Dñe quis credidit auditui nostro? inter quos ẽt illi numerant: Ro.10. Phili.2.
de quibus dicit idem Apostolus, Omnes &.1.
sua quærunt,non q̃ Iesu Christi.quos alio loco dicit non ex occasione prædicare uerbum dei, non caste.i.non ex animo purę & synceræ charitatis. Aliud enim sentiebant quod in eorum moribus apparebat, & aliud prædicabãt,vt sancto nomine placerent hominibus: nam de his iterum dicit,Neq. enim isti deo seruiunt,sed suo vẽ Ro.16.
tri:quos tũ Christum annunciare permittit. Quanuis enim ea potius crederent q̃ ipsi faciebant vt morerentur,ea tamẽ prædicabant quæ si alij credentes facerent saluarentur. Non enim aliud annunciabant Gala.1.
præter regulam fidei: eos quippe excludit Apostolus,dicens, Si quis vobis annuncia Phili.1.
uerit præter id quod accepistis, anathema sit, illi non Christum annunciant qui annunciant falsitatem,quia Christus veritas est. De istis autem dicit ꝙ Christum annũ Ioã.14.
cient, sed non caste.i.non animo simplici & puro,ex fide syncera, quæ per dilectionem operatur. Terrenis quippe cupiditati Gala.5.
bus consulentes,regnum cœlorum annunciabant, habentes in pectore falsitatem,in Mat.10
lingua veritatem:scientes itaque Apostolus etiam per ludam euangelizantem credentes esse liberatos, istos quoque ita permittit:Siue,inq t,occasione, siue veritate Chri Phili.2.
stus annuncietur. Veritatem quippe annũ ciabant, etiam si non veritate.i.non uero animo. Isti loquuntur quod non credunt, & ideo reprobati sunt, quanuis sint vtiles eis quos instruit dñs,dicens, Quæ dicunt, Mat.23
facite: q̃ aũt faciunt,facere nolite:dicunt.n. & non faciunt. Vñ,nisi qa vtilia nõ credit esse

esse q̃ dicũt? Sunt autem alij qui credunt, & non loquuntur quod credunt vel pigritia vel timore. Nam & ille seruus quanuis
Mat.25 talentum habuerit:tamen quia erogare no
Luc.12. luit,audit a dño iudice, Serue nequam & piger:& alio Euangelij loco dictum est, ꝙ multi ex principibus Iudæorum crediditsent in eum, sed non eum confitebantur, ne expellerẽtur de synagogis,sed & ẽt ipsi reprehensi atq. reprobati sunt: sequitur.n.
K Euangelista dicens,Amauerunt enim gloriam hominum magis q̃ dei. Si ergo & illi qui verum quod loquuntur, non credunt: & illi qui verum quod credunt, non loquuntur,merito reprobantur:quis erit ser
Mat.25. uus uere dicendus fidelis, nisi ille cui dicitur,Euge serue bone, quoniam in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui? Talis itaque seruus nec antequam credat loquitur, nec cum crediderit,tacet: vel sic erogat vt ipse
Mat.13 dõ non habeat:sicut enim dictum est, Qui habet,dabitur ei:sic, qui aũt non habet, & quod habet auferetur ab eo. Dicat ergo iste bonus seruus cantans. Halleluia.] Id est, sacrificans domino sacrificium laudis ei a quo auditurus est, Intra in gaudium domini tui exultet & dicat,

1.Co.4.

Expositio Psalmi.

CRredidi propter quod locutus sum.) Hoc est,perfectè credidi: non enim perfectè credunt,q quod credunt lo
Mat.10 qui nolint. Ad ipsam enim fidem pertinet
Mat.25 et illud credere quod dictum est, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram angelis dei. Ex hoc enim est appellatus fidelis ille seruus,non tantũ quia accepit,sed quia impendit atque lucratus est. Ita & hoc loco non ait,Credidi & locutus sum,sed propter hoc dicit se locutum esse quia credidit. Simul enim credidit, & quod præmium loquendo speraret, & quam pœnam tacendo timere deberet, Credidi, inquit, propter qđ locutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis.) Passus enim est multas tribulationes pp verbũ
Psal.32. quod fideliter tenebat, fideliter impendebat,& humiliatus est nimis. Quod illi timuerunt, quia mauerunt gloriam hominum magis q̃ dei. Sed quid est, ego autem? Diceret potius, Credidi propter quod & locutus sum,et humiliatus sum nimis. Cur addidit,ego autem, nisi quia homo humiliari potest ab eis qui veritati contradicũt, 2.Ti.2.
non ipsa veritas quam credidit & loquit? Vnde & Apostolus cum de catena sua diceret,Sed sermo,inquit, dei non est alligatum. Sic & iste, quia ipse est vna persona sanctorum testiũ, hoc est, martyrum dei: Credidi,inquit, propter qđ locutus sum, Ego autem non illud quod credidi,nõ sermo quem protuli, sed ego humiliatus sum Rom.3. Ecstasis.
nimis,Ego autem dixi in ecstasi mea, omnis homo mendax. Ecstasin pauorem dicit,quem comminantibus persecutoribus, & impendentibus passionis cruciatus aut mortis,humana infirmitas patitur. Hoc.n. intelligimus,quia in isto psalmo uox martyrum apparet. Nam & alio modo dicitur ecstasis,cum mens non pauore alienatur, sed aliqua inspiratione reuelationis assumitur. Ego autem dixi in ecstasi mea, omnis homo mendax. Conterritus enim respexit infirmitatem suam, & vidit, non de se sibi esse præsumẽdum. Quantum.n ad ipsum hominem pertinet mendax est, gratia dei uerax effectu, ne pressuris inimicorum credens non loqueretur quod crediderat, sed negaret: sicut Petro accidit, quoniam
Mat.28. de se præsumpserat, & docendus erat de homine non esse pręsumendum. Et si de homine non debet quisque præsumere, vtique nec de seipso,quia homo est. Bene ergo iste vidit in pauore suo omnem hominem esse mendacem:quia & illi qui illo pauore uanescunt, ne persequentibus cedendo mentiantur, muneribus dei tales sunt,non viribus suis: proinde verissimè dictum est,Omnis homo mẽdax, sed deus verax qui ait,Ego dixi,dij estis, & filij altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus Psal.81
A cadetis. Cõsolatur humiles,& implet eos, non solum fide credendæ, sed etiam fiducia prædicandæ veritatis, si perseuerantes subdantur deo, nec imitentur unum ex principibus diabolum, qui in veritate non stetit & cecidit. Si enim omnis homo mendax,intm̃ non erunt mendaces,inquã tũ non erũt homines, quoniam dij erũt, & filij altissimi omnes. Hoc itaque consy- Ioan. 8
derans deuotissimus populus fidelium testium, quomodo infirmitatem humanã dei misericordia non relinquat, in cuius

infirmitatis pauore dictum est, Omnis homo mendax: quomō consoletur & humiles, & impleat spiritu fiduciæ trepidantes, vt pene mortuo corde reuiuiscant, nec insemetipsis fidentes sint, sed in eo q̄ suscitat mortuos, & linguas infantium facit disertas, q̄ ait, Cū aūt tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabit enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Hæc ergo omnia consyderans ille qui dixerat, Ego dixi in pauore meo, omis homo mendax, & videns gratia dñi se factum uerace m, Quid retribuam, inquit, dño pro omnibus quæ retribuit mihi?) Non ait, p̄ omnibus quæ tribuit mihi: sed, pro omnibus quæ retribuit mihi. Quæ igitur præcesserant hominis, vt omnium donorum dei non atributio, sed retributio uocari possit? Quæ præcesserāt hominis nisi peccata? Retribuit ergo deus bona p̄ malis, cui homines retribuunt mala pro bonis. Hæc enim retribuerunt qui dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum. Sed quærit iste quid retribuat dño & non inuenit, nisi ex eis quæ ipse dñs retribuit. Calicē, inquit, salutaris accipiam, & nomen domini inuocaūo.] O homo peccato tuo mendax, dono dei uerax: & ideo iam non homo, quis tibi dedit calicem salutaris, quem accipiens & invocans nomen dñi retribues ei pro omnibus quę retribuit tibi? Quis nisi ille qui ait, Potestis bibere calicem quē ergo bibituruus sum? Quis tibi dedit imitari pasiones suas, nisi q̄ p̄pter te passus est prior? Iō q̄., Preciosa in cōspectu dñi mors sctōrū eius.) Emit. n. eā sangui ne suo quē prior fudit p̄ salute seruorum, ne pro dñi nomine serui fundere dubitarent, quod tamen eorum non domini vtilitate proficeret. Confiteatur itaque conditionē suam mancipium tanto precio comparatum: & dicat, O domine ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuuæ.] Ergo & emptus est, & uernaculus est. An cum matre simul est emptus? An quia vernaculus est propter peccata fugæ suæ deprædatus, & ideo empus, quia redemptus est? Filius enim est ancillæ secundum quod omnis creatura subdita creatori est, & verisimo domino verisimum debet famulatum: Quem cum exhibet libera est, hanc accipiens a domino gratiam, vt ei non necessitate, sed voluntate deseruiat. Ergo iste filius est Hierusalem cœlestis, quæ sursum est, mater omnium nostrum libera. Et libera quidem a peccato, sed ancilla iustitiæ: cuius filijs adhuc peregrinantibus dī, Vos in libertatem vocati estis. Sed rursus eos seruos facit, dicens, Sed in charitate seruite inuicem: quibus item dī, Cum serui eratis peccato, liberi eratis a iustitia: nunc verò liberati a peccato, facti autē serui dēo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero vitam æternam. Dicat ergo deo seruus iste, Multi se martyres dicunt, multi seruos tuos, quia nomen tuū habent, in varijs hæresibus & erroribus: sed quia præter ecclesiam tuam sunt, non sunt filij ancillæ tuæ, ego autē seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis.) Neque enim inueni vlla merita mea quæ do tu dirupisti vincula mea, ideo sacrificiū laudis tibi debeo, quia etsi gloriabor q̄ seruus tuus sim, & filius ancillæ tuæ, non in me, sed in te domino meo gloriabor, qui dirupisti vincula mea, vt à fuga redieus religarer tibi. Vota mea domino reddam.) Quæ vota redditurus es? Quas vouisti vestimas? Quæ incensa? Quæ holocausta? An ad illud respicis quod pauloante dixisti, Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo sacrificium laudis? Et redera quisquis bene cogitat quid uouerit domino, & quæ uota reddat, seipsum uouerat, seipsum reddat: hoc exigitur, hoc debetur; inspecto nummo, dominus dicit, Reddite Cæsari q̄ Cæsaris sunt, & deo q̄ dei sunt. Imago sua reddatur Cęsari, imago sua reddatur deo. Sed qui meminit non solum seruum se esse dei, sed & filiū ancillæ dei, videt vbi reddat uota sua, cōformatus Christo per calicem salutaris. In atrijs, inquit, domus dñi.] Quæ domus dei est, hæc ancilla dei est. Et q̄ domus dei, nisi omnis populus eius? Ideo sequitur, In cōspectu omnis populi eius.] Et apertius iam nominat ipsam matrē. Quid est enim aliud populus eius, nisi quod sequit, In medio tui Hierusalem.) Tunc est enim quod redditur gratū, si de pace atque in pace reddatur. Qui autem filij huius ancillæ non sunt, bellū potius q̄ pacē amauerūt. Ne quis autem existimet atria domus dñi, & omnem populum eius Iudęos significari, quia ita clausit iste psalmus, vt diceret, In medio tui Hierusalē, cuius nomine carnales Israelitæ glorientur, audite sequentem psalmum, qui quatuor versiculis continet.

Gala. 4.

Gala. 5. Ibidem. Rom. 6.

Mat. 23

In Psalmum centesimumdecimumsextū, Enarratio. Expositio Psalmi.

LAudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.) Hæc sunt atria domus domini, ille omnis populus eius, hęc uera Hierusalem. Audiāt magis illi Iudæi qui huius ciuitatis filij esse noluerunt, cum se ab omnium gentium communione pręciderunt. Q̄m confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum.) Hæc sunt duo illa, misericordia & veritas quæ in cē tesimotertiodecimo psalmo memoriæ cōmendanda commonui. Confirmata est autem super nos misericordia domini, cum eius nomini per quod liberati sumus inimicorum gentium rabida ora cesserunt, veritas domini manet in æternum, siue in eis quæ promisit iustis, siue in eis quæ minatus est impijs.

D

F

In Psalmum centesimumdecimumseptimum, Enarratio.

AVdiuimus fratres admonentem nos atque hortantem spiritūsanctū, vt sacrificiū cōfessionis offeramus deo. cōfessio aūt, vel laudis eius est, vel pctōrū nostrorū. Et illa q̄dē cōfessio qua peccata nostra deo confitemur, omnibus nota est, ita vt hanc solam dici confessionem in scripturis sanctis minus erudita existimet multitudo. Nam ubi hoc verbum lectoris ore sonuerit, continuo strepitus pius pectora tundentium consequitur. Sed debent addiscere quomodo dictum sit in alio psalmo, Quomodo ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, in uoce exultationis & confessionis, soni festiuitatem celebrantis. Hinc enim certe manifestum est, uocem confessionis & sonum, non ad mœrorē pœnitētię, sed ad lętitiā festiuitatis celeberimæ ptinere. Aut si de tam manifesto testimonio q̄squā adhuc dubitat, quid dicturus est illud q̄d in Ecclesiastico scriptū est, Bñdicite dñm omnia opera eius, date nomini ipsius magnificētiā, & cōfitemini in laudē ipsius in canticis labiorū & incitharis, & sic dicetis i cōfessione, q̄m omnia opera dñi bona nimis? Hic certe nullus uel tardissimus ambigit cōfessionē in dei laudibus poni, nisi forte tanta est in cuiusquā mēte puerilitas, vt dicere audeat ēt ipsum dñm Iesum Christū pctā sua patri esse cōfessum. Q̄d si aliquis impius p̄p nomē cōfessionis tētaret objicere, facillime refelleret ipsa contextione verborum: sic. n. loquit, Cōfiteor tibi, pater dñe cœli & terræ, q̄ abscondisti hæc à sapictibus & prudentibus, & revelasti ea paruulis: Ita p̄r, q̄m sic placitum fuit corā te. Quis nō eū intelligat in laude patris hæc dicere? Quis nō videat istā cōfessionem nō ad dolorē cordis, sed ad gaudium pertinere, cum etiam præcesserit euangelista dicens, In ipsa hora exultauit in spiritusancto & dixit, Cōfiteor tibi pater? Qua propter charissimi q̄m nullo mō est dubitandum, tot congruentibus testimonijs, quorum similia in scripturis per uosipsos potestis aduertere, nō tantum in peccatis, sed & in laudibus dei confessionem diuinis literis solere nominari, quid congruentius in hoc psalmo, quando Halleluia) cantamus, quod est, Laudate dominum, nos admoneri intelligimus cum audimus,

Mat. 11.

Luc. 10.

H

Expositio Psalmi.

CONfitemini dño,) quam idipsum. s. vt laudemus deum? Non potuit laus dei breuius explicari, quam ut diceretur, Quoniam bonus est.) Quid sit grādius ista breuitate non uideo, cum ista sit proprium deo q̄ bonus est, vt à quodam compellatus ipse filius dei cum audiret, magister bone, ab eo scilicet qui carnem eius intuens, & diuinitatis eius plenitudinem non intelligens, solum hominem arbitrabatur, responderet. Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi unus deus. Quid est aliud dicere, q̄ si me bonum uis appellare, intellige & deum? Sed quoniam populo dicitur in prēnunciatione futurorum liberato ab omni labore & captiuitate peregrinationis, & ab omni permixtione iniquorum, quod ei per gratiā dei præstitum est, non solum non retribuentis I bona pro malis, conuenientissime adiunctum est, Quoniam in seculum misericordia eius. Dicat autem domus Israel quo-

psa. 104 & 106. Iudi. 13

Mar. 10

niam bonus, qm in seculum misericordia eius. Dicat autem domus Aaron quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui timent dominum, qm in seculum misericordia eius.) Recognoscitis credo charissimi quæ sit domus Israel, quæ sit domus Aaron: & quoniam vtriq. sunt timentes dominum, Ipsi
Psa.113 enim sunt pusilli cum magnis: iam in alio psalmo bene insinuati cordibus vestris: quorum numero nos omnes in eius gratia qui bonus est, & in seculum misericordia eius, sociatos esse gaudemus, quoniã exauditi sunt qui dixerunt, Adijciat dominus
Psa.113 super vos & super filios vestros, vt Israelitis in Christum credentibus, ex quorum numero sunt apostoli patres nostri, & ad eminentiam perfectorum, & ad obedientiam paruulorum adiungeretur numerus gentium vt dicamus, omnes facti vnum in Christo, facti vnus grex sub pastore vno, & corpus illius capitis tanquam vnus
K homo dicamus, In tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine.) Angustia nostræ tribulationis finitur. Latitudo autem quo trãsimus, non habet terminum. Quis.n. accusabit aduersus electos
Rom. 8 dei? Dominus mihi adiutor est, non time-
Heb.13 bo quid faciat mihi homo.) Sed nunquid
Ephe.6. solos homines habet inimicos Ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi caro & sanguis? Apostolus, Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarum harum: id est, rectores iniquorum, mundum istum diligentium: & propterea tenebrarum, quia & nos fuimus aliquando tenebræ, nunc autem lux
Ephe.5. in domino: Aduersus spiritalia, inquit, nequitiæ in cœlestibus: id est, diabolum & angelos eius: quem diabolum alio loco dicit principem potestatis aeris huius. Au
Ephe.2. di ergo quod sequitur, Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos.) Ex quolibet genere inimici exurgant, siue ex numero malorum hominum, siue ex numero malorum angelorum, in domini adiutorio despicientur, cui confitemur laudem, cui cantamus hallelúia. Despectis autem inimicis, non sic mihi tanquam bonus homo se amicus opponat, vt
I. ipse in se spem meam iubeat collocari. Bonum est, enim, considere in domino, quàm confidere in homine.] Nec quisquis secundum quendam modum dici potest angelus bonus, sic a me cogitetur ait, vt in
Mat. 19 eo confidere debeam. Nemo enim bonus nisi solus deus. Et cum videntur adiuuare homo vel angelus, cũ hoc vera dilectione faciunt, ille per eos facit qui eos pro modo eorum bonos fecit. Bonum est, ergo, sperare in domino, quàm sperare in principibus.) Nam & angeli dicti sunt
Dan.12 principes, sicut in Daniele legimus, Michael princeps vester. Omnes gentes circunde derunt me, & in nomine domini vltus sum eos. Circundantes circundederũt me, & in nomine domini vltus sum eos.] Quod ait, Omnes gentes circundederunt me, & in nomine domini vltus sum eos: significat Ecclesię labores atque victoriam. Sed quasi causa quęreretur, vnde tanta mala superare potuerit: respectum est ad exemplum, & dixit quid primo passa sit in capite suo: addendo quod sequitur, Circundantes circundederunt me. Et bene ibi non repetitum est, omnes gentes, quod a Iudæis solis factum est. Et in nomine domini vltus sum in eos: quia & illic ipse pius populus quod est corpus Christi persecutores sensit, de cuius genere caro illa susceptа & suspensa est, pro qua factum est quicquid ab illa interiore diuinitate p exteriorem carnẽ virtute immortali mortaliter factum est. Circundederunt me sicut apes fauum, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini vltus sum in eos.) Hic iam ex ordine gestarum rerum, etiam verborum ordo contexitur. Nam ipsum dominum caput Ecclesiæ recte accipimus circundatum a persecutoribus, sicut circundant apes fauum. Quid enim ab ignorantibus gestum sit, mystica subtilitate spirituſsanctus loquitur, Mel quippe apes operantur in fauis. Nescientes autem persecutores domini fecerunt eum nobis in passione dulciorẽ, vt gustemus, & videamus quam suauis est dominus, qui mortuus est propter delicta nostra, Psal.33
& resurrexit propter iustificationem Rom.4
nostram. Iam vero quod sequitur, Et exarserunt velut ignis in spinis: in eius corpore, hoc est, in populo vbique diffuso melius intelligitur quem circunderunt omnes gentes, cum sit collectus de omnibus gentibus. Exarserunt quippe velut ignis in spinis, quando peccatri- A
cem carnem atque huius mortalis vitæ molestissimas compunctiones, persecutionibus incendio cremauerunt: Et in homine, inquit, domini ultus sum in eos. Siue quia & ipsi, malitia quæ in eis iustos persequebatur, extincta, Christiano populo sociati sunt. Siue quia cæteri eorũ qui contẽ pserunt hoc tpe vocantis misericordiã, veritatem iudicantis in fine sensuri sunt.
Tanquam cumulus harenæ impulsus sum vt caderẽ, & dñs suscepit me.) Quáuis.n. esset iã magna multitudo credẽtium, quasi harenæ innumerabili comparanda, &
Psal. 8. in vnam societatem tamquã in cumulũ ducta, tamen quid est homo nisi quod memor es eius? Non dixit abundantiam numeri mei, numerus gentiũ superare non valuit: sed dñs, inquit, suscepit me. Multitudinem ergo fideliũ in vnitate fidei simul habitãtem, persecutio gentium quò impelleret vt deficeret non habebat, quãdo in eum creditum est, qui & singulos &
Rom.15. omnes vbique susciperet, quia eis inuocan-
Psa.12. tibus nusquam deesse potuisset. Fortitudo mea & laudatio mea dominus, & factus est mihi in salutem.) Qui ergo cadũt cum impellentur, nisi qui sua sibi volunt
B esse laudatio? Nullus quippe in certamine cadit, nisi cuius fortitudo & laudatio cadit. Quapropter cuius fortitudo & laudatio est dominus, tam non cadit quam non cadit dominus: & ideo eis factus est in salutẽ: nõ quia ipse aliquid factus est quod ante non erat: sed quia ipsi cum in eum crederent, qđ non erant facti sunt, & iam ipse non sibi sed illis, quod auersis a se nõ erat, salus cępit esse conuersis. Vox lætitiæ & salutis in tabernaculis iustorum.) Vbi vocem mœroris & exitij putabant esse, qui in eorum corpora sæuiebãt. Non.n. sentiebant interiora gaudia sanctorum de spe fu-
1.Co.6. tura: vnde & Apostolus dicit, Quasi tri-
Rom.5. stes, semper aũt gaudentes: & iterum, Nõ solum autem, sed ẽt gloriamur, inquit, in tribulationibus. 'Dextera dñi fecit virtutem.) Quam virtutem dicit? Dextera, inquit, domini exaltauit me.) Magna virtus exaltare humilem, deificare mortalem, pbere de infirmitate perfectionem, de subiectione gloriam, de passione victoriam, dare auxilium de tribulatione, vt afflictis vera salus dei patesceret, affligẽtibus autẽ vana salus hominis remaneret. Magna hæc. Sed quid miraris si aliquid repetat? Audi C quid repetat, Non homo se exaltauit, non homo se perfecit, non sibi homo gloriam dedit, non homo vicit, non homo sibi salu ti fuit. Dextera domini fecit virtutem. Non moriar sed viuam, & enarrabo opera domini.) At illi stragem funerum vbique facientes, Ecclesiam Christi mori arbitrabantur. Ecce nunc enarrat opera domini. Vbique Christus beatorum martyrum gloria est, vicit vapulando ferientes, patiendo impatientes, diligendo sæuientes. Tamen cur tãta indigna pertulit corpus Chri, sancta Ecclesia, populus in adoptionem, indicet nobis, Emendans, inqt, emendauit me dñs, & morti non tradidit me.) Non ergo quicquam viribus suis licuisse arbitretur fremitus impiorum. Nõ haberet istam potestatem, nisi sibi data esset desuper. Sæpe filios paterfamilias per nequissimos seruos emendari iubet, cum illis hæreditatem, illis compedes præpararet. Quæ est ista hæreditas? Auri est, an argenti, an gemmarum, aut fundorum amęnorumq. prædiorum? Vide qua intretur, & cognosce quid sit: Aperite, inquit, mihi portas iustitię.) Ecce audiuimus portas. Quid est intus? Ingressus, inquit, in eas confitebor domino.) Illa confessio laudis est admirabilis vsq. ad domum dei, in vo
D ce exultationis & confessionis, soni festiPsa. 41. uitatem celebrantis. Hæc est æterna beatitudo iustorum, quia beati sunt qui inhabitant in domo dei, in secula seculorũ laPsa. 83. dantes eum, Sed vide quemadmodum intretur in portas iustitiæ. Hæ portæ domini, inquit, iusti intrabunt in eas.) Has saltem nemo intrat iniustus, in illam Hierusalem, quæ non recipit incircuncisum carApo.22. ne, vbi dicitur, Canes foris. Satis sit quod Psa. 119. in longinqua peregrinatione mea inhabitaui cum tabernaculis Cædar, & cum his qui oderunt pacem eram pacificus, Pertuli vsque in finem permixtionem malorum, sed hæ portæ domini iusti intrabunt in eas. Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.) Quam sæpe ostenditur laudis esse ista confessio, non vulnera medico ostendens, sed de percepta sanitate gratias agẽs. Ipse autem medicus salus est, At istũ quẽ dicimus? Lapidẽ quem reprobauerũt ædificantes.) Nam Hic factus est in caput anguli) Vt duos conueret in se in vnum nouum hominem faciens pacẽ, & commutaMatt. 2. ret vtrosque in vno corpore deo, circun- 1.Pet.2.

cisionem.s.& præputium. A dño factum est ei.) Id ē, capiti anguli à domino factus est. Quanuis.n.hoc non esset factus,nisi
E passus esset,non tamen hoc ab eis à quibus
Mat.21. passus est, factus est.Nā illi q ædificabāt, reprobauerunt: sed in eo q̄ dñs occultè ædificabat, fecit in caput anguli quod illi reprobauerunt: Et est mirabilis in oculis nostris.) In oculis interioris hominis, in oculis credentium, sperantiū,diligētium: nō in oculis carnalibus eorū qui quasi hominem contemnēdo reprobauerunt: Hic est dies quem fecit dñs.) Meminit iste homo se dixisse in superioribus psalmis,Q̄m inclinauit autem suam mihi, & in diebus
Ps.114. meis inuocaui:dies suos commemorās veteres:vnde modo dicit,Hic est dies quem fecit dominus,id est,quo mihi salutem dedit.Hic est dies de quo dixit dominus,Tē pore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: id est, dies de quo ille me
Esa.49. diator factus est in caput anguli. Exultemus,ergo & iocundemur in eo.O domine saluum me fac, ò domine bene prosperare.) Iterum vero quia dies salutis est,saluum me fac,quia de longinqua peregrina tione reuertens seiungimur ab eis qui oderant pacem cum quibus eramus pacifici: & cum loqueremur eis, debellabant nos gratis: Bene prospera iter redeuntibus,
F quia in nobis factus es via: Benedictus.n.
Ps.119. qui venit in nomine domini.) Maledictus ergo ille qui venit in nomine suo:sicut in Euangelio dicit, Ego veni in nomine patris mei & non accepistis me,si alius ve-
Mat.21. nerit in nomine suo illum accipietis. Be-
Ioan.5. nediximus vos de domo domini.) Credo q̄ ista vox magnorum est ad pusillos, eorum.s.magnorum,qui verbum deū apud deum sicut in hac vita possunt, mente cōtingunt:& tamen sermonem suum ꝓpter paruulos temperant,vt possint synceriter dicere quod ait Apostolus, Siue.n.mente excesimus deo, siue temperantes sumus vobis, charitas.n.Christi compellit nos.
2.Co.5. Ipsi.n.paruulos benedicunt de interiore domo domini,vbi laus illa in secula seculorum deficit:& ideo videte quid inde annūcient, Deus dominus & illuxit nobis.) Dominus ille qui venit in nomine domini,quem reprobauerunt ædificantes,& factus est in caput anguli: Mediator ille dei & hominum homo Christus Iesus deus est, æqualis est patri, & illuxit nobis, vt quod credidimus intelligeremus, & vobis nondum intelligentibus, sed credentibus enunciaremus:vt autem & vos intelliga-
G tis,Constituite diem festum in confrequē tationibus,vsque ad cornu altaris.) Id est, vsque ad interioré domū dei, de qua vos benediximus,vbi sunt altaria excelsa.Cō stituite die festum non tepide ac segniter, sed in confrequētationibus.Ipsa est.n.vox exultationis soni festiuitatem celebrantis, Psa.41.
ambulantium in locum ꝑtabernaculi admirabilis vsque ad domum dei. Si.n.est ibi spiritale sacrificium, sempiternum sacrificium laudis, & sacerdos sempiternus est, & altare sempiternum pacata mens ipsa iustorum.Hoc apertius dicimus fratres,qui cunque deum verbum intelligere volunt, Ioan.1.
nō eis sufficiat caro quod propter eos verbum factum est,vt lacte nutrirentur: nec in terra sufficit, iste dies festus,quo agnus occisus est,sed cōstituatur in confrequentationibus,quousque perueniatur, exaltatis à domino mentibus nostris, vsque ad eius diuinitatem interiorem,qui nobis exteriorem humanitatem lacte nutriendis
H præbere dignatus est. Et quid ibi aliud,ni si laudes eius cātabimus? Quid tibi aliud dicemus nisi Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te: Confitebor tibi dñe qm̄ exaudisti me, & factus es mihi in salutem?)Non ſtrepitu verborum ista dicimus, sed dilectio inhærens illi per semetipsam clamat istā vocē, & dilectio ipsa vox est. Itaque sicut cēpit laudem,ita terminat.Cōfitemini dño qm̄ bonus, quoniam in seculum misericordia eius.)Hinc cœpit psalmus,huc desinit,qm̄ sicut ab initio quod deseruimus,ita finem quò redimus non est aliquid quod salubrius delectet, quàm laus dei & semper halleluia.

In Psalmū centesimumdecimumoctauum Enarratio.

Proœmium in psalmum octonarium, vel alphabeticum,vel halleluiaticum.

PSalmos omnes cæteros,quos cōdicem psalmorum nouimus cōtinere,quod Ecclesiæ consuetudine psalteriū nū cupatur,partim sermocinando in populis, partim dictando exposui, donante domino,sicut potui: Psalmum vero centesimū octauumdecimum, non tā ꝓp eius nobilissimam longitudinem,q̄ propter altitudinem paucis cognoscibilem differebam. Et cum molestissime ferrent fratres mei,
I eius solius expositionem, quantū ad eiusdem corpus psalmi pertinet, deesse opuscu lis nostris, neque ad hoc soluendum debitum vehementer vrgerent,diu petentibus iubentibusq̄.non cessi:Quia quotiescunq. inde cogitare tentaui,semper vires nostræ intētionis excessit. Quanto enim videtur apertior, tanto mihi profundior videri solet,ita vt etiam q̄ sit profundus demōstrare non possim. Aliorum quippe qui difficile intelliguntur, ēt si in obscuritate sensus latet, ipsa tā apparet obscuritas.Huius autem nec ipsa, qm̄ talem præbet superficiē, vt lectorem atq.auditorem, non expositorem necessariū habere credatur. Et nunc ꝓ tandem ad ꝑtractationem eius accedo, quid in eo possim prorsus ignoro.spero tū vt aliquid possim,assuturum atque adiutorum deum.Sic enim feci de omnibus quæ cunque sufficienter cum prius mihi ad intelligendum vel explicandum difficilia ac pene impossibilia viderentur exposui. Sta tui autem per sermones id agere. qui proferuntur in populis,quas Græci ὁμιλίας vocāt.)Hoc.n.iustius esse arbitror,vt conuentus ecclesiastici non fraudentur etiā psalmi huius intelligentia, cuius vt aliorū delectari assolent cantilena.Sed sit hucusque
K proœmium. Iam de ipso est loquendum, de quo istic visum est proloquendum.

Concio prima.

AB exordio suo magnus psalmus iste charissimi, exhortatur nos vt quæramus beatitudinem,quam nemo est qui non expetat. Quis enim vnquam vel
Potest. potest, vel potuit, vel poterit inueniri, qui esse nolit beatus? Quid igitur ea exhor
Psa.49. tatione opus est ad eam rem quam sua sponte appetit animus? Nam profecto qui exhortatur, id agit vt excitetur voluntas eius, eum quo agit ad illud ꝓp quod exhortationis adhibetur alloquium. Vt qd ergo nobiscum agit, vt uelimus qd nolle non possumus, nisi quia oēs quidem beatitudinē concupiscunt, sed qūo ad eam perueniatur plurimi nesciunt? Ideoq. hoc docet iste qui dicit, Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini,) Tanquā diceret, Scio qu.d uelis,beatitudinem quæris.Si ergo vis esse beatus, esto immaculatus.Illud enim oēs, hoc aūt pauci volunt, sine quo non peruenitur ad illud qd̄ omnes volunt.Sed vbi erit quisque immaculatus,nisi in via?in qua via,nisi in lege domini?Ac ꝓ hoc, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi:nō superfluo vobis dicitur, sed exhortatio necessaria vestris mentibus adhibetur. Quid enim bo-
L ni sit,ad quod multi pigri sunt.i. immaculatos ambulare in via quæ lex est domini: sic ostenditur, cum beatos esse qui hoc faciunt indicatur, vt propter illud quod omnes volunt, etiam hoc fiat quod plurimi nolunt, Beatum quippe esse tam magnum est bonum, vt hoc & boni velint & mali. Nec mirum est quòd boni propterea sunt boni,sed illud est mirū, ꝙ ēt mali ꝓpterea sunt mali vt sint beati. Nam quisquis libidinibus deditus, vt luxuria stuprisq̄.corrumpatur,in hoc malo beatitudinē q̄rit,& se miserū putat,cū ad suæ concupiscentiæ voluptatē,lætitiamq̄. non peruenit: beatum vero non dubitat se iactare cū peruenit.Et quisquis auaritiæ facibus inardescit, ad hoc congregat quocunq. modo diuitias vt beatus sit. Quicunq. molitur inimicorum sanguinem fundere,quicunq. desiderat dñationē,quisquis affectat crudelitatē suā explere,quisquis alienis cladibus pascitur, in omnibus sceleribus beatitudinem quærit. Hos igitur errantes, & veram miseria falsam beatitudinē requirentes,reuocat ad viam:si audiatur vox ista diuina, Beati immaculati in via!, qui ambulant in M
lege dñi:tanq̄ dicens, Quò itis? Petitis & nescitis, Non illac itur qua pergitis, quo peruenire desyderatis.Nam vtiq. beati esse cupitis, sed misera sunt, & ad maiorem miseriam ducunt itinera ista quæ curritis. Tam magnum bonum quærere per mala nolite. Si ad illud peruenire vultis, huic venite,hac ite.Viæ peruersę relinquite malignitatem, qui nō potestis relinquere beatitudinis voluntatem.Fruſtra tenendo fati gamini, quo perueniendo inquinamini. Non autem beati inquinati in errore qui ambulant in peruersitate seculi: sed, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Quid porrò adiungat attendite: Beati qui scrutantur testimonia eius,in toto corde exquirunt eum. Non mihi videt aliud his verbis commemoratum beatorū genus, quàm illud quod ante dictum est,

Nam

Nam ſcrutari teſtimonia dñi, & eum in toto corde exquirere, hoc eſt, immaculatũ in via & in lege dñi ambulare: denique ſequitur & dicit, Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.] Si ergo ambulantes in via.i. in lege dñi, ipſi ſunt ſcrutantes teſtimonia eius, & in toto corde exquirentes eũ: profectò qui operantur iniquitatem, non ſcrutantur teſtimonia eius. Et tñ nouimus operarios iniquitátis ad hoc ſcrutari teſtimonia dñi, non q̃ iam rectè viuant, ſed vt ſciant quẽ admodum viuere debeant. Tales ergo nõdũ immaculati ambulant in lege dñi, ac p hoc nõdũ beati. Quõ ergo intelligendum eſt, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, cum videamus homines eius ſcrutari teſtimonia non beatos, quia nõ immaculatos? Nam ſcribæ & phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedentes, de quibus dñs ait, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite, dicunt enim & non faciunt: vtiq. ſcrutabantur teſtimonia dñi, vt haberent quæ dicerent bona, q̃uis facerent mala: ſed hos omittamus. Rectè quippe rñdebit nobis, q̃ iſti non ſcrutantur teſtimonia dñi. Non enim quærunt ipſa, ſed aliud quærunt p ipſa. i. vt glorificentur ab hominibus, Non eſt hoc ſcrutari teſtimonia dei, non diligere quod oſtendunt, & nolle peruenire quò ducunt. i. ad deũ. Nam aut ſi & ipſi ſcrutãtur teſtimonia dei, q̃uis non vt ipſum, ſed vt aliud ex his inueniant & acquirant: certe non in toto corde exquirunt eum, qđ non fruſtra hic additum cernimus. Sciens enim ſpũs qui hæc dicit, multos pp aliud non propter quod conſtitutum eſt ſcrutari teſtimonia eius: non tantum dicit, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: ſed addidit, in toto corde exquirunt eũ: tanq̃ docens quemadmodum, vel ꝓpter quid ſcrutanda ſint teſtimonia domini. Denique in libro Sapientiæ loquens ipſa ſapientia, Quęrunt, inquit, me mali & non inuenient, oderunt.n. ſapientiam. Quod quid eſt aliud, q̃ oderunt me? Quærunt ergo me, ait, & non me inueniunt qui oderunt me. Quõ igitur dicuntur quærere quod oderunt, niſi quia non hoc, ſed aliud ibi quærunt? Non enim volunt eſſe ſapientes in dei gloriam, ſed volunt videri ſapientes propter hominum gloriam. Quõ.n. ſapientiam non oderunt, quæ iubet & docet contemnendum eſſe quod diligunt?

Proinde, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini: Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Sim. ſcrutando teſtimonia eius, aut in toto corde exquirũt eũ, immaculati ambulant in lege dñi. Nunquid tñ ille non ſcrutabat teſtimonia eius, nec q̃rebat eum qui dicebat, Magiſter bone, quid boni faciam, vt vitam æternam conſequar? Sed qũo eum in toto corde quæſiuit, cuius conſilio diuitias ſuas prætulit, quo audito triſtis abſceſſit: Nam & ꝓpheta Eſaias dicit, Quęrite dominũ, & cum inueneritis eum, derelinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas. Quærunt itaq. deum & impij & iniqui, vt eo inuento nõ ſint impij nec iniqui. Quõ ergo iam beati cum adhuc teſtimonia eius ſcrutantur & exquirunt eum, cum hoc facere poſsint & impij & iniqui? Beatos aũt eſſe impios & iniquos quis vel impius dixerit aut iniquus? Ergo ſpe beati, ſicut, Beati qui perſecutionem patiuntur pp iuſtitiam: nõ pp qđ adeſt quandiu mala patiuntur, ſed pp qđ aderit, qm̃ ipſorum eſt regnũ cœlorũ: Et, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: non quia eſuriunt & ſitiunt, ſed pp quod ſequitur qm̃ ipſi ſaturabuntur: &, Beati q plorant, non quia plorant, ſed pp quod ſequitur, quia ridebunt. Proinde, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum: non quia ſcrutantur & exquirunt, ſed quia inuenturi ſunt qđ exquirunt. In toto.n. corde, non negligenter exquirunt. Si ergo ſpe beati, fortaſsis ét ſpe immaculati. Nã profectò in hac uita licet in lege domini ambulemus, licet ſcrutemur teſtimonia eius, & in toto corde requiramus eum: & ſi dixerimus q̃ peccatũ non habemus noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed hoc diligentius inquirendum eſt: ſequitur q̃ppe. Nõ.n. qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Ex quo uideri põt, qui ambulant in via domini. i. in lege domini ſcrutando teſtimonia eius, & in toto corde exquirendo eum, iam eſſe poſſe immaculatos, hoc eſt, ſine peccato propter verba ſequentia, Non.n. qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Qui autem peccatum facit, & iniquitatem facit, ait beatus Ioannes: & addidit, Peccatum iniquitas eſt. Sed iam ſermo iſte claudendus eſt, nec in anguſtum tanta quæſtio coarctanda.

Concio

Concio ſecunda.

Scriptum eſt & legitur & verũ eſt in hoc pſalmo: Non.n. qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Sed elaborandum eſt opitulante deo, in cuius manu ſunt & nos & ſermones noſtri, ne rectè dictum, non rectè intellectũ, lectorem auditoremve perturbet. Hucuſque cauendum eſt, plus vero habet cõtra Pelagianiſtas. Cauendum eſt. n. ne oẽs ſancti quorũ illa vox eſt, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: aut nõ putentur, nec poſsint ambulare in vijs dñi, qm̃ peccatum iniquitas eſt: & qui operant iniquitatem, non vtique in vijs eius ambulauerunt: aut quia dubium non eſt eos ambulare in vijs dñi, non credantur habere peccatum, quod proculdubio falſum eſt. Neque. n. ꝓp arrogantiam ſuperbiamq̃ vitandam ſcriptum eſt, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus: alioqui non adderetur, & veritas in nobis non eſt: ſed diceretur, humilitas in nobis non eſt: præſertim quia ſequitur vnde iſte ſenſus clarius illuſtretur, omneſq. auferat dubitationis ambages: cum. n. hoc beatus Ioannes dixiſſet, adiunxit: Si autem confeſsio fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus vt dimittat nobis peccata noſtra, & mũdet nos ab omni iniquitate. Quid hic dicit, quid contradicit damnabilis impietatis elatio? Si. n. propter arrogantiam deuitandam, non propter veritatem fatendam, non dicunt ſancti ſe non habere peccatum, quid eſt quod confitentur vt remiſsionem mundationemq̃ mereant? An & hoc fit, vt arrogãtia deuitetur? Quo modo ergo impetrabitur peccatorum vera mundatio, quorum eſt falſa confeſsio? Conticeſcat igitur & arceſcat elatio fœnea ſuperborum ſeipſam ſeducens, quæ in auribus hominum ſimulata humilitate dicit ſe habere peccatum, in corde autem ſuo impia elatione dicit ſe non habere peccatum. Qui enim hoc dicunt, ſeipſos ſeducunt, & veritas in eis non eſt. Sed q̃ in auribus hominum hoc dicunt, non tantũ ſeipſos, ſed & alios quoſque doctrinæ inſanę peruerſitate ſeducunt. Cum vero id in corde ſuo dicunt, illic ſeipſos ſeducunt, illic veritas in eis non eſt: ac per hoc in corde ſeipſos ſeducunt, & in ſuo corde veritatis lumen amittunt. Exclamet autem ſancta familia Chriſti fructificans & creſcens in vniuerſo mundo, humiliter verax & vera ceter humilis: exclamet inquam, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: qđ ſi confeſsi fuerimus delicta noſtra, fidelis eſt & iuſtus vt dimittat nobis peccata noſtra, & mũdet nos ab omni iniquitate. Hęc vt dicuntur, ita ſentiantur. Tunc enim erit humilitas vera, ſi non ſolum oſtentetur in lingua, vt ſimus, ſecundum Apoſtolũ, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Non, ait, colloquentes, ſed conſentientes, qđ nõ ſit ore, ſed corde. Hypocrita ſi dicis te habere cum credas te non habere peccatum, foris fingis humilitatem, intus ample ceteris vanitatem. Ergo & in ore & in corde non habes veritatem. Quid tibi ꝓdeſt videri hominibus humile eſſe quod dicis, ſi deus videt altũ eſſe quod ſapis? Certe ſi auribus diuinũ inſonaret oraculũ, Noli altum dicere: nec ſic in merito damnareris, ſi humile in ore coram hominibus, & altũ in corde coram domino loquereris. Cum vero audias, noli altũ ſapere, ſed time: non enim ait, dicere: ſed, ſapere: cur non etiam intus es humilis vbi ſapis? An ideo mens altitudine inflatur, vt humilitatem lingua mentiatur? Legis vel audis, Noli altum ſapere, ſed time: & tu intantum ſapis altum vt te peccatum exiſtimes non habere? Ac per hoc quia non vis timere, nihil tibi aliud remanet q̃ timere. Et vnde, inquis, inſcriptum eſt, Non. n. qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt? An vero ſancti domini non ambulant in vijs domini? Quòd ſi ambulant in vijs domini, non operantur iniquitatem. Si non operant iniquitatem, non hñt peccatũ, qm̃ peccatum iniquitas eſt. Exurge in adiutorium mihi dñe Ieſu, & contra hæreticum ſuperbientem opitulare mihi ꝓ Apoſtolũ confitentẽ. Eece vbi eſt homo tuus exinaniens ſe vt impleatur teipſo? Ipſum audiamus fratres chariſsimi, ipſum de hac quæſtione ſi placet, imo quia placet interrogemus. Dic nobis Paule beatiſsime, vtrum ambulaueris in vijs dñi, cum in carne adhuc viueres? Rñdet, Et vnde dicebam, Veruntamen in qđ peruenimus, in eo ambulemus? Vnde dicebam, Nunquid circũuenit vos Titus? Nonne eodem ſpiritu ambulauimus? Nõne iſsdẽ veſtigijs? Vñ autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concio tertia.

2.Co.5. tem dicebam, Quãdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino? Per fidem enim ambulamus non per speciem. Quæ certior via domini, quàm fides ex qua iustus Rom.1. viuit? In cuius alterius viæ itinere ad supPhili.3. na tendebam, quando dicebam, Omnium autem quæ retro oblitus in ea quæ antè sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu? Postremo in qua alia via cucurreram quando dicebam, Bonum cer2.Ti.6. tamen certaui, cursum consummaui, fidē I seruaui? Satis sint ista responsa, quibus apostolum Paulum in vijs domini ambulasse discimus, sed ab illo & aliud inquiramus: Dic obsecro, ò Paule, quando adhuc in carne viuens in vijs domini ambulabas, habebas peccatum, an sine peccato eras? Audiamus vtrum se ipse seducat, an vero 1.Ioan.1. quod beatus Ioannes eius coapostolus sapiat, quoniam veritas erat in eis? Hic vero respondet, Nonne legistis vbi confiteor dicens, Non enim quod volo, facio bonū: Rom.7. sed quod nolo, malum hoc ago? Et hoc audiuimus. Iam itaque illud interrogemus, Quomodo in vijs domini ambulabas, si malum quod nolebas, hoc agebas? cū psalmus sanctus intonet dicens, Non.n.qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Audi continuo respondentem per sententiam consequentem. Si quod nolo, Ibidem. inquit, ego hoc facio, iam ego non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce quemadmodum qui ambulant in vijs domini, non operantur peccatum, & tamē non sunt sine peccato: quia iam non ipsi operantur iniquitatem, sed quod habitat in eis peccatum. Hic dicit aliquis, Quomodo agebat quod nolebat malum, & quomodo ipse non id agebat, sed quod habitabat in illo peccatum? Interim iam ista quæK stio soluta est, satisque apparuit scripturæ authoritate canonicæ fieri posse, vt ambulantes in vijs domini, quamuis non sint sine peccato, non tamen id operentur ipsi. 1.Ioā.3. Non enim qui operātur iniquitatem, hoc est peccatum, quia peccatum iniquitas est, in vijs eius ambulauerunt, Iam vero qua ratione possit intelligi, & agens illud pro- Rom.3. pter corpus mortis huius, in quo lex peccati habitat, & non ipse agens illud propter vias domini, in quibus ambulat, alius sermo necessarius est, quia iste claudendus est.

PRopter id quod in psalmo isto scriptum est, Non.n.qui operantur iniq- 1.Ioā.3. tatem, in vijs eius ambulauerunt: qm peccatum iniquitas est, sicut Ioannes Apostolus dicit, exorta difficilis est quæstio, quomodo possint sancti in hac vita & non 1.Ioā.1. esse sine peccato: quia & illud verum est, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nō est: & tamen ambulare vias domini, quas non ambulant qui operantur iniquitatē: Rom.7. soluta est dicente Apostolo Paulo, Iam nō ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatū. Quomodo enim est sine peccato, in quo habitat peccatum? Ambulat L tamen vias domini, quas non ambulant q operantur iniquitatem, quia iam non ipse operatur illud, sed quod in eo habitat peccatum. Veruntamen ita soluta est quæstio ista, vt difficilior altera nasceretur, quomō Ibidem. agat homo quod non agit. Vtrunque.n.dixit, & non quod volo, ago: & quod non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Vnde intelligere debemus, quãdo peccatum quod habitat in nobis operatur in nobis, tunc nos id non operari, quando nequaquam ei voluntas nostra consentit, & tenet etiam corporis membra vt non obediant desyderijs eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis, nisi sola illicita desyderia? Quibus si voluntatis non adhibeatur assensus, mouetur quidem nonnullus affectus, sed nullus ei relaxatur effectus. Hoc præcipit Rom.6. idem Apostolus vbi dicit, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desyderijs eius, nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Sunt itaque desyderia peccati, quibus nos prohibuit obedire. Operantur ergo peccatum hæc desyderia, quibus si Rom.7. obedimus & nos operamur. Si autem obtemperantes Apostolo non obedimus eis, M non illud nos operamur, sed quod in nobis habitat peccatum. Si autem desyderia nulla haberemus illicita, nec nos, nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis. Motum porrò illiciti desyderij, cui non obediendo non eum nos operamur, ideo & nos agere dicimur, qm non est naturæ vigor alienæ, sed languor est nr̃æ. A quo languore omnimō salui erimus, cū &ato & corpore immortales facti fuerimus. Quapropter & quia in vijs dñi ambulamus, non obedimus desyderijs peccati: & quia non sumus sine peccato, habemus desideria peccati, ac per hoc iam nos ea non operamur, non eis obediendo, sed qđ in nobis habitat peccatum eadem cōmouendo. Non.n.qui operantur iniquitatem. i. q obediūt desyderijs peccati, iu vijs dñi ambulauerunt. Sed adhuc quærendum est q̃ petamus dimitti nobis qñ dicimus deo, Di- Luc.6. mitte nobis debita nostra: vtrum quę nos operamur quando peccati desyderijs obedimus, an ipsa desyderia nobis dimitti volumus, quæ nos non operamur, sed quod habitat in nobis peccatum? Quantum qui dem ego sapere possum, languoris illius & A infirmitatis vnde illicita desyderia com- Rom.7. mouēntur, quod peccatum appellat Apostolus vniuersus reatus sacro baptismatis est solutus, cum omnibus quæ illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus, nec deinceps nobis languor iste obesset quanuis ineesset, si desyderijs eius illicitis nullis vnquam obedientiam præberemus, siue operatione, siue locutione, siue tacita assensione, donec etiam ipse sanaretur, cum id qđ Rom.6. poscimus esset impletum, siue dicentes, ve- Mat.6. niat regnū tuū, siue dicentes, libera nos a malo. Sed quoniam tentatio est vita humana super terram: et̃ si a criminibus longe simus, non tamen deest vbi desyderijs peccati, vel facto vel dicto, vel cogitatu obediamus, qñ aduersus maiora vigilantibus q̃dam incautis minuta surrepunt, Quæ si aduersus nos colligantur: etsi non singula suis motibus conterunt, omnia tamen acuo nos obruunt. Et propter hoc etiam mihi videtur, qp hi qui ambulant in vijs dñi Mat.6. dicunt, Dimitte nobis debita nostra: quoniam ad vias dñi & ipsa oratio pertinet & Rom.4. ipsa confessio, q̃uis non ad ea peccata pertineant. Itaque in vijs domini quas omnes fides vna complectitur, qua in eum credi tur qui iustificat impium, qui etiam dixit, B Ego sum via: nemo peccatum operatur, Ioan.14 sed confitetur. Deuiat ergo cum peccat, & ideo peccatum viæ non tribuitur quod a deuiante committitur, sed in via fidei pro Rom.4. non peccantibus habentur, quibus peccata Psal.31. non imputantur. De quibus apostolus Paulus iustitiam fidei cōmendans in psalmo scriptum esse monstrauit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum

tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Hoc præstant viæ domini, ac per hoc quoniam iustus ex fide viuit, ab ista via domini illa alienat iniquitas, quæ est infidelitas. In hac autē via domini. i. in fide pia quisquis ambulat, aut peccatum non operatur, aut si quid a deuiante committitur, propter viam non imputatur, & tanquam non fuerit operatus accipitur. Et ideo bene etiam sic intelligitur, Non.n.qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt, vt hanc iniquitatem significauerit, quæ recedit a fide, aut non accedit ad fidem. Quemadmodū enim ait dñs de Iudęis, Si non venissem peccatum non haberent. Nec vtique sine vllo peccato erant antequam Christus veniret in carne, & ex quo venit cœperunt habere peccatum, sed quoddam peccatum certum, id est, infidelitatis intelligi voluit, quoniam non crediderunt in eum: ita qui operantur iniquitatem, nō quamlibet, sed hanc ipsam infidelitatem, non in vijs eius ambulauerunt, quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, Vtrunque autē in Christo est, & prēter Christum nusquam est. Dico.n. Christum, ait Apostolus, ministrum fuisse circuncisionis pp ve- Ro.15. ritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordiam glorificare deum. In hoc igitur misericordia, quia nos redemit: in hoc veritas, quia id quod promisit impleuit, & impleturus est quod promittit. Qui ergo operantur iniquitatem, id est, infidelitatem, Rom.4. nō in vijs eius ambulauerunt, qa in Christum non crediderunt. Ergo conuertantur, & in eum qui iustificat impium pie credant, atque in illo misericordiam peccatis dimissis, & veritatem completis promissis, hoc est, vniuersas vias domini inueniant, in quibus ambulantes non operabuntur iniquitatem, quia non tenebunt Gals.5. infidelitatem, sed fidem quę per dilectionem operatur, & cui peccatum non imputatur.

Ioan.15 de verb. domini, sermo.2 &.60. C

Concio quarta. D

QVis est fratres charissimi qui dño dicit, Tu præparasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meę ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum inspicio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpicio in omnia mandata tua?) Quis eſt q hoc dicit, niſi vnum quodque membrum Chriſi, vel potius vniuerſum corpus Chriſti? Et quid eſt, tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Vtrum nimis præcepiſti, an nimis cuſtodiri? Quodlibet horum intelligamus contra illam memorabilem no bilemq. ſententiam hoc dictum videtur, quam Græci laudant in ſapientibus ſuis & Latini laudando conſentiunt, Ne quid nimis. Si. n. hoc verum eſt, vt ne quid nimis fiat, quomodo verũ eſt quod hic dicitur, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Quomodo & qñ deus aliquid vel nimis præciperet, vel cuſtodiri nimis vellet, ſi omne nimium reprehenſione dignum eſſet? Diceremus ergo nos nulla Græcorum ſapientium authoritate terreri, intuẽtes quod ſcriptum eſt, Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? & potius iſtam ſententiam falſam eſſe crederemus qua dictum eſt, Ne quid nimis, quam diui
Supra Pſ. 106. num eloquium, vbi legimus atque cantamus, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: niſi nos non Græca elatio, ſed vera ratio reuocaret. Nimis quippe dicitur, quicquid plus fuerit quam oportet. Nã parum & nimium duo ſunt inter ſe contraria. Parum eſt quod minus eſt quam oportet: & nimium eſt quod plus eſt quã oportet. Horum in medio modus eſt: quod dicitur ſatis eſt. Cum vtique vtile ſit in vita & moribus vt amplius quam oportet nihil omnino faciamus, profecto veram eſſe ſententiam, Ne quid nimis potius quam negare debemus. Sed aliquando Latina lingua hoc verbo ſic abutitur, vt nimis ꝓ eo quod eſt valde, & poſitum inueniamus in literis ſacris, & ponamus in ſermonibus noſtris. Nam & hic, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: nõ niſi valde intelligimus, ſi recte intelligimus, Et nimis te diligo, ſi alicui chariſsimo dicimus: non vtique plus quam oportet, ſed valde nos diligere intelligi volumus. Denique illa Græca ſententia non habet hoc verbum quod hic legitur. Ibi. n. eſt ὑπερ, quod eſt nimis: hic eſt autẽ σφόδρα, quod eſt valde, ſed aliquando, vt diximus, nimis pro eo quod eſt valde, & dictum inuenimus & dicimus. Vnde nonnulli etiam Latini codices non habent, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: ſed, valde. Valde vtiq. præcepit hoc deus, & valde oportet dei cu

1. Co. 1.

De beata vita capitibu. 19. & 20.

ſtodire mandata. Sed humilis pietas, vel pia humilitas, & fides non immemor gratiæ, quid adiungat attendite. Vtinam, inqt, dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Præcepiſti quidem tu, ſed vtinã quod præcepiſti fiat mihi. Vbi audis, vtinam, vocem optantis agnoſce, & agnita voce optantis, depone ſuperbiam ſumentis. Quis. n. ſe dicat optare quod ſic habet in arbitrij poteſtate, vt nullo indigens adiumento id poſsit efficere? Ergo ſi optat homo quod præcepit deus, vt det ip ſe quod ꝓcepit, rogãdus eſt deus: A quo. n. optandum eſt, niſi ab illo patre luminum à quo omne datum optimum & omne donum perfectum, ſancta ſcriptura teſte, deſcendit? Propter eos autem qui putãt hoc ſolo uos ad faciendam iuſtitiam diuinitus adiuuari, ꝙ dei præcepta nobis in notiam proferuntur, vt ea cognita iam ſine vlla dei gratia ſolis noſtræ voluntatis viribus impleantur, non optat hic dirigi vias ſuas ad cuſtodiendas iuſtificationes dei, ni ſi iam eius acceptis ipſo præcipiente mandatis. Ad hoc. n. pertinet quod præmiſit, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: tanquam diceret, Iam legem accepi, iam noui. Tu. n. præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis, & mandata tua ſancta, & iuſta & bona, ſed peccatum meum per bonum mihi operabitur mortem, niſi adiuuetur gratia. Vtinam ergo dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, tunc non confundar dum inſpicio in omnia mandata tua. Mandata der ſiue cum leguntur, ſiue cùm memoria recoluntur, ſũquam ſpeculum intuendum eſt ſecundum Apoſtolum Iacobum dicentem. Si quis auditor eſt verbi & non factor, hic comparabitur viro conſyderanti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: Conſyderauit. n. ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit: q autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit, non obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Talem ſe iſte vult eſſe, vt inſpiciat tanquam in ſpeculum mandata dei & non confundantur, quia non auditor eorum tantum vult eſſe, ſed factor: Propterea optat dirigi vias ſuas ad cuſtodiendas iuſtificationes dei. Vnde dirigi niſi gratia dei? Alioqui legem dei habebit, nõ vbi gratuletur, ſed vbi confundatur, ſi voluerit mandata inſpicere quæ non facit: Confite

Iaco. 1.

Iaco. 1.

bor, inqt, tibi dñe in directione cordis mei, i eo ꝙ didicerim iudicia iuſtitię tuę. Nõ ẽ peccatorum confeſsio iſta, ſed laudis: ſicut ait etiam ipſe in quo peccatum nullũ erat,
Eccleſiaſtici. 39. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: & ſicut ſcriptum eſt in libro Eccleſiaſtico, Hæc dicentis in confeſsione, opera domini vniuerſa quoniam bona valde: Confitebor, inquit, tibi in directione cordis mei. Vtiq. ſi dirigantur viæ meæ, confitebor tibi quoniam tu feciſti, & tua laus eſt iſta non mea. Tunc. n. confitebor in eo ꝙ didicerim iudicia iuſtitiæ tuæ: ſi directum cor habebo, directis videlicet vijs meis ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Nam quid mihi ꝓderit ꝙ ea didicerim ſi corde peruerſo vias abibo prauas? Non enim lætabor in eis, ſed accuſabor ab eis. Deinde adiungit, Iuſtificationes tuas cuſtodiam.) Quæ omnia ex illo vtiq. conſtituntur quod ait, Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, tunc non confundar dum inſpicio in omnia mandata tua, & confitebor tibi in directione cordis, & iuſtificationes tuas cuſtodiam. Sed quid eſt quod ſequitur? Ne derelinquas me vſque valde.) Vel ſicut nonnulli codices habent, Vſque nimis.) pro eo ꝙ eſt valde: nam hoc verbum Græcum eſt: & hic eſt σφόδρα, quaſi relinqui ſe a domino velit, ſed non vſque valde? Abſit. Sed quia reliquerat deus mundum merito peccatorum, vſque valde illum reliquiſſet, ſi ei nec tanta medicina profuiſſet, hoc eſt, gratia dei per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Nunc vero ſecundum iſtam oratiõẽ corporis Chriſti non eũ reliquit vſque valde, quia deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Poteſt hoc ẽt ſic intelligi vt eius iſta ſit vox qui cum dixiſſet. In abundantia mea non mouebor in æternũ, velut ſua virtute confidens: vt oſtenderet non deus ꝙ merito eius, ſed in voluntate ſua præſtiterat decori eius virtutem: auertit ab eo faciem ſuam, & factus eſt conturbatus. Inueniens ergo ſe, nec iam præſumens de ſe clamat, Ne derelinquas me vſq. valde. Si enim dereliquiſti, vt ſine adiutorio tuo infirmus appearem, noli vſque valde, ne peream. Tu ergo præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis? Iam de ignorantia me excuſare non poſſum. Sed quoniam in K firmus ſum, vtinã dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, Tunc

1. Co. 1.

Pſal. 29.

Idem.

Supra eodem Pſal.

nõ confundar dũ reſpicio in omnia mãdata tua, tunc confitebor tibi in directione cordis, in eo ꝙ didicerim iudicia iuſtitiæ tuæ, tunc iuſtificationes tuas cuſtodiã: & ſi dereliqſti me ne gloriar i me, noli vſq. valde, & iuſtificatus abs te glorificabor in te.

Concio quinta.

HOs verſus chariſsimi iſto conſyderemus in Pſalmo, Et ſicut dominus donat eius ſacras literas perſcrutemur. In quo corrigit iunior viam ſuam? in cuſtodiendo verba tua.) Interrogat ſe, & reſpondet ſibi: In quo corrigit iunior viam ſuam? hucuſque interrogatio eſt: Deinde reſponſio, in cuſtodiendo verba tua. Sed hoc loco cuſtoditio verborum dei, intelligenda eſt operatio præceptorum. Fruſtra enim cuſtodiuntur memoria, ſi non cuſtodiantur & vita. Nam quidam verba dei tenendo agunt ne obliuiſcantur, nec agunt viuendo vt corrigantur. Non autem ait iſte, in quo exercet iunior memoriam ſuã: ſed, in quo corrigit viam ſuam: atque ad hoc reſpondet, in cuſtodiendo verba tua. L
Neque vllo modo dicendo eſt via correcta, quamdiu eſt vita peruerſa. Sed quid ſibi vult iſte iunior? Potuit enim dicere, in quo corrigit homo viam ſuam: aut, in quo corrigit vir viam ſuam, quod pleriſque in ſcripturis ita ponitur, vt a ſexu honoratione homo intelligat, modo locutionis quo ſignificeatur a parte totum. Neque enim & fœmina non beata quæ non abijt in cõſilio impiorum: vbi tamen dictum eſt, Beatus vir. Hic vero nec homo ait, nec vir, ſed iunior. Nam quid? Deſperandus eſt ſenior? Aut in alio corrigit etiam ſenior viã ſuam, quàm in cuſtoſtiendo verba dei? An forte admonitio eſt qua ætate potiſsimum fieri debeat: ſecũdum illud quod alibi ſcriptum eſt, Fili a iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapiẽtiam? Eſt & alius intellectus, vt ille hic agnoſcatur, filius euangelicus iunior, qui ꝓfectus a patre in regionem longinquam, effudit ſubſtantiam ſuam viuens cum meretricibus prodigè, & poſteaquam porcos pauit egeſtate ⁊ famem q. perpeſſus, reuerſus eſt ad ſemetipſum, & dixit, Surgam & ibo ad patrem meum. In quo. n. correxit viã ſuam, niſi in cuſtodiendo verba dei, q̃ M
tanq̃ panem paternum eſuriens cõcupiuit?

Pſal. 1.

Eccleſiaſtici. 6.

Luc. 15.

Neque

Ibid. Neque.n.corrigit viam suam frater eius senior qui patri suo dixit, Ecce tot annis seruio tibi, & nũquam mandatum tuum præterij. Iunior ergo ille correxit viam suam,quã se ita deprauasse puersamq. habuisse confessus est,vt patri diceret,Iã non sum dignus vocari filius tuus. Tertius quoque intellectus mihi occurrit,quẽ qui dem ego quantũ pro modulo meo sapio, duobus superioribus antepono, Vt senior
1.Co.15 agnoscat vetus homo:& nouus,iunior.Senior qui portat imaginẽ terreni hominis, iunior q cœlestis,quia nõ prius quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale.Sic ergo licet quilibet quantũ ad ætatẽ
Ibid. pertinet corporis,annosa vetustate decrepitus,iunior erit apud deum percepta gratiæ nouitate cõuersus, Et in hoc corrigit iunior viã suã in custodiendo verba eius:
Gal. 5. Hoc est verbum fidei qđ prædicamus,& ipsa est fides quæ per dilectionem operatur. Sed iste iunior populus,gratiæ filius, homo nouus, cãtator noui cantici,hæres
Gen. 4. testamenti noui, iste iunior non Cain sed Abel,non Hismael sed Isaac, nõ Esau sed Israel,non Manasses sed Ephriã,non Heli sed Samuel,nõ Saul sed Dauid,quid adiungat attẽdite:In toto,inquit,corde meo exquisiui te,ne repellas me à mãdatis tuis.)
A Ecce orat vt adiuuetur ad custodiẽda verba dei, in quo dixerat viam suam corrigere iuniorem.Nam vtique hoc est,ne repellas me à mãdatis tuis.Quid est.n.à deo repelli,nisi nõ adiuuari?Mandatis qppe eius rectis atque arduis humana non cõtemperatur infirmitas,nisi præueniens eius adiuuet charitas. Quos aũt non adiuuat,hos merito perhibetur repellere, & tanq̃ flam
Gen. 3. mea framea ,phibeantur indigni,ne manũ extendant ad arboré vitæ.Quis est aũt dignus, ex quo per vnum hominem peccatũ intrauit in mundum,per peccatũ mors,
Rom.5. & ita in oẽs homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt? Sed indebita dei misericordia, sanatur debita nostra miseria. Nam iste qui loqtur & dicit,In toto corde meo exquisiui te:& hoc vnde posset,ni
Psal. 84 si eum auersum ad se,ipse conuerteret cui dicit, Deus tu cõuertens viuificabis nos: & ille perditum quæreret,& errantem il-
Eze 34. le reuocaret qui dicit, Quod perierat requiram,& quod errauerat reuocabo?Inde est quod & corrigit viam suam in custodiendo verba dei, illo regente,illo facien-

te:neque.n.per se ipse posset, cum Hiere- B
mias propheta fateatur & dicat, Scio do- Hier.10
mine quoniam non est hominis via eius, neque vir ibit & corrigit viã suam, A domino quippe hoc etiam iste superius optauit vbi ait,Vtinam dirigãtur viæ meæ: & hic vbi addidit, In corde meo abscondi eloquia tua,vt non peccem tibi.)Cõtinuo diuinum quæsiuit auxilium.Nam in corde eius dei eloquia sine fructu absconderentur, nisi opera iustitiæ sequerentur. Cum.n.hoc dixisset: adiũxit, Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas.) Doce dixit, quomodo eas discunt qui faciunt,non quomodo hi qui habeant quod loquãtur tantummodo meminerunt. Nã vtique iam dixerat,In corde meo abscondi eloquia tua,vt nõ peccem tibi.Quid ergo adhuc ea quærit discere,quæ abscondita iam custodit in corde?Quod vtique nõ fecisset,nisi ea didicisset. Vt quid ergo addit & dicit, Doce me iustificationes tuas, nisi quia eas vult faciendo discere, non loquendo vel memoria retinendo?Quoniã Psal.85
ergo sicut in alio Psalmo legitur,Benedictionem dabit qui legem dedit:ideo benedictus es domine,doce me,inquit,iustificaC
tiones tuas.Quia.n.in corde meo abscondisti,da etiam benedictionem gratiæ,vt faciendo discã quod intimando iussisti.Hæc satis sint,vt vestræ mentes sine fastidio nutriantur: alium sermonem hæc desyderant quæ sequuntur.

Concio sexta.

INitiũ sermonis huius est nobis in Psalmo de quo disputamus hic versus, In labijs meis ,pnunciaui omnia iudicia oris tui.)Quid est hoc dilectissimi qđ est hoc? Rom.15
Quis omnia iudicia dei enunciare possit cum inuestigare non possit?An vero cum Apostolo exclamare dubitamus,O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, Ioã.16.
quam inscrutabilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius?Dominus dicit,Adhuc multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare modò.Et quanuis continuò promiserit eis omnem veritatem per spiri 1.Co.13
tum sanctum,clamat tamẽ beatus Paulus, Ex parte scimus: vt intelligamus spiritu quidem sancto,vnde pignus accipimus, p
duci nos ad omnem veritatem,sed cum in alia

alia vita post huius vitę speculũ & enigma venerimus, & faciem viderimus. Quo
Hier. ergo iste dicit, In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui? Et illa hoc dicit qui
D pauloante superiore versu proximo dixerat, Doce me iustificationes tuas. Quo pacto igitur enunciauit omnia iudicia oris eius, qui vult adhuc discere iustificationes eius? An iudicia quidẽ cuncta iam nouerant, iustificationes autẽ adhuc discere cupiebat? Hoc uero esset mirabilius, si iã scie
bat inscrutabilia dei, & ea q̃ hominibus præcepit facienda nesciebat.Iustificationes.n. sunt,non dicta sed facta iustitiæ,opera.s.iustorum q̃ imperat deus. Iõ autẽ dicitur quanuis à nobis fiant,quia nisi ipso donãte non fiant. Iudicia porrò dei sunt, qbus ab eo mundus,& nunc & in fine seculi iudicatur. Sed cũ eloquijs dei omnia continentur,& iustificationes videlicet & iudicia, cur quærit iustificationes discere qui eloquia dei se abscondisse in corde dicit? Ait.n. In corde meo abscõdi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tunc secutus adiunxit,Benedictus es dñe,doce me iustificationes tuas. Ac deinde,in labijs,inquit,pronũciaui omnia iudicia oris tui. Videntur qui dem duo ista inter se non esse contraria, imo esse potius amica atq. coniuncta, vt q̃n in corde suo abscondit eloquia dei, in labijs suis iudicia eius enunciat. Corde.n. creditur ad iustitiam, ore autem confessio
E fit ad salutem.Sed quod inter hæc duo medium posuit, benedictus es dñe, doce me iustificationes tuas, quomodo conueniat hominiũ cuius in corde iã sunt eloquia dei, & qui labijs suis enunciauit omnia iudicia dei, vt adhuc uelit discere iustificationes dei, non inuenitur, nisi vt eas discere velle intelligatur faciendo, non memoria retinendo & loquẽdo,& id a dño demõstrauit debere nos petere, sine quo nihil possumus facere. Sed hoc ante istum alio tam sermone tractauimus:nunc vero quõ se dixerit omnia iudicia oris dei in labijs suis enunciasse, cum dicta sint inscrutabilia, & de quorum profunditate alibi scriptum est,Iudicia tua abyssus multa: quan-
35. tũ deus donat tractare suscepimus. Quid ergo hic intelligamus attendite.Nunquid iudicia dei nescit Ecclesia? Scit planè. Nã scit vtique qualibus dicturus sit iudex uiuorum & mortuorum, Venite benedicti
Mat.25. patris mei percipite regnum: & qualibus dicturus sit,Ite in ignem ęternum. Scit, inquam,neque fornicatores, neque idolis seruiẽtes, neque illos atque illos,quos ibi Apostolus Paulus enumerat regnum dei non possessuros esse.Scit iram & indigna- 1.Co.6.
tionem,tribulationem & angustias in om Gala.5.
nem animam hominis operantis malum, Rom.2.
Iudæi primum & Græci,Gloriam vero et F
honorẽ & pacẽ omni operanti bonum,Iudæo primum & Græco.Hæc atque huiusmodi iudicia dei cuidente: expressa nouit Ecclesia:sed nõ ipsa sunt omnia, cum sint quædã inscrutabilia, & sicut abyssus multa, ,pfunda & occulta.An & ipsa nota sunt quibusdam excellentioribus membris hominis huius, qui cũ suo capite saluatore totus est Christus?Inscrutabilia enim fortasse dicta sunt homini, quia viribus suis ea non potest perscrutari.Sed cur non possit dono spiritus sancti,cuicunque hoc dominus conferre dignatur? Sic enim illud dictum est,Deus habitat lucem inaccessibi
lem:& audiuimus tamen, Accedite ad eũ 1.Ti.6.
& illuminamini. Quæ vtique sic soluitur Psal.33.
q̃stio, vt inaccessibilis sit uiribus nostris, accedat aũt ad deũ muneribus suis, Quãquam & si nemini omnino sanctorũ quandiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam, omnia indicia dei scire concedi- Sapiẽ.9.
tur, quia reuera multum est ad hominem cum profecto vt aliquid exempli gratia dicam, vnde iudiciorum dei conijciatur immensitas, cum nemo sine iudicio dei sit tardus in animo, vel claudus in corpore: habet tamen vnde dicat Ecclesia, hoc est, populus acquisitionis, & veraciter dicat, G
In labijs meis enunciaui omnia iudicia oris tui.i.nihil iudiciorum tuorum tacui, quæ mihi per eloquia tua innotescere uoluisti,sed omnia ,prsus in labijs meis enũciaui. Hoc enim mihi videtur significare voluisse q̃ non ait,omnia iudicia tua: sed, omnia iudicia oris tui,id est, quæ mihi dixisti, vt per os eius eloquiũ eius intelligamus, quod fecit ad nos in reuelationibus sanctorum pluribus, & testamentis duobus, quæ omnia iudicia vsquequaque in labijs suis enunciare non cessat Ecclesia. Deinde subiungit & dicit,In via testimoniorum tuorum iocundatus sum, quasi in omnibus diuitijs.) Viam testimoniorum dei nihil citius,nihil certius,nihil breuius, nihilque grandius intelligimus esse quàm Colo.2.
Christum,in quo sunt omnes thesauri sa-

pientiæ & scientiæ absconditi. Inde & iste ait se iocundatum vel delectatum in hac via, quasi in omnibus diuitijs. Testimonia quippe dei sunt, quibus quantum nos diligat, nobis probare dignatur. Commendat autem suam charitatem deus in nobis, qm̃ Rom.5. cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum ergo ipse dicat, Ego sum via, & humilitas eius carnalis natiuitatis atque passionis, euidẽtia sint testimonia diuinæ erga nos dilectionis, p̃ culdubio via testimoniorum dei Christus est. Per hæc quippe testimonia quæ in illo videmus impleta, etiam futura erga nos, q̃ sempiterna promissa sunt, expectamus, & speramus implenda. Qui enim proprio filio nõ pepercit, sed p̃ nobis omnibus tradidit eum, qũo non & cum illo omnia nobis donauit? Sequitur: In mãdatis tuis garriam, & consyderabo vias tuas.) Q d̃ Græcus habet ἀδολεσχήσω Latini interpretes q dam garriam, quidam exercebor interpretati sunt, quę duo inter se videntur esse diuersa: sed si exercitatio intelligatur ingenij cum quadam delectatione disputationis, vtrunque coniungitur, & quasi ex vtroq. vnum aliquid temperatur, vt non sit aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solent. n. garruli vocari loquaces. Si autẽ se in dei mandatis exercet Ecclesia aduersus omnes inimicos fidei Christianæ atq. I catholicæ, copiosis doctorum disputationibus est garrula, quæ tunc fructuosæ sunt disputationibus, si non ibi consyderentur Psal.24. nisi viæ domini. Vniuersæ autem viæ domini, sicut scriptum est, misericordia & veritas, quorum duorum plenitudo inuenitur in Christo. Per hãc suauẽ exercitationem fit etiam hoc quod adiungit, In iustificationibus tuis meditabor, nõ obliuiscar verborum tuorum.) Ideo vtique meditabor, vt non obliuiscar. Vnde beatus ille in primo Psalmo, in lege domini meditabitur die ac nocte. In his omnibus prout potuimus disputauimus, meminerimus charissimi eum qui absc̃odit in corde suo eloquia domini, & enunciat in labijs suis omnia iudicia oris eius, & in via testimoniorum eius delectatur sicut in omnibus diuitijs, & garriens vel sese exercens in mandatis eius consyderat vias eius, & meditatur in iustificationibus eius, ne obliuiscatur verborum eius, per quę omnia vtique verba dei atque doctrinam in lege dei instructus apparet orare tamen & dicere, Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: vbi nihil aliud intelligitur poscere, nisi adiutorium gratiæ, vt quod iam nouit sermone, discat & opere.

Concio septima.

SI huius Psalmi superiora meministis K charissimi, adiuuare nos debent ad intelligenda sequentia. Etenim quæ tanquam ex vnius hominis persona loquuntur, membra sunt Christi, & ad vnum caput tanquam ad vnum pertinent corpus. Nempe superius dixerat, In quo corrigit iunior viam suam, in custodiendo verba tua, Ecce nunc apertius vt id faciat, poscit auxilium. Retribue, inquit, seruo tuo, viuam & custodiam verba tua.) Si bona pro bonis sibi postulauit retribui, ia custodierat verba dei. Non autem dixit, Retribue seruo tuo: quia custodiui verba tua, tanquam mercedem bonam pro bono obediẽtiæ flagitaret, sed dixit, Retribue seruo tuo, viuam & custodiam verba tua. Q d̃ quid est aliud quàm dicere mortuos ea custodire non posse: infideles videlicet, de quibus dicitur, Sine mortuos sepelire mor- Matt.8. tuos suos: verba dei custodire nõ possunt. Quapropter mortuos intelligimus infideles, viuos autem fideles, quoniã iustus ex fide viuit. Nõ possunt custodiri verba dei Rom.1. nisi per fidem, quæ per dilectionem opera Gala.5. tur, hanc sibi poscit qui dicit, Retribue seruo tuo, viuam & custodiam verba tua. Et quoniam ante fidem non hominꝭ debentur, nisi mala pro malis, retribuit autẽ L deus per indebitam gratiam bona pro malis: hanc retributionem rogat qui dicit, Ecce nunce retribue seruo tuo, viuam & custodiam verba tua. Quatuor enim retributiones sunt. Aut enim mala pro malis pſ. 108. retribuunt, sicut deus ignem æternum retributurus est impijs. Aut bona pro bonis, sicut regnum æternum retributurus est iustis. Aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam iustificat impium. Aut Rom.4. mala pro bonis, sicut Iudas, & Iudæi per malitiam persecuti sunt Christum. Harum quatuor retributionum duæ priores pertinent ad iustitiam, vt retribuantur mala pro malis, bona pro bonis: tertia pertinet ad misericordiam, vt retribuantur bona pro malis: quartũ deus nescit, nullum malum pro bono retribuit. Hæc autem quam tertio loco posui primitus necessaria est. Nisi enim deus retribueret bona pro malis, nullo modo essent quibus retribuerent bona pro bonis. Vide illum Saulum postea Paulum, Non ex operibus, in- Tit. quit, iustitiæ quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum, M Qui prius fui blasphemus, & persecutor iniuriosus, sed misericordiam consecutus Ti.1. sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et iterum, Consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à domino, vt fi Co.7. delis essem, hoc est, vt viuerem, Quia iu- Gimel. stus ex fide viuit. Mortuus ergo erat prius per suam iniustitiam, antequam viueret p dei gratiam. Ipsam porrò suam mortem sic confitetur: Adueniente autem, inquit, mandato peccatum reuixit, ego autẽ mortuus sum, & inuentum est mihi mandatũ quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Retribuit ergo illi deus bonum pro malo, hoc est, vitam pro morte, talem scilicet retributionem qualis hic poscitur vbi dicit, Retribue seruo tuo, viuam & custodiam verba tua: et vixit et custodiuit verba eius, & pertinere cœpit ad aliam retributionẽ, in qua retribuuntur bona pro bonis: propter quam dicit, Bonum certamen certa- Ti.4. ui, cursum consummaui, fidem seruaui, de cętero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Vtique iustus retribuendo bona quia prius misericors retribuendo bona pro malis, quanuis & ipsa iustitia qua retribuuntur bona pro bonis, non est sine misericordia, quia & hoc scriptũ est, Qui A coronat te in miseratione & misericordia. Ti.4. Quia enim dixit, Bonum certamen certa Co.9. ui, quando vinceret, nisi illo donante de quo ait, Gratias ago deo qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum? Et qui cursum consummauit, quando curreret, quando perueniret, nisi illo adiuuante de quo ait, Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Et qui fidem seruauit, quando id fa- Co.7. ceret, nisi vt ipse ait, misericordiam consecutus, vt fidelis esset? Nusquam ergo se extollat humana superbia, donis suis deus retribuit bona præmia. Sed iste qui iam orat & dicit, Retribue seruo tuo, & viuam: si penitus iam non esset, mortuus

non oraret, sed ab illo accepit initium bonæ concupiscentiæ & consciẽtiæ, à quo vitam poscit obedientiæ. Habebant enim Luc.17. aliquam fidem qui dicebant, Domine auge nobis fidem. Ille vero & incredulitatẽ suam confitebatur, nec fidem diffitebatur, qui cum esset interrogatus vtrum crederet: ait, Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Iam vtique uiuere incipiens Marc.9. postulat vitam, qui credens orabat obediẽtiam, uon pro ea seruata præmium, sed vt seruetur auxilium. Vita quippe crescente uiuiscit & iuuenescit per omnem diem, q B renouatur de die in diem. Sciens autem 2.Co.4. verba dei non posse custodiri per obedientiam, nisi videantur per intelligẽtiam: hoc quoque orationi addidit & dicit, Reuela oculos meos, & consyderabo mirabilia de lege tua. Ad hoc etiam illud pertinet qd̃ adiungit, Inquilinus ego sum in terra.) Siue vt nonnulli codices habent, Incola ego sum apud te in terra, ne abscondas à me mandata tua.) Quod enim ait superius, reuela oculos meos: hoc postea dixit, ne abscondas à me: & quod ibi dixerat: mirabilia de lege tua, hoc alio loco repetens ait, mandata tua. Nihil est autem mirabilius in mandatis dei, quàm diligite inimicos uestros, hoc est, retribuite bona pro malis. Matt.5. Sed de isto inquilinatu uel incolatu non est sermo coarctandus, & ideo non iste de hac re, sed alius expectandus & domino adiuuante reddendus est sermo.

Concio octaua, de uersu Psalmi, qui dicit, Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua, Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tẽpore.

C

EXpectationi charitatis vestræ de sequentibus huius magnisimi Psalmi sermo reddẽdus est, ab illo versu scilicet vbi ait, Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua.) Siue vt nõnulli codices habent, Inquilinus ego sum in terra.) Q d̃ enim est in Græco παρόικος, aliq nũc, inquilinus, aliq incola, nõnulli etiã aduenam interpretati sunt. Inquilini nõ habentes propriam domum, habitant in aliena. Incolę autem vel aduenę, vtiq. aduen-

ticij perhibent. Vbi magna de anima exorit qō. Neque.n. ſecūm corpus dictū videri pōt, incola vel aduena vel inquilinus ſum in terra, cum de terra corpus originem ducat. Sed de hac profundiſſima qōne nihil audeo definire. Siue.n. propter animam q̄ abſit, vt putet ex terra, merito dici potuerit, inquilinus vel incola vel aduena ego ſū in terra: ſiue ſecūm totum hominē, q̄a paradiſi aliquando ciuis fuit, vbi vtiq; nō erat

Gene. 3. qui iſta dicebat: ſiue quod eſt ab omni controuerſia liberius, non omnis homo poſsit hoc dicere, ſed cui patria promiſſa eſt æterna in cœlis, hoc ſcio quia tentatio eſt vita humana ſup terrā, & iugū graue eſt ſuper

Iob. 7. filios Adā. Verum me plus delectat ſecūm

D iſtam diſputare ſententiam, vt iō nos in terra inquilinos vel incolas eſſe dicamus, q̄a

Eccleſia ſtici. 4. ſupernā patriam vnde pignus accipimus, & quo peruenientes nunquam inde migremus, inuenimus. Nam & ille qui in alio

Pſal. 38. Pſalmo dicit, Inquilinus ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei: nō ait, ſicut omnes homines: ſed dicendo, ſicut omnes patres mei: iuſtos procul dubio vult intelligi qui eum tempore præceſſerunt, & in hac peregrinatione gemitu pio ſempiternę patriæ ſuſpirarunt. De quibus ſcriptum eſt ad Hebræos, Secūdum fidē mortui ſunt hi omnes, cum nō accepiſſent, promiſſiones, ſed lōge eas videntes, & cōfitentes, quia hoſpites & peregrini ſunt ſuper terram. Qui enim talia dicunt, oſtendunt quia patriam quærunt. Et ſiquidem eius memores eſſent à qua diſceſſerant, habuiſſent tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt. i. cœlum, iō non confunditur de his deus vocari deus eorum: præ-

Heb. 11 2. Co. 5. parauit. n. eis ciuitatem. Et illud quod legimus, quandiu ſumus in corpore peregrinamur a domino: poteſt intelligi hoc non

E eſſe omnium, ſed fideliū. Non enim om-

2. Th. 3. nium eſt fides. Et videmus quid his uerbis Apoſtolus iungat. Cum enim dixiſſet, quādiu ſumus in corpore peregrinamus a domino, Per fidem enim ambulamus, inqt,

2. Co. 5. & non per ſpeciem, vt intelligeremus eorum eſſe iſtam peregrinationē qui ambulant per fidem. Infideles autem quos deus non præſciuit, nec prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, non poſſunt veraciter dicere ſe in terra peregrinos, quando ibi ſunt, vbi ſecundum carnē nati ſunt. Non enim habent alibi ciuitatem, ac per hoc non ſunt in terra alienigenæ, ſed terri

Eſa. 28. genæ. Vnde ait alia ſcriptura de quodam, Poſuit enim apud mortem domum ſuam, & apud inferos cum terrigenis axes ſuos. Sunt autem & ipſi peregrini & inquilini, non huic terræ, ſed populo dei a quo ſunt alienigenæ. Vnde credentibus & ſanctam ciuitatem, quæ non eſt de hoc mundo, habere incipientibus Apoſtolus dicit: Igitur Ephe. 2. iam non eſtis peregrini & inquilini, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei. Ip. ſi ergo ſunt ciues terreni, qui ſunt in dei populo peregrini: q; vero ciues ſunt in populo dei, ipſi ſunt in terra peregrini: quia totus idem populus quandiu eſt in corpore peregrinatur a domino. Dicat itaque, F Incola ego ſum in terra, ne abſcondas a me mandata tua. Sed qui tandem ſunt, a quibus deus abſcondit mandata ſua? Nonne illa vbique deus voluit prædicari? Vtiq; nam q̄ multis clara ſunt, tam multis chara ſint. Nam quid eſt clarius, q̄ Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex Mat. 22. tota mente tua, & diliges proximum tuū tanquam teipſum? In quibus duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Et quis eſt quem lateant iſta mandata? Nempe & omnibus fidelibus, & plurimis infidelibus nota ſunt. Cur ergo poſcit fidelis ne abſcōdatur ſibi, quod nec infideli cernit abſcondi? An quia deum noſſe difficile eſt? Conſequens eſt vtique vt diligas dominum deū 3. sē. dist. 27. cōſequenter. tuum, difficile intelligatur, & interrogetur ne aliud pro alio diligatur: Nam proximi facilior eſſe videtur cognitio. Omnis quippe homo eſt omni homini proximus: nec vlla cogitanda eſt longinquitas generis, vbi eſt natura communis, quanquam nec proximū nouerat, qui domino ait, Et quis Luc. 10. eſt mihi proximus? Quando ille eſt propoſitus homo quidam, q̄ deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, cui proximum non fuiſſe niſi qui G cum illo fecit miſericordiam, ipſe qui interrogauerat iudicauit, Patuitque in faciēda miſericordia neminem alienū eſſe putandum ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec ſeipſos nouerūt, quia & ſeipſum noſſe quemadmodum homo ſibi debet innoteſcere, non omnium hominum eſt. Quomodo ergo diligit proximum tāquā ſeipſum, qui neſcit & ſeipſum? Non enim Mat. 22. fruſtra ille filius iunior qui profectus eſt in regionem longinquam, vbi ita diſſipauit

ait ſubſtantiam ſuam uiuens prodige vt

Luc. 15. diceret, Surgam & ibo ad patrem meum: prius reuerſus eſt in ſemetipſum, niſi quia tam longe peregrinatus eſt, vt relinqueret etiam ſemetipſum: nec tamen reuerteretē ad ſe, ſi omnimodo neſciret ſe: nec diceret, Surgam & ibo ad patrem meum: ſi penitus ignoraret deum. Quocirca & aliquatenus iſta ſciunt, & vt magis magisq. ſciant, non immerito ſcienda poſcuntur. Quapropter vt ſciamus diligere deum, ſciēdus eſt deus: & ſciat homo diligere proximum tanquā ſeipſum, prius debet diligēdo deū diligere ſeipſum. Quod vnde poterit ſcire ſi neſcit deum, ſi neſcit & ſeipſum? Recte itaq. di-

H citur deo, Incola ego ſum in terra, ne abſcondas a me mandata tua. Merito nanq. abſconduntur eis, qui non ſunt incolæ in terra. Hæc enim mandata etſi audiunt nō

Pſal. 3. ſapiunt, quia terrena ſapiunt. Quorum autem conuerſatio in cœlis eſt, inquantum hic conuerſantur profecto peregrinantur. Petant itaque ne abſcondantur ab eis mandata dei, per quæ ab hoc incolatu liberentē diligendo deum, cum quo in æternū erūt, & diligendo proximum, vt illic ſit, vbi & ipſi erunt. Quid autem diligendum diligitur, ſi ipſa dilectio non diligitur? Vnde cōſequenter iſte incola in terra cum dei mā-

Pſal. 118. data ne ſibi abſconderentur oraſſet, in quibus dilectio præcipitur, vel ſola vel maxima, & ipſius dilectionis dilectionem ſe uel

Pſal. 118. omni tempore.] Laudabilis eſt iſta concupiſcentia, non damnabilis. Non de hac dictum eſt, Non concupiſces: ſed de illa qua

Gal. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. De

Iac. 4. hac autem bona concupiſcentia, qua concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem, quęre vbi ſcriptum ſit, & inuenies, Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum.

Apoc. 6. Et multa alia reperiuntur bonæ concupiſcentiæ teſtimonia. Sed hoc ſanè intereſt quòd non tacetur quod concupiſcatur, I quando bona commemoratur concupiſcētia: cum autem non additur quid concupiſcatur, ſed ſola ponitur, non niſi mala intelligitur, ſicut in hoc quod commemorauī, Concupiſcentia itaque ſapinetiæ deducit ad regnum: ſi non adderet ſapientię: nullo modo diceret, concupiſcentia perducit ad regnum. At vero Apoſtolus quod poſuit, Concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, Non concupiſces: non vtique addidit cuius rei concupiſcentiam, vel quod non cōcupiſces. Certum eſt enim nō intelligi cum ita dicitur, niſi malam concupiſcentiam. Quid ergo huius anima concupiuit? Deſyderare, inquit, iuſtificationes tuas in omni tempore. Credo nondum eas deſyderabat quando concupiuit deſyderare. Iuſtificationes autem facta ſunt iuſta, id eſt, opera iuſtitiæ. Cum itaque nondum habeat & qui iā deſyderat, quām longe ab his erat qui adhuc eas deſyderare concupiſcebat? Et q̄ lōgius ab eis ſunt qui neque hoc adhuc concupiſcunt? Mirum eſt autem quomodo concupiſcatur deſyderium, nec ſit in nobis, cuius concupiſcentia iam ſit in nobis, Neque enim pulchrum aliquod corpus eſt ſicut aurum, vel caro aliqua ſpecioſa, quam poteſt homo concupiſcere nec habere, quia extra poſita non eſt in homine. Quis neſciat in homine eſſe concupiſcentiam, in K homine eſſe deſyderium? Cur ergo concupiſcitur vt habeatur, quaſi forinſecus inferatur? Aut quomodo haberi eius concupiſcentia ſine ipſo poteſt, cum non ſit ipſum deſyderium quid aliud q̄ concupiſcentia? Nam & deſyderare pro cuſdubio concupiſcere eſt. Quis eſt enim iſte mirabilis atq. inexplicabilis languor? Et tamen eſt. Nā & ægrotus qui faſtidio laborat, & vult euadere hoc malum, concupiſcet vtique deſyderare cibum dum concupiſcit non habere faſtidium, ſed hoc faſtidium morbus eſt corporis, Concupiſcentia vero qua concupiſcit deſyderare cibum, hoc eſt, carere faſtidio, in animo eſt non in corpore, & habet eam non gutturis aut faucium delectatio quæ faſtidio reſtringitur, ſed recuperandæ ratio ſanitatis, quæ ad pellendum eſcæ faſtidium prouidetur. Et ideo non eſt mirum ſi appetit animus, vt appetat corpus, quādo appetit animus, nec appetit corpus. Cum autem vtrunque animi eſt, & vtrunque concupiſcentia eſt, cur non concupiſco deſyderium iuſtificationum dei? Quomodo in uno eodemque animo habeo concupiſcentiam deſyderij huius, & L ipſum non habeo deſyderium? Aut quomodo iſta duo ſunt, & non vnum? Vtqd enim concupiſco deſyderare iuſtificationes tuas, ac non ipſas iuſtificationes potius q̄ earum deſyderium concupiſco? Aut quo pacto poſſum iuſtificationum

desyderium concupiscere,& ipsas iustificationes non concupiscere,cum ideo earum desyderium concupiscam,quia ipsas habere concupisco? Quod si ita est, iam ipsas vtique concupisco. Quid igitur opus est vt earum desyderium concupiscam, cum iam id habeam,& habere me sentiam? Nō enim possum cōcupiscere desyderium iustitiæ, nisi concupiscendo iustitiam. An hoc est quod superius dixi q̄ diligenda sit etiam ipsa dilectio qua diligitur quod diligi oportet: sicut odio habenda est dilectio qua diligitur quod diligi non oportet? Odio quippe habuimus concupiscentiam nostram,qua caro cōcupiscit aduersus spiritum. Et quid est ista concupiscentia, nisi mala dilectio? Et diligimus concupiscentiam nostram qua spiritus concupiscit aduersus carnem. Et quid est ista concupiscētia,nisi bona dilectio? Cum autem dicitur diligenda est, quid aliud dicitur q̄ concupiscentia est? Quocirca quoniam recte cō cupiscuntur iustificationes dei,recte concupiscitur concupiscentia iustificationum dei. Hoc enim alio modo sic potest dici,Si recte diliguntur iustificationes dei, recte diligitur dilectio iustificationum dei. An aliud est concupiscere,aliud desyderare? Non q̄ non sit concupiscentia desyderiū, sed quia non omnis concupiscentia desyderium est. Concupiscuntur enim & quæ habentur,& quę non habentur. Nam concupiscendo fruitur homo rebus quas habet,desyderando autem absentia concupiscit. Desyderium ergo q̄d est,nisi rerum absentium concupiscentia? Sed dei iustificationes absentes esse quomodo possunt, nisi quando nesciuntur? An, & quādo sciūtur & non fiunt, absentes habendæ sunt? Nam quid sunt iustificationes, nisi opera iusta,non verba? Ac per hoc possunt infirmitate animę non desyderari, & ratione mentis vti, Videt quippe q̄ sint vtiles atq. salubres,& ideo potest earum desyderium concupisci. Sæpe enim quid agendum sit videmus nec agimus,quia non delectat vt agamus, & concupimus vt delectet. Præuolat intellectus,& tarde sequitur, & aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus. Ideo ergo desyderare concupiscebat, quæ bona esse cernebat, cupiens eorum habere delectationem, quorum potuit videre rationem. Non autem ait concupiscit, sed concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste incola in terra, qui iam peruenerat ad id quod concupiuerat, iamque desiderabat eas, quarum desyderium aliquando concupisse commorat. Si autem desyderabat, cur non habebat? Nou enim aliquid impedit quo minus habeantur iustificationes dei, nisi quando non desyderantur, dum non in eas charitas feruet, quarum claritas lucet. An habebat eas atque faciebat? Nam paulopost dicit, Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Sed quibus quasi gradibus ad eas perueniatur, ostendit. Prius est enim vt videatur q̄ sint vtiles & honestæ, deinde vt earum desyderium cōcupiscatur, postremo vt proficiente lumine atque sanitate delectet earum & operatio, quarum sola ratio delectaat. Sed ea quæ sequuntur,quoniam iam iste proli xus est, alio sermone adiuuante domino commodius differentur.

Gala. 5.

M

2.sē. dis. 26. cap. Illa.

A

Concio nona de eo quod dicit, Increpasti superbos, male dicti qui declinant à mandatis tuis, vsq. ad id, Nam testimonia tua meditatio mea est,& consolatio mea iustificationes tuę.

B

PSalmi huius quæ tractanda subsequūtur, admonent nos causam nostræ miseriæ recordari. Etenim cum dixisset, Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore: siue.s. in rebus prosperis,siue in aduersis,quia & in laboribus & doloribus debet delectare iustitia,nec ita est tempore diligenda tranquillo, vt turbulento tempore deseratur, sed amplectenda est in omni tempore: cōtinuo subiecit, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mādatis tuis. Superbi enim declinant à mandatis dei. Aliud est quippe mandata dei per infirmitatem, vel per ignorantiam non implere, aliud ab eis per superbiam declinare, sicut fecerūt qui nos mortaliter in hæc mala genuerunt. Delectauit enim eos, Eritis sicut dij: ac si a mandato dei quod sibi eum mādasse scie bāt,& q̄d facillime nulla infirmitate reuocāte,impediēte,tardāte,implere poterāt,p hanc superbiā declinauerūt. Ecce ista tota pura & infœlix erūna mortaliū,quodammodo

C modò hæreditaria est increpatio superborum. Q̄ū.n.dixi tdeus, Adā vbi es? nō ubi esset deus ignorabat, sed superbū increpabat: & ubi tunc esset.i.ad quam miseriā peruenisset, non scire cupiebat, sed interrogādo increpans admonebat. Vide autem quē admodū cū dixisset, Increpasti superbos: non ait, maledicti qui declinauerunt à mādatis tuis: vt illud tantū primorum hominum peccatum veniret in mentem: sed ait, maledicti qui declinant. Oportebat.n.vt oēs illo terrerent exēplo à diuinis nō declinare mandatis,& diligendo iustitiā in omni tempore, in huius mundi etiam labore recipere q̄d in paradisi amisimus voluptate. Sed quoniam superbi nec in tanta depo nunt increpatione ceruicem, & cum sint dejecti laboris mortisq. supplicio, extollūtur superbiæ typho, imitantes elationē cadentium, irridentes humilitatem surgentiū, pro eis orat corpus Christi cum dicit, Aufer à me opprobrium & cōtemptum, quia testimonia tua exq̄siui.) Testimonia Græce martyria nuncupantur, quo verbo iā vtimur pro Latino eloquio. Vnde illos qui pp testimonium Christi diuersis passionibus humiliati sunt, & vsque ad mortē pro veritate certarunt, non testes D q̄d Latine vsque possemus, sed Græce vti que martyres appellamus. Q̄m hoc ergo familiarius auditis, & dulcius sic accipiamus hæc verba tanq̄ dictum sit, Aufer à me opprobrium & contemptum, q̄m martyria tua exquisiui. Christi corpus ista cū dicit, nunquid ab impiis & superbis audire opprobrium atque cōtemptum vllam deputat pœnam, cū potius inde perueniat ad coronam? Cur ergo quasi graue aliq̄d & intolerabile à se poscit auferri, nisi quia, vt dixi, orat pro ipsis inimicis suis, quibus esse prospicit noxium objcere sanctum nomen Christi tanquam opprobriū christianis, & eius à Iudæis irrisam crucem tanquam humilitatis Christianæ medicinam, qua sola tumor ille sanatur quo inflati cecidimus, & iacentes amplius intumuimus eadem superbia permanente & crescente contemnere? Dicat itaque corpus f. Christi, iam.n.diligere didicit inimicos suos, dicat domiuo Deo suo, Aufer à me opprobrium & contemptum, quia martyria tua exquisiui.i.opprobriū quod ideo audio, & contemptum quo ideo contemnor, quia martyria tua exquisiui, aufer à me. Inimici.n.mei, quos à me præcipis diligi, qui magis magisq. moriuntur & pereunt cum martyriæ tua contemnunt & criminantur me, in me profecto reuiuiscunt & inueniuntur, si martyria tua venerentur in me. Ita factum est, Hoc videmus. Ecce martyriū Christi, & apud homines & in hoc mundo non solum non est opprobrium, sed magnum est ornamētum. Ecce non solum in conspectu domini, verumetiam in conspectu hominum iam preciosa est mors sanctorum eius. Ecce non solum non contemnuntur, verum etiam maguis honoribus præferuntur martyres eius. Ecce filius ille iunior qui pro porcis quos pascebat.i.pro immundis dæmonibus quos colebat particulā suam in pauciſſimis christianis præcedentem p sequebatur: iam nūc in tam multis & magnis populis gētium martyres, in quibus ingerebat opprobrium religiosissime prædicans,& maximis laudibus, quos contemnebat exaltās, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Hoc tam magno lucro correctionis, conuersionis & redemptionis inimicorum suorum corpus Christi deo dixit, Aufer à me opprobrium & cōtemptum. Et quasi quæreretur de qua re opprobrium, de qua re contemptum: subiungit, Quoniam martyria tua exquisiui. Vbi est nunc illud opprobrium? vbi E est ille contemptus? Abierunt atque transierunt, & quia inuenti sunt qui perierāt, illa petierunt. Sed quando ecclesia talia pdicabat & precabatur, illa patiebatur. Et enim sederunt principes, inquit, & aduersum me loquebātur.) Inde persecutio gravis erat, quia eam sedentes, hoc est, iudiciariis sedibus eminentes, principes decernebant. Refer hoc ad ipsum caput, Mat. 26 inuenies sedisse principes Iudæorum, consilium quærentes quomodo Christum perderent. Refer hoc ad corpus eius.i.ad ecclesiam, inuenies reges terræ excogitasse atque iussisse quomodo christiani nusquam essent. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus.) Qualis exercitatio hæc fuerit qui nosse desyderas, quod adiunxit intellige. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.) Recole quod superius com-

Pf. 115

Luc. 15.

Ibidem.

F

mendauí teſtimonia eſſe martyria. Recole in iuſtificationibus domini nullã rem eſſe difficiliorem & mirabiliorem, quam vt
G ſuos quiſq. diligat inimicos. Sic ergo exer
Matt. 5. citabat corpus Chriſti, vt & martyria. i. teſtimonia eius meditaretur: & vt diligeret eos à quibus opprobrantibus & contemnentibus propter ipſa martyria perſecutiones patiebatur. Non. n. pro ſe ſicut iam cõmendauimus, ſed pro ipſis potius orabat dicens, Auſer à me opprobrium & cõtemptum. Sederunt ergo principes & aduerſum me loquebantur, ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Quonam modo? Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ. Conſilium contra conſilium. Conſilium ſedentium principum fuit, inuentos martyres perdere: conſilium patiẽtium martyrum fuit, inimicos perditos inuenire. Reddebant illi mala pro bonis, iſti bona pro malis. Quid ergo mirum ſi illi occidendo defecerunt, iſti moriendo vicerunt? Quid, inquam, mirum ſi martyres ſæuientibus gẽtibus temporalem mortem patienſsime pertulerunt, & gentes martyribus orantibus ad æternam vitam peruenire potuerunt, dum corpus Chriſti ſic exerceretur, vt & martyria meditaretur,
H & malis martyrum perſecutoribus bona precaretur?

Concio decima de verſu Pſalmi, Adhesit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum.

SEquitur in iſto pſalmo maiore quod conſyderare & ſicut dominus dederit pertractare debemus. Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum.) Quid eſt, adhæſit pauimẽto anima mea? Nam cum adiungit & dicit, Viuifica me ſecundum verbum tuum: quare ſe viuificari poſcat, vtique cauſam præmiſit dicendo, Adhæſit pauimento anima mea. Ergo quia propterea ſe viuificari petit, quia pauimento adhæſit anima eius, mirum ſi boni aliquid hinc vult intelligi. Ita quippe ſe habet tota iſta ſententia, tanq̃ diceret, mortuus ſum, viuifica me. Quid eſt enim pauimẽtum? Si tanq̃ vnã quandam domũ magnam vniuerſum mũdũ velimus accipere, videmus velut eius cameram cœlum, pauimentum terram. Erit igitur pauimentum terrenis erui, in terra eſſe, & cum Apoſtolo dicere, Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Proinde terrenis adhærere mors anime eſt. Cui malo contraria paſcitur vita, cum dicitur, viuifica me. Sed videndum eſt, vtrum cõgruant huic verba iſta, qui ſuperius talia dixerat, I quibus magis deo videatur adhæſiſſe quã pauimento, vt conuerſatio eius non in terrenis ſed in cœleſtibus haberetur. Quõ. n. poteſt intelligi terrenis adhæſiſſe qui dicit, Seruus autem tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus: nã & teſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ? Hæc ſunt. n. verba eius antecedentia, quorum antecedentium iſta ſunt conſequentia, Adhæſit pauimento anima mea. An ex hoc intelligere debemus, quãtumlibet quiſque proficiat in iuſtificationibus domini, habere eum mortalis carnis affectum circa iſta terrena, in quibus vita humana tentatio eſt ſuper terram, & ab hac morte ſi perſeueranter proficit, quotidie reuiuiſcere, viuificante illo cuius gratia homo noſter interior renouat de die in diem? Nam & illud Apoſtolus cum diceret, Quandiu ſumus in hoc corpore peregrinamur à domino, & cõcupiſcebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, adhæſerat pauimento anima eius. Vnde & corpus ipſum, quia ex terra eſt, non abſurde intelligitur pauimentum, quod adhuc quia corruptibile eſt & aggrauat animam, recte in illo ingemiſcitur & dicitur deo, Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum. Neque. n. non cum corporibus noſtris ſemper cum domino erimus: ſed tunc quia non erunt corruptibilia, nec animas aggrauabunt, ſi diligenter conſyderemus, nõ eis nos, ſed ipſa nobis potius adhærebunt, nos autem deo. Vnde alterius pſalmi verba illa ſunt, Mihi autem adhærere deo bonum eſt, vt viuant corpora ex nobis adhærendo nobis, nos autem viuamus ex deo, quia nobis adhærere deo bonum eſt. Adhæſio quippe iſta de qua dictum eſt, adhæſit pauimento anima mea, non coniunctionem carnis & animæ, quãuis & ipſam quidam intellexerint, ſed carnalem magis animæ affectum quo caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum ſignificare mihi videtur. Quod ſi recte accipitur, profecto qui dicit, Adhæſit pauimento anima mea viuifica me ſecũdum verbum tuum,

Phili. 3.

Supra eodem.

Iob. 7.

2. Co. 5.

Pſal. 72.

non

non id orat vt de corpore mortis huius, morte ipſius corporis interueniente ſoluatur, q̃ dies vltimus vitæ huius, qui pp eius breuitatem non põt eſſe diuturnus qũque futurus eſt: ſed vt concupiſcentia qua concupiſcitur aduerſus ſpiritum magis magisque minuatur, & concupiſcentia qua
L magis augeatur, donec iſta conſumatur in nobis, & illa conſumetur per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Bene autem non ait, viuifica me ſecundum meritum meũ: ſed ait, ſecũdum verbum tuum. Quod qd eſt aliud, niſi ſecundum promiſſum tuum? Filius promiſsionis vult eſſe, & non filius elationis, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini. Hoc eſt. n. verbũ promiſsionis, In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, hoc eſt, non qui filij carnis hi filij dei, ſed filij promiſsionis deputantur in ſemine. Nam quid erat ipſe per ſeipſum, in eo qd ſequetur, confitetur. Vias meas annunciaui, & exaudiſti me. Nonnulli quidem codices habẽt, Inſtrue me,] Q d expreſsius de Græco dicitur, fac me intelligere. Et exercebor in mirabilibus tuis.] Ipſas iuſtificationes ampliores, quas proficiendo cupit apprehendere, mirabilia dei vocat. Sunt ergo quædam dei iuſtificationes ita mirabiles: vt humana infirmitas abeis qui experti non ſunt, non ad eas poſſe peruenire credatur. Vnde laborans iſte & earum difficultate & quodammodo fatigatus, adiungit, Dormitauit anima mea, in-

quit, præ tædio, confirma me in verbis tuis.] Quid eſt, dormitauit, niſi a ſpe refriguit, quam ſe apprehenſuram eſſe credidit? Sed confirma me, inquit, in verbis tuis, ne ab eis quoque ad quæ peruenisſe me iam ſentio decidam dormitando. Confirma itaque me in eis verbis tuis quæ iã teneo, quæ iam facio, vt ex eis ad alia poſſim proficiendo peruenire. Et quid impedit in via iuſtificationum dei ſic ambulare, ut homo facile poſsit ad illa etiam mirabilia peruenire? Quid putamus niſi quod a ſe moueri in conſequentibus rogat dicẽs, Viam iniqtatis amoue a me?) Et quia lex factorum ſubintrauit vt abundaret delictum: ſequitur & dicit, Et a lege tua miſerere mei.) Qua lege, niſi lege fidei? Audi Apoſtolum, Vbi eſt gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Hæc eſt lex fidei qua credimus & oramus per gratiam nobis donari, vt faciamus quod per noſmetipſos implere non poſſumus, ne ignorantes dei iuſtitiam & noſtram volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſimus ſubiecti. In lege itaque factorum eſt dei iubentis iuſtitia, in lege autem fidei, ſubuenientis miſericordia. Cum autem dixiſſet, Et a lege tua miſerere mei, de beneficijs eis quæ iam conſecutus eſt, quodãmodo, ſi dici poteſt, præſcribit, vt impetret cætera quæ nondum eſt conſecutus. Ait enim, Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. Adhæſi teſtimonijs tuis domine, noli me confundere.) Viam veritatis elegi vbi currerem, iudicia tua non ſum oblitus vt currerem. Adhæſi teſtimonijs tuis, cum currerem, domine noli me confundere. Quò curro pertendam, quò tendo perueniam. Non. n. volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei. Denique ſequitur, Viam mãdatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ.) Non currerem, niſi dilataſſes cor meum. Prorſus iſto verſu exponitur quemadmodum dictum ſit, Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus, Adhæſi teſtimonijs tuis. Curſus quippe iſte viæ ſunt mandatorum dei. Et quia potius eius beneficia, quã ſua merita domino allegat, tanq̃ diceretur ei quomodo iſtam viam cucurriſti, diligẽdo & dei iudicia non obliuiſcendo, & eius teſtimonijs adhærendo, an per teipſum iſta potuiſti? Non, ait. Quid ergo? Viam mandatorum tuorum, inquit, cucurri, cum dilataſti

A

Rom. 5.

Rom. 3.

Ro. 10.

B

Rom. 9.

latasti cor meum. Non ergo per propriũ, & quasi nullius tuæ opis indigum arbitriũ meum, sed cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc munus est dei, vt in præceptis eius non timore pœnæ angustemur, sed dilectione dilatemur, & delectatione iustitiæ delectemur. Hanc enim nobis promittit latitudi-
2.Co.6. nem dicens, Habitabo in eis & deambula-
Rom.5. bo. Quam enim latum est vbi deambulat
C deus? In hanc latitudinem diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vnde etiam di-
Prou.5. ctum est, Et in plateis tuis discurrent aquę tuæ. Platea quippe de verbo Græco a latitudine nomen accepit, quoniam Græce
Ioan. 8. πλατὺ dicitur latum. Hæ sunt aquę de quibus dominus clamat dicens, Si quis sitit veniat ad me: qui credit in me, flumina aquæ viuę fluent de ventre eius. Et exponens Euangelista quid dixerit. Hoc autẽ, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant credẽtes in eum. Multa dici possent de ista cordis latitudine, sed huius sermonis iam contradicitur longitudini.

Concio vndecima de versu psalmi, Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum.

IN psalmo magno isto sequitur quod nobis adiuuante dño consyderandum atque tractãdum est. Legem pone mihi dñe viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper.] Apostolus dicit, Iu-
1.Ti. 1. sto non est lex posita, iniustis autem & nõ subditis, & cætera quæ ibi concludens ait, Et si quid aliud sanę doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ bea
D ti dei, quod creditum est mihi. Nunquid ergo talis erat iste qui dicit, Legem pone mihi domine, qualibus beatus Paulus dicit positam legem? Absit. ¶ Si. n. talis esset, non superius dixisset, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Quid est ergo q̃ orat vt sibi lex a domino ponatur, si non ponitur iusto? An eo
Exo.30. modo non ponitur iusto, quomodo posita
2.Co.3. est populo contumaci in tabulis lapideis,
Gala. 4. non in tabulis cordis carnalibus secundũ vetus testamentum ex monte Sina, quod in seruitutem generat: sed secundum testa-
Hie.31. mentum nouum, De quo scriptum est per Hieremiam prophetam, Ecce dies ve-
Hebr.8. niunt dicit dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, cum educerem eos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus: quoniam hoc est testamentum quod constituam domui Israel, Post dies illos dicit dominus dabo le-
1.Ti.1. ges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum scribam eas? Ecce quomodo voluit istam legem sibi poni a domino, non sicut iniustis & non subditis ad ve-
E tus testamentum pertinentibus posita est in tabulis lapideis: sed sicut sanctis filijs liberæ, hoc est, supernæ Hierusalem, filijs promissionis, filijs hæreditatis æternæ, sancto spiritu tanquam digito dei in mente datur & in cordibus scribitur, non quam memoria teneant & vita negligant, sed quam sciant intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris angustijs. Nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ opus legis facit, profecto inuitus facit. Quod autem inuitus facit, si posset fieri, mallet vtique non iuberi: ac per hoc legis, quam vellet non esse, non est amicus, sed potius inimicus: nec mundatur opere, qui immundus est cogitatione & voluntate. Talis non potest dicere, quod iste dixit in superioribus versibus. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor
Ro.15. meum: quia illa dilatatio charitatem significat, quæ secundum Apostolum legis est plenitudo. Cur ergo iste adhuc posсit sibi legem poni, quæ vtique si non ei posita fuisset, non in viam mandatorum dei in cordis latitudine cucurrisset? Sed quia proficiens loquitur, & dei donum nouit esse quod proficit, quid aliud petit cum sibi legem poni petit, nisi vt in
F ea magis magisque proficiat? Quemadmodum si poculum plenum teneas, & sitienti dare incipias, & haurit bibendo, & posсit desyderando. Quibus autem iniu-
1.Ti.1. stis & non subditis lex in lapideis tabulis ponitur, prævaricationis reos, non promissionis efficit filios. Sed & ille qui eius meminit, nec eam diligit, eo modo reus est, quia memoria eius lapis illi est quodãmõ scriptus, non quo adornetur, sed quo pmatur,

tur, pondus oneris, non titulus honoris. Hanc autem legem iste viam iustificationum dei vocauit, nec alia via est mandatorum eius quam se cucurrisse iam dixerat, cum dilatatum est cor eius. Ergo & cucurrit, & curre donec pueniat ad palmã supnæ vocationis dei. Denique cum dixisset, Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarũ: addidit, & exquiram eam semper. Quid. n. exquirit quod habet, nisi quia & habet agẽdo, & exquirit perficiendo? Sed quid est semper? Vtrum exquirẽ-
Psal.33. di non erit finis, sicut dictum est, Semper laus eius in ore meo: quoniam laudandi non erit finis? Neque. n. deum non laudabimus, cum ad eius regnum puenerimus
Psal.83. æternum, cum legamus, Beati qui habitãt in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. An semper dictum est quãdiu hic viuitur, quia tamdiu proficitur? Post hanc autem vitam qui bene hic proficiebat, ibi non proficit, sed perficitur: sicut de quibusdam fœminis dictum est, semper discẽtes, sed illæ male quia secutus adiunxit, & ad
2.Ti.3. veritatis scientiam nunquam peruenientes. Qui vero in melius semper hic proficit, quo proficiendo nititur, peruenit, vbi iam non proficiat, quia iam perfectus sine fine consistit. Nec de illis tamen ita dictum est, semp discentes, vt & post mortem discere pseuerent vana & infructuosa, cum talibus doctrinis successerint, non studia, sed supplicia sempiterna. Hic ergo exqritur dei lex quandiu in ea ꝓficitur, & sciendo & diligendo: ibi aũt plenitudo
Psal.104. eius manet ad fruendũ, non remanet ad q̃rendum. Sic etiam illud dictum est, Quæ-
Cant.3. rite faciem eius semper. Vbi semper, nisi hic? Non. n. & ibi semper quæremus dei faciẽ vbi videbimus facie ad faciem. Aut si recte dicitur exquiri quod sine fastidio diligitur, & id agitur ne amittatur, semp omnino, sine fine quæremus legẽ dei, hoc est, veritatẽ dei. In hoc eppe ipso Psalmo
H. dicitur, Et lex tua veritas. Quæritur nũc vt teneatur, tunc tenebitur ne deseri inquatur, sicut de spiritu dei dictum est, q̃ omnia scrutetur, etiam altitudines dei, nõ vtique vt qđ nescit inueniat, sed q̃ nihil re-
Cor.2. linquet omnino qđ nesciat. Gratia itaque dei nobis præcipue commendatur, quando sibi legem poni posсit à domino, q̃ vti
Cor.3. que iam legem secundum literã nouerat. Sed quia litera occidit, spiritus aũt viuifi-

cat, orat vt per spiritum sanctum faciat qđ per literam sciebat, ne per scientiam mandati non obseruati etiam prævaricationis ei crimẽ accedat. Quanq̃ etiam vt sciatur lex quomodo scienda est. i. vt intelligatur qđ sibi velit, quare sit eis posita, qui eam non erant seruaturi, quidq̃ habeat vtilitatis et hoc ipsum quod lex subintrauit vt
Rom.5. ábundaret delictum, nemo cõprehendit, à dño acceperit intellectũ: vnde iste adiũgit & dicit, Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.) Cum. n. quisque legem scrutatus fuerit, & ad eius alta peruenerit, in quibus tota lex pendet, profecto debet deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximum suum tanquam seipsum. In his. n. duobus mãdatis tota lex pendet & Prophetæ: hoc videt
Mat.22. I promisisse cum dixit, Et custodiam illam in toto corde meo. Sed quia & hoc nõ valet viribus proprijs, nisi adiuuetur ab illo q̃ iubet, vt faciat quod iubet: Deduc me, inquit, in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui.) Parum est mihi voluntas mea, nisi in eo quod volui me ipse deducas. Et certe ipsa est semita, hoc est, via mandatorum dei, quam se dilatato ab illo corde suo cucurrisse iam dixerat. Quam
Matt.7. ꝓpterea etiam semitam vocat, quia angusta est via quæ ducit ad vitam, & cum sit angusta, nisi dilatato corde non curritur. Sed quoniam adhuc proficiet, adhuc curritur: & ideo diuinum auxilium quo deducatur inquirit, quia neque volentis, neq. cur-
Rom.6. rentis, sed miserẽtis est dei. Denique quia & ipsum velle deus operatur in omnibus bonis: præparatur. n. voluntas à domino:
Phili.2. sequitur & dicit, Inclina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiam) Quid est inclinatum cor ad aliquid habere, nisi hoc velle? Et noluit ergo, & orat vt velit: Voluit cum dicit: Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui: orat autem vt velit cum dicit, Inclina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiam. Hoc itaque orat vt ipsa voluntate proficiat. Quæ sunt autem dei testimonia, nisi quibus sibi ipse attestatur? Testimonijs enim aliquid probatur, ac per hoc iustificationes dei & mandata dei testimonijs dei probantur. Et quicquid nobis persuadere vult deus, suis testimonijs persuadet: in
K quæ iste petit inclinari cor suũ, & non in auari.

Supra eodem Psalmo.

auaritiam. Testimonijs quippe suis agit nobiscum deus, vt eum gratis colamus, qđ impedit auaritia radix omnium malorum. Tali verbo Græco hic appellat a quo possit intelligi gñalis auaritia, qua plus appetit quisque q̃ sat est: πλεον. n. Latine plus est, ἕξις habitus est, ab eo quod est habere. Ergo a plus habẽdo appellata est πλεονεξία, quã Latini interpretes in hoc loco nõnulli interpretati sunt emolumentũ: quidá vero vtilitatem, sed melius qui auaritiã. Dicit autem Apostolus, Radix omniũ malorũ auaritia est. Sed in Græco, vnde in nostrã linguam verba ipsa translata sunt: nõ legitur, apud Apostolũ πλεονεξία, quod in loco isto psalmi huius, sed φυλαργυρία, quo verbo significatur amor pecuniæ. Verum Apostolus intelligendus est isto nomine genus significasse per speciem i. per amorem pecuniæ vniuersalem generalem que auaritiam, quæ vere radix est malorũ omnium. Nam ipsi primi homines per seipentem decepti & deiecti non fuissent, nisi plus quàm acceperant habere, & plus quã facti fuerant esse voluissent. Hoc quippe ille promiserat dicens, Eritis sicut dij. Ergo ista πλεονεξία subuersi sunt. Plus. n. volẽtes habere quam acceperant, & quod acceperant amiserunt. Cuius vestigium veritatis legibus quæ vbique dispersæ sunt, & in forensi iure deprehensum est quod institutum est, vt plus petendo, causa cadat. i. vt q plus petierit quàm ei debetur, & quod ei debebatur amittat. Omnis autem a nobis circunciditur auaritia, si gratis colaẽ deus. Ad quod sanctum Iob in agone tentationis ipse prouocat inimicus, cum de illo dicit, Nunquid gratis colit Iob deum? Putabat enim diabolus quod in deo colẽdo vir iustus cor inclinatum haberet in auaritiã, & causa emolumenti, vel vtilitatis rerum temporalium, quibus eum ditauerat dñs, velut mercenarius ei pro tali mercede seruiret. Sed quàm gratis deum coleret, tentatus aperuit & apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum in auaritiam, deum non colamus nisi propter deum, vt sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus & in seipso, ipsum diligamus & in nobis, ipsum in proximis nostris, quos diligimus sicut nosmetipsos, siue habeant eum, siue non velut habeant eum: quod nobis quoniam ipso donante confertur, ideo illi dicitur, inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam, Sed quæ sequuntur alio sermone tractanda sua.

1.Ti. 6.

Gene. 3.

Iob. 1.

Mat. 22

Concio duodecima de eo quod dicit, Auerte oculos meos ne videant vanitatem vsque ad, Ecce concupiui mandata tua, in iustitia tua viuifica me.

SEquitur in Psalmo quem suscepimus disserendum, Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.] Econtrario differunt inter se vanitas & veritas. Huius autem mundi cupiditas, vanitas: sed Christus qui ex hoc mundo liberat, veritas. Ipse est & via, in qua se vult iste viuificari, quia ipse est & vita, ipse quippe ait, ego sum via, veritas & vita. Sed quid est auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ? Nũquid q̃diu sumus in hoc mũdo, possumus non videre vanitatem? Omnis. n. creatura vanitati subiecta est, quæ intelligitur esse in homine, & omnia vanitas. Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? An iste fortasse is hoc orat, vt non sit eius vita sub sole, vbi omnia vanitas, sed in illo sit in quo se viuificari petit? Ille quippe ascendit non super solem tantum, sed super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et in illo magis quàm sub sole viuunt, qui non iniquiter audiunt quod dixit Apostolus, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terram: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Ac per hoc si vita nostra ibi est vbi est veritas, non est vita nostra sub sole vbi est vanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis habemus in spe, nondum tenemus in re. Et secundum spem nostram beatus Apostolus ista locutus est, quia & illud cum dixisset, Vanitati creatura subiecta est, adiecit atque ait, non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Ergo in spe qua speramus nos adhæsuros contemplandæ veritati, subiecti sumus interim vanitati. Creatura quippe ista spiritalis, animalis, corporalisque omnis in homine est, imò homo est, Sponte peccauit, & inimica facta est veritati, sed vt merito puniretur, non sponte subiecta est vanitati: denique post pauca,

Ioan. 14

Rom. 8.

Rom. 8.

Non

Non solum autem, inquit, sed & nosipsi primitias spũs habentes. i. qui nondũ qđe ex toto quod sumus sed ex ea parte, qua pe coribus meliores sumus, deo non vanitati subditi sumus, hoc est, per primitias spũs, & ipsi in nobis metipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe. n. salui facti sumus. Spes aũt q̃ vr non est spes. Quod. n. videt quis quid sperat? Si aũt quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Quãdiu itaque hic sẽm carnem sumus, cuius adoptionem & redemptionem per patientiam spei adhuc expectamus, tandiu sẽm id p quod sub sole sumus, vanitati subiecti sumus. Quãdiu igitur ita sumus, vnde possumus non videre vanitatem, cui ẽt subiecti sumus in spe? Quid est ergo qđ iste dicit, Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ? An hoc petit, vt non quidem in vita quod in spe gerimus impleatur, sed vt in ea formi, te sit, quæ in illo quandoque possit impleri, cum liberabitur à seruitute corruptionis & spiritu & anima & corpore in libertatem gloriæ filiorũ dei, vbi iã non videat vanitatẽ? Possunt quidem verba ista sic intelligi, nõ præter regulam fidei: sed est hic alius sensus, quem mihi fateor plus placere. Dãs in Euangelio dicit, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum luciduum erit: Si autem oculus tuus fuerit neq̃, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Proinde magni interest cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum, non initio sed fine pensandũ est, vt. s. non tantum si bonum est quod facimus, sed præcipue si bonum est pp qđ facimus, cogitemus. Hos oculos quibus cõtemplamur quare faciamus quod facimus, auerti poscit ne videant vanitatẽ. i. ne hãc attendat propter quam faciat cum boni aliquid facit. In qua vanitate præcipuũ locũ obtinet amor laudis humanæ, propter q̃ multa magna fecerunt, qui magni in hoc seculo nominati sunt, multumque laudati in ciuitatibus gẽtium, quærentes nõ apud deum, sed apud homines gloriam, & propter hanc velut prudentes fortiter, temperanter, iusteque viuentes, ad quam peruenientes perceperunt mercedem suam vanam. Ab hac vanitate volens dominus auertere oculos suorum, Attendite, inq̃t, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est, Deinde cum ipsius iustitiæ quasdam partes exequeretur, præcipiens de eleemosynis, de orationibus, de ieiunijs, vbique id admonuit ne aliquid eorum propter gloriam hominum fiat, & vbique dicit eos qui propterea faciunt, percepisse mercedem suam. i. non æternam q̃ sanctis reposita est apud patrem, sed temporalem quam quærunt qui contemplantur in suis operibus vanitatem: non quia ipsa laus humana culpanda sit, (nam quid tam optandum est hominibus, quàm vt eis placeant quæ debeant imitari?) sed propter ipsam laudem bene operari, hoc est vanitatem in suis operibus intueri: quandoquidem & ipsa ab hominibus laus homini iusto quantacunque prouenerit, non ibi esse debet eius finis boni, sed etiam ipsa referenda est ad laudem dei, propter quem bona faciunt vere boni, quoniam nec à seipsis, sed ab illo fiunt boni. Denique in eodem sermone dominus iam dixerat eis, Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: vbi finẽ posuit, hoc est, in gloriam dei. Hoc debemus quando aliquid boni facimus intueri, si auertuntur a vanitate oculi nostri. Non ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominum, sed ipsas laudes hominum corrigamus, & ad dei laudes omnia referamus, a quo nobis datur quicquid in nobis sine laudantis errore laudatur. Porrò si vanum est propter hominum laudes bona facere, quanto vanius propter adipiscendam pecuniam, vel augendam, siue retinẽdam, & si quid huiusmodi est commodi tẽporalis, quod nobis accedit extrinsecus, qa omnia vanitas? Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? Propter ipsam denique temporalem salutem non debemus facere bona opera nostra, sed potius propter illam quã speramus æternam, vbi bono immutabili perfruamur quod nobis erit ex deo, imò qđ nobis est ipse deus. Si enim sancti dei propter hanc tpalem salutem bona opera facerent, nunq̃ martyres Christi bonum opus confessionis in eiusdem salutis amissione perficerent: sed acceperunt auxilium de tribulatione, non intuentes vanitatem:

E

Matt. 5.

Eccleſia ſtes. 1.

F

quia

quia vana salus hominis, & diem hominũ
Psal.59. non concupierunt, quia homo vanitati si-
Hie.17. milatus est, dies eius velut vmbra præte-
Ps.143. reunt. Cum autem deus rogatur vt ea quę
videntur esse in nostra potestate. i. oculo-
rum auersio a videnda vanitate, ab illo no
bis concedatur, quid nisi eius gratia com-
mendatur? Nonnulli. n. ab ea vanitate non
auerterunt oculos suos, quia putauerunt a
seipsis se fieri iustos & bonos, & dilexerũt
Ioan.12 gloriam hominum magis q̃ dei: quia & ip
si homines sunt qui sibi nimium placue-
runt, & de sui arbitrij viribus præsumpse-
rũt. Sed etiam hæc vanitas & præsumptio
Eccle. 6. spiritus est. Cum vero dixisset, Auerte o-
culos meos ne videant vanitatem, in via
tua viuifica me, quæ via non vanitas, sed
veritas est, deinde subiunxit, Statue seruo
tuo eloquium tuum in timore tuo.) Qđ
quid est aliud, q̃ da mihi vt faciam quod
eloqueris? Neque. n. statutum est eloquiũ
dei his qui in se mouent illud contra faciẽ-
do, eis autem statutum est, in quibus im-
mobile est. Statuit itaque deus eloquium
suum in timore suo eis quibus dat spiritũ
timoris sui. Timoris autem non illius de
Rom.8. quo dicit Apostolus, Non. n. accepistis spi
ritum seruitutis iterum in timore. Hũc. n.
consumata charitas foras mittit timorem:
G sed illius timoris, quem dicit Propheta spi
Esa.11. ritum timoris dei, timoris vtique casti, per
Psal.18. manentis in seculum seculi, timoris quo ti
metur offendi qui amatur. Aliter quippe
timet adultera virum suum, aliter casta.
3.sen.di- Adultera ne veniat, casta ne deserat. Am-
stin. 34. puta opprobrium meum quod suspicatus
cap. Nõ sum, quia iudicia tua suauia.) Quis est qui
putes. suum opprobrium suspicatur, & non ma-
gis nouit suum quisque opprobrium q̃ cu
iuslibet alienum? Suspicari enim potius a-
lienum potest homo, non suum, quoniam
quod suspicatur, ignorat: in suo autem op-
probrio non est cuiusque suspitio, sed scié-
tia, vbi loquitur conscientia. Quid est er-
go quod ait, Opprobrium meum quod su
spicatus sum? Nimirum de superiore sen-
su etiam iste ducendus est, quoniam quan
diu non auertit homo oculos suos ne vi-
deat vanitatem, quod in seipso agitur, hoc
de alijs suspicatur, vt propter quod ipse co
lit deum, vel propter quod bona opera fa-
cit, pp hoc credat & alterum facere. Pos
sunt qppe homines videre quod agimus,
cuius autem rei contemplatione agimus
occultum est: & ideo datur suspitionibus
locus, vt audeat homo iudicare de occultis
hominum, & falsa plerunque, etsi vera, ta-
men ei incognita temere suspicari. Propte-
rea dominus cum de ipso fine loqueretur, H
propter quem iustitiam facere debemus,
vt oculos nostros a contemplatione auer-
teret vanitatis, monuit, ne propter laudes
hominum bona opera faciamus, dicens, At Matt.6.
tendite ne faciatis iustitiam vestram corã
hominibus, vt videamini ab eis. Monuit,
ne propter pecuniam, dicens: Nolite vobis
thesaurizare in terra: &, Non potestis deo
seruire & mammonæ. Monuit, ne ꝓpter
ipsum necessarium victum atque vestitũ,
dicens: Ne solliciti sitis animæ vestræ qđ
manducetis, neque corpori vestro quid in
duamini. Et cum hæc omnia monuisset,
quia possumus suspicari eos quos iuste vi-
uere videmus, & quo fine faciant non vi-
demus, ꝓp aliquid hmõi benefacere: conti
nuo subiecit, Nolite iudicare, vt non iudi- Matt.7.
cemini: vnde & hic cum dixisset, Amputa
opprobrium meum quod suspicatus sum:
addidit, Quia iudicia tua suauia. i. iudicia
tua vera. Veritatis. n. amator suaue clamat
esse quod verum est. Hominum aũt iudi-
cia de occultis hominum non suauia, quia
temeraria: & ideo suum dixit opprobriũ,
quod de alijs suspicatum est, quia & hoc 2.Co.10
quod Apostolus ait, Comparantes semet-
ipsos sibimetipsis, non intelligunt: hoc. n. I
procliuius homo suspicatur in alio, quod
sentit in seipso. Hoc itaque opprobrium
suum petebat auferri quod in se sentiebat,
& in alijs fuerat suspicatus, venõ esset dia-
bolo similis, qui de occultis sancti Iob su- Iob.1.
spicatus est, ꝙ non gratis deum coleret,
quem popposcit tentandum, vt crimen qđ
obiecerat inueniret. Sed cum libenter alte
rius opprobrium non nisi æmulatio suspi-
cetur, dum bonum opus reprehendi non
potest, quia se exerit quod apertum est, &
quo fine fiat reprehenditur, quia non se
exerit quod occultum est, atque ita male
suspicari non debet quilibet non videndo
quod latet, & non inuidendo quod emi-
net. Profecto contra hoc malum quo quis
que libenter de homine malum quod non
prospicit suspicatur, charitas hũda est quæ
non æmulatur, quam dns præcipue com-
mendat dicens: Mandatũ nouũ do vobis, 1.Co.13
vt vos inuicem diligatis: & in hoc scient Ioan.13
omnes quia discipuli mei estis, si dilectio-
nem habueritis in inuicem. Et de dilectio-
ne dei & proximi loquens, In his, inquit, Mat.22
duobus mãdatis tota lex pẽdet & ꝓphetæ.
Vñ & iste cõtra suæ suspitionis opprobriũ
quid desiderat amputari, Ecce, inquit, con-
K cupiui mãdata tua, in tua iustitia viuifica
me.) Ecce concupiui ex toto corde,
& ex tota anima et ex tota mente deli-
gere te, & proximum sicut me: non
in mea, sed in tua iustitia viuifica me, hoc
est, ista charitate quã concupiui imple me:
Adiuua me vt faciam quod cõmendas, do
na ipse qđ mandas. In tua iustitia viuifica
me: quia in me vnde morerer habui: vnde
aũt viuam non inuenio nisi in te, iustitia
tua Christus est, qui factus est nobis sapiẽ
1.Co.1. tia a deo, & iustitia & sanctificatio & redẽ
ptio: vt quemadmodum scriptum est, Qui
gloriatur, in dño glorietur. Et in illo linue
nio mandata tua quæ concupiui, vt in tua
Ioan.1. iustitia, hoc est, in illo viuifices me. Ipse
est enim verbum deus, & verbum caro fa-
ctum est, vt esset & proximus meus.

Concio tertiadecima.

SErmone pristino quem de psalmo qui
est omnium prolixissimus nuper ha-
buimus, de verbis eius quæ sequuntur
iste iungendus est. Hæc verba sunt, Et ve-
niat su er me misericordia tua dñe.) Quę
sententia superiori videtur annexa. Non
enim ait, veniat super me: sed ait, & veniat.
Est autem illa superior. Ecce concupiui
I. mandata tua, in tua iustitia viuifica me. De
inde sequitur, Et veniat super me miseri-
cordia tua domine. Quid hic ergo poscit,
nisi vt mandata quæ concupiuit per eius
misericordiam faciat qui ea mandauit? Ex
ponit. n. quodammodo quid dixerit, in tua
iustitia viuifica me: cum subiungit, Et ve-
niat super me misericordia tua domine,
Psal.9. Salutare tuum scđm eloquium tuũ.) Hoc
est, secundum promissionẽ tuã. Vnde nos
vult Apostolus filios promissionis intelli-
gi, ne arbitremur nostrum esse ꝙ sumus,
sed totum dei gratiæ retribuamus. Factus
est. n. nobis Christus sapientia a deo, & iu
stitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quẽ
admodum scriptum est, Qui gloriatur, in
1.Co.1. dño glorietur. Quid ergo est ꝙ ait, in tua
iustitia viuifica me? In Christo vtique vi-
uificari cupit, & ipsa est misericordia quã
super se poscit venire. Ipse Christus est &
salutare dei: quo verbo exposuit quã mise-
ricordiã diceret, vbi ait: Et veniat sup me
misericordia tua domine. Si ergo q̃rimus
quæ sit ista misericordia tua, audiamus
quod sequitur, Salutare tuũ scđm eloquiũ
tuum. Ab eo quippe hoc promissum est, q̃
vocat ea quæ non sunt tanq̃ sint. Nondũ
enim erant quibus promitteretur, ne quis-
quam de meritis gloriaretur, & quibus ꝓ M
missum est, etiam ipsi promissi sunt, vt to- Rom.4.
tum corpus Christi dicat, Gratia dei sum
id quod sum. Et rñdebo exprobrantibus 1.Co.15
mihi verbum.) Vtrum, verbum exprobrã
tibus: an, verbum respondebo, ambiguum
est. Sed quodlibet eorum Christum sonat.
Ipse. n. nobis exprobrant, a quibus est cru-
cifixus, vel scandalum vel stultitiam, igno 1.Co.1.
rantes quia verbum caro factum est, & ha Ioan.1.
bitauit in nobis, quod verbum in princi-
pio erat, & apud deum erat, & deus erat.
Sed etsi non ipsi verbum exprobrent qđ
eos latet, quia diuinitas eius ab eis non co
gnoscitur, a quibus eius infirmitas in cru-
ce contemnitur, nos tamen verbum respõ
deamus nec exprobratione terreamur aut
confundamur. Verbum. n. si cognouissent, 1.Co.2.
nunquam dominum glorię crucifixissent.
Ille autem respondet verbum exprobran-
tibus super quem venit misericordia dei,
hoc est ipsum salutare eius. Venit vt pro-
tegat, non vt conterat. Nam super quosdã
conterendos venturus est, qui nunc in eũ
dum spernunt eius humilitatem offenden
do quassantur. Sic enim dicit in euangelio,
Qui ceciderit super lapidem istum con- Luc.20.
quassabitur, super quem vero ceciderit cõ A
teret eum. Qui ergo nobis exprobrant,
offendunt, & cadunt in eum. Nos au-
tem ne offendamus & cadamus, oppro-
bria eorum ne timeamus, sed respondea-
mus eis verbum, hoc est, verbum fidei qđ
prædicamus, quia si credideris, inquit, in
corde tuo quia dominus est Iesus, & con- Ro.10.
fessus fueris in ore tuo, quia deus illũ su-
scitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim
creditur ad iustitiam, ore autem confessio Ibidem.
fit ad salutem. Parum est ergo in corde ha
bere Christum, & nolle confiteri dum ti-
metur opprobrium, sed exprobrantibus re
spondendum est verbum. Vt aũt hoc mar
tyres possent, promissum est eis & dictum, Mat.10.
Non. n. vos estis qui loquimini, sed spũs
patris vestri qui loquitur in vobis. Ideo &
iste cum dixisset, Rñdebo exprobrantibus
mihi

mihi verbum,continuo sequitur,Qm̃ speraui in verbis tuis.] Q d̃ est vtique in promissis tuis. Sed qm̃ quàm plurimi q̃is ad ipsum corpus cuius hæc verba sunt pertinẽtes, graui põdere psecutionis vrgẽte nõ valuerũt sustinere exprobrationẽ, & Christum deficiendo negauerunt: iõ sequitur, Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsque valde.) Ex ore suo quippe dicit, quia vnitas corporis loquitur, in cuius mẽbris etiam illi deputantur, qui defecerunt ad horam negando, sed pœnitendo postea vixerunt, vel ẽt martyrij palmam quã perdiderant reparata confessione sumpserũt. Non igitur vsque valde, vel sicut q̃da codices hñt, non vsquequaque.) hoc est, non omnino ex ore Petri, in quo erat typus ecclesiæ, verbum veritatis ablatũ est, qui etsi ad horam negauit, timore turbatus, tamen flendo est reparatus, & confitendo est postea coronatus. Totum itaq. corpus Christi loquitur. i. ecclesiæ sanctæ vniuersitas. In quo toto corpore, siue quia negantibus plurimis remanserunt fortes qui vsque ad mortem pro veritate certarẽt, siue quia & ex ijs qui negauerunt multi reparati sunt, non est ablatum ex eius ore verbum veritatis vsque valde. Quod autem ait, ne auferas: intelligendum est ne auferri sinas: propter quod orando dicimus, Ne nos inferas in tentationem. Et ait ipse dominus ad Petrum, Rogaui, inquit, pro te ne deficiat fides tua: hoc est, ne auferatur de ore tuo verbum veritatis vsque valde. Sequitur, Quia in iudicijs tuis speraui.] Vel sicut de Græco quidam diligentius expresserunt, supersperaui.] Quod verbum & si minus vsitate compositum est, tamen implet veritatis interpretandæ necessitatem. Attentius ergo nobis loci huius rimandus est sensus, vt intelligamus quantum deus adiuuat quid sibi velit, in verbis tuis speraui, in iudicijs tuis supersperaui. Respondebo, inquit, exprobrantibus mihi verbum, quoniam speraui in verbis tuis. i. quoniam mihi hoc ipse promisisti. Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis vsque valde, quoniam in iudicijs tuis supersperaui. i. quoniam iudicia tua quibus me corripis & flagellas, non solùm mihi non auferunt spẽ, verumetiam augent, qm̃ quem diligit dñs corripit, flagellat autem oẽm filium quem recipit. Ecce. n. sancti & humiles corde de te præsumendo in psecutionibus nõ defecerunt: ecce etiam qui de se præsumendo defecerunt, & tamen ad ipsum corpus pertinuerunt, sibi innotescendo fleuerunt, & tuã gratiam solidius inuenerunt, quia suã superbiam perdiderãt. Ergo ne auferas ex ore meo verbum veritatis vsque valde, quia in iudicijs tuis speraui. Et custodiam legẽ tuam semper.] i. si non abstuleris ex ore meo verbum veritatis, custodiam legẽ tuã semper, In seculum & in seculum seculi.) Ostendit quid dixerit semper. Aliquando etenim semper intelligitur quandiu hic vita est, sed hoc non est in seculum, & in seculum seculi. Melius quippe ita interpretatum est, q̃ sicut quidam codices hñt in æternum & in seculum seculi: quia nõ potuerunt dicere, & in æternum æterni. Lex itaque ista intelligenda est, de qua dicit Apostolus, Plenitudo legis charitas. Hæc. n. à sanctis quorum ex ore non auferetur verbum veritatis, hoc est, ab ipsa Christi ecclesia custodietur, non solum in hoc seculo. i. donec finiatur hoc seculum, sed etiam in alterum quod appellatur seculum seculi. Neque. n. præcepta legis sicut hic etiam ibi accepturi sumus quæ custodiamus, sed ipsam legis, vt dixi, plenitudinem sine vllo peccandi timore seruabimus, quia & deũ plenius cum viderimus amabimus & proximum, quia deus erit omnia in omnibus, nec falsæ cuiquam de proximo suspicationi erit locus, vbi nullus vlli erit occultus.

Mat. 26.

Matt. 6. Luc. 22.

Heb. 12

1. Co. 15

Concio decimaquarta de versu psalmi vbi ait, Et ingrediebar in latitudine, viq. ad, Exercebor in iustificationibus tuis.

SVperiores versus prolixi psalmi huius orationem habent, hi autem qui sequuntur, de quibus nunc disputandum est, narrationem. Petebat enim homo dei superius adiutorium gratiæ dei, cum diceret, In tua iustitia viuifica me, & veniat super me misericordia tua domine: & alia similia vel supra vel infra: nunc autem dicit, Et ambulabam in latitudine, quia mãdata tua exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis.] Vbi narrantis verba sunt, non petentis, velut impetratis quæ petiuerat consi-

tebatur

tebatur in dei laudibus, qualem illum fecerat misericordia domini, quam super se venire poposcerat. Neque. n. hæc ita superioribus coniunxerat vt diceret, Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis vsque valde, quia in iudicijs tuis speraui. Et custodiã legẽ tuã semp in seculũ & in seculũ seculi. Et ambulabã in latitudine, qa mãdata tua exq̃siui. Et loq̃bar i testimonijs tuis in conspectu regũ & non confundebar: & cætera isto modo. Sic enim videtur sequẽtia præcedẽtibus debuisse cõnectere: sed ait, Et ambulabã in latitudine. Vbi copulatiua cõiũctio. i. &, velut in cõsequẽs posita ẽqa nõ ait, & ambulabo: qũo dicebat, & custodiã legẽ tuã sp. Aut certe si optatiuo mõ dictũ est, custodiã legẽ tuã: non ait, & ambulem in latitudine: quasi vtrunq. optauerit & poposcerit: sed ait, Et ambulabã in latitudine. Vbi si coniunctio ista non esset, sed a superiorum connexione libera in ferretur, & soluta sententia, ambulabam in latitudine, nihil de musitato loquendi mõ hic deberet mouere lectorem, vt occultus sensus q̃rendus hic aliquis putaret. Nimirum ergo quod non dixit intelligi voluit, id est, exauditum se fuisse: ac deinde subiũxit qualis factus fuerit, tanquam diceret. Et cum orarem exaudisti me, & ambulabã in latitudine: & cætera q̃ isto mõ dicta cõtexuit. Quid est igitur, & ambulabam in latitudine: nisi, ambulabam in charitate, q̃ diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis? In hac latitudine ambulabat ille qui dicebat, Os nr̃um patet ad uos ò Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Hæc autem charitas duobus illis mandatis tota atque integra cõtinet, dilectione scilicet dei & dilectione proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. Vnde & hic cum dixisset, Et ambulabã in latitudine: cãm subiunxit atque ait, Quia mandata tua exquisiui. Nonnulli autem codices non habent mandata tua, sed testimonia. Sed mandata in pluribus inuenimus, & maxime in Græcis. Cui linguæ tã quam præcedenti, vnde ad nos ista translata sunt magis credendum esse quis ambigat? Si ergo scire volumus quomodo hæc mandata quæsierit vel quærenda sint, illud intueamur quod dicit magister bonus & doctor & dator: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Et paulo post, Si ergo uos, inquit, cùm sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester qui in cœlis est dabit bona petentibus se? Vbi eui denter ostendit quod dixerat, Petite, quærite, pulsate, non nisi ad poscendi, hoc est, ad orandi instantiam pertinere. Alius porrò Euangelista non ait, Dabit bona petentibus seipsę multipliciter possunt intelligi, vel corporalia vel spiritalia: sed circuncidit inde alia, satisque diligenter expressit quid nos vehementer atque instanter uoluerit poscere dominus, & ait, Quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? Hic est ille spiritus per quẽ diffunditur charitas in cordibus nostris, vt deum proximumque diligendo diuina mandata faciamus. Hic est ille spiritus in quo clamamus, abba pater. Ac per hoc ipse nos facit petere q̃quid desyderamus accipere, ipse nos facit quærere quem cupimus inuenire, ipse nos facit pulsare ad quem nitimur peruenire. Hoc docet Apostolus. Qui cũ dicat in spiritu sancto nos clamare abba pater: rursus alio loco dicit, Dedit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantẽ abba pater. Quomodo nos clamamus si ipse clamat in nobis, nisi quia ipse clamare nos fecit dum habitare cœpit in nobis? Etiã hoc ita agit acceptus vt largius accipiendus petendo, quærendo, pulsando poscatur. Siue enim vt vita bona petatur, siue vt bene uiuatur, quotquot spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Ego ambulabam, inquit, in latitudine, quoniã mandata tua exquisiui. Exquisiuerat & inuenerat, quem petierat, & acceperat spiritũ bonum, quo factus est bonus, vt bene faceret bona ex, q̃ fide p dilectionem operatur. Et loquebar, in quit, de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: tanquam ille qui petierat & acceperat, vt responderet exprobrantibus sibi verbum, & non auferetur ex ore eius verbum veritatis. Itaque pro illa vsque ad mortem certans, nec in conspectu regum confundebatur eam loqui. Testimonia quippe in quibus dicit quod loquebatur, Græce martyria nũcupantur, quo verbo iam vtimur pro latino. Vnde dictum est etiam vocabulum martyrum, quibus prædixit Iesus q̃ & ante reges eum fuerant confessuri. Et meditabar, inquit, in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: siue quod nonnulli

Rom. 5. H Rom. 8.

Rom. 8.

I

Mat. 10

codices habent in vtroque versu dilexi valde, aut nimis, aut vehementer, sicut interpretari placuit, quod Græcœ σφόδρα dr̃. Mandata ergo dei dilexit, per hoc q̃ ambulabat in latitudine per spiritum. i. sanctum per quem dilectio ipsa diffunditur & dilatat corda fidelium. Dilexit autem & dilatat & cogitando & operando. Nam quod ad cogitationem pertinet, ait, Et meditabar in mandatis tuis. Quod autem ad operationem, Et leuaui manus meas ad mandata tua. Vtrique aũt sententiæ addidit, q̃ dilexi. Finis enim præcepti est charitas de corde puro. Quando isto fine. i. huius rei contemplatione fit mandatum dei, tunc fit vere opus bonum, & tunc leuãtur manus, q̃a supernum est quo leuantur. Propterea de ipsa charitate loquitur Apostolus & dicit, Supereminentem uiam uobis demonstro. Et alio loco, Cognoscere uos, inq̃t, uolo etiam supereminentem scientiæ charitatem Chri. Nam si de opere mandatorum dei merces terrenæ fœlicitatis expetitur, deponuntur manus potius q̃ leuantur: q̃a terrena emolimenta, quæ non sursum sed deorsum sunt, illo opere requiruntur. Ad vtrunque autem pertinet quod sequitur, Et exercebar in iustificationibus tuis. Q̃d plures interpretes dicere maluerunt: q̃ lætabar aut garriebam, quod aliqui interpretati sunt ex eo quod Græcus ἀδολέσχην. Exercetur quippe in iustificationibus dei lætatus, & quodammodo garrulus, qui mandata eius quæ diligit, & cogitandi & operandi delectatione custodit.

Rom. 5.

2. Ti. 1.

K

1. Co. 13

Ephe. 3.

Concio decimaquinta.

L

psal. 43.

COnsyderemus quantum donat dñs, & pertractemus hos versus magni psalmi huius. Memento verbi tui seruo tuo, in quo spem dedisti mihi, Hæc me consolata est in humilitate mea q̃m verbũ tuum viuificauit me.] Nunquid obliuio sicut in hominem, cadit in deum? Cur ergo ei dicitur, memento? Quanuis in alijs sanctæ scripturę locis ipsum verbum omnino ponatur, vt est, Quare mei oblitus es & obliuisceris inopiam nostrã, & ipse deus per Prophetam, Oẽs, inq̃t, iniquitates eius obliuiscar. Et alibi atq. alibi sæpius hoc legitur. Sed nõ ut hominibus ista cõtingũt, ita intelliguntur in deo. Nam sicut deum pœnitere dicitur, quando prꝫter hominũ spem res mutat, consilio non mutato, quia consilium domini manet in æternum: ita dicitur obliuisci q̃n tardare vr adiutoriũ, vel proximum, vel non retribuere digna peccantibus, vel si quid huiusmodi, tanquã eius memoria sit elapsum quod speratur siue timetur & non fit. Dicuntur ista locutione mortali qua humanus mouetur affectus, quanuis enim deus faciat certa dispositione, non deficiẽte memoria, nec obscurata intelligentia, nec voluntate mutata. Cum itaque dicitur ei, memento, orantis desyderium, quia promissum poscit, ostenditur, & hoc extenditur, non deus quasi ei de mente id exciderit admonetur. Memento, inq̃t, verbi tui seruo tuo: hoc est, impple promissum seruo tuo. In quo spem dedisti mihi: hoc est, in quo verbo, quoniam promisisti mihi, me sperare fecisti: Hęc me cõ M solata ẽ in humilitate mea, hæc scilicet spes quæ data est humilibus, dicente scriptura, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde ore proprio etiam dominus ait, Quoniam qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Be ne hic intelligimus etiam illam humilitatem, non qua le quisq. humiliat confitendo peccata, nec sibi arrogando iustitiam: sed qua quisque humiliatur aliqua tribulatione vel deiectione, quam meruit eius superbia, aut exercetur probaturq. eius patientia. Vnde paulo post dicit hic psalmus, Priusquam humiliarer ego deliq. Et illud in libro Sapientiæ, In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Quod ait acceptabiles, ibi spẽ dedit quæ consolaret in humilitate. Et dominus Iesus hanc humilitatem cum discipulis prædiceret a persecutoribus esse uenturam, non eos siue spe reliquit, sed hanc etiam qua consolarentur dedit dicens: In uestra patientia possidebitis animas uras. De ipso quoque corpore quod ab inimicis possent occidi, & quasi penitus interire, capillus, inquit, capitis uestri non peribit. Hæc spes data est corpori Christi q̃d est ecclesia, qua consolaret in humilitate sua. Propter quam spem dicit & Apostolus Paulus, Si autem quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Sed æternorum est spes ista prꝫmiorum. Est & alia spes quę in humilitate tribulationis plurimum consolaꝫ, q̃ sanctis data est in uerbo dei adiutorium gratiæ pollicentis, ne quisque deficiat. De qua re dicit Apostolus, Fidelis deus q nõ permittet vos tentari supra id quod potestis, sed facict cum tẽtatione et exitum vt possitis sustinere. Hanc spẽ dedit etiam saluator ore suo q̃n ait, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticum, & ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Hanc spẽ dedit & in oratione quã docuit, ubi monuit vt dicamus, Ne nos inferas in tentationẽ. Quodammodo.n. promisit se daturum suis periclitantibus quod dici voluit ab orantibus. Et nimirum de hac spe magis intelligendus est dicere, Hæc me consolata est in humilitate mea, q̃m verbum tuum viuificauit me. Quod expressius interpretati sunt, q̃ non verbum sed eloquium posuerunt. Græcus enim λόγιον habet, quod est eloquium, non λόγος quod est verbum. Sequitur autem, Superbi inique agebant vsque ualde, a lege autem tua non declinaui.) Superbos intelligi uoluit persecutores B iorum: & ideo subiecit, A lege aũt tua non declinaui, quia hoc eum facere illorũ persecutio cõpellebat. Quos vsque valde inique dicit egisse, q̃a non solũ erant impij verumetiam pios impios esse cogebãt. In hac humilitate, hoc est, in hac tribulatione spes cõsolata est, quæ data est in verbo dei pollicentis adiutorium, ne deficiat fides martyrum, & præsentia spiritus sui uires impertientis laborantibus, vt euadẽtes de muscipula venantium dicerent, Nisi quia dominus erat in nobis, fortasse uiuos absorbuissent nos. An forte quod ait, Hæc me consolata est in humilitate mea: illam dicit humilitatem qua homo est deiectus & proiectus in mortem ex peccato illo quod valde infœliciter in paradiso fœlicitate cõmissum est? In hac q̃ppe humilitate, in qua homo vanitati similis factus est, & dies eius sicut vmbra prætereunt, oẽs ij iræ sunt, nisi per mediatorem reconcilientur deo, q̃ prędestinati sunt in æternã salutem ante mundi constitutionẽ, in quo quando eum in carne uenturum per prophetiæ spiritum ꝓuidebant. Q̃d ergo verbum ad eos fiebat de illo, etiam hoc bene hic intelligitur verbũ, si & ipsorũ accipimus istam uocẽ: de quo verbo dictum est, Memẽto verbi tui seruo tuo in quo mihi spẽ dedisti: Hæc me consolata est in humilitate mea, hoc est, in ista mortalitate mea: Quia eloquium tuum viuificauit me, vt spem vitæ haberẽ proiectus in mortem. Superbi inique agebant vsque valde, quandoquidem eorum superbiam nec humilitas mortalitatis edomuit. A lege autẽ tua non declinaui, quod me facere cogebãt superbi. Memor fui iudiciorum tuorũ a seculo domine, & consolatus sum.) Vel sicut alij codices habent, Et exhortatus sum,) i. hortationem accepi. Vtrunq. enim potuit interpretari de verbo Græco quod est, παρακαλῶ. A seculo ergo ex quo genus humanum sumpsit exordium, memor fui iudiciorum tuorum super vasa iræ quæ parata sunt in perditionẽ, & consolatus sum: quia per hac quoque ostẽdisti diuitias gratiæ & glorię tuę in vasa misericordię tuę. Tędium tenuit mea peccatoribus derelinquentibus legem tuã. Cãtabiles mihi erãt iustificationes tuæ in loco incolatus mei.) Vel sicut alij codices habent, In loco peregrinationis meæ.) Ipsa est illa humilitas in loco mortalitatis & peregrinationis hominis de paradiso & de illa superna Hierusalem eiecti, vnde q̃dam descendens in Hiericho incidit in latrones, sed propter misericordiam quæ per illum Samaritanum cũ illo facta est, cantabiles illi erant iustificationes dei in loco peregrinatiõis suæ, quãuis eum tædium teneret a peccatoribus relinquentibus legem dei, quia cum eis conuersari in hac vita vel ad tempus cogit, donec area vẽtiletur. Possunt autem isti duo versus ad singulas partes vnius superioris aptari: vt quod ait, Memor fui iudiciorum tuorũ à seculo domine: ad hoc referatur, Tædium tenuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam: quòd vero ibi ait, Et consolatus sum: ad hoc referatur, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meę. Memor, inquit, fui in nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.] Nox est illa humilitas vbi est mortalitatis erumna, nox est in superbis inique agentibus vsque valde, nox in tædio à peccatoribus relinquentibus legẽ dei, nox est postremo in loco peregrinationis huius, donec ueniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a deo. In hac ergo nocte memor homo esse debet nomi- E

Ecclesia. 2.

Rom. 9.

D Gene. 3 Luc. 10.

1. Co. 4.

nis dei,vt qui gloriatur,in domino glorie
Ps.113. tur:propter quod & illud scriptū est,Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Sic.n.quisq. nō in sua,sed in dei gloria,quia nec in sua sed in dei iustitia.ita deo sibi donata custodit legem dei: sicut iste ait, Memor fui in nocte nominis tui domine,& custodiui legem tuam: Quam non custodisset si in sua virtute confidens, nominis dei memor non fuisset. Adiutorium.n.nostrum in nomine domini: propter quod secutus adiunxit, Hæc facta est
Ps.123. mihi,qm iustitias tuas exquisiui.]Iustitias vtique tuas quibus iustificas impium,non meas, quæ nunquam me pium faciunt sed superbum. Non enim erat iste aliquis eorum qui ignorantes dei iustitiam,& suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt
Rom.4. subiecti. Has ergo iustitias quibus iustificantur gratis per gratiam dei qui per seip
Ro.10. sos iusti esse non possunt,melius alij interpretati sunt iustificationes, quia reuera δικαιοσύνας .i.iustitia, sed δικαιώματα Græcus habet,quæ sunt iustificationes,sed qd sibi vult quod ait,Hæc facta est mihi?Hęc quid? An forte lex,quia dixerat, Et custodiui legem tuam? Quibus verbis subiunxit,Hæc facta est mihi: tanquam diceret,
F hæc lex facta est mihi? Sed non est remorandum in exponendo,quomodo sit ei facta lex dei. Græca.n.locutio vnde ista translata est, satis indicat non de lege dictum esse,hæc facta est mihi,quia lex in eadem lingua generis masculini est, & fœminino ,pnomine etiam ibi scriptum est, hæc facta est mihi. Quæritur ergo prius quæ illi facta sit,deinde quomodo illi facta sit: Quæcunque illa sit,hæc,inquit, facta est mihi:non vtique hæc lex,quia hūc sensum sicut dixi Græcus expellit. Forte ergo hæc nox est, quia tota superior sententia sic se habet, Memor fui in nocte nominis tui domine,& custodiui legem tuam:& sequitur,Hæc facta est mihi:quia vtique nō lex,profecto nox est q̄ facta est illi. Quid est igitur nox mihi facta est, quia iustificationes tuas exquisiui? Lux quippe potius est ei facta non nox, quia iustificationes exquisiuit dei: ac sic recte intelligitur, facta est mihi: ac si diceretur, facta est pro me.i.factum est vt prodesset mihi. Si.n. humilitas illa mortalitatis nō absurde intelligitur nox, vbi inuicem latent corda mortaliū,vt de talibus tenebris innumera
biles & graues tentationes oriantur, its vt in eadem nocte pertranseant etiam bestiæ G
syluæ,catuli leonum rugientes, q̄rentes a Ps.113.
deo escam sibi:vnde etiam de illo leone ru 1.Pet.5.
giente & q̄rēte quem deuoret, dns ait qd Luc.22.
i:m supra commemoraui, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticū.i. hac nocte in qua pertranseunt bestiæ syluæ, vos leo ille magnus quæsiuit a deo escam sibi:profecto hæc ipsa humilitas in loco peregrinationis huius quæ nox recte intelligitur,prodest eis qui salubriter exercentur in ea vt discant non superbire,pp quod malum in istam noctem pulsus est homo, Initiū.n.superbiæ hominis est apo Eccl.10
statare a deo: sed gratis iustificatus, atque vt in ista humilitate proficiat varijs tentationibus huius noctis expositus,iam intelligens dicat quod in hoc Psalmo aliquanto pòst dicitur, Bonum est p̄ humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Nam quid est aliud,bonum est mihi quia humiliasti me, nisi hęc humilitas quæ nox vocatur facta est mihi.i.factum est vt prodesset mihi?Sed quare hoc? Quia.s.iustificationes tuas,non meas:exquisiui. Possumus etiam quod dictum est, hæc facta est mihi,sic intelligere,vt nec lex, nec nox subaudiatur,sed hoc pronomen quod est,hęc, nō accipiatur aliter, q̄ se habet ille in alio H
Psalmo locus vbi legitur, Vnam petij a do Psal.26.
mino,hanc requiram. Nec dicit quid vnā, vel quam vnam de qua dixerit,hanc requiram, sed fœmininum genus quasi pro neutro positum est: inusitate quippe dictum est,Vnam petij, hanc requiram: vbi non subauditur quæ illa una sit:quod usitatius diceretur,Vnum petij a domino,hoc requiram,vt inhabitem in domo domini. In his enim neutris non solet exigi neutrum qd subaudiendum sit,vt puta vnum bonum, aut vnum donum,vel si quid huiusmodi, sed quicquid illud est, etiam si masculino vel fœminino genere nuncupetur, vel sine vllo nomine vllius generis quibusli-
bet verbis insinuetur,solita omnino locutione sub genere neutro intelligitur:ita ergo & hic eo modo dici potuit, Hæc facta est mihi,tanq̄ dictum esset,hoc factum est mihi. Si autem quæramus quid illud sit, occurrit quod supra dixerat, Memor fui in nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Hoc factum est mihi.i.hoc quod custodiui legem tuam, non per meip-

Phili.2. meipsum feci, factum est mihi vtique absque,qa iustificationes non meas,sed tuas exquisiui. Deus est.n.inquit,Apostolus,qui
I operatur in uobis, & velle & operari pro bona uoluntate:hoc ēt per Prophetā deus dicit, Et faciā vt in iustificationibus meis ambuletis,& iudicia mea obseruetis & faciatis. Quapropter,deo dicente,Ego faciā vt iudicia mea obseruetis & faciatis:rectissime iste dicit, hoc factum est mihi: vt cū quęsieris qd illud sit, tūdeat quod supra dixerat,vt custodirem legem dei. Sed quia iste in longum sermo processit, ea quæ sequuntur,domino donante, ab alio melius tractabuntur exordio.

Concio decimasexta de uersu Psalmi, Pars mea dominus: vsque ad, Misericordia tua domine plena ē terra.

HOs uersus Psalmi huius magni nūc aggredimur in dei voluntate tractā dos,Pars mea dominus.) Qd hēt quidam,Portio mea domine.)Quod vtrū ideo dicatur,quia particeps eius est qlquis
Ps.72. adhæret,sicut scriptū est, Mihi aūt adhærere deo bonum est: non.n.existimando sunt homines dij, sed fiūt participando illius vnius q verus est deus: an quia sicut partes sibi eligunt homines in hoc mūdo, siue sortiuntur,alius hoc,alius aliud vnde
K qsq. viuat,quodāmodo portio piorū deus est vnde sp viuant. Vterq. sensus non est absurdus:sed qd seqtur hic audiamus,Dixi custodire legem tuā.) Quid est,portio mea dne dixi custodire legē tuā: nisi quia ita erit portio cuiusq. dominus, cum legē
Col.3. eius custodierit? Sed qūo custodit,nisi hoc
Rom.7. donet atque ad hoc adiuuet spiritus uiuificans,ne litera ocidat,& pctm occasione accepta per mandatū operet in homine omnem concupiscentiam? Inuocandus est igi
Ps.10. imperat. Quoniam qui inuocauerit nomē tur. Sic.n.ab eo fides impetrat quod lex domini saluus erit:& ideo vide qd subiungat, Precatus sum faciem tuam in toto corde meo.) Et dicēs qūo sit precatus, Miserere mei,inqt,sedm eloquium tuū.) Et tā quam exauditus atq. adiutus ab eo quem precatus est. Quia cogitaui,inqt,uias meas, & auerti pedes meos in testimonia tua.) Auerti.s.a vijs meis quæ displicuerunt mihi.vt irent in testimonia tua, atque ibi haberent viam. Plures.n.codices non habēt, quia cogitaui, sicut in qbusdam legit, sed tm mō cogitaui:q aūt hic positum est, Et auerti pedes meos:nōnulli hēnt,qa cogitaui & auertisti pedes meos, vt hoc dei potius grę tribuat,sedm illud qd Apostolus ait,Deus est.n.q operat in uobis:cui etiam dicitur,Auerte oculos meos ne videāt vanitatem. Si oculos ne videant vanitatem, cur non & pedes ne sectentur errorē:propter quod & illud scriptū est, Oculi mei Psal.24.
semper ad dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos. Sed siue auertisti pedes meos, siue auerti pedes meos legat ab illo fit ut faciamus cuius faciem precatus est in corde suo,& cui dixit,Miserere mei secundum eloquium tuū hoc est secundū uerbum promissionis tuæ Filij qppe pro- Rom.9.
missionis,semine deputantur Abrahę. Denique hoc impetrato gratiæ beneficio,Paratus sum,inqt,& nō sum turbatus,vt custodiam mandata tua.) Quod aliqui interpretati sunt, ad custodienda mandata tua,aliqui vt custodirem,aliqui custodire, quod Græcus posuit. τὸ φυλάξασθαι. Quā vero paratus factus sit ad custodienda diuina mandata,subdidit dicens. Funes peccatorum circumplexi sunt me,& legis tuę non sum oblitus. Funes peccatorum impedimenta sunt inimicorum,siue spiritaliū, sicut diaboli & angelorum eius,siue carnalium in qbus filijs infidelitatis diabolus M
operatur. Non enim hoc nomen quod dictum est peccatorum, ab eo p̄ sunt peccata declinatum est,sed ab eo p̄ sunt peccatores,quod in Græco euidenter apparet. Cū Esa.5.
itaque minantur mala qbus terreant iustos, ne pro lege dei patiantur,quodāmodo funibus implicant, velut valida & robusta reste sua. Trahunt.n peccata sicut restem longam,& hinc sanctos implicare conantur,& aliquando permittuntur & premunt. Sed si implicant corpus,non implicant animum,ubi non est ille dei legis oblitus,quia sermo dei non est alligatus. Me
2.Ti.2. dia nocte inqt, surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.] Quia & hoc ipsum p̄ funes peccatorum circumplectuntur iustum, iudicia sunt iustitiæ dei. Propter quod dicit Apostolus Petrus tēpus esse vt iudicium incipiat a domo domini: Et si initium,inquit,a nobis, qualis
1.Pet.4. finis erit eis qui non credunt domini Euāgelio? Et si iustus qdem vix saluus erit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccator & impius ubi parebunt? Hoc.n. ait de persecutionibus quas patiebatur Ecclesia, cum funes peccatorum circumplecterentur eam. Proinde mediam noctem graviora tribulationis intelligendam existimo, in qua dixit, Superbam, quia non eũ sic affligebat vt deijceret, sed exercebat vt surgeret, id est, vt eaipsa tribulatiõe ad fortius confitendum proficeret. Iam vero qa ista fiunt gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum, vocẽ personæ suæ p̃ hanc prophetiã suo corpori adiungit ipse saluator: ad ipsum caput. n. proprie quod sequit pertinere arbitror, Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mãdata tua.) Sicuti est in Epistola quæ ad Hebræos scribitur, Qui enim sanctificat & q̃ sanctificantur, ex vno oĩs. Propter quam cãm non confunditur frẽs eos vocare: & paulo post, Propterea ergo, inqt, quia pueri communicauerunt sanguini & carni, & ipse propemodum participauit eisdẽ. Qd̃ quid est aliud q̃ eorũ particeps factus est? Neque. n. efficeremur participes diuinitatis eius, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fieret: nam & in Euãgelio, quo nos diuinitatis eius participes facti sumus, ita dicitur, Dedit eis potestatem filios dei fieri his q̃ credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uolũtate cãrnis, neq. ex volũtate viri, sed ex deo nati sunt. Vt autem hoc fieret, quia & ipse factus est particeps mortalitatis nostrę, ita ibi sequit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Per hanc eius participationẽ nobis gratia subministratur, vt caste timeamus deum, & custodiamus mandata eius. Proinde ipse dñs Iesus loqtur in ista prophetia, sed q̃dam in membris suis & uni a te corporis sui, tanquam in vno quodã homine diffuso toto orbe terrarum, & succrescente per volumina seculorum, quædam vero in seipso capite nostro: vnde & hoc est qd̃ ait, Particeps ego sum omniũ timentium te, & custodientium mandata tua. Et quia p̃p hoc quod particeps factus est fratrum suorũ deus omniũ, immortalis mortaliũ, ideo granum cecidit in terrã, vt mortificatum multum fructũ faceret: et de ipso fructu secutus adiunxit, Misericordia tua domine plena est terra.) Et vnde hoc, nisi cum iustificatur impius? In cuius gratiæ scientiæ vt perficiatur adiungit, Et iustificationes tuas doce me.)

Hebr. 2.

Ioan. 1.

Ioã. 12.

Psal. 32.

Concio decimaseptima de uersu Psalmi,
Suauitatem fecisti cum seruo tuo domine: vsque ad, Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.

HI versus Psalmi huius, de q̃bus nunc in volũtate dei disputaturi sumus, ab hoc incipiunt, Suauitatem fecisti cũ seruo tuo dñe, secundum verbum tuum.] Vel potius, secundum eloquium tuũ.) Sed quod ait Græcus χρηστότητα, aliquando suauitatem, aliquãdo bonitatem nostri interpretes transtulerunt. Verum qa suauitas potest esse & in malo, qũ illicita quæq. & immunda delectant, potest ẽt esse & in ea q̃ cõceditur voluptate carnis. I, sic debemus intelligere suauitatẽ, quã χρηστότητα Græci vocant, vt in bonis spiritalibus deputetur. Propter hoc enim eã & bonitatẽ nostri appellare maluerũt. Nihil hic ergo aliud dictum existimo, suauitatem fecisti cum seruo tuo nisi, fecisti vt me delectaret & bonum. Qñ. n. delectat & bonum, magnum dei donum est. Qñ autem bonum opus qd̃ lex imperat fit timore pœnæ, nõ amore iustitiæ, cũ deus metuitur non amatur, seruiliter fit, non liberaliter. Seruus autem non manet in domo in æternũ, filius manet in ęternũ, qa consummata charitas foras mittit timorem. Suauitatem itaq. fecisti cum seruo tuo dñe faciendo filiũ qui seruus fuit secundum eloquium tuũ, hoc est, secundum promissum tuum, vt secundum fidem firma sit promissio omni semini. Suauitatem & eruditionem & scientiã doce me, inquit, qm̃ mãdatis tuis credidi.] Augeri sibi ista poscit & perfici: nam vtiq. qa iam dixerat, Suauitatem fecisti cum seruo tuo, qũo dicit suauitatem doce me, nisi vt ei gratia magis magisq. abundet, vel innotescat dulcedine bonitatis? habebant. n. fidem q̃ dixerunt, Domine auge nobis fidem. Et quandiu viuitur in hoc mundo, proficientium est hęc cantatio. Addidit autem & eruditionem, vel sicut plures codices habent, disciplinam. Sed disciplinã quã Græci appellant παιδίαν, vbi scripturæ nostræ ponere consueuerunt, vbi intelligẽda est per molestias eruditio, secundum illud, Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnẽ filium quem recipit: hæc autem apud Ecclesiasticas literas dici assolet disciplina, interpretata de Græco, vbi

A

B

C

In li. 50 ho. homini. 4.

Ioan. 8.

1. Ioã. 4

D

Rom. 4.

Luc. 17.

E

Prou. 3.

Heb. 12

F

vbi legitur παιδία. Hoc enim verbum in Græco positũ est in Epistola ad Hebræos, vbi Latinus interpres ait, Omnis enim disciplina ad præsens non gaudij videtur esse sed tristitiæ, postea autem fructum pacificum his qui per eam certarunt reddet iustitiæ. Cum quo ergo facit deus suauitatẽ, id est, cui propicius inspirat boni delectationem, atque vt apertius id explicem, cui donatur à deo charitas dei, & p̃p deũ charitas proximi, profecto instanter orare debet, quo tãtum sibi augeatur hoc donum, vt non solum pro illo contemnat delectationes cæteras, sed etiam pro illo quaslibet perferat passiones: Ita suauitati salubriter additur disciplina: non enim quantulęcũque suauitati vel bonitati, hoc est charitati sanctæ poscenda est & obtinenda, sed tam magnæ, vt sub eius pressura non possit extingui, sed sicut ingens flamma sub impetu venti quanto magis reprimitur, tanto ardentius excitari. Ideo parũ fuit dicere, suauitatem fecisti cum seruo tuo: nisi rursus repeteret, vt eum doceat suauitatem, tantã vtique vt disciplinam possit patientissime sustinere. Tertia ponitur scientia, quoniã si magnitudine sua præcedit scientia magnitudinem charitatis, non ædificat sed inflat. Cum ergo tanta fuerit charitas in bonitate suaui, vt tribulationibus non possit extingui, quas adhibet disciplina, tunc vtilis erit scientia, qua innotescat etiam sibi homo quid ipse meruerit, & quæ à deo donata sint ei, per quæ posse se sciat, quæ se posse nesciebat, & per seipsum omnino nõ poterat. Quod autem non ait, da mihi: sed, doce me: qũo suauitas docetur si non detur. Quandoquidem multi quod eos non delectat sciunt, & quarum rerum: habent cognitionem non habent suauitatem? Suauitas enim disci non potest, nisi delectet. Item disciplina quæ significat emendatoriam tribulationem, accipiendo discitur, id est, non audiendo vel legendo vel cogitando, sed experiendo. At vero scientia quã tertio loco posuit in his quæ ait, doce me, docendo datur. Nam quid est aliud docere, quam scientiam dare? Et hæc duo ita sibi connexa sunt, vt alterum sine altero esse non possit. Nemo emim docetur: nisi discat, & nemo discit nisi doceatur. Et ideo si discipulus capax non sit eorum, quæ a doctore dicuntur, non potest doctor dicere, ego eum docui, sed ipse non didicit: dicere autem potest, ego ei dixi quod dicendum fuit, sed ille non didicit, quia nõ percepit, non comprehendit, non intellexit. Nam profecto & ille didicisset si iste docuisset. Et ideo deus quando vult docere, prius dat intellectum, sine quo ea quæ ad diuinam doctrinam pertinent homo non potest discere: vnde & iste paulopost dicit, Da mihi intellectum vt discam mandata tua: Potest itaque homo cum docere aliquem cupit, dicere illa quę dixit dominus discipulis suis potest aquam resurrexit à mortuis, sed facere quod ille fecit non potest: ait enim Euangelium, Tunc aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit illis. Quid autem illis dixerit, ibi legitur: sed ideo ceperunt quod dixit, quia vnde caperent aperuit. Docet ergo deus suauitatem inspirando delectationẽ, docet disciplinam temperando tribulationem, docet scientiam insinuando cognitionem. Cum itaque alia sint quæ ideo discimus vt tantummodo sciamus, alia vero vt eatiam faciamus, quando deus ea docet, sic docet vt ea scienda sciamus aperiendo veritatem, sic docet vt faciendo faciamus inspirando suauitatem: neque enim frustra dicitur, Doce me vt faciam voluntatem tuam. Sic, inquit, doce vt faciam, non tantummodo vt sciam. Ipsa q̃ppe recte facta, fructus est noster quem reddimus agricolæ nostro: sed scriptura dicit, Dominus dabit suauitatẽ, & terra nostra dabit fructũ suum. Quæ autẽ ista terra est, nisi de qua dicitur eidem ipsi qui dat suauitatẽ, Anima mea velut terra sine aqua tibi? Quod vero cũ dixisset, suauitatẽ & disciplinã & scientiã doce me: adiũxit atq. ait, Qñ mãdatis tuis credidi: non immerito q̃ri põt cur non dixerit, obediui: sed, credidi. Alia .n. sunt mandata, alia sunt p̃missa. Mandata faciẽda suscipimus, vt accipere p̃missa mereamur. Promissis ergo credimus, mãdatis obtẽperamus. Quid est ergo, mandatis tuis credidi: nisi, credidi q̃ tu illa mandaueris non aliquis hõ, quanuis per homines hominib. ministrata & mõstrata sint? Quia itaque credidi tua esse mãdata, ipsa fides mea qua id credidi impetret abs te gratiã, qua faciã quod mandasti. Si enim homo mihi hæc uberet forinsecus, nunquid ẽt vt facerem qd̃ iubebat adiuuaret intrinsecus? Doce ergo me suauitatem inspirando charitatẽ, doce me disciplinam

Luc. 24. G

Psa. 142

Psal. 84.

Psa. 142

H

donando patientiam,doce me scientiam il
luminando intelligentiam, qm̃ mandatis
tuis credidi. Te illa credidi mandasse qui
deus es,& homini donas vnde facias eum
facere quod mãdas, Priusquá humiliarer,
inquit,ego deliqui, ꝓpter verbum tuum:)
Vel sicut alij expressius habent,propterea
eloquium tuũ custodiui.) Vtique ne rur-
sum humiliarer. Quod ad illam humilia-
Gen. 3. tionem melius referr̃ q̃ facta est in Adã,
in quo omnis creatura humana tanquam
in radice vitiata, qm̃ veritati subiecta esse
Rom.6. non voluit,subiecta est vanitati. Quod va
sis misericordiæ profuit experiri, vt deie-
cta & deleta superbia, diligatur obedientia,
I & pereat non reditura miseria. Suauis es
dñe.) Vel sicut plures habent,Suauis es tu
domine.) Aliqui ẽt,Suauis es tu,) Vel, Bo
nus es tu :) Sicut de hoc verbo superius
tractauimus. Et in tua suauitate doce me
iustificationes tuas.) Vere vult facere iu-
stificationes dei, qm̃ eas in eius suauitate
vult discere ab eo,cui dixit, Suauis es tu
dñe:denique sequit, Multiplicata est su-
per me iniquitas superborũ:) Eorum.s.q-
bus non profuit ꝙ postea quam deliquit,
humiliata est humana natura. Ego autem
in toto corde meo scrutabor mãdata tua.)
Quantalibet,inquit,abũdet iniquitas, nõ
Mat.24 in me refrigescet charitas. Tanquam ille
hoc dicat,qui in eius suauitate iustificatio
nes dei discit. Quãto magis.n.suauia sunt
q̃ iubet qui iuuat, tãto magis ea scrutatur
amans vt cognita faciat, & faciẽdo cogno
scat, quia perfectius cognoscũtur cũ fiunt.
Coagulatum est vt lac cor eorũ.) Quo-
rum nisi superborũ,quorum super se mul
tiplicatam dixit iniquitatem? Obduruisse
autem cor eorum vult intelligi hoc ver-
bo & hoc loco.nam dicitur & in bono,sic-
ut in Psalmo sexagesimoseptimo dicitur,
K Mons incaseatus, mons vber:& intelligi-
tur gratia plenus. Nam & illic quidã coa-
gulatus interpretati sunt:sed vide quid ad
se opponebat duritiæ cordis illorũ, Ego
vero, inquit,legem tuam meditatus sum.
Quam legem? Vtique iustissimam & mi-
Iaco. 4. sericordissimam:vnde illi dicitur,Et de le
ge tua miserere mei.Superbis resistit vt hu
milientur,vt obdurentur,humilibus autẽ
dat gratiam,vt diligant obedientiam,& ne
recipiant excellentiam.Meditatione quip
pe legis huius voluntaria seruatur mihi
humilitas,vt pœnalis euadatur humilitas:
de qua mox dicit, Bonum mihi quoniã
humiliasti me, vt discam iustificationes
tuas.) Vicinum aliquid & superius iam di
xerat, Prius quam humiliarer ego deliq,
propterea eloquium tuum custodiui. Ipso
quippe fructu ostendit ꝙ bonum illi fue-
rit humiliari: sed illic dixit & causam ꝙ
humilitatem pœnalem delinquendo præ-
cesserit. Quod vero ibi ait,Propterea elo
quium tuum custodiui:hic autem, vt di-
scam iustificationes tuas : satis significasse
mihi videtur hoc esse ista nosse quod cu-
stodire,hoc est,custodire quod nosse. Ne-
que.n. Christus non nouerat quod argue
bat,& tamen arguebat peccatum, cum di-
ctum de illo sit ꝙ nõ nouerat peccatum. 2.Co.6.
Nouerat ergo quadam notitia, & rursus L
quadam ignorantia non nouerat. Sic &
iustificationes dei multi discunt & non di
scunt. Nouerant.n. eas quadam notitia:
& rursus quadam iguorantia,quoniã non
faciunt quod nouerunt, non nouerũt. Eo
modo hic ergo intelligendus est dixisse,
vt discam iustificationes tuas, ea notitia
qua fiunt. Hæ autem quia non fiunt nisi
per dilectionem, vbi qui facit habet dile-
ctationem,propter quod dictũ est, In tua
suauitate doce me iustificationes tuas, se-
quens versus ostendit,vbi ait, Bona mihi
lex oris tui, super milia auri & argenti.)
Vt amplius diligat charitas legem dei,
quã diligit cupiditas milia auri & argẽti.

Concio decimaoctaua de versu psalmi,
Manus tuæ domine fecerunt me &
finxerunt me, da mihi intelle-
ctũ vt discã mandata tua.

QVando deus hominẽ fecit ex pul
uere & animauit flatu,nõ ibi com
memoratum est ꝙ manibus fece-
rit. Cur itaque quibusdam visum fuerit Iob. 10.
verbo deum fecisse cætera, hominem ve-
ro velut aliquid præcipuum fecisse mani Gen. 2.
bus suis non video,nisi forte quia ex pul-
uere formatum legitur hominis corpus, M
non potuisse fieri nisi manibus arbitrãtur:
nec attendunt quod in Euangelio de ver Ioan. 1.
bo dei scriptum est, Omnia per ipsum fa-
cta sunt:non posse constare si non ꝙ ver-
bum factum est etiam corpus humanum:
sed adhibẽt testimonium de hoc Psalmo,
& dicunt,Ecce vbi apertissime clamat ho
mo, Manus tuæ domine fecerunt me &
finxe-

finxerunt me : quasi non etiam apertis-
sime dictum sit, Videbo cœlos opera di-
gitorum tuorum : nec minus aperte di-
ctum sit, Et opera manuum tuarum sunt
cœli:multoque apertius,Et aridã terrã ma
nus eius finxerunt. Manus ergo dei sunt
potestas dei. Aut si pluralis numerus eos
mouet quia non dictũ est,manus tua, sed
manus tuæ:accipiant manus dei virtutem
& sapientiã dei,qd̃ verunque vnus dictus
est Chrs: qui ẽt intelligit brachiũ dñi,vbi
legit, Et brachiũ dñi cui reuelatũ est : aut
accipiant manus dñi filium & spiritum-
sanctum, quia & spiritussanctus coopera-
tor est patris & filij : vnde ait Apostolus,
Omnia hæc operatur vnus atque idẽ spi-
ritus. Propterea quippe dixit,vnus atque
idẽ spiritus,ne tot spũs eius quot opera pu
tarentur,nõ ꝙ sine patre & filio spũs ope-
retur. Liberum est igitur cũ intelligant
manus dei, dum tamen nec ea quæ facit
A manibus, verbo facere negetur : nec ea q̃
fecit verbo, manibus facere non putetur :
nec propter manus forma corporis, aut
alia manus sinistra,alia dextra: nec ꝓpter
verbum sonus oris, aut motus animi tran
sitorius operanti deo inesse credatur. Nec
defuerunt qui duo ista verba, fecerũt me,
& finxerunt me,hc distinguerent, vt ani-
mam deum fecisse, corpus autem finxisse
dicerent,quia de anima dixit deus,Omnẽ
flatum ego feci : de corpore aũt legitur,Et
finxit deus hominem de puluere terræ:tã-
quam fiat quidem omne quod fingitur:nõ
tamen fingatur omne quod fit:& ideo ani
mam factã potius dicunt esse q̃ fictam, qa
non est corpus sed spiritus, quasi nõ scri-
ptum sit, Qui finxit spiritum hominis in
ipso. Verunramen quando vtrunque hoc
verbum de homine in loco vno ponitur,
& vtrunque hominis.i.& anima & cor-
pus diuinitus conditum non negatur,non
ineleganter distribuuntur singulis singu-
la,vt anima facta,corpus autem fictum in
telligatur,siue formatum,siue plasmatum.
Nam quidam, interpretes noluerunt dice
re,finxerunt me:sed,plasmauerunt me:ma
gis diligentes minus Latine declinare de
Græco,q̃ dicere finxerunt, quod aliquan-
do etiã de simulatione dici solet. Sed vtrũ
B hoc secundum Adam dictum est, ex quo
cum sint omnes homines propagati, quis
hominum quando ille factus est, etiam se
factũ non potest dicere originis seminisq.
ratione? An etiam secundum hoc recte di
ci potuit,Manus tuæ fecerunt me & plas-
mauerunt me,ꝙ vnusquisque nõ sine ope
re dei etiam de parentibus sit ipso creãte,
illis generantibus ? Qm̃ si operatoria dei
potentia rebus subtrahatur, intereunt,nec
aliquid omnino siue de mundi elementis,
siue de genitoribus, siue de seminibus na-
scirut, si ea non operetur deus : ꝓ qd̃ ait
Prophetæ Hieremiæ, Prius q̃ te formarẽ Hier. 1.
in vtero,noui te. Sed nunquid sine intelle
ctu fecit hominem deus,siue primum,siue
vnumquenque nascentium, vt nunc dicat
ei, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauer-
unt me,da mihi intellectum? Nonne ipsi
naturæ humanæ intellectus est inditus, vt
eo discernatur a pecore? Aut sic est defor-
mata peccando, vt etiam hoc in eo refor-
mandum sit ? propter quod & Apostolus
omnibus ad regenerationem pertinenti- Ephe.4.
bus dicit, Renouamini spiritu mentis ve-
stræ : & vtique quia intellectus in mente
est,hinc rursus ait,Renouamini in nouita C
te mentis vestræ. De his autem qui huius
regenerationis consortes non erunt,Hoc,
inquit,dico & testificor in domino,vt non
iam ambuletis sicut & gentes ambulant
in vanitate mentis suæ, obscurati intelli-
gentia alienati a vita dei per ignorantiam,
quæ est in illis propter cæcitatem cordis
eorum. Propter hos igitur interiores ocu-
los,quorum cæcitas est deum non intelli-
gere,vt aperiantur, & magis magisque se- Acto.19
renentur, fide mundentur corda, Da mi-
hi,inquit,intellectum,vt discam mandata
tua. Quamuis.n.nisi aliquid intelligat,ne- 3.se.dis.
mo possit credere in deũ, tñ ipsa fide qua 24.c.po.
credit sanaꝛ, vt intelligat ampliora. Alia hoc.
sunt.n.q̃ nisi intelligãtur non credimus,&
alia sunt q̃ nisi credamus nõ intelligimus. Ro. 10.
Nã cũ fides sit ex auditu, auditus aũt per
verbũ dei,quo credit ꝑdicanti fidẽ, qui,vt
alia taceã, linguã ipsam quã loquitur non
itelligit? Sed nisi essent rursus aliqua q̃ in
telligere nõ possumus,nisi antè credamus,
Propheta non diceret, Nisi crediderit is
nõ intelligetis. Proficit ergo noster intelle Esai. 7.
ctus ad intelligẽda q̃ credat, & fides profi-
cit ad credenda q̃ intelligat,& eadẽ ipsa vt
magis magisq. intelligant i ipo intellectu
D proficit mens. Sed hoc non fit proprijs tan
quam naturalibus viribus, sed deo adiuuã
te atq. donãte: sicut medicina fit,nõ natu-
ra,vt vitiatus oculus vim cernẽdi recipiat.

Qui

Qui ergo dicit deo, Da mihi intellectū vt
discam mandata tua, non omnimodo exp
eius est velut pecus, nec ita quamuis hō vt
in eorū numero deputādus sit, q ambulāt
Ephe.4. in vanitate mentis suæ, obscurati intelligē
tia, alienati a vita dei: nā si talis esset nec hoc
diceret, Non autem parui est intellectus
nosse a quo poscēdus est intellectus. Et co-
gitandum est q̄to sit altius intelligenda di
uina mandata, qñ ad ea discē da sibi adhuc
dari intellectum petit, qui iam sic intelli-
git, & qui eloquia dei se custodisse antè iā
dixit. Quòd aūt interpretati sunt nostri,
da mihi intellectū, breuius dixit Græcus
συνέτισόν μι: quia vno verbo cōplexus est,
da mihi intellectū, qđ est συνέτισον, quod
Latine vno verbo dici non pōt, tanquam si
non posset Latine dici, sana me, & dice-
retur, da mihi sanitatē, sicut hic dictū est, da
mihi intellectū, aut sanum me fac, sicut & t
hic dici pōt, intelligentem me fac, quod q-
Dani. 8. dem potuit & angelus facere: nā dixit Da-
E nieli, Veni intellectū dare tibi: & hoc ver-
bum est in Græco, qđ & hic est, συνέτισαι,
tanquam si diceret Latinus, sanitatē dare
tibi, quod Græcus dixisset, sanare te. Non
enim circumloqueretur Latinus interpres
dicendo intellectum dare tibi: si quemad-
modum dici potest a sanitate sanare te, ita
dici posset ab intellectu intellectuare te.
Sed si potest hoc & angelus facere, q̄d est
q̄ iste hoc a deo sibi poscit vt faciat? An
quia deus angelo iusserat vt faceret? Ita ve
re, nam Christus intelligitur hoc iussisse
angelo vt faceret eo loco, vbi ait Prophe-
ta, Et factum est cum viderem ego Daniel
visum, & quærebam intellectū, & ecce ste-
tit in conspectu meo vt visus viri, & audi-
ui vocem viri inter Vbal & vocauit & di-
xit Vlai, Fac intelligere illum visionem, &
ibi in Græco verbū hoc est quod & hic. i.
συνέτισον. Deus itaque per seipsum, quia
Ioan. 1. lux est quæ illuminat pias mentes, vt ea q̄
diuina dātur, vel ostendunt intelligāt. Sed
si ad hoc ministro vtitur angelo, pōt qui-
dem aliquid agere angelus in mentem ho-
minis, vt capiat lucem dei, & per hanc in-
telligat: Sed ita dicitur intellectum dare ho
mini & quasi, vt ita dicam, intellectuare
F hominē, quēadmodū quisquam dī lucē da
re domui, vel illuminare domum cui fene
strā facit, cū eam non sua luce penetret &
illustret, sed tñmō aditū quo penetret at-
que illustretur aperiat. Sed nec sol qui per
fenestram illustrat domū, ipse creauit eam-
dem domum, aut hominem qui fenestrā
fecit in domo, aut ipse illi iussit vt faceret,
adiuuit ipse faciēte, aut aliquid egit vt ape-
riretur quā suū lumen infunderet. Deus
aūt & hominis mentē rationabilem atque
intellectualē fecit, q̄ posset capere lumen
eius, & angelū talem fecit qui operari pos-
set aliquid, vnde ad capiendum lumen dei
mens adiuuaret humana, & eandē sic adiu
uat mentē vt angelica recipiat operationē,
& eam sic illuminat de seipso, vt non solū
illa quę a veritate monstrantur, sed ipsam
quoque perficiendo perspiciat veritatem.
Sed qm̄ res quidem necessarias quantum
existimo tam prolixa disputatione tracta-
uimus, dilatis sequentibus Psalmi huius
uersibus, sermonē istū isto fine claudamus.
Concio decimanona de versu Psalmi.

Qui timen te videbunt me & iocunda-
buntur: vsq. ad, Fiat cor meū immaculatū
in tuis iustificationibus vt nō cōfundar.

G DOminus nr̄ Iesus in hoc Psalmo p
Prophetā sibi petiuit intellectū dari
a deo, & corpori suo qđ est Ecclesia
ad dei mādata discēda. Cū ipso. n. vita cor
poris eius, hoc est, populi eius abscōdita est
in deo, & ipse in eodē corpore suo indigē-
tiā patit, & poscit qđ mēbris suis est necef
sariū, Manus tuæ, inqt, fecerūt me & plas-
mauerūt me, da mihi intellectū vt discam
mādata tua. Quia tu, inqt, formasti me, tu
reforma, vt fiat in corpore Chri, qđ ait A-
postolus, Reformamini in nouitate mētis Ephe.4.
vrę. Qui timēt te, inqt, videbūt me & io-
cūdabunt:) Vel sicut hūt alij codices, Læta
buntur, qa in verba tua spaui.] Id est, in ea q̄
p̄misisti, vt sint p̄missionis filij semē A- Gen.12
brahæ, in quo benedicunt oēs gētes. Qui &. 26.
sunt aūt q timēt deū, & quē videbūt & læ
tabunt, qm̄ in verba dei spauit? Si corpus
Chri est. i. Ecclesia, cuius est vox ista per
Chrm vel in ipsa & de seipsa, tanq̄ de seip
so ista vox Chri est? nūq̄d nō ipsi sunt in
eis q timēt deū? Quis est ergo ille quē vi-
dēt & iocūdabunt? An populus ipse se vi-
det & iocūdat? & sic dictū est, Qui timent
te videbunt me & lætabunt, quia in verba H
tua spaui: vel sicut alij diligētius expresse-
rūt, su pspaui: tanq̄ diceret, Qui timent te
videbūt me Ecclesiā tuā, et iocūdabunt, qa
in verba tua su pspaui, cū ipsi sint Ecclesia
q̄ vidēt Ecclesiā & iocūdant? Sed cur non
dixit, q timēt te vidēt me & iocūdant: sed
timent

timent te verbū p̄sentis tpis posuit, vide-
7. būt aūt & iocundabunt futuri tpis verba
sunt? An qa in p̄senti tpe timor est, q̄ diu
12. tentatio est vita humana sup terrā? Iocūdi-
tas aūt quā voluit hic intelligi, tūc erit, qñ
iusti fulgebunt in regno p̄ris sui sicut sol:
hinc. n. et illud in alio Psalmo legit, Quā
20. multa multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā
abscōdisti timētibus te. Hūc ergo q̄diu ti-
mēt nōdū videt, sed videbūt & iocūdabun
tur: qa & illic sequit, Perfeciſti aūt spanti
bus in te: & hic, qa in verba tua spaui, vel
supsperaui, vt in verbo ita cōposito, & cu-
ra interptis diligētioris expsso, et illud in-
3. telligamus qđ dr̄, Potēs est deus facere su
pra q̄ petimus & intelligimus: vt qa supra
q̄ petimus & intelligimus sunt, parū sit ea
spare, sed debeamus supsperare. Quia er-
go adhuc timet Ecclesia q̄ in hac vita est,
& nondū se videt in eo regno vbi erit eius
Cogitationes in hoc mūdo laborat, vbi audit, Qui
putat stare, videat ne cadat: cōsyderās hu
4. sup filios Adā a die exitus de vētre mr̄is
corū, sic in omnibus ptēdit vsq. in diē se-
5. pulturæ in matrē omniū, vt pp carnē cō-
cupiscēt ē aduersus spm̄ et regenerati geme
re sub eius grauitate cogant: hæc ergo cōsi
derās, Cognoui, inqt, dñe qa iustitia iudi-
cia tua, & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt cōsoleť me sēm
eloquiū tuū seruo tuo.] Misericordia & ve
ritas in diuino eloquio cōmendant, vt cū in
4. multis inueniant locis, maxime in psalmis
quodā et loco legat, Vniuersæ viæ dñi mi-
sericordia & veritas. Et hic qdē primo ve
ritatē posuit, q̄ humiliati sumus in mortē,
iudicāte illo cuius iudicia iustitia est: dein
de misericordiā q̄ instauramur ad vitā pro
mittēte illo cuius būficiū gra est: ió ait, Se
cūdū eloquiū tuū seruo tuo. i. sēm qđ p
K misisti seruo tuo. Siue ergo regnātio, qua
3. hic in dei filios adoptamur, siue fides, &
spes, & charitas, q̄ tria ædificant in nobis,
q̄nis de misericordia dei veniāt, tū in hac
erūnosa & pcelosa vita solatia sunt mise
rorū, non gaudia beatorū: ió dictū est, Fiat
misericordia tua vt consoletur me. Sed qa
post hæc & p hæc et illa ventura sunt, ió
sequit, Veniat mihi miserationes tuæ & vi
uā.] Tūc. n. vere viuā, qñ nihil potero ti-
mere ne moriar. Ipsa. n. & sine vllo addita
mēto dr̄ vita, nec intelligit nisi æterna vi-
ta & beata, tanquam sola dicēda sit vita, in
cuius cōparatione ista quā ducimus mors
potius sit appellanda q̄ vita: quale illud est
in Euangelio, Si vis venire ad vitam, serua
mādata. Nunqd addidit æternā vel beatā? Mat.19.
Itē de resurrectione carnis cū loq̄rer, Qui
bū fecerunt, inquit, in resurrectione vitæ. Ioan. 5.
Neq. hic ait, æternæ seu beatæ: sic & hic,
Veniant, inquit, mihi miserationes tuæ &
viuā: neq. hic ait, in æternū viuā: vel, bea-
te viuam: quasi aliud non sit viuere q̄ sine
vllo fine, & sine vlla miseria viuere. Sed
hoc quo merito? Quia lex, inquit tua me-
ditatio mea est.) Hæc meditatio nisi esset
in fide, q̄ p dilectionē operat, nunq̄ pp tā Gala. 5.
posset ad illā vitā quispiā peruenire. Hoc L
diccndū putaui, ne quisquā cū totā legem
memoriæ mandauerit, eāq. creberrima re
cordatione cantauerit, non tacens qđ p̄cē-
pit, nec tū viuens vt p̄cepit, arbitretur se fe
cisse qđ legit, quia lex tua meditatio mea
est, & hinc se adepturū existimet, qđ ver
bis superioribus pp hoc meritū postula-
uit, vbi dictum est, Veniant super me mise
rationes tuæ & viuā. Hæc meditatio amā- Mat.24
tis est cogitatio, & tm̄ amantis vt charitas
non frigescat huius meditationis suæ, q̄ta-
libet abūdantia cōstipetur iniquitatis alie-
næ: deniq. sequit & dicit, Cōfundātur sup
bi qm̄ iniuste iniquitatem fecerunt in me,
ego aūt exercebor in mandatis tuis.) Ecce
qđ ait, meditatio legis dei, vel potius medi
tatio lex dei. Conuertantur, inqt, ad me q̄
timēt te, & qui cognoscūt testimonia tua.)
In nonnullis codicibus inuenimus & Gre
cis & Latinis, Cōuertātur mihi.) Qđ tan
tundē valere existimo, q̄tū si dicat ad me,
Sed quis est iste qui hoc dicit? Nō. n. quis-
quā hominū hoc dicere audebit, aut si di-
cat audiendus est. Nimirū ergo ille est qui
et superius interposuit proprietatē vocis
suæ, dicens, Particeps ego sum omnium ti- M
mentium te, quia factus est particeps mor
talitatis nr̄æ, vt & nos participes diuini ta-
tis ipsius fieremus. Nos vnius participes ad
vitā, ad mortē vero particeps ille multo-
rū. Ipse ē. n. ad quē cōuertunt timētes deū,
& q cognoscūt dei testimonia, de illo per
Prophetas tāto antè pdicta, in eius psentia
p miracula pauloante monstrata. Fiat, in-
quit, cor meū immaculatū in tuis iustifica
tionibus, vt nō confundar.) Redit ad vocē
corporis sui sancti. s. populi sui, & imacula
tū fieri & cor suū pcaī, hoc ē, cor mēbrorū
suorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuorum in iustificationibus dei, non in viribus eorum. Poposcit.n.hoc, nō præsumpsit: quod autem addidit, vt non confundar: tale aliquid & in primis huius psalmi versibus inuenitur, vbi dixit, Vtinam diriganť viæ meæ ad custodiēdas iustificationes tuas: Tunc nō confundar dū inspicio in omnia mandata tua. Qđ ibi quia dixit vtinā, vno verbo significauit optātis, hoc isto loco aptioribus verbis expressit oratis dicendo, fiat cor meum immaculatum, vt nec in illa nec in ista sententia q̄ vtraque vna est, inueniatur audacia de libero arbitrio gſam confitētis. Quod autem ait

A ibi, Tunc non confundar: hoc ait hic, vt nō confundar, Fiat ergo cor meū immaculatū membrorum & corporis Christi, gratia dei per ipsum corporis caput, hoc est,

Ad Ti. 3. Per Iesum Christum dñm nostrum, per regenerationis lauacrum, vbi abolita sunt omnia p̄terita peccata nostra p̄ spūs adiu-

Gala. 5. torium, per qđ cōcupiscimus aduersus carnem, ne vincamur in pugna nostra, per dñicæ orationis affectum, in qua dicimus,

Mat. 6. Dimitte nobis debita nostra. Ita donata nobis regeneratione, adiuti confessione, fusa precatione fiat cor nostrū immaculatū vt non confundamur, quia & hoc adiustificationes dei pertinet quādo inter eius

Luc. 6. alia præcepta præcipitur, Dimittite & dimittetur vobis, date & dabitur vobis.

Concio vicesima de versu psalmi, Defecit in salutare tuum anima mea: vsque ad, Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiā testimonia oris tui.

ADiuuante domino istam magni huius psalmi partē consyderandā exponēdamq̄. suscepimus, vbi dicit, Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbū tuum speraui.) Non omnis defectus vel culpæ putādus est esse vel pœnæ. Est etiā defectus laudabilis vel optabilis.

B Nam cum sint inter se duo ista contraria, p̄ficere & deficere, vſitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo, quando non additur vel subintelligitur in quid p̄ficiatur vel deficiatur. Cum vero additur,

2.Ti.6. potest & malum esse proficere, bonumq̄. deficere: aperte quippe dixit Apostolus, Prophanas autem verborū nouitates euita, multum.n.proficient ad impietatem:

2.Ti.3. ait & de quibusdam, Proficient in peius. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum bonus est: bono quip

Psal.85. pe defectu dictū est, Desyderat & deficit anima mea in atria domini. Sic & hic non ait, defecit à salutari tuo: sed, defecit in salutare tuum, hoc est, ad salutare tuū anima mea. Bonus est ergo iste defectus: Indicat enim desiderium boni, nondum quidem adepti, sed auidissime ac vehementissime concupiti. Sed quis hoc dicit, nisi genus

1.Pet.2. electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis? Ab origine generis humani vsque ad huius seculi finem, in eis qui suo quippe tempore hic vixerunt, viuunt, victuri sunt, desyderant Christum, teste sanctissimo sene Symeone, qui cum eum infantem accepisset in manus, dixit,

Luc. 2. Nunc dimittis domine seruum tuum secundum verbum tuum in pace: quoniam C viderunt oculi mei salutare tuum. Accepe rat.n. responsum diuinum, non se gustaturum mortem, donec videret Christum domini. Quale autem desiderium fuit in isto sene, tale fuisse credendum est in omnibus superiorum temporum sanctis: vnde & ip

Mat.13 se dominus discipulis ait, Multi Prpohetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quod auditis, & nō audierunt: vt ex ipsorum etiam voce hoc loco agnoscitur, Defecit in salutare tuum anima mea. Nec tunc ergo quieuit hoc desyderium sanctorum, nec nunc quiescit in Christi corpore quod est

Agg. 1. Ecclesia vsque ad terminum seculi, donec veniat desyderatus cunctis gentibus, sicut

2. Ti.4. promittitur per Prophetam: propter quod dicit Apostolus, Supereſt mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Hoc itaque desyderium de quo nunc agimus, de dilectione consurgit manifestationis eius: de qua item dicit,

Gal.3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos cum illo apparebitis in gloria. Prima.n.tpa Ecclesiæ ante virginis partū, sanctos habuerūt q̄ desyderarēt incarnationis eius aduērū: ista vero tpa, ex quo ascēdit in cęlū, sanctos hńt qui desyderēt eius manifestationē ad viuos & mortuos iudicandos. Neque hoc Ecclesiæ desideriū ab initio vsque in finem seculi requieuit aliquantum, nisi quandiu hic cum discipulis in carne cōuersatus est, vt totius corporis

Christi

Christi in hac uita gementis uox conuenienter intelligatur, Defecit in salutare tuum anima mea, & in uerbum tuum speraui: hoc est in promissum, quod spes facit,

v.8. vt per patientiā expectetur quod a credentibus non videtur. Etiam hic Græcus illud verbum habet, quod quidem nostri interpretes superspersauit transferre maluerunt, qa proculdubio plus futurum est q̄ dici pōt. Defecerunt, inquit, oculi mei in eloquium tuum, dicentes, qn̄ consolaberis me?] Ecce rursus in oculis, sed vtique interioribus laudabilis & fœlix ille defectus, non veniens ex infirmitate animi, sed ex fortitudine desiderij in promissum dei. Hoc.n.ait in eloquium tuum. Quo autē tales oculi dicunt, qn̄ consolaberis me, nisi cum tali intentione & expectatione oratur & gemitur? Lingua n.loqui non oculi solent, sed oculorum quodammodo vox est desyderium oronis. Verum in eo quod ait, qn̄ consolaberis me, tanquam moras se

v.82. perpeti ostendit: vnde est et illud, Et tu domine vsquequo? Quod aut ideo fit vt dulcior veniat dilata iocunditas, aut iste sensus est desyderantium, cum spacium tpis et quod subuenienti breue est, longum est amanti. Nouit autem dominus quid qn̄ faciat, qui in mensura & numero & pondere cuncta disponit. Ardentibus autem spi-

v.81. ritalibus desyderijs, carnalia desyderia sine dubitatione frigescunt: p̄p hoc sequit, Quoniam factus sum tanquam vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus.) Nimirum.n.per vtrem carnem mortis huius, per pruinam vero cœleste beneficium vult intelligi, quo carnis concupiscentiæ velut frigore cohibente torpescūt: & fit hinc vt iustificationes dei de memoria non labantur, dum non cogitatur ali-

v.83. unde, quomodo fit quōd ait Apostolus, Carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs: ideo cum dixisset, qn̄ factus sum tanquam vter in pruina: subiecit, Iustificationes tuas non sum oblitus: hoc est, ideo nō sum oblitus, quoniam talis factus sum. Feruor.n.cupiditatis obtorpuit, vt p̄ ferueret memoria charitatis. Quot sunt

v.84. dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?] In Apocalypsi est ista vox martyrum, & eis imperatur patientia, donec fratrum eorum numerus impleatur. De diebus ergo suis interrogat corpus Christi, qui futuri sunt in hoc seculo, & ne quisquam putaret ante hic Ecclesiā non futuram q̄ finis seculi venerit, & aliquid temporis futurum in hoc seculo quo Ecclesia iam non sit in terris, propterea cū quæsisset de diebus suis, adiunxit etiam de iudicio, profecto demonstrans vsque ad iudicium in quo de persecutoribus eius est futura vindicta, ipsam quoque in terris futuram. Si autem quenquam mouet cur q̄rat, quod cum discipuli quærerent, magister respondit, Non est vestrum scire tpa Acto.1. quæ pater posuit in sua potestate: cur non credamus in isto loco psalmi huius esse p̄phetatum, hoc ipsum illos fuisse quæsituros, & Ecclesiæ vocem quæ hic tanto antè prædicta est illorum interrogatione, cōpletam? Quod aūt sequitur, Narrauerunt mihi iniqui delectationes, sed non ita vt lex tua dñe.] Eas sic transferre voluerunt interpretes nostri, quas Græci ἀδολεσχίας vocant, quod vsqueadeo vno verbo nequa G quam dici Latine potest, vt aliqui delectationes, aliqui fabulationes eas dicerent, vt non immerito accipiatur esse quidem illas exercitationes, sed in sermone cum quadā delectatione. Has vero hńt in diuersis sectis ac professionibus & literæ seculares & Iudæorum quæ deuteroſis nuncupantur, continentes præter diuinarum canonem scripturarum milia fabularum, habet eas & hæreticorum vana atque errabunda loquacitas. Hos omnes iniquos intelligi voluit, a q̄bus sibi narratas dicit ἀδολεσχίας, id est, exercitationes delectabiles verbis, Sed non, inquit, vt lex tua domine, quia me in ea veritas non verba delectant: denique adiungit, Omnia mandata tua veritas, iniusti persecuti sunt me adiuua me.) Et pendet totus de superioribus sensus, Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? Vt.n.persequantur me narrauerunt mihi sermonum suorum delectationes, sed eis p̄posui legē tuam: quæ ideo plus me delectauit, quia omnia mandata tua veritas, non sicut in illorum abundat sermonibus vanitas: ac p̄ hoc iniuste persecuti sunt me, quia non in me persecuti sunt nisi veritatē. Ergo adiua me vt certem pro veritate vsq. ad mortem, quia & hoc tuum mandatum est, & H ideo & hoc veritas est: quod cum faceret Ecclesia, passa est quod adiunxit, Paulomi nus consummauerunt me in terra.) Multa. s. strage martyrum facta, dum confitentur &

eur & prædicant veritatem. Sed quia non frustra dictum est, adiuua me. Ego autem, inquit, non reliqui mandata tua.) Atque vt posset perseuerare vsque in finem, Secũdum misericordiam, inquit, viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.] Quæ Græcus habet martyria. Quod tacendum non fuit pp dulcissimum martyrum nomen, qui proculdubio qñ tanta persequentium crudelitas sæuiebat vt Ecclesia paulominus consummaretur in terra, nullo modo dei martyria custodirent, nisi fieret eis qđ hic oratum est, secundum misericordiam tuam viuifica me. Viuificati sunt enim ne amando vitam, negarent vitam: & negando vitam, amitterent vitam. Ac sic qui pro vita veritatem deserere noluerunt, moriendo pro veritate vixerunt.

Concio vicesimaprima de versu psalmi,
In æternum domine permanet
verbum tuum in cœlo: vsq.
ad, Latum mandatum
tuum valde.

I HOmo qui loquitur in isto psalmo tanquam tæderet eum mutabilitatis hominum, vnde vita ista tentationibus plena est, inter tribulationes suas pp quas supra dixerat, Iniqui persecuti sunt me, & paulominus consummauerunt me in terra, inflammatus desyderio cœlestis Hierusalem in superna suspexit & dixit, In æternum dñe permanet verbũ tuũ in cœlo.) Hoc est, in angelis tuis custodiẽtibus æternam sine desertione militiam. Sequens autem uersus post cœlum, pertinet consequenter ad terram. Vnus. n. versus est eorũ octo, q ad istã lram ptinent. Singulis quippe literis Hebræis subdunt octoni, donec psalmi huius prolixitas terminetur. In generatione & generatione veritas tua, fundasti terram & permanet.] Post cœlũ. n. terrã cõtuitu fidelis mentis aspiciens, inuenit in ea gñationes q in cœlo non sunt, & ait, In gñatione & gñatione veritas tua, siue oẽs gñationes ista repetitione significãs, a quibus nunquã defuit veritas dei in sanctis eius, mõ paucioribus, mõ pluribus, vt sese tpm varietas habuit vel habebit: siue duas quasdã gñationes intelligi volẽs, vnã. s. ad legẽ & Prophetas, al terã vero ad Euangeliũ pertinentem. Cur aũt nunquã ẽt istis gñationibus veritas de

Infra eo dẽ se. 32.

K

sit, velut aperiẽs cãm, Fundasti, inquit, terram & permanet: eos qui in terra sunt terram nuncupans. Fundamentum aũt aliud nemo põt ponere pter id quod positũ est: qđ est Chrs Iesus. Neque. n. & illius gñationis ad legem Prophetasque pertinentis fundamentum non erat Chrs, testimonium habens a lege & Prophetis. Aut vero Moyses & Prophetę filij deputãdi sunt in seruitutem generantis ancillæ fuisse, nõ liberæ q̃ est mater nra, cui mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus? Ipse est. n. & apud patrem altissimus, & pp nos in ista matre factus humillimus, qm qui deus erat super eam homo factus est in ea. Hoc itaque fundamento dñe fundasti terram & permanet: quia in tali fundamento constabilita, non inclinabitur in seculum seculi, in eis vtique permanens quibus es vitam daturus æternam. Quos aũt ancilla peperit ad vetus testm pertinentes, in cuius tñ figuris latebat nouũ, nihil aliud sapiendo q̃ p missa terrena non permanent. Seruus. n. non manet in domo in æternum, filius au tem manet in æternum. Ordinatione tua pseuerat dies.] Ista quippe & omnis dies: & iste est dies quem fecit dns, exulemus & iocundemur in eo, & sic vt in die honeste ambulemus. Qm omnia seruiunt tibi.] Omnia. s. de quibus loquebatur, omnia q pertinent ad hunc diem, seruiunt tibi. Impij quippe de quibus dicitur, Nocti simulaui matrem vestram, non seruiunt tibi. Deinde respexit vnde liberaretur hæc terra, vt fundata permaneat, atque subiecit, Nisi qp lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea.] Ista lex fidei est, non inanis fidei, sed quæ per dilectionem operatur. Per hanc impetratur gratia q̃ fortes facit in tribulatione tpali, ne pereant in humilitate mortali. In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.] Ecce vnde factum est vt non periret in humilitate sua. Nam deo nostro viuificante, quid est homo qui se occidere potuit, viuificare autẽ non potest? Subiecit deinde ac dicit, Tuus sum ego saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisiui.] Non transeunter intelligendum est, quod dictum est, Tuus sum ego. Quid enim non est eius? An forte quia in cœlis esse dicitur deus, ideo putandum est aliquid non esse eius in terra,

Rom. 3. Gal. 4. Psal. 86.

Psa. 103

Gala. 5.

M

Psal. 33.

cum

cum clamet alius psalmus, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ, & omnes qui habitant in ea? Quid est ergo qp iste ita se quodammodo familiarius deo commendandum putauit vt diceret, Tuus sum ego saluum me fac: nisi intelligi volens qp malo suo suus esse voluerit, quod est inobedientiæ primum & maximum malum? Et tanquam dicens meus esse voluisti, & perditum me feci: Tuus sum, inqt, saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisiui: non voluntates meas quibus fui meus, sed iustificationes tuas, vt essem iam tuus. Me, inquit, expectauerunt peccatores vt perderent me, testimonia autem tua intellexi.) Quid est, expectauerunt vt perderent? An vero velut insidijs obsederunt viam, expectantes vt qñ transiret occiderent? Nunquid ergo morte corporis perire metuebat? Absit. Et quid est me expectauerunt, nisi vt eis ad malum consentiret? Tunc. n. perderent. Vnde. n. non perierit dixit, testimonia tua intellexi. Sed familarius hic Ecclesiæ auribus Græcum verbũ sonat, martyria tua intellexi, qua scilicet me sibi non consentientem, etiam si occiderent, tua martyria confitens non perirem. A Sed illi qui vt perderent expectabant qñ consentirem, torquebant cum etiam confiterer: nec tamen quod intellexerat relinquebat, intuens & videns vtique sine fine finem, etsi perseueraret vsque in finem. Denique secutus adiunxit, Omnis consummationis vidi finem, latum mandatũ tuũ valde.) Intrauerat quippe in sanctuarium dei, & intellexerat in nouissima. Omnis autem consummatio mihi videtur hoc loco intelligenda vsque ad mortem pro veritate certare, & pro vero ac summo bono mala omnia tolerare. Cuius consummationis finis est excellere in regno Christi, qđ non habet finem, & habere ibi sine morte, sine dolore, & cum magno honore vitam, morte huius vitæ ac doloribus, & opprobrijs acquisitam. Quod addidit, Latũ mandatum tuum valde: non intelligo nisi charitatem. Quid enim profuisset quacunque morte imminente, & inter quantacunque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? Audiamus Apostolum, Et si tradidero, inquit, corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas autem dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. In hac diffusione latitudo est, in qua sine angustijs uia quoque ambulatur angusta, donante illo cui dictum est, Dilatasti gressus meos subter me, & non sunt infirmata vestigia mea. Latum est ergo mandatum charitatis nimis, mandatum illud geminum quo iubetur deus, & pximus diligi. Quid autem latius, quàm vt ibi pendeat tota lex & omnes Prophetæ?

Psal. 17.

Mat. 22.

Concio vicesimasecunda de versu Psalmi,
Quomodo dilexi legem tuam domine: vsque ad, Propterea odio
habui omnem viam
iniquitatis.

SAepe admonuimus laudabilẽ latitudinẽ, in qua nullas cũ mandata dei faciamus patimur angustias, intelligendam esse charitatẽ. Propter qđ ẽt in magno isto Psalmo cũ superius dixisset, Latũ mandatũ tuũ valde: in hoc sequenti versu ostendit vnde sit latũ, dicens, Quõ dilexi legem tuã dñe.) Dilectio est igitur latitudo mandati, Vnde quippe fieri põt, vt diligatur quod deus iubet diligi, & ipsa iussio non diligatur? Ipsa est enim lex. Tota, inquit, die meditatio mea est.) Ecce quomodo eã dilexi vt tota die meditatio mea esset, vel potius sicut Græcus habet, καθ' ἡμέραν teram diem, vbi magis continuatio meditantis exprimitur. Id autem intelligitur per omne tempus, quod est semper. Tali expugnatur dilectione cupiditas, quæ sæpe faciendis legis iussionibus contradicit, concupiscente aduersus spiritum carne, aduersus quam spiritus concupiscens ita debet diligere legem dei, vt tota die meditatio eius sit. Dicit autem Apostolus, Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorũ? Non, sed per legem fidei: Hæc est fides quæ per dilectionem operatur, qm quærendo, petendo, pulsando, impetrat spiritum bonum, per quem dilectio ipsa diffunditur in cordibus nostris. Hoc enim spiritu dei quicunque aguntur hi filij sunt dei. Qui recipiuntur vt recumbãt cum Abraham Isaac & Iacob in regno cœlorum, expulso seruo qui non manet in domo in æternum, id est, Israel secundum carnem, cui dictum est, Cum videritis Abraham Isaac & Iacob & oẽs Prophetas in regno dei, vos aũt expelli foras, & venient ab Oriẽte & occidẽte, & aq lone & austro, & ac-

C

Rom. 3.

Gala. 5.

Matt. 7.

Rom. 8.

Ioan. 8.

Matt. 8.

& accumbêt in regno dei. Et ecce sunt no-
uissimi q erát primi, & sunt primi q erát
Rom.9. nouissimi. Gentes autem, sicut ait vas ele-
ctionis, quę non sectabantur iustitiam, ap-
D prehenderunt iustitiá, iustitiam autem q
ex fide est, Israel autem persequens legem
iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit.
Quare? Quia nõ ex fide, sed quasi ex ope-
ribus, offenderunt in lapidem offensionis.
Ita facti sunt inimici huius qui hic in pro-
phetia loqtur. Ac deinde coniungit, Sup
inimicos meos sapere me fecisti mandatú
tuum, quoniam in æternum mihi est.) Il-
li nanque zelum dei habent, sed non secũ-
Ro. 10. dum scientiam. Ignorantes enim dei iusti
tiam, & suam quærentes constituere, iusti
tiæ dei non sunt subiecti. Iste uero q sup
suos istos inimicos sapit, mandatum dei in
Phili.3. uenire vult cum Apostolo, non habẽs iu-
Rom.9. stitiam suam quæ ex lege est, sed iustitiam
per fidem Chri quæ est ex deo: non quia
lex quam legunt inimici eius non est ex
Ro. 10. deo, sed q a eam non sapiunt, sicut est q su
Rom.3. per inimicos suos eam sapit, cohærendo la
pidi in quem illi offenderunt. Finis enim
Chrs ad iustitiam omni credenti, vt iusti-
ficentur gratis per gratiam ipsius: non si-
Ro. 10. cut illi q viribus suis se legem facere exi-
Matt. 5. stimant, & ideo non ex lege q dem dei, sed
Matt. 7. suam iustitiam constituere quærunt: sed
E quomodo filius promissionis qui esuriens
& sitiens iustitiam, petendo, quærẽdo, pul-
sando quodammodo à patre mendicat, vt
adoptatus per unigenitum accipiatur. Sic
autem mandato dei quando sapuisset, nisi
eum ipse sic sapere fecisset cui dicit, Super
inimicos meos sapere me fecisti mandatú
Gala. 4. tuũ? Inimici q ppe eius illi velut ex Agar
in seruitutem generati, ex eodem manda-
to temporalia præmia quæsierunt, & ideo
non fuit illis in æternum sicut est huic.
Melius q ppe intellexerunt, q interpretati
sunt in æternum, q̃ q in seculum, tanquã
finito isto seculo nullum iam legis posset
esse mandatum. Iam vero nullum erit, sed
in tabulis visibilibus libris q̃ue conscriptũ.
In tabulis vero cordis, dilectio dei & pro-
ximi manebit in æternum. In quo manda-
to geminato tota lex pendet & Prophetæ,
eritq̃ue præmium custodiendi mãdati hu-
ius ipse mandator, & præmium dilectionis
ipse dilectus, quando erit deus omnia in
omnibus. Sed quid est hoc quod sequitur,
Super omnes docentes me intellexit?)

Quis est iste q super omnes docentes se
intellexit? Quis est, inquam, qui super o m
nes Prophetas, q non solũ loquendo eos
q secum vixerunt, verumetiam scribendo F
tam excellenti authoritate docuerunt, au- 3. Re. 3
deat se intelligendo præponere? Salomoni
q dem tanta est donata sapientia, vt etiam
his omnibus q fuerunt ante illum videat
esse prælatus. Sed non est credendum ip-
sum hic a patre suo Dauid potuisse ꝓphe-
tari, maxime q a dici non posset ex perso-
na Salomonis quod hic dr, Ab omni via
maligna ꝓhibui pedes meos. Porrò si q d
est acceptabilius, Chrm prænunciat iste
Propheta, nunc à capite q d est ipse salua-
tor, nunc ab eius corpore quod est Eccle-
sia, verba prophetica digerens, & tanquam
vnum loquentem faciens, ꝓp magnum il
lud sacramentum, vbi dictum est, Erunt Ephe. 5
duo in carne vna: agnosco eum plane q su
per omnes docentes se intellexit: quando
cum esset annorum duodecim remansit
puer Iesus in Hierusalem, & a parentibus Luc. 2.
suis post triduum inuentum est illic in tẽ-
plo sedes inter doctores audiens illos & in
terrogans eos, vbi stupebant omnes q eũ
audiebant super prudentia, & responsis
eius. Nec immerito, q per istum prophetã
tanto ante prædixerat, super omnes docen
tes me intellexi. Omnes enim vtique ho-
mines vult intelligi, non deum patrem, de
quo dicit ipse filius, Sicut docuit me pater
hęc loquor. Quod difficillime ex persona
verbi intelligitur, nisi q s vtcunque capere Ioan. 8.
valeat, id esse filium a patre doctum quod G
genitum. Cum.n. non est aliud esse, aliud
doctum esse, sed quod illi est esse, hoc est
doctum esse, profecto à quo ci est esse, ab Phili. 2.
illo simul est ei doctum esse. Ex persona
vero hominis vbi formam serui accepit, fa
cilius intelligitur à patre didicisse quæ di-
xit, in qua forma serui constitutum maxi-
me puerum potuerunt eum homines ma-
ioris ætatis docendum putare. Sed ille quẽ
pater docuit, super omnes docẽtes se intel-
lexit. Quia testimonia, inqt, tua meditatio
mea est.) Ideo super omnes docentes se in- Ioan. 5.
telligebat, q a testimonia dei meditabatur.
Quę melius q̃ illi de seipso nouerat q di-
cebat, Vos misistis ad Ioannem, & testimo
nium perhibuit veritati. Ego autem non
ab homine testimonium accipio, sed hæc
dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ar-
dens & lucens, uos autem voluistis exul-

tare ad horam in luce eius. Ego autem ha-
beo testimonium maius Ioanne, Talia te-
stimonia meditabatur, quando super om-
nes docentes se intellexit. Illi autem do-
ctores non absurde intelliguntur etiam ip-
si esse seniores, de quibus continuo dicit,
H Super seniores intellexi.) Quod ideo mi-
hi eo modo repetitũ videtur, vt nobis hæc
legentibus illa ætas eius veniret in mentẽ,
quæ nobis commendatur, & innotuit ex
1. Euangelio: qua ætate puerili inter maio-
res ætate, hoc est, iunior inter seniores sede
bat, & super omnes docentes se intellige-
bat. Solent enim iunior & senior ad se in-
uicem dici minor & maior, & si neuter eo-
rum senili accesit, aut propinquauit æta-
ti: quamquam si & expressum nomen se-
niorum in Euangelio velimus inquirere
supra quos intellexit, inuenimus quando
ei dixerunt Scribæ, & Pharisæi, Quare di-
scipuli tui ttansgrediuntur traditiones se-
niorum? Non enim lauant manus suas
cum panem manducant. Ecce obiecta est
ei transgressio traditionis seniorum. Sed
qui super seniores intellexit, quid eis re-
sponderit audiamus. Quare, inquit, & vos
trãsgredimini mandatum Dei propter tra-
ditionem vestram? Deinde paulo post, ut
non solum ipse qui est caput corporis, ve-
rumetiam corpus ipsum, & membra eius
super seniores illos intelligerent, quorum
traditio de lauandis manibus ferebatur, cõ-
uocatis ad se turbis dixit eis. Audite & in-
telligite: tanquam diceret, Super seniores
illos, & vos intelligite, vt etiam de vobis il-
la prophetia clareat esse præmissa, super se-
niores intellexi, nec solum capiti, verum-
etiam corpori, ac sic vniuerso Christo ap-
tata conueniat. Non quod intrat in os co-
inquinat hominem, sed quod procedit ex
ore, hoc coinquinat hominem. Hoc senio-
res illi non intelligebant, qui de lauandis
manibus sua velut magna mandata tradide
runt. Ipsa quoque membra capitis hu ius
super seniores intelligentis, nondum quod
ab eo dictum est intellexerant. Denique
post pauca respondẽs Petrus dixit ei, Edis-
sere nobis parabolam istam. Putabat adhuc
esse parabolam, quod dominus sine figuris
fuerat elocutus. At ille dixit: Adhuc & vos
sine intellectu estis? Non intelligitis, quia
omne quod in os intrat, in ventrem vadit,
& in secessum emittitur? Quæ autẽ pro-
cedunt de ore, de corde exeunt, & ea coin-

quinant hominem. Adhuc, & vos sine in-
tellectu estis, & super illos seniores non in-
telligitis? Sed planè iam nunc audito tali
magistro, capite nostro, potest vnusquisq.
nostrum dicere, super seniores intellexi.
Nam etiam corpori cõgruit quod secutus
adiunxit. Quia mandata tua exquisiui.)
Mandata tua, non mandata hominum: mã-
data tua, non mandata seniorum, qui vo-
lentes esse legis doctores, non intelligunt
neque quæ loquuntur, neque de quibus af- K
firmant. Merito de mãdatis Dei, quæ sunt 1. Ti. 1.
exquirenda, vt super seniores illos intelli-
gantur, responsum est ijs qui eorum autho
ritatem veritati præferebãt, & dictum est,
Cur & vos transgredimini mandatum dei,
vt traditiones vestras statuatis? Iam vero Mat. 15.
quod adiungitur, non capiti videtur conue
nire sed corpori. Ab omni via mala prohi-
bui pedes meos, vt custodiam verba tua.)
Neque enim caput illud nostrum ipse sal-
uator corporis in aliquam malignam viam
carnali cupiditate ferebat, vt ei necesse esset
pedes suos inde prohibere, quasi illuc eun-
tes motibus suis: quod nos faciamus q̃ ea,
quæ ille non habuit, ne vias malignas te-
neant, desyderia nostra praua cohibemus.
Sic.n. verba dei possumus custodire, si post Eccles.
nostras non eamus concupiscentias malas, stici. 18.
vt ad mala concupita pedes nostri non præ
ueniant, sed eos potius aduersus carnẽ spi-
ritu concupiscente refrenemus, ne nos ra- Galat. 3.
ptos atque subuersos per malignas vias p-
trahant. A iudicijs, inquit, tuis non decli-
naui, q̃m tu legem posuisti mihi.) Dixit
quid timuerit, vt ab omni via maligna ꝓ-
hiberet pedes suos. Quid est. n. a iudicijs L
tuis non declinaui, nisi quod alio loco di-
cit, à iudicijs aũt tuis timui? Perseuerãter
eis credidi, quia tu legẽ posuisti mihi. Tu
interior in intimis meis, tu intus in corde
legem posuisti mihi spiritu tuo tanquã di-
gito tuo, vt eam non tanquam seruus sine
amore metuerem, sed casto amore vt filius
diligerem, vt dilectione casta timerem. Et
ideo vide quid sequitur. Quàm dulcia fau
cibus meis verba tua.) vel quod de Græ-
co est expressius. Eloquia tua, super mel &
fauum ori meo.] Hæc est illa suauitas, quã
deus dat, vt terra nostra det fructum suũ,
vt bonum vere bene, id est, non mali car-
nalis formidine, sed boni spiritalis delecta-
tione faciamus. Nonnulli sanè codices nõ
habent fauum, sed plures habẽt mel. Melli

autem est similis aperta doctrina sapientię tuæ. Fauo vero occulta doctrina sapiętiæ, quę de abstrusioribus sacramentis tanquã de cellis cæreis ore differentis velut mandentis exprimitur: verum ori cordis, non carnis est dulcis. Sed qd est quod ait, A mãdatis tuis intellexi?] Aliud est mandata tua intellexi, aliud est a mandatis tuis intellexi. Nescio ergo quid aliud se significat intellexisse a mandatis dei, quod est, quantum mihi videtur faciendo mandata dei peruenisse se dicit ad earum rerum intelligentiam quas concupiuerat scire: pp

M Eccleſiastici. 1. quod scriptum est, Concupisti sapientiam, serua mandata, & dominus præbet illam tibi ne quisquam præposterus antequam habeat humilitatem obedientiæ, velit ad altitudinem sapientiæ peruenire, quã capere non potest nisi ordine venerit. Audiat ergo, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi

Eccleſiastici. 3. dominus illa cogita semper. Sic homo ad occultorum sapientiam peruenit per obedientiam mandatorum. Cum autem dixisset, Quæ tibi pcepit dominus illa cogita: ideo addidit, semper, quia & custodienda est obedientia vt percipiatur sapientia, & percepta sapientia non est deserenda obedientia,. Spiritalium itaque membrorum Christi vox ista est, A mandatis tuis intellexi. Hoc enim recte dicit Christi corpus in eis, quibus mandata seruãtibus propter istam custodiam mandatorum prębetur uberior doctrina sapientiæ. Propterea, inquit, odio habui omnẽ viam iniquitatis.) Necesse est enim vt oderit omnem iniquitatem amor iustitiæ, quia tanto maior est, quanto eum magis inflammat amplioris dulcedo sapientiæ, quę præbetur ei qui obtẽperat deo, & a mãdatis eius intelligit.

A

Concio viceſimatertia de verſu Pſalmi, Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen, vſque ad, Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas propter æternam retributionem.

SCrutandos atque tractandos pro viribus quas deus donat, nunc istos versus Psalmi huius aggredimur, quorũ primus est, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.) Qd est lucerna, hoc repetitum est, lumen: & quod pedibus meis, hoc semitis meis. Qd est ergo verbũ tuũ? Nũquid nã illud qd in principio erat Ioan. 1. deus apud deum, verbum. s. per quod facta sunt omnia? Non est ita. Nam illud verbũ lumen est, sed lucerna nõ est. Lucerna qp pe creatura est non creator, quæ participatione incõmutabilis lucis accẽditur. Hoc erat Ioannes, de quo dicit verbum deus, Ioan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed lumen est & lucerna, & tamen in comparatione verbi, de quo dictum est, deus erat verbũ, non erat ille lumen sed missus est, Ioan. 1. vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat .n. lumen verũ non quod illuminatur. vt hõ, sed qd illuminat oẽm hominem. Nisi autem & lucerna & lumen esset, non diceret Apostolis, Vos estis lumẽ mũdi. Quo B audito ne id se putarent esse quod ille qui Matt. 5. hoc dixerat: nam & de seipso quodam loco dixit, Ego sum lumen mundi: ait ille de illis, Non potest ciuitas abscõdi supra mõtem constituta, neque accendunt lucernã Ioan. 8. & ponunt eam sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat omnibus q in domo sunt, Matt. 5. sic luceat lumen vestrum coram hominibus: vt scirent se tanquam lucernas de illo lumine quod immutabiliter lucet accensas. Nulla quippe creatura, quanuis rationalis & intellectualis, & seipsa illuminat, sed participatione sempiternæ veritatis accenditur: ẽt si aliquando dies vocatur, non dies dominus, sed quem fecit dominus. Et ideo adhuc subdidit, Accedite ad eum & Psal. 33. illuminamini. Propter quam participationem, inquantum hõ est ipse mediator, lucerna in Apocalypsi nuncupatur. Sed singularis est ista susceptio. De nullo enim sanctorum dici diuinitus potuit, aut dici vllo mõ fas est, verbum caro factum est, ni Ioan. 2. si de uno mediatore dei & hominum. Cũ 1. Ti. 2. igitur lumen dicatur & homo ab illo verbo illuminatus qui dicitur & lucerna, fi- C Ioan. 3. Ioan. 5. cut Ioannes, sicut Apostoli, nec vllus corũ homo sit verbum, & illud verbum a quo illuminati sunt lucerna non sit: quid est hoc verbum, quod ita lumen dicitur vt lucerna sit: ait enim, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: nisi verbum intelligamus quod factum est ad Prophetas, vel quod prędicatum est per Apostolos? Non verbum Christũ, sed verbum Christi, de quo scriptum est, Fides exauditu, auditus autem per verbum Christi. Nam & verbum propheticum lucernæ cõparãs Apostolus Petrus, Habemus, inquit,

inquit, certiorem propheticum sermonẽ cui benefacitis intendentes, velut lucernę lucenti in obscuro loco. Quod itaque hic ait, Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis: verbum est qd scripturis sanctis omnibus cõtinetur. Iuraui, Psal. 1. inquit, & statui custodire iudicia iustitię tuæ.) Tanquam bene ambulans ad illam lucernam, & rectas semitas habens. Sequẽti autem verbo illud quod antecedit expositum est. Quasi enim quæreremus quid esset, iuraui, adiunxit, & statui. Hoc enim appellauit iuramentum, quod statuit persacramentum: quia ita debet esse mens fixa in custodiendis iudicijs iustitiæ dei, vt sit omnino pro iuratione quod statuit. Fide autem custodiũtur iudicia iustitiæ dei, D tũ sub deo iusto iudice, nec recte factũ infructuosum, nec pctm credit impunitum. Sed pro hac fide quia multa & grauissima mala corpus pertulit Christi, Humiliatus sum, inqt, vsque valde.) Non autem ait, humiliauit me, vt humilitatẽ, quæ in præcepto est, intelligere sit necesse: sed ait, humiliatus sum vsque valde: maximam. s. passus persecutionẽ, pro eo qd iurauit & statuit custodire iudicia iustitiæ dei. Et ne in tanta humiliatione fides ipsa deficeret, addidit: Domine viuifica me scdm verbũ tuũ.) Hoc est scdm promissum tuũ. Nam & verbum promissorum dei lucerna est pedibus, & lumen semitis. Sic & superius vt eum deus viuificet, orauit in humiliatione psecutionis, vbi ait, Paulominus cõsummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua, scdm misericordiã tuam viuifica me, & custodiam testimonia tua. i. martyria oris tui. Vbi intelligit si ipse non viuificet donando patientiã, pp quod dictum est, In vestra patientia possidebitis animas vestras: & de quo dictum est, Quoniam ab ipso est patientia mea: nõ E corpus in persecutione mortificari sed animã, non custodiendo martyria, sed iudicia iustitiæ dei. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine.) Hoc est, placeant tibi, non reprobare sed approba. Bene autem intelliguntur oris voluntaria sacrificia laudis, confessione charitatis, non timore necessitatis oblata. Vnde dictum est, voluntarie sacrificabo tibi: sed quid est quod adiungit, Et iudicia tua doce me? Nonne ipse in versibus superioribus dixerat, A iudicijs tuis non declinaui? Quomodo istud, si ea non nouerat? Porrò si nouerat, quomodo hic dicit, Et iudicia tua doce me? An sicut illud est, suauitatem fecisti cũ seruo tuo: & postea dicit, suauitatem doce me? Quod ita exposuimus, vt intelligeremus verba proficientis, & addi sibi ad id quod acceperat postulãtis. Anima mea in manibus tuis semper.) Nonnulli codices habẽt, in manibus meis: sed plures, in tuis: & hoc quidem planũ est. Iustorum enim animæ in manu dei sunt. In cuius manu Sapiẽ. 3. & 7. sunt & nos & sermones nostri. Et legis, inquit, tuæ non sum oblitus. Tanquam ad non obliuiscendam dei legem manibus adiuuetur eius memoria, vbi est eius anima. Anima vero mea in manibus meis, quomodo intelligatur, ignoro. Iustí quippe ista verba sunt non iniusti, re- F deuntis ad patrem non discedentis a pa- Luc. 15. tre. Nam potest videri ille iunior filius animam suam in manibus suis habere voluisse, quando dixit patri, Da mihi substantiam meam quę me contingit. Sed ideo mortuus erat, ideo perierat. An forte ita dictũ est, anima mea in manibus meis: tanquam eam viuificandam offerret deo? Vnde alibi dicitur, Ad te leuaui animam meam. Dixerat enim & hic superius, viuifica me. Posuerũt, inqt, peccatores laqueũ Psal. 21. mihi, & a mandatis tuis non erraui.) Vnde hoc, nisi qa eius anima in manibus dei, vel in suis viuificanda offertur deo? Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum.) Nonnulli vno verbo volentes dicere, quod vno verbo in Græco positum est, hæreditaui interpretati sunt. Quod & si Latinum esse posset, magis significaret eũ qui dedit hæreditatem, q eum qui accepit, vt sic esset hæreditaui, quomõ ditaui. Melius ergo duobus verbis insinuat integer sensus, siue dicatur hæreditate possedi, siue dicatur hæreditate acquisiui: non hæreditatem, sed hęreditate. Si autem qritur, qd acquisierit hæreditate, testimonia, inquit, tua, Quid volens intelligi, nisi vt testis dei fieret, eius que testimonia confiteretur: id est, vt martyr dei fieret, atque eius martyria diceret, sicut martyres dicunt a patre fi- G bi cuius donũ est esse collatũ? Multi qppe pati voluerũt neq. potuerũt: nulli ti potuerũt, nisi q voluerũt. Quia non potuissent si fidei dei testimonia negare voluissent: sed ẽt ipsorum pparata est uoluntas a dño. Ideo hæc hęreditate se acquisisse iste

teſtatur & hoc in æternum, quia non eſt in eis gloria temporalis hominum vana quærentium, ſed ęterna gloria eſt breui tẽpore patientium, & ſiue fine regnantium. Vnde ſequitur, Quoniam exultatio cordis mei ſunt.) Et ſi afflictio corporis, exultatio tamen cordis. Deinde ſubiecit, Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum, propter retributionem.) Qui dicit, inclinaui cor meum: ipſe iam dixerat, inclina cor meum in teſtimonia tua: vt intelligamus ſimul hoc eſſe et diuini muneris & propriæ voluntatis. Sed nunquid in æternum facturi ſumus iuſtificationes dei? Opera illa quidem quę operamur circa proximorũ neceſſitates, æterna eſſe non poſſunt, ſicut nec ipſæ neceſſitates: ſed ſi non diligendo iſta facimus, nulla eſt iuſtificatio. Si autem diligendo, æterna eſt ipſa dilectio, eiq́ue æterna eſt parata
H retributio. Propter quam retributionem dicit ſe inclinaſſe cor ſuum ad faciendas iuſtificationes dei, vt in æternum diligens, in æternum mereatur habere qd̃ diligit.

Concio viceſimaquarta de uerſu Pſalmi, Iniquos odio habui: vſque ad id, Propterea dilexi teſtimonia tua ſemper.

PSalmi huius locus, de quo in uoluntate dei diſputaturi ſumus, ſic incipit: Iniquos odio habui, & legem tuã dilexi.] Non ait, Iniquos odio habui, & iuſtos dilexi: aut, iniquitatem odio habui, & legẽ tuam dilexi: ſed cũ dixiſſet, Iniquos odio habui, expoſuit quare, addendo, & legem dilexi, vt demonſtraret, non in ſe hominibus iniquis odiſſe naturam qua homines ſunt, ſed iniquitatem qua legi quam diligit inimici ſunt. Deinde ſequit, Adiutor meus & ſuſceptor meus es tu.) Adiutor ad bona facienda, ſuſceptor ad mala euadenda. Quod autem adiungit, In verbum tuum ſuperſperaui,) tanquam filius promiſsionis loquitur. Sed quid ſibi vult uerſus q ſequitur, Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata dei? Non enim ait, faciam: ſed ſcrutabor. Vt ergo perfecte ea di-
I ligenterq́ue nouerit, malignos a ſe declinare deſyderat, eosq́ue etiam compellendo à ſe abigit. Nam maligni exercent ad facienda mandata, a ſcrutandis autem auocant: non ſolum cum perſequuntur, aut litigare nobiſcum volunt, verumetiam cũ obſequuntur & honorant, & tamen, cum ſuis vitioſis & negocioſis cupiditatibus ad iuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus efflagitant, aut certe infirmos premunt, vt cauſas ſuas ad nos deferre compellant: quibus dicere non audemus, Dic homo, quis me conſtituit iudicẽ aut diuiſorem inter vos? Conſtituit enim talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores, in foro prohibens iurgare Chriſtianos. Nec illis quidem qui non aliena rapiunt ſed ſua cupide repetunt, dicimus, Cauete ab omni cupiditate, conſtituentes eis añ oculos hominẽ cui, dictũ eſt, Stulte hac nocte auferetur a te anima tua, q̃ ppa- Luc.12. raſti, cuius erunt? quia & quando dicimus, non recedunt nec declinant à nobis, ſed inſtant, vrgent, precantur, tumultuantur, extorquent, vt ipſis potius ad iſta quæ diligunt, q̃ ſcrutandis dei mandatis, quæ diligimus occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum & quanto deſyderio diu inorum eloquiorum dictum eſt, Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata K de mei. Ignoſcant obedientes fideles, qui pro ſuis ſecularibus cauſis raro nos quærũt; & iudicijs noſtris facillime aquieſcũt, nec nos conterunt litigando, ſed obtempe. rando potius conſolantur. Certe pp eos qui & inter ſe pertinaciter agunt, & quando bonos premunt, noſtra iudicata contẽnunt, faciuntq́. nobis parire tempora rebus erogãda diuinis, certe, inquam, ꝓpter iſtos & nobis liceat exclamare in hac voce corporis Chriſti, Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata dei mei. Deinde poſteaquam velut ab oculis cordis ſui muſcas irruentes abegit, redit ad eum cui dicebat, Adiutor meus & ſuſceptor meus es tu in uerbum tuum ſperaui: precemq́ue continuãs, Suſcipe me, inquit, ſecundum eloquium tuum & uiuam, & ne confundas me ab expectatione mea.) Quia iã dixerat ſuſceptor meus, poſcit magis magisq́ue ſuſcipi, & ad illud propter quod toleraue-
rat tam multa moleſta perduci, verius ibi ſe quam in iſtis humanarum rerum ſomnijs fidens eſſe victurum. Sic enim de futuro dictum eſt, vt viuam, tãquam in hoc Rom.8. corpore mortuo non viuatur. Corpus.n. L mortuum eſt propter peccatum. Et expectantes redemptionem corpori noſtri, ſpe Rom.5. ſalui facti ſumus, & quod nõ videmus ſperantes, ꝓ patientiam expectamus. Sed ſpes non

non confundit, ſi charitas dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Propter quæ largius ac cipienda clamatur ad patrem, nec confundas me ab expectatione mea. Et tanquam ei reſponſum fuerit in ſilentio, ſi non vis confundi ab expectatione tua, non intermittas meditari iuſtificationes meas: ſentiens iſtam meditationem plerunque animę languoribus impediri, Adiuua me, inquit, & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spreuiſti omnes,) vel quod de Græco diligentius videtur expreſſum, Ad nihilum deduxiſti omnes diſcedentes a iuſtificationibus tuis, quia iniuſta cogitatio eorũ.) Ió ergo clamauit, Adiuua me & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificatibnibus tuis ſp, qa in nihilum redigit d us omnes diſcedẽtes a iuſtificationibus ſuis. Quare autem diſcedunt? Quia iniuſta eſt, inquit, cogitatio eorũ. Ibi accedit, ibi diſceditur. Omnia opera vel mala vel bona, à cogitatione procedunt. In cogitatione viſque innocens, in cogitatione reus eſt: pp quod ſcriptum eſt, Cogitatio ſanMta ſeruabit te. Et alibi legitur, In cogitatio-
.1. nibus impij interrogatio erit. Et Apoſto-
.1. lus, Cogitationibus ait accuſantibus aut ẽt excuſantibis. Vbi aũt fœlix eſt, q in cogitatione miſer eſt? Aut qũo ibi non miſer eſt, qui ad nihilum redactus eſt? Magna quippe eſt ſterilitas iniq tas: merito dictum eſt, Confundãtur iniqui faciẽtes vane. i. inaniter, tanquam redacti in nihilum. Sequit in Pſalmo, Prœuaricantes deputaui, vel, putaui, vel, exiſtimaui oẽs peccatores terræ.) Multis enim modis noſtri interpretati ſunt vnum verbum Græcum, quod eſt παραβαίνων, ſed profunda eſt illa ſententia, & ſi adiuuerit dñs, operoſius diſputatione alia penetranda eſt. Nam & quod additũ
.4. eſt, Propterea dilexi teſtimonia tua ſp.) multo amplius eam profundam facit. Dicit.n. Apoſtolus, Lex iram operatur. Huiuſq́ue dicti rationem reddens, vbi enim non eſt lex, inquit, nec prœuaricatio: ita oñ dens non omnes eſſe pręuaricatores Non enim omnes habent legem. Non autẽ omnes habere legem, alio loco euidentius ait,
.2. Qui ſine lege peccauarunt, ſine lege peribunt. Quid ſibi ergo vult, prœuaricatores deputaui omnes peccatores terræ? Sed hic quæſtionem propoſuiſſe ſuffecerit, alio ſi deus donauerit ſermone tractandam, ne huius prolixitas cogat anguſtius explicari, q̃ vt bene poſsit quod explicatur intelligi- A

Contio viceſimaquinta de verſu Pſalmi, Prœuaricatores reputaui omnes peccatores terrę, vſque ad, A iudicijs enim tuis timui.

QVærimus, ſi deo largientes inuenire poſsimus, quomodo intelligendum ſit quod in iſto Pſalmo magno dictũ eſt, Prœuaricatores: uel potius, prœuaricantes. Græcus enim παραβαίνοντας ait, nõ παραβάτας. Quærimus ergo quomodo intelligendum ſit, Prœuaricantes deputaui omnes peccatores terræ. Propter quod ait Apoſtolus, Vbi enim lex non eſt, Rom.4. nec prœuaricatio. Hoc aũt dixit cũ à lege promiſſa diſtingueret. Nam vt de ſuperioribus ſenſus plenior colligatur, non.n. per legem, inquit, promiſsio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Si.n. qui per legẽ hæredes ſunt, exinanita eſt fides & euacuata eſt promiſsio, lex.n. irã operat. Vbi.n. nõ eſt lex, nec prœuaricatio. Ió ex fide, vt ſcdm gr̃am firma ſit promiſsio omni ſemini, nõ ei tm̃ qd̃ ex lege eſt, ſed & ei qd̃ ex fide eſt Abrahã, q eſt pater omniũ noſtrũ. Cur hoc Apoſtolus ait, niſi vt oñderet legem ſine ꝓmiſsionis gratia, non ſolũ non auferre, verum & augere pctm̃? Vñ & illud eſt, Lex ſubintrauit vt abundaret delictũ. Sed qa omnia p gratiam dimittuntur, non ſolũ q̃ ſine lege, Rom.5. verũ etiã q̃ in lege commiſſa ſunt, ió ibi ſecutus adiunxit, Vbi autẽ abundauit delictũ, ſuperabundauit & gratia. Non itaque prœuaricantes deputat omnes peccatores Apoſtolus, ſed eos tm̃ ꝓuaricantes deputat, qui tranſgrediuntur legem. Vbi.n. non eſt lex, inquit, nec prœuaricatio. Ac per hoc ſecundum Apoſtolum, omnis quidem præ- Rom.4. uaricator eſt peccator, quia peccat in lege: ſed nõ omis peccator eſt prœuauricator qa peccant aliqui ſine lege. Vbi aũt nõ eſt lex, nec prœuaricatio. Porro ſi nemo ſine lege peccaret, nõ idem ipſe Apoſtolus diceret, Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine le- Rom.2. ge peribunt. Secundum uero iſtum Pſalmum, ſi prœuaricantes ſunt omnes peccatores terræ nullum eſt utique ſine prœuaricatione peccatum. Nulla eſt autem prœuaricatio ſine lege: nullum eſt igitur niſi in lege pctm̃. Qui ergo dicit, Prœuarican-

tes deputaui omnes peccatores terræ: nul-
C los esse omnino nisi qui legem transgres-
si sunt,vult intelligi peccatores: & ob hoc
aduersatur ille qui dixit, Quicunque sine
lege peccauerunt,sine lege peribunt. Secú
dum illum quippe sunt aliqui peccatores,
quanuis non sint præuaricatores.i.qui si-
ne lege peccauerunt. Vbi n.nõ est lex,nec
Rom.4. præuaricatio. Secundum istum aũt nullus
est sine præuaricatione peccator,quia præ
uaricantes deputat omnes terræ. Nullus
ergo secũdum istum sine lege peccauit: q̃a
vbi non est lex,nec prẽuaricatio. An forte
dicturi sumus, verum quidem esse q̃ nec
Rom.2. præuaricatio sit vbi non est lex, sed verũ
non esse q̃ aliqui sine lege peccauerint:
aut verum quidẽ esse,aliquos sine lege pec
casse, sed verum non esse, vbi lex non
est,præuaricationẽ esse non posse? At vtrũ
que Apostolus dixit. Verum est ergo vtrũ
que,quia vtrunque per Apostolum veri-
tas dixit. Quomodo ergo erit verum,qđ
in psalmo isto eadem proculdubio veritas
dixerat, Præuaricãtes deputaui omnes pec
catores terræ? Respondetur enim nobis.
Qui sunt ergo illi qui secundum Apostolum sine lege peccauerunt? Non enim ex
D eis quisquam prẽuaricans deputandus est,
cum secundum eundem Apostolum,præ-
uaricatio nõ sit vbi lex non est. Sed nimi-
rum cum diceret Apostolus, Quicunque
sine lege peccauerunt, sine lege peribunt:
de illa lege aiebat quam deus dedit p Moy
sen famulum suum populo suo Israel. Hoc
ipsa quę circunstant verba eius ostendũt.
Disputabat.n.de Iudæis & Græcis.i.genti
bus,non ad circuncisionem, sed ad prępu-
putium pertinentibus, ideo sine lege eos
dicens,quia non acceperant legem, quam
se accepisse gloriabantur Iudęi. Vnde illis
ait, Si autem tu Iudæus cognominaris,&
requiescis in lege & gloriaris in deo. Deni
que vnde ad hanc sententiam venerit in-
tuendum est,vt diceret, Quicunque sine
lege peccauerunt,sine lege peribunt. Ira,
inquit,& indignatio, tribulatio,& angu-
Rom.2. stia in omnem animam hominis operan-
tis malum,Iudæi primum & Græci: Glo-
ria autem & honor & pax omni operanti
bonum,Iudæo primum & Græco. Non
est enim personarum acceptio apud deũ.
Ad hæc addidit vnde nunc quęstio est &
ait, Quicunque enim sine lege peccaue-
runt,sine lege peribunt: & quicunque in
lege peccauerunt,per legem iudicabũtur.
Hos vtique Iudęos,illos autẽ Græcos vo-
lens intelligi,qm̃ de his agebatur,vtrosque
sub peccato esse demonstrans, vt egere se
gratia vtique fateantur. Propter quod di-
cit,Non.n.est distinctio, Oẽs.n.peccaue-
runt & egent gloria dei, iustificati gratis
per gratiam ipsius,per redemptionẽ, quæ
est in Christo Iesu. Quos itaque dicit om-
nes peccasse,nisi Iudęos & Grẽcos,de qui
bus dixerat,Nõ.n.est distinctio? Nam de
his pauloante: Causati.n.sumus,inquit,Iu
dæos & Græcos oẽs sub pẽctõ esse. Ac per
hoc quicunq. sine lege peccauerunt, illa.s.
de qua Iudæi gloriabantur, sine lege peri-
bunt: & quicunque in lege peccauerunt.i.
ipsi Iduæi,per legem iudicabũtur: Nec ió
non peribunt, nisi credant in eum qui ve-
nit q̃rere quod perierat. Nonnulli quip- Luc.19.
pe ẽt catholici tractatores in his Apostoli
verbis aliter q̃ se res habet, parum atten-
dendo sapuerunt, vt dicerent illos perire
qui sine lege peccauerunt: hos aũt qui in
lege peccauerunt iudicari tantummodo Rom.2.
non perire: tanquam per pœnas transito-
rias credantur esse purgandi: sicut ille de
quo dictum est, Ipse autem saluus erit,sic
tamen quasi per ignem. Sed hoc merito
fundamenti bene intelligitur, de quo age-
bat Apostolus vt hoc diceret. Superius q̃p
pe dixerat, Vt sapiens architectus funda-
mentum posui, alius superædificat: vnus- F
quisque autem videat quomodo superędi 1.Co.3.
ficet. Fundamentum enim aliud nemo po
test ponere præter id quod positum est,
quod est Christus Iesus: & cætera, vsque
ad eundem locum, vbi eum dixit per ignẽ 4.35.dis.
saluari,qui super hoc fundamentum, non 21.c.Ia
aurum,argentum,lapides preciosos,sed li-
gna,fœnum,stipulam ædificat,non tamen illo.
respuit ne recipiat, nec receptum deserit
fundamentum: idque omnibus carnalibus
suis quibus capitur atque succumbit dele-
ctationibus anteponit,cum ad hunc articu
lum ventum fuerit vt aut illæ deserantur
aut Christus: vbi si non anteponitur Chri
stus,non ille est fundamentum. Omni-
bus quippe structurę posterioribus parti
bus anteponitur fundamentum. Nec cogi
tasse existimo eos qui senserunt non peri-
re,de quibus dictum est, Per legem iudica
buntur: nisi quia fundamentum habent
Christum. Parum ergo attenderunt quod Rom.2.
demõstrauimus,atq. ipsa scriptura clamat,

de Iudæis hoc Apostolum dicere, qui sine
fundamento sunt Christo. Quis aũt Chri
stianus dixerit non perire Iudęum,si non
credat in Christum,sed tm̃mo do iudicari:
cum Christus ipse ad eandem gentẽ pro-
pter oues, quæ inde perierunt se missum
esse testetur: & remissius & tolerabilius di
G cat futurũ Sodomitis in die iudicij,qui vti
Mat.15. que sine lege perierunt,q̃ ciuitati Iudęæ,
Mat.10 qui in eũ non credidit,tanta virtute mira-
bilia facientem? Si ergo Apostolus sc̃m
Rom.2. legem quam deus per Moysen populo Is-
rael dedit,cæteris aũt gentibus non dedit,
sine lege dixit esse cæteras gentes,quid in-
tellecturi sumus in isto Psalmo dictum es
se, Prævaricantes æstimaui omnes pecca-
tores terræ: nisi intelligamus aliquam le-
gem non per Moysen datam,secundũ quã
Rom.4. sunt prævaricantes cęterarum gentiũ pec-
catores? Vbi.n.lex nõ est,nec præuarica-
tio. Quæ ista lex est,nisi forte illa de qua
Rom.2. id dicit Apostolus, Gentes quæ legem nõ
habent,naturaliter q̃ legis sunt faciunt, hi
legem nõ hñtes ipsi sibi sunt lex: Secúdum
hoc ergo quod dicit,legẽ nõ habentes,sine
lege peccauerunt,sine lege peribũt: sc̃m
id vero quod ait,ipsi sibi sunt lex,non im-
merito prævaricatores æstimantur omnes
peccatores terræ. Nullus enim est qui fa-
ciat alteri iniuriam, nisi qui fieri sibi no-
lit. Et in hoc transgreditur naturæ legem,
quam non sinitur ignorare dum id quod
facit non vult pati. Nunquid aũt lex ista
naturalis non erat in populo Israel? Erat
H plane,qm̃ & ipsi homines erant. Sine lege
autem naturali essent,si præter naturã hu-
mani generis esse potuissent. Multo magis
ergo prævaricatores facti sunt lege diuina,
qua naturalis illa siue instaurata, siue au-
cta, siue firmata est. Iam vero si in omni-
bus peccatoribus terræ non incongrue de
putantur, & paruuli pp originalis vincu-
Rom.5. la peccati,ẽt ipsi in similitudine prævarica
tionis Adæ,ad illam prævaricationem per
Rom.3. tinere monstrant̃,quæ data lege in paradi
so prima cõmissa est, Ac per hoc recte nul
Rom.2. lo prorsus excepto,prævaricatores æstimã
tur oẽs peccatores terræ. Omnes aũt pecca
uerunt,& egẽt gloria dei. Oẽs igitur præ-
uaricantes gratia saluatoris inuenit, alios
magis,alios minus. Quanto.n.legis maior
in quocunque cognitio, tãto minor pecca
ti excusatio. Quanto minor peccati excu-
satio,tanto manifestior prævaricatio. Re-
stabat ergo vt omnibus non sua sed dei.i.
à deo donata iustitia subueniret. Vnde ait
Apostolus, Per legem cognitio peccati. Rom.3.
Non ergo ablatio sed cognitio. Nunc autẽ
sine lege,inquit,iustitia dei manifesta est,
testificata per legẽ & prophetas. Proinde
etiam iste subiunxit, Propterea,inquit,di- I
lexi testimonia tua.) Tanquam diceret,
Quoniam lex siue in paradiso data, siue
naturaliter insita,siue in literis promulga-
ta, prævaricatores fecit omnes peccatores
terræ, propterea dilexi testimonia tua, q̃
sunt in lege tua de gratia tua, vt nõ sit in
me iustitia mea sed tua. Lex.n.ad hoc pro-
dest vt mittat ad gratiam: non solum enim
quod attestatur manifestandæ iustitiæ dei
quæ sine lege est, verumetiam hocipso q̃p
prævaricantes fecit,ita vt ẽt quos litera oc
cidit, ad viuificantem spiritum confugere 2.Co.3.
timore compellat, per quem peccatorum
deleatur vniuersitas,et recte factorum cha
ritas inspiretur. Propterea,inquit,dilexi
testimonia tua. Quidã codices habent sem
per,quidam non habent. Sed si est sic,acci-
piendum est semper,vt sic intelligat̃,quan
diu hic viuitur. Hic sunt.n.testimonia ne-
cessaria de lege & prophetis,attestantia iu-
stitiæ dei qua iustificamur gratis: hic sunt
& nostra testimonia necessaria,p q̃bus ip
sam quæ hic agitur vitam martyres finiue
runt. Cognita itaq. dei gratia, q̃ sola com-
mittitur,orando dicit, Confige clauis à ti-
more tuo carnes meas. Sic enim expres-
sius interpretati sunt quidam nostri,quod
Græce vno ¦verbo ¦dici potuit, id est, K
κατήλωσον: hoc alij confige dicere volue-
runt, nec addiderunt clauis, atque ita
dum volunt vno verbo Græco vnum La-
tinum interpretando reddere, sententiam
minus explicauerunt: quoniam enim eo quod est confige non sonant clau-
i: κατήλωσον autem sine clauis intelli-
gi non potest, nec nisi duobus verbis
Latine dici potest, sicut dictum est con-
fige clauis. Vbi quid vult intelligi, ni-
si quod ait Apostolus, Mihi autem ab- Gala.5.
sit gloriari nisi in cruce domini nõstri
Iesu Christi, per quem mihi mundus
crucifixus est, & ego mundo? Et iterum, Gala.2.
in Christo, inquit, confixus sum cruci, Phil.3.
Viuo autem iam non ego, viuit vero in
me Christus. Quod quid est aliud, nisi
non est in me iustitia mea, quæ ex lege
est, in qua prævaricator effectus sum,

sed iustitia dei,id est,quæ mihi ex deo est,
1.Co.1. non ex me?Sic quippe in me viuit nō ego
Hier.9. sed Christus,qui factus est nobis sapientia
Gala.5. a deo,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio,vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur,in domino glorietur.Item dicit, Qui aūt sunt Iesu Christi,carnem suā crucifixerunt cum passionibus, & concupiscētijs. Cum hic dictum sit,q̄ ipsi crucifixerunt carnem suam, in isto tamen Psalmo
L deus rogatur vt id faciat,cui dicitur,Confige clauis a timore tuo carnes meas:vt intelligamus etiam id quod recte facimus gratiæ dei esse attribuendum,qui in nobis operatur,& velle, & operari pro bona voluntate.Sed quid sibi vult quod cum dixisset, Confige clauis a timore tuo carnes meas: addidit, A iudicijs.n.tuis) Quid est,confige a timore tuo timui enim?Si enim iam timuerat vel timebat,cur adhuc vt a timore suo deus crucifigeret carnes suas orabat? An addi sibi volebat timorē, vt tantum timeret quātum sufficeret crucifigendis suis carnibus.i.concupiscentijs affectibusq.carnalibus?tanquam dicens, Perfice in me timorem tuum,timui.n.a iudiciis tuis? Sed est hic alius altior sensus, quātum deus donat scrutato sinu scripturæ huius eruendus,Confige,inq̄t,clauis a timore tuo carnes meas, a iudiciis enim tuis timui:hoc ē,
Psa. 17. a timore tuo casto,qui permanet in seculū seculi, carnalia mea desyderia compriman tur:a iudiciis enim tuis timui, cū mihi lex minaretur pœnam, quæ mihi non poterat
M dare iustitiam.Sed hunc timorem quo pœ
1.Ioā.4. na metuitur, consummata charitas foras mittit,q̄ nō timore pœnæ, sed delectatione iustitiæ liberos reddit. Timor nanque
Sup catholicā Ioan. Tra. 9. iste quo nō amat iustitia,sed timet pœna, seruilis est,qa carnalis est & iō nō crucifigit carnē.Viuit.n.peccandi volūtas, q̄ tūc apparet in opere, qū sperat impunitas. Cum vero pœna creditur secutura,latenter viuit tamen. Mallet.n.licere & dolet non licere,quod lex vetat:quia non spirita
1.Ioā.4. liter delectatur eius bono, sed carnaliter malum meruit, quod minatur, Timore autem casto ipsa, quæ hunc timorem foras mittit,peccare timet charitas, etiam si sequatur impunitas: quia nec impunitatem iudicat secuturam, quando amore iustitiæ peccatum ipsum deputat pœnam. Tali timore carnes crucifiguntur,quoniā carnales delectationes,quæ legis litera vetantur potius q̄ vitantur,spiritalium bonorum delectatione vincuntur,& eadem vsque ad perfectionem crescente victoria perimuntur. Ergo confige clauis, inquit, à timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui: hoc est da mihi castum timorem, ad quem petendum me tanquam pædagogus timor legis ille perduxit, quo timore a iudicij tuis timui.

A

Concio vicesimasexta de uersu Psalmi, Feci iudicium & iustiam ne tradas me calumniantibus me: & reliqua.

ISTos magni Psalmi huius uersus considerandos nunc suscepimus atq. tractādos.Feci iudicium & iustitiam, ne tradas me nocentibus me.]Non mirū est eū fecisse iudicium & iustitiam, qui superius Psal 18.
poposcerat a timore dei utique casto configi clauis carnes suas,hoc est, carnales cō cupiscētias,q̄ solēt quo minus rectū fiat nostrū impedire iudiciū.Quāuis aūt siue rectū siue prauū in quotidiano nostri sermonis vsu iudiciū nūcupet, vū hominibus in Euāgelio dicimus, Nolite iudicare psonali Joan.7.
ter, sed rectū iudiciū iudicate:tū hoc loco De tēpo
ita positum est iudiciū, tanquā si hoc re re ser.
ctum nō fuerit, non debeat iudiciū nomi 236.
nari,alioquin non sufficeret dicere,feci iudiciū,sed dicerē,fecit rectū iudiciū. Hoc
gne locutus est dominus Iesus vbi ait,Re- Mat.23.
linquitis grauiora legis, iudiciū & misericordiam & fidem.Et hic.n.iudiciū si positum est, tāquā nō sit iudiciū si peruersum est. Et multis diuinarum scripturarum locis ita ponitur, quale illud est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Et illud apud Esaiam, Expectaui vt faceret iudiciū,fecit autem iniquitatem:non ait, expectaui vt faceret iudicium iustum, sed iniquum: sed tanquam ideo iam iudicium sit,quia iustum est: nec sit iudiciū, quod iniustum est.Iustitia vero non solet dici bona iustitia, vel mala iustitia, sicut aliquando dicitur bonū malūve iudiciū, sed eo ipso iā bona est, qa iustitia est. Sic ergo habet consuetudo loquendi, vt dicatur & bonū iudicium,et malum iudicium, qpemadmodum habet vt dicatur & bonus iudex,& malus iudex.Sic autem non dicitur bona iustitia vel mala iustitia: sicut 2.sē.dis.
non dicitur, bonus iustus, vel malus iu- 27.ca.1.
stus,quia continuo bonus quisq. si iustus.

Iustitia

B

Psa.100

Esa. 5.

C

D

E

F

Iustitia. Iustitia ergo virtus est animi magna præcipueq. laudabilis, de qua nunc non est co-
iudiciū. piosius disputandi necessitas. Iudicium vero qñ non nisi in bono ponitur,distinctior loquendi ratio huius virtutis est operatio. Qui.n.habet iustitiā,recte iudicat, immo secundum istam locutionē,qui habet iustitiā iudicat,qa nec iudicat, si nō recte iudi-
Ioan.4. cat.Iustitiæ nomine hoc loco non ipsa virtus,sed opus eius significatū est.Quis.n.fe-
C cit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium?hoc est p gratiam suam ex impio
Ioan.3. facit iustum.Vnde ait Apostolus,iustificati gratis p gratiam ipsius. Facit ergo iustitiam,id est, opus iustitiæ, qui habet in se iustitiam, id est,opus gratiæ Feci,inquit, iudicium & iustitiam,ne tradas me nocentibus me: id est, feci iudicium iustum,ne tradas me illis qui ppea me persequūtur. Nam etiam quidam codices habent,ne tradas me persequentibus me. Quod enim Græce dictum est, τοῖς ἀντιδίκοις,quidam interpretati sunt nocentibus,quida persequentibus,quidam calumniātibus. Miror autem omnium, quos in promptu habere potui codicum,nunquam me legisse aduer
santibus,cum sine cōtrouersia quod Græce ἀντιδίκοις hoc Latine aduersarius appellatur,Orans itaque ne tradatur a domino aduersantibus sibi: quid orat,nisi qđ oramus dicimus, Ne nos inferas in tentationem? Aduersarius est.n.de quo dicit Apostolus,
Iac.5. Ne forte tentauerit vos qui tentat, Et tra-
Deu.13. dit deus,quem deserit.Eum quippe ille nō
2.Thes.2. decipit quem iste non deserit,in voluntate sua præstans decori hominis virtutem. Ab illo autem qui dixerat in abundantia sua,nō mouebor in æternum,auertit faciē
Psa.29. & factus est conturbatus, sibiq. monstratus.Quisquis igitur a timore dei casto cru
D cifixas habet carnes suas, & nulla carnali
Rom.8. corruptus illecebra,faci: iudicium opusq. iustitiæ, orare debet ne aduersantibus tradatur.i.ne timendo perpeti mala,ad facien
da mala persequentibus cedat. A quo.n. accipit victoriam concupiscentiæ ne volu
ptate pertrahatur, ab illo etiam robur patientiæ ne dolore frangatur: de quo dici-
Psa.26. tur, Dominus dabit suauitatem de illo ēt dicitur, Ab ipso est.n.patientia mea. Denique sequitur, Excipe seruum tuū in bono,vt non calumnientur me superbi.]Illi impellunt vt cadam in malū, tu excipe in bonum. Qui autem interpretati sunt non calumnientur me:Græcam locutionē secuti sunt,Latinæ linguæ minus visitatā. An forte hanc habet vim cum dicitur, non calumnientur me,quam haberet si diceretur, non me capiāt calumniando? Multæ autē possunt intelligi calumniæ superborum, a quibus humilitas Christiana despicit, sed illa vel maxima est,si homines hoc loco accipiuntur superbi,qui a nobis mortuum calumniātur coli. Humilitas qppe ipsa Christiana Christi morte insinuatur, cōmendaturq. diuinitus. Hæc autem calumnia vtrisq. infidelibus, id est, Iudæis gētibusq. E
communis est. Habent calumnias suas etiā hæretici singulis quibusq. hæresibus proprias. Habent & schismatici, quos omnes superbia de membrorum Christi compage præcidit. Ipsius autem diaboli calumnia quanta vel qualis sit,qua calūniatus est iusto dicēs, Nunquid gratis colit Iob dominum? Quorum omnium calumniæ superIob.1. borum tanquam colubrorū venena dicun
Nu.21. tur, cum vigilantissima & diligentissima pietate Christus crucifixus attēditur, pp
Ioan.3 quod præfigurandum Moyses deo miserā te ac iubente exaltauit in eremo similitudinē serpentis in ligno, vt similitudo carnis peccati crucifigēda præfiguraretur in Christo. Hanc intuentes salutiferam crucē, omne calumniantium superborum virus expellimus. Quam prorsus etiam iste quodammodo valde intuēte intuens ait, Oculi mei defecerunt in salutare tuū,& in eloquium iustitiæ tuæ.]Christum quippe ipsum deus propter similitudinem carnis peccāti, peccatum pro nobis fecit,vt nos simus iustitia dei in ipso.In huius igitur eloquium iustitiæ dei defecisse dixit ardentes
Rom.8. oculos suos,& sitienter intuendo,dum memor in firmitatis humanæ,diuinam Christi desyderat gratiam,Propter quod sequitur, Fac cum sermo tuo secundum miseri F
cordiam tuam.]Non vtique secundum iustitiam meam. Et iustificationes, inquit, tuas doce me.]Illas procul dubio quibus deus facit iustos, non ipsi se. Seruus tuus sum ego.]Neque enim bene mihi cesset qñ esse volui liber meus,non seruus tuus. Da mihi intellectū, vt sciam testimonia tua.] Nunquam intermittenda est ista petitio. Non.n.sufficit accepisse intellectū, & dei testimonia didicisse, nisi semper accipiat, & quodammodo semper bibatur de fonte lucis æternæ. Testimonia qppe dei quā

to

to fit quilque intelligentior, tanto magis magisq. sciuntur. Tempus, inquit, faciendi domino.) Id enim plures codices hñt, non vt quidam, domine.) Quod ergo tps vel quid faciendi voluit intelligi dño? Illud qdem quod paulo ante dixerat, Fac cũ seruo tuo secundum misericordiam tuam, hoc faciendi tempus domino. Quid est autem, nisi gratia quæ in Christo suo tpe reuelata est? De quo tempore ait Apostolus,
Gala. 4. Cum autem venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Propter quod alibi etiam testimonium suum prophetico adiungens, vbi dicit, Tempore placito exaudiui te, & in die salutis adiuui te, Ecce nũc,
Esai. 49. G
2. Co. 6. inquit, tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Sed quid est, qp tanquam volens oñdere tempus domino esse faciendi, cõtinuo subiunxit, Disipauerunt legem tuam.) Velut propterea tempus esset faciendi domino, quia eius legem disipaueruut superbi,
Ro. 10. qui ignorantes dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti? Quid est enim disipauerunt legẽ tuã, nisi præuaricationis iniquitate, eius integritatem non custodierunt? Oportebat ergo vt superbis & de libertate sui arbitrij p̃sumentibus lex daretur, qua præuaricata quicunque compuncti humiliarentur, non iam per legem sed per fidem ad subuenientem currerent gratiam. Disipata ergo lege tempus fuit, vt per vnigenitum filium
Rom. 5. dei misericordia mitteretur. Lex enim subintrauit vt abundaret delictum, quo delicto lex disipata est, & opportuno iam tempore Christus aduenit, vt vbi abundauit delictum superabundaret gratia. Ideo, inquit, dilexi mandata tua super aurum & topazion.) Id agit gratia, vt dilectione impleantur mandata dei, quę timore non poterant. Gratia quippe dei diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanH
Matt. 5. ctum, qui datus est nobis. Propter quod ip
Ro. 13. se dominus dicit, Non veni legem soluere, sed adimplere. Et idem Apostolus, Plenitudo legis charitas est: ideo super aurum & topazion. Hoc enim & in alio psalmo legi
Psal. 18. mus, Super aurum & lapidem preciosum multum. Topazion quippe lapidem multum perhibent esse preciosum. In testõ aũt veteri latentem gratiam tanquam velo interposito non intelligentes, quod significa
Exo. 34. batur, qñ in faciem Moysi intendere non
2. Co. 3. valebãt, p̃p mercedem terrenam atq. carnalem dei mandata facere conabantur, neque faciebant, quia non ipsa sed aliud diligebant. Vnde illa non erant opera volentium, sed onera potius inuitorum. Cum vero ipsa mandata diliguntur super aurum lapidem preciosum multum, omnis p̃ ipsis mandatis terrena vilis est merces, nec vlla ex parte comparantur quæcunque alia hominis bona his bonis, quibus ipse sit bonus homo: Propterea, inquit, ad omnia mandata tua corrigebar.) Vtique corrigebar, qa diligebam, atque illis rectis, vt etiam ipse rectus fierẽ, dilectione cohærebã. Iam illud quod adiungit consequens erat, Oẽm, inquit, viam iniquitatis odio habui.) Vnde enim fieri poterat, vt iniquam viam nõ odisset diligens rectam? Nam sicut aurum & lapidem preciosum si diligeret, odisset profectò quicquid ei talium rerum damnum posset inferre: ita quoniam dei mandata diligebat, iniquitatis viam odio habuit, quemadmodum aliquid immanissimum marini itineris saxum declinabat, vbi tam preciosarum rerum necesse est pati naufragium. Quod vt non contingat lõge inde velificat, qui in ligno crucis cum mandatorum diuinorũ mercibus nauigat.

Concio vicesimaseptima de versu psalmi, Mirabilia testimonia tua domine &c.

VErba psalmi hæc sunt, de qbus aduante domino disputaturi sumus, Mirabilia testimonia tua, propterea hoc scrutata est ea anima mea.) Quis enumerat saltem generatim testimonia dei? Cœlum & terra visibilia opera eius, dicunt quodammodo testimonium bonitatis & magnitudinis eius, & ipse cursus fretus & magnitudinis eius, & ipse cursus frequens vsitatusq. naturæ, quo temporum rapacitas voluitur, in rerum quarumcunque generibus, quanuis temporalibus atq. mortalibus, quæ certe consuetudine vilue runt, si pius consideratorem aduertat, perhibent testimonium creatori. Quid autem horum est quod non sit mirabile, si vnumquodq. non vsu sed ratione metiamur: si vero tanq̃ sub vnius cõtẽplationis aspectu velut audeamus cuncta cõtueri, nõne sit in nobis qd̃ ait Propheta, Consyderauit opera tua & expaui? Et tũ iste non est ipse rerum admiratione perterritus, sed eam potius dixit esse causam, cur ea debuerit scrutari, qa mira sunt. Cũ. n. dixisset, Mirabilia te-

lia testimonia tua: secutus adiũxit, p̃p hoc scrutata est ea anima mea: quasi factus sit ipse per inuestigãdi difficultatẽ curiosior. Quanto. n. quę que res abstrusiores habet causas, tanto est mirabilior. Si ergo nobis homo talis occurrat, qui propter hoc dicat se scrutari testimonia dei, quia mirabilia sunt, cum plena sit eis, & quæ conspicitur, & quę non conspicitur vniuersa creatura, nonne compescimus eũ dicentes, Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi dominus illa cogita semper? Sed si nobis respondeat & dicat, Hęc ipsa quæ præcepit dominus, & quæ iubet vt cogitentur mirabilia sunt eius testimonia, eum quippe & dominum, quia iubet, & bonum & magnum, quia talia iubet, esse testantur, nunquid audebimus hominem ab eorum scrutatione reuocare, ac non potius vt sedulo id agat, & tantæ rei operam quantum potest impendat hortabimur? An forte dei præcepta testimonia quidem bonitatis eius esse fatebimur, sed mirabilia esse negabimus? Quid enim mirum si bona imperat bonus dñs? Imò vero idipsum est omnino mirandũ, & cur ita sit perscrutandum, qp cũ deus bonus bona præceperit, eis tamen dederit bonam legem, quos eadem lex viuificare nõ posset, nec vlla esset ex bona lege iustitia. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Cur ergo data est quæ viuificare non posset, & ex qua esset nulla iustitia? Nempe mirandũ est, nempe stupendum. Hæc sunt ergo mirabilia testimonia dei, propter hoc huius anima scrutata est ea, quoniam deinde debilis non ei dici posset, Fortiora te ne scrutatus fueris, & quæ præcepit tibi dominus illa cogita semper ipsa. sunt. n. quæ præcepit nobis dñs, & ideo cogitanda sunt semper. Potius itaque videamus huius animæ, quæ scrutata est, quid inuenerit. Manifestatio, inquit, verborum tuorum illuminat, & intelligere facit paruulos.] Quid est paruulus, nisi humilis & infirmus? Nolite ergo superbire, nolí de tua q̃q̃ nulla est virtute p̃sumere, & intelliges quare sit a bono deo bona lex data, q̃ tñ viuificare non posset. Ad hoc. n. data est, vt te de magno paruulum faceret, vt te ad faciẽdam legem vires de tuo non habere monstraret: ac sic inops, indigus & egenus ad gratiam confugeres & clamares, Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Hoc ergo scrutando intellexit hic paruulus, quod minimus Apostolorum Paulus, id est, paruulus ostendit, ideo datam legem, q̃ uiuificare nõ posset, quia conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ita domine, ita fac misericors domine, impera quod non possit impleri, immo impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri, vt cum homines per suas vires id adimplere nequiuerint, omne os obstruatur, & nemo sibi magnus videatur. Sint omnes paruuli, & reus fiat omnis mundus tibi, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram te deo: per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia tua manifestata est, testimonium habens a lege & prophetis. Hæc sunt mirabilia testimonia tua, quæ scrutata est anima paruuli huius, & ideo inuenit quia humiliatus est, & paruulus factus est. Quis. n. facit mandata tua sicut facienda sunt. i. ex fide quæ per dilectionem dei operatur, nisi eius in corde per spiritum sanctum ipsa dilectio diffundatur? Hoc etiam iste paruulus confitetur. Os meum, inquit, aperui & attraxi spiritum, quia mãdata tua desyderabam.) Quid desyderabat, nisi facere mandata diuina? Sed non erat vnde faceret infirmus fortia, & paruulus magna. Aperuit os confitens qp per seipsum non faceret, & attraxit vnde faceret. Aperuit os petendo, quærendo, pulsando, & sitiens hausit spiritum bonum, vnde faceret quod per seipsum non poterat, mandatum sanctum & iustum & bonum. Si enim nos cum simus mali, nouimus bona data dare filijs nostris: quanto magis pater noster de cœlo dabit spiritum bonum petentibus eum? Non. n. qui spiritu suo agunt, sed quotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei: non quia ipsi nihil agunt, sed ne nihil boni agant a bono aguntur vt agant. Nam tanto magis efficitur quisque filius bonus, quanto largius ei datur a patre spiritus bonus. Denique iste adhuc petit, Os quidem aperuit & attraxit spiritum, sed adhuc ad patrem pulsat & q̃rit. Bibit, sed quanto suauius sensit, tanto ardẽtius adhuc sitit. Audi verba sitientis:
B Respice in me & miserere mei, secũdm iudicium diligentium nomen tuum.) Id est, D
sed̃m iudiciũ qd̃ in eos fecisti, q̃ diligunt nomẽ tuũ: qñ vt diligerẽt te, prius dilexisti eos.

sti eos. Sic enim Ioannes Apostolus ait,
1.Ioā.4. Nos diligimus,inquit,deum:& velut causa q̄reretur quare nos diligere fecit,adiunxit,Q̄m ipse prior dilexit nos. Vide & iste quid apertissime dicat, Gressus meos dirige secundum eloquium tuū,& non dominetur mei omnis iniquitas.]Vbi q̄d aliud dicit, q̄ rectum & liberum me fac sed m̄ p̄ missum tuum? Quanto.n.magis regnat in vnoquoq. dei charitas,tāto minus ei dñatur iniquitas. Quid ergo aliud petit, q̄ vt donante deo diligat deū? Diligendo.n.deū, diligit scipsum, vt diligere salubriter possit & proximum sicut seipsum. In quibus p̄ceptis tota lex pendet & prophetæ. Quid
Mat.22. igitur orat, nisi vt præcepta q̄ deus imponit iubendo,impleri faciat adiuuando? Sed quid est,quod dicit, Redime me a calumnijs hominum,vt custodiam mādata tua?] Si vera illi homines crimina objciunt,nō calumniantur:si falsa,quid est q̄ se redimi
C desyderat a calumnijs.i.a criminibus falsis quæ illi nocere non possunt? Crimen quippe falsum quod est calumnia, reum non facit hominem, nisi apud iudicem hominem. Vbi autem deus iudex est,nullus falso crimine læditur,quia non cui objcitur, sed objcienti potius imputatur. An hic ecclesiæ præsignatur oratio & vniuersi populi Christiani, qui redemptus est a calumnijs hominum ,quibus exagitabantur vsquequaque Christiani? Sed nunquid p̄pterea dei mandata non custodit? Nonne inter ipsas calumnias quando ferebant, multo glorioſius populus sanctus in tribulationibus dei mandata seruabat,cum ad p̄petrandas impietates persequentibus non cedebat? Sed nimirum hoc est, Redime me a calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua: tu age infuso spiritu tuo, ne me calumniæ hominum terroribus vincant, & a tuis mandatis ad sua mala facta traducant. Si.n.hoc mecum egeris.i.hoc modo me ab eorum calumnijs,ne criminationes eorum falsas quas objciunt pertimescam, cum patientia donata redemeris, inter ipsas calumnias custodiam mandata tua. Faciem tuam,inquit, illumina super seruum tuum.]Id est,tuam manifesta subueniendo & opitulando præsentiam. Et doce me iustificationes tuas.]Doce vtique vt faciā
D quod euidentius alibi legitur, Doce me vt
Psa.142 faciam voluntatem tuam. Qui.n.audiunt, licet memoria teneant quod audiunt, neq̄aquam didicisse putandi sunt, si non fa-
Ioan.6. ciunt. Veritatis nanque verbum est, Omnis qui audiit a patre & didicit, venit ad me. Qui ergo non facit.i.non venit,nō didicit. Recolens autem iste doloré pœnitentiæ p̄uaricationis suæ, Exitus aquarum,inquit,descenderunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.] Id est,ipsi oculi mei. Nam in quibusdam codicibus & hoc legitur,quia non custodiui legem tuā. Descenderunt ergo exitus aquarum.i.effusio nes lachrymarum. Et ea locutione qua dicere potuit, Montes descenderunt pedes mei, & si non diceret per mōtes vel in mōtes: ea locutione dicitur scalas descēdit,etsi non dicatur per scalas:aut piscinam descendit, etsi non dicatur in piscinam. Et bene ait,descenderunt, humilitate scilicet pœnitendo. Ascenderunt.n.quando per superbiam contumacem erecti fuerant & elati:
Ro.10. sursum enim sibi esse videbantur, quando ignorantes dei iustitiam constituere volebant suam,In qua fatigati & legis p̄uari
E catione confusi, ab illa elatione descenderunt flendo, vt iustitiam dei potius imperarent petendo. Sunt codices qui non habent descenderunt,sed transierunt,]tanq̄ exaggeráter diceret transisse se flendo fontes aquarum,vt hoc intelligamus exitus aquarū, Plus fleuisse q̄ manāt aquæ de suis exitibus. Cur aút nō custodita lege sic fleret, nisi vt impetretur gratia q̄ pœnitētis delet iniquitatē,& credentis adiuuat volūtatē?

Concio vigesimaoctaua.

DIxerat superius,qui cantat hūc psalnum, Exitus aquarum descenderūt oculi mei, q̄m non custodierunt legē tuā: vbi se multū fleuisse testatus est p̄uaricationem suam. Proinde velut ratione reddens,cur multum flere debuerit,& suū grauiter dolere peccatum, Iustus es,inq;, domine,& rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatē tuam valde.] Hæc itaque iustitia dei rectumq̄ iudicium & veritas,omni est metuenda peccanti. Hæc enim damnantur diuinitus quicunque damnātur, nec est omnino qui de sua damnatione contra deum iustum recte conqueri possit. Inde fletus rectus est pœnitentis,q̄m si cor eius impœnitēs dānaretur,iustissime vtiq. dānaret. Sanè iustitiā dicit testimonia dei. Iustum quippe

quippe se probat mādando iustitiā. Est.n.
F hæc veritas vt deus testimonijs talibus in notescat. Sed quid est,q̄d sequitur? Tabefecit me zelus meus.)Vel sicut alij codices habent,zelus tuus.]Habēt nonnulli ēt domus tuæ.] Et non tabefecit me,sed comedit me.]Quod ex alio psalmo q̄tum mihi
Psa.68. vī putandum,est emendandū, vbi scriptū
Ioan.2. est,Zelus domus tuæ comedit me: q̄d cōmemoratū ēt in Euangelio nouimus. Simile tñ aliquid est tabefecit ei quod ibi est comedit. Zelus autem meus q̄d plures codices habent,nullam ingerit q̄nē. Quid.n. mirum est,si zelo suo quisq. tabescit? Q̄d vero habent aliqui, zelus tuus, significat hominem deo zelantem,non sibi: sed non
Gal.1 repugnat si ipse dicatur & meus. Nam q̄d aliud dicit Apostolus, Aemulor.n.vos deo æmulatione dei? Nam dicendo, Aemulor vos, quid nisi æmulationem demonstrat suam? Sed quia dixit deo.i.nō sibi sed deo, ideo addidit,æmulatione dei. Hanc quippe suo spiritu fidelibus suis inspirat deus: amoris.n.est, non liuoris. Nam quæ fuit causa vt hoc Apostolus diceret? Aptaui.n. vos,inquit,vni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut ser
G pens Euam seduxit versutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur a simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Comedebat.n.zelus domus dei, quam tū zelabat Christo non sibi. Sponsus.n.sibi zelat spōsam suam: amicus autem sponsi, non eam sibi zelare debet,sed sponso. Bonus ergo & huius intelligendus est zelus. Causam nāque subiūgit & dicit: Quia obliti sunt verborum tuorum,inimici mei.]Retribuebāt ergo mala pro bonis, q̄m zelabat illos deo tam vehementer & ardenter,vt eo zelo tabefactum se diceret:illi autem ob hoc in ipsum inimicitias exercebant:quia vtique vt deum amarent volebat,quos amando zelabat. Non ingratus.n.gratiæ dei,per quam fuerat ex inimico reconciliatus deo,etiam ipse suos diligebat inimicos, & eos zelabat deo,dolens & tabescens q̄ essent verborū dei eius obliti. Deinde consyderans ipse in verbis dei,qua flamma dilectionis arderet: Ignitum,inq;,eloquium tuū valde, & seruus tuus dilexit illud.]Merito zelabat in suis inimicis cor impœnitens,qui fuerant obliti verborum dei. Ad hoc.n.flagrabat
H eos adducere, quod ipse flagrantissime diligebat. Iunior ego sum,inquit,& cōtēptus, iustificationes tuas non sum oblitus.]Nō sicut inimici mei, qui obliti sunt verborū tuorum. Videtur autem minor ætate non oblitus iustificationes dei dolere pro inimicis suis ætate maioribus,qui obliti sunt. Nam quid est,iunior ego nō sum oblitus, nisi illi maiores obliti sunt? πάντως est enim Græcum,q̄d est ēt in illo loco vbi dictum est,In quo corrigit iunior viā suam. Hoc autē nomen cōparatiuū est, & iō bñ intelligitur in cōparatione maioris. Duos Gen.25. ergo populos hic agnoscamus,q ēt in Rebeccæ vtero luctabantur, q̄n nō ex operibus sed ex vocāte dictū est ei, Maior ser- Rom.9. uiet minori. Sed contēptum se dicit hic iu 1.Co.1. nior,iō factus est maior, quia ignobilia & cōtēptibilia mundi elegit deus, & ea q̄ nō sunt tanq̄ sint,vt q̄ sunt euacuentur. Et ec Mat.20 ce sunt nouissimi qui erant primi,& primi Ro.10. qui erant nouissimi. Nec immerito obliti sunt verborū dei,q suā iustitiā constituere voluerunt ignorantes iustitiam dei. Iste autem iunior non est oblitus,quia non suā voluit habere iustitiam,sed dei. De qua ēt nunc dicit,Iustitia tua iustitia in æternū, & lex tua veritas. Quomodo.n.non veritas lex,per quam cognitio peccati, & quæ I testimonium perhibet iustitiæ dei? Sic.n. Rom.3. dicit Apostolus, Iustitia dei manifestata est, testifica per legem & prophetas. Propter hanc passus est persecutionē iunior a maiore, vt diceret iunior quod sequitur, Tribulatio & necessitas inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est.]Sæuiant, persequantur, dum tamen mandata dei non relinquantur, & ex ipsis mandatis ēt qui sæuiunt diligantur. Iustitia testimonia tua in æternum, intellectum da mihi & viuam.]Intellectum posci iste iunior, quem si non haberet, non super seniores intelligeret,sed eum poscit in tribulatione & necessitate, quo intelligat quàm sit contemnendum, quod ei possunt auferre persequentes inimici, à quibus se dicit esse cōtemptum. Ideo dixit,& viuam,quia si eo vsque tribulatio necessitasq̄ peruenerit, vt per inimicorum persequentium manus vita ista finiatur, viuet in æternum, qui temporalibus præponit iustitiam,quæ manet in æternum, Quæ iustitia in tribulatione & necessitate martyria sunt dei, hoc est, testimonia, pro quibus sunt martyres coronati.

Concio

Concio vicesimanona de eo quod sequitur, Exclamaui in toto corde, exaudi me domine. & cætera.

K CLamor ad dominum qui fit ab orantibus, si sonitu corporalis vocis fiat, non intento in dominum corde, q̃s dubitet inaniter fieri? Si autem fiat corde, etiam silente corporis voce, alium quemlibet hominem potest latere, non deũ. Siue ergo cũ voce carnis qñ id opus est, siue cũ silentio ad deũ cũ oramus, corde clamandũ est. Est aũt clamor cordis, magna cogitationis intentio. Quæ cũ est in ore, magnum exprimit desyderantis & petentis affectum, vt non desperet effectũ. Tũc porrò in toto corde clamatur, qñ aliunde nõ cogitatur. Tales orationes raræ sunt multis, crebræ aũt paucis, omnia vero vtrum cuiquam, nescio, Talem suam commemorat orationẽ, q̃ cantat hunc psalmũ dicens, Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine.]Cuius aũt rei suus clamor ꝓficiat, adiunxit, Iustificationes tuas exquiram.) Ad hoc ergo clamauit in toto corde suo, & hoc sibi desyderauit a dño exaudiente præstari, vt iustificationes eius exquirat. Proinde quod vt faciamus iubetur, vt exquiramus oratur. Quàm longe est adhuc a faciẽ
L te, qui exquirit? Non.n.est consequens vt qui exquirit inueniat: aut qui inuenit, faciat. Non aũt põt nisi inuenerit, facere, & nisi q̃sierit, inuenire. Sed magnã spem dãs
Matt.7. Iesus dedit dicendo, Quærite & inuenietis. Rursus autem dicit sapientia (quæ quid
Prou.1. est nisi ipse?) Quærent me mali, & non in-
Matt.7. uenient. Non ergo malis, sed bonis dictũ est, Quærite & inuenietis: imo vero eis dictum est, quibus eodẽ loco paulo post, Si ergo vos, inquit, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris. Q̃o igitur malis dicitur, Quærite & inuenietis: cum rursus dicatur, Quærent me mali, & non inuenient? An aliud eos dominus q̃ sapientiã q̃rere volebat, qñ eos inuenturos si q̃rerent promittebat? In ea quippe sunt omnia, quæ ab eis qui beati esse cupiunt inquirenda sunt. Ibi ergo sunt, & iustificationes dei. Quapropter restat vt intelligamus, nõ omnes malos non inuenire sapientiam si quæsierint, sed eos qui intantum sunt mali vt odirent eam. Sic.n.& dixit, Quærent
Sup.eo-dẽ tr. 1. me mali & non inueniẽt me. Oderunt.n. sapientiam. Ideo ergo non inueniunt, quia oderunt. Sed rursus si oderunt, quomõ q̃runt, nisi quia non eam quærunt propter ipsam, sed ꝓpter aliquid quod mali amãt, M
& ad hoc se facilius putant peruenturos p ipsam? Multi.n. sunt qui dicta sapientię studiosissime inquirunt, eamq̃. in doctrina, non in vita volunt habere, vt non per mores quos habet sapientia perueniant ad dei lucem, quod est ipsa sapientia, sed per sermones quos habet sapientia perueniant ad hominum laudes, quod est vana gloria. Non ergo sapientiam quærunt, & quando eam quærunt, quia non quærũt ipsam, alioquin viuerent secundum ipsam, sed volunt verbis eius inflari. Et quanto magis inflantur, tanto magis efficiuntur extra ipsam. Iste autem hocipsum poscens a domino quod eum iubet facere dominus, vt ipphili.1. se in illo etiam quod imperat operetur, Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Clamaui, inquit, in toto corde meo exaudi me domine, iustificationes tuas exquiram: vtique faciendas non tantummodo sciendas, ne similis fiam illi seruo duro, qui etiam si intellexit non obaudiet. Clamaui, saluum me fac.) Vel sicut nonnulli codices habent & Græci & Latini. Clamaui te, & saluum me fac.]Quid est clamaui te, nisi clamando inuocaui te? Sed cum dixisset, saluum me fac, quid adiunxit? Vt custodiam testimonia tua.) Ne te scilicet per infirmitatem negem, Salus quippe animæ facit vt A
fiat quod faciendum esse cognoscitur, & vsque ad mortem corporis, si hoc flagitat extrema tentatio, pro testimoniorum diui norum veritate certetur. Vbi autem non est salus, succumbit infirmitas, & deseritur veritas. Sed quod sequitur habet aliquid obscuritatis, quod aliquando d utius exponendum est. Præueni intempesta nocte & clamaui.) Plures codices non habent, intempesta nocte: sed: Immaturitate. Vix autem vnus inuentus est, qui haberet geminatam præpositionem, id est, In immaturitate.] Immaturitas itaque in hoc loco nocturnum tempus est, quod nõ est maturum. i. opportunum, vt agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgo dici solet, hora importuna. Nox quoque intempesta. i. media, quando quiescendum est, hinc procul dubio nuncupata est, q̃a importuna est actionibus vigilantium. Tempestiuum.n.

dixerunt veteres opportunum: & intempestiuum, importunum, a tempore ducto vocabulo, non ab illa tempestate, quæ consuetudine Latinæ linguæ cœli perturbatio iam vocatur: quanquam isto verbo libenter vtuntur historici, vt dicant ea tempesta
te, quod volunt eo tempore intelligi: & quod ait locutor egregius, Vnde hæc tam clara repente tempestas. Non cœlum nim
B bis ventisue turbatum, sed magis subdita & splendida serenitate fulgidum significauit hoc nomine. Quod ergo Græce dictũ est, ὀψὲ πρωΐας, non vno verbo sed duobus. i. præpositione & nomine, hoc interpretes nostri quidam dixerunt, intempesta nocte, Plures immaturitate, non duobus verbis, sed vno, cuius vocabuli nominatiuus est immaturitas. Nõnulli vero in duobus verbis, sicut Græcus posuit, in immaturitate: ὀψὲ πρωΐας quippe immaturitas est, ὀψὲ πρωΐας, in immaturitate: tanquam si vellet etiam ille qui dixit intempesta nocte, præpositione dicere geminata, in intempesta, vt vna præpositio significet, in qua hora, altera pertineat ad compositionem nominis. Nihil sanè interest ad sententiam, vtrum quis dicat egisse se aliquid gallicantu, an in galli cantu. Ita nihil interesset, vtrum in tempesta nocte, an vero intempesta nocte. i. in nocte intempesta clamasse se diceret. Græcus tamen in nocte intempesta dixit, quod idem valet si dicatur, in immaturitate. i. in tempore nocturno & immaturo. Hactenus de obscuro verbo fuerit disputatum, nunc videamus quis ipse sit sensus. Præueni, inquit, nocte intempesta, & clamaui, In
C verbis tuis speraui.) Si hoc ad vnumquemque fidelium referamus, & ad proprietatẽ rei gestæ, sæpe contingit, vt tali noctis tempore vigilet amor dei, & magno vrgente orationis affectu non expectetur, sed præueniatur, & post gallicantum cõsueuit esse tempus orandi: si autem accipiamus hoc totum seculum noctem, vtique intempesta nocte clamamus ad deum, & præuenimus maturitatem temporis, in quo nobis reddi
94. turus est quod promisit, sicut alibi legitur, Præueniamus faciem eius in confessione:
94.3. quanquam si velimus intelligere immaturum tempus noctis huius antequã veniſſet plenitudo temporis, id est, ipsa maturitas, quando Christus manifestaretur in carne, nec tunc ecclesia tacuit, sed præueniens istam maturitatem prophetando clamauit, & in verbis dei sperauit pontentis facere quod promisit, vt in semine Abrahæ bene Gen.12
dicerentur omnes gentes. Ipsa & quod sequitur, dicit, Præuenerũt oculi mei ad matutinum, vt meditarer eloquia tua.) Ponamus.n.matutinum, quando qui sedebant Esai.9.
in vmbra mortis, lux orta est eis. Nonne in sanctis, qui prius erant in terra ad hoc matutinum oculi ecclesiæ præuenerunt, quia hoc futurum antea præuiderunt, vt meditarentur eloquia dei, quæ tunc erant & in lege ac prophetis & hæc futura nunciabant? Vocem meam, inquit, exaudi domine secundum misericordiam tuam, D
& secundum iudicium tuum viuifica me.) Prius.n.deus secundum misericordiam aufert a peccatoribus pœnam, eisq̃. postea iustis secundum iudicium dabit vitam, quia non frustra illi hoc ordine dicitur, Miseri- Ps.100.
cordiam & iudicium cantabo tibi domine: quanuis & ipsum tempus misericordiæ nõ est sine iudicio, & econtra: de quo dicit 1.Co.11
Apostolus. Si.n.nosipsos iudicaremus, a domino non iudicaremur: cum iudicamur autẽ a dño corripimur, ne cũ mundo dãnemur. Et eius coapostolus, Tps est inquit, vt 1.Pet.4.
iudiciũ icipiat a domo domini. & si initiũ a nobis, qualis finis erit eis qui non credunt domini Euangelio? Et vltimum tempus iudicij non erit sine misericordia, quia coronat te, ait Psalmus, in miseratione & mi psa.101.
sericordia. Iudicium autem sine misericor Iacob.1.
dia, sed sinistris qui nõ fecerunt misericordiam. Appropinquauerunt, inquit, persequentes me iniquitate.] Vel sicut nonnulli codices habent, Inique.] Tunc appropin
quant qui persequuntur, quando vsque ad carnem cruciandam perimendamq̃. peruenient. Vnde Psalmus vicesimusprimus, vbi passio domini prophetata est, Ne discE
das, inquit, a me, quoniam tribulatio proxima est: cum ea dicantur, quæ non imminẽte, sed iam præsente ipsa passione ꝓpessus est, Sed proximam dixit tribulationẽ, quæ fiebat in carne. Nihil est qppe animæ propius carne quam gestat. Propinquauerunt ergo persequentes, affligendo eorum carnem quos persequebantur. Sed attende quod sequitur, A lege autem tua longe facti sunt.] Quanto magis propinquauerunt persequendis iustis, tanto longe facti sunt a iustitia. Sed quid nocuerunt eis quibus persequendo propinquauerunt, quando interior est ꝓpinquatio domini eorũ à

quo-

quo nullatenus deseruntur? Denique sequitur, Prope es tu domine,& omnes vitæ tuæ veritas.) Etiam in tribulationibus suis,q̃ eas non immerito patiũtur,tribuere deo veritatem, sanctorum est vsitata cõfessio. Ita regina Hester, ita sanctus Da-
Hes.14. niel,ita tres viri in camino,ita eorum san-
Dani.3. ctitatis alij socij confitentur. Quæri autẽ potest quomodo hic dictũ sit, Omnes vitæ tuæ veritas: cum in alio Psalmo legatur, Vniuersæ viæ domini misericordia
Psa.24. & veritas. Sed erga sanctos vniuersæ viæ domini misericordia,& uniuersæ uiæ domini ueritas: quia & in iudicando subue-
F nit,atque ita nõ deest misericordia: & in miserando id exhibet quod promisit, ne ueritas desit. Erga omnes autem & quos liberat,& quos damnat,omnes uiæ domini misericordia & ueritas,quia ubi nõ miseretur uindictæ ueritas exhibetur. Multos quippe immeritos liberat,immeritum autem neminem dãnat. Ab initio cognoui,inquit,de testimonijs tuis,quia in æternũ fundasti ea.) Quod Græcus ait κατ' ἀρχάς, aliqui nostri ab iuitio, aliqui initio, aliq̃ in initijs,interpretati sunt. Sed q̃ pluraliter hoc dicere maluerunt,Græcam locutionem secuti sunt. Latinæ aũt linguæ illud potius usitatum est, ut ab initio uel initio dicatur, quoniam κατ' ἀρχας Græce quasi pluraliter,sed aduerbialiter dicitur, quale est apud nos cũ dicimus,aliàs hoc facio, pluralẽ numerum fœminini generis dicere videmur, sed aduerbium est,& significat alio tempore. Quid est ergo ab initio cognoui,uel potius ut & nos aduerbialiter id dicamus, initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea? Testimonia dñi in æternum ab illo dicit esse fundata,& hoc se initio cognouisse testatur,nec aliũde cognouisse quam de ipsis utique testimonijs. Quæ sunt ista te-
G stimonia, nisi quibus testatus est deus daturum se regnũ suis filijs sempiternum? Et quia hoc in unigenito se daturum esse
Luc.1. testatus est, de quo dictum est, Et regni eius non erit finis:ipsa testimonia dixit in æternum esse fundata, quia id quod p̃ eas deus p̃misit,æternum est. Nam per se ipsa testimonia tunc non erunt necessaria, quando res ipsa uidebitur, propter quam credendam nunc testimonia requirũtur. Et ideo bene intelligitur dictum,fundasti
1.Co.3. ea, quia in Christo uera mõstrantur. Fũdamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Vnde hoc ergo iste initio cognouit,nisi quia ecclesia loquitur,quæ terris, non defuit ab initio generis humani,cuius primitiæ Abel sanctus est,immo Gen.4.
latus & ipse in testimonium futuri sanguinis mediatoris, ab impio fratre fundendi? Nam & illud ab initio dictum est, Erunt Gen.2.
duo in carne vna. Quod magnum sacramentum Apostolus Paulus exponens. Ego inquit,dico in Christo & in ecclesia. Ephe.5.

Concio triceſima de uersu Psalmi, Vide humilitatem meã & eripe me,&c.

NEmo in Christi corpore cõstitutus a se alienam arbitretur esse hãc uocem quoniam reuera totum Chri- H
sti corpus in hac humilitate positũ dicit, unde & psalmi huius incipit lectio,de qua nunc disputare suscepimus, Vide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuã non sum oblitus.) Hoc loco nullam dei legem cõuenientius intelligimus,nisi quã immobiliter fixum est,ut omnis q̃ se exaltat humilietur: & omnis qui se humiliat, Luc.14.
exaltetur. Superbus ergo malis ut humi- & 18.
lietur innectitur,humilis a malis ut exaltetur eripitur. Iudica,inquit,iudiciũ meum, & redime me.) Superior quodammodo sententia repetita est. Quod.n.ait, Vide humilitatem meam: hoc est, iudica iudicium meũ: & quod ait, eripe me,hoc est, & redime me: quod uero supra dictũ est, Quia legem tuam non sum oblitus: huic congruit quod infra est, Propter eloquiũ tuum uiuifica me.) Ipsum enim eloquium est lex dei,quam non est oblitus ut se exaltandus humiliaret. Ad ipsam uero exaltationem pertinet quod ait uiuifica me, q̃ sanctorum exaltatio uita æterna est. Longe est,inquit,a peccatoribus salus,q̃ a iustificationes tuas non exquisierunt.) I
Quis.n.te discernit,ò tu qui dixisti, Longe est a peccatoribus salus? Quis te discernit a peccatoribus, vt non a te longe sit, sed tecum sit salus? Hoc te nempe discernit,quia id quod isti non egerunt,ipse fe- 1.Co.4.
cisti,hoc est,dei iustificationes exquisisti. Quid.n.habes quod non accepisti? Nonne tu es,qui paulo ante dicebas, Clamaui in toto corde meo,exaudi me domine,iustificationes tuas requiram? Ergo ab illo ad

ad quem clamasti,vt eas exquireres accepisti. Ipse te igit̃ discernit ab eis,à quibus propterea longe est salus, quia iustificationes dei non exquisierunt. Vidit hoc etiam ipse, Neque enim ego id viderem,nisi in ipso videre, nisi in ipso essem. Corporis.n. Christi verba ista sunt, cuius membra sumus, Vidit hoc, inquam,continuoq̃. subiecit: Miserationes tuæ multæ dñe.) Etiam hoc ergo quod exq̃rimus iustificationes tuas,pertinet ad miserationes tuas. Secundũ iudicium tuum viuifica me.) Noui.n. quia & iudicium tuum sine tua miseratione non erit sup me. Multi persequentes me & tribulantes me,à testimonijs tuis nõ declinaui.) Factũ est nouimus,recolimus, agnoscimus. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrũ, floret cœlum coronis martyrũ, ornatæ sunt ecclesiæ memorijs K
martyrum, insignita sunt tpa natalibus martyrũ,crebrescũt sanitates meritis martyrum. Vnde hoc,nisi quia impletum est, quod prædictũ est de homine isto toto terrarum orbe diffuso, Multi persequentes me & tribulantes me, a testimonijs tuis non declinaui? Agnoscimus,& gratias agi-
Psa.93. mus domino deo nostro, Tu namque homo,tu in alio Psalmo,tu ipse dixisti, Nisi q̃ dominus erat in nobis,fortasse viuos ab forbuissent eos. Ecce quare ab eius testimonijs non declinasti, & ad palmam supnæ vocationis inter manus multorum psequentium tribulantiumq̃. venisti. Vidi, inquit,insensatos & tabescebam.) Vel sicut alij codices habent, Vidi non obseruantes pactũ.) Et hoc plures possunt. Sed qui sunt q̃ pactum non obseruauerunt,nisi qui declinauerunt a testimonijs dei, tribulationes multorũ persequentium non ferentes? Hoc est autem pactum,vt qui vicerit coronetur. Hoc pactum non obseruauerunt, qui persecutiones non tolerantes, a testimonijs dei negando declinauerunt. Hos ergo iste vidit & tabescebat, quia diligebat. Zelus.n.bonus est, de amore ve-
niens,non liuore. In quo.n.non seruauerunt pactum,secutus adiunxit, Quia elo- L
quia tua non custodierunt. Ea quippe in tribulationibus negauerunt. Et commendat se iste differens ab eis, ac dicit, Vide q̃m mandata tua dilexi.) Non ait,eloquia vel testimonia tua non negaui, quod martyres facere cogebantur, & non facientes intolerabilia patiebantur: sed hoc dixit vbi fructus est omnium passionum, quia si tra- 1. Co.13
didero corpus meũ vt ardeam,charitatem autem non habeã, nihil mihi prodest. Hãc iste commendans ait, Vide quoniam mandata tua dilexi. Denique deinde postulauit præmium. Domine in tua misericordia viuifica me.) Isti mortificant,tu viuifica. Sed si præmium petitur in misericordia, quod reddere debet iustitia,quanto magis impensa est misericordia vt obtineretur cui præmium debetur ipsa victoria? Principium,inqt, verborum tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.) A veritate,inquit,tua verba procedunt, & ideo veracia sunt, & neminem fallunt quibus pnunciat vita iusto,pœna impio. Hæc sunt q̃ppe in æternũ iudicia iustitiæ dei.

Concio triceſimaprima,de uersu Psalmi, Principes persecuti sunt me gratis: &c.

QVas persecutiones a regibus terræ M
corpus Christi, hoc est,sancta ecclesia pertulerit,nouimus: Agnoscamus ergo hic etiam eius verba dicentis, Principes psecuti sunt me gratis,& a verbis tuis formidauit cor meum.) Quid.n. Christiani læserant terrena,quãuis eis regna cœlorum promiserit rex eorũ? Quid, inquam,læserant regna terrena? Nunquid eorũ rex milites suos prohibuit impendere & exhibere q̃ debentur regibus terræ? Nõne de hoc sibi calũniã molientibus Iu- Mat.22.
dæis ait,Reddite Cæsari q̃ Cæsaris sunt,& &.17.
deo quæ dei sunt? Nonne tributum de ore piscis ẽt ipse persoluit? Nonne præcursor eius militibus regni huius quod facere deberent pro æterna salute quærentibus nõ ait,Cingulum soluite,arma proijcite, regem vestrum deserite, vt p̃ositis domino militare: sed ait,Neminem concusseritis, Luc.3.
nulli calũniam feceritis,sufficiat vobis stipendium vestrum? Nonne vnus militum eius & dilectissimus comes eius,comilitonibus suis,& quodammodo Christi ꝓcialibus dixit, Omnis anima potestatibus Rom.13
sublimioribus subdita sit? Et paulo post ait, Reddite omnibus debita: cui tributũ, tributũ,cui vectigal,vectigal: cui timorẽ, timorẽ:cui honorẽ,honorẽ: Nemini quic A
q̃ debeatis,nisi vt inuicẽ diligatis: Nonne 1.Ti.2.
pecpit is vt pro ipsis etiã regibus oraret ecclesia? Quid ergo eos Christiani offenderũt? Q̃d debitum nõ reddiderũt? In quo Christiani nõ sunt terrenis regibus obsecuti? Ergo terreni reges Christianos gra-

tis psecuti sunt. Sed quod subiecit attende. Et à verbis tuis formidauit cor meũ.) Habuerũt qdem & illi verba minacia, expello, ꝓscribo, occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, bestijs subigo, mẽbra dilanio: Mat.10. sed tua me potius verba terruerũt, Nolite timere eos q corpus occidũt, & postea nõ habẽt qd faciant, sed eũ timere qui habet potestatẽ, & corpus & animã pdere in gehennã. Ab his verbis tuis formidauit cor meũ. Et cõtempsi hominẽ persecutorem meũ, & vici diabolum seductorẽ meum. Denique sequitur, Exultabo ego sup eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.) Per ea vicit, à qbus formidauit. Victis.n. spolia detrahunt, sicut victus & spoliatus Mat.12. est ille de quo dicitur in Euãgelio, Nemo intrat in domũ fortis, vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortẽ. Sed spolia multa inuenta sunt, qñ patientiam mirati martyrũ, etiam q persecuti sunt crediderunt: & q regẽ nostrũ detrimentum militum eius sunt damnificare moliti, ab illo sunt insuper acquisiti. Quisquis ergo à verbis dei, ne in certamine vincat formidat, sup eadẽ verba victor exultat. Nam ne putaremus, ex illa formidine odiũ verborum dei potuisse surrepere, quanuis iam dixerit, Exultaui sup eloquia tua, qd vtiq. nõ diceret si odiret ea, tũ adhuc addit & dicit, Iniustitiam odio habui & abominatus sum, legẽ aũt tuam dilexi.) Nẽpe à verbis eius illa formido nõ fecit eorundẽ verborũ odiũ, sed integram tenuit charitatẽ. Neque.n. lex dei nõ sunt verba & eloquia dei? Absit ergo vt timore pereat amor, vbi castus est timor. Sic patres a filijs pijs & timent & amant: sic pudica cõiunx virũ & timet ne ab illo deseratur, & amat vt fruatur. Si ergo & pater hõ, & coniunx homo, & timeri & amari debet, multo magis Psal.44. pater nr̃ qui in cœlis est, & ipse spõsus, nõ carne præ filijs hominũ, sed virtute formosus. A quibus.n diligit lex dei, nisi a qbus diligitur deus? Et quid hẽt bonis filijs triste lex patris? An qm̃ quẽ diligit corripit, & flagellat omnẽ filium, quẽ recipit?

C At qui hæc iudicia respuit, ꝓ missa nõ re-
Heb.12. cipit. Paterna ergo iudicia laudentur & in flagello, si promissa diliganr̃ in ꝓmio. Ita planè fecit iste qui dicit, Septies in die laudaui te, super iudicia iustitiæ tuæ.) Septies in die qd ait, significat semp. Solet esse qppe iste numerus vniuersitatis iudi-

cium, ꝓpter quod sex diebus diuinæ operationis, septimus adiectus est quietis. Et Gen. 2.
ꝓ septem dies currentes & recurrentes, tẽpora vniuersa voluuntur. Nec ob aliud Pro.24.
dictũ est, Septies cadet iustus & resurget. i. non perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non ꝑuaricatus, alioquin non erit iustus. Nam ꝓ omni genere tribulationis, quia in cõspectu hominum deijcitur, positũ est septies cadit. Et ꝓ eo ꝙ ex ipsis omnibus tribulationibus ꝓficit, positũ est, resurget. Satis illustrat in eo libro cõsequens sentẽtia præcedentem. Ibi.n. sequitur, Impij autẽ infirmabuntur in malis: hoc est itaque iusto septies cadere & resurgere, in omnibus malis nõ infirmari. Merito igitur septies in die laudauit ecclesia deũ super iudicia iustitiæ ipsius, quia cum 1.Pet.4
tempus esset vt iudiciũ inciperet à domo domini, in omnibus tribulationibus suis nõ infirmata, sed coronis martyrum glorificata est. Pax multa, inqt, diligentibus D
legẽ tuam, & non est eis scandalũ.) Vtrũ ipsa lex diligentibus se scandalum nõ est, an diligentibus eam nullũ est vndecũque scandalum? Sed vtrunque recte intelligitur. Qui.n. diligit dei legẽ, etiam quod in ea nõ intelligit honorat: Et quod ei sonare videtur absurde, se potius non intellige re, & aliq̃d magnũ latere ibi iudicat. Ideo lex dei nõ est ei scãdalũ. Vt aũt nullũ scãdalũ omnino patiat, non sic homines sanctæ cuiusq. ꝓfessionis attẽdat, vt fides eius ex eorũ moribus pendeat, ne aliq̃bus cadenti bus quos ꝓ magno habebat, ipse scandalo pereat, sed ipsam dei legẽ diligat, & erit ei pax multa, nullumq. scandalũ. Securus.n. diligit eam, in qua etiam si multi peccant, peccare ipse nõ nouit. Expectabam, inqt, Ps.118.166
salutare tuum dñe, & mandata tua dilexi.) Quid.n. iustis ꝓfuisset, antiquis dei dilexisse mandata, nisi eos Chr̃s qui est dei salutare liberasset, cuius etiam spiritu impertito mandata dei diligere potuerunt? Si ergo iusti antiqui expectabãt salutare dei, qui mandata eius dilexerant: quanto magis necessarius erat Christus qui est Iesus, hoc est, salutare dei saluis faciendis eis, q E
mandata eius non dilexerunt? Potest ista Gal.3.
etiam sanctis istorum temporum, ex quo gratia reuelata Euangelium prædicatur, congruere prophetia. Expectant.n. Christũ qui mandata dei diligũt, vt cũ Chr̃s apparuerit vita nr̃a, tũc & nos appareamus cum

illo in gloria. Custodiuit, inquit, anima mea testimonia tua, & dilexit ea valde.) Vel sicut nõnulli codices habent, dilexit.) Vt subaudiatur anima mea. Custodiũtur testimonia dei, dum non negãtur, Hoc est martyrum officium, quia testimonia Græce martyria nuncupantur. Sed quia pro testimonijs dei ẽt flammis concremari sine charitate nihil prodest, ió addidit, & Co.13 dilexit ea valde. Supra aũt dixerat, mandata tua dilexi: deinde sequẽti versu, testimonia tua & custodiui, & dilexi postea & mãdata tua & testimonia tua custodiui. Ait enim, Custodiui mandata tua & testimonia tua.) Qui.n. diligit, ipse veraciter libenterq. custodit. Plerunque.n. dum mãdata dei custodiuntur, fiũt inimici, contra quorum voluntatẽ custodiunt. Tũc vero fortiter & testimonia custodienda sunt, ne persequentibus inimicis negent. Cum ergo se iste vtrũq. fecisse dixisset, deo tribuit vnde fecit, adiungendo atq. dicendo, Quia oẽs viæ meæ in conspectu tuo dñe.) Ió, inqt, custodiui mãdata tua & testimonia tua, quia oẽs viæ meæ in cõspectu tuo, Tanquã diceret, Si auertisses à me faciẽ tuam, fierẽ conturbatus, nec tua mandata & testimonia custodirẽ. Custodiui ergo, quia omnes viæ meæ in cõspectu tuo. Propitio quippe & adiuuante cõspectu voluit intelligi deũ videre vias suas, sicut orauit qui dixit, Ne Ps.16. auertas faciem tuã à me. Nam vtiq. facies Ps.33. domini est & super facientes mala, sed vt pdat de terra memoriam eorum. Nõ sic profecto iste dixit vias suas ab illo videri, sed Ps.33 sicut nouit dominus vias iustorũ, & sicut ait Moysi, Scio te præ omnibus. Nam si hoc eum nõ adiuuaret gradientem, ꝙ eius viæ omnes sunt in cõspectu dei, nõ diceret ideo se custodisse mandata, & testimonia Ps.2. tua, qa omnes viæ suæ sunt in cõspectu domini. Nouit.n. audire, Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam nequando irascatur dñs, & pereatis de via iusta: quia nisi in conspectu domini esset, via iusta non esset. Nam hũc timorem & tremorem Apostolus etiã Paulus imponit eis qbus dicit, Cum timore, Ph.2. & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et cur hoc dixerit aperiens, Deus G est enim, inquit, qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona voluntate. Ad hoc sunt ergo in conspectu domini viæ iustorum, vt dirigat gressus eorum, quoniã ipsæ sunt viæ domini, de quibus scriptum est in Prouerbijs, Vias aũt q à dextris sunt nouit dominus, Peruersæ sunt autem, inquit, q à sinistris sunt, vt intelligeremus ꝙ eas non nouerit dñs, propter quod peruersis dicturus est, Non noui vos. Porrò vt Matt.7. ostenderet quo fructu vias, quæ à dextris sunt, id est, iustorum nouerit dominus, cõtinuo subiecit, Ipse enim rectos faciet cur- Prou.3.
sus tuos, & itinera tua in pace producet. Ecce quare ait etiam iste, Custodiui mandata tua & testimonia tua. Ut velut quæremus hoc vnde potuerit, quia oẽs, inquit, viæ meę in conspectu tuo domine.

Concio 32. de versu Psalmi, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine &c.

VOcem nunc orantis audiamus, Qm̃quis oret forte nouimus, & nosipsos si reprobi nõ sumus, in membris huius orantis agnoscimus, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine.) Id est, oratio mea q̃ sit in cõspectu tuo appropinquet tibi. Prope est.n. dominus his, qui obH triuerunt cor. Secundum eloquium tuum da mihi intellectum.) Promissum petit. Nam hoc ait secundum eloquium tuum: tanquam diceret, secundũ promissum tuũ. Promisit enim hoc dominus, vbi ait, Intellectum dabo tibi. Intret postulatio mea in Psal.31.
conspectu tuo domine, secundum eloquiũ tuum eripe me.] Repetit quodãmodo qd petiuit. Nam quod prius dixerat, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine: huic simile est quod ait posterius, intret postulatio mea in conspectu tuo domine: & quod prius, secundum eloquium tuum da mihi intellectum: huic congruit quod posterius, secundum eloquium tuum eripe me. Accipiendo quippe intellectum eripitur, qui per seipsum non intelligendo decipitur. Eructabunt, inquit, labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.] Nouimus quemadmodum doceat eos deus, qui sunt Ioan.6.
docibiles deo: Omnis enim qui audiuit à Rom.14.
patre & didicit, venit ad deum qui iustificat impium, vt non solum memoria retinendo, verumetiam faciendo custodiat 1.Co.1.
iustificationes dei. Sic enim qui glorietur, 1
non in seipso sed in domino glorietur, hymnusq. eructatur. Sed iam quia didicit &

laudauit doctorem deum, deinde vult docere. Pronunciabit,inquit,lingua mea eloquia tua, quia omnia mãdata tua iudicia.) Cum hæc ſe pronunciaturum dicit, vtiq. miniſter ſit verbi. Quanuis.n.deus doceat
Ro. 10. intrinſecus,tamen fides ex auditu eſt. Et
1.Co.3. quomodo audiunt niſi à prædicante? Neque.n.quia deus dat incrementum,iõ non eſt plantandum neq. rigandum? Scit.n.q̃ pericula ſecutura ſint à contradicentibus & perſequentibus, cum fuerit pronunciator eloquiorum dei, propter quod adiunxit, Fiat manus tua vt ſaluum me facias, qa mandata tua elegi.) Vt non timerẽ,nec ſolum ne cor meum timeret,ſed lingua ẽt pronunciaret eloquia tua,mandata tua elegit,timoremq. amore compreſſi. Fiat ergo manus tua vt ſaluum me de manu facias
Pſal.59. aliena. Sic autem deus ſaluos martyres fecit,cum eos in anima non permiſit. Nam ſecundum carnem vana ſalus hominis. Poteſt & ſic accipi,fiat manus tua: vt manus dei Chriſtus intelligatur, iuxta illud
Eſa. 53. Eſaiæ, Et brachium domini cui reuelatũ
Rom.1. eſt? Nõ.n.erat factus vnigenitus, cum per ſecta ſint omnia, ſed factus eſt ex ſemine Dauid, vt eſſet Ieſus.i.ſaluator qui iã erat
K creator. Sed cũ familiare ſit ſcripturæ, fiat manus tua: & facta eſt manus domini: neſcio vtrũ poſſit hic ſenſus in eis locis omnibus obtineri. Sanè vbi audimus,quod ſequitur, Cõcupiui ſalutare tuum domine.) Etiam nolentibus omnibus inimicis ſalutare dei nobis Chriſtus occurrat. Ipſum ſe concupiſſe iuſti antiqui veracisſime conſitentur, Ipſum concupiuit eccleſia venturũ de viſceribus matris, Ipſum concupiſcit eccleſia venturum ad dexteram patris. Subiungitur autem huic ſententiæ, Et lex tua
Ro. 10. meditatio mea eſt.) Quia lex perhibet te-
Pſal.2. ſtimonium Chriſto. Sed in hac fide cum corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem, fremant gentes, populi meditentur inania, occidatur certe carodum prædicat te. Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.) Iudicia quippe illa ſunt, quæ tempus erat vt inciperent à domo domini, Sed adiuuabũt
1.Pet. 4 me, inquit. Et quis non videat, quantum adiuuerit eccleſiam ſanguis eccleſiæ, quanta ex illa ſemente ſeges toto orbe ſurrexerit? Nouiſſime prorſus aperit ſe, & quæ perſona per totum pſalmum loquebatur oſtendit. Erraui, inquit, ſicut ouis perdita, quære ſeruũ tuum quia mandata tua non
L non ſum oblitus.) Nonnulli codices non habent quære, ſed viuifica.) Vna quippe ſyllaba intereſt, qua inter ſe in Græco diſtant ζήτησον ζώπυρον, vnde & ipſi codices Græci variant. Sed quodlibet horum ſit, ouis perdita quæratur, ouis perdita viuificetur, propter quam paſtor eius nonagintanouem dimiſit in montibus, & eam quærens, Iudaicis laceratus eſt vepribus. Sed Mat.18. Luc.15. adhuc quæritur, adhuc quæratur, ex parte inuenta adhuc quæratur. Ex ea nanq. parte qua dicit iſte, mandata dei eligunt, colligunt, diligunt, adhuc quæritur, & per ſui paſtoris ſanguinem fuſum atq. diſperſum in omnibus inuenitur. Vt potui quantum Apologia Augu. de ex põe. Pſ. 118. à dño adiutus ſum, pſalmũ iſtum magnũ ptractaui & expoui, Quod profecto melius ſapientiores, doctioresque fecerunt, ſiue facturi ſunt. Nec iõ tamen ei noſtrũ deeſſe debuit miniſterium, maxime id deme flagitantibus fratribus, quibus ſum debitor huius officij. Quod autem de alphaSup. eo dẽ. Tra. 21. M beto Hebrẽo, vbi octoni verſus ſingulis ſubiacent literis, atq. ita pſalmus totus contexitur, nihil dixi, nõ ſit mirum, quoniam nihil quod ad iſtud proprie ptineret inueni. Non.n.ſolus habet has literas. Illud sanè ſciant qui hoc in Græca & Latina ſcriptura, quoniam non illic ſeruatum eſt, inſus in Hebraicis codicibus ab ea, quę illis prępositur litera incipere, ſicut nobis ab eis qui illas nouerunt literas, indicatum eſt. Quod multo diligentius factum eſt, ẽ noſtri vel Latine vel Punice, quos abecedarios vocant pſalmos, facere conſueuerunt Non enim omnes verſus donec claudatur periodus, ſed ſolos primos ab eadem litera incipiunt, quam præponunt.

Enarratio in Pſalmum. 119. qui eſt primus cantici graduum.

BRenis pſalmus & valde vtilis ad cantandum nobis, quem modo nobis cãtatum audiuimus, & cantando reſpõdimus. Non diu laborabitis in audiendo, nec infructuoſe laborabitis in operando. Eſt enim ſicut eius titulus prænotatur, Canticum graduum) Græce ſcriptum eſt, ἀναβαθμῶν. Gradus vel deſcendentiũ ſunt vel aſcendentium. Sed gradus qui modo in his pſalmis poſiti ſunt, aſcendẽtes ſignificant.

ficant. Intelligamus ergo tanquam aſcenſuri, nec aſcenſiones pedibus corporalibus quęramus: ſed ſicut in alio pſalmo ſcriptum eſt, Aſcenſiones in corde
A Pſal.83. eius diſpoſuit, in conualle plorationis in loco quem diſpoſuit. Dixit aſcenſiones, Vbi? Id eſt, in corde, Vnde? A conualle plorationis. Et iam quo aſcendatur tanquam deficit ſermo humanus, nec explicari pót, 1.Co.1. forte nec cogitari. Audiſtis modo cũ Apoſtolus legeretur, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. In cor hominis non aſcendit, cor hominis illuc aſcendat. Ergo quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoPſ.83. minis aſcendit, quomodo dici poſſet, quo aſcendendum eſt? Iõ cũ dici non poſſit: ait, In locum quem diſpoſuit. Quid tibi plus dicturus ſum? Ait homo per quem ſpiritus ſanctus loquebatur in locum talem. Ad locum talem quicquid dixero terrenum cogitas, homo repis, carnem portas, corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ? Cui loquar? Quis auditurus eſt? Quis capiet? Vbi erimus poſt hanc vitam, ſi in corde aſcenderimus? Quia ergo nemo ſperat aliquem ineffabilem beatitu-
Epheſ.9. dinis locum, quem ſibi diſpoſuit qui aſcen-
B ſiones etiã in corde ſuo diſpoſuit: ſed vbi? In conualle plorationis. Conuallis humilitatem ſignificat, mons celſitudinem ſignificat. Eſt mons quo aſcendamus, ſpiritalis quędam celſitudo: Et quis eſt iſte mõs quo aſcendimus, niſi dominus Ieſus Chriſtus? Ipſe tibi fecit patiendo conuallem plora-
Pſal.1. tionis, qui fecit manendo montem aſcenſionis. Quid eſt vallis plorationis? Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Quid
Pſal.5. eſt vallis plorationis? Prębuit percutienti
Pſal.37 ſe maxillã, ſaturatus eſt opprobrijs. Quid eſt vallis plorationis? Colaphizatus eſt, ſputis illitus, ſpinis coronatus, crucifixus
Pſal.1. e. Hęc eſt vallis plorationis, vñ tibi aſcendendum eſt. Sed quo aſcendendum eſt? In principio erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Ipſum enim verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sic deſcendit ad te, vt maneret in ſe. Deſcendit ad te, vt fieret tibi conuallis plo-
Abac.3. rationis: manſit in ſe, vt eſſet tibi mons aſcenſionis. Erit, inquit Eſaias, in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domus domini, paratus in cacumine montium. Ecce quo aſcendendum eſt: ſed noli aliquid terrenum cogitare, nec quia montem audiſti, alta quędam cogites terræ: nec cum eum ſaxum audis aut petram, aliqua duritia à te intelligatur: nec cum audis leonem, cogites feritatem: nec cum audis agnum, cogites pecus. Nihil horum eſt in ſe, & omnia
C factus eſt pro te. Hinc ergo aſcendendum
1.Co.10 eſt, illuc aſcendendum, ab exemplo ipſius
Apo. 7. ad id diuinitatem ipſius. Exemplum enim tibi fecit humiliando ſe. Nam qui nolebãt à conualle plorationis aſcendere, cõpreſſi ſunt ab ipſo. Prępropere.n.volebãt habere aſcẽſum, honores altos cogitabãt, viã humilitatis nõ cognoſcebãt. Intelligat charitas
Mat.20 veſtra quod dico, Duos diſcipulos voluiſſe ad latera domini, vnum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram ſedere. Vidit eos dominus prępropere, & prępoſtere de honoribus cogitare, cum prius diſcere deberent humiliari vt exaltarentur, & ait eis dominus, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Ipſe enim in conualle plorationis bibiturus erat calicem paſsionis: illi autem non attendentes humilitatem Chriſti, comprehendere volebant altitudinem Chriſti. Reuocauit illos ad viam tanquã aberrantes, non vt negaret illis quod vellent, ſed vt oſtenderet qua venirent. Itaq. fratres mei hunc pſalmum aſcenſionis cantemus aſcenſuri in corde, quia vt aſcendamus deſcenſum eſt ad nos. Nam vidit ſcaGen.28 las Iacob, & in ipſis ſcalis demõſtrati ſunt
D ei aſcendentes & deſcendentes. Vtrunque vidit. Poſſumus putare aſcendentes, viros proficientes: deſcendentes, deficiẽtes: quia & reuera inuenimus hoc in populo dei, De tpe alij proficiunt, alij deficiunt. Poterãt iſtos ſer. 79. ſignificare illę ſcalę, ſed forte melius intelliguntur omnes boni in illis ſcalis, aſcendentes & deſcendentes. Non enim fruſtra nõ dictũ eſt, cadẽtes, ſed deſcẽdẽtes. Multũ aũt intereſt inter deſcendere & cadere. Nã quia cecidit Adam, ideo deſcendit Chriſtus. Ille cecidit, ille deſcendit. Ille cecidit Gen. 3. ſuperbia, ille deſcendit miſericordia. Non autem ipſe ſolus deſcendit, equidem de cœlo ipſe ſolus deſcendit, ſed multi imitantes eum ſancti deſcendunt ad nos, & deſcendunt ad nos. Nam in quadã altitudine cordis habitabat Apoſtolus cum diceret, Siue enim mente exceſsimus deo. Iam quod 1.Co.5. mente exceſſerat, deo exceſſerat. Excedẽs enim mente omnem humanam fragilita-

tem, omnem seculi temporalitatem, omnia quæcunque nascendo & occidendo euanescunt transeuntia, hic habitabat cor
1.Co.6. de in quadam ineffabili contemplatione quantum poterat, de qua dicit q̃ audiuit ineffabilia verba quæ non licet homini lo
E qui, sed tibi illa loqui non posset. Ipse autem videre illa vtcunque posset, quæ tibi loqui non posset. Itaque si semper manere vellet in eo quod videbat, & loqui non
2.Co.5. poterat, te non leuaret vbi & tu posses videre. Quid autem fecit? Descendit. Nam vbi ait, Siue enim mente excessimus deo: ibi statim addidit, siue temperantes sumus vobis. Quid est temperantes sumus? Sic loquimur vt capere possitis, quia & Christus talem se fecit nascendo & patiendo, vt possent de illo homines loq, Quia de homine homo facile loquitur. De deo homo quando loquitur sic, quomodo deus est? Homo autem de homine facile loquitur. Vt ergo magni descenderent ad paruos, & non illis tamen loquerentur nisi magnum, ipse qui magnus erat, factus est paruus, vt de illo magni paruis loquerentur. Audistis modo quod dico cum Apostolus legeretur, Ipse autem videre illa vt
1.Co.3. cunque posset, quæ tibi loqui non posset, si auribus aduertistis. Dixit hoc, Non potui vobis loq quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Ergo spiritalibus in excelsis loqtur, carnalibus autem vt loquatur descendit. Nam vt sciatis quia cum descendit, de illo qui descẽdit loquitur. Ecce Ioã
Ioan. 1. nes manentem in se loquitur, In principio erat verbum, & verbũ erat apud deũ,
F & deus erat verbũ, hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Cape si potes, arripe, cibus est. Sed dicturus es mihi. Ille quidem cibus est, sed ego infans sum, lactandus sum, vt idoneus fieri possim ad manducandũ cibum. Ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autem cibus est, ipse cibus per carnẽ tibi traiectus est ad fauces.
1.Co.3. Qũo ergo cibũ mater comedit, vt per carnẽ trajciat ad infantem lactentem lac factum: sic cibus angelorum dñs verbum caro factum est, & factus est lac. Et dicit Apo
Ioan. 1. stolus, Lac vobis potum dedi, non escam, nõdum.n. poteratis, sed nec adhuc qdem
1.Co.2. potestis. Ergo dando lac descẽdit ad paruulos, & qa descẽdit, descẽdentẽ dedit. Ait.n. Nunquid dixi me aliquid inter vos scire, nisi Iesum Chm & hũc crucifixũ? Quia si diceret tm̃ Iesum Chm, est Iesus Chri- Ioan. 1.
stus etiam scd̃m diuinitatem, scd̃m id qd̃ erat verbũ apud deũ filius dei Iesus Chs: sed hunc, id est, hoc modo dictũ, paruuli nõ capiunt. Qũo ergo capiunt, qui lac capiunt? Iesum Chm, inquit, & hunc crucifixũ. Suge qd̃ pro te factus est, & eresces ad id qd̃ est. Sunt ergo & ascendẽtes & de Cene.
G descẽdentes. In illis scalis & ascẽdentes sunt, & descẽdentes. Ascendentes, qui sunt? Qui ꝓficiunt ad intellectũ spiritalium. Descẽdentes, qui sunt? Qui quãuis quãtum homines possint fruant̃ intelligẽtia spiritaliũ, tñ descendunt ad paruulos vt talia eis dicãt qualia pñt capere, & lacte nutriti possint idonei fieri & validi ad capiendum ci
1.Co.3. bũ spiritalẽ. Esaias, fratres, ẽt ipse ad nos de descẽdẽtibus fuit: nã & ipsi gradus eius descendentis apparent. Cum.n. diceret de
Esa. 11. spiritu sancto, Requiescet, inqt, super eum spũs sapientiæ & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spiritus scietiæ & pietatis, & spiritus timoris dñi: à sapiẽtia cœpit, & vsque ad timorẽ descendit. Quo ille qui docebat à sapiẽtia descẽdit vsque ad timorẽ, tu qui discis & ꝓficis, à timore ascẽde
ps. 110 ad sapientiã. Scriptum est.n. Initiũ sapientiæ timor dñi. Iam ergo Psalmũ audite. Ec
ce ante oculos nostros ponamus ascẽsurũ hominem. Vbi ascensurum? In corde. Vnde ascensurũ? Ab humilitate, id est, à con-
psal. 83. ualle plorationis, in locũ quem disposuit. Quò ascensurũ? Ad illud ineffabile, quod cũ dici nõ posset, dictum est, in locum quẽ disposuit. Cum ergo sic homo cœpit ponere ascẽsum, hoc dico aptius, cũ cœpit H
hõ Christianus cogitare ꝓficere, incipit pati linguas aduersantiũ. Quicũque illas nondũ passus est, nondum ꝓficit: quicunque illas nõ patit, nec conat ꝓficere. Vult nosse qd dicamus? Imò qd audiamus simul experiat. Incipiat ꝓficere, incipiat velle ascẽdere, velle contenere terrena, fragilia, tpalia, fœlicitatẽ seculi ꝓ nihilo hre, deũ solũ cogitare, lucris nõ gaudere, dãnis nõ cõtabescere, omnia etiã sua velle vẽdere & pauperibus tribuere, & seq Chm. Videamus quẽadmodũ patiat̃ linguas retrahẽtium & multa cõtradicẽtiũ, & quod est grauius quasi cõsulendo a salute auertentiũ. Qui.n. consulit alicui, ad salutem consulit, ad id qd̃ prodest consulit: ille autem quasi cõsulens retrahit a salute. Quia ergo

ergo videtur habere pallium consulentis, & habet venenum perimentis, lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo contra ipsas linguas, primo deum deprecatur: ait enim,

Expositio Psalmi.

AD te domine cum tribulater clamaui, & exaudisti me.) Vnde illũ exaudiuit? Vt iam constituerit eum ad
I gradus ascendendi. Et quia iam ascẽsurus est, exauditur quid orat? Domine erue animam meam a labijs iniustis, et a lingua dolosa.) Quæ est lingua dolosa? Subdola, habens imaginem consulendi, & perniciem nocendi. Ipsi sunt qui dicunt. Et tu hoc facturus es, quod nemo fecit? & tu solus eris Christianus? Et si ostenderit alios hoc facere, & legerit euangelium vbi præcepit dominus hoc fieri, & legerit Actus Apostolorum, illi quid dicunt in lingua subdola & labijs iniquis? Non poteris forte implere, multum est quod aggrederis. Alij prohibendo deterrent, alij laudando plus premunt. Quia.n. talis est vita quæ iam occupauit mundum, tãta authoritas Christi est, vt reprehendere iam Christum, nec
Luc. 19 paganus audeat: legitur ille qui reprehendi non potest, quia dixit, Vade vende omnia quę habes, & distribue pauperibus, & sequere me. Christo contradici non potest, euangelio contradici non potest, reprehẽdi Christus non potest, conuertit se lingua dolosa ad laudem prohibentem. Si laudas, hortare. Quare laudando premis? Melius est vt tu vituperares, q̃ dolose laudares. Quid enim diceres vituperãdo? Absit Fœda vita est. Sed quia nosti cũ hæc dixeris, premi te posse authoritate euangelica, con
K uertis te ad aliud dissuadendi genus, vt laudando falso, me à vera laude prohibeas, imo laudando Christum, à Christo prohibeas dicẽs. Quid est hoc? Ecce illi fecerũt, forte tu non poteris. Incipis ascendere, cadis. Monere videtur, serpens est, dolosa lingua est, venenum hẽt. Roga contra illam, si vis ascendere, & dic deo tuo, Dñe, erue animã meã à labijs iniustis, & à lingua dolosa. Et dicit tibi dñs tuus, Quid dabitur tibi, aut quid apponetur tibi ad linguam dolosam?) Id est, quod habeas aduersus linguam dolosam, quod apponas linguæ dolosæ, quo te munias aduersus linguam dolosam, quid tibi dabitur, aut quid apponetur tibi? Interrogauit exercens. Nam ipse dicturus est quod interrogat. Respondit. n. subijciens sibi interroganti, Sagittæ potentis acutę, cum carbonibus desolatorijs, vel vastatoribus.) Siue desolatorijs dicas, siue vastatoribus dicas, nam in diuersis codicibus diuerse scriptum, idem significat. Vide te, Vastatores carbones dñr, quia vastãdo & desolando ad desolationem facile perducunt. Qui sunt isti carbones? Intelligat charitas vestra primo q̃ sint sagittę. Sagittæ potentis acutę, verba dei sunt. Ecce iaciuntur & transfigunt corda: sed cum trãs fixa fuerint corda sagittis verbi dei, amor L
excitatur, non interitus comparatur. Nouit dominus sagittare ad amorẽ: & nemo pulchrius sagittat ad amorem, q̃ qui vere sagittat: imo sagittat cor amantis, vt adiuuet amantem, sagittat vt faciat amantem. Sagittæ aũt sunt cum agimus verbis. Carbones autem vastatores, qui sunt? Parum est verbis agere contra linguam subdolã & labia iniqua: parum est verbis agere, & exemplis agendum est. Exempla sunt carbones vastatores. Et quare vastatores dicuntur? breuiter accipiat charitas vra: primo quomodo exemplis agendum sit, vide te. Lingua subdola nihil sic nouit dicere, quo magis subdola est, nisi, Vide ne possis implere, multum est ad te hoc aggredi. Accepisti tu præceptum euangelicum, habes sagittam, sed carbones nondum habes. Timendum est ne sagitta sola non valeat aduersus linguam dolosam. Sunt & carbones vt puta incipit.n. tibi dicere deus, Tu nõ pores? quare ille potest? quare alter potuit? Nunquid tu delicatior es illo senatore? nunquid tu infirmior es illo senatore? Nunquid tu infirmior es illo aut illo in valetudine? nunquid tu infirmior es fœminis? Fœminæ potuerunt, viri non pñt? delicati diuites potuerũt, pauperes non pñt? M
Sed ego, inquit, multum peccaui, & multũ peccator sum. Numerantur etiam qui multũ peccauerũt, & eo amplius amauerunt, quo plura illis dimissa sunt pcã. Qũo dictũ est in Euãgelio? Cui modicum dimittitur, modicũ diligit, (cui vero plurimũ, plurimum diligit.) Cũ ergo fuerint ista enumerata, & nominatim dicti fuerint homines q̃ potuerũt, ille accepta sagitta in corde accedẽtib. ẽt carbonib. desolatorijs, desolaẽ in illo cogitatio terrena. Quid est.n. desolatur? Ad desolationem perducitur. Luc. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erant aũt in illo multa q̃ male frõduerãt, multæ carnales cogitatiões, seculares multi amores. Ipsi vrũntur carbonibus uastatorijs, vt fiat purus locus desolatus, in cuius loci puritate faciat deus ædificiũ suũ, quia facta erat ibi ruina diaboli, & ædificatur ibi Christus: nam quandiu manet ibi diabolus, non potest ędificari Christus. Accedunt carbones desolatorij, & dejciũt quod male fuerat ædificatum, & desolato loco accedit instructor fœlicitatis perpetuę. Videte ergo quare dicti sunt carbões? Quia qui se conuertunt ad dominum, de mortuis reuiuiscunt. Carbones autem qũ accẽduntur, antequam accenderentur extincti erant. Nam extincti carbones mortui dicunt, ardentes viui appellantur. Exẽpla ergo multorum iniquorum qui conuersi sunt ad dominũ, carbones dicti sunt. Audis homines mirari & dicere, Ego illũ noui, q̃ ebriosus fuit, q̃ sceleratus, qualis amator circi, aut amphitheatri, qualis fraudator, modo quomodo deo seruit, q̃ innocens factus est? Noli mirari, carbo est. Viuum gaudes, quem extinctum plangebas. Sed quando laudas viuum, si nosti laudare, adhibe illum mortuo vt accendatur. Quicunque adhuc piger est sequi deũ, admoue illi carbonem qui erat extinctus, & habeto sagittam verbi dei, & carbonem vastatorum, vt occurras labijs iniquis & linguæ subdolæ. Quid sequitur? Accepit iste sagittas ardentes, accipiat carbones vastatores. Iam repulit linguam subdolam & labia iniqua, iam ascendit gradum, incipit proficere, sed adhuc viuit inter malos, & inter iniquos, nondum est area ventilata. Puta quia triticum factum est, nunquid iã in horreo est? Adhuc necesse est multa palea prematur: & quantum proficit, tantũ videt maiora scandala in populo: nam si non proficiat, non videt iniquitates: si nõ sit verax Christianus, nõ videt fictos. Etenim fratres & de illa similitudine hoc nos docet dominus, & de frumentis & de zizanijs. Cum autem creuisset herba & fructũ fecisset, tunc apparuerunt & zizania, id est, quia nulli homini apparent mali, nisi factus fuerit ipse bonus, quia cum creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Iam ergo iste cœpit proficere, & cepit videre malos, & multa mala q̃ ante non nouerat, & clamat ad deũ, Heu me quod incolatus meus longinquus factus est.] Multum à te recessi, peregrinatio mea facta est longinqua. Nondum veni in patriam illam, vbi cum nullo malo victurus sum: nondum veni in illam societatẽ angelorum, vbi scandala nõ timebo. Quare autem nondum sum ibi? Quia incolatus meus longinquus factus est. Incolatus peregrinatio est. Incola dicitur qui habitat in terra aliena, non in ciuitate sua. Longinquus, inquit, factus est, & prolongatus incolatus meus. Et vbi longinquus? Aliquando frẽs mei cum peregrinatur homo, inter meliores viuit, q̃ in patria sua forte viueret: sed non sic est quando de illa Hierusalem cœlesti peregrinamur. Mutat enim homo patriam, & aliquando in peregrinatione illi bene est: Inuenit amicos fideles peregrinando, quos in patria inuenire nõ potuit. Inimicos habuit vt de patria pelleretur, & cum peregrinaretur inuenit q̃ non habebat in patria. Non sic est patria illa Hierusalem, vbi omnes boni. Quicunque inde peregrinatur inter malos est, nec recedere à malis potest, nisi cum redierit ad societatem angelorum, vt ibi sit vnde peregrinatur: Ibi omnes iusti & sancti, qui fruuntur verbo dei sine lectione, sine literis: quod enim nobis per paginas scriptum est, per faciem dei illi cernunt. Qualis patria? Magna patria, & miseri sunt peregrini ab illa patria. Sed q̃d ait iste? Longinqua facta est peregrinato mea. Maxime eorum vox est, id est, ipsius ecclesię q̃ laborat in hac terra illius vox est q̃ clamat à finibus terræ in alio loco Psalmi dicens, A finibus terrę ad te clamaui. Quis nostrum clamat à finibus terræ? Nec ego, nec tu, nec ille: sed à finibus terræ ipsa sola ecclesia, tota hæreditate Christi clamat, quia Ecclesia hæreditas eius: & de ecclesia dictum est, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Si ergo possessio Chri vsq. ad fines terræ, & possessio Chri oẽs sancti, & oẽs sancti vnus hõ in Chro, q̃a vnitas sancta in Chro est, ipse vnus hõ dicit, A finibus terrę ad te clamaui dum angeret cor meũ. Huius ergo hoc hominis longinqua peregrinatio facta est inter malos. Et tanquam si diceret illi, cũ q̃bus ergo habitas vt geramas, peregrinatio, inq̃t, mea lõginqua facta ẽ. Sed q̃d si cũ bonis? Si cũ bonis esset, nõ diceret, heu me. Heu, vox est miseriæ, vox est calamitatis, & infœlicitatis, sed tamen

tamen in spe, quia iam vel gemere didicit. Multi. n. & miseri sunt & non gemunt, & peregrinãtur & redire nolunt. Iste iam volens redire, cognoscit infœlicitatẽ peregrinationis suæ, quia agnouit illam, redit, & ascendere incipit, quia canticũ graduũ cœpit cantare. Vbi ergo gemit, & inter quos habitat? Inhabitaui cũ tabernaculis cedar.] Verbũ hoc quia Hebræum est, proculdubio non intellexistis. Quid est, inhabitaui cum tabernaculis cedar? Cedar quantũ me minimus ex interpretatione nominũ Hebræorum, tenebras significat. Interpretatũ cedar Latine, tenebræ dicuntur. Nostis autem duos filios habuisse Abraham, quos q̃ dem commemorat Apostolus, & ad imaginem duorũ testamentorũ esse dicit, Vnus ex ancilla erat, alter de libera. Ex ancilla Hismael erat: de libera. Sara, quem suscepit ex desperatione per fidem, Isaac erat. Vterque ex semine Abrahæ, sed non vterque hæres Abrahæ. De Abraham natus vnus, sed tñ non hæreditat: alter etiam hæres: nõ solum filius, sed & hæres. In Hismael sunt oẽs qui carnaliter colunt deum. Ad ipsos. n. & vetus testamentum ptinet, quia sic dicit Apostolus, Sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptũ est. n. q̃ Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ sunt in allegoria. Hæc. n. sunt duo testamenta. Quæ sunt duo testamenta? Vnum vetus, & alterum nouum. Vetus testm̃ a deo, & nouum testamentum a deo, qũo de Abrahã & Hismael & Isaac. Sed Hismael ad terrenum, Isaac ad cœleste regnum. Ideo vetus testamentum promissiones habet terrenas, terrenam Hierusalem, terrenam palæstinam, regnum terrenum, salutem terrenam, hostium subjugationem, abundantiam filiorum, fœcunditatẽ frugum. Omnia ista ꝓmissiones sunt terrenæ: In figura spiritaliter intelliguntur, quomodo Hierusalẽ terrena vmbra erat regni cœlestis, & regnum terrenum vmbra erat regni cœlorum. Hismael in vmbra, Isaac in luce. Si ergo Hismael in vmbra, non mirum, quia ibi tenebræ. Pinguiores etenim vmbræ, tenebræ sunt. Ergo Hismael in tenebris, Isaac in luce. Quicunque hic etiam in ecclesia terrenam fœlicitatem quærunt a deo, adhuc ad Hismael pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiritalibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua, & linguas subdolas. Contra quos rogauit iste ascendens, & appositi sunt ei carbones desolatorij, & sagittæ potentis acutæ. Inter illos. n. adhuc viuit donec tota area ventilet: ideo dixit, Inhabitaui cum tabernaculis cedar. Nam & ipsa tabernacula Hismael, cedar dicta sunt. Sic habet liber Geneseos, sic habet q̃ cedar ad Hismael pertinet. Ergo Isaac cum Hismael. i. q̃ pertinent ad Isaac, inter illos viuunt qui ꝓtinent ad Hismael. Isti sursum volunt ascendere, illi deorsum vellent premere. Isti volare volunt ad deum, illi conantur pennas euellere: namque apud Apostolum ita dicitur, Sed sicut tunc qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Spiritales ergo persecutionem patiuntur a carnalibus. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius: Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Sed hoc quod dicit, eijce, quãdo erit? Quando area cœperit ventilari. Modo autem antequam eijciatur, dicit, Heu me q̃a incolatus meus loginquus factus est, inhabitaui cum tabernaculis cedar. Et exponit nobis qui sunt isti qui pertinent ad tabernacula cedar. Multum peregrinata est anima mea.) Ne peregrinationem corporalẽ intelligeres, animã dicit peregrinari. Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaueris terram, peregrinaris à deo: si amaueris deum, ascendis ad eum. In charitate dei & proximi exerceamur, vt redeamus ad charitatem. Si cadamus in terram, marcescimus & putrescimus. Iste autem qui ceciderat, descensum est ad eum vt ascenderet. Intendens tempus peregrinationis suæ, dixit se peregrinari in tabernaculis cedar. Quare? Quia multum peregrinata est anima mea. Ibi peregrinatur, vbi ascendit: non corpore peregrinatur, non corpore ascendit. Sed vbi ascendit? Ascensiones, inquit, in corde. Si ergo ascendit in corde, non ascendit. Non ascendit per ascensiones cordis, nisi anima quæ peregrinatur. Sed donec perueniat, multum peregrinata est anima mea. Vbi? In tabernaculis cedar. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.] Verum vt audiatis, fratres charissimi, non poteritis probare quam vera eanteris, nisi cœperitis facere quod cãtastis. Quantũlibet illud dicam, qũolibet exponam, qualibuscunque verbis versem, non intrat in cor eius, in quo

Mat. 13
Psal. 60.
Psal. 2.
Psal. 83

quo non est opus eius. Incipite agere, & videte quid loquamur. Tunc ad singula verba lachrymæ profluent, tunc psalmus cãtatur, & facit cor quod in psalmo cantatur. Quam multi n. sonãt voce, & corde muti sunt? Et quã multi tacẽt labijs, & clamãt affectu, qa ad cor hominis aures dei? Sicut aures corporales ad os hominis, sic cor hominis ad aures dei. Multi clauso ore exaudiunt, & multi in magnis clamoribus non exaudiũtur. Affectibus orare debemus & dicere, Multũ pegrinata est anima mea, cũ his q oderunt pacẽ eram pacificus. Quid enim aliud dicimus istis hæreticis, nisi cognoscite pacẽ, amate pacẽ? Iustos vos dicitis. Sed si iusti essetis, inter paleã grana gemeretis. Nã qa sunt grana in ecclesia catholica & reuera grana sunt, iõ tolerãt paleã, donec ventilet area, quia inter paleam clamant, Heu me q incolatus meus lõgus factus est, inhabitaui cũ tabernaculis cedar. Inhabitaui, inquit, cũ paleis: sed qũo de palea multus fumus exit, sic de cedar tenebræ. Inhabitaui cũ tabernaculis cedar, multũ peregrinata est anima mea. Frumẽtorũ vox est, inter paleas gementiũ. Hæc loquimur illis qui oderunt pacem, & dicimus, Cum his qui oderunt pacẽ erã pacificus, Qui sunt qui oderunt pacẽ? Qui conscindunt vnitatẽ. Si. n. pacem nõ odissent, in vnitate mansissent. Sed videlicet q̃pea se separauerunt vt iusti essent, vt non haberent mixtos iniustos. Aut nostra est ista vox, aut illorũ: elige cuius sit, Catholica dicit, Non est dimittenda vnitas, nõ est pcidenda ecclesia dei, Iudicabit deus de malis & bonis, postea. Si nunc mali a bonis separari non pũt, ferendi sunt ad tempus. Mali in area nobiscũ esse pñt, in horreo non possunt. Et forte hodie qui mali apparent, cras boni erunt: & qui de bonitate hodie superbiunt, cras mali inueniẽtur. Quisquis ergo humiliter malos ad tps fert, ipse perueniet ad requiem sempiternam. Hæc vox catholica est. Illorũ autem vox qualis est, nõ intelligentiũ neq. q̃ loquunt, neque de quibus affirmant? Ne tangas immundũ: & qui tetigerit immundũ, inquinabitur. Separemus nos, ne cõmisceamur malis. Et nos illis, Amate pacem, diligite vnitatem. Nescitis a q̃ multis bonis separemini, dum quasi malis calũniamini? Furiunt, sæuiunt, quando ista dicimus, nam quærunt & mortificare nos. Apparuerũt sæpe impetus eorum, apparuerunt insidiæ. Cum ergo inter insidias illorum viuimus, & quibus dicimus, amare pacẽ, aduersantur nobis, nõnne vox ista nostra est, cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus? Cum loquerer illis debellabãt me gratis.) Quid est autem fratres, debellabant me? Et parũ erat, si non adderet, gratis. Quibus dicimus, amate pacem, Christum amate: nunquid dicimus, amate & honorate nos, sed honorate Christum. Nos nolumus honorari, sed illũ: nã nos quid sumus ad Apostolũ Paulum? qui tũ dicebat illis paruulis, quos mali homines & mali suasores præcidere ab vnitate in schismata volebãt. Quid eis dicebat ille? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Hoc & nos dicimus, Amate pacem, amate Christum: si. n. amant pacẽ, Christum amant. Cum ergo dicimus, amate pacem: hoc dicimus, amate Chrm. Quare? Quia de Christo ait Apostolus, Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Si ergo Christus, ideo pax, quia fecit vtraque vnum, quare vos de vno feciſtis duo? Quomodo ergo pacifici estis, vt cũ Christus faciat vnum de duobus, vos faciatis de vno duo? Sed quia hæc dicimus, cum his qui oderunt pacem sumus pacifici, & tamen illi qui oderunt pacem, cum loquerer eis debellabant nos gratis.

Matt.3.

I

1.Ti.1. K

Esai.52. Eccleſia ſtici.13.

1.Co.1. Ephe.2.

In Psalmum CXX. Enarratio.

SEcundus est iste psalmus eorũ quorũ titulus est, Cãticũ graduũ.) Plures. n. sunt significantes, vt iã in primo eorũ audistis, ascensum nostrũ, qui fit in cordẽ ad deũ, in conualle plorationis. i. ab humilitate tribulationis. Ascensus. n. vtilis nobis non potest esse, nisi primo humilitatis, a conualle plorationis nobis ascendendum esse meminerimus: conuallis enim terræ locus est depressus: sicut loca terrę alta mõtes & colles, ita conuallis locus humilis: nedum præpropere & præpostere q̃rimus exaltari, non ascendamus sed ruamus. Docuit autem ipse dñs a conualle plorationis ascendendũ, qñ pro nobis humiliari vsque ad mortẽ crucis & pati dignatus est. Hoc exemplum non relinquamus. Istã conuallẽ plorationis martyres intellexerunt. Vñ intellexerunt? vnde? Quia & ipsi de cõualle plorationis vt coronarentur ascẽderũt.

psal.83.

M

Congruit

Psal.125 Cõgruit & hodierno die psalmus iste Cãticũ graduum: de illis. n. dictum est, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Hæc est conuallis plorationis, vbi a flentibus mittunt̃ semina. Quæ sunt aũt semina? Bona opera in ista tribulatione terrena. Qui bene operatur in conualle plorationis, similis est homini seminanti p hyemẽ. Nunquid frigore ab opere deterretur? Sic nos pressuris mundi nõ debemus a bono opere deterreri, quia vides, quid sequit, Euntes, inquit, ibant & flebant mittentes semina sua. Valde miseri si semp flebant, valde miseri si nunq̃ de lachrymis sunt liberati: sed vide quid sequitur, Venientes aũt venient in exultatione, portantes germina sua. Nihil aliud istis cãticis docemur fratres q̃ ascendere, sed ascendere in corde, in affectu bono, in fide, spe, & charitate, in desyderio perpetuitatis & vitæ æternę. Sic ascenditur: Congruit nos dicere qũo ascendendũ sit. Quanta terribiliora lecta de Euãgelio audiuit charitas vestra? Videtis certe, quia hora dñi sicut fur in nocte ita veniet. Si sciret, inquit, paterfamilias qua hora fur veniret, amen dico vobis qa non pateretur perfodi parietem suũ. Dicitis modo, Quis ergo nouit qua hora veniet, quæ hora sicut fur erit? Nescis qua hora veniat, semper vigila, vt quod nescis qñ veniat, paratum te inueniat cum venerit. Et ad hoc forte nescis quando vẽturus est, vt semper paratus sis. Illum enim patremfamilias subito occupabit hora illa, qui paterfamilias superbus significatus est. Noli velle esse paterfamilias, & non te subito illa hora occupabit. Et qd ero, inquis? Qua lẽ audisti de psalmo, Pauper & dolens ego sum. Si. n. pauper & dolens eris, non eris paterfamilias quem illa hora subito inueniet, & subito premet. Patresfamilias sunt enim illi qui præsumentes de cupiditatibus suis & in delitijs huius seculi diffluentes, tument, & eriguntur aduersus humiles, & insultant sanctis intell gentibus angustam vitã, quæ ducit ad vitã. Talibus. n. venit illa hora subito, quia tales erant & in diebus Noe, quorum dierum commemorationem audistis factam in Euangelio, Sic erit aduentus filij hominis, inquit, quomodo in diebus Noe, Manducabant, bibebant, nubebant, vxores ducebant, nuptias dabant, ædificabant, donec introijt Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Quid ergo? Omnes peribunt qui ista faciunt, qui nubunt, qui vxores ducunt, qui nouellant, qui ædificant? Non. Sed qui de his præsumunt, sed qui ista deo præferunt, sed qui p p hæc offendere deũ cito parati sunt. At vero qui istis inanibus omnibus aut non vtuntur, aut vtuntur tãquam non vtentes, plus præsumentes de illo qui dedit q̃ de his quæ data sunt, & intelligentes in his eius cõsolationem & misericordiam, & non sunt occupati donis, ne a donatore ruant, qui tales sunt non illos inuenit imparatos hora illa sicut fur: ta libus dixit Apostolus, Vos autem nõ estis in tenebris, vt dies ille vos tanquam fur comprehendat: omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. Ideo dominus cum diceret timendam esse horam sicut furem, noctem posuit: & Apostolus ita ait, Quia hora domini sicut fur in nocte ita veniet. Nõ vis vt te inueniat, noli esse in nocte. Quid est, noli esse in nocte? Filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis & tenebrarum? Iniqui, impij, infideles. Sed & ipsi audiant antequam veniat hora, & dicat illis Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Sicut iste psalmus habet euigilent, Iam illuminati sunt montes. Quid adhuc dormiunt?

1.Co.6.

Mat.24.

1.The.5

Mat.24

1.The.5

C

Ephe.5.

Expositio Psalmi.

LEuent oculos suos in mõtes, vnde veniet auxilium illis.) Quid est iã illuminat sunt montes? Iã ortus est sol iustitiæ, iã ab Apostolis prædicatum est Euangelium, prædicatæ sunt scripturæ, patuerunt omnia sacramenta, conscissum est velum, patuit secretum templi: iam tandẽ leuent oculos suos in montes, vnde veniet auxiliũ illis. Hoc. n. præcipit illis iste Psalmus secundus de his qui inscribuntur, Cãticũ graduum. Sed non rursus pſumant de montibus, quia nisi mõtes non a se lucent, sed ab illo lucent de quo dictũ est, Erat lumen verũ, qđ illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mudũ. Montes possunt intelligi, homines magni, homines clari. Et qs maior est Ioanne Baptista? Qualis ille mõs erat de quo dñs ipe dicit, In natis mulierũ nemo exurrexit maior Ioãne Baptista? Vides certe istũ magnũ montẽ lucentem, audi confitentẽ. Quid cõfitẽtẽ? Nos

Mat.27.

Ioan.1.

Mat.11.

omnes

D omnes,inquit, de plenitudine eius accepi-
Ioan. 1. mus. De cuius ergo plenitudine acceperũt montes, ab illo est tibi auxiliũ, non a mõtibus, Salus igitur nostra & auxilium nostrum Chrs filius summi patris, & cũ eodem patre deus omnipotens est, & cũ ipso permanens semper sedm id quod est. In illos denique, quos commemoraui montes, nisi leuaueris oculos per scripturas, non admoueberis vt ab illo illumineris, Cauta ergo quod sequitur. Si vis audire vt firmissime ponas pedes in gradibus, ne in illa ascensione, aut fatigeris, aut lapsus cadas. Auxilium, inquit, meũ a dño.) Non a qualicunque, quia dicuntur dñi multi mortales, caduci, miseri, sed a domino dominorum, vt ab illo videlicet Qui fecit cœlum & terram.] Ecce summum dominum, qui & deus & dominus dicitur. Deus, quia q̃cunque facta sunt, per ipsum sunt, & ab ipso sunt vt sint. Dominus autem eo quòd omnia quæ sunt possidet ineffabiliter. Igitur bonus & summus dominus, q & deus. Si ad hunc per prænominatos montes leuaueris oculos, auxilium tuum sempiternaliter erit. Vt ergo auxilium tuum sit roga, & dic quod sequitur, Ne des ad mouẽ dum pedem meum.) Vnde mouentur pedes? vnde motus est pes illi qui erat in paE radiso? Sed prius attende vnde motus est illi pes qui erat inter angelos, & moto pede cecidit, & de angelo factus est diabolus: modo.n.pede cecidit. Quare vnde cecidit, superbia cecidit, de cœlo in terrã. Angelus erat in cœlo, cadens in terram diabolus a seipso per suam superbiã effectus est. Quisquis superbit, diabolo participat. Si participat, idem est. Igitur omnis superbus diabolus per bicipitem portionem est, & hoc q̃diu superbus est. Non ergo mouet pedem nisi superbia ad ruinam. Non mouet pedem nisi superbia. Ad ambulandum & ꝓficiendum & ascendendum charitas mouet pedem. O lepidi ac limpidissimi pedes charitatis, qui humiles ad celsitudinem ꝓuehunt. Hos pedes charissimi semper imitando & amando sequamur, vt ad illum cuius sunt peruenire mereamur: quia vt
1. Ioã. 4. Ioannes ait, Deus charitas est. Superbiam omnino fugiamus, quæ mouet pedes ad cadendũ, ne & nos simul superbiendo cadamus. Ideo & ille qui dicit in Psalmo, Filij
Psal. 35. aũt hominũ sub tegmine alarum tuarũ sperabũt. Si sub tegmine, semꝑ humiles, semꝑ de deo sperantes, semper de se non præsumentes. Sub tegmine alarum tuarũ sperabunt: non.n.a se satiãtur vt beati sint. Sed quid sequitur? Inebriabuntur ab vbertate F domus tuæ, & torrente delitiarũ tuarum potabis eos. Ecce sitientes, ecce inebriati: ecce sitiũt, ecce bibunt: sed nõ a se bibunt, nec ipsi sibi sunt fontes. Sed vnde bibunt? Sub tegmine alarũ tuarũ sperabunt. Si sub alis, humiles sunt, quare? Quia apud te, inquit, est fons vitæ. Non ergo a se irriganG tur montes, sicut a se non illuminant montes: nam vide quid sequitur, In lumine tuo videbimus lumen. Si ergo in lumine ipsius videbimus lumen, quis cadit a lumine, nisi cui ipse non est lumen? Et qui voluerit sibi esse lumen, ipse cadit a lumine quo illuminatur. Ideo sciens non cadere nisi eum qui sibi vult lucere, cum sit ꝑ se tenebrę, statim subiecit, Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueat me: id est, imitatio peccatorum non moueat me vt cadam a te. Quare timuisti & dixisti, Non veniat mihi pes superbiæ? Sequitur, ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Quos modo vides operari iniquitatem, iam damnati sunt: sed vt dãnarentur, ibi ceciderunt, cum illis venit pes superbiæ. Recte ergo iste audiens vt ãscendat & non cadat, vt a conualle ploraH tionis proficiat, non in tumore superbiæ deficiat, ait deo, Ne des ad mouendum pedes meos. Et dominus illi, Neque dormitet qui custodit te.) Intendat charitas vestra. Quasi vna sententia facta est ex duabus vocibus. Homo dicit ascendens & cantans canticum nouũ canticum graduũ, Ne des ad mouendũ pedem meum: & deus tã quam diceret ad te, Ne des ad mouendum pedẽ meum, dicis mihi, Adde, Neque dormitet qui custodit te, & nõ mouebitur pes tuus, dixerit autem ille, Nunquid in potestate mea est, vt non dormitet q custodit me? Volo vt non dormiat neq. dormitet. Ergo illum tibi elige qui non dormiet neque dormitabit, & nõ mouebitur pes tuus. Deus nunquam est dormiens. Si vis habere custodem non dormientem, deum elige custodem. Ne des ad mouendũ pedẽ meũ dicis tu, bene, optime: sed & ille dicit tibi, Neque dormitet qui custodit te. Tu forte conuersurus te eras ad homines custodes, & dicturus, Quem sum inuenturus non dormientẽ? quis hõ non dormitabit? quem inuenio?

inuenio? quo ibo? quo reuertar? Ille tibi oñ dit Ecce non dormitabit neq. obdormiet, qui custodit Israel.) Vis habere ergo custodem non dormientem neque dormitantẽ?
H Ecce non dormiet neque dormitabit qui custodit Israel: Christus.n.custodit Israel. Esto ergo Israel. Quid est Israel? Israel interpretatur hõ videns deum. Et qũo videt deus? Primo per fidẽ, postea per speciẽ. Sed si Israel per speciem nondũ potes, ꝑ fidem vide, Si faciẽ eius videre non potes, qm̃ ibi species, posteriora eius vide. Hoc dictũ est
Gen. 33. Moysi a dño, Non potes videre faciẽ meã:
Exo. 33. posteriora mea videbis cum pertransiero.
Psal. 16. Expectas forte vt transeat, iam transiit, tu
Psal. 17. vide posteriora ipsius. Vbi transiit? Audi
Psal. 33. Ioannem, Cum veniisset, inquit, hora vt
Psal. 1. transiret de mundo ad patrem. Dñs noster Iesus Christus iam fecit Pascha. Pascha autem transitus interpretatur. Nam verbum est Hebræum, & putant homines Græcum esse quasi passionem, sed nõ est. A diligentioribus & a doctioribus inuentum est, quia Pascha Hebræum verbum est, & nõ interpretatur passionem sed trãsitum. Per passionem enim transiit dñs a morte ad vitam, & fecit nobis viam credẽtibus in resurrectionem eius, vt trãseamus & nos de morte ad vitam. Non magnum est, credere qa mortuus est Christus: hoc & pagani & Iudæi, & omnes iniqui creI dunt quia mortuus est. Fides Christianorum resurrectio Christi est. Hoc pro magno habemus, quia credimus eum resurrexisse. Ergo tunc se voluit videri cum transiret, hoc est, cum resurrexisset. Tunc in se
Psal. 4. voluit credi cum transiret, quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationem nostram. Et ipsam fidem in resurrectione Christi maxime cõ
Rom. 10. mendauit Apostolus: ait enim, Si credideris in corde tuo, quia deus eum suscitauit a mortuis, saluus eris: non dixit, Si credideris quia mortuus est Christus, qd & Pagani & Iudæi, & omnes inimici eius crederunt: sed ait, Si credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Hoc credere, hoc est esse Israel, hoc est videre deum. Quãuis adhuc in posteriora eius videas, tñ cum credideris in posteriora, peruenies ad visionem faciei. Quid est hoc? Cũ credideris in id qd posterius ꝓ te factus est Chrs, cũ credideris in id qd posterius suscepit Chrs. Nam in primo facies eius quæ est? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, Ioan. 1. & deus erat verbum. Posteriora eius quæ sunt? Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cum ergo credis in hoc qd̃ pro te factum est verbum, & resurrexit in K carne, ne tu de tua carne desperares, efficeris Israel. Factus autem Israel cum fueris, non dormitabit neque dormiet qui custodit te, quia iam Israel es, & audisti in Psalmo, Ecce non dormitabit neque obdormiet qui custodit Israel: Christus enim ipse dormiuit, sed resurrexit. Quid.n.ait ipPsal. 3. se in psalmo? Ego dormiui & somnum cepi. Nunquid remansit in somno? Exurrexit, inquit, quoniam dominus suscepit me. Si ergo iam resurrexit, iam transiit: si iam transiit, vide posteriora eius. Quid est, vide posteriora eius? Crede in resurrectioExo. 33. nem eius: & quia ait Apostolus, Etsi cruci 2. Co. 13. fixus est ex infirmitate, viuit in virtute dei: & iterum ait, Christus surgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra nõ Rom. 6. dominabitur. Recte tibi cantat, Ecce non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israel. Adhuc forte quæris carnali sensu, Quid est qui non dormitabit neque dormiet? Et cum quæris inter homines, falleris, nunquam inuenturus es. Noli ergo ꝓsumere de quoquam homine, Omnis homo dormit & dormitabit. Quando dormitat? Cum portat carnem infirmitatis. Quando dormiet? Cum fuerit mortuus. Noli ergo præsumere de homine: potest dormitare mortalis. Dormit moriens, noL li quærere inter homines. Et quis inquis, custodit me, qui non dormitat neque dormiet? Audi quid sequitur, Dominus custodit te.) Non ergo homo dormitans & dormiens, sed dominus custodit te. Quomodo te custodit? Dominus tegumentũ tuũ, super manum dexteræ tuæ.] Eia fratres intellegamus adiuuante domino quid sibi velit, Dominus tegumẽtum tuum super manum dexteræ tuæ. Videtur enim mihi habere sensum occultum quare nõ dixerit, Dominus custodiet te absolute & simpliciter, sed addidit, super manum dexteræ tuæ. Quid enim? Dexteram nostram deus custodit, & sinistram nostrã non custodit? Nõnne ipse nos totos fecit? Nõnne qui nobis fecit dexterã, ipse fecit & sinistram? Postremo si placuit dici de dextera sola, q̃re dixit, sup manũ dexteræ tuæ, & nõ iã

super

super manū dexterā tuam? Cur hoc diceret,nisi aliquid hic occultum ad quod pulsando peruenire mur abscōderet? Diceret enim, aut dñs custodiet te, & nihil adderet;aut si dexteram addere voluit, dñs custodiet te super dexteram tuam : aut certe quia addit manum,hoc diceret,dñs custodit te super manum dexteram tuam, non super manū dexteræ tuæ. Quod dñs ipse
M suggerere dignatur promam vobis, qui & in vobis habitat,sine dubio facit vos approbare verum esse quod dico, Nam quid dicturi sumus ignoratis,sed cum dixerimus, non ab ipsis nobis vobis ostendemus verū esse quod dicimus, sed vosipsi agnoscetis verum esse qđ dicimus. Vnde aūt agnoscetis, nisi demonstrante illo qui in vobis habitat,inquantum de illo numero estis,quorum vox est, Nedes ad mouendum pedē nostrum: & q̄bus dicitur,Neque dormiet qui custodit te? Oportet.n.vt Christus nō dormiat in vobis,& modo intelligitur verum esse qđ dicimus. Q̄ūo inquies? Quia si dormiet fides vestra dormit Christus in vobis. Christus.n.in corde vestro, fides
Ephe.3. Christi est. Ait Apostolus habitare Christum per fidem in cordibus vestris:in quo non dormit fides, vigilat Christus. Etsi forte dormiebat fides tua,& ideo in ista quæstione fluctuabas,quasi nauis illa quæ tempestatem patiebatur vbi Christus dormie
Matt.8. bat,excita Christum, & sedabuntur tempestates. Fidem ergo vestram interrogo charissimi, quoniam filij estis ecclesiæ, &
A in ecclesia profecisti,& in ecclesia proficitis qui nondum profecistis, & in ecclesia perficiendi estis qui iam proficitis. Interrogo vos, quid soletis intelligere quod di-
Matt.6. ctum est in Euāgelio,Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua? Hoc.n.intellecto inuenietis quæ sit dextera, & quæ sit sinistra,simul intelligetis & vtranque partem deum fecisse, & dexteram & sinistram, & tamen non debet scire sinistra quid faciat dextera. Sinistra nostra dicitur,quicquid temporaliter habemus:Dextera nostra dr, quicquid nobis æternum & incommutabile dominus pollicetur. Si autem ille qui dabit æternam vitam, ipse & de istis temporalibus consolatur præsentem vitam, ipse fecit dexteram & sinistram: dicit de qui-
Ps.142. busdam psalmus apud Dauid,Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Inuenit ergo quosdam & reprehendit,qui dexteram veram pro sinistra habebant, & veram sinistram dexteram sibi fecerunt. Qui sint isti,exponit cō sequenter. Omnis homo qui fœlicitatem non putat esse hominis nisi solum in istis temporalibus facultatibus & delitijs,& affluentia & copia mundi huius,iste est stultus atque peruersus, qui sinistram fecit sibi dexteram. Tales illi erant,de quibus di
B cit Psalmus,non quia a deo non acceperāt etiam quæ temporaliter possidebant, sed quia ipsam solam putabant esse beatam vitam, & nihil aliud requirebant: audite.n. quid de illis consequenter dicit,Quorum os locutum est vanitatem,& dextera eorū dextera iniquitatis: & sequitur,Quorum filij eorum velut nouellæ constabilitæ, filiæ eorum ornatæ sicut templi similitudo: cellari eorum plena, eructantia ex hoc in hoc,Oues eorum fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis,boues eorum crassi: nō est ruina sepis nec exitus,neque clamor in plateis eorum. Magnam fœlicitatem quorundam descripsit. Posset tamen istam fœ- Iob.21
licitatem & aliquis iustus habere, sicut habuit Iob: sed Iob p̄ sinistra illam habebat, non pro dextera. Nam dexteram non habebat,nisi apud deum perpetuam & sempiternam fœlicitatem. Ideo concessa est per cutiēda sinistra,& suffecit ei dextera. Q̄ūo percussa est sinistra? Tentationibus diaboli. Abstulit subito diabolus,permissus quidem a deo vt iustus probaretur,& impius puniretur,abstulit omnia. Sed Iob qui noC uerat sinistram sinistram esse,& dexteram non nisi dexteram,q̄ūo se tenuit ad dexteram? Exultauit in dño,consolatus est damna, quia non est passus damnum: de interioribus diuitijs dei plenum cor habebat, Dominus,inquit,dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est,sit nomen domini benedictum. Hæc erat dexteram ipsius,ipse dominus,ipsa vita æterna, il
Psal.35. la lucis possessio,fons vitæ, lumen in lumine.Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, ipsa erat dextera:sinistra vero erat pro adiutorio consolationis, non ad firmamentū fœlicitatis: nam fœlicitas eius vera atque germana deus erat. Isti autem de q̄bus di-
Psa.143 cit Dauid,quia os eorum locutum est vanitatem,& dextera eorum dextera iniquitatis,non hinc eos reprehēdit,quia his omnibus abundabant,sed quia os eorum locutum est vanitatem. Quid enim sequitur?

Cum

Cum enumerasset copias corū: ait,Beatū dixerunt populum cui hæc sunt. Hæc est vanitas quā locutum est os eorum,p̄ beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Tu quid dicis,qui nosti quid sinistra, & quid est dextera? Sequitur & dicit,Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Intendat ergo charitas vestra. Audiuimus & vidimus sinistram,audiuimus & dexteram.
D Audi hoc confirmatum in Canticis canti-
Cant.2. corū,Sinistra eius,inquit,sub capite meo. Spōsa dicit de sponso,de Christo ecclesia, in amplexu pietatis & castitatis. Quid ait? Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius complectetur me. Quid autem q̄a sursum erat dextera, deorsum sinistra, & sic complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad profectionem. Sinistra, inq̄t, eius sub capite meo. Deus illam dat, ideo sinistra eius,quia omnia ista temporalia deus dat? Quam vani sunt,quam impij q̄ ab idolis,a dæmonibus ista petunt? Quā multi a dæmonibus ista petunt,& non illa habent:& rursus,qui illa non petunt,a dæmonibus,habent ea:sed non a dæmonibus ista dantur. Item multi petunt a deo,& nō habent. Nouit illa dispensare sinistram,q̄ vocat ad dexteram. Ergo si est sinistra,sit sinistra,sed sub capite sit. Supra illam sit caput tuum.i.supra illam sit fides tua,vbi habitat Christus. Noli temporalia p̄ponere fidei tuæ, & non erit sinistra super caput tuum:sed omnia tēporalia subde fidei tuæ, & fidem tuam præpone omnibus temporalibus,& erit sinistra sub capite tuo, & re
G ctę dextera eius cōplectetur te. Audi hoc ipsum exponi in prouerbijs, quid est sinistra ipsa,quid est dextera:cum de sapientia diceret,Longitudo,inquit,dierum,& anni vitæ in dextera eius, in sinistra autē eius diuitiæ & gloria. Longitudo illa dierum, æternitas est. Hoc.n.proprio modo dicit scriptura longum,quod æternum est. Nā quicquid finem habet breue est: alio loco, Longitudine,inquit,dierum replebo eum. Et nunquid aliter pro magno diceretur, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt longæuus sis super terram? Super quam enim terram,nisi de qua dicit,Spes mea es tu,portio mea in terra viuentium? Ibi esse longæuum quid est, nisi ibi viuere in æternum? Nam hic esse longæuum quid est, nisi vsque ad senectutem peruenire? Et si longa videatur ætas, cum venerit mors cō uincitur breuis,quia finitur. Et multi maledicentes parentibus senescunt in hac terra,multi autem obsequentes parentibus,cito eunt ad dominum. Nunquid ergo im- Prou.3.
pletur,vt longæuus sit secundum hanc vitam? Sed longæuum pro æternitate illa positum est. Longa vita est in dextera eius. At vero diuitiæ & gloria.i.sufficientia vitæ huius,ea quæ bona existimantur ab hominibus,sinistra est. Nescio quis venit & vult tibi percutere dexteram.i.tollere tibi Matt.5.
fidem tuam,Tu accepisti alapam in dexte F
ram, præbe sinistram.i.vt illud tollat qđ temporale est, & non ea quæ æterna habes. Audite Paulum Apostolum hoc facientem. Homines persequebantur in eo p̄ Christianus erat: percutitur illi dextera,ille sinistram opponebat, Ciuis Roma- Act.22.
nus sum ait. Dexteram contemnebant illi, & ille de sinistra terrebat, quia illi dexteram eius timere non poterant, nōdum.n. Christo crediderant. Quid ergo? Si dextera amplectitur, sinistra sub capite est. Quid Cant.2.
est, Nesciat sinistra tua quid faciat dexte- Matt.6.
ra tua? Id est,quando facis bonum opus, p̄pter vitam æternam fac. Nam si opus bonum in terra propterea feceris vt terrena tibi abundent, scit sinistra tua quid faciat dextera tua: miscuisti dexteram sinistræ. Noli facere nisi propter vitam æternam: ideo fac & securus facies:hoc enim mandauit deus. Si propter solas res humanas, & solam vitam istam facis quod facis,sinistra sola operatur. Si autem propter vitam æternam opereris, dextera sola operatur. Si autem habes intentionem ad vitam æternam,sed surrepit tibi cupiditas vitæ tēporalis, vt attendas etiam istam quando facis opus bonum, vt hic tibi aliquid retribuatur, miscet se sinistra operibus dexteræ. Hoc vetat deus. Veniamus nunc G
ad illud quod ait Psalmus, Dominus tegumentum tuum super manum dexteræ tuæ. Manum,potestatem dicit. Vnde probamus? Quia & manus dei, potestas dei dicta est: nam diabolus qui tentauit Iob, Iob.1.
hoc ait deo,Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet. Quid est,mitte manum tuam,nisi da potestatem? Euidentius audi frater, ne forte carnali sensu adhuc cogites quia membris distinctus est deus: audi euidenter quomodo dicatur manus potestas: ait quodam loco scriptura, Mors &

vita

vita in manibus linguæ. Nouimus linguas fruſta quædam carnis, in ore mouẽtur, & percutiendo palatum & dentes diſtinguunt ſonos quibus loquimur: oſtendantur mihi manus linguæ. Lingua ergo nõ habet manus, ſed habet & manus. Quæ ſunt manus linguæ? Ptãs linguæ. Quid eſt, mors & vita in manibus linguæ? Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condẽnaberis. Ergo ſi manus poteſtas, quid eſt manus dexteræ? Nihil arbitror intelligi congruentius, niſi vt intelligamus manus dexteræ poteſtatem quam tibi dedit deus, vt ſi velis, donante deo ad dexteram ſis.

H Erunt enim impij omnes ad ſiniſtrã, erũt autem omnes filij boni ad dexteram, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, p cipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Vt autem ſis ad dexteram, id eſt, vt poſsis dei filius fieri, poteſtatem accepiſti. Quam poteſtatem? De qua dicit Apoſtolus Ioannes, Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Vnde accepiſti hanc poteſtatem? Credentibus, inquit, in nomine eius. Si ergo credis, ipſa tibi poteſtas data eſt, vt ſis inter filios dei. Eſſe autem inter filios dei, hoc eſt ad dexteram pertinere. Ergo ſi des tua manus dexteræ tuæ, id eſt, poteſtas quæ tibi data eſt, vt ſis inter filios dei, manus eſt dexteræ tuæ. Sed quid valet ipſa poteſtas quam accepit homo, niſi dominus protegat? Ecce credidit, iam ambulat in fine. Infirmus eſt inter tentationes, agitatur inter moleſtias, inter carnales corruptiones, inter ſuggeſtiones cupiditatis, inter verſutias & laqueos inimici. Quid valet ergo quia habet poteſtatem, & credidit in Chriſtum, vt ſit inter filios dei? Væ homini illi, niſi & ipſius fidem dominus protegat, id eſt, vt non te permittat tentari ſupra quàm potes ferre, ſicut dicit Apoſtolus, Fidelis deus qui non vos permittet tentari ſupra quàm poteſtis ferre. Ille ergo qui nõ ſinit tentari ſupra quàm poſſumus ferre, quamuis iam fideles ſimus, quamuis iam manus dexteræ noſtræ ſit in nobis, protegit nos deus ſuper manum dexteræ nſræ. Non nobis ſufficit habere manum dexteræ, niſi ille & ipſam manum dexteræ protegat. Ecce hoc de tentationibus dixi, Intendite quid ſequatur, Protegat te dominus ſuper manum dexteræ tuæ.) Dixi & quod arbitror recognouiſtis. Si enim non recognouiſſetis, & de ſcripturis non recognouiſſetis, non vocibus veſtris intellectũ veſtrum mihi ſignificaretis. Ergo quia intellexiſtis fratres, videte quid ſequtur, quare protegat dominus & ſuper manum dexteræ, id eſt, ſuper ipſam fidem, in qua poteſtatem accepimus eſſe inter filios dei, & eſſe ad dexteram. Quare oportet vt protegat dominus? Propter ſcandala. Vnde ſunt ſcandala? De duobus timenda ſunt ſcandala, quia & duo ſunt præcepta, in quibus tota lex pendet & Prophetæ, dilectio dei & proximi. Eccleſia propter deum, in deo p ximus diligitur, deus autem propter deũ. In deo intelligitur figurate dictus ſol, in eccleſia intelligitur figurate dicta luna. Quiſquis poteſt errare vt aliud de deo cre dat quàm oportet, non credat patrem & filium ſpiritumſanctum vnius eſſe ſubſtantiæ, deceptus eſt verſutia hæreticorum, maxime Arrianorum qui tres ὑποστάσεις, id eſt, tres ſubſiſtentes ſubſtantias, introduxerunt, ſed dei miſerante auxilio primus huius author erroris exilio dãnatus catholicorum patrum perpetuo, nũquam ad communionem dicitur morte interueniente peruenisſe. Alius vero per totam Orientis regionem digna & conſimili multatus eſt pœna. Sed ſi aliquis horum vel aliorum, vt dixi, deceptus erroris væſania, aliquid minus in filio, aut minus in ſpirituſancto quàm in patre crediderit, paſſus eſt ſcandalũ in deo, a ſole vritur. Quiſquis rurſus putauerit eccleſiam in vna parte eſſe, & non eam cognouerit diffuſam toto orbe terrarum, & crediderit eis qui dicunt, Ecce hic eſt Chriſtus, & ecce illic, ſicut modo audiſtis cum Euangelium legeretur, cum ille totum orbem emerit, quia tantum precium dedit, ille tanquam in ꝓximo ſcandalizatur, a luna vritur. Quiſqs ergo errat in ipſa ſubſtantia veritatis, a ſole vritur, & per diem vritur, quia in ipſa ſapientia errat, de qua dictum eſt, Dies diei eructat verbum: vnde dicit & Apoſtolus, Spiritalibus ſpiritalia comparamus, Dies diei eructat verbum, ſpiritalibus ſpiritalia comparantes. Dies diei eructat verbum, ſapientiam loquimur inter perfectos. Quid eſt, & nox nocti indicat ſcientiam? Paruulis prædicatur humilitas Chriſti, & caro Chriſti, & crucifixo Chriſti, quia ipſum eſt lac quod ſufficit paruulis: & ideo non relinquuntur in nocte paruuli, quia lucet & luna etiam in nocte, id eſt, per carnem Chriſti

Chriſti prædicatur eccleſia, quia ipſa caro Chriſti caput eccleſiæ eſt. Quiſquis ibi nõ ſcandalizaſ, in ipſa eccleſia & in carne Chriſti, à luna nõ uritur. Quiſquis ſcãdalizatus nõ fuerit in veritate illa incommutabili & incontaminabili, à ſole nõ vritur, nõ iſto ſole nõ vritur quem nobiſcum uident muſcæ & pecora, ſed illo ſole de quo dicũt impij in fine, Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitirũ iactatio quid contulit nobis? Tranſierunt omnia tanquam vmbra. Et cum iſta dixiſſent, ergo, inquit, erramus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen nõ luxit nobis, & ſol nõ eſt ortus nobis. Nun quid non iſte ſol omnibus impijs oritur, illo inſtituente de quo dictum eſt, Qui facit ſolẽ ſuum oriri ſuper bonos & malos? M Ergo alium ſolem fecit deus qui oritur ſuper bonos & malos, iſtum quem videt & boni & mali. Alius eſt autem ille ſol, non factus, ſed genitus, per quem facta ſunt omnia, ubi eſt intelligentia incommutabilis veritatis. De ipſo dicunt impij, & ſol non ortus eſt nobis. [De hoc ſole pater Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus ita pulchre loquutus eſt: filius, inquit, dei a patre ſolo eſt, non factus nec creatus, ſed genitus.) Quiſquis in ipſa ſapientia nõ errat, nõ vritur à ſole. Quiſquis in eccleſia & in carne domini, & in his quæ pro nobis temporaliter geſta ſunt nõ errat, nõ vritur à luna. Omnis autem hõ quãuis iam crediderit in Chriſtum, aut ibi errat, aut ibi, ſi non in illo ſit quod dictum eſt, Dñs tegumentũ tuum ſuper manũ dexteræ tuæ: (quaſi p diem à ſole, & vritur à luna per noctem.] ideo enim cum dixiſſet, Dñs tegumentum tuum ſuper manũ dexteræ tuæ, quaſi q̃ſiſſet ille & dixiſſet, Iam ecce eſt manus dexteræ meæ, iam elegi credere in Chriſtum, accepi poteſtatem inter filios dei eſſe, quid eſt quod deus tegumentum meum eſt adhuc ſupra, i. ſuper malum dexteræ meæ? Sequitur, Per diem ſol non vret te, neque A luna per noctem.] Ad hoc igitur tegumẽtum tuum eſt ſuper manum dexteræ tuæ, vt non te vrat ſol per diem, neque luna p noctem. Nam hinc itelligite fratres, quia figurate dictum eſt. Etenim reuera fratres ſolem viſibilem ſi cogitemus, urit per diẽ. Nunquid luna urit per noctem? Sed quid eſt vſtio? Scandalum: audi Apoſtolum dicentem, Quis infirmatur & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?

Per diem ergo ſol non vret te, neque luna per noctem. Quare? quia dominus cuſtodiet te ab omni malo.] A ſcandalis in ſole, & a ſcandalis in luna, Ab omni malo te cuſtodiet qui eſt tegumentum tuum ſup manum dexteræ tuæ, qui non dormit neque dormitabit. Et ad quam rem? Quia in tentationibus ſumus, dominus cuſtodiet te ab omni malo. Cuſtodiat animam tuam dominus.) Etiam in ipſa anima. Cuſtodiat dominus introitum tuum & exitum tuũ ex hoc nunc & vſque in ſeculum.] Et non quaſi corpus tũum, nam in corpore perempti ſunt martyres, ſed cuſtodiet animam tuam dominus, quia de anima non ceſſerunt martyres, & ſeuiebant perſecutores in Chriſtianam, cuius hodie natalitia celebramus, ſæuiebant in fœminam diuitem & delicatam: ſed fortis erat, quia dominus tegumentum eius ſuper manum dexteræ eius, ille qui eam cuſtodiebat. Hæc enim fratres nunquid eſt qui in Aphrica ignoret? Clariſſima etiam fuit, nobilis genere, abundans diuitijs: ſed hæc omnia ſiniſtra erant, ſub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput, & ſiniſtra illi obiecta eſt quæ erat ſub capite. Caput ſupra erat, dextera deſuper complectebatur. Quid poterat facere perſecutor, quãuis delicatę fœminæ? Erat quidem illa & ſexu infirma, & diuitijs forte languidior, & cõſuetudine corporali infirmior. Sed quid ad tanta munimenta? Quid ad illum ſponſum mittentem ſiniſtram ſub caput, & dextera ſua complectentem? Quando ſic munitam percuteret inimicus? Et tamen percuſsit, ſed in corpus. Quid autem dicit pſalmus? Cuſtodiat dominus animam tuam. Anima non ceſsit, corpus percuſſum eſt. Et corpus ad tempus percuſſum eſt: nam in fine reſurrecturum eſt, quia & ipſe qui dignatus eſt eſſe caput Eccleſiæ, præbuit corpus ſuum ad tempus percutiendum. Sed carnem reſuſcitaturus eſt. Ideo ſuſcitatum eſt caput, quod attenderet corpus vt non deficeret. Cuſtodiat animam tuam dominus: ipſa non cedat, ipſa non franga C tur ſcandalis, in perſecutionibus, in tribulationibus ipſa non cadat deficiendo, ſicut dominus dicit, Nolite timere eos q corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere, ſed eum timete qui habet poteſtatem corpus & animam occidere & mittere in gehennam ignis. Hanc ergo animã

Passa E in Tyro. 8. kalen. Auguſt. B

Canti. 2

Mat. 10.

tuam custodiat dominus, ne cedas persuasori malo, ne cedas promittenti falsa, ne cedas minanti temporalia, & custodiat animam tuam dominus: & deinde custodiat dominus introitum tuum & exitum tuú, ex hoc nunc & vsque in seculum. Nam introitum tuum ad tempus attende. Custodiat dominus introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculú: exitum idem custodiat. Quid est introitum tuum? quid est exitum? Quando tẽtamur, intramus: quando vincimus tentationem, eximus. Audi introitum, audi exitum. Vasa figuli probat fornax, ait scriptura, & homines iustos tentatio tribulationis. Si sic sunt homines iusti, quomodo vasa figuli, necesse est vt vasa fornacem intrẽt. Et nó quando intrant iam securus est figulus, sed cum exierint. Dominus autem securus est, quia nouit qui sunt eius, & nouit qui in fornace non crepent. Illi autem nó crepant, qui non habent ventum superbiæ. Humilitas ergo custodit in omni tentatione, quia à conualle plorationis ascendimus cantantes cãticum graduum nouũ. Et custodit dominus introitum, vt salui intremus. Sana fide simus quando accedit tentatio, & custodit exitum ex hoc nuuc & usq. in seculum. Cum enim exierimus ab omni tentatione, iam in æternum nulla nos tentatio terrebit, nulla concupiscentia saltem sollicitabit. Audi Apostolum idipsum commemorantem, quod pauloante cõmemoraui, Fidelis deus qui non permittet vos tentari supra quam potestis ferre. Ecce introitus tuus custoditur, quando nõ tibi sinit deus accidere tentationem, quã nõ potes ferre. Introitum tuum custodit & exitum. Sed faciet, inquit, cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Nunquid possumus nos fratres interpretari aliter, q̃ ipsa verba Apostoli docuerunt? Custodite ergo uos, sed non à vobis, quia dominus tegumentum tuum qui custodit, q̃ non dormitat nec dormit. Semel dormiuit pro nobis, surrexit, iam non dormiet. Nemo de se præsumat, de conualle plorationis ascendimus, non remaneamus in via. Gradus in via restant, non debemus pigri remanere, non debemus superbi cadere. Dicamus deo, Non moueat pes noster, non dormiet qui custodit nos. In nostra potestate est, deo donante, si eum nobis faciamus custodem, qui non dormit neq. dormitat, qui custodit Israel. Quem Israel? Videntem deum. Ita erit auxiliú tuú à domino, ita erit tegumentum tuum super dexterę tuæ, ita custoditur introitus tuus & exitus tuus ex hoc nunc & vsque in seculum. Nã si de te præsumpserit, motus est pes tuus: si motus est pes tuus, iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis si superbus es, quia humilis in conualle plorationis dicit, Ne des ad mouendum pedẽ meum. Etsi breuis psalmus est, longa tamẽ tractatio, & longus sermo. Putate fratres quia per natalem beatæ Christianæ inuita ui vos, & immoderatior fui in conuiuio producendo. Nonne posset hoc vobis fieri, si quis uos militaris inuitaret, & ad mensam sine mensura bibere cogeret? Liceat nobis hoc facere in sermone diuino, vt inebriemini & satiemini, quemadmodum & dominus pluuia sua temporali dignatus est terram irrigare, vt cum maiore gaudio vos non sineret ire ad locum martyrum, si cut hesterno die promiseramus. Illi enim martyres sine labore hic sunt nobiscum.

Ecclesiastici. 27.

D

2. Ti. 2.

Psal. 83.

Epilog.

E

F

In Psalmum CXX. Enarratio.

SIcut amor immundus inflammat animam, & ad terrena concupiscenda & peritura sectanda vocat perituram, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea quæ non trãseunt neque moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cœlum. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis: necesse ẽ vt ducat. Sed vis nosse qualis amor sit? Vide quo ducat: non enim monemus ne mundum ametis, vt cum qui fecit mundum libere ametis. Obligata enim anima amore terreno, quasi viscum habet in pennis, volare non potest: mundata vero ab affectibus sordidissimis seculi, tanquam extensis pennis & duabus alis resolutis ab omni impedimento: id est, duobus præceptis dilectionis dei & ꝓximi, volat. Quo nisi ad deum ascendit volando, qui ascendit amando? Quando antequam possit, gemit in terra, si iam inest ei volandi desiderium, & dicit, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Quo autem volabit, nisi de medijs scandalis, vbi gemebat etiam iste cuius hæc vox est quam commemoraui? De medijs ergo scan-

Mat. 22

G

Psal. 54.

scandalis à commixtione maiorum hominum, à paleis quibus grana cõmixta sunt volare vult, vbi non patiatur coniunctionem & societatem iniqui alicuius, sed viuat sancta societate angelorum ciuium in æterna Hierusalem. Ideo psalmus iste quẽ hodie suscepimus tractãdum sanctitati vestræ, ipsam Hierusalem desiderat. Iste qui ascendit in hoc psalmo: est enim Cãticum graduum.] Quod sæpe diximus charitati vestrę, quia non sunt ibi gradus descendẽtium, sed ascendentium. Ascendere ergo vult iste. Et quo vult ascendere, nisi in cœlum? Quid est in cœlo? Vtrum ideo vult ascendere, vt sit cum sole & luna & stellis? Absit. Sed est in cœlo æterna Hierusalem vbi sunt ciues nostri angeli: ab ipsis ciuibus nostris peregrinamur in terra. In peregrinatione suspiramus, in ciuitate gaudemus. Inuenimus autem & socios in ista peregrinatione terræ, qui iam viderunt ipsam ciuitatem, & inuitãt nos vt curramus ad illam, Ad hos gaudet iste, qui dicit.

H

Expositio Psalmi.

IOcundatus sum in his quæ dixerunt mihi, in domum domini ibimus.) Fratres, veniat in mentem charitati vestræ si qua forte festiuitas martyrum & locus aliquis sanctus nominatur, quo certo die turbæ confluunt ad celebrandam solennitatem, illæ turbæ quomodo se exuscitant, quomodo se hortantur & dicunt, eamus eamus? Et q̃rũt, Quo eamus? Et dr, Ad illum locum, ad sanctum locũ. Inuicem sibi loquuntur, & tanquã incensi singillatim faciunt vnam flammam, & ipsa vna flamma facta ex collocutione sese ascendentiũ rapit illos ad locum sanctum, & cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locum tẽporalẽ sic sapit amor sanctus, qualis amor debet esse qui concordes rapit in cœlum, dicentes sibi in domnm domini ibimus? Ergo curramus, curramus, quia in domũ domini ibimus. Curramus, & non fatigemur, quia illuc peruenimus vbi non lassabimur. Curramus in domum domini, iocundet anima nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui n. ea nobis dñt, priores viderũt ipsam patriam, de lõginquo clamantes ad posteriores, In domũ dñi ibimus, ambulate, currite: viderũt illã Apostoli, & dixerũt nobis, Currite, ambulate, seq̃mini, in domũ dñi ibimus: Et quid dicit vnusq̃sque nostrũ? Iocũdatus sum in his q̃ dixeruut mihi, in domum dñi ibimus. Iocundatus sum in prophetis, iocundatus sum in Apostolis. Oés. n. isti dixerunt nobis, in domũ domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs Hierusalem.) Ecce habes domum dñi, si quęrebas quid sit domus dñi. In illa domo dñi laudatur, qui condidit domum, ipsæ & delitię omnium habitantiũ in domo. Ipse sola spes hic, & res ibi. Ergo qui currunt quid debent cogitare? Quasi ibi iã sint & ibi stent. Magnum est enim ibi stare inter angelos, & non deficere. Qui enim inde lapsus est, in veritate nõ stetit. Quicũque non sunt lapsi, in veritate stant: & ille stat qui deo fruit: qui autem se frui volue rit, cadit. Quis autem se frui vult? Qui superbus est: Ideo ille qui semper stare volebat in atrijs Hierusalem, In lumine tuo inqt, videbimus lumen: non in lumine meo. Et apud te, inquit, fons vitæ: non apud me: & quid adiecit? Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniqtatẽ, expulsi sunt, nec potuerũt stare. Si ergo illi ió nõ potuerũt stare qa superbi fuerũt, humiliter tu ascẽde, vt dicas, Stãtes erãt pedes nri in atrijs tuis Hierusalẽ. Cogita qualis ibi futurus sis. Et quãuis adhuc in via sis, hoc tibi pone ante oculos quasi ibi stes, quasi iam inter angelos indeficiẽs gaudeas: & fiat in te qđ dictũ est ,, Beati q̃ habitãt in domo tua, in secula seculorũ laudabũt te. Stãtes, erãt pedes nri in atrijs tuis Hierusalẽ? Solet. n. dici & ista Hierusalem: sed ista Hierusalẽ, qñ ista Hierusalẽ stare nõ potuit, q̃ in ruinã cõuersa est. Hoc ergo ꝓ magno spũssanctus ex inflãmato corde amãtis huius eloq̃ũ, qa dicit, Stãtes erãt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalẽ? Non ne illa est Hierusalem cui dixit dominus, Hierusalẽ Hierusalẽ q̃ interficis prophetas, & lapides missos ad te? Quid magnum ergo iste cõcupiscebat, stare inter illos qui interficiebãt ꝓphetas & lapidabãt missos ad se? Absit vt de ista Hierusalẽ sic cogitet q̃ amat, q̃ sic ardet, q̃ sic vult ꝓuenire ad illã Hierusalẽ matrẽ nr̃am, de q̃ dicit Apostolus, ꝙternã in cœlis. Audi postremo, noli mihi credere, audi qđ sequaĩ, & quã Hierusalẽ designet mẽtibus nr̃is: cũ. n. dixisset, Stãtes erãt pedes nr̃i in atrijs tuis Hierusalẽ: q̃si diceret illi, De q̃ Hierusalẽ dicis, de qua Hierusalẽ loq̃ris, subiecit statim, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas,] Fra-

Ioan. 8.

Psal. 35.

K

Psal. 83.

Mat. 23

Gala. 4.

L

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres, quando dicebat ista Dauid, perfecta erat illa ciuitas nõ ædificabatur. Nescio quã ergo ciuitatem dicit quæ modo ædificatur, ad quã currũt in fide lapides viui, 1.Pe. 2. de quibus Petrus, Et vos tanquã lapides viui coædificamini in domũ spiritalem. i. tẽplum sctm dei. Quid est, lapides viui coædificamini? Viuis, si credis: si aũt credis, efficieris tẽplũ dei: qa dicit Apostolus Pau- 1.Co.3. lus, Templum.n. dei sctm est quod estis Ipsa ergo modo ciuitas ædificat: Præciduntur de montibus lapides p manus pdicantium veritatem, conquadrantur vt intrent in structuram sempiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt, non cadunt de manibus artificis, vt possint perfecti coædificari in structurã templi. Est ergo ista Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, fundamentum ipsius Christi est: dicit Apostolus Paulus, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Fundamentum qñ ponitur in terra, desuper ædificantur parietes, & pondus parietum ad ima tendit, quia in imo positum est fundamentum. Si autẽ fundamentum nostrum in cœlo est, ad cœlũ ædificemur. Corpora ædificauerunt istam structuram quam videtis amplã surrexisse huius basilicæ: & qa corpora ædificauerunt, fundamentum in imo posuerunt. Quia verõ spiritaliter ædificamur: fundamentum nostrum in summo positũ est. Illuc ergo curramus, vbi ædificemur, quia de ipsa Hierusalem dictum est, Stantes erãt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Sed quã Hierusalem? Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Parum dixit vt ostenderet Hierusalẽ, quia dixit vt ciuitas ædificatur: Adhuc potest illa corporalis intelligi. Quid si.n. existat aliquis & dicat, Iã quidem & cum ista diceretur tem- 4.Re.25 poribus Dauid & ista canerentur, erat ciuitas illa perfecta, sed videbat in spiritu ruituram, & iterum ædificandam. Expugnata est.n. illa ciuitas, & factus est transi- A tus in Babyloniam populi captiuati, & dicta est ista in scripturis, transmigratio in Hie.25. & 29. Babyloniam. Et prophetauit Hieremias post septuaginta annos captiuitatis ædificari posse illam ciuitatẽ quæ destructa erat à debellantibus. Forte ait aliqs, Hoc videbat Dauid in spũ ruiturã ciuitatẽ Hierusalẽ à debellãtibus, & iterũ posse post septuaginta annos ædificari: & iõ dixit, Hierusalẽ quæ

M Ibidem. ædificatur vt ciuitas. Noli ergo putare illã ciuitatẽ esse dictã, sed q̃ constat ex sanctis, tanquã ex lapidibus viuis. Quid sequit vt tollat totã dubitationem? Ait.n. Stantes erant pedes nri, in atrijs tuis Hierusalem. Sed quam dico Hierusalem? Nũquid istã, inquit, quã videtis stare corporeis parietibus erectam? Non, sed Hierusalem q̃ ædificatur vt ciuitas. Quare non ciuitas, sed ut ciuitas, nisi quia ista structura parietũ quæ erat in Hierusalem, visibilis ciuitas erat, sicut proprie dicitur ab omnibus ciuitas: illa autem ædificatur tanquam ciuitas, quia & illi qui in eam intrant, viui tanquã lapides sunt: non.n. vere lapides sunt. Sicut illi alij vt lapides, non lapides: sic illa vt ciuitas, non ciuitas, quia dixit, q̃dificat. Nomine quippe ædificij, structuram compagemq̃. corporum atq. parietum voluit intelligi. Nã ciuitas proprie in hominibus habitantibus intelligitur. Sed manifestauit B nobis ciuitatem se vrbem dixisse, quia dixit q̃dificatur: & quia ædificium spiritale similitudinem habet quandam ad ædificium corporale, iõ q̃dificatur ut ciuitas. Sed dicat quod sequitur, auferat omnem dubitationem, quia non carnaliter debemus accipere, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: Cuius participatio eius in idip sum. Iam ergo fratres quisquis erigit aciẽ mentis, q̃squis deponit caliginem carnis, quisquis mundat oculũ cordis, eleuet & videat quid est in idipsum. Idipsum quomõ dicam nisi idipsum? Fratres si potestis, intelligite quid est idipsum. Nam & ego q̃d aliud dixero, non dico idipsum. Contendimus tamen quibusdã vicinitatibus verborum & significationum perducere infirmitatem mentis ad cogitandũ idipsum. Quid Libro. 5 est idipsum? Quod semper eodem mõ est, de trini- quod non modo aliud, & modo aliud est. tate.c.2. Quid est ergo idipsum, nisi quod est? Quid est quod est? Q̃d æternum est. Nã quod sp aliter atq. aliter est, non est, quia non manet. Non omnino non est, sed non Exo. 3. C summe est. Et quid est quod est, nisi ille q̃ qũ mittebat Moysen, dixit illi, Ego sum q̃ sum? Quid est hoc, nisi ille cui doceret famulus eius, Ecce mittis me, si dixerit mihi populus, quis te misit, quid dicam ei? nomen suum noluit aliud dicere quam, ego sum qui sum: & adiecit & ait, Dices itaque filijs Israel, Qui est misit me ad Ibidem. vos. Ecce idipsum, Ego sum qui sum. Qui

Qui est misit me ad vos. Non potes capere, multum est intelligere, multum est apprehendere. Retine quod pro te factus est, quem non possis capere. Retine carnẽ Luc.10. Christi, in quam leueris ęgrotus, & à vulneribus latronum semiuiuus relictus, & ad stabulum perducaris, & ibi saneris. Ergo curramus ad domum dñi, & perueniamus ad ciuitatem vbi stent pedes nostri, ciuitatem quæ ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Quid enim debes tenere? Quod pro te factus est Christus, quia ipse Christus est: & ipse Chrs recte intelligitur, ego sum qui sum, quomõ Exod.3. est in forma dei: Vbi non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, ibi est idipsum. Vt autem efficiaris particeps in ipsum, factus est ipse prior particeps tui: Et verbum caro factũ est, vt caro participet verbum. Ioan.1. Quia vero qđ verbum caro factum est, & habitauit i nobis ex semine venit Abraham: promissum est autẽ Abrahę & Isaac & Iacob, q̃ ex semine eorum benedicerentur oẽs gentes, & inde videmus Ecclesiam D toto orbe diffusam: loq̃ ad infirmos deus. Firmitatem cordis quæsiuit, cum diceret, Ego sum qui sum. Firmitatem cordis quę- F suit & aciem contemplationis erectam, cũ dixit, Qui est misit me ad vos. Sed non dum habes forte contẽplationem: Noli desperare: Qui est voluit esse hõ vt tu es, & ideo secutus ait Moysi quasi expauescenti nomen. Q̃d nomẽ? Q̃d est, est. Et dixit, inquit, dominus ad Moysen, Exod.3. Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, hoc mihi nomen in æternum. Noli de te desperare quia dixi, ego sum q̃ sum, & qui est misit me ad vos, qa tu mõ fluctuas, & mutabilitate rerum & varietate mortalitatis humanæ percipere non potes quid est idipsum. Ego descendo, qa tu venire non potes: Ego sum deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob. In semine Abraham spera aliquid, vt confirmari possis ad videndum qui venit ad te in semine Gen.22. Abrahæ, Ergo hoc est idipsum, de quo dictum est, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ecce idipsum cuius anni non deficient, Fratres, nonne anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino? Nam & qui venerunt iam non sunt, & qui futuri sunt nõ dum sunt. Iam illi defecerunt, & illi defecturi venturi sunt. In hoc ergo ipso vno die fratres, ecce modo quod loquimur in momento est: Prętęritæ horæ transierũt, futuræ nondum venerunt: & cum venerint, & ipsę transibunt & deficient. Qui sunt anni qui non deficiunt, nisi qui stant? Si ergo ibi anni stant, & ipsi anni qui stant vnus annus est, & ipse vnus annus qui stat vnus dies est: quia ipse vnus dies nec ortũ habet nec occasum, nec inchoatur ab hesterno, nec excluditur à crastino, sed stat semper ille dies. Et quod vis vocas illum diem, si vis anni sunt, si vis dies est, quodcunque cogitaueris stat tamen: Ipsius stabilitatis participat illa ciuitas, cuius participatio est in idipsum: Merito ergo quia illius stabilitatis fit particeps, dicit iste qui illuc currit, Stantes erant pedes nostri in atrijs Hierusalem. Omia enim ibi stant, vbi nihil transit. Vis & tu ibi stare & non transire? Illuc curre, idipsum nemo habet ex se. Intendite fratres. Corpus habet, non est idipsum, quia non in se stat. Mutatur p ætates, mutatur per mutationes locorum ac temporum, mutatur per morbos & defectus carnales. non ergo in se stat. Corpo- F ra cœlestia non in se stant, habent quasdã mutationes suas, & si occultas: certe de locis in loca mutantur, ascendunt ab oriẽte in occidẽtẽ, & rursus circumeũt ad orientem. Non ergo stant, non sunt idipsum. Anima humana nec ipsa stat. Quantis.n. mutationibus & cogitationibus variatur, quantis voluptatibus immutatur, quantis cupiditatibus diuerberatur atque discindit? Mens ipsa hominis, q̃ dicit rõnalis, mutabilis est, non est idipsum. Modo vult, mõ nõ vult: mõ scit, mõ non scit: mõ meminit, modo obliuiscitur. Ergo idipsum nemo habet ex se. Qui voluit ex se habere idipsum, vt quasi ipse sibi esset idipsum, lapsus est. Cecidit angelus, & factus est diabolus: Pro- Gen. 2. pinauit homini superbiam, deiecit secũ in uidentia eum qui stabat. Isti sibi voluerunt idipsum esse, sibi principari, sibi dominari voluerunt. Noluerunt habere verum dominum, qui vere est idipsum cui dictum Ps. 101. est, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Iam ergo post tantum languorem, post tantos morbos, difficultates, labores, redeat anima humiliata ad idipsum, & sit in illa ciuitate, cuius participatio eius in idipsum: Illuc enim ascenderũt tribus.) Quærebamus enim quo ascenderũt qui ce- G cidit, quia diximus ascendentis hominis

vox est,ascendentis Ecclesiæ. Putamusne quo ascendit? Quo it? Quo erigitur? Illuc ascenderunt,inquit,tribus. Quo ascenderunt tribus? In ciuitatem,cuius participatio eius in idipsum. Ergo illuc ascenditur
Luc.10. in Hierusalem. Homo autem qui descendebat de Hierusalem in Hierico,incidit in latrones. Si non descenderet, non incideret in latrones. Quia vero descendēdo incidit in latrones,ascendendo veniat ad angelos. Ascendat ergo,quia ascenderunt tribus. Sed qui sunt tribus? Multi nouerunt, multi non nouerunt. Sed & qui nouimus descendamus ad illos qui non nouerūt tribus, vt nobiscum ascēdant quo ascenderūt tribus. Tribus alio nomine dici pñt curię, sed non propriè. Itaq. tribus vno nomine alio proprie dici non pñt,sed vicino dicuntur curiæ. Nam proprie si dixerimus curias,non intelliguntur nisi curię,quę sunt in ciuitatibus singulis singulæ. Vnde dicūtur curiales & decuriones.i.q̄ sunt in curia vel de curia:& nostis quia tales curias singulas habent singulæ ciuitates. Sunt autem vel erant aliquando in istis quoque ciuitatibus curię ēt populorū,& vna ciuitas
H multas curias habet,sicut Roma trigintaquinq. curias habet populi. Hæ dicuntur tribus: Has populus Israel duodecim habebat,secundum filios Iacob: Duodecim tribus erant populi Israel,sed erant ibi mali, erant ibi boni. Quā.n.malæ tribus q̄ crucifixerunt dñm,q̄ bonę tribus quę cognouerunt dominum? Illæ ergo tribus quæ crucifixerunt dominum,tribus sunt diaboli: cū ergo hic diceret,Illuc enim ascenderūt tribus:ne oēs tribus intelligeres,addidit,Tribus dñi.) Quid est,tribus domini? Quæ cognouerunt dominum. Ex ipsis enim duodecim tribubus mali ibi erant,boni de bonis tribubus,q̄ cognouerunt fabricatorem ciuitatis: Et ipsę erant grana inter illas tribus,quæ inter paleas cōmixta sunt. Ascenderunt autem non cum paleis, sed tribus purgatæ,electæ,quasi tribus dñi. Illuc ascēderūt tribus,tribus dñi. Quid est,tribus domini? Testimoniū Israel.) Hoc q̄d sit frēs audite. Testimoniū Israel.i.in quibus cognoscatur,q̄ a est vere Israel. Quid est.n. Israel? Interpretatio nominis eius dicta est iam,& sæpe dicatur. Forte.n.& si recens
I dicta est,excidit: Dicendo nos faciamus vt nō excidat etiam eis qui legere non nouerunt,aut noluerunt, nos simus codex ipsorum. Israel videns deum interpretatur, imo diligentius excusso verbo sic interpretatur,Israel est videns. Vtrunq. est vidēs deum,quia homo in se nō est: Mutatur.n. & vertitur, si non participet eius qui est idipsum. Tunc est qñ videt deum. Tūc.n. est quando videt eū qui est, & videndo eum qui est,fit & ipse pro modo suo vt sit. Ergo ipse est Israel, Israel est videns deū. Superbus ergo non est Israel q̄ a non participatio eius in idipsum: q̄ a ipse sibi vult esse idipsum. qui sibi vult esse principium, non est Israel. Omnis ergo fictus non est Israel, q̄ a omnis superbus necesse est vt fictus sit. Hoc dico fratres mei necesse est vt omnis superbus velit videri q̄d nō est: aliter non potest. Et fratres mei vtinā sic vellet superbus videri quod non est, vt vel let videri & quod est, verbi causa, coraula cū coraula non esset. Cito enim probaret si diceretur ei, canta, videamus vtrū coraula sis: cum non posset, inueniretur falso se videri voluisse quod non erat. Dixit se cloquentem, dicetur ei, Loquere & proba. Si locutus nō fuerit, inuenitur hoc non esse q̄d̄ professus est. Superbus quod peius est, iustum se vult videri, cum non sit: Et quia iustitiam intelligere difficile est, difficile est superbos agnoscere. Volūt ergo superbi videri quod non sunt, ideo non est participatio eorum in idipsum, non pertinet ad Israel, qui non est videns deum. Quis ergo pertinet ad Israel? Qui est particeps in idipsum. Qui est qui participat in idipsum? Qui confitetur se non esse q̄d̄ deus est, & ab illo habere quod bonum pōt habere: a se autem non esse nisi peccatum, ab illo sibi esse iustitiam. Talis est in quo dolus non est. Et dominus videns Nathanaelē quid ait? Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Si ergo verus Israelita in quo dolus non est, tribus illæ ascendunt ad Hierusalem, in quibus dolus non est: Et ipsę sunt testimonium Israel, id est, per illas agnoscitur quia erat grana inter illam paleam, quando area cum videretur tota palea putabatur. Erant ergo ibi grana: Sed cum ascenderint in sublimitatem illam splendoris, cum fuerit area ventilata, tunc erit testimonium Israel, tunc dicent omnes mali. Vere quia erant ibi iusti inter malos, quando nobis oēs mali videbantur, & quales nos eramus, tales omnes putabamus. Testimonium Israel: Quo ascen-

ascendunt? Quare ascendunt? Ad confitē-
L dum nomini tuo domine.) Magnificētius dici non potest. Sicut superbia præsumit, sic humilitas confitetur. Quomodo ergo præsumptor est qui vult videri quod non est, sic confessor est qui non vult videri quod ipse est,& amat q̄d̄ est ille. Ad hoc ergo ascendunt Israelitæ, in quibus dolus nō est,quia sunt vere Israelitæ,quia in ipsis est testimonium Israel. Ad hoc ascendunt ad confitendum nomini tuo domine. Quoniam ibi sederunt sedes in iudicio.) Mirum ænigma, mira quæstio si nō intelligatur. Sedes dicit,quos Græci thronos appellant. Thronos Græci sellas dicunt,tanquam honorabiles. Ergo fratres mei non est mirum,si sedeant homines in sedibus,in sellis. Vt antem ipsæ sedes sedeāt,quomodo possumus intelligere? Tāquam si dicat aliquis, Sedeant hic cathedræ,aut sedeant hic sellæ. In sella sedetur, in sedibus sedetur, in cathedris sedetur, non ipsæ sedes sedent. Quid est ergo hoc, Quoniam ibi sederūt sedes in iudicium? Certe soletis audire deo dicente, Cœlum
Esa.66. mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Latine autem totum sic dicitur, Cœlum mihi sedes est. Qui sunt isti, nisi iusti? Qui sunt cœli, nisi iusti? Qui cœlum,ipsi cœli,quia quæ Ecclesia,
M ipsæ Ecclesiæ: sic sunt multæ vt vna sit. Sic ergo & iusti. Ita sunt iusti cœlum, vt cœli sint. In ipsis autem sedet deus, & de ipsis iudicat deus. Et non sine causa dictū
Psal.18. est, Cœli enarrant gloriā dei. Apostoli.n. facti sunt cœlum: Vnde facti sunt cœlum? Quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra,cui dictum est, Terra es &
Gen.3. in terram ibis: sic iustificati facti sunt cœlum. Portauerunt deum,& de ipsis deus coruscabat miracula, tonabat terrores,
Psal.18. pluebat consolationes. Erant ergo illi cœlum,& enarrabant gloriam dei. Nam vt noueritis ipsos dictos cœlum,ibi ait in ipso Psalmo, In omnem terrā exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorū. Quæris quorum, & inuenies cœlorum. Si ergo cœlum sedes dei, Apostoli autem cœlū, & ipsi facti sunt sedes dei, ipsi sunt thronus dei: dictum est alio loco, Anima iusti thronus sapiētiæ. Magna res, magna res dicta est, thronus sapientiæ anima iusti, sedet sapiētia tanq̄ in sella sua, tanquā in throno suo, & inde iudicat q̄ quid iudicat. Ergo erāt throni sapiētiæ, & ideo dixit illis dñs, Sedebitis sup duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Sic & ipsi sedebūt sup duodecim tribus Israel, & sup duodecim sedes iudicantes easdem, q̄a & ipsi sunt sedes dei: de illis quippe dictum est, Ibi.n. sederunt sedes, qm̄ ibi sederūt sedes. Qui sederunt? Sedes. Et q̄ sunt sedes? de q̄bus dictum est, Anima iusti, sedes sapiētiæ. Qui sunt sedes? Cœli. Qui sunt cœli? Cœlum. Quod est cœlum? de quo dicit dñs, Cœlum mihi sedes est. Et ipsi iusti sunt sedes, & hūt sedes, & in illa Hierusalē sedebunt sedes. Ad quam rem? In iudicium. Sedebitis, inq̄t, super duodecim sedes. O vos sedes, iudicātes duodecim tribus Israel. Quos iudicātes? Infra q̄ sunt in terra. Qui iudicabūt? Qui facti sunt cœlū. Illi autem qui iudicabuntur, in duas partes diuidentur, vna ad dexteram, altera ad sinistram erit. Iudicabūt cū Esa.3. Chro sancti. Veniet enim in iudiciū cum senioribus populi sui, ait Esaias. Alij sunt ergo qui cū illo iudicabunt, alij qui ab illo iudicabuntur, & ab illis qui cum eo iudicabunt diuidentur. Ergo isti in duas partes diuidentur, vna ponetur ad dexteram, cui enumerabuntur eleemosynæ quas fecerunt: Alia ponetur ad sinistram, cui enumerabitur crudelitas & sterilitas misericordiæ: & illis ad dexteram constitutis dicetur, Venite benedicti patris mei, percipi Mat.25.
A te regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quare? Esuriui, inquit, & de distis mihi manducare. Et illi, Quando & quomodo te vidimus esurientem? Et ille, Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ergo quid est fratres? Illi iudicabūt de quibus dictū est, vt fiant amici de mamona iniquitatis, vt & ipsi, inq̄t, recipiant Luc.16.
B vos in æterna tabernacula. Sancti sedebūt cum domino attendere qui fecerunt misericordiam, & assument illos separatos in dexteram in regnum cœlorum, & ipsa est pax Hierusalem. Quæ est pax Hierusalem? Vt opera misericordiæ corporalia iungantur operibus prædicationis spiritalibus: & fiat pax dando & accipiendo. Ait.n. Apostolus, qui rationem dati & accepti dicit esse istas eleemosynas: ait ergo, Si nos vobis spiritalia seminamus, 1.Co.6.
magnum est si vestra carnalia metamus: 2.Co.8.
Et ipsa re ait alio loco, Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non defuit illi. Quare qui multum, non abundauit? Quia qđ plus habebat, dedit indigenti. Et quid est, qui modicum, non defuit illi? Quia accepit ab illo qui abundauit, vt fiat, inquit, æqualitas. Ipsa est pax, de qua dr, Fiat pax in virtute tua. Nanque cum dixisset, Qm ibi sederũt sedes in iudicio. Sedes super domũ Dauid.]Id est, super familiam Christi, cui dederunt in tempore cibaria, statim tanquam ipsis sedibus ait, Interrogate quæ ad pacẽ sunt Hierusalẽ.) C O vos sedes, quia iam sedetis vt iudicetis, & facti estis sedes domini iudicantis, quoniam qui iudicant interrogant, qui iudicãtur interrogantur., Interrogate, inquit, q̃ sunt ad pacem Hierusalem. Interrogando quid inuenient? Alios fecisse misericordiã, alios non fecisse. Quos inuenient fecisse misericordiam, ipsos vocabunt ad Hierusalem, quia ipsa sunt ad pacem Hierusalem. Dilectio fortis res ẽ frẽs, dilectio fortis res est. Vultis videre q̃ sit fortis dilectio? Quis quis per aliquam necessitatem non potuerit implere quod iubet deus, amet illum q̃ implet, & in illo implet. Intendat charitas vestra, verbi gratia: Vxorem habet quam dimittere non potest, oportet vt obtempe-
1.Co.7. ret Apostolo dicenti, Vxori vir debitum reddat: Et alligatus es vxori, ne quæsieris solutionem. Venit in mentem quia melior est vita illa, de qua dicit idem Apostolus, Vellem omnes esse sicut memetipsum. Attendit eos qui hoc fecerunt, amat eos, & in
D ipsis implet quod in se non potest. Fortis res est dilectio: Ipsa est virtus nostra, quia si in illa non fuerimus, nihil prodest quic-
1.Co.13 quid aliud habuerimus. Si linguis hominũ loquar, dicit Apostolus, & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum quasi æramentum sonans, aut cymbalum tinniens adiungit aliud magnum, Quòd si distribuero (in cibos pauperum) omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Si autem sit sola charitas quæ non inueniat quod distribuat pauperibus, diligat, solum calicẽ aquę frigidæ det, tantum illi imputabitur quan-
Mat. 10 tum Zacchæo, qui dimidium patrimonij
Luc. 19. donauit pauperibus. Quare hoc? Ille tam modicum dedit, ille tam multum dedit, & tantum illi imputabitur? Tantum planè. Impar enim facultas, sed non impar charitas. Illi ergo interrogant, vos cogitate quod estis: iam ecce dictum est nobis, In domum domini ibimus. Iocundati sumus certe in his quæ dixerunt nobis, in domum domini ibimus. Videte ergo si imus. Non enim pedibus imus, sed affectibus. Videte si imus, interroget se vnusquisque vestrum qualis est erga pauperem E sanctum, erga indigentem fratrem, qualis est erga indigentem mendicum: Videat si viscera eius non sunt angusta, quia interrogãtes te habẽt sedes quæ sedebunt in iudicio, & debent inuenire, quæ sunt ad pacem Hierusalem. Et quomodo interrogant? Tanquam sedes dei. Deus interrogat. Si deum latet aliquid, & illas sedes aliquid interrogantes fugere potest. Interrogate quæ sunt ad pacem Hierusalem. Sed quæ sunt ad pacem Hierusalem? Et abundantia, inquit, his qui diligunt te.) Ad ipsam Hierusalem conuertit vocem. Abũdantia est illis qui diligunt eam. Abundantia ex inopia, hic inopes, ibi abundantes: hic infirmi, ibi firmi: hic egeni, ibi diuites. Vnde facti diuites? Quia dederũt hic quod acceperunt à deo ad tempus, & acceperunt ibi quod postea deus retribuet in æternum. Hic fratres mei & diuites pauperes sunt. Bonum est diuiti vt agnoscat se pauperem. Si enim plenum se putat, tumor est illi, non plenitudo. Agnoscat se inanem, vt possit impleri. Quid habet? Aurum. Quid nondum habent? Vitã æternam. Attendat quid habet, & videat quid nondum habeat. Frẽs ex eo quod habet, det, vt accipiat qđ non habet. Emat ex eo quod habet, illud quod non habet. Et F abundantia his qui diligunt illam. Fiat pax in virtute tua.) O Hierusalem, ò ciuitas q̃ ędificaris vt ciuitas, cuius participatio tua in idipsum: fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua, dilectio tua. Audi canticacanticorum, Valida est fi- Canti. 8
cut mors dilectio. Magnum verbum frẽs, Valida est sicut mors dilectio. Magnificẽ tius exprimi non potuit fortitudo charitatis, q̃ vt diceret, Valida est sicut mors dilectio. Quis enim resistit e morti? Fratres intendat charitas vestra. Resistitur ignibus, vndis, ferro, resistitur potestatibus, resistit regibus: Venit vna mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius. Propterea virtus eius charitas comparata est: & dictum est, valida est sicut mors dilectio. Et quia & ipsa charitas occidit quod fuimus, vt simus

vt simus qđ non eramus, facit in nobis q̃dam mortem dilectio. Ipsa morte mortuus
Gala.6. erat, qui dicebat, Mundus mihi crucifixus
Col.3. est, & ego mundo. Ipsa morte mortui erãt, qbus dicebat, Mortui.n.estis, & vita vra abscondita est cum Chro in deo. Valida est sicut mors dilectio. Si ergo valida est, fortis est & magnæ virtutis & ipsa est virtus, & p ipsam reguntur infirmi a firmis, terra a cęlo, populi a sedibus. Iõ fiat pax in virtute tua, fiat in dilectione tua. Et p istã virtutẽ, per istam dilectionẽ, per istam pacem: Fiat abundantia in turribus tuis.) Id est, in excelsis tuis. Pauci.n. sedebunt sedes in iudicio, sed multi ad dexteram positi, faciunt populum ciuitatis illius. Multi.n. ptinebunt ad singulos quosq. excelsos, a qbus recipiantur in tabernacula æterna: Et erit abundantia in turribus eius. Plenitudo autẽ delitiarum & sufficientia diuitiarum ipse deus, ipse idipsum, ipse cuius participatio est ciuitatis in idipsum. Ipsa erit
Psal.2. abundantia nostra. Sed vnde? Per charitatem, hoc est, per virtutẽ. In quo autem est charitas fratres? Qui non sua q̃rit in hac vita: audi Apostolum Paulum habentem
Co.10 charitatem, ait, Placete omnibus per om-
Psal.1. nia, sicut & ego omnibus per omnia placeo: vbi est ergo quod dixisti, Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem? & mõ dicis te placere, & mõ cohortaris vt & illi placeant? Sed non ibi posuisti finem, vt quis pp se, non p p charitatem placeat. Qui gloriã suam q̃rit, non q̃rit salutẽ alio rum: ait.n. Sicut & ego omnibus p omnia placeo, non q̃rens quod mihi prodest, sed H qđ multis, vt salui fiant. Ideo & hic cum de charitate diceret, Propter fratres meos, inquit, & propinquos meos, loquebar aũt pacem de te.) O Hierusalem ciuitas cuius participatio eius in idipsum, ego in hac vita & in hac terra, ego pauper, peregrinus & gemens, nondum perfruens pace tua, & pdicans pacẽ tuam, non p p me illã pdico, sicut hæretici, qui quærentes gloriam suã,
Psal.2. dicunt, Pax vobiscum, & pacem non hñt quam populis prædicant. Si.n. haberent pacẽ, non conscinderent vnitatem. Ego, inquit, loquebar pacẽ de te. Sed quare? Propter fratres meos & proximos meos: non
Psal.1. pp honorem meum, non propter pecuniam meam, nõ propter vitam meam: Nã mihi viuere Christus est, & mori lucrum, sed loquebar pacem de te propter fratres meos & propinquos meos. Nam cupiebat ipse dissolui, & esse cum Chro. Et quis istã pdicaret propinquis & fratribus? Manere, inquit, in carne necessarium pp vos. Propter fratres meos & propinquos meos, loquebar, ait, pacẽ de te. Propter domum dñi dei mei, q̃siui bona tibi.]Non pp me q̃si- I ui bona tibi, nam non tibi q̃rẽ sed mihi, iõ nec ego haberem, quia non tibi quærerem: sed propter domum domini dei mei, propter Ecclesiam, propter sanctos, propter peregrinos, propter inopes eius vt ascendant, quia dicimus eis, In domum domini ibimus: pp ipsam domũ dñi dei mei, quæsiui bona tibi. Hæc fratres prolixiora & necessaria capite, manducate, bibite, con ualescite, currite, apprehendite.

In Psalmum cẽtesimum vicesimum secũm Enarratio.

AScendẽtis cantica ex ordine cũ sanctitate vestra consyderanda suscepi: Ascendentis & amantis, & iõ ascenden tis quia amãtis. Omnis amor aut ascẽdit aut descendit. Desyderio.n. bono leuamur ad deum, & desyderio malo ad ima præcipitamur. Sed quia iam malo desyderio lapsi cecidimus, supereſt nobis si agnoscamus quis ad nos non ceciderit sed descenderit, hærendo illi ascendere, quia viribus nostris non possumus: ipse dixit dñs Ieſus Christus, Nemo ascendit in cœlum, nisi Ioan. 3. qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo: tanquam de se solo videtur dixisse. Ergo cæteri remanserunt, quia solus K ascendit qui solus descendit? Quid debẽt cæteri facere? Vniri corpori ipsius, vt sit vnus Christus qui descendit & ascendit. Descendit caput, ascendit cum corpore, ve stitus Ecclesia sua, quam sibi exhibuit sine Eohe.5. macula & ruga. Solus ergo ascendit: Sed & nos quando cum illo sic sumus, vt in illo membra eius simus, & nobiscum solus est, & ideo vnus & semper vnus. Vnitas nos compaginat vni: Et illi soli cum illo non ascendunt, qui cum illo vnus esse noluerunt. Iam vero quoniam ipse qui in cœlo positus est, & carne susceptata immortalis per quam fuit ad tempus mortalis, & nihil in cœlo persecutionum patiens, nihil malitiarum & opprobriorum, sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere dignatus est, compassus tũ corpori suo in

terra

terra laboranti, dixit, Saule Saule, quid me
Acto.9. persequeris? Iam ipsum nemo tangebat, & se pati persecutionem de cœlo clamabat. Non præter spem esse debemus, imò cum magna fiducia præsumere: quia si per charitatem ipse nobiscum in terra est, per eandem charitatem & nos cum eo in cœlo sumus. Sed diximus quemadmodum nobiscũ ipse in terra sit, vocem eius diximus de
L cœlo sonantis, Saule Saule, quid me persequeris: cum eũ Saulus omnino non tangeret, sed nec videret, Quo autem ostendit, quia & nos cum illo in cœlo sumus? Eodem ipso Paulo Apostolo dicente, Si consurrexistis cum Chro, quæ sursum sunt q̃
Colo.3. rite, vbi Chs est in dextera dei sedens, q̃ sursum sunt sapite, non q̃ sunt super terrã: Mortui.n.estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Ergo & ille adhuc deorsum est, & iam nos sursum sumus. Ille deorsum est cõpassione charitatis, nos sursum sumus spe charitatis: Spe.n.salui facti sumus. Sed quia spes nostra certa est, quanuis futurum sit, sic de nobis dr quasi iam
Rom.8. factum sit. Ascendat ergo iste cantator: sed in vnoquoque corde vestrum cantet hic homo, & vnusquisque sit iste homo. Cum enim dicitis illud singuli, quia omnes vnũ estis in Christo, vnus homo illud dicit: Et non ad te dũe leuauimus oculos nostros: sed, Ad te domine leuaui oculos meos.) Debetis quidem putare vnumquemque vestrum loqui, sed vnus ille maxime loquitur, qui ẽt diffusus est toto orbe terrarum:
psal. 60. vnus ille loquitur, qui alibi dicit, A finibus
M terræ ad te clamaui, cum angeretur eor meum. Quis est qui clamat a finibus terræ? Quis vnus homo diffusus est vsque ad
Psal.2. fines terræ? Vnusquisque homo in regione sua põt clamare, Nunquid a finibus terræ? Sed hæreditas illa Christi, de qua dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: ipsa clamat & dicit, A finibus terræ ad
Psal.60. te clamaui, cum angeretur cor meũ. Angatur cor nostrum, & clamemus, Vnde angatur cor nostrum? Non de his q̃ hic patiuntur & mali, verbi gratia, quia damnum patiuntur. Nam si inde angitur cor, cinis est: Quia nescio quẽ tuorum ex volũtate dei amisisti, si inde angitur cor, quid magnũ? Hinc angũtur & corda infidelium, illa patiuntur & qui nondum in Christo crediderunt. Vnde angit cor Christiani? Quia nondum cum Christo viuit. Vnde angitur cor Christiani? Quia peregrinatur & desyderat patriã. Si inde angitur cor tuũ, etiam si fœlix secundum seculum fueris, gemis: & si omnia prospera confluant, & si vndique tibi iste mundus arrideat, tu tamen gemis, quia in peregrinatione te constitutum vides, & sentis iam quidẽ te quãdam habere fœlicitatem secundum oculos
A' stultorum, sed nondum sed̃m promissionem Christi. Illam quærens gemis, illam quærens desyderas, & desyderando ascendis, & ascendendo cantas canticum graduum, & cantando canticum graduum, dicis, Ad te dñe leuaui oculos meos: Qui habitas in cœlo. Ascendens quò leuaturus erat oculos, nisi illuc quò tendebat, & ascẽdere desyderabat? De terra.n.ad cœlum ascẽdit. Ecce terra deorsum, quã calcamus pedibus nostris: ecce iam cœlum sursum, quod videmus oculis nostris, & ascendendo cantamus, Ad te leuaui oculos meos, q̃ habitas in cœlo. Vbi sunt ergo scalæ? Tanta.n.interualla conspicimus inter cœlum & terram, tantam separationem, & tanta spatia locorum: Illuc volumus ascendere, scalas non videmus. Nunquid forte fallimus nos, quia canticum graduum.i.cantum ascensionis cantamus? Ascendimus ad cœlum, si cogitamus deum, qui ascensus in corde fecit. Quid est ascendere in corde? Proficere in deum. Quo omnis qui deficit non descendit sed cadit: sic omnis q̃ proficit, ascendit. Sed si sic proficiat vt nõ superbiat, si sic ascendat vt non cadat. Si autem proficiendo superbiat, ascendendo ite
B rum cadit. Sed vt non superbiat, quid debet facere? Leuet oculos suos ad illum qui habitat in cœlo, non se attendat. Omnis.n. superbus se attendit, & magnus sibi videtur qui sibi placet, sed qui sibi placet, stulto homini placet, quia ille ipse stultus est, cũ sibi placet solus. Solus securus placet, qui deo placet. Et quis est qui placet deo? Cui placuerit deus. Displicere sibi deus non potest: Placeat & tibi, vt placeas illi. Sed ti bi ille placere non poterit, nisi tu tibi displiceris. Si autem displices tibi, tolle a te oculum. Vt quid te.n.attendis? Si.n.verũ te attendis, inuenis in te qd̃ tibi displiceat, & dicis deo, Peccatum meum ante me est semper. Peccatum tuum sit ante te, vt non sit ante deum, & tu noli esse ante te, vt sis ante deum. Quomodo enim volumus vt non

non a nobis auertat faciem suam deus, sic volumus vt auertat faciem suam a peccatis nostris: nam vtrunque illi cantatur in Psalmis, Ne auertas facié tuam a me. Vox
Psal.26. est Psalmi, vox est ergo nostra: & ille qui
Psal.50. dicit, Ne auertas faciem tuã a me: vide qd dicat alio loco, Auerte facié tuam a peccatis meis. Si vis vt auertat faciem suã a pec-
C catis tuis, tuipse a te auerte faciem tuam, & a peccatis tuis noli auertere. Si.n.non abeis auerteris faciem tuam, tuipse irasceris peccatis tuis. Si autem tu non auertis faciẽ tuã a peccatis tuis, tu agnoscis, & ille ignoscit. At vero a te leua oculos ad illum, & dic, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Cœlum fratres mei si corporaliter intellexerimus hoc quod videmus oculis corporeis, vere sic errabimus, vt nõ putemus nos illuc ascendere, nisi scalis positis, aut aliquibus machinamentis. Si autem spiritaliter ascendimus, spiritaliter cœlum intelligere debemus. Sit ascẽsus in affectu, cœlum in iustitia. Quid est ergo cœlum dei? Omnes sanctæ animæ, omnes iustæ animæ. Nam & Apostoli q̃is in terra essent carne, cœlum erant, quia in illis dñs sedens per totum mundum ambulabat. Er-
go habitat in cœlo. Quomodo? Quo dicit
Psal. in alio Psalmo, Tu autem in sancto habitas laus Israel. Qui habitat in cœlo, habitat in sancto. Sancto quid, nisi in templo
Co.3. suo? Templum.n.dei sanctum est, qd̃ estis vos. Sed omnes adhuc infirmi, & sed̃m fidem ambulantes, sed̃m fidem sunt templũ dei: erant.n.aliquando & sed̃m speciem tẽplum dei Quamdiu sunt templum secundum fidem? Quamdiu in ipsis Christus p
fidem habitat, sicut dicit Apostolus habita
D re Christum per fidem in cordibus vris.
Sunt autem iam cœli, in quibus iam per speciem habitat deus, videntes eum facie ad faciem, omnes sancti angeli, omnes sanctæ virtutes, potestates, sedes, dominationes, Hierusalem illa cœlestis vnde peregrinando ingemiscimus, & quam desyderando oramus. Ibi habitat deus, illuc leuauit iste fidem, illuc ascendit affectu desyderando: & ipsum desyderium facit animam desudare sordes peccatorum, & mundari ab omni labe, vt fiat & ipsa cœlum, quia leuauit oculos ad eum qui habitat in cœlo. Nam si cœlum istud corporem quod oculis videmus, intellexerimus esse habitatio-
Psal.14 nem dei, transitura est habitatio dei, quia cœlum & terra transient. Deinde antequam faceret deus cœlum & terram, vbi habitabat? Sed dicit aliquis, Et antequam faceret deus sanctos vbi habitabat? In se habitabat deus, apud se habitabat, & apud se est deus. Et quando dignatur habitare in sanctis, non sic sunt sancti domus dei, vt ipsa subtracta cadat deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter deus in sanctis. Tu habitas in domo, si subtracta fuerit, cadis. Deus autem sic habitat in sanctis, vt si ipse discesserit, ipsi cadant. Quicunque ergo sic
E portat deum, vt sit templum dei, non putet sic a se portari deum, vt terreat deum si se subducat. Væ illi si se subtraxerit deus, quia ipse cadit: nam deus in se permanet. In quibus nos habitamus, ipsa nos continent: in quibus deus habitat, ipse illos continet. Iam videte quantum interest inter nostram habitationem & dei, & sic dicat anima, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis: vt intelligat quia deus nec cœlo indiget vbi habitet, sed cœlum ipso indiget vt ab ipso inhabitetur. Quid ergo sequitur, quia dixit, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo? Quomodo leuasti oculos tuos in cœlum? Ecce sicut oculi seruorum in manus dominorum suorum: Et sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ, sic oculi nostri ad dñm deum nostrum quoadusq. misereatur nostri.) Et serui sumus & ancilla sumus: Ille & dñs est & dña est. Aut quid sibi volunt ista verba? Et quid sibi volunt istæ similitudines rerũ? Attendat aliquantulum charitas vestra. Non mirum si serui sumus, & ille dominus est: sed mirũ si ancilla sumus, & ille domina est. Sed ne-
F que hoc mirum quia ancilla sumus, Ecclesia.n.sumus: nec illud mirum, quia & ipse domina est, virtus est & sapientia dei: audi ergo Apostolum dicentem, Nos aũt prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã:
1.Co.1. ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam, vt iã sit seruus populus, & sit ancilla Ecclesia. Vtrunque audisti, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Cum ergo audis Christum, leua oculos tuos in manus domini tui: cum audis dei virtutem & dei sapientiam, leua oculos tuos in manus dominæ tuæ, quia & seruus & ancilla es. Ser-

uus,

uus,quia populus es: ancilla,quia Ecclesia es. Ipsa autem ancilla magnam dignitatē inuenit apud deum. Vxor facta est,sed donec veniat ad amplexus illos spiritales vbi secure perfruaī eo quē dilexit, & cui suspirauit in ista diuturna peregrinatione: sponsa est,& accepit arram magnam, sanguinē sponsi,cui secura suspirat. Nec dicitur, Noli amare:quomodo dicitur aliquādo virgini iam desponsatæ & nōdum nuptæ,& iustè dicitur, Noli amare. Cum facta fueris vxor,tunc ama: Rectè dicitur, quia præproperum & præposterum desyderium est & non castum,amare eum cui
G nescit an nubat. Potest.n. fieri vt alius spōset,& alius ducat vxorem. Quia vero nullus est alius qui Christo præponat, secura amat ista. Et antequam illi adiungatur amet,& de longinquo suspiret,& de lōgin qua peregrinatione:Solus ducet, quia solus talem arram dedit. Quis.n. potest sic ducere,vt moriatur pro ea quam vult ducere?Si.n. mori pro ea, quam vult ducere voluerit,non erit qui ducat: Securus autē ille pro sponsa mortuus est,quam tesurgēs erat ducturus. Veruntamen fratres,interim simus quomodo serui & ancilla: dic-
Ioā. 15. tum est quidem,Non vos dicam seruos, sed amicos: Sed forte solis discipulis dixit dominus. Audite Apostolum Paulum dicentem,Itaque iam,inquit,non est seruus,
Gala.4. sed filius:si autem filius & hæres per deū. Populo dicebat,fidelibus dicebat. Iam ergo in nomine domini redēpti sanguine ipsius,loti lauacro ipsius,filij sumus,filius sumus,quia sic multi sumus,vt in illo vnus simus. Quid sibi ergo vult quod adhuc tā quam serui loquimur? Nunquid tantum meritum habere possumus in Ecclesia, q̄uis iam filij facti ex seruis, quantū habuit ipse Apostolus Paulus? Et tamen quid di-
H cit in epistola ? Paulus seruus Christi Ie-
Rom.1. su. Si ille se adhuc dicit seruum per quem nobis Euangelium prædicatum est,quanto magis nos debemus agnoscere conditionem nostram, vt maior sit in nobis gratia ipsius ? Primo.n. seruos fecit quos redemit. Sanguis.n. ille pro seruis precium est, pro sponsa pignus est. Agnoscentes itaque conditionem nostram, & si iam filij per gatiam ipsius, serui tamen propter creaturam,quia vniuersa creatura deo seruit,dicamus,Sicut oculi seruorum,in manibus dominorum suorum: & sicut oculi ancillæ in manus dñæ suæ, sic oculi nostri ad dominū deum nostrum,quoadusq; misereatur nostri. Dixit & quare, Sicut serui oculos habent in manus dominæ suæ: sic inquit, oculi nostri ad dominum deū nostrū. Et quasi quæreres,vt quid? Quoadusque,inquit,misereatur nostri. Quales ergo seruos voluit intelligi frēs ? Qui oculos habent in manus dn̄orum suorū. Et quales ancillas ? Quæ oculos habēt in manus dominæ suæ, quoadusque misereatur domina earū. Qui sunt isti serui & an I
cillæ,q̄ sic habent oculos in manus dominorum suorū,nisi qui iubētur cædi? Oculi nostri ad dn̄m deum nostrum, quoadusque misereatur nostri. Quomodo ? Sicut oculi seruorum, in manus dominorū suorum, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. Ergo & illi & illæ,quoadusque misereatur,vel dominus vel domina. Fac ergo aliquem dominum iussisse seruū suum cædi. Vapulat seruus,sentit plagarū dolores, attendit ad manus domini sui, quodadusque dicat,parce. Manū.n. ipsam, potestatem dicit. Ergo quid dicimus fratres? Iussit nos cædi dn̄s noster,& domina nostra sapiētia dei iussit nos cædi,& in hac vita vapulamus, & tota ista vita mortalis
Psal.83. plaga nostra est. Audi vocem Psalmi,Pro iniqtate erudisti hominem,& tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Attendite fratres, quam tabida est aranea, vt leui tactu conquassētur & moriatur. Et ne quasi carnem solam infirmitatem mortalitatis putaremus nos habere tabidam: non dixit, Tabescere me fecisti, ne secundum carnem intelligeremus: sed ait, Tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Nihil .n. infirmius anima nostra, posita in medijs tentationibus seculi, in medijs gemitibus & parturitionibus molestiarum: nihil ea infirmius donec oculi seruorum, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. Ergo & illi & illæ,quoadusque misereatur,vel dominus vel domina. Fac ergo aliquem dominum iussisse seruū suum cædi. Vapulat seruus,sentit plagarū dolores, attendit ad manus domini sui, quodadusque dicat,parce. Manū.n. ipsam, potestatem dicit. Ergo quid dicimus fratres? Iussit nos cædi dn̄s noster,& domina nostra sapiētia dei iussit nos cædi,& in hac vita vapulamus, & tota ista vita mortalis

Sed forte qñ miseri sunt, non nobis insultant. Intendat charitas vestra. Tunc insultant forte qñ fœlices sunt, qñ se iactant in pompa diuitiarum suarum, qñ se iactãt in ventositate falsorum bonorum, tunc insultant nobis, & quasi dicunt, Ecce mihi bene est, fruor ego rebus præsentibus, recedant a me qui promittunt quod non ostendũt, quod video teneo, quod video fruor, bene mihi sit in hac vita. Tu securior esto, qa resurrexit Chrs, & docuit te qd in alia vita daturus sit: Certus esto, quia dat: Sed insultat ille, quia tenet. Ferto insultantem, & ridebis gementem: postea n. venit tps qñ
Sapiẽ.3. dicturi sunt illi ipsi, Hi sunt quos aliqñ habuimus in risum. Verba sunt libri Sapientiæ, quia prodidit nobis scriptura quæ di-
C cturi sunt illi ipsi qui nos modo irridebant, & qui nos despiciunt, & a quibus impleti sumus opprobrio & despectione. Quę verba habebunt tunc qñ a veritate despiciuntur? Videbunt. n. ad dexterã fulgere quos secum cõmixtos contẽpserunt, cum factũ
Col.3. fuerit in illis quod dixit Apostolus, Cum Christus apparuerit vita vra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria: & dicent, Hi sunt quos aliqñ habuimus in risum & in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore. Qũo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? & sequentur in eodem sermo-
Sapiẽ.5. ne, & adijcient: Ergo errauimus a vita veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis, Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia qd contulit nobis? Ibi tu non eis insultas, quia ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiat fratres leuemus oculos nostros ad eum qui habitat in cœlo, & nõ ab illo tollamus oculos, quoadusque misereatur nostri, & liberet ab omni tentatione & opprobrio & despectu. Huc accedit qp aliquando & ipsi q sunt in flagello infœlicitatis temporalis insultant nobis. Inuenis aliquem pro merito
D iniquitatum suarum, siue occulto iudicio dei, siue manifesta damnatione mitti in carcerem, portare catenam, & ipse insultat: & cum ei dictum fuerit, Quare non bene vixisti? Ecce quo venisti male viuendo? ille
Prou.3. respondet, Quare illi qui bene viuunt ista patiuntur? Sed illi proterea patiuntur vt probentur, vt tentationibus exerceantur,
Heb.12 vt flagellis proficiant, quia flagellat deus omnem filium quem recipit. Et si vnicũ sine peccato flagellauit, & pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo debemus nos flagellari qui fecimus, quare flagellemur? Cum ista dixerimus illis, & de infœlicitate adhuc superbiunt, & afflicti nondum humiliati respondent, & dicunt, Ista sunt verba Christianorum vanorum, qui credunt quod non vident. Sed & ipsi insultant: quid putamus fratres, quasi non eos commemoratos in hoc psalmo cum diceret, Opprobrium eis qui abundant & despectio superbis. quandoquidem insultatur Christianis & ab eis qui non abundãt: sed cum sint in egestate & erumnis, nec ipsi cessant insultare? Certe ergo opprobriũ eis qui abundant. An forte nullus inuenitur qui etiam positus in calamitate insul- Luc.23.
tet, si non insultauit latro qui cum crucifi E
xo domino crucifixus erat? Ergo si insultant & illi qui non abundant, quare Psalmus ait, Opprobrium eis qui abundant? Si diligenter discutiamus, & ipsi abundant. Vnde abundant? Nam nisi abundarent, superbi non essent. Alius. n. abundat pecunia & inde superbus est, alius abundat honoribus & inde superbus est, alius abundare se iustitia putat, & inde superbit, quod peius est. Qui videntur non abundare pecunia, & iustitia sibi videntur abundare, aduersus deum, & positi in calamitatibus se iustificant, deum accusant & dicunt, Quid admisi, aut quid feci? Et tu dicis, Respice, Recordare peccata tua si nihil fecisti. Titillatur aliquantum conscientia, & redit ad se, & cogitat facta sua mala: & cum cogitauerit facta sua mala, nec sic vult confiteri, quia digna patitur, sed dicit, Ecce manifeste feci multa, sed multos video peiora fecisse, & nihil mali pati, iustus est contra deum? Abundat ergo & ipse, plenum habet pectus in iustitia, quandoquidem illi deus videtur malefacere, & ipse sibi videtur iniuste pati. Et si dares illi nauim gubernandam, in naufragium iret cum illa. Vult autẽ deum excutere de gubernatione huius mundi, & ipse tenere gubernacu F
la creaturæ, & distribuere omnibus dolores & lætitias, pœnas & præmia. Et qd miramini? Infœlix anima abundat, sed abundat nequitia, abundat malitia: & eo plus abundat nequitia, quo sibi videtur abundare iustitia. At vero Chrianus hõ nõ dẽt abundare, sed pauperem se debet cognoscere.

scere. Et si habet diuitias, scire debet quia non sunt illæ veræ diuitiæ, vt alias desyderet. Qui. n. diuitias falsas desyderat, veras non qrit, q aũt veras qrit, adhuc paup est, & recte dicit, Paup & dolẽs ego sum. Rur
Psal.48. sus ille q & paup est, & neqtia plenus est, vnde dr abundare? Quia displicet illi qa pauper est, & iustitia ipsa vr abundare in corde suo aduersum iustitiã dei. Et q abundantia iustitiæ nostræ? Quantacũq. iustitia nostra in nobis fuerit, ros est nescio qs ad illũ fontẽ, ad saginã illã tantã, stillicidia qdam sunt, q vitam nostram molliant, & duram iniquitatem soluant. Modo desyderemus de pleno fonte iustitiæ saginari, de-
Psal.35. syderemus vbertate illa satiari de qua dr in psalmo, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Hic aũt cum sumus, inopes nos esse intelligamus, & egẽtes, non solum harũ
G diuitiarũ, quia non sunt veræ diuitiæ, sed & ipsius salutis. Et qñ sani sumus, intelligamus qa infirmamur. Quandiu. n. corpus hoc esurit & sitit, q diu corpus hoc vigilando fatigatur, stando fatigatur, ambulando fatigatur, sedendo fatigatur, manducando fatigatur: quocunq. se verterit ad subsidiũ fatigationis, ibi inueniet aliã fatigationem. Non est ergo perfecta sanitas, nec in ipso corpore. Nõ sunt ergo illæ diuitiæ, sed mẽdicitas. Quia quanto magis abundant, tãto magis crescit inopia & auaritia. Non est ista salus corporis, sed infirmitas. Paragoramur quotidie medicamentis dei, qa mãducamus & bibimus. Medicamenta ipsa sunt, q nobis apponuntur. Frẽs, si vultis videre qualis morbus nos habeat: qui ieiunat septem diebus, fame consumitur. Ergo illa fames ibi est, sed ideo illam non sentis, quia quotidie illã curas. Ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta. Intendat charitas vestra qũo nos intelligamus inopes, vt gaudeamus ad eũ, & leuemus oculos ad eũ qui habitat in cœlo. Non sunt illæ veræ diuitiæ, plus augent cupiditatẽ ei qui eas possidet. Non est illa vera corporis sanitas, qa portatur infirmitas vbique defectiua. Quocũque se verterit, deficit. In ipso adiutorio non inuenies firmamentũ. Lassatur stãdo, sedere vult, nunquid vel sedendo durabit? Quod si elegit vt non fatigaretur, ibi hẽt deficere. Lassatus est vigilando, dormitus est: nũ quia dormiuit non deficit? Lassatus est ieiunando, refecturus est. Si plus refecerit, inde deficit. In nulla re potest pseuerare ista infirmitas. Iustitia quid? Quã ta iustitia est inter tantas tentationes? Possumus continere ab homicidio, ab adulterio, a furtis & periurijs, a fraudibus. Nunquid ab iniquis cogitationibus? Nunquid & a suggestionibus malarum cupiditatũ? Quæ est ergo iustitia nostra? Totum ergo esuriamus, totum sitiamus, & veras diuitias, & verã sanitatem, & veram iustitiã. Quæ sunt veræ diuitiæ? Cœlestis illa mansio in Hierusalem. Quis. n. dr diues in hac terra? Q ñ laudatur diues quid dr? Multũ diues est, nihil illi deest. Laus certa laudantis illa est. Nam ista non est cum dicit, nihil illi deest: attende si nihil deest. Si nihil cupit, nihil illi deest. Si autem adhuc cupit maiora q quæ habet, ad hoc accesserunt diuitiæ, vt egestas cresceret. In illa vero ciui
I tate veræ erunt diuitiæ, quia ibi nihil nobis deerit, quia nec indigebimus aliqua re, & vera sanitas erit. Quæ est vera sanitas? 2.Co.15
Cum absorpta fuerit mors in victoria, & cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc erit vera sanitas, tunc erit vera & perfecta iustitia, vt nihil mali non solũ facere, sed nec cogitare possimus. Mõ aũt inopes, pauperes, egentes, dolentes, suspiramus, gemimus, oramus, leuamus oculos ad deũ, qm & illi qui fœlices sunt in hoc mundo, despiciunt nos. Abundant. n. & illi qui infœlices sunt in hoc seculo, despiciũt nos, quia & ipsi abundant. Et iustitia est in corde ipsorum, sed falsa. Ideo non perueniunt ad veram, quia repleti sunt falsa. Tu autem vt peruenias ad veram, esto egens & mendicus ipsius iustitiæ: & audi Euangelium, Beati qui esuriunt & sitiunt iustiMatt.5.
tiam, quoniam ipsi saturabuntur.

In Psalmum centesimum vicesimũ tertiũ, Præfatio.

BEne nostis iam fratres charissimi canticum graduum esse canticum ascensionis nostræ, eandemque ascensionẽ non corporis pedibus fieri, sed cordis affectibus. Hoc sæpissime insinuauimus vo- K
bis. Nec eadem sæpius repetenda sunt, vt sit locus dicendi quæ nondum dicta sunt. Et ergo iste psalmus quem nunc vobis cantatum audistis, Canticum graduum]su perscribitur. Ipse est titulus eius. Cantant

tant ergo ascendentes, & aliquādo tanquā vnus cantat,aliqñ tanquam multi,quia & multi vnus, quia & vnus Christus, & in Christo mēbra Christi cum Christo vnū faciunt, & horum omnium membrorum caput in cœlo est. Corpus autem ēt si labo rat in terra, nō est præcisum à capite suo. Desuper.n.caput prospicit & cōsulit corpori. Nā si non consuleret,nō diceret illi persecutori adhuc Saulo nondum Paulo,
Acto. 9. Saule Saule qd me psequeris? Et hæc opti me nostis, & vsitata sunt vobis. Non aūt cū fastidio commemorentur eis qbus nō exciderunt,vt per eorū patientiam redeāt in cor ēt eorum quibus exciderant. Salubria sunt.n.& sæpius dicenda. Siue ergo vnus cantet,siue multi cantent: & multi homines vnus homo est, quia vnitas est, & Christus,sicut diximus,vnus est,& omnes Christiani mēbra sunt Christi. Quid ergo isti cantant? Hæc mēbra Christi qd cantant? Amāt.n.& amando cantant, &
L desyderando cantant, Aliqñ cum tribulatione cantāt, & aliqñ exultando cantant cum in spe cantant. Tribulatio est.n.nostra in psenti seculo, spes vero nostra de futuro seculo,& nisi in tribulatione psentis seculi consoletur nos spes futuri seculi,perimus. Gaudium ergo nostrū fratres nondū est in re,sed iam in spe, Spes autē nostratā certa est, quasi iam res perfecta sit. Neque.n.timemus ꝓmittente veritate. Veritas.n.nec falli pōt,nec fallere. Bonum est vt hæreamus illi. Illa nos liberat: sed si māserimus in verbo eius. Modo.n. credimus,tūc videbimus. Cum credimus, spes est in isto seculo: cū videbimus, res erit in futuro seculo. Videbimus autem fa
1.Co.13 cie ad faciē. Tunc autem videbimus facie ad faciē,cum habuerimus corda mundata. Beati.n.mundo corde,qm ipsi deum vide
Matt. 5. bunt. Vnde autem corda mundantur,nisi p fidē, sicut Petrus ait in Actibus Aposto
Act. 17. lorum,Mundans fide corda eorum? Mundantur autem corda nostra per fidem, vt
2.Co.5. possint esse idonea capere speciem. Ambulamus.n.nunc per fidem,nondum per speciem,sicut Apostolus dicit, Quādiu enim
M sumus in corpore,peregrinamur à domino. Et quid est peregrinamur? Per fidē.n. ambulamus, inquit,& non per speciem. Qui ergo peregrinatur & per fidem ambulat,nondum est in patria, sed iam est in via. Qui autem non credit, nec in patria est,nec in via. Sic ergo ambulemus tanq̄ in via simus, quia ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ nostræ,dominus Iesus Christus. Et ibi veritas, hic autem via. Quò imus? Ad veritatē. Quà imus? Per fidem, Quò imus? Ad Christum. Quà imus? Per Christū. Ipse.n.dixit, Ego sum Ioā. 14.
via,& veritas, & vita. Dixerat autem ali- Ioan. 8.
quando credentibus in se, Si manseritis in verbo meo,vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos. Et cognoscetis,inquit,veritatam, sed si manseritis in verbo meo. In quo verbo? Sicut dicit Apostolus, Hoc est verbum fi dei quod prædicamus. Primo ergo verbū fidei est,in quo verbo fidei si māserimus, cognoscemus veritatem, & veritas libera bit nos. Veritas immortalis est, veritas in commutabilis est: veritas illud verbū est Ioan. 1.
de quo dicitur, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et quis hoc videt nisi corde mū- A
dato? Vnde mundātur corda? Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Qd̄ ergo manet verbum in se veritas est,ad q̄ venimus,& quæ nos liberat. Quod autē prædicatur verbum fidei,in quo nos vult dominus permanere vt cognoscamus veritatem: hoc verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Crede in Christū natum in carne, & peruenies ad Christum natum de Deo,deum apud deum. Exultantes cantant isti psalmos,quos legimus, membra ista Christi exultantia & cantāt psalmum istum. Et quis hic exultat nisi in ipse sicut dixi? Et vt nobis certa sit ipsa spes,exultando cantemus. Non.n.qui cātant alieni sunt à nobis: aut nō in hoc psalmo vox nostra est. Sic audite,tanquā vosipsos audiatis. Sic audite tanquam in speculo scripturarum vosipsos attendatis. Cum.n. tanquam in speculum attendis scripturas,exhilaratur facies tua. Cum similem te inuenies exultatione spei,membris qbusdam Christi,quæ mēbra ista cātarunt,eris & tu in ipsis mēbris & cātabis ista. Cur ergo ista cātant exultādo? Quia euaserunt. Ergo spes est in qua cantant. Cum.n.hic sumus & peregrinamur à dño nōdum euasimus. Præcesserunt quidem membra quædam de corpore illo, de quo B
& nos sumus,quæ possunt esse in veritate & cantare. Et hoc cantarunt martyres san
cti. Iam.n.euaserunt, & in exultatione cum

cum Christo sunt recepturi corpora iam incorrupta, eadem ipsa quæ primo erant corruptibilia,in quibus passi sunt pœnas. Inde illis fient ornamenta iustitiæ. Ergo siue illi iam in re, siue nos iam in spe contingentes affectum coronis eorum, & desyderantes talem vitam, qualem hic non habemus, sed habere non poterimus nisi eam hic desyderauerimus, cantemus simul omnes & dicamus.

Expositio psalmi.

NIsi quia dominus erat in nobis.) Respexerunt in quasdam tribulationes quas passi sunt, & consyderauerunt in eo iam loco,& in beatitudine,& in securitate constituti,qua transierint,quo venerint: & quia difficile erat inde liberari nisi adesset manus liberantis, in gaudio dixe-
C rūt, Nisi quia dominus erat in nobis. Sic cęperūt cātare, nōdū dixerūt vñ euaserūt, tota ē exultatio, Nisi qa dñs erat in nobis. Dicat nunc Israel, nisi quia dñs erat in nobis.) Nunc dicat, quia iam euasit. Euidentes enim.i.eos qui iam euaserunt, con-
stituit intuendos psalmus iste. Constitua-
122. mus illos & nos in corde iam triumphantes,& tanquam ibi & nos simus, sicut in superiore psalmo dictum est, Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Nō dum ibi erant, sed in via erant. Tanta aūt lætitia erat festinantium,& tanta peruenię di spes, vt adhuc in via positi & laborātes, iam sibi illic constituti viderentur. Sic & nunc ponamus nos in illo triumpho, qui
Ioan. erit in futuro seculo, qñ insultabimus mor ti iam finitę, iam consumptæ, qñ dicemus, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Iā coniuncti angelis,& exultantes cum rege nostro, qui primus resurgere voluit, quanuis prior mori noluerit. Multi enim ante illum mortui sunt, sed nemo ante illum resurrexit in ęternū. Exultantes autem cum illo, ēt ibi spe & corde constituti, quas euasimus, cogitemus quid euasimus, quæ scandala, quas tribulationes mundi, quas persecutiones omnium paganorum, quos dolos omnium hæretico
D rum, quas suggestiones diaboli, quas cupiditatum conflictationes. Omnia ista quis euaderet, nisi quia dominus erat in nobis? Dicat nunc Israel. Securus nim dicat Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Quādo? Cum insurgerēt homines super nos.) Noli ergo mirari, victi sunt, homines.n. erant. Dominus autem erat in nobis, non homo erat in nobis. Homines autem surrexerunt super nos. Sed tamen opprimerent homines alios homines, nisi in his hominibus qui non potuerunt opprimi, non homo esset, sed domius. Ergo nisi quia dominus erat in nobis, cū insurgerent homines super nos. Quid.n. facerent vobis homines, exultantibus, & cantantibus & secure tenentibus beatitudinem sempiternam? Quid vobis facerent homines insurgentes in vos, nisi dominus esset in vobis? Quid facerent? Forsitan viuos absorbuissent nos.) Viuos absorbuissent? Nō prius occidissent, & sic absorbuissent. O immanes, o crudeles, non sic absorbet ecclesia. Petro macta & manduca dictū est, non viuos absorbe. Quomodo ergo Petrus.i.ecclesia mactat & sic manducat? Et quomodo isti qui exurrexerunt super nos, forsitan viuos absorbuissent nos, nisi quia dominus erat in nobis? Quia in eccle
E siæ corpus nemo intrat, nisi prius occisus, moritur quod fuit, vt sit quod non fuit. Alioquin, qui non occiditur & non manducat ab ecclesia, esse in numero populi po test qui videtur oculis humanis: in numero autem populi qui cognitus deo est, de quo dicit Apostolus, Nouit dominus qui
v.Ti. 2. sunt eius, non pōt esse nisi māducatus, nec manducari poterit nisi primo mactatus. Venit paganus, adhuc in illo idolatria viuit, Inferendus est membris Christi, necesse est manducetur vt inseratur, sed nō pōt manducari ab ecclesia, nisi primo mactatus, & enunciet seculo, tunc mactatur. Credat in deum, tunc manducatur. Quomodo ergo illi viuos absorbuissent nos, nisi quia dominus erat in nobis? Surrexerunt enim multi persecutores aliquando, & nūc nō desunt. Singillatim insurgūt, & aliquā do viuos absorbent, sed in quibus non est dominus. Ideo ante omnia illi dixerunt, Nisi quia dominus erat in nobis, quia multi absorbentur, in quibus nō est dominus. Hi sunt qui viui sorbentur, qui sciunt malum esse, & lingua consentiunt. Surrexerunt enim quidam persecutores, & dixerunt hominibus. Thurificate: si non feceritis, occidimus vos. Illi amauerunt hanc vitam, dulcedo vitæ huius tenuit eos. Non plus dixerunt ea quæ promisit deus,

quàm ea quæ videbant in terra. Illa enim credere iubebantur, quæ nõdum videbãt, ista quæ amabant videbant. Plus retinẽtes ea quæ videbant, exclusserunt de cordibus dominum, & quia non erat in eis dominus, viui absorpti sunt. Quid est enim viui absorpti sunt? Turificando idolis, scientes quia nihil est idolum. Nam si aliquid putarent esse idolum, mortui absorberentur. Cum autem putant nihil esse idolũ, & nouerunt omnia illa gentilium vana esse, viuunt: & tamen cum faciunt quod volunt persecutores, viui absorbentur. Sed ideo viui absorbentur, quia non in eis est dñs. In quibus autem inest dominus, occidunt & non moriuntur. qui autem consentiũt & viuunt, viui absorbentur, absorpti moriuntur. Isti aũt qui pasi sunt, et non consenserũt tribulationibus, exultãt & dicũt, Dicat nunc Israel, dicat exultans, dicat securus, Nisi quia dominus erat in nobis, cum insurgerent homines super nos, forsitan viuos absorbuissent nos. Cum irascere tur furor eorum super nos.) Nostis fratres in aliquo de superioribus psalmi, in ipso initio canticorum graduum contra linguam subdolam petisse auxilium quẽdam q cœpit ascẽdere & dixisse, Domine erue animam meam à labijs iniustis & à lingua subdola. Primo cũ cœperit homo ascendere & proficere, in ipso exordio ascensionis, linguas dolosas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam suasionem dicens, quid facis? Quare hoc facis? Aliter enim viuere non potes? Seruire aliter deo non potes? Tu solus es qui vis hoc esse qđ alij non sunt? Et si inueneris alios qui tecum sunt, illa blanda & dolosa lingua quid dicit? Ecce illi potuerunt, forte tu non poteris. Si aggrederis deficies, & melius erat non incipere, q̃ cœpisse & defecisse. Lingua dolosa adhuc blanditur. Si perseueraueris vincitur lingua dolosa, & blandiens incipit esse aperte sæuiens, & quæ blandiebatur vt seduceret, minatur vt terreat. Sed si dominus est in te, & non reliqueris de corde tuo Christum, quomodo per sagittas acutas & carbones desolatorios vicisti linguas dolosas, id est, per verba dei quibus transfixum erat cor tuum, & exempla iustorum, qui de mortuis viuificati sunt, & de peccatoribus facti sunt iusti, quomodo carbones de morte reuiuiscunt: quomõ ergo illos vicisti sagittis & carbonibus desolatorijs, quomodo vicisti dolose blandientes & blandiendo seducentes, sic istos vinces iam irascendo comminantes, qui blandiendo seducere nequiuerunt. Victi sunt cũ blandirent, vincantur & cum minant. Sed vincuntur. Quo, nisi qa dñs erat in nobis? Manifestũ est qa non vicisti tu, sed vicit ille qui est in te. Imperatorẽ tales portas & vinceris? Nonne ille est quem portas q dixit, Ego vici seculum? Nonne prior moriẽs uicit diabolũ cũ sp esset sup omnẽ creaturã, quia verbũ deus est apud deum? quare vicit, nisi vt te doceret cum diabolo dimicare? Et tũ iã doctus es, nisi in te sit ille qui prior tibi vicit, vinceris. Nisi quia dominus erat in nobis, dũ insurgerẽt homines super nos, forsitã viuos absorbuissent nos. Dũ irasceretur furor ipsorũ sup nos. Iam irascuntur, iam aperte sæuiunt. Forsitan aqua demersisset nos.) Aquam dicit populos pctõres. Et videbimus qualẽ aquam in consequentibus. Quicunque autem cõsensisset illis, aqua illum operuisset. Moreretur. n. more Aegyptiorũ, non tanquam more Israelitarum. Nostis enim fratres, quia per aquam populus Israelitarum transijt, & ipsa aqua populus Aegyptiorũ coopertus est. Aqua, inq̃t, demersisset nos. Sed qualis est ita aqua? Torrens est, fluit cum impetu, sed transitura est. Torrentes enim dicuntur fluuij qui repentinis imbribus crescunt, magnum habent impetum, quisquis incurrerit trahitur: sed in quo dominus nõ est. In quo autem dominus est, transit torrentem anima martyrum. Ad huc fluit torrens, sed iam transijt anima martyrum. Adhuc quandiu seculum hoc nascendo & moriendo currit, torrens est. Hinc persecutiones de isto torrente. Hinc bibit ille primus caput nostrum, de quo dictum est in psalmo, De torrente in via bibit. De torrente aqua illa quæ significat populum persecutorem, inde bibit ille qui dixit discipulis, Potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? De torrẽte in via bibit. Quid est, in via bibit? Trãsiens bibit, non hæsit. In via bibit, quia de illo forte dictum est, Et in via peccatorum non stetit. Transiens bibit. Et quid inde dictum est? Propterea exaltauit caput. De torrente, inquit, in via bibit, propterea exaltauit caput. Exaltatum est enim iam caput nostrum, quia de torrente in via bibit. Passus est enim dominus noster. Si ergo iam exaltatum est caput nostrũ, qui timet corpus torrẽtem? Sine dubio, quia caput exaltatum est, & corpus dicet posteà, Torrentem pertransijt anima nostra, fortasse pertransijt anima nostra aquam sine substantia.) Ecce qualem aquam dicebat forsitan aqua demersisset nos. Qualis aũt aqua est sine substantia? Quid est sine substantia? Primo quid est, forsitan pertransijt anima nostra? Quomodo potuerunt enim Latini expresserunt quod Graeci dicunt ἀέρα. Sic enim Graeca habent exemplaria. ἀέρα, quia dubitantis verbum est, expressum est quidem dubitationis verbo, quod est fortasse, sed non omnino hoc est. Possumus illud verbo dicere minus quidem Latine cõiuncto, sed apto ad intelligentias vestras. Quod punici dicunt, iar, non lignum, sed qũ dub tant, hoc Graeci ἀέρα, hoc Latini possunt vel solent dicere, putas, cum ita loquuntur. Putas euasi hoc? Si ergo dicatur forsitan euasi, videtis quia non hoc sonat, sed quod dixi, putas, vsitate dicitur, Latine non ita dicitur. Et potui illud dicere cum tracto vobis. Sæpe enim & verba non Latina dico, vt vos intelligatis. In scriptura aũt non potuit hoc poni quod Latinum non esset, & deficiente latinitate positum est p eo quod non hoc sonaret. Sic tamen intelligite dicit: putas pertrãsijt anima nra aquã sine substãtia? Et quare dicũt putas? Quia magnitudo periculi vix facit credibile q euasit. Magnam necem pertulerunt, in magnis discriminibus fuerunt. Omnino sic pressi sunt, vt pene viui consentirent, vt pene viui absorberentur. Iam ergo euadẽtes, iam securi, sed ipsius periculi magnitudinem recordantes, putas, inquiunt, pertransijt, anima nostra aquam sine substantia? Quæ est aqua sine substãtia, nisi aqua peccatorum sine substantia? Peccata enim nõ habent substantiam, inopiam habent non substantiam, egestatem habent non substãtiam. In ista aqua sine substantia, perdidit ille minor filius totam substantiam suam. Nostis enim quia minor filius peregrinatus est, & dixit patri, Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Quid tibi vis? Melius apud patrem seruaũ, tua est. Di lapidare illam vis? proficisci longius? Da mihi, sed da mihi. Dedit illi. Profectus in regionem longinquam, viuens prodige cum meretricibus, perdidit totam substantiam. Egens remansit, porcos pauit, in egestate sua patris diuitias recordatur. Nisi enim eum egestas pulsasset, illam satietatẽ non desyderaret. Consyderent ergo omnes peccata sua, videant si habeant substantiam ipsa peccata. Propter quid irritauit deum peccator? Si non vides peccatum tuum antequam facias, vel iam cum fecisti consydera. Dulcedo huius seculi ad tempus fauces indulcat, sed in magnam amaritudinem postea conuertetur. Ecce peccasti & lucrum fecisti. Quid est quod fecisti lucrum? Vt lucrum faceres, offendisti deũ. Vt augeres pecuniam, fides diminuta est, & aurum crescit. Quid perdidisti? Et qd acquisisti? Quod acquisisti aurum vocatur, quod perdidisti fides vocatur. Compara fidem auro, si venalis esset in nundinis fides, haberet precium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis? Abundat nescio quid in arca tua, sed vide quid imminutum sit in corde tuo. Cum aperueris arcam, inuenies solidos qui non erant. Bene, quia gaudes esse ibi quod ibi non erat. Attende arcam cordis. Erat ibi fides & non est. Si hac gaudes, quare hoc non plangis? Plus perdidisti quàm acquisisti. Vis videre quid perdideris? Nec naufragio tibi posset auferri. Nam aliquando perdunt omnia homines in mari, & nudi exeunt. Multi naufragauerunt cum Paulo, Amatores huius seculi passi sunt naufragium, & nudi omnes exierunt: illi & quod foris habebant amiserunt, & domum cordis sui inuenerunt inanem: Paulus autem in corde ferebat patrimonium fidei suæ, nullis fluctibus, nullis tempestatibus potuit auferri, Nudus exijt, & diues exijt. Tales diuitias debemus quærere. Sed non eas video, dicis mihi. Stulta anima, non eas vides oculis carnis, tuę. Habeto oculũ cordis & vides eas, Sed non fides fidem. Quare illam vides in altero? Quare clamas quando tibi frangitur, si non eam vides? Frangat tibi aliquis fidem, clamas. Vis ergo tibi exhiberi? Et tunc vides cum petitur, vt exhibeas tunc non vides? Quod clamas alium non habere ergate, plange te non habere erga alium, & vide quia peccatum quod facis sine substantia est. Quod enim acquiritur de peccato, videtur esse substãtia. Sed & hoc nõ acquirit. Ille. n. habet aurũ, q nouit vti auro. Qui autem auro vti non nouit, habetur, non

habet,possidetur,non possidet. Estote dñi
auri,& non serui auri:& quia aurũ deus fe
Geue.1. cit,& te super aurũ ipse fecit. Aurum fecit
B ad subsidiũ tuũ, & te ad imaginem suam.
Vide quod supra te est,& calca quod infra
te est. Quid ergo acquisisti? Vis videre
qualis aqua sine substantia sit? Tolle tecũ
ad inferos quod acquisisti. Quid facturus
es? Acquisisti aurũ,perdidisti fidẽ. Post pau-
cos dies exis de hac vita,aurũ quod acqui-
sisti perdita fide,auferre tecũ nõ potes. Cor
tuũ inane fidei ad pœnas exit, quod plenũ
fide ad coronã exiret. Ecce nihil est quod
fecisti,& propter nihil deum offendisti?
Aqua sine substantia est,quę te demersit.
Propter quid irritauit deum peccator?
Confundantur iniqua facientes vane. Ne
mo enim nõ inaniter iniq. facit,sed nemo
Psal.9. consyderat. Eunt homines,audiunt verbũ
Psal. 4. dei & prouerbia dei, & dormitant in eis,
audiunt illud vulgare prouerbium & vigi
lant in eo. Quod prouerbium? Malo quod
teneo, q̃qd spero. O infœlix quid tenes?
Ecce dicis, malo quod teneo. Tene sic vt
non amittas,& dic, malo quod teneo. Si
aũt non tenes, quare non illud tenes quod
non potes amittere? Quid ergo tenes? Au-
rum. Tene ergo si tenes,non tibi auferꝛ
tur inuito. Si autem & per aurum traheris
quo nõ vis,& ideo te quærit maior raptor
quia inuenit minorem raptorem: ideo te
qrit maior aquila, q̃a prior cepisti leporẽ:
præda tibi fuit minor,præda eris maiori.
Hæc nõ videt homines in rebus humanis,
tanta cupiditate cæcantur. Mirares est fra-
C tres,horrent qui consyderant. Quærit po
tentior infirmiorem,& quærit eum oppri
mere,non ob aliud nisi quia habet quod il
li auferat. Videt illum pati sub se tribula-
tionem,non ob aliud nisi propter quod ha
bet. Et hoc ipse, propter quod ille patitur
tribulationem,ad se congerit. Non atten-
debat quando illum persequebatur: Ille fu-
giebat, ille torquebatur, ille timebat, ille
vbi se absconderet quærebat. Vnde patere
tur ista mala, nisi quia habebat? Vel in illo
disce quid fugias, quia res, quæ illum tor-
quebat te persequente ne auferetur à te,&
te sic habet torquere alio persequente. At
tendis quia pinguis est. Si propterea illum
persequeris quia pinguis est, time pingue-
scere, ne alter te quęrat, & omnia inani-
ter fiant. Quære finem, tenebræ occu-
runt. Quære, quare? Nihil occurrit.
Ergo exultent & lætentur in Christo qui
dicunt, Pertransijt anima nostra aquá sine
substantia,& recipiunt substantiam suam.
Perdiderunt illam viuentes prodige: sed Luc.15.
vnum pauper factus est pater? Redeant,
& inuenient ibi diuitias, quas in longin-
qua peregrinatione cum meretricibus cõ- D
sumpserunt, euadant aquam sine substan-
tia, & dicant, Benedictus dominus, qui nõ
dedit nos in venationem dẽtibus eorum.]
Venantes enim erant persequentes, & po-
suerũt escam in muscipulam. Quam escá?
Dulcedinem vitæ huius, vt vnusquisque
propter dulcedinem huius vitæ mittat ca
put in nequitiam,& muscipula comprima
tur: nõ illi in quibus erat dominus, illi qui
dicunt, nisi quia dominus erat in nobis,
non capti sunt in muscipula. Sit in te do-
minus,& nec tu capieris in muscipula: cla-
ma, Benedictus dominus, qui nõ dedit nos
in venationem dentibus eorum. Anima
nostra sicut passer eruta est, de muscipula
venantium.] Quia in ipsa anima domi-
nus erat, ideo sicut passer eruta est anima
de muscipula venantium. Quare sicut pas-
ser? Quia incauta ceciderat sicut passer,&
poterat dicere postea, Ignoscet mihi deus.
O passer instabilis, fige potius fidei pedes
in petra, noli ire ad muscipulam. Cape-
ris, consumeris, obtineris. Sit in te domi-
nus,& de maioribus minis eruet te, de mu
scipula venantium. Quomodo si videas
auem veluti iam cadere in muscipulam,
facit maiorem strepitum & volat de mu-
scipula:& martyrum iam forte aliqui ipso
rum intendebant collum in dulcedinem E
vitæ huius, dominus qui erat in illis, fe-
cit strepitum gehennarum, & erutus est
passer de muscipula venantium. Anima
nostra sicut passer eruta est, de muscipula
venantium. Et quid? Semper erit illa mu
scipula? Muscipula erat dulcedo vitæ hu-
ius. Illi non hæserunt in muscipula, &
occisi sunt. Illis occisis muscipula fracta
est. Iam non remansit dulcedo vitæ hu-
ius, per quam possent iterum capi, sed il-
la contrita est. Nunquid & passer contri
tus ẽ? Absit, quia nõ hæserat in muscipula.
Muscipula cõtrita ẽ, & nos eruti sumus.)
Clamẽt, ergo, q̃a eruti sunt, volent ad deũ,
triumphent in deo, quia eruti sunt, quo-
niam dñs erat in eis, ne à muscipula cape-
rentur. Quare muscipula contrita est, &
nos eruti sumus? Vis scire quare? Adiu-
torium

torium nostrum in nomine domini, qui
fecit cœlum & terrã.) Nam si adiutorium
hoc non esset, non quidem æterna mane-
ret muscipula: sed cũ captus esset, contere-
P retur passer. Nam vita ista transitura est,&
per hanc dulcedinem offenderint deum,
cum ista vita transibunt. Nam conteretur
muscipula, certi estote, Omnis dulcedo vi
tæ istius præsentis non erit impleta sorte
loci sui: sed opus est non hærere, vt quan-
do conteretur muscipula tunc exultes
& dicas, Muscipula contrita est, &
nos eruti sumus. Sed ne putes te viribus
tuis hoc posse, attende cuius est opis, esto
pius vt eruaris: nã si superbieris, in musci-
pulam cadis: & dic, Adiutorium nostrum
in nomine domini, qui fecit cœlum & ter
ram. Psalmus tractatus est, & quantũ do-
minus adiuuare dignatus est, vt puto ex-
positus est. Crastino ẽt die sermonem de-
beri charitati vestræ optime nostis. Ade-
stote & adiuuate nos orationibus vestris.
Pollicitationis enim nostrę meminisse de
betis. Nec dicerem q̃d essem tractaturus,
nisi adiuuari volens studio fidei & oratio
Ps.1. num vestrarum. Meministis.n. me promi
sisse vobis de hoc tractare quod dictũ est
in euangelio, lex per Moysem data est, gra
tia & veritas per Iesum Christũ facta est.
Solent enim omnes hęretici maxime Ma-
nichæi reprehendere legem, & dicere q̃a
deus illam non dedit. Exponendus est lo-
cus iste, vt cognoscatur, q̃a & legem deus
G dedit, & lex per Moysen data est, vt non
saluaret propter certam causam. Non sal-
uauit lex, vt lator legis ipse imperator de-
syderaretur qui indulgentiam daret pecca
tibus: & data quidem lex esset per Moy-
sen, gratia autem & veritas p Iesum Chri
stum fieret. Ad hoc intentos vos facere
volui, aderit domini misericordia, nõ ex
meritis nostris, sed forte pro merito desy-
derij vestri, neque ex facultatibus nostris,
sed ex abundantia donorum suorum: vt sic
tractẽt res satis necessaria hominibus posi
tis in nouo testamento, vt omnino nullas
latebras inueniat inimicus vbi se occultet
ad decipiendos fideles.

In Psalmum centesimum vice-simumquartum Prę fatio.

PSalmus iste pertinens ad numerũ Cã-
ticorũ graduũ,] de quo titulo in alijs
iam multa diximus, & repetere nolu-
mus, ne vos obtũdamus potius q̃ instrua-
mus, docet nos ascẽdentes & leuantes ani-
mas nostras ad dñm deũ nostrum affectu
charitatis atq. pietatis, nõ intẽdere in ho-
mines q. prosperantur in hoc seculo fœlici
tate falla atq. vẽtosa & prorsus seductoria:
vbi nihil aliud nutriunt q̃ superbiam, &
cor eorum congelascit aduersus deum, &
fit durum aduersus imbrẽ gratiæ ipsius,
ne fructum ferat. Præsumentes enim om-
nia sibi abundare quæ videntur huic vitæ
necessaria & vltra q̃ necessaria, extollũtur. H
Et cum sint homines per iniquitatem infe
riores omnibus hominibus, per superbiã
superiores se putant omnibus hominibus.
Atque vtinam sicut alios vel homines se
esse deputarent. Hos autem aliquando in-
tuendo & nimis attendendo, etiam illi qui
deum colunt, fluctuant & nutant, quasi pe
rierit merces eorum. Quare deum colunt
cum se vident in laboribus, in egestate, in
erumna, in morbo, in dolore, in aliqua ne-
cessitate, & vident alios habere sanitatem
corporis, abũdare temporalibus, incolumi-
tate suorum gaudere, nitore honorum flo-
rere eos qui non solum deum non colunt,
sed omnibus hominibus aduersantur, attẽ-
dentes eos, nutant, & dicunt apud se quod
aperte scriptum est in quodam psalmo,
Quomodo sciuit deus, & si est scientia in
altissimo? Ecce ipsi peccatores & abun- Psal.72.
dantes in seculo obtinuerunt diuitias. Et
sequitur, nũquid vane iustificaui cor meũ,
& laui inter innocentes manus meas? Nũ-
quid forte vanus fui q̃ volui iuste viuere,
& innocenter inter homines conuersari,
quando scio eos qui nolũt seruare innocẽ-
tiam habere tantam fœlicitatem, & insulta I
re iustis per iniquitatem fœlices? Sed quis
illud dixit ibi in psalmo? Cuius nondum
erat rectum cor. Sic enim cœpit ipse psal-
mus de quo modo testimonium dedimus,
non iste quem consyderandum & tractan
dum modo suscepimus: sed vbi dictũ est,
Quomodo sciuit deus & si est scientia
in altissimo? Ecce ipsi peccatores abundan
tes in seculo obtinuerunt diuitias: Nun-
quid vane iustificaui cor meum, & laui in
ter innocentes manus meas? Ille ergo psal
mus vbi videtis quia periclitatur anima,
vbi videtis quia nutant pedes, sic cœpit,
Quàm bonus deus Israel rectis corde:
Mei autem, inquit, pene commoti sunt pe
des, paulominus effusi sunt gressus mei.

Quare? Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Inde ergo dixit commotos pedes suos & penè effusos gressus, lapsos ad ruinam a deo, quia intuitus est & inspexit fœlicitatem peccatorum, & vidit eos habere pacem, se autem laborem. Narrauit autem hoc cum iam euasisset, cũ iam recto corde deo inhæsisset, narrauit præterita pericula sua, Ergo bonus deus Israel. Sed quibus? rectis corde. Qui sunt recti corde? Qui non reprehendunt deum. K Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad voluntatem dei dirigunt, non voluntatem dei ad voluntatem suam curuare conantur. Breue præceptum est, vt homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult deus, Noli deum velle facere quod vis tu. Prauicordes ergo sunt, id est, qui rectum cor non habent, qui sedent & disputant quomodo debuit facere deus, non laudando quod fecit, sed reprehendendo. Corrigere illum volunt. Parum est qui corrigi ab eo nolunt, & dicũt, Non debuit deus facere pauperes, sed soli diuites esse debuerunt, & ipsi soli viuerent. Vt quid factus est pauper? Vt quid viuit? reprehendit deum pauperum. Quanto melius esset pauper dei, & dives esset de deo, hoc est, sequeretur voluntatem dei, & videret paupertatem suam temporalem esse & transituram, diuitias autem sibi spirituales ita venturas, vt nullo pacto possent præterire, & haberet in diuitijs cordis fidem si ei non contingit aurum haabere in arca: quia si aurum haberet in arca, furem timeret, & aurum de arca etiam nolens perderet. fidem autem de corde non perdet, si ipse illam inde non expulerit. Cito autem re L sponderi potest charissimi, Fecit deus pauperem, vt probet hominem: & fecit deus diuitem, vt probet illum de paupere. Et omnia quæ fecit deus recte fecit. Et si non possumus videre consilium ipsius, quare illud sic fecit & illud sic, bonum est nobis vt subdamus nos sapientiæ ipsius, & credamus quia bene omnia fecit, & si nondum nouimus quare sic fecit: & habebimus cor rectum, vt præsumamus & confidamus in domino, & non mouebuntur pedes nostri, & sit in nobis ascendentibus vnde cœpit iste psalmus.

Expositio psalmi.

QVi confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum.] Qui sunt isti? Qui habitant in Hierusalem.) Ipsi non commouebuntur in æternum qui habitant in Hierusalem. Si hanc Hierusalem intellexerimus, omnes qui illic inhabitabant, bellis & euersione ipsius ciuitatis exclusi sunt. Modo si quæris Iudæum in ciuitate Hierulalem, non inuenies. Quare ergo non mouebuntur in æternum qui inhabitant in Hierusalem: nisi quia est alia Hierusalem, de qua multa soletis audire? Ipsa M est mater nra cui suspiramus & gemimus in ista peregrinatione, vt ad illã redeamus. Erraueramus a via, & viam non habebamus. Rex ipsius venit, & via nobis factus est, vt ad illã redire possimus. Ipsa est illa vbi stantes erant pedes nostri in atrijs Hie Psſ.121 rusalẽ, sicut audistis in psalmo conticorũ graduum superiore, iam vobis exposito & tractato qui interfuistis cui suspirabat ille qui cantabat, Hierusalem q̃ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Qui ergo ibi habitabant, non mouebunt in æternum. Qui autem habitarunt in ista Hierusalẽ, moti sunt, primo corde, postea exilio. Q̃n moti sunt corde & ceciderunt, tunc regem ipsius supernæ Hierusalẽ crucifixerunt. Iam spiritaliter foris erant, & ipsum regem foras excludebant. Eiecerũt n. Mat.27 illum extra ciuitatem suam, & eum foris crucifixerunt. Et ipse eiecit illos extra ciuitatem suam. i. æternã Hierusalem matrem omnium nostrum quæ est in cœlis. Qualis est ista Hierusalem? Breuiter describit eam. Montes in circuitu eius.] Magnum ergo aliquid est, esse nos in ea ciuita te quam circundederunt montes? ipsa est tota fœlicitas nostra, quia habebimus ciui- A tatem, quam circundederunt montes? Num enim non nouimus montes, aut q̃d sint montes, nisi tumores terrarum? Alij sunt ergo montes amabiles, montes excelsi, prædicatores veritatis, siue angeli, siue Apostoli, siue prophetæ. Ipsi sunt in circuitu Hierusalem. Ambiunt illam, & quasi murum illi faciunt. De his mõtibus amabilibus & delectabilibus assidue scriptura loquitur. Aduertite vel cum auditis vel legitis, pluribus locis inuenitis montes delectabiles, quàm nos possumus commemorare. Veruntamen quantum dominus suggerit, delectat nos de his montibus multa dicere, & diuina testimonia de literis sanctis occurrunt nobis. Ipsi sunt montes qui illuminantur à deo. Et primitus illuminantur, vt ab ipsis lumen descẽdat ad valles, vel ad colles, quia non tãtæ sunt altitudinis quantæ sunt mõtes. 120. Ipsi sunt per quos nobis prærogat̃ scriptura, siue in ꝓphetia, siue in euangelio. Ipsi sunt mõtes, de quibus cantamus, Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxiliũ mihi: quia de scripturis sanctis in hac B vita habemus auxiliũ. Sed quia ipsi mon- 17. tes non à se proteguntur nec à seipsis no- 120. bis consulũt, nec spes nostra debet esse in montibus, ne maledicti simus q̃ spem in homine ponimus: iã dixerat, Leuaui oculos meos in montes, Vnde veniet auxiliũ 71. mihi: Auxilium, inquit, meum à domino qui fecit cœlum & terram. Ipsi sunt montes de quibus item dicit, Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles iustitiam. Montes magni sunt, colles minores sunt. 1. Montes ergo vident, colles credunt. Qui vident, pacem susceperunt & attulerũt ad illos qui credunt: Qui enim credunt suscipiunt iustitiam, quia iustus ex fide viuit. 1. Angeli vident, annunciant quod vidẽt, & credimus nos. Ioannes ille, In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Videbat, prædicauit nobis vt crederemus. Et per montes suscipientes pacem, susceperunt colles iustitiam: quia de ipsis montibus ait, Suscipiunt montes pacem populo tuo: non dixit, a se habent pacem, vel instituunt pa- 120. cem, vel generant pacem, sed suscipiunt pacem. Vnde suscipiunt pacem, dominus est. Sic ergo leua oculos tuos ad 75. montes propter pacem, vt auxilium tuum sit a domino qui fecit cœlum & terram. C Rursus illos montes commemorans spiritus sanctus hoc ait, Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Non dixit, illuminans montes, sed illuminans tu a montibus æternis. Per mõtes istos quos æternos esse voluisti prædicãs euangeliũ, tu illumi nas, non mõtes. Tales ergo montes in circuitu Hierusalem. Et vt noueritis quales sint mõtes in circuitu eius, vbi cõmemorauit mõtes bonos scriptura, valde raro & difficile, aut forte nunq̃, & non statim ibi nominat dñm, aut simul significat, ne spes

remaneat in mõtibus. Ecce videte q̃ multa cõmemoraui: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. Et ne Ps. 120. ibi remaneas. Auxiliũ meum, inqt, a dño, qui fecit cœlum & terrã. Rursus suscipiũt montes pacẽ populo tuo. Cum dixit, susci Psal. 71. piunt, ostendit aliũ esse montem pacis vn de illi suscipiũt. Rursus, a montibus illu- Psal. 75. minãs, vt dixit mox adiunxit, Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Item hoc loco cũ dixisset, Montes in circuitu eius: ne tu rursum remaneres in mõtibus: statim subiunxit, Et dñs in circuitu plebis suæ.) Vt tua spes non sit in montibus, sed in illo qui illuminat montes. Cum. n. ille habitat in montibus. i. in sanctis, ipse est in circuitu plebis suæ, & ipse murauit plebẽ suam munimẽto spirituali, ne moueatur in æternũ. At vero de illis montibus malis D qñ loquitur scriptura, non eis addit dñm. Tales montes iã sæpe diximus vobis, significant magnas quasdã animas, sed malas. Non. n. putetis fratres, q̃ potuerunt fieri hæreses p aliquas paruas animas. Nõ fecerũt hæreses, nisi magni homines, sed quantũ magni, tantũ mali mõtes. Non. n. montes erãt tales qui susciperent pacem, Psal. 71. vt colles susciperẽt iustitiã, sed illi dissensionẽ susceperũt a diabolo patre suo. Mõtes ergo erant: ad tales mõtes caue ne fugias. Vẽturi. n. sunt homines, & dicturi tibi, Magnus ille vir, & magnus ille homo. Qualis fuit ille Donatus? qualis est Maximinianus? & nescis Photinus qualis fuit? & ille Arrius qualis fuit? Oẽs istos montes nominauimus, sed naufragosos Videtis q̃ lucet de illis aliqua flamma sermonis, & aliquis de ipsis ignis accenditur. Si nauigatis in ligno, & noctem patimini, id est, caliginem huius vitæ, non vos fallant, nec dirigatis illuc nauim. Ibi sunt saxa, vbi naufragia magna fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes, & cœperit tibi suaderi vt venias ad ipsos montes qua si ad auxilium, & ibi requiescas: Respon E de, In domino cõfido, quomodo dicitis psal. 10. animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Bonum est enim tibi vt ad illos montes leues oculos, vnde tibi auxilium a dño fit, vt euadas sicut passer de muscipula venantium, non transmigres in mon- psal. 12. tes. Passer enim instabilis res est, Cito mouetur, cito volat hinc & inde. Sed tu cõfide in domino, & eris sicut mons Sion,

non moueberis in æternum, & non transmigrabis in montes sicut passer. Nunquid ibi sic nominauit montes, vt de dño diceret? sed montes tales ama, in quibus dominus est. Tunc autem te amant ipsi montes
Psal.35. si non in illis spē posueris. Videte frēs quales
Phili. 3. sint montes dei. Nā inde sic nominati sunt in alio loco, Iustitia tua sicut montes dei. Non iustitia ipsorum, sed iustitia tua. Audi talem montem Apostolum, Vt inueniar in illo, inquit, non habens iustitiam quę ex lege est, sed eam quæ per fidē Christi. Illi autem qui per iustitiam suam montes esse voluerunt, sicut Iudæi quidam vel
Ro. 10. pharisęi principes eorum sic reprehendun
F tur: Ignorātes.n. dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. qui autem subiecti sunt, sic sunt alti vt humiles sint. Et q̄a magni sunt mōtes dicuntur. Quia vero subiecti sunt deo, valles sunt. Et quia habēt capacitatem pietatis, suscipiunt abundantiam pacis, & inūdationem transmittunt ad colles. Modo tamen tu vide quos montes ames. Si vis amari à bonis montibus, noli spem ponere nec in bonis montibus. Nam qualis mons erat Paulus? Quando inuenitur talis? De magnitudine loquimur hominum. Tantę gratiæ quisquam potest facile inueniri? Et
1.Co.1. tamen timebat ne passer ille in illo ponePs.120. ret spem. Et quid ait? Nūquid Paulus pro
1.Co.3. vobis crucifixus est? Sed leuate oculos in montes vnde auxilium veniat vobis, quia ego plantaui. Apollo rigauit: sed auxilium vestrum à domino qui fecit cœlum & terram, quia deus incrementum dedit. Ergo montes in circuitu eius. Sed qūo mōtes in circuitu eius sic & dominus in circuitu plebis suæ, Ex hoc nunc & vsq. in seculum.) Si ergo montes in circuitu eius, & dominus in circuitu plebis suæ, constringit dominus plebem suam in vnum vinculum charitatis & pacis: vt qui cōfidunt in domino sicut mons Sion, non commoueantur in æternum. Et hoc est ex hoc & vsque in seculum. Quoniam non derelinquet virG gam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.) Mō q̄dē iusti aliquantum laborant, & mō aliquando iniusti dominantur iustis. Quibus modis? Aliquādo iniusti p̄ueniūt ad honores seculi. Cū peruenerint & facti fuerint vel iudices, vel reges, quia hoc facit deus p̄p disciplinā plebis suæ, p̄pter disciplinā populi sui, nō p̄t fieri nisi vt exhibeat illis honor debitus potestati. Ordinauit.n. sic deus ecclesiam suā, ut omnis potestas ordinata in seculo habeat honorem, & aliqñ à melioribus. Sed exempli gra, vnam rem dico, hinc conijcite gradus omniū potestatum. Prima & quotidiana potestas hominis in hominē, domini est in seruum. Prope oēs domus habent huiusmodi potestatem. Sunt dñi, sunt & serui. Diuersa sunt nomina, dñs seruus, sed homines & homines paria sunt nomina. Et
Ephe.6. q̄d dicit Apostolus, docēs seruos dominis suis subditos eē? Serui, obedite dominis vestris sc̄d̄m carnē, q̄a est & dominus sc̄d̄m spiritum. Ille est verus dñs & æternus, isti autē temporales sc̄d̄m tempus. Tu cū H ambulas in via, cum viuis in hac vita, non vult te facere superbum Christus. Contigit tibi vt Christianus efficereris, & haberes dñm hominē: non ideo christianus factus es, vt dedigneris seruire. Cum enim Christo iubente seruis homini, non illi seruis, sed illi qui iusit. Et hoc ait, Obaudite dominis vestris sc̄d̄m carnē, cum timore & tremore & in simplicitate cordis, nō ad oculū seruientes quasi hominibus placentes, sed quasi serui Christi facientes bonā voluntatem dei ex animo cum bona volū tate. Ecce non fecit de seruis liberos, sed de malis seruis bonos seruos. O quantū dēt diuites Christo, qui illis componit domū: vt si fuit ibi seruus infidelis, conuertat illū Christus, & non ei dicat, Dimitte dominū tuū: iam cognouisti eum qui verus est dominus, ille forte impius est & iniquus, tu iam fidelis & iustus. Indignum est vt iustus & fidelis seruiat iniquo & infideli. Non hoc ei dixit, sed magis seruiat. Et vt corroboraret seruum, hoc dixit, Exemplo meo serui, quia prior ego seruiui iniquis. Dominus enim tanta in passione sustinēs, à q̄bus sustinuit nisi dñs à seruis? Et a quibus, nisi à malis seruis? Nam si fuissent boni serui, honorarent dñm suū. Sed quia mali serui erant iniuriaueruut dominum. Ille I quid contra reddidit? Dilectionē p̄ odio. Ait enim, Pater ignosce illis, quia nesciunt Luc.23. q̄d faciunt. Si dominus cœli & terræ per quem facta sunt omnia seruiuit indignis, rogauit pro sęuientibus & furentibus, & tanquam medicum se exhibuit aduenies: Nam & medici & arte & sanitate meliores seruiunt ægrotis: quanto magis non debet

debet dedignari homo, ex toto animo, & ex tota bona voluntate, cū tota dilectione seruire dño ēt ma'o? Ecce seruit melior deteriori, sed ad tps. Quod aūt dixi de dño & seruo, hoc intelligite de potestatibus & regibus, & de omnibus culminibus huius seculi. Aliqñ.n. ptātes bonę sūt & timēt deū,
1.3.c. aliqñ nō timent deum. Iulianus extitit in-
Iulianus fidelis imperator, Nonne extitit apostata, infidelis. iniquus, idololatra? Milites Christiani seruierunt imperatori infideli. Vbi veniebaē ad cām Chri, nō agnoscebant nisi illū qui in cœlo erat. Q̄ñ volebat vt idola colerēt, vt thurificarent, præponebant illi deum. Q̄ñ aūt dicebat, producite aciem, ite contra illam gentē, statim obtemperabant. DiK stinguebant dūm æternum a dño t pali, & tamen subditi erāt p̄p dominum æternū, etiam domino temporali. Sed nunquid sic erit semper, vt iniqui imperent iustis? Nō sic erit. Videte.n. quid dicat iple psalmus, Q̄ñ non derelinquet dñs virgam peccatorum super sortem iustorum. Sentitur ad tē pus virga peccatorum super sortem iustorum, sed non ibi relinquitur, non erit in æternum. Veniet tempus quādo vnus agnoscatur deus: veniet tempus q̄ñ vnus Chr̄s
Psal.95. in claritate sua apparens congreget ante se omnes gentes, & diuidat eas sicut diuidit pastor hædos ab ouibus: oues ponet ad dexteram, hædos ad sinistram. Et videtis ibi multos seruos inter oues, & multos dominos inter hædos: & rursus multos dños inter oues, & multos seruos inter hædos. Nō enim quia sic consolati sumus seruos, oēs serui boni sunt: aut quia sic reprehendimus superbiam dominorum, oēs dñi mali sunt. Sunt boni & fideles dñi, & sunt mali. Sunt boni & fideles serui, & sunt mali. Sed quandiu serui boni seruiunt malis dominis, ferant ad tempus, quia non derelinquet dominus virgam peccatorū super sortem iustorum. Quare hoc? Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, vt ad tp̄s ferant iusti iniquos dominantes, & intelligant non esse hoc sempiternum, sed præparent se ad possidendam sempiternā hæreditatem. Quam hæreditatem? Vbi de
Psal.36. struetur omnis potentatus & omnis potestas, vt sit deus omnia in omnibus. Ad hoc se seruantes & hoc corde contemplantes, & adhuc in fide retinentes, & vt videant perdurantes, non extendunt manus suas in iniquitatem. Nam si videant quia semper est virga peccatorum super sortem iustorum cogitant apud se & dicunt, Quid mihi prodest, quia iustus sum? Semper mihi dominabitur iniquus, & semper seruus ero? Faciam ergo & ego iniquitatem, quia nihil prodest tenere iustitiam. Ne autem hoc dicat, insinuatur illi fides, quia ad tempus potest esse virga peccatorum super sortem iustorum, non.n. eam relinquet dominus super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas: sed teneant ab iniquitate manus suas, & ferant iniquitatem, non faciant: melius est.n. iniustitiam ferre, q̄ facere. Vnde non semper erit? Quia non derelinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.
Psal.72. Hoc cogitant qui recto sunt corde, de quibus pauloante dixit, qui voluntatem dei se M quuntur non voluntatem suam: sed qui se qui deum volunt, faciunt illum præcedentem & se sequentes: non autem se præcedentes, & illum sequentem. Et in omnibus eum bonum inueniunt, siue emendantem, siue consolantem, siue consolātem, siue exercentem, siue coronantem, siue purgantem,
Rom.8. siue illuminantem: sicut Apostolus ait, Scimus q̄ñ diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. Et ideo sequitur, Bene fac domine bonis & rectis corde.) Sicut au
Psal.36. tem qui declinat a malo & facit bonum, re
Psal.72. ctus corde est, quia non zelat in peccatoribus, pacem peccatorum intuens: sic praui cordis est qui scandalizatur in vijs domini, qui declinat a deo & facit malum, & inescatur dulcedine seculi, & ea illaqueatus & captus, amaras pœnas luit. Declinanti autem a deo, cuius disciplinā ferre noluit, fit illi per iudicium dei verus laqueus falsa malorum fœlicitas. Vnde continuo subiūngit, Declinantes autem in strangulationem adducet dominus cum operantibus iniustitiam.]Id est, quorum facta imitati sunt, quia eorum præsentes lætitias amauerunt, & futura supplicia non crediderunt.
A Qui ergo recti sunt corde & non declināt quid habebunt? Iam veniamus ad ipsam hæreditatem fratres, q̄a filij sumus. Quid possidebimus? Quæ est hæreditas? Quæ patria nostra? Quid vocatur? pax. Per hāc vos salutamus, hanc vobis annunciamus,
Psal.71. hanc suscipiunt montes & colles iustitiam,
Ephe.2. ipsa est Christus. Ipse.n. est pax nostra qui fecit vtraque vnum, & medium parietem in maceria soluit, quia filij sumus, hæreditatem

tatem habebimus. Et quid vocabitur ipsa hæreditas, nisi pax? Et videte quia exhæredati sunt qui non amant pacem. Non aũt amant pacem qui diuidunt vnitatem. Pax possessio piorum est, possessio hæredum. Et qui sunt hæredes? Filij. Audite euangelium, Beati pacifici, quia ipsi filij dei vocabuntur. Audite & cõclusionem huius psalmi, Pax super Israel. Israel est vidẽs deũ, Hierusalem visio pacis interpretatur. Intelligat charitas vestra. Israel interpretatẽ videns deum, Hierusalem vero interpretatur visio pacis. Qui non mouebuntur in æternum? Qui habitant in Hierusalem, non mouebuntur in æternum. Ergo non mouebũtur in æternum qui inhabitant visionem pacis, Et pax super Israel. Ergo Israel qui videns deum est, videns pacẽ est, & ipse Israel est & Hierusalem, quia populus ille dei ipsa est ciuitas dei. Si ergo videns pacem, hoc est, videns deum, merito & deus ipse est pax. Ergo quia Christus, filius dei pax est, ideo venit colligere suos, & secernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui oderunt Hierusalem, qui oderunt pacem, qui volunt conscindere vnitatem, qui nõ credunt paci, qui falsam pacem annunciãt in populo, & non illam hñt. Quibus rñdetur cum dixerint, Pax vobiscum, & cũ spũ tuo. Falsa dñt, & falsum audiunt. Quibus dñt pax vobiscum? Quos separant a pace orbis terrarum. Et quibus dr, Et cum spũ tuo? Qui dissensiones amplectuntur, & odiunt pacem. Si. n. in spiritu eorũ esset pax, nonne vnitatem diligerent, & relinquerẽt dissensionem? Falsum ergo pronunciant, & falsum audiunt. Nos verum pronunciemus, & verum audiamus. Simus Israel & amplectamur pacem, quia Hierusalem est visio pacis, & nos Israel, & pax sup Israel.

Matt. 5.

Psa. 124

B

In Psalmum centesimum vicesimumquintum. Enarratio.

C SIcut iam meministis ex ordine nobis tractantibus iste Psalmus est centesimus vicesimus quintus, q inter illos psalmos est, quorum est titulus, Canticum graduum. Est autem sicut nostis vox ascendẽtium. Quò nisi ad illam supernam Hierusalem, matrem omniũ quæ in cœlis? Quæ superna, ipsa & æterna. Hæc autem quæ in terra fuit, vmbram habebat illius. Itaq. ista cecidit, illa permanet. Hæc impleuit tempus prædicationis, illa tenet æternitatẽ reparationis nostræ. Ab illa peregrinamur in hac vita, ad eius reditum suspiramus. Suspiramus tandiu miseri & laborantes, donec ad illam redeamus: nec ciues nostri angeli dimiserunt nos in peregrinatione, sed annunciauerunt nobis ipsum regem venturum ad nos: & venit ad nos, & contemptus est inter nos a nobis: & postea no biscum fuit & docuit nos contemni, quia contemptus est: docuit nos tolerare, quia tolerauit, docuit pati, quia passus est: & promisit resurrecturos, quia resurrexit, in seipso ostendens quid sperare debeamus. Si ergo fratres prophetæ antiqui patres nostri antequam dominus Iesus Christus veniret in carne, antequam mortuus resurrexisset & ascendisset in cœlum, suspirabant tamen illi ciuitati, quantum oportet nos desiderare quò nos ipse præcesit, & vndo nunquam recesit? Non. n. dominus sic venit ad nos, vt desereret angelos: & cum illis mansit, & ad nos venit. In illis mansit in maiestate, ad nos venit in carne. Eramus autem ibi, vbi redemptor noster ille veniſſe dicitur, & captiui tenebamur. Si redemptor noster ille dicitur, captiui tenebamur. Vbi ergo tenebamur, vt ille veniret redimere captiuos? Vbi tenebamur? Forte apud Barbaros. Peior est Barbaris diabolus & angeli eius. Ipsi antea tenebant genus humanum, ab eis redemit nos, quia non aurum neque argentum, sed sanguinem suum pro nobis dedit. Quomodo autem homo venerat in captiuitate, Paulum Apostolum interrogemus. Etenim ipse præcipue gemit in ista captiuitate, suspirans æternam Hierusalem, & docuit nos gemere ex ipso spiritu, quo & ille impletus gemebat. Hoc enim ait, Omnis creatura congemiscit & dolet vsque nunc. Et itera rum, Vanitati enim creatura subiecta est, non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Omnem creaturam dixit in hominibus etiam nondum credẽtibus, sed tamẽ credituris, ingemiscere creaturam in laboribus. Nunquid nam in his tantũ gemit qui nondum crediderunt? Iam vero in his qui crediderunt non gemit nec parturit creatura? Non solum aũt, inquit, sed & nosipsi primitias spiritus habentes. i. qui iã spiritu deo seruimus, qui iam mente deo credimus, & in ipsa fide primitias quas-

Matt. 16

Rom. 8

D

E

dam dedimus, vt primitias nostras sequantur: ergo & nosipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Gemebat ergo & ipse, & gemunt oẽs fideles adoptionẽ expectãtes redẽptionẽ corporis sui. Vbi gemũt? In ista mortalitate. Quam redemptionem expectant? Corporis sui quæ præcesit in dño, qui resurrexit a mortuis, & ascendit in cœlum. Hoc nobis antequam reddatur necesse est gemamus, ẽt fideles, ẽt sperãtes. Ideo sequitur ibi & dicit, Cum diceret, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem, expectantes redemptionẽ corporis nostri: quasi diceretur ei, Quid tibi ergo pfuit Christus si adhuc gemis? & qũ saluator saluum te fecit? Qui gemit, adhuc ægrotat: subiungit & ait, Spe. n. salui facti sumus. Spes aũt quæ videtur non est spes. Quod. n. videt quis quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Ecce quare gemimus, & quomodo gemimus, quia quod speramus iam quidem expectamus, sed nondum tenemus, & donec teneamus in tempore suspiramus, quia desyderamus quod nondũ tenemus. Quare? Quia spe salui facti sumus. Iam caro sumpta de nobis in domino, non spe sed re salua facta est. Resurrexit. n. & ascendit in capite nostro caro nostra salua in membris adhuc saluanda est. Secura gaudeant membra, quia a capite suo non sunt deserta. Dixit. n. membris laborantibus, Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: ita factum est vt conuerteremur ad deũ. Spẽ enim non habueramus, nisi ad seculum, & inde serui miseri, & bis miseri, quia & in hac vita spem posueramus & faciem habentes ad seculum, deorsum contra deum. Cum vero conuerterit nos dominus, vt iã incipiamus faciem habere ad deum, & dorsum ad seculum, quia adhuc in via sumus, & tamen ad patriam attendimus: & qñ forte aliquam tribulationem patimur, sed tamen tenemus viam & ligno portamur, Asper quidem ventus est, sed ventus prosp est, cum labore quidem, sed cito ducit & cito perducit. Quia ergo de captiuitate nra gemebamus, gemunt autem & illi qui iam crediderunt. Quomodo autem facti sumus captiui? Obliti fuimus, sed per scripturam commemoramur. Paulum ipsum Apostolum interrogemus. Ait enim. Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Ecce vnde facti sumus captiui, quia venundati sumus sub peccato. Quis nos vendidit? Nosipsi qui consensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere nos non possumus. Vendidimus nos consensione peccati, redimimur in fide iustitię. Sanguis. n. innocens datus est pro nobis vt redimeremur. Non quemcunque sanguinem ille fudit persequendo iustos. Qualem sanguinem fudit? Iustorum quidem sanguinem fudit prophetarum patrum nostrorum, iustorum sanguinem fudit & martyrum, tamen omnes de propagine peccati venientes. Vnum sanguinem fudit eius qui non iustificatus, sed iustus natus est. Ille sanguine fuso perdidit quos tenebat. Pro quibus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt, & conuersi a captiuitate cantant ipsum psalmum.

Rom. 8.

F

G

H

Expositio Psalmi.

CVm conuerterit dñs captiuitatẽ Siõ, facti sumus sicut consolati.) Hoc voluit dicere, facti sumus gaudentes. Qñ? Cũ conuerterit dñs captiuitatẽ Sion. Quæ Sion? Ipsa Hierusalem æterna Siõ. Qũo æterna Sion? Qũo captiua Sion? In angelis æterna, in hominibus captiua. Nõ enim oẽs illius ciuitatis ciues captiui sunt, sed q inde peregrinantur ipsi captiui sunt. Homo ciuis est Hierusalem, venditus sub peccato, factus est peregrinus. De ppagine ipsius natũ est genus humanũ, & impleuit terras captiuitas Siõ. Et ista captiuitas Siõ quomodo vt vmbra illius Hierusalem? Vmbra illius Sion quam acceperunt Iudæi in imagine, in figura fuit in captiuitate in Babylonia, & post septuaginta annos rediit ille populus ad ciuitatem suam. Septuaginta anni significant omne tempus, quod septem diebus voluitur. Cum autem transierit omne tps, tunc redimus & nos ad patriam nram, qũo ille populus post septuaginta annos rediit a captiuitate Babyloniæ. Babylonia est. n. mundus iste. Babylonia. n. interpretatur confusio. Videte si non est confusio tota vita humana. Quicquid agunt homines in spe vana, qñ cognouerint quid agunt, erubescunt. Quare laborant? Cui laborant? Filij meis, inquir. Et ipsi cui? Filijs suis. Et ipsa qbus? Filijs suis. Nemo

I

Hie. 25. & 29.

1. Esd. 2.

I

Nemo ergo sibi. Ab ista ergo confusione
Rom.6. iam cõuersi erant quibus dicit Apostolus,
Quam.n.gloriam habebatis in his,in quibus nunc erubescitis? Confusio est ergo ista tota vita rerum humanarum, non pertinens ad deum. In hac cõfusione.i.in ista Babylonia,captiua tenetur Sion.Sed conuertit dñs captiuitatẽ Sion,& facti sumus, inqt, sicut cõsolati i.gauisi sumus tanquã consolationem accipientes.Consolatio nõ est nisi miserorum,consolatio non est nisi gementium & lugentium.Quare quasi cõsolati, nisi quia adhuc gemimus? Gemimus in spe,consolamur in re. Cum transierit spes,de gemitu gaudium veniet æternum,vbi non opus erit consolatione,quia nulla miseria fauciabimur. Quare autem vel ut consolati ait, & non ait consolati? Non semper quasi ad similitudinem ponitur hoc verbum,sicut,quod dicimus aliqñ ad proprietatem refertur,aliquando ad similitudinem:modo ad proprietatem relatum est. Sed exẽpla nobis etiam de cõmuni locutione hominum danda sunt,vt facile intelligatur, quomodo dicimus, Sicut vixit pater,ita & filius, ad similitudinem hoc dicimus:& sicut pecus moritur,ita homo moritur, ad similitudinẽ hoc dicitur.
K Ecclesiastes.3. Quando aũt hoc dicimus, Fecit sicut vir bonus,nunquid non est vir bonus, sed similitudinẽ habet viri boni? Fecit tanquã iustus. Hoc tanquam non negat eum iustum esse, sed ꝓprietatem eius ostendit. Fecisti sicut senator, ergo nõ sum senator si dicat:imò quia es,sicut senator fecisti:& qa iustus es,sicut iustus fecisti:& quia bonus es,sicut bonus fecisti:Ergo quia & isti vere consolati erant,sicut consolati gaudebant.i.magnum erat gaudium ipsorũ tanquam consolatorum,illo consolante morituros qui mortuus est, Omnes.n.mori gemimus, Consolatus est ille qui mortuus est nẽ mori timeremus, Prior resurrexit vt haberemus quod speraremus Quia ergo prior resurrexit,spem nobis dedit, qa in miseria positi spe consolati sumus.Hinc gaudiũ magnum. Et conuertit dominus captiuitatem nostram,vt tam de captiuitate viã teneamus,& eamus ad patriam. Iã ergo redempti in via non timeamus insidiãtes hostes nostros.Ideo.n.redemit nos, vt non audeat hostis insidiari nobis, si de via non recesserimus.Ipse.n. Christus factus est via. Vis nõ pati latrones? Ait tibi, Viam tibi straui ad patriam,noli de via re
L cedere. Talẽ viam muniui,vt latro ad te non audeat accedere. Tu ab illa noli recedere, & latro ad te non audebit accedere. Ambula ergo in Christo & canta, gaudẽs cãta tanquam consolatus,quia ille te præcesit qui iusit vt sequaris. Tunc repletũ est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.) Os fratres mei qđ habemus in corpore qũo repletur gaudio? Nõ solet impleri nisi aqua aut cibo, aut potu, aut aliqua re tali missa in os. Impletur aliquãdo os nostrum,& plus est qđ dicimus sanctitati vestræ, qñ os plenum habemus loq nõ possumus. Habemus aũt intus os.i. in corde,vnde qcquid procedit, si malum est inquinat nos, si bonũ est mũdat nos. De ipso.n.ore audistis, dum cuangeliũ legeretur. Insultabant.n. Iudæi domino,qa Mat.15 discipuli eius non lotis manibus manducabant. Illi insultabant qui munditiam foris habebant & intus maculis pleni erant. Illi insultabant quorũ iustitia non erat,nisi in oculis hominũ, dñs aũt quærit munditiã nostrã interiorẽ: quæ si fuerit, necesse est Mat.23 vt & quę foris sunt,mũda sint Mũdate,in qt,quæ intus sunt,& quæ foris sunt mũda
M erunt. Ipse dñs dicit alio loco, Verum date elemosynas,& ecce omnia munda sunt uc. 11 vobis. Vnde autem ꝓcedit eleemosyna? De corde. Si.n.manum porrigas, nec in corde misereris,nihil fecisti. Si aũt in corde misereris, etiam si non habeas quod porrigas manu, acceptat deus eleemosynã tuam. Illi aũt iniqui foris ꝙrebant mũdi tiam. De talibus erat ẽt ille Pharisæus q inuitauerat dñm, quando accesit ad eum mulier q̃ in ciuitate peccatrix erat & famosa, quæ lachrymis lauit pedes domini, Luc. 7. terfit capillis, vnxit vnguento. Pharisæus ergo q inuitauerat dominũ, & munditiã nõ habebat nisi forinsecus corporis, intus autem in corde plenus erat iniquitate & rapina,dixit apud semetipsum,iste si esset Ibidem. Propheta, sciret q̃ mulier illi accesit ad pedes. Vnde nouerat vtrũ sciret an nesciret? Sed ideo eũ nescire arbitratus est, qa non à se eam repulit. Si.n.accesisset ad ipsum Pharisæum talis mulier, ille q munditiã tenebat,quasi in carne exufflaret,repelleret,abiiceret,ne immũda tãgeret mũdum,& cõtaminaret eius munditiã. Quia hoc non fecit dñs, ideo illum credidit nescisse qualis mulier illi accesisset ad pedes.

A des. Dominus autem non solum illa nouerat,sed & cogitationes illius audiebat:quia etsi cõtactus corporis aliqd facit ò immũde Pharisæe,caro domini posset pollui cõtactu mulieris, an mulier mundari contactu dñi? Permittebat aũt medicus ægrotãtem tangere medicamentũ, & illa q̃ venerat nouerat medicũ, & quæ solebat in sua fornicatione fortasse esse frõtosa, frontosior facta est ad salutem. Irrupit in domũ quò nõ erat inuitata,sed vulnera habebat, & illuc venerat vbi medicus recumbebat. Ille aũt qui inuitauerat medicum sanus sibi videbatur, ꝓpterea non curabatur. Iam quæ sequũtur in Euãgelio nostis,quomodo cõfusus est ipse Pharisæus, cũ ei ostenderet quia & illam mulierem nouerat, & cogitationẽ cordis ipsius audierat. Sed ad id reuertamur qđ modo de Euangelio legẽdũ est, quod pertinet ad præsentem versum,vbi dictũ est, Impletum est gaudio os nostrũ,& lingua nostra exultatione. Quærimus n.quod os & quæ lingua, attendat charitas vestra. Insultatũ est domiuo,quia nõ lotis manibus discipuli eius manducarent, Respõdit illis dominus sicut oporteBat,& vocatis turbis ait, Audite omnes & intelligite, Omne quod intrat in os nõ coinquinat hominẽ, sed quod exit. Quid est hoc? Cum dixit,quod intrat in os,non nisi os corporis voluit ostẽdere. Intrant.n. cibi,& non coinquinant homines cibi,qa omnia munda mundis,& omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur In figura Iudæis posita erant quædã, & immunda dicta sunt. Sed posteaquam figurarum lux ipsa venit,& remotæ sunt vmbræ, nõ sumus retẽti in litera,sed viuificati in spiritu, & nõ est impositũ iugum obseruationis Christianis quod impositum erat Iudæis,quia dominus dixit, Iugum.n.meum suaue est,& sarcina mea leuis est. Et omnia,ait Apostolus,munda muudis,immundis autem & infidelibus nihil est mundũ, sed polluta sunt eorum & mens & cõscientia. Quid voluit intelligi? Mundo homini & panis & porcina munda est, immundo autem nec panis nec porcina. Immundis autem,inquit,& infidelibus nihil est mundum. Quare nihil est mundum? Sed polluta sunt,inquit,eorum & mens & cõscientia:quia si interius quod est, immundum est,foris quod est, nihil mundum esse potest. Si ergo illis quibus interiora immunda sunt,exteriora munda esse non possunt: si volueris vt exteriora munda sint, inteC riora mundato, Ibi est.n.os quod implebitur tibi gaudio,& quando taces. Quando taces.n.& gaudes, os tuũ clamat ad deum. Sed vide vnde gaudeas, si de seculo gaudes, immundo gaudio vociferaris ad deũ: si vero de redemptione gaudes,quomodo dixit psalmus iste, Cũ conuerterit dominus captiuitatem Sion facti sumus iocundati,tunc impletur vero gaudio os tuum, & lingua tua exultatione. Manifestum est quia in spe gaudes,& acceptũ est gaudium tuũ apud deum. In ipso gaudio vel in ipso ore qđ habemus intus, & mãducamus & bibimus, sicut de isto ore ad refectionem corporis sic & de illo ore ad refectionem Matt. 5. cordis. Nã vnde beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,qñ ipsi saturabuntur? Si autẽ non facit immundũ nisi quod exit de ore,& hoc cũ audimus in Euangelio,non intelligamus nisi os corporis, absurdũ est & nimis stultũ, vt tunc putemus non fieri immundum hominem cum manducat: tunc autẽ putemus immundum,si vomat. Mat. 15. Ait enim dominus, Non quod intrat in os, sed quod exit coinquinat. Quando ergo manducas non fis immundus, & quãdo vomis efficeris immundus? Quando bibis nõ es immundus,& quando spuis D immũdus es? Quando spuis.n.de ore tuo exit aliquid:quando bibis,in os intrat aliquid. Quid voluit dicere dñs, Non quod intrat in os,sed qđ exit inquinat? Secutus eodẽ loco scđm aliũ Euãgelistã dixit, Quę Marc.7. sunt q̃ ꝓcedunt de ore? vt intelligas nõ de ore corpis eũ dixisse,sed de ore cordis. Ait Mat. 15. .n.De corde.n.exeũt cogitationes malæ, fornicationes,homicidia,blasphemiæ,hæc sunt q̃ coinquinant hominem:nõ lotis autẽ manibus manducare nõ coinquinat hominem. Illa ergo fratres mei quomodo exeunt de ore,nisi quia exeunt de corde,sicut ipse dominus dicit? Non enim quando illa loquimur tunc nos maculãt. Ne quis dicat,Cũ loquimur,de ore nostro exeunt, quia verba & voces de ore nostro exeunt, & quando mala loquimur,immundi effici mur. Quid si aliquis non loquatur, & tamen cogitet mala? Mundus est quia de ore ipsius corporis nihil processit? Sed de ore cordis iam deus audiuit. Ecce fratres mei attendite quæ dico,Nomino furtum modo,

modo nominaui furtum: nũquid quia nominaui furtum, contaminauit me furtum? Attendite qđ dico, Ecce de ore meo exijt, & non me fecit immundum. Fur autẽ furgit in nocte, & nihil dicit ore, & faciendo fit immundus. Non solum autem non dicit, sed & premit facinus toto silentio, & vsqueadeo vocẽ suam timet audiri, vt nec vestigia sua velit sonare. Núquid ergo qa ita silet mundus est? Plus autem dico frẽs mei. Ecce adhuc in stratu suo iacet, nondũ surrexit vt furtum faciat, vigilat, & expectat vt homines dormiãt, iã deo clamat, iã fur est, iã immundus est, iã facinus de ore interiore processit. Qñ.n. facinus ex ore procedit? Qñ voluntas faciendi decernit. Decreuisti facere, dixisti: dixisti, fecisti. Si furtum non feceris foris, forsitan ille non meruit perdere cui disponebas auferre. Et ille nihil perdidit, & tu de furto dãnaberis. Decreuisti occidere hominẽ, dixisti in corde, sonuit de ore tuo interiore homicidiũ, adhuc viuit hõ, & tu homicida puniris. Quid sis.n. apud deũ q̃ritur, non quid non dũ apparueris apud homines. Certe ergo nouimus & nosse debemus & tenere, quia est os cordis, est & lingua cordis. Ipsum os impletur gaudio, in ipso ore intus oramus deũ, qñ labia clausa sunt & patet conscientia. Silentiũ est & clamat pectus, Sed auribus cuius? Non hominis, sed dei. Securus ergo esto, ille audit qui miseretur. Et rursus qñ nemo hominũ audit: mala si procedunt de ore tuo, noli esse securus, quia ille audit qui damnat. Susanna nõ audiebatur ab iniustis iudicibus, tacebat & orabat, Os eius nõ audiebatur ab hominibus, cor eius clamabat ad deũ. Nunquid quia vox eius & de ore corporis nõ processit, ꝓpea exaudiri non meruit? Exaudita est illa, & qñ orauit nemo hominũ sciuit. Ergo frẽs quid habeamus in ore interiore cogitate, Ibi videte ne quid mali dicatis intus, & nihil mali facitis foris: non potest.n. fieri ab hominibus foris, nisi qđ dictum fuerit intus. Custodi os cordis a malo, & innocens eris, innocens erit lingua corporis tui, innocentes manus erunt, etiam pedes innocentes erunt, oculi innocentes erunt, aures innocentes erunt. Omnia membra tua iustitiæ militabunt, quia imperator iustus tenuit cor. Tunc dicent inter gentes, Magnificauit dñs facere cum eis: magnificauit dñs facere nobiscum, facti sumus iocũ dati.) Videte fratres si modo Sion non illud dicit inter gentes per totum orbẽ terrarũ, videte si non ad Ecclesiam curritur. In toto orbe terrarum ptium nr̃m accipitur, Amen rñdetur. Dicunt ergo inter gentes Hierosolymitani captiui, Hierosolymitani redituri, peregrini, suspirantes patriæ suæ. Quid dicunt? Magnificauit dñs facere nobiscum, facti sumus iocundati. Nunquid ipsi secum fecerunt? Ipsi male secum fecerunt, quia sub peccato se vendiderunt. Redemptor venit, & bene cũ illis fecit, & magnificauit dñs facere cum eis, Magnificauit dominus facere nobiscũ, facti sumus iocundati. Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.) Quid sit hoc attendat charitas vestra. Iam dixerat, Cum conuerteret dominus captiuitatem Sion. Quasi de præterito loquebatur: sed solet fieri, vt de præterito loquens, futura pnunciet Propheta. Nam quasi de pterito loquebatur cũ in alio Psalmo diceret, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Non dixit, fossuri sunt, non dixit, dinumerabunt, non dixit, diuident sibi vestimenta mea, non dixit, super vestimentum meum mittent sortẽ. Futura.n. erãt & quasi facta cãtabantur. Omnia.n. q̃ futura sunt, deo iã facta sunt. Hic ergo cum diceret, Cum conuerteret dominus captiuitatem Siõ, facti sumus velut cõsolati, Tũc repletũ est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione: quod vt ostẽderet se figura pteriti futura cogitare, ait, Tũc dicẽt inter gentes. Dicẽt, iam de H futuro est: Magnificauit dominus facere nobiscũ, facti sumus iocũdati, de pterito. Tũc cum cãtabãtur futura erãt, & nũc videtur præsentia: ergo erat tanq̃ de futuris, qui futura tanq̃ præterita præcinebat, Cõuerte domine captiuitatem nostram. Non dũ erat ergo cõuersa captiuitas, quia nondum redemptor aduenerat. Ergo quãdo cãtati sunt Psalmi, quod orabatur tũc, iam factum est. Cõuerte domine captiuitatẽ nostram, sicut torrens in austro. Sicut cõuertuntur torrentes in austro, sic conuerte captiuitatem nostram. Quærebatur quid sit, sed patebit modo, adiuuante domino & vestris orationibus. Quodam loco dixit scriptura, cum præciperet & moneret de operibus nostris bonis: ait enim, Sicut glacies in sereno, ita soluentur peccata tua. Ergo Eccle.3. peccata ligabant nos. Quomõ? Qũo frigus ligat

De pœ. dist.1. Si propria.

F

Dan.13.

ligat aquam ne currat, ita & nos illigati frigore peccatorum gelauimus. Auster autem calidus ventus est. Quando flat auster liquescit glacies, & implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hyemalia, magno enim impetu repentinis aqs impleta cũrunt. Gelaueramus ergo in captiuitate, constringebant nos peccata nostra: flauit auster spiritus sanctus, dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus a frigore iniquitatis, tanquam glacies in sereno sic soluuntur peccata nostra. Curramus ad patriam quasi torrentes in austro. Diu enim laborauimus & laboramus, etiam facientes bene. Nam ipsa vita humana quam ingressi sumus misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, erumnis, tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum, flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere prius puer qui nascitur? Quare a fletu incipit viuere? Ridere nondum nouit, quare plorare iam nouit? Quia cœpit ire in istam vitam. Sed si de illis captiuis est, hic flet & gemit, sed veniet gaudium, sequitur enim, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.] In ista vita, quæ plena est lachrymis, seminemus. Quid seminabimus? Opera bona. Opera misericordiæ semina nostra sunt. De quibus seminibus ait Apostolus, Bonum autem facientes nõ deficiamus, tempore.n. proprio metemus insatigabiles. Itaque dum tempus habemus operemur bonum ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei. Loquens itaque de ipsis eleemosynis quid ait? Hoc autem dico, Qui parce seminat, parce & metet: Ergo qui multum seminat multum metet: Qui parce seminat parce & metet: & qui nihil seminat, nihil metet. Quare desyderatis latos fundos vbi multa semina seminetis? Latior vobis non est vbi seminetis q̃ Chrs, q in se voluit seminari. Terra vestra Ecclesia est, seminate quantum potestis. Sed parum habes vnde facias. Habes volũtatem? Qũo nihil esset quod habes, si non adesset bona voluntas: sic & quia non habes, noli esse tristis si est tibi bona voluntas. Quid enim seminas? Misericordiam. Et quid metis? Pacem. Nunquid autem dixerunt angeli, Pax diuitibus hominibus in terra? Sed pax in terra hominibus bonæ voluntatis. In vidua magna volũtas. In Zacchæo magna voluntas, in Zacchæo charitas magna, Suscepit dñm hospitio, gaudẽs suscepit, & dimidiũ patrimonij sui pauperibus ꝓmisit se daturũ, & si cui aliquid abstulerat, quadruplũ redditurum: vt intelligas ꝓpea sibi eũ tenuisse dimidiũ, nõ vt haberet qđ̃ possideret, sed vt haberet vnde debita redderet. Magna voluntas, multũ dedit, multum seminauit. Ergo vidua illa, q̃ duo minuta misit, parum seminauit? Imò tm̃ quantum Zacchæus. Minores.n. facultates ferebat, sed parem voluntatem habebat. Misit duo minuta de tãta volũtate, de q̃ta Zacchæus dimidium patrimonij sui. Si attendas quid dederunt, diuersa inuenies. Si attendas vnde dederunt, paria inuenies. Quicquid habuit illa dedit, & qđ̃ habuit dedit ille. Fac aliquem nõ habere vel duos nummos. Est aliquid vilius quod seminemus, vt metamus illam messem? Est. Calicem aquæ frigidæ qui dederit discipulo, non perdet mercedem suam. Calix aquæ frigidæ non duobus nummis, sed gratis constat. Tamen ali quando sic gratis constat, vt habeat illum alius, & alius nõ habeat. Si ergo ille qui illum habet, dederit illi qui nõ habet, tãtum dedit si de plena charitate dedit quod dedit, tantum dedit quantum illa in duobus nummis, quantum Zacchæus in dimidio rerum suarum. Non enim sine causa addidit, frigidæ, vt pauperem ostẽderet. Ideo dixit, calicem aquæ frigidæ, ne quis vel inde causaretur, q̃ lignum nõ habuerit vnde calefaceret aquam. Calicem aquæ frigidæ q dederit vni ex minimis, non perdet mercedem suam. Quid si nec hoc habeat? Securus sit. Etsi nec hoc habet, pax in terra hominibus bonæ voluntatis: tantum illud timeat ne habeat & non faciat. Si enim habet & non facit, intus gelauit, nondum soluta sunt peccata eius sicut torrentes in austro, quia voluntas frigida est. Quid valent tanta bona quæ possidemus? Accedit voluntas feruens iam soluta calore austri: & si nihil habebat, totum illi computatur. Quanta sibi præstant mendici? Intendat charitas vestra qũo fiat eleemosyna. Certe mendici sunt in quos facis eleemosynam, mendici egent. Attenditis forte fratres vestros, si aliquo egent, tribuitis, si est in vobis Christus, etiam exteris. Sed si illi sunt mendici qui professionem habent petendi in erumna, & nisi habent quod sibi præstent inutilem. Non illos deseruit deus vsi probẽtur, q̃a faciunt eleemosynas. Iste nõ põt ambulare, qui põt ambulare pedes suos accom-

Mat. 12. L

Mat. 10

In li. 50. hom. homini. 8. &. 13.

Luc. 19.

Nat. 11

Lucę. 2. M

accõmodat claudo. Qui videt,oculos suos accommodat cæco. Et qui iuuenis est & sanus, vires suas accommodat vel seni vel ægroto,& portat illũ. Ille indiget,ille diues est. Aliqñ & diues inuenitur pauper, & a paupere præstatur illi aliquid. Venit nescio quis ad flumen,tanto delicatior q̃to ditior,transire non põt. Si nudatis membris transierit,frigescet ægrotabit,morietr. Accedit pauper exercitatiore corpore, traijcit diuitẽ,eleemosynam fecit in diuitẽ. Ergo nolite tm̃ eos putare pauperes qui non habent pecuniam. In quo quisque pauper est,ibi illum vide:quia forte tu in eo diues es in quo ille pauper est,& habes vnde accommodes. Forte mẽbra tua accõmodas, & plus est q̃ si pecuniam accommodares. Consilio indiget,tu plenus es consilio. In consilio ille pauper, tu diues es. Ecce nec laboras nec aliquid perdis,das consiliũ, & præstitisti eleemosynã. Mõ frẽs mei cum loquimur quasi pauperes ad nos estis, & quia nobis deus dignatus est dare, damus inde vobis, & oẽs ab illo accepimus quisquis est diues. Sic se ergo tenet corpus Xpi, membra socia sic compinguntur & adunãtur in charitatem & in vinculũ pacis,cum quisque id quod habet præstat ei qui non habet:in eo quod habet diues est,in eo qđ ille non habet pauper est. Sic vos diligite, sic vos amate. Nolite ad vos solos attendere, sed attendite indigentes circa vos. Sed quia cum laboribus & ærumnis fiunt ista in ista vita nolite deficere. In lachrymis seminatis,in gaudio metetis. Quid.n.fratres mei? Ipse agricola qñ procedit cum aratro & portat semen, nonne aliqñ frigidus est ventus,& imber deterret? Attendit cœlũ, videt tristem diem,tremit frigore,& tamẽ procedit & seminat. Timet.n.ne cum tristem diem attendat & expectat diem lætũ, ne tempus transeat, & non inueniat quod metat. Nolite differre fratres mei,seminate in hyeme, seminate bona opera & cum ploratis, quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Mittunt semina sua,bonam voluntatem & bona opera. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.) Quare flebant? Quia inter miseros erant, & miseri erant. Melius est fratres mei vt nullus sit miser, q̃ vt tu facias misericordia. Qui.n.vt faciat misericordiam optat esse miseros,crudelem habet misericordiã: quo si medicus vt exerceret artem suam optaret esse multos ægrotos, crudelis mẽdicina esset. Melius est vt omnes sani sint, q̃ vt exerceatur ars medici. Melius est ergo vt omnes beati regnent in illa patria, q̃ vt sint quibus impendatur misericordia. Tñ quandiu sunt quibus impendatur misericordia,non deficiãmus in ista erumnamittere semina. Etsi cum fletu seminamus, tamen cum gaudio metemus. In illa enim resurrectione mortuorum venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos.i.tunc recipiet quisque manipulos suos,id est,fructum seminis, coronam gaudiorum & exultationis. Tunc erit triumphus lætantium & ipsi morti insultantiũ, in qua gemebatur. Tunc dicent morti, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed quare iã gaudent? Quia portant manipulos suos.) Quia eũtes ibãt & flebant, mittentes semina sua? Quare mittentes semina sua? Quare autem hoc? Quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. In isto psalmo exhortati vos fuerimus maxime ad faciendam misericordiam,quia hinc ascenditur, & videtis quia ille cantat canticum graduum qui ascendit. Mementote, nolite amare descedere & non ascendere, sed & de ascensione cogitate, Quia qui descendebat de Hierusalem in Hiericho,incidit in latrones. Nisi descenderet,non incideret in latrones. Iã ergo Adam descendit & incidit in latrones. Omnes enim nos Adam sumus: sed transiit sacerdos & contempsit,transiit Leuites & contempsit,quia lex sanare non potuit. Transiit Samaritanus quidam,id est, dominus noster Iesus Christus. Illi enim dictum est, Nonne verum dicimus nos, quia Samaritanus es & dęmonium habes? Ille autem non dixit, non sum Samaritanus:sed dixit,ego dæmonium non habeo. Samarites enim interpretatur custos. Si diceret, non sum Samaritanus: diceret non sum custos. Et quis alius custodiret? Deinde ponens similitudinem, Transiit Samarites & fecit cum illo misericordiam sicut scitis. Iacebat autem in via vulneratus,qa descendit. Transiens Samaritanus nõ nos contempsit,curauit nos,leuauit in iumentum,id est,in carne sua,perduxit ad stabulum suum,id est,ad Ecclesiam:commendauit stabulario,id est,Apostolo: dedit duos denarios vnde curaretur,charitatem dei & charitatem proximi. In his duobus.n.præceptis

ceptis tota lex pendet & Prophetæ. Dixit aut stabulario, Curam illius habe, Si qd amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. Amplius erogauit Apostolus,quia cũ omnibus Apostolis permissum esset vt acciperent tanquã milites Christi stipendia à prouincialibus Christi,ille manibus suis laborauit, & annonas suas prouincialibus donauit. Omnia facta sunt,Si descẽdimus, & vulnerati sumus:ascendamus,cãtemus, & proficiamus vt perueniamus.

In Psalmum centesimum vigesimũ sextũ Enarratio.

INter omnia cantica quibus est titulus, Canticum graduum:iste psalmus aliqd amplius in titulo accepit, quod additũ est Salomonis. Sic.n.prænotatur, Cãticũ graduũ Salomõis.) Itaq. fecit nos intẽtos inusitatior titulus cæteris,vt qramus quare sit additũ Salomonis. Nã quid sit cãticũ graduũ,nõ opus est sæpe repetere. Plura .n.hinc dicta sunt,quia cãtat ascẽdẽtes vox in affectu pietatis & charitatis ad illã superna Hierusalem, cui suspiramus quãdiu peregrinamur,& vbi lætabimur cũ à peregrinatione redierimus. Ascẽdit ad hãc omnis qui proficit, cadit ab hac omnis qui deficit. Nec pedibus ascẽdere queras,nec pedibus te descẽdere putes. Amãdo deũ ascendis,amãdo seculum cadis. Sunt ergo ista cãtica amãtium, & quodã sancto desyderio flagrãtium. Ardẽt qui ista cãtant ex corde, quorũ ẽt cor ardẽs inuenitur in moribus, in bona cõuersatione, in operibus secũdũ præcepta dei, in cõtemptu temporalium, in charitate ęternorum. Sed quare sit additum Salomonis,quãtum inspirauerit dominus,dicã charitati vestræ. Salomõ erat tempore suo filius Dauid,magnus ille per quẽ multa sancta præcepta & salubria monita & diuina sacramenta spiritus sanctus in diuinis literis operatus est. Nam ipse Salomõ mulierum amator fuit, & reprobatus est à deo: Et vsqueadeo laqueus illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus ẽt idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo scriptura testis est. Sed si illo cadẽte quę per illum dicta sunt delerẽtur, iudicaretur quia ipse dixerat,non quia per illum dicta erat. Optime igitur etiã hoc egit misericordia dei & spiritus eius,vt quicquid boni per Salomonem dictum est,deo tribueretur:peccatum aũt hominis homini. Quid mirum qa in populo dei cecidit Salomõ? In paradiso nõ cecidit Adã? Nõ cecidit angelus de cœlo,& diabolus factus est? Ideo docemur in nullo hominum spem esse ponendam,quia & iste Salomõ ædificauerat templum domino, in typo quidem & in figura futuræ Ecclesiæ & corporis domini: vnde dicit in Euangelio,Soluite templum hoc & in triduo excitabo illud. Quia ergo ipse ædificauerat illud templum, ædificauit sibi templum verus Salomõ dominus noster Iesus Christus,verus pacificus. Nomẽ enim Salomonis interpretatur pacificus. Est autem ille verus pacificus, de quo dicit Apostolus, Ipse est.n.pax nostra qui fecit vtraque vnũ. Ipse est verus pacificus,qui duos parietes è diuerso venientes in se copulauit, quibus factus est lapis angularis. Venientẽ populum ex circunciſione credẽtium, venientem populum ex præputio gẽtium & ipsorum credẽtium,fecit vnam Ecclesiam de duobus populis, & factus est illis lapis angularis,& ideo verus pacificus, quia verus Salomon. Salomõ autem ille filius Dauid de muliere Bersabee,rex in Israel,figuram gestabat huius pacifici quando templum ędificauit: ideo ne illum putes Salomonem qui ædificauit domum deo,alium Salomonem tibi ostendens ista scriptura sic cœpit in psalmo.

Gen. 2
Esa. 14.
3.Re. 6.
Ioan. 2.
Ephe. 2.
3.Re. 6.
Gala. 4.

Expositio Psalmi.

NIsi dominus ædificauerit domum,in vanum laborauerunt ædificãtes eã.) Dominus ergo ædificat domum,dominus Iesus Christus ędificat domũ suã. Laborant multi in ædificando,sed si non ille ædificet,in vanum laborauerũt ædificantes eam. Qui sunt isti qui laborant ædificãtes? Omnes qui in Ecclesia prædicant verbum dei,ministri sacramẽtorum dei. Omnes currimus, omnes laboramus, omnes ædificamus mõ, & ante nos alij cucurrerunt,laborauerunt,ædificauerunt. Sed nisi dñs ędificauerit domũ, in vanũ laborauerunt ędificantes eã. Iõ quosdã videtes ruere Apostoli,& proprie Paulus ait,Dies observatis & annos & mẽses & tpa, timeo ne forte sine cã laborauerim in vobis. quia nouerat se intus à dño ędificari,plangebat istos,quia sine cã laborauerunt in eis. Nos ergo loquimur foris, ille ædificat intus.

Quo audiatis nos aduertimus, quid cogitetis ille solus nouit qui cogitationes vras videt. Ipse ædificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectū aperit, ipse ad fidē applicat sensum vestrū: & tū laboramus & nos tanquam operarii, sed nisi dñs ędificauerit domū, in vanum laborauerūt ædificātes eā. Quæ āt domus dei, ipsa & ciuitas. Domus n. dei populus dei, quia domus dei templū
1. Co. 3. dei. Et quid dicit Apostolus? Templum n. de⁹ estis, quod estis vos, Oēs autē fideles qui sunt domus dei, non solum qui modo sunt, sed & qui ante nos fuerunt, & iam dormierūt, & qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis vsque in finē seculi, cōgregati in vnum fideles innumerabiles, sed deo numerati, de q-
2. Ti. 2. bus dicit Apostolus, Nouit dñs qui sunt
Matt. 3. eius, grana illa q̄ mō gemūt inter paleas, q̄
I massam vnā factura sunt, (numerata erūt) q̄ⁿ area in fine mundi fuerit vētilata. Omnis ergo numerus fidelū sanctorū ex hominibus commutādorum vt fiant ęquales angelis dei, adiuncti ēt ipsi angelis qui mō non peregrinātur, sed expectant nos q̄ⁿ à peregrinatione redeamus, oēs simul vnā domum dei faciūt, & vnā ciuitatē, ipsa est Hierusalem, Habet custodes. Q̄o habet ædificantes, laborantes, vt ędificet, sic hēt & custodientes. Nā ad custodiam pertinet quod dicit Apostolus, Timeo ne sicut ser-
2. Co. 11 pens Euā seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrumpant à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, cautus erat, vigilabat quātum poterat super eos quibus præerat. Et Episcopi hoc faciūt. Nam ideo altior locus positus est Epis, vt ipsi superintendāt, & tanquam custodiant populum. Nam & Græce quod dicitur Episcopus, hoc Latine superintentor interpretatur, quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad custodiēdam vineam, sic & Episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, vt humilitate sub pedibus vestris
K simus, & pro vobis oremus, vt qui nouit mētes vestras ipse custodiat: quia nos intrātes vos & exeūtes possumus videre: vsque adeo autem nō videmus quid cogitetis in cordibus vestris, vt neq. quid agatis in domibus vestris videre possimus. Quomodo ergo custodimus? Quomodo homines, quantum possumus, quantum accepimus. Et quia nos sicut hominēs custodimus, & perfecte custodire non possumus, ideo sine custode remanebitis? Absit. Nam vbi est ille de quo dr, Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum laborant qui custodiūt eā?) Laboramus in custodiendo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cum Ps. 126
vigilatis, custodit & cum dormitis. Ille. n. dormiuit in cruce semel & surrexit, iā nō dormit. Estote Israel, quia non dormit neque dormitabit qui custodit Israel. Eia fratres si volumus sub vmbra alarum dei custodiri, simus Israel. Custodimus. n. vos ex officio dispēsationis, sed custodiri volumus vobiscum: tāquam vobis pastores sumus, sed sub illo pastore vobiscum oues sumus. Tāquam vobis ex hoc loco doctores sumus, sed sub illo vno magro in hac schola vobiscū cōdiscipuli sumus. Si volumus L
custodiri ab illo qui humiliatus est ꝓpter nos, & exaltatus est ad custodiēdos nos, humiles simus, Nemo sibi arroget aliq̄d, nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus bonus est. Qui aūt sibi voluerit arrogare sapiētiā, stultus est. Sit humilis vt inueniat sapiētiam & illuminet illū. Si aūt antequam veniat in illum sapiētia, putat se esse sapiētem, ante lucem surgit, & ambulat in tenebris. Et quid audit in isto psalmo? In vanum est vobis ante lucē surgere.] Quid est, in vanum est vobis ante lucem surgere? Si surgatis antequam surgat lux, necesse est vt in vanitate remanea tis, quia in tenebris erit. Surrexit lux nra Christus, bonum est tibi vt surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt præponere Christo. Et qui sunt q̄ se volūt præponere Christo? Qui volūt hic excelsi esse, vbi humilis ille fuit. Sint ergo hic humiles, si volunt ibi esse excelsi vbi Christus excelsus est. Ait. n. de ijs qui illi adhæserāt fide, in quibus & nos sumus, Ioā. 17.
si & nos puro corde in illum credimus, Pater, inquit, quos mihi dedisti, volo vt vbi ego sum, & ibi ipsi sint mecum. Magnum donum, magna gratia, magna promissio, fratres mei, & quis non vult esse cū Chri- M
sto vbi est Christus? Sed nā excelsus? Etiō stus est. Vis ibi esse vbi est excelsus? Esto humilis vbi & ille humilis fuit. Propterea illis dicit ipsa lux, Non est discipulus sup. Mat. 10
magr̄m, nec seruus super dñm suum. Qui vole-

volebant discipuli esse super magrm, & serui volebant esse super dñm suum, ante lucem volebant surgere, & in vanum ibant quia non post lucem ibant. Illis ergo dicit iste psalmus, In vanum est vobis ante lucē surgere. Tales erant filij Zebedæi, quia antequam humiliarentur sedm passionē domini, iam sibi loca eligebāt vbi sederent. Vbi? vnus ad dexteram, alter ad sinistram.
Mat. 20 Ante lucē volebāt surgere, ideo in vanum ibant. Reuocat illos dñs ad humilitatem cū hoc audiret, & ait illis, Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Ego veni humilis esse, & vos ante me vultis esse excelsi? Quo ego eo, illuc sequimini ait. Nā si hac vultis ire quo ego nō eo, in vnū est vobis ante lucem surgere. Et Petrus ante lucē surrexerat, quādo consilium domino dare volebat, vt nō pateretur pro nobis. Dixerat enim illi de passiōe sua in qua salui futuri eramus, de ipsa humilitate: humilis enim passus est. Cum ergo de passione sua futura diceret, expauit Petrus, qui illū
A pauloante dixerat filiū dei, timuit ne more
Mat. 16 retur, & ait illi, Absit à te domine, propitius esto tibi, nō fiet istud. Ante lucem volebat surgere, & luci consilium dare. Sed quid fecit dominus? Fecit illum vt post lucem surgat, Redi post me satanas. Ideo. n. satanas, quia ante lucem vis surgere, redi post me vt ego præcedā, tu sequaris, Quo ego eo, illuc eas, non quo tu vis ire, illuc me velis ducere. Ergo illis qui volebāt ante lucem surgere dicit psalmus, In vanum est vobis ante lucem surgere. Et quando surgimus? Cum fuerimus humiliati. Surgite posteaquam sedistis.) Surrectio exaltationē significat, sessio humilitatem significat. Alijs locis intelligitur sessio in honore iudicandi, alijs locis humilitatem ostēdit. Quomodo in honore iudicandi sessio? Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel? Quomodo in signo humilitatis sessio? Hora sexta dominus fatigatus sedit ad puteum. Fatigatio domini, infirmitas domini fuit, infirmitas virtutis, infirmitas sapientiæ, sed ipsa infirmitas humilitas. Ergo si sedit ex infirmitate, sessio illa humilitatem significat. Et ipsa sessio ipsius. i. humilitas ipsius, ipsa nos fecit saluos, quia quod infirmū est dei, fortius est q̄ homines. Ideo dicit in quodā B psalmo, Dñe tu cognouisti sessionē meam & resurrectionem meam. i. humilitatem meam & exaltationem meam. Quid ergo uos ante lucem vultis exaltari o filij Zebedæi? Sic. n. loquamur & ipsos potius nominemus, qui nō nobis irascatur, quia iō de illis illa conscripta sunt, vt alij cauerēt superbiam, in qua ipsi correpti sunt. Quid ego vultis ante lucem surgere? in vanū est vobis. Exaltari vultis antequam humiliemini? Dñs ipse vester qui est lux nostra, humiliatus est vt exaltaretur. Audite Paulum dicentem, Qui cum in forma dei esset, Phili. 2.
non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Quare illi non erat rapina? Quia natura erat, qa ad hoc natus erat, vt esset æqualis illi à quo genitus est. Sed quid fecit? Propter nos semetipsum exinanuit formā serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuētus vt homo, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortē aūt crucis. Hæc est sessio ipsius. Sed audi & resurrectionē, Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomē quod est super omne nomen. Iam vos ad illud nomē festinatis, surgite sed posteaquā sedistis. Surgere vultis, sed primo sedete: Et surgens ab humilitate peruenis ad regnū. Nā si pripis regnum, C
cadis à regno antequā surgas. Potestis bi- Mat. 20
bere, inquit, calicem quem ego bibiturus sum? Et illi, possumus. Et ille, Calicem, inquit, meum bibetis, sedere aūt ad dexterā vel ad sinistram meā, ait, non est meum dare vobis, alijs paratū est à patre meo. Quid est, non est meū dare vobis? Non est meū dare superbis: hoc. n. adhuc erāt. Sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. Alijs paratum est, & vos alij estote, & vobis paratū est. Quid est, alij estote? Prius humiliamini, qui iam vultis exaltari. Intellexerunt ergo humilitatem profuturam sibi, & correcti sunt. Ergo & nos hoc audiamus, quia hoc dicit psalmus iste, surgite posteaquā sedistis. Sed ne qs putet se ad hoc sedere vt honoret, vt ostēderet quia sessionē ista humilitatem voluit commendare, ne qs le putaret iussum esse sedere, aut ad iudicandum, aut ad epulandum & gaudendum, & maiorē superbiā ibi quærere, in significationem humilitatis addidit, Qui manducatis panem doloris.) Illi ergo māducāt ponē doloris, qui gemūt in ista peregrinatiōe. Ipsi sūt in cōualle ploratiōis. Ascēsiones. n. facit deus in corde. Sed vbi illas Psa. 83.
disponit? Ascēsiones, inquit, in corde eius D

dispoſuit. Quis? deus. Si aſcēſiones in corde, tō cātant canticum graduum. Humiliemur in ſeculo, vt aſcēdamus. Quio? Corde. Quia ipſa aſcēſio in cordibus, à conualle plorationis ſurgit. In conualle, inquit, plorationis. Quō erecti ſunt mōtes, ſic ſederunt cōualles. Conualles.n. dicunt̄ loca depreſſa terrarū. Colles.n. eminentiora loca, minus tamen q̄ montes. Multum excelſa loca terrarum, montes dicunt̄. Parum eſt. Non ait a colle ſurgite, nec ait à cāpo, ſed
Pſal. 41. à cōualle, vt ſit aliq̄d humilius q̄ campus eſt. Si ergo in cōualle plorationis manducas panē doloris, & dicis, Factæ ſunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus: bene ſurgis, quia fodiſti, Et quaſi diceres, q̄n ſurgimus? Modo iubemur ſedere, q̄n erit noſtra reſurrectio? Q̄n fuit dñi. Ad eum attēde qui te præceſsit. Nam ſi ipſum attēdis, in vanum eſt tibi ante lucem ſurgere. Ipſe quando exaltatus eſt? Cum mortuus eſt. Ergo & tuam exaltationem poſt mortem ſpera, in reſurrectionem mortuorum ſpera, quia ille reſurrexit & aſcēdit. Sed vbi dormiui? In cruce. Q̄n dormiuit in cruce ſignum geſtabat, imo implebat quod ſignificatum erat in Adam, quia cum dormiret
E Gen. 2. Adam coſta illi detracta eſt, & Eua facta eſt. Sic & dominus cum dormiret in cruce tatus eius lancea percuſſum eſt, & ſacramēta profluxerunt, vnde facta eſt Eccleſia. Ec
Ioā. 19. cleſia.n. coniūx dñi facta eſt de latere, q̄uo Eua illa facta eſt de latere. Sed quomō illa non eſt facta niſi de latere dormientis, ſic iſta non eſt facta niſi de latere dormientis. Si ergo ille nō reſurrexit niſi mortuus, tu exaltationem ſperas niſi poſt hanc uitam? Sed vt doceat te iſte pſalmus, quaſi interrogares quando ſurgam, fortaſis priuſquā ſedero: Cum dederit, inquit, ſomnum dilectis eius.]Dat hoc deus, Cum dormierint dilecti eius. i. Chriſti. Oēs enim ſurgent, ſed non quomodo dilecti eius. Omnium eſt enim reſurrectio mortuorum. Sed quid
1. Co. 15 ait Apoſtolus, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Reſurgunt illi ad pœnas, reſurgimus nos quomō reſurrexit dominus nr̄, vt ſequatur caput noſtrum, ſi membra ipſius ſumus. Si autē mēbra eius ſumus, tunc ſumus dilecti eius, tunc ad nos pertinet illa reſurrectio q̄ præceſsit in domino, vt lux ſurrexerit ante nos, nos poſt lucem: quia in vanum eſt nobis ante lucem ſurgere, id eſt, altitudinem quærere antequam moriamur, cum Chriſtus lux noſtra non ſit exaltatus in carne, niſi poſteaquam mortuus eſt. Conſtituti ergo membra eius, & in membris eius dilecti eius, cum ſomnum acceperimus, tūc reſurgemus in reſurrectione mortuorum.
F Vnus reſurrexit, iam non moriturus. Re Ioā. 11. ſurrexit Lazarus ſed moriturus, reſurrexit Matt. 9. filia archiſynagogi ſed moritura, reſurrexit filius viduę ſed moriturus, reſurrexit Chriſtus non moriturus. Audi Apoſtolū, Rom. 6 Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, & mors ei vltra nō dominabitur. Talem ſpera reſurrectionem, & propter hoc eſto Chriſtianus, non propter fœlicitatem terrę huius. Nam ſi propter fœlicitatem vitæ huius vis eſſe Chriſtianus, q̄n illa lux tua non hic queſiuit mundana fœlicitatem, ante lucem vis ſurgere, neceſſe eſt vt in tenebris perſeueres. Mutare, ſequere lucem tuam: qua reſurrexit, ſurge. Sede prius, & ſic ſurge cum dederit ſomnū
G dilectis eius. Quaſi quæreres iterum, quibus dilectis? Ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris. Quando dicit fructus ventris, parturiti ſunt filij iſti. Eſt q̄dam mulier in qua ſpiritaliter oſtenditur quod dictū eſt Euæ, In gemitu parturies. Parit enim eccleſia filios cōiunx Chriſti: Gen. 3. & ſi parit, parturit. In cuius figura etiam Heua mater viuorum appellata eſt. In mē bris parturientis erat ille qui dicebat, Filioli mei quos iterum parturio, donec Chri- Gala. 4. ſtus formetur in vobis. Sed nō fruſtra parturiuit, nec fruſtra peperit. Erit ſemen ſanctum in reſurrectione mortuorum, Abundabunt iuſti qui diffuſi ſunt modo toto orbe terrarū. Genuit illos Eccleſia, parturit illos Eccleſia. In illa autem reſurrectione mortuorum apparebit partus Eccleſiæ, trā ſiet dolor & gemitus. Et quid dicetur? Ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Huius fructus ventris nō hic fructus: merces huius fructus vētris. Quæ eſt ipſa merces? Ipſa merces reſurgere à mortuis. Quæ eſt ipſa merces? Surgere poſteaquam ſediſti. Quę eſt iſta merces? Lętari poſteaquā manducaſti panem doloris. Cuius vētris? Eccleſiæ, in cuius vētre, q̄a eius Gen. 25 typū Rebecca geſtabat, duo illi gemini tanquā duo populi luctabant. Vna mater in viſcerib. ſuis, diſſentiētes frēs nōdū natos continebat. Pulſabant materna viſcera diſcordijs

ſcordijs internis, gemebat illa, vim patiebatur, ſed pariens diſcernebat quos geminos
H prægnans ptulerat. Sic & modo fratres q̄diu gemitus datus eſt Eccleſiæ, quādiu parturit Eccleſia, ipſi ſunt intus & boni & ma
Gala. 1. li. Fructus aūt vētris in Iacob erat, quia ip
Rom. 9. ſum dilexit mr̄. Iacob dilexi dicit & deus, Eſau aūt odio habui. Ambo de vno vtero proceſſerunt, vnus amari meruit, alius reprobari. In dilectis ergo eius fructus erit. Ergo merces fructus eius ventris. Sicut ſagittæ in manu potētis, ſic filij excuſſorū.) Vnde.n. facta eſt hæreditas iſta frēs? Vnde facta eſt tam multa hæreditas, de qua dici habet in fine, Ecce hæreditas dñi, filij merces fructus ventris? Excuſi ſunt quidam de manu dñi tanquam ſagittæ, & ierunt lōge, & totam terram impleuerunt,
Pſal. 2. vnde pullulant ſancti. Nam ipſa eſt hæreditas de quæ dicitur, Poſtula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuam & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Et quomodo ipſa poſſeſſio ptenditur & creſcit vſque ad fines terræ? Quia ſicut ſagittæ in manu potentis, ſic filij excuſſorum. De arcu excutiuntur ſagittæ, & quanto fortior excuſſerit, tanto longius vadit ſagitta. Quid autē fortius excutiente dño? De arcu ſuo mandat Apoſtolos ſuos, Non potuit eſſe reſiduū quo non peruueniret ſagitta a tam forti excuſſa, puenit vſq. ad fines terę. Ideo
I nō vltra, quia nihil eſt vltra generis humani. Nam tantas vires ille habet, vt etiam ſi vltra eſſet quo pertenderet ſagitta, excuteret illuc ſagittam. Sic aūt ſunt & filij excuſſorū, quomodo & illi excuſi. Quæſitum eſt. n. de hoc verbo etiā ab ijs qui ante nos iſta tractarunt, quare filij excuſſorum dicti ſunt, vel qui ſunt intelligendi filij excuſſorum, & quibuſdā viſum eſt ſicut modo dixi, filios excuſſorum, filios eſſe Apoſtolorum. Intendat paululū charitas veſtra. Quæſitū eſt quare excuſi dicti ſunt Apoſtoli, Dictum eſt a quibuſdam, ideo illos
Ioā. 10. appellatos excuſſos, quia præcepit eis dominus, Si exieritis de ciuitate in qua non audiunt vos, excutite puluerem de pedibus veſtris. Sed ait alius, Non ergo filij excuſſorū dici debuerunt, ſed filij excutientium. Excutiētes.n. illos fecit dñs & intelligi voluit q̄bus dixit, Excutite puluerem de pedibus veſtris, nō excuſſos: ſubtiliter quidē quaſi contradicere voluit præcedēti ſentētiæ, ille à quo iam dicta tractata & dicta erant: verūtamen nos, quantum adiuuat dñs, quærentes quomodo recte dici poſſit, tuerint etiam excuſi, quibus ait dñs, Excutite puluerē de pedibus veſtris, inuenimus non abſurde dici potuiſſe. Quando enim ipſi excuterent, ſeipſos excutiebant. Hoc dico, Qui excutit, aut ſe excutit, aut K aliquid aliud. Si aliquid aliud excutiat, excutiens eſt, excuſſus non eſt. Si autē ſe excutiat, & excutiens eſt & excaſſus. Intēdite, hoc planius dicam ſi potuero. Si aliud excutiat, excutiēs ē nō excuſſus: ſi ab alio excutiat̄, excuſſus eſt non excutiens. Si autē excutiat ſeipſum, excutiens eſt, quia excutit ſe: & excuſſus, q̄a excutit a ſe. Quæritur ergo quos excuſſerint Apoſtoli, vtique ſeipſos: a pedibus.n. ſuis puluerē excuſſerūt. Sed ait aliquis, Nō ſe excuſſerunt, ſed puluerē. Hoc planè nec calumnioſe dicitur. Duobus.n. modis dicimus aliq̄d excuti: ſiue illud q̄ inde excutit, ſiue illud vnde excutitur. Nā & excuſſus eſt puluis dicimus, & excuſſa eſt veſtis. Tenent aliq̄ & excutiūt veſtem, & exit inde puluis q̄ in hæſerat. Quid dicis de puluere? Excuſſus eſt puluis. Quid dicis de veſte? Excuſſa eſt veſtis. Si ergo & q̄ inde excutiendo exilit, & illud vnde exilijt q̄ inhæſcrat, excuſſum dicit̄, & puluis excuſſus eſt, & Apoſtoli excuſi ſunt. Quare ergo non dicant̄ filij excuſſorum filij Apoſtolorū? Sed eſt alia ſentētia, quam prætermittere nō debemus. Ideo.n. forte obſcurius poſitū eſt, vt multos intellectus generet, vt doctiores & ditiores diſcedant homines, quia L clauſum inuenerūt q̄ multis modis aperiret̄, q̄ ſi vno modo apertum inuenirēt. Dicimus excuti etiā aliquid, vt exeat inde q̄ forte abſconditū eſt. Aliter.n. dicimus excuti veſtē, vt excutiant inde puluerem: & aliter dicimus excuti ſaccū, vt illud q̄ intus latebat appareat & exeat. Ergo intelligo fratres quantū poſſum filios excuſſorū, fortaſſe ipſos Apoſtolos dictos filios Prophetarum. Prophetæ enim clauſa ſacramenta & operta continebant, excuſſi ſunt vt inde manifeſtata procederēt. Puta ergo Prophetā dixiſſe ſicut & dixit, Agno Eſa. 1. uit bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe dñi ſui, Iſrael autē me non cognouit. Hoc mihi interim ad præſens occurrit q̄ de Propheta dicerem, ſi aliud occurriſſet hoc dixiſſem. Hoc aūt audiens homo, ſi aſinū & bouē, & pecora & iumēta q̄ videt cogi-

cauerit, nescio qđ intus tanquam in inuolucro positũ forinsecus pertractauit,& qđ ibi vt nescit, Asinus & bos aliquid significat. Quid ergo dicitur homini iam pronunciare voleti? Expecta,clausum est qđ tãgis,excutite inuolucrum. Propheta nescio q̃d illis velaminibus nominum texit, & nescio quẽ asinum,nescio quem bouẽ si
M gnificat. Nã asinus in figura populi dei, iumentũ dei est,portans sessorem dominũ ne erret in via:& bos ille de quo dicit Apo
1.Co.9. stolus, Boui trituranti os non infrenabis. Nũquid de bobus pertinet ad deum,quia hæc dixit? Sed ꝓpter nos scriptura dicit, Omnis ergo qui p̃dicat verbum dei, monet,obiurgat,terret,triturat areã, & bouis implet officiũ. Veniebat bos de gente Iudæorum, inde enim p̃dicatores Apostoli. Veniebat & asinus de gente ꝓputij.i.à gẽtibus. Venit enim vt portaret dominũ: & ideo in asino sedit dominus qui nunquam portauerat hominem,qm̃ ad gentes lex nõ missa erat nec Prophetæ. Ergo quia & dominus noster Iesus Christus cibaria nostra voluit esse,& propterea natus in p̃sepio collocatus est,cognouit bos possessorẽ suum,& asinus præsepe dñi sui. Sed nunqd ista exirent,nisi saccus excuteret? Nisi ꝓphetia inuoluta accedente diligentia discuteretur, nunqd operta exirent ad nos? Omnia ergo ista clausa erant anteq̃ venire dñs. Venit dñs & excussit illa clausa, & manifestata sunt, & excussi sunt Prophetæ,& generati sunt Apostoli. Quia ergo excussis Prophetis generati sunt Apo
A stoli, filij sunt excussorũ: ipsi in manu potentis positi tanq̃ sagittæ, peruenerũt vsque in fines terræ: vnde dici habẽt in fine, Ecce hæreditas dñi filij merces fructus vẽtris. Quia ideo de finibus terræ colligitur ista hæreditas,qa sicut sagittæ in manu potẽtis, sic filij excussorum.i. sic filij Prophetarũ Apostoli fuerunt,quasi sagittæ in manu potentis. Si potens ille potenter excussit:si potenter excussit, vsque in fines terræ puenerunt quos excussit. Beatus hõ q̃ impleuit desyderium suum ex eis.) Eia fratres mei,qs replet desyderium suum ex eis? Qui nõ amat seculum: q̃ desyderio seculi plenus est,nõ est quò intret qđ illi p̃dicauerunt. Funde qđ portas,& capax fiere ad id qđ nõ habes. i. desyderas diuitias, nõ potes implere ex eis desyderiũ tuũ, Desyderas honores in terra, desyderas ea q̃ etiã iumentis donauit deos, hoc est,voluptatem temporalem, & salutem corporis, & talia, non ex eis implebis desyderium tuum. Si aũt sic desyderas ad fontes aquarũ, si dicis,desyderat & deficit anima mea Psal.42. & 83.
in atria dñi, impl es desyderium tuum ex eis,nõ quia iã illi possunt tale desyderium implere,sed tales imitãdo venit ad eum q̃ B
impleuit desyderium ipsorum. Nõ cõsun
detur cum loquẽ inimicis suis in porta.)
Fratres in porta loquamur: id est,vt omnes nouerint qd loquamur. Qui.n.non
vult loqui in porta,latere vult qđ loquit, & forte ideo vult latere quia malum est.
Si fidit, in porta loquatur,sicut dicitur de Prou.8.
sapientia,In portis autem eiuitatum audẽter dicit. Quãto tpe iustitiam innocentes
tenuerint, nõ erubescent: hoc est in porta
p̃dicare. Et quis est qui prædicat in porta?
Qui prædicat in Christo, quia Christus
est porta, qua intramus ad illã ciuitatem. Ioã.10.
Mentior si nõ ipse dixit, Ego sum ianua.
Si ianua est,& porta est. Ianua enim dicit
domus,& ianua ciuitatis porta est, porta
domus ianua est: sed forte non bene dicit
porta,si nõ bene dicitur ciuitas q̃ dicta est
domus: vtrunque.n. pauloante dictum est,
Nisi dñs ædificauerit domum, in vanum
laborauerunt ædificantes eam: & ne istam
domum audiendo paruum aliq̃d putares,
Nisi dñs,inquit, custodierit ciuitatem,in
vanum laborauit q̃ custodit eam. Illa est
ergo domus q̃ est ciuitas. Ipsa ergo habet
ianuam tanq̃ domus,& habet portam tãquam ciuitas. Qui est ergo ianua domus,
ipse est porta ciuitatis. Ergo si Christus
porta ciuitatis, ille non erubescat qui in
Christo stat & sic prædicat. Qui autem C
contra Christum prædicat,clauditur con
tra illum porta. Qui sunt illi qui contra
Christum prædicant? Qui negant,quia
missæ sunt sagittæ de manu potentis,& peuenerunt vsque in fines terræ, & ipsa est Psal. 2.
hæreditas dñi de qua dictum est, Postula
a me & diabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam,
& possessionẽ tuam terminos terræ. Præ
dicatum est,auditum est anteq̃ fieret, &
iã factum nolunt agnoscere. Qui disputãt
ergo contra Christum, extra portã sunt,
qa suos honores quærunt,non Chri. Qui
autẽ prædicat in porta,Chri honorem q̃rit, nõ suum: & ideo qui p̃dicat in porta
dicit, Nolite in me p̃sumere, non enim p
me,sed per portam intrabitis. Illi autẽ qui
volunt

volunt homines in seipsos præsumere, nolunt eos intrare per portam: non mirum
si clauditur contra illos porta,& otiosi pul
sent vt aperiatur. Adestote ergo animo fra
tres etiam propter crastinum sermonẽ, ex
nostra pollicitatione adiuuãte domino vo
bis reddendum ex Euangelio de columba:
In cuius nomine promisimus,in illius mi
D sericordia reddemus. Sed vt possimus esse
idonei redditores,ne audaces fuerimus ꝓmissores, orate pro nobis.

In Psalmũ centesimum vicesimũseptimũ Enarratio.

SIcut dicit Apostol frẽs charissimi, Spiritalibus spiritalia cõparamus, Anima
1.Co.v. lis autem homo non percipit,quæ sunt spiritus dei. Cauendum est ne homines animales non percipientes quæ sunt spiritus
dei,scandalizentur potius in hoc Psalmo
q̃ ædificentur: nam breuiter,quanquã eũ
cũ cãtaretur audiuimus,qa breuis est curro eũ,non tractans sed legẽs: Et videte qa
si talia q̃sque cõcupierit pro magno à deo
qualia continet iste Psalmus, & forte non
quia desertus est ab illo,sed quia magis diligitur nõ acceperit: videritque illa q̃ hic
sic audiuit præmia timentium deum,abũdare illis qui non timent deum,nutẽt gressus illius & effundãtur lapsu vestigia eius,
& dicat in corde suo sine causa se deum timuisse, quando illa dona non meruit quæ
promisit timentibus se,insuper & illi acceperunt qui eũ non solum non timuerunt,
sed etiam blasphemauerunt. Videte.n. qd
dicat, Beati omnes qui timent dominum,
E qui ambulãt in vijs eius. Labores fructuũ
tuorum manducabis, beatus es & bene tibi erit.) Adhuc possumus hic, & quanuis
animales beatitudinem futuri seculi cogitare. Sed videte quid sequatur, Vxor tua si
cut vinea fertilis,in lateribus domus tuæ.
Filij tui sicut nouellatio oliuarum, in circumitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur
homo qui timet dominum.) Quomodo?
Vt sit vxor eius tanquam vinea fertilis in
lateribus domus eius, & filij eius circundent in circumitu mensam eius, tanquam
oliuarũ nouellatio, ergo perdiderunt mercedem suam qui propter deum etiam vxores ducere noluerunt? Sed ait qui noluit
ducere vxorem. Qualiter me deus benedicet? Imo vero aut sic te bñdicit, aut te non benedicit. Aperta dicta sententia est, Ecce sic benedicetur homo qui timet dominũ. Quid hoc ergo sibi vult frẽs? Ne desyderando temporalẽ & terrenã fœlicitatẽ perdamus cœlestem, Propheta tanquã inuolucrũ nobis cõstituit. Inuoluerũ hoc nescio quid habet intus. Meminit autem charitas vestra cũ superiorẽ psalmum vobis tractaremus,q̃ est añ istũ, incurrisse nos in quẽ
dã versum obscurum,vbi dictũ est, Sicut Ps. 126.
sagittæ in manu potẽtis,sic filij excussorũ: & cũ q̃reremus q̃ sint filij excussorũ,visũ esse nobis suggerẽte quãtũ credimus dño, filios excussorum Apostolos esse dictos filios Prophetarũ. Quare? Quia Prophetæ F
in ænigmatib. locuti sunt, & figuris rerũ tãquã mysteriorũ inuolucris cooperuerũt intellectũ: q̃ intellectus ꝓdire non potuit ad homines, nisi inuolucra illa excuterentẽ. Vñ dicti sunt illi filij excussorũ, q̃ de Prophetis excussis ꝓfecerũt. Ergo & nos excutiamus istũ, ne ꝓ inuolucra fallamur,& tãgẽtes qđ intus ẽ & nõ videtes, ducamus forte lignũ ꝓ auro aut testã ꝓ argento. Excutiamus ergo si videt charitati vræ, Aderit dñs ut ꝓcedat qđ intus est, maxime frẽs mei, qa martyrũ natalitia celebramus. Quãta mala passi sunt martyres, quã ta exitia, quãta tormenta, squalores carcerum, strictũras catenarũ, sq̃itias ferarũ, ardorẽ flãmarũ, aculeos cõtumeliarum. Ista omnia passi essent, nisi nescio q̃d viderẽt quo se tẽderẽt, qđ ad huius seculi fœlicitatem nõ pertinet? Turpe est autem vt natalitia martyrum celebremus, horum videli cet seruorũ dei cõtemnentiũ mundũ istũ ꝓ sempiternam fœlicitatem, & accipiamus qđ hic scriptũ est ꝓ præsenti fœlicitate, vt cuicunq. forte homini dei fideli, ci
ui illius Hierusalẽ cõtingat ẽt ducta vxore
filios nõ habere: dicamus, Non timet hõ G
iste dominũ. Nã si timeret dñm, vxor eius tanquam vinea fertilis esset in domo eius,
nõ sterilis vt nullũ generaret: & si timeret
dñm homo iste, filij ipsius circundarent
mensam ipsius, tanquã arbores oliuarũ. Si
.n. talia dixerimus, animales sumus, nõ per 1.Co.2.
cipiẽtes quæ sunt spiritus dei. Incipiamus
& nos excutere, vt simus & nos filij excussorum. Si.n. erimus filij excussorũ, erimus
in manu potentis tanquam sagittæ, & ia- Ps. 126.
culabitur nos de præcepto suo in corda
hominum nondum amantium, vt percussi
sagittis verborum dei ament. Nam si talia

illis vel cœperimus prædicare, filij aut fratres mei timete dñm, vt habeatis filios & nepotes, vt gaudeat domus vestra, non sagittamus vt ameẽ illa æterna Hierusalem. Remanebunt in amore terrenorum, & videntes ista abundare impijs, & si nobis nõ audent, in corde suo dicunt, Quare ille q̃ non timet deũ, plenã domũ habet filijs? Et forte alius dicit illi, Adhuc nescis quid illi posit contingere. Quid si afferet illos, q̃a non timet deum, & ad hoc illi plures nati sunt, vt maiorem dolorẽ de illorum morte patiatur? Sed si talia dixeris, respondebit
H tibi & ille, Ego noui hominem impiũ, paganum, adoratorẽ idolorum, & forte nouit & verum dicit, nec vnũ tantum nouit, nec duos vel tres, quẽ duduxerunt ad fossam, senem, decrepitum, mortuũ in lecto suo turbæ filiorũ & nepotum. Ecce nõ timuit dominũ, & proles fœcundissima domus eius clausit oculos eius. Quid ad hoc dicturi sumus? Nihil illi põt euenire mali, vt efferat filios suos viuus, qũ iam mortuus à filijs ad sepulchum gloriosum deductus est. Excutiamus ergo, excutiamus si volumus esse filij excussorũ, Exeat huc aliquid. Est.n. quidam homo qui sic benedicetur, & nemo timet dñm, nisi qui est in membris ipsius hominis. Et multi homines sunt & vnus homo est: multi.n. Christiani, & vnus Christus. Ipsi Christiani cũ capite suo quod ascendit in cœlũ, vnus est Christus. Non ille vnus & nos multi, sed & nos multi in illo vno vnũ. Vnus ergo homo Christus caput & corpus. Quod est corpus eius? Ecclesia eius, dicente Apo-
1.Co.11 stolo, Quoniam membra sumus corporis & vos aũt estis corpus Christi & mẽbra.
Intelligamus ergo vocem huius hominis,
I in cuius corpore vnus sumus homo, & ibi videbimus ista vera bona Hierusalem: sic enim dixit in fine, Vt videas bona q̃ sunt Hierusalem. Si autem ista bona terreno oculo attenderis, abundantiam filiorum & nepotam, & fertilitatem fœcunditatem q̃ue coniugis, & non sunt bona illius Hierusalem, quia bona ista & in terra morientium sunt, illa terra viuentium est. Noli valde pro magno habere, si habes filios morituros, etsi nõ ante te certe post te. Vis habere filios nunquã morituros, & tecum semper victuros? Esto in illius corpore, de
Ibidem. quo dictũ est, Vos aũt estis corpus Christi & mẽbra. Nam vt hoc ostenderet & ipse Psalmus, q̃a sic est obscurus vt admonear pulsari, sic coopertus vt velit excuti, à pluribus cœpit, Beati oẽs qui timẽt dñm, qui ambulãt in vijs eius. Multi loquimur, Sed ipsi multi vnum sunt in Christo, sequitur & singulariter iam dicit, Labores fructuũ tuorum mãducabis: superius dixerat, Beati oẽs qui timent dñm, qui ambulãt in vijs eius: mõ quare labores fructuũ tuorũ mãducabis: & non, manducabitis? Et quare, labores fructuum tuòrũ: & non, labores fructuum vestrorũ? Tam in proximo oblitus est, quia pluribus loquebar? Sed si iam excussisti, q̃d tibi rñdit? Cũ plures Christianos appello, in vno Christo vnum intelli- K
go. Plures ergo estis, & vnus estis: plures sumus, & vnus sumus. Quomodo plures sumus, & vnus sumus? Quia illi inhæremus cuius membra sumus, & quorum caput in cœlo est, vt mẽbra sequatur. Ergo ipse describat iam, quia manifestatũ est quẽ describit: sic patebũt omnia quæ sequunt: tantũ vos timete dñm & ambulate in vijs eius, & nolite zelare eos qui non ambulãt in vijs eius, quando illos uideritis esse fœlices infœliciter. Seculi enim homines infeliciter fœlices sunt. Martyres aute fœliciter infœlices erant: erant.n. ad tempus infelices, sed in æternum fœlices, & in eoipso q̃ erant ad tempus infœlices, putabantur magis infœlices q̃ erant: quid.n. dicit Apostolus? Quasi tristes, semper autem gaudẽtes. Quare semper? Et hic & ibi, prorsus & hic & ibi. Hic enim vnde gaudemus? De spe. Ibi vnde gaudemus? De re. Magnum gaudium habet spes gaudẽtis. Et si spe gaudentes, uidete quid sequitur, In tribulatione patientes. Martyres ergo ideo in tribulatione patientes erant, quia spe gaudebãt. Sed quia nondum erat illud quod promittitur, q̃d dicit Apostolus, Spes enim quæ videtur non est spes: Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expecta- L
mus. Ecce quare omnia martyres pertulerunt, quia quod non videbant per patientiam expectabant. Illi qui eos occidebant, q̃ videbant amabãt: illi qui occidebantur, ad ea quæ non videbant suspirabant, & ea quæ non videbant, apprehendere festinabant, & q̃ tardius occidebantur, mòras sibi fieri arbitrabantẽ. Ergo frẽs Felix martyr & vere fœlix, & nomine & corona, cuius hodie natalis est, cõtẽpsit mundũ. An forte quia timebat dñm, inde erat fœlix, inde

inde erat beatus, quia vxor eius tanquam vinea fertilis erat in terra, & filij eius circundederunt mensam eius? Omnia ista pfecte habet, sed in corpore illius q̃ hic describitur, Et quia sic ille intellexerit, contẽ psit p̃sentia, vt acciperet futura. Noueritis aũt fratres non eũ passum mortẽ, quã alij martyres pasi sunt. Confessus est.n. dilatus est ad tormenta, alio die inuentum est corpus exanime. Clauserãt.n. illi carcerẽ, sed corpori, non spiritui. Quem illic parabant torquere carnifices, absentem inuenerunt, perdiderunt fœuitiã suã: iacebat.n. ex animis sine sensu illis ne torquerẽtur, cum
M sensu apud deum vt coronaretur. Vnde & iste Fœlix frẽs, non tm̃ nomine, sed & præmio vitæ æternæ sic ista dilexit. Ergo sic audiamus istum psalmum tãquã de Chro dicatur: Et oẽs hærentes corpori Christi & effecti mẽbra Chri, ambulemus vias domini, & timeamus dñm timore casto, timo
Psal.18. 1.Ioã.4. re permanente in seculũ seculi, Est.n. alius timor quem charitas excludit, dicente Ioanne, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Non de omni timore dicit, q̃ mittitur foras a charitate: habes.n. Psalmum dicentem, Timor dñi castus permanens in seculũ seculi Alius ergo timor dñi permanet, alius excluditur. Timor qui excluditur, castus nõ est: qui autem permanet, castus est. Quis est timor qui excluditur? Dignamini aduertere. Aliqui p̃pea tm̃ timent, ne aliq̃d mali in terra patiantur ne illis ægritudo accedat, ne damnum, ne orbitas, ne alicuius admissio criminis, ne alicuius amissio chari, ne exilium, ne damnatio, ne carcer, ne aliqua ttibulatio, p̃pea timent & tremunt. Adhuc timor iste non est castus. Ad huc audi: alius nõ in hac terra pati timet, sed gehennam timet. Vnde terruit & dñs: Esa. 66. audistis cum Euangelium legeretur, Vbi Marc.9. vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ A non extinguetur. Audiunt hæc homines, & quia vere futura sunt impijs, timent, & continent se a peccato. Hũt timorem, & p
Psal.9.6. timorem continent se a peccato. Timent p
Psal.18. quidem, sed non amant iustitiam. Cũ aũt pe. timorem continent se a peccato, fit cõsuetudo iustitiæ, & incipit quod durũ erat amari, & dulcescit deus: & iam incipit hõ iuste viuere, p̃pea non quia timet pœnas, sed quia amat æternitatẽ. Excluſus est ergo
1.Ioã.4.18. timor a charitate, sed successit timor castus. Quis est iste timor castus? Secundũ quem debemus fratres mei intelligere q̃d dictum est, Beati oẽs qui timent dominũ, qui ambulant in vijs eius. Si potuero digne dicere de isto timore casto, dicam adiuuante dño nostro Iesu Christo, Multi fortasse hoc timore casto inflammabũtur in amorem castum. Nec possumus explica
3.se.dis. re fortasis, nisi proposita aliqua similitu- 34. cap. dine. Pone aliquam fœminam castam, ti- Nõ pot. mentem virum: aliam pone adulteram, & ipsa timet virum. Casta timet, ne discedat vir: adultera, ne veniat. Quid si ambo absentes sunt? Illa ne veniat, illa ne tardet. Absens est quodammodo cui desponsati sumus, absens est qui nobis arrã dedit spm̃ sanctum, absens est qui nos redemit sanguine suo, sponsus est ille quo nihil pul- B
chrius, qui quasi fœdus apparuit inter manus persequentium, de quo paulo ante dicebat Esaias, Et vidimus eum, & non habe Esa. 59. bat speciem neque decorem. Ergo sponsus noster fœdus est? Absit. Quo.n. illum virgines amarent, q̃ in terra maritos non q̃sierunt? Ergo persequẽtibus fœdus apparuit, & nisi eum sẽdum putarent, non insilirẽt, non flagellis cæderent, non spinis coronarent, non sputis inhonestarent: sed quia fœdus illis apparebat, fecerũt illi ista: non.n. habebant oculos vnde Christus pulcher Mat. 17 videretur. Qualibus oculis Christus pulcher apparuit? Quales oculos quærebat ip se Chrs, qñ dicebat Philippo, Tãto tpe vo
Ioan.14 biscum sum, & non me vidistis? Isti oculi mundandi sunt, vt possint videre illam lucem: & leuiter tamen perstricti splendore, accenduntur amore vt sanari velint, & fiãt illuminati. Nam vt noueritis q̃a pulcher est Christus qui amatur, audi prophetam, Speciosus forma præ filijs hominum. Oẽs homines superat illius pulchritudo. Quã
Psal.44. rem amamus in Christo? Membra crucifixa, latus perforatum, an charitatem? Quãdo audimus quia passus est pro nobis, quid amamus? Charitas amatur. Amauit nos vt C
redamaremus eum: & vt eum redamare possemus, visitauit nos spiritu suo. Pulcher est ille, & absens est. Interroget se sponsa, si casta est. In membris sumus omnes fratres mei, in membris ipsius sumus, ideo vnus homo sumus. Videat vnusquisque qualẽ timorem habeat, an eum quem excludit charitas, an castum permanentem in secu- Psal.18.
1.Ioã.4. lum seculi. Modo probaui dico, & proba- bit.

bit. Absens est sponsus noster: interroga cõ scientiam tuam, vis vt veniat, an adhuc vis vt tardet? Videte fratres, Ego pulsaui ad ostia pectorum vestrorum, vocẽ inhabitan tiũ ille audiuit. Quid singulorũ quorũq. modo conscientię dixerint, ad aures meas, quia homo sum, peruenire non potuit: ille qui absens est prẽsentia corporis, sed pśens est vigore maiestatis, audiuit vos. Quam multi si dicatur illis, Ecce iã Christus, cras dies iudicij, non dicunt, vtinã veniat. Qui enim dñt, multum amãt: & si dicatur illis, Tardabit: timent ne tardet, quia timor castus est. Qũo autem nunc timetur ne tardet, sic cum venerit timebitur ne discedat. Erit autem castus iste timor, quia tranquillus & securus. Non.n. deseremur ab eo, cũ inuenerit nos homo aliquis credens in eũ. Quando quæsiuit nos? Antequã quæreremus eum. Castus ergo timor frẽs mei hoc habet, quia venit de amore. Ille asit timor nondum castus, præsentiam domini & pœnas timet, timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi spõsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est & iste timor, vtilis est, non quidem permanebit in seculum seculi, sed nondũ est iste castus permanẽs in seculum seculi. In quo est castus? Iam iterum aliquid interrogo, quod vosmetipsos interrogetis. Si deus veniens voce propria loqueretur nobis, quãquam non taceat loqui per literas suas, & diceret homini, Peccare vis, pecca: fac quicquid te delectat: quicquid amaueris in terra, tuum fiat: cui fueris ratus, intereat: quẽ rapere volueris, rapiatur: quem cædere, cædatur: quem dãnare, damnetur': quem possidere, possideas. Nemo tibi resistat, nemo tibi dicat, quid facis: nemo, noli facere qđ velis: nemo, quare feci sti: abundent tibi omnia ista terrena quæ concupisti, & viue in illis non vsque ad tempus, sed semper, facie tantum meam nunquam videbis. Fratres mei vnde ingemuistis, nisi quia iam natus est timor castus permanens in seculum seculi? Quare percussum est cor vestrum si diceret deus, faciem meam nunquam videbis? Ecce omni ista terrena fœlicitate, omnibus rebus abundabis, circumfluent te bona temporalia, non illa amittis, non illa deseris, quid vis amplius? Fleret quidem, gemeret timor castus, & diceret, Imò tollantur omnia, & faciem tuam videam. Timor castus exclamaret de Psalmo, & diceret, Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. Pſal.79. Timor castus exclamaret de Psalmo & diceret, Vnã petij à domino. Pſal.26. Vide quomodo ardeat timor iste castus, timor verus, timor syncerus, Vnam petij a domino hanc requiram. Quid? Vt inhabitem in domo domini, per omnes dies vitæ meæ. Quid si pp terrenã fœlicitatem? audi quid sequitur, Vt contẽpler delectationem domini, & protegar a templo sancto eius: id est, esse tẽplum eius, & protegi ab eo: hanc vnam petij a domino. Hanc vnam si petieritis, aecipietis, ad hanc vnam si cor vestrum exercueritis, & hoc solum amittere timueritis, nec inuidebitis fœlicitatibus terrenis, & illam fœlicitatem veram sperabitis, & eritis in eius corpore cui cantatur, Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius, Labores fructuũ tuorum manducabis. O vos, ò tu: vos multi qui vnus estis, labores fructuum tuorum manducabis. Quasi peruersę videtur dicere non intelligentibus: debuit.n. dicere, fructum laborum tuorum manducabis: multi.n. manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea, ipsum laborem non manducant, sed quod de labore ipsorum nascitur hoc manducant. Laborant circa arbores pomiferas, quis manducet labores? Nemo inquam, sed qđ illæ arbores attulerint: Fructus laboris, & ipse iocundat agricolam. Quid sibi vult, labores fructuum tuorum manducabis? Mõ labores habemus, fructus postea erit. Sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua paulo antè diximus, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, mõ nos ipsi labores nostri iocundant, & læ tos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iocũdare mãducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Manducabant labores suos, qui eũtes ibãt & flebant mittentes semina sua. Quanto iocundius mãducabunt fructus laborum, qui venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos? Et vt noueritis fratres quia manducatur labor iste, in superiore Psalmo audistis dictum superbis, quia ante lucem volebant surgere. i. ante Christum, non per humilitatem, qua surrexit Christus: dictum est illis, Surgite posteaq̃ sedistis. i. humiliamini & inde surgite, quia & ille humiliari venit', q exaltatus est pp vos. Et quid dictum est? Qui manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi.n. manducaretur, non diceretur panis. Nisi autem haberet aliquam suauitatem panis iste, nemo illum manducaret cum tanta suauitate. Plorat in gemitu qui orat. Dulciores sunt lachrymæ orãtium, quàm gaudia theatrorum. Et audi flãmam desyderij qua manducatur ipse panis, de quibus dicit, Qui manducatis panẽ doloris. Alio loco dicit amans iste: cuius vocem in Psalmo plerunque agnoscimus, Pſal.41. Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vnde factæ sunt lachrymæ panes? Dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Antequam.n. videamus eum q nos dilexit, qui nobis pignus dedit, cui desponsati sumus, insultant nobis pagani, & dicunt, Vbi est quem colunt Christiani? Ostendant nobis quem colunt, Ecce ego ostendo illis deum meum, & ipsi ostendãt mihi deum suum. Dum tibi hoc dicit paganus, non inuenis quod illi ostendas, quia non est cui ostendas. Redis ergo & plangis ad deum, quia illi suspiras antequam videas, & desyderio ipsius gemis, & quia in ipsius desiderio ploras, dulces sunt & ipse lachrymæ, & pro cibo tibi erunt, quia factus est tibi & ipse panis die ac nocte dum dicitur tibi quotidie vbi est deus tuus. Sed veniet deus tuus, de quo dicitur, Vbi est, & absterget lachrymas, & ipse pro pane lachrymarum succedet, & te in æternum satiabit, quia erit nobiscum verbum dei quo pascuntur angeli. Interim modo labores fructuum, postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Beatus es, de præsenti est: bene tibi erit, de futuro est. Cum manducas labores fructuum tuorum, beatus es: cum perueneris ad fructum laborũ tuorum, bene tibi erit. Quid dixit? Nam si bene tibi erit, vtique beatus eris: & si beatus eris, bene vtique tibi erit. Sed interest inter spem & rem. Si spes tam dulcis est, quãto res dulcior erit? Iam veniamus ad illã, Vxor tua, Christo dicitur: ergo vxor eius, Ecclesia eius: Ecclesia eius vxor eius, nosip si sicut vinea eius fertilis. Sed in quibus vinea fertilis? Videmus.n. parietes istos intrantes multos steriles. Videmus quia istos parietes intrant multi ebriosi, fœneratores, mangones, quærentes sortilegos, euntes ad præcantatores & præcantatrices, quando illis caput dolet. Ista est fertilitas vineæ? Ista est vbertas vxoris? non ipsa est. Istæ spinæ sunt, sed non vbique spinosa. Habet quandam fertilitatem, & est vinea fertilis, sed in quibus? In lateribus domus tuæ. Non omnes dicuntur latera domus. Quæro enim quæ sint latera domus? quid dicam? Parietes sunt quasi lapides fortes. Si de hoc habitaculo corporali diceret, forte hoc intelligeremus latera. Latera dicimus domus, eos qui inhærent Christo. Non enim sine causa & in sermone quotidiano dicimus de aliquo qui forte male agit ex malorum consilijs amicorum, de illo dicimus, Mala latera habet. Quid est, mala latera habet? Mali illi inhærẽt. Ergo & de alio, bona latera habet: bonis consilijs viuit. Quid est hoc? Bonis consilijs regitur. Ergo latera domus sunt illi qui inhærent Christo, nec sine causa & ipsa coniunx de latere facta est. Viro dormiente Eua facta est: moriente Christo, Ecclesia facta est. Et illa de latere viri, cum costa detracta est: & ista de latere viri quando latus lancea percussum est, & sacramenta profluxerunt. Ergo vxor tua vt vinea fertilis. Sed in quibus? In lateribus domus tuæ, id est, in his qui adhærent Christo. In alijs, qui non adhærent Christo, steriles. Sed nec illos in vinea computabo. Filij tui. Quæ est vxor, & qui sunt filij. In istis carnalibus nuptijs & coniugijs, alia vxor & alij filij: in Ecclesia quæ vxor, ipsi filij. Ad Ecclesiam.n. pertinebant Apostoli, & in membris Ecclesiæ erant. Ergo in coniuge ipsius erant, & coniunx erant secundũ portionem suam, quam in membris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur, cum receſſerit ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filij sponsi? Ergo ipsa coniunx, & ipsa filij. Mirum dico fratres mei, In verbis autem dñi inuenimus Ecclesiam & fratres ipsius esse, & sorores ipsius esse, & matrem ipsius esse. Nam cum ei nunciarentur mater eius & fratres foris stantes, quia foris stabãt, typum gerebant. Quis typus mris? Synagoga, Quis typus fratrũ carnaliũ? Iudæi foris stãtes: & foris stat synagoga. Nã Maria in lateribus domus eius, & cognati eius ex virginis Mariæ cõsanguinitate venietes, q in eũ crediderũt, in lateribus domus eius, nõ inq̃tũ carnali cõsanguinitate iũcti erãt, sed inq̃tũ verbũ dei audiebãt & facie-

3.se.dis. 34.c. Et quia. In medio.

Psal.18.

Ioan.19.

Matt.9.

Mat.12.

Universidad de Deusto Biblioteca

feciebât. Hoc.n.rñdit dñs & ait, Quæ mihi mater, aut qui fratres? Vnde tentauerũt quidam dicere, qa Christus matrem non habuit, quia dixit, Quæ mihi mr̃? Quare? Ergo Petrus & Ioannes & Iacobus & alij Apostoli patres non habuerunt in terra? Et tñ qd eis dicit? Nolite vobis dicere patres super terrã, vnus est.n.pr̃ vester qui in cœlis est. Qd ergo in pr̃e docebat discipulos, hoc in mr̃e ipse demonstrauit. Vult enim dñs, vt consanguinitatibus terrenis præponamus deũ. Defer pr̃i, qa pater est: defer deo, quia deus est. Generauit te pater accõmodando carnẽ suã, creauit te deus adhibendo potentiam suam. Ne iratscatur pr̃ cũ deus illi præponitur, imò gaudeat sibi tm̃ deferri, vt illi inuentus esset qui ei deberet præponi. Ergo quid dicam? dñs quid ait? Quæ mihi mater, aut qui fratres? Et extendit inquit Euangelista manus super discipulos suos, & ait, Ecce mater mea & fratres mei. Fratres erant, mater qũo erãt? Addidit, Et qui fecerit volũtatem patris mei, ipse mihi frater & soror & mater est. Puta frater, pp sexum virilem quem habet ecclesia, quos hic in membris habet Chr̃s. Mater qũo, nisi quia ipse Chr̃s est in Christianis, quos Christianos per baptismum quotidie parit Ecclesia? Ergo in quibus intelligis coniugem, in illis matrẽ, in illis filios. Dicatur ergo quales debent esse filij, quales? Pacifici. Quare pacifici? Quia beati pacifici; quia ipsi filij dei vocabuntur. Quia ergo in oliua fructus est pacis: oleũ enim pacem significat, quia charitatem significat, sine charitate nulla pax est. Et manifestum est, qꝑ qui diuiserunt pacem, non habent charitatem. Vnde iam exposui charitati vestræ, quare columba folia cum fructu portauit ad arcam, vt significaret quia & illi qui foris baptizati sunt, sicut ligna illa extra arcam baptizata sunt, non sola folia habuerunt. i. verba sola, sed habuerunt & fructum, quod est charitas. Ipsa columba illos reportat ad arcam, & veniunt ad vnitatem. Tales ergo filij debent esse in circumitu mensæ domini, velut nouellatio oliuarum. Perfecta res est, magna beatitudo. Iam quis ibi nolit esse? Cum videris aliquem blasphemum habere vxorem, filios, nepotes, & te forte non habere, noli zelare: vide quia & in te completum est, sed spiritaliter. An forte non es in membris? Si non ibi es, plange quia non hic, nec ibi. Si ibi, securus esto: qa & si ibi & non hic, fructuosius ibi qꝫ hic. Si ergo habemus, quare habemus? Quia timemus dñm. Ecce sic benedicetur hõ qui timet dñm. Ille est hõ. q sunt homines, & ipsi homines hõ, quia multi vnum, quia Christus vnus. Benedicat te dominus ex Sion.]Cœperas.n. attendere, Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Iam forte oculi tui ibant per illos qui non timent dominum, & videbant ibi vxores fœcundas, filios abundantes circumire mensam patris sui. Nescio quà ibas, & non ex Sion, Benedicat te dominus, sed ex Sion. Noli quærere illas benedictiones, quæ non sunt ex Sion. Nõ benedixit dominus tales, fratres mei? Benedictio ista domini est. Aut si non est a domino, quis duceret vxorem, si nolit dominus? Quis posit esse sanus, si nolit dominus? Aut quis posset esse diues, si nollet dominus? Dat illa, sed non vides, quia & pecoribus dedit. Non ergo de Sion est ista benedictio. Benedicat te dominus ex Sion. Et videas bona Hierusalem.) Nam illa bona non sunt Hierusalem. Vis videre quia non sunt bona Hierusalem? Et auibus dictum est, Crescite & multiplicamini. Pro magno vis habere, quod auibus donatum est? Voce quidem dei donatum esse quis nesciat? Sed vtere bonis istis, si accipis: & magis cogita quomodo nutrias q nati sunt, qꝫ vt nascantur: non.n.iam fœlicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriendis labora, si nati fuerint: si autem non nati, age gratias deo, forte minus solicitus eris, & tamen sterilis non remansisti illius matris. Forte filij per te nascuntur spiritaliter de ista matre, qui sunt in nouellis oliuarũ circumeuntes mensam domini. Consolentur ergo te deus, vt videas bona Hierusalem. Illa.n.bona sunt: quare sunt? quia æterna sunt: quare sunt? quia ibi est rex. Ergo sum, qui sum. Ista vero bona sunt, & non sunt: non enim stant, labuntur, fluunt: filij sunt paruuli, blandiris paruulis, blandiuntur paruuli. Nunquid stant in eo? Sed optas vt crescant, vt accedat ætas optas, Sed vide quia cum accedit vna, altera moritur. Veniente pueritia, moritur infantia: veniente adolescentia, moritur pueritia: veniente iuuentute, moritur adolescẽtia: veniẽte senectute, moritur iuuentus: veniẽte morte, morit ois ætas. Quot optas gradus ætatis, tot simul optas & mortes ꝫtatũ. Nõ sunt

sunt ergo ista. Num deinde nati sunt tibi filij in terra tecum victuri, an te potius exclusuri & successuri? Ad eos gaudes q nati sunt, vt excludaris? Nati.n.pueri tanꝫ hoc dicant parentibus suis, Eia cogitate & vos ire hinc, agamus & nos minimũ nostrum. Minus est.n.generis humani tota vita tẽtationis, quia dictum est, Vniuersa vanitas omnis hõ viuens. Et tamen si gaudetur ad filios successuros, quanto gaudendũ est ad filios cum quibus permanebimus, & ad illum patrem cui nati sumus non morituri, sed vt nos cum illo semper viuamus? Ipsa sunt bona Hierusalẽ, quia ipsa sunt. Bene dicat te ergo dñs ex Sion, & videas q̃ sunt bona Hierusalẽ. Nam ista q̃ attendis bona, cæcus vides: videas, sed illa bona q̃ corde videntur. Et quãdiu videbo bona Hierusalem? Oẽs dies vitæ tuæ.) Sed si vita tua æterna fuerit, in æternũ videbis bona Hierusalẽ. Ista aũt fratres mei bona sunt, sed non oẽs dies vitæ tuæ vides: non.n.qñ exis de corpore moreris, Perseuerat vita tua: corpus moritur, sed vita spiritus perseuerat. Oculi non vident, quia discesit qui p oculos videbat. Vbicunq. est qui per oculos videbat, videt aliquid. Non.n.mortuus erat diues ille, qui in terra induebatur purpura: si mortuus esset, apud inferos non torqueretur. Optandum illi forte erat vt morere tur, sed malo suo vixit apud inferos. Torquebatur.n.& non videbat illa bona q̃ in terra dimiserat. Hæc erat vita ipsius talis, & bona illa non videbat. Ergo tu talia desideria bona quæ videas oẽs dies vitæ tuæ. i. vt cum ipsis viuas in æternũ. Quæ sunt ergo illa bona? Fratres attendite. Dici pñt bona ista? aurũ est, argẽtum est, fundus amœnus est, marmorati parietes sunt, tecta laqueata sunt? Absit. Ista abundantius pauperes habent in hac vita. Plus est.n.pauperes videre cœlũ stellatũ, q̃ diuiti tectũ inauratũ. Frẽs ergo quid est illud bonũ quo accẽdimur, cui suspiramus, quo inflammamur? Propter qd̃ bonũ adipiscendũ & videndũ tantos labores sustinemus, sicut audistis cũ legeretur Apostolus, quia oẽs qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Non.n.mõ quia diabolus p reges non sæuit, iõ Christiani non patiunt persecutionẽ. Si mortuus est diabolus, mortuæ sunt persecutiones: si aũt ille aduersarius noster viuit, vnde non tẽtationes sugerit? vnde non sæuit? vnde non minas aut scandala procurat? O si incipias pie viuere, videbis quia omnis qui vult pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Propter quid ergo patimur tantas persecutiones? Si.n.in hac vita in Christo sperantes sumus tantum, ait Apostolus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Propter quid dãnati sunt ad bestias martyres? qd̃ est illud bonum? dici potest? vnde? aut quæ lingua dicat? aut quæ aures audiant? Et qdem illud nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Amemus tamen, proficiamus tantum: videtis.n.quia pugnæ non desunt, & pugnamus cũ concupiscentijs nostris. Pugnamus foris cũ infidelibus & ꝯino bedientibus hominibus, pugnamus intus cum suggestionibus, cum ꝑturbationibus carnal bus. Vbique pugnamus adhuc, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Pugnamus adhuc, quoniam si spiritus vita est, tamen corpus mortuum est ꝓpter peccatum. Sed quid futurum est? Si autem spiritus eius habitat in vobis, qui suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter spiritum eius, qui habitat in vobis. Cum ergo viuificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nostro: nõ fames erit, non sitis erit, quia de corruptione corporis ista nascuntur: iõ reficis, quia a te aliqd deficit. Concupiscentiæ delectationem carnalium contra nos pugnant. Mortem portamus infirmitatem corporis, sed cũ mors ipsa conuersa fuerit in illam incommutabilitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, quid audiet tunc mors? Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Et forte moritur, & dicetur, Restant aliqui inimici? Non, sequitur nouissima inimica mors: cum hæc destructa fuerit, immortalitas succedit. Si nullus erit inimicus, quasi nouissima destruet̃ mors. Bonum nostrum cui suspiramus, pax erit. Ecce bonum fratres, magnum bonum pax vocatur. Quærebatis quid vocaretur? Aurum est, an argentum est, an fundus, an vestis? Pax est. Non pax qualem inter se habent homines, infidam, instabilem, mutabilem, incertam: nec pax talis qualem secum habet ipse vnus homo: Diximus.n.quia & secũ pugnat hõ, Vsquequo domet oẽs cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quã oculus non vidit, nec auris audiuit.

Qualis

Qualis pax? De Hierusalé, Quia Hierusa interpretatur visio pacis. Si ergo benedicat te dñs ex Sion, & videas bona quę sunt in Hierusalem, vt videas oēs dies vitę tuę. Et videas.)Non filios tuos tm: sed Filios filiorum tuorū.] Quid est filios tuos? Opa tua q̄ hic agis. Qui sunt filij filiorum? Fructus operum tuorū. Facis eleemosynas, filij tui sunt: pp eleemosynas accipis vitam æternam, filij filiorum tuorum sunt. Videas filios filiorum tuorū, & erit qđ sequitur, quo concludit, Pax super Ifrael.)Hęc pax vobis p̄dicat a nobis, ipsa amatur a nobis, ipsa vt a vobis ametur, optamus. Ad illam pacem perueniunt, qui & hic pacifici fuerint. Illi sunt & hic pacifici, qui & ibi: qui circumeunt mensam dñi tanquam nouellatio oliuarum, vt non sit sterilis arbor, qualis fuit illa ficulnea vbi fructum nō inuenit esuriens dñs. Et videtis quid ei contigerit, Folia sola habebat, fructum non habebat. Sic sunt qui verba hūt, & facta non habent. Veniens esuriens dominus non ibi inuenit quod manducet, quia fidem nostram & facta bona esurit dominus. Pascamus illum bene viuendo, & pascet nos in æternum nobis viuere donando.

Mat. 21

In Psalmum cētesimū vicesimūoctauum. Enarratio.

HPsalmus quem cantauimus breuis est: sed sicut scriptum est in Euangelio de Zacchæo, statura breuis, & magnus in opere: sicut scriptū est de illa vidua, q̄ duo minuta misit in gazophylatium: breuis pecunia sed magna charitas: sic & iste Psalmus si verba numerus, breuis est: si sententias appendas,, magnus est. Non ergo nos poterit diutius vsque ad fastidium detinere. Quare? Aduertat prudentia vestra, & asit intētio Christiana: sonet verbum dei volentibus opportune, nolentibus importune. Inuenit sibi locū, inuenit corda vbi requiescat, inuenit terram vbi germinet, & fructum ferat. Nam quia multi mali sunt, & iniquos portat Ecclesia vsque in finem, manifestum est, & hi sunt quibus verbum dei superfluum est: & aut sic in illos cadit, quomodo semen in via conculeatur, & a volatilibus colligit: aut sic in eos cadit qūo semen in petrosa loca, vbi non hēt terram multam, statim exijt, & calefacto sole arescit, quia nō habebat radicem: aut sicut inter spinas, quod & si germinet & conetūr in auras surgere, suffocatur tamen multitudine spinarum. Tales autem sunt, qui verbum dei contemnunt sicut via: aut qui ad horam gaudent, & facta tribulatione sicut ab æstu solis arescunt: aut qui cogitationibus & curis & solicitudine huius mundi, tanquam spinis auaritiæ suffocant, quod in illis cœperat germinare. Est aūt ēt terra bona, quò semen cum ceciderit affert fructū, aliud tricenum, aliud sexagenum, aliud cētenum: siue parum, siue multum, omnes in horreo erunt. Sunt ergo tales, & pp hos loquimur. Propter hos loquitur scriptura, Propter hos non tacet Euangelium. Sed & illi audiāt ne forte aliud sint hodie, aliud cras, ne forte mutentur audiendo, aut arent viā, aut lapides purgent, aut spinas euellāt. Dicat spiritus dei, dicat nobis, cantet nobis: siue velimus saltare, siue nolimus, cantet ipse. Sicut.n. qui saltat, membra mouet ad cātum: sic qui saltant ad præceptum dei, operibus obtemperant sono. Ideo qui noluerunt hoc facere, quid illis dñs dicit in Euā gelio? Cantauimus vobis, & non saltastis: planximus, & non lamentastis. Cantet ergo: credimus in dei misericordiam, quia erunt de quibus nos consoletur. Nam qui pertinaces sunt, perseuerantes in malitia, q̄ uis audiant verbum dei, scandalis quotidie perturbant Ecclesiam: de talibus dicit iste Psalmus, sic.n. cœpit, Sæpe expugnauerūt me a iuuentute mea.]Ecclesia loquitur de his quos tolerat, & tanquam diceretur, Nū quid modo & non olim est Ecclesia? Ex quo vocantur sancti est Ecclesia in terra. Aliqū in solo Abel Ecclesia erat, & expugnatus est a fratre malo & perdito Cain. Aliqū in solo Enoch Ecclesia erat, & translatus est ab iniqs. Aliqū in sola domo Noe Ecclesia erat, & pertulit oēs qui diluuio perierunt, & sola arca natauit in fluctibus, & euasit ad siccum. Aliqū in solo Abrahā Ecclesia erat, & quanta pertulit ab iniqs, nouimus. In solo filio fratris eius Loth, & in domo eius in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit Sodomorum iniquitates & peruersitates, quousque deus eum de medio ipsorum liberauit. Cœpit esse & in populo Israel Ecclesia, pertulit Pharaonem & Aegyptios. Cœpit & in ipsa Ecclesia. i. in populo Israel numerus sanctorum, Moyses & cæteri sancti pertulerunt iniquos Iudæos populum Israel. Ventum est & ad dominū nostrum

Mat. 11

K

Gene. 4. Gene. 5. Gene. 6.

Gen. 11

Psal. 39. nostrum Iesum Chm̄, prædicatū est Euāgelium: dixit in Psalmis, Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Quid est super numerum? Non solū illi qui crediderunt, & qui pertinent ad numerum sanctorum, sed & super numerum intrarunt multi iusti, sed plures iniqui, & pertulerunt iusti iniquos. Quando? In Ecclesia. Nunquid modo solum ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modo Ecclesia, vel ne quisquam miraretur in Ecclesia, volens esse membrum bonum Ecclesiæ, audiat & ipsam Ecclesiā matrem suam dicentem sibi, Noli mirari ad ista fili, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Magnus affectus sic cœpisse Psalmum, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: quasi aliquid iam loquebat: videtur enim non cœpisse, sed respondisse. Respondit autem, Quibus? Cogitantibus & dicentibus, Quanta mala perferimus, q̄ ta scandala crebrescunt quotidie, quando iniqui intrant in Ecclesiam & portamus eos? Respondeat autem Ecclesia de quibus dam. i. de fortiorum voce respondeat querelis infirmorum, & confirment firmi iniquos, & grandes paruulos, & dicat Ecclesia, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Dicat vero nunc Israel, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Dicat illud, nō illud timeat. Quò enim valet qđ cum dixisset, sępe expugnauerunt me: addidit, a iuuentute mea? Iam modo Ecclesiæ senectus expugnatur, sed nō timeat, dicat, Sæpe expugnauerunt me a iuuētute mea. Nunquid ideo non peruenit ad senectutē, quia non cessauerunt illi expugnando? nūquid delere potuerunt? Dicat vero Israel, & consoletur se Israel, cōsoletur seipsa Ecclesia de præteritis exemplis, & dicat, Sæpe expugnauerūt me a iuuentute mea. Quare expugnauerūt? Etenim non potuerūt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, longe fecerunt iniustitiā suā.] Quare expugnauerunt? quia non potuerunt mihi. Quid est, non potuerunt mihi? Fabricare. Quid est, non potuerunt mihi? Non illis consensi ad malum. Omnis.n. malus ideo persequitur bonum, quia non illi consentit bonus ad malum. Faciat aliquid mali, non obiurget Episcopus, bonus est Eps: obiurget Eps, malus est Eps. Rapiat aliqđ, taceat cui rapuit, bonus est. Saltem loquatur & reprehendat, etsi nō repetat, malus est. Malus est qui reprehendit raptorem, & bonus est q̄ rapit? Ambulet, manducemus & bibamus, cras enim morie mur. Econtra Apostolus, Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Sobrij estote & iusti, & nolite peccare. Sonat verbum, sonat sermo contradictor libidinis. At ille amicus libidinis suæ, & inimicus sermoni contradicenti amicæ suæ, infestus est, & odit sermonem dei. Facta est amica auaritia, inimicus deus. Contradicit enim deus auaritię, & vult nihil possideri ab auaritia. Ego possidear clamat. Quid vis ab auaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo. Onus eius graue, sarcina mea leuis est. Iugū eius asperum est, iugum meum leue est. Noli velle ab auaritia possideri. Iubet auaritia vt mare transeas, & obtemperas iubet vt te ventis procellisque committas: iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonū, & strenuus es ad transeundum mare. Quia auaritia imperat, seruis: quia deus iubet, odisti. Et quid? Cum odisse cœperit, incipit velle criminari eos a q̄bus audit bona præcepta, & velle per suspiciones suas crimina quærere seruorum dei, Qui nobis ista dicunt, & ipsi non faciunt ista: Et ista siue quæ fiunt, siue quæ non fiunt: & quæ non fiunt, dicuntur fieri, & quæ fiunt bene, dicuntur male fieri: & quæ toleramus, ad culpam nostram applicantur. Nos quid respondemus? Noli me attendere, sermonem istius attende, ipse tibi loquitur per quemlibet, huic tu inimicus es. Concorda cum aduersario tuo cum es cum eo in via. Aduersarium tuum sermonem dei fecisti. Noli attendere, quia ille tibi loquitur. Malus est per quem tibi loquitur, sed non est malus, qui tibi loquitur, sermo dei. Accusa deum, accusa si potes. Creditis fratres hucusque peruenisse eos, de quibus dicitur, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, vt etiam ipsum deum accusare non dubitent? Accusas aurum, & ille accusat deum qui fecit aurum. Nolī auarus esse, & non faceret deus aurum? Iam hoc restat, quia mala tua opera cohibere non potes, accusas opera bona dei. Displicet tibi creator & fabricator mūdi. Non faceret & solem, quia multi in fenestris contendunt de luminaribus, & ad iudicia se trahunt? O si vitia nostra cohibeamus, quia bona sunt omnia, quia bonus

1.Co.15 Esa. 27. A Mat. 11 Matt. 15. B

Universidad de Deusto Biblioteca

Gen.2. nus deus qui fecit omnia:& laudant illum opa sua,consyderata quia bona sunt ab eo qui habet spm consyderandi, spiritum pietatis & sapientiæ: vndique deus laudatur ab operibus suis. Quo illum laudant opera sua? Per os trium puerorum in camino Dani.3. ignis qđ prætermissum est? Laudat cœlũ, laudant angeli,laudãt sydera, laudant sol & luna,laudant dies & noctes,laudat quic qd germinat de terra, laudat quicquid natat in mari, laudat q̃cquid volitat in aere, C laudant oẽs montes & colles, laudant frigora & æstas, & cætera omnia q̃ deus fecit. Audistis quia laudant deũ,nũquid audistis ibi quia laudat deũ auaritia, qa laudat deũ luxuria? Non laudãt ista, quia nõ ipse illa fecit. Laudant ibi homines deum, qa hominis creator ẽ deus. Auaritia opus est mali hominis,hõ ipse opus est dei. Et qd vult deus? Occidere in te quod ipse fecisti,& saluare te quẽ fecit ipse. Noli fœnerare:tu accusas scripturam dicentẽ,Qui pecuniã suam non dedit ad vsuram. Non ergo illud scripsi, non de ore meo primo exijt:deũ audi. Et ille,Clerici non fœnerent. Et forte qui tibi loquitur, non fœnerat: sed si fœnerat, fac quia & ipsa fœnerat, Nunquid fœnerat, qui per ipsum loquitur? Si facit quod tibi dicit, & non facis tu:tu in ignem vadis,ille in regnũ. Si Esa. 40. non facit qđ tibi dicit, & pariter facit ma- ps. 118. la q̃ facit,& dicit bona quæ non facit,pariter in igne fœnũ ardebit, verbum aũt dñi manet in æternum. Nunqd ardet sermo, qui tibi p illum locutus est? Aut Moyses Mat. 23 est qui tibi loquitur. i.bonus & iustus famulus dei, aut Pharisæus est cathedram. Moysi sedẽs:audisti & de ipsis, Quæ dñt, facite:quæ autem faciũt,facere nolite. Nõ habes tu vnde te excuses: qñ sermo dei lo D quit̃,tibi loquitur: quia nõ potes interficere sermonẽ dei. Criminari quæris eos,per quos loquit̃ libi sermo dei. Quęre quantũ vis,dic quantũ vis,blasphema quantũ vis, Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea: dicat vero Israel, Sæpe expugnauerũt me a iuuentute mea, Audent ẽt fœneratores dicere. Non habeo aliud vnde viuam. Hoc mihi & latro diceret, deprehensus in fauce:hoc & effractor diceret deprehensus circa parietem alienum:hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantans mala,& vendens malitiam suam. Quicquid tale prohibere conaremur,respõderent omnes,quia non haberent vnde viuerent, quia inde se pascerent:quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia artem neq̃tiæ delegerunt vnde vitam trãsigant,& inde se volunt pascere vnde offendant eum a quo omnes pascuntur. Sed cum clamaueris hoc,& dixeris,illi respõdent, Si sic,nõ huc accedimus:si sic, non intramus in ipsam Ecclesiam. Veniant,intrent, audiant, Sæpe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: Etenim nõ potuerunt mihi,super dorsum meũ fabricauerunt peccatores: hoc est, nõ potuerunt agere vt consentiam, fece- E runt quod portem. Quam præclare dictũ est, quã optime significatum est, Etenim non potuerunt mihi,super dorsum meum fabricauerunt peccatores. Agunt nobiscũ primo, vt consentiamus illis ad facta mala:si non consenserimus, tolerate nos dñt. Luc. 8. Ergo quia non potuisti mihi, ascende in dorsum meum, Portare te habeo quousq. veniat finis. Sic.n.mihi præceptum est, vt fructum afferam cum tolerãtia:non te corrigo,tolero te:aut forte cũ tolero te,corrigis te. Sed si non te corrigis vsque in finẽ, & vsque in finem tolero te vsque in finẽ, & vsque in finem super dorsum meũ eris,vsque ad tempus. Nunqd semper super dorsum meũ eris? Veniẽt.n.q inde te excutiat, Veniet tempus messis veniet finis seculi, immittet deus messores: messores autẽ angeli sunt. Separant malos de medio iustorum, sicut Mat. 13 zizania a tritico, frumentum recondent in horreo, paleas autem conburent igni inextinguibili. Portaui quousque potui,iã gaudens transeo in horreum dei, & securus canto, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Quid.n.mihi facere potuerunt, qa expugnauerunt me a iuuentute mea? Exercuerunt me,nõ oppressẽrũt. Va- F luerunt mihi sicut ignis ad aurum,non sicut ignis ad fœnum. Ignis.n.accedens ad aurum,sordem tollit:accedens ad fœnum, in cinerem vertit. Etenim non potuerunt mihi,quia non consensi,quia non me fecerunt quales sunt ipsi. Super dorsum meũ fabricauerunt peccatores, longe fecerunt iniustitiam suam. Fecerunt quod tolerẽ, & non fecerunt cui consentirem. Iam ergo iniustitia ipsorum longe est a me. Mali mixti sunt bonis,non solum in seculo, sed Ibidem. & in ipsa intus Ecclesia mali mixti sunt bonis. Nostis & probastis,& magis probabitis

bitis si boni fueritis. Cum.n. creuisset herba & fructum fecisset,tunc apparuerunt zizania. Nulli apparent mali in Ecclesia,nisi ei qui fuerit bonus. Nostis ergo quia mixti sunt,& sp & vbiq. dicit scriptura,quia non separabunt nisi in fine. Sic quo mixti sunt,longe sunt à se. Ne quis ergo ex eo q̃ mixti sunt mali inter bonos, putaret iniquitatem esse iuxta iustitiam, non potuerunt,inquit,mihi. i.dixerunt, & male dixe- 2.Cor.5 runt,Manducemus & bibamus,eras.n.moriemur: Non corruperunt sermones mali mores bonos,in eo quod audiui à deo, nõ cessi sermonibus hominũ. Fecerunt mihi peccatores quod portarem, non cui cõmiscerer,& facta est iniquitas eorum longe à G me. Quid.n.tam prope,q̃ duo homines in vna Ecclesia? Quid enim tam longe,quam iniquitas à iustitia? Vbi enim consensio,ibi propinquitas. Ligantur duo & mittuntur ad iudicem,latro & colligatus:Ille sceleratus,ille innocens: vna catena ligantur,& longe sunt à se. Quantum longe sunt à se: Quantum longe est scelus ab innocentia. Ecce isti longe sunt à se ab inuicem. Alius latro in Hispania facit scelera, proximus est ei qui facit in Aphrica. Quantum proximus? Quantum sibi iunguntur scelus & scelus, quantum sibi iunguntur latrociniũ & latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos: Longe ab illis sit corde, & securus portat quod nõ timet. Longe fecerunt iniustitiam suam: Quid occurrit? Florent illi qui regnant inique, & vt sermonem loquamur vulgi, tonãt iniqui,extollunt̃ in typhos,in calumnias. Quid ergo? Semper hoc? Non: audi quod sequit̃, Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Intendat charitas vestra,Dñs,inqt, iustus cõcidet ceruices peccatorum. Quis non contremiscat? Quis enim non peccauit? Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Omnibus qui audiunt intrat tre H mor in cor,si credunt scripturæ dei. Si.n. sibi sine causa tundunt homines pectora, mentiuntur quia tundunt pectora si iusti sunt, & in eo quod mentiuntur deo, fiunt peccatores. Si ergo veraciter sibi tundunt pectora,peccatores sunt. Et quis nostrum non sibi tundit pectus? Et quis nostrũ non elidit oculos ad terram sicut ille publica- Ibidem. nus,& dicit, Domine propicius esto mihi peccatori? Si ergo omnes peccatores, & nemo inuenitur sine peccato, omnibus timendus est gladius in ceruices, quia dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Non puto frẽs mei quia omnium peccatorum,sed in membro,quod percutit,ibi designat quos peccatores percutiat: non enim dixit,Dominus iustus cõcidet manus peccatorum, aut, Dñs iustus concidet pedes peccatorum, nõ dixit: sed quia peccatores superbos volebat intelligi: superbi autem omnes ceruicati sunt,qui non solum faciũt mala,sed nec agnoscere volunt, & quando obiurgantur, Ecce feci̇sti, saltem agnosce quid feceris. Odit deus peccatorem,oderis & tu: coniungere deo,simul persequimini peccatũ tuum:iustificant se,& dicunt,Nõ, inquit,Ego bñ feci,deus male fecit. Quid I est hoc? Ego nihil mali feci,inquit,quia Saturnus fecit,quia Mars fecit, qa Venus fecit. Ego nihil feci, stellæ fecerunt. Iustificas te,accusas deum qui fecit stellas,qui ornauit cœlum. Itaque qñ iustificas peccatũ tuum, & superbis aduersus deum, quia te facis extra culpam, & deum in culpa,& tãtum erexisti ceruicem tuam, & cucurristi contra deum, sicut scriptum est in Iob,di- Iob. 15. cebat de impio peccatore, currens aduersus deum in crassa ceruice scuti sui, & ibi ceruicem nominauit, quia sic te erigis, & nõ elidis oculos ad terram,& tũdis pectus, Luc. 18. & dicis, Dñe propicius esto mihi peccatori,sed iactas te de meritis tuis. Et vis mecum,inquit,deus,iudicio contẽdere,intrare mecum in iudicium,cum debeas in reatu tuo fatisfacere deo,& clamare ad illum quod clamatur in alio Psalmo,Si iniquita ps. 129. tes obseruaueris dñe,domine quis sustinebit? Clamare ad illum,quod clamatur in psal. 40. alio Psalmo, Ego dixi dñe miserere mei,sana animam meam quia peccaui tibi: Quoniam hæc nõ vis dicere,sed iustificas facta tua aduersus sermonem dei,venit in te qđ sequit̃,scriptura,& dicit, Dñs iustus concidet ceruices peccatorum. Confundantur & aduertantur retrorsum omnes,qui oderunt Sion.) Qui oderunt Sion,oderunt Ec- K clesiam Sion Ecclesia est. Et qui intrant in Ecclesiam ficte,oderũt Ecclesiam. Qui nolunt obseruare verbum dei,oderunt Ecclesiam. Sed super dorsum meum fabricauerunt. Quid factura est Ecclesiam,nisi portatura vsque in finem? Sed quid de illis sequitur & dicit? Fiant sicut fœnum tectorum,quod priusquam euellatur aruit.] Fœnum tectorum herba est quæ nascitur

in tectis,in solario integulato:in alto videtur,& radicē nō habet. Quāto melius humilius nasceretur,& lætius virelceret:Modo nascitur altius ad celeriorem ariditatē, nōdū euulsum est & aruit. Nōdum finiti sunt i iudicio dei,& iā nō habēt succū viriditatis. Attendite opera ipsorum,& videte quia exaruerūt & hic sunt,nōdū ergo auulsi sunt. Aruerūt,sed nōdum auulsi sunt. Facti sunt sicut fœnum tectorū, quod priusquam euellatur exaruit. Et veniēt messores,sed nō de illis implēt manipulos. Vēturi sunt enim messores, & collecturi sunt triticum in horreum, & zizania alligabūt & mittēt in ignē: Sic & fœnum tectorum expurgatur, & quicquid inde euellitur,in ignem mittitur,quia & priusquam euelleretur aruit,nō inde implet messor manus: sequitur enim & dicit, Nō replebit manū suam messor, & sinum suum qui manipulos colliget.] Messores autem angeli sunt dicit dominus. Et nō dixerūt transeuntes vitam benedictio domini super vos, benedixmus vobis in nomine domini.) Nostis enim fratres quādo transitur per operātes,est cōsuetudo vt dicatur illis,Benedictio domini super vos. Et magis ista cōsuetudo erat in gēte Iudæorum. Nemo transibat & videbat aliquos facere aliqd' opus in agro,vel in vinea, vel in messe, vel aliquid eiusmodi, non licebat trāsire sine benedictione. Alij sunt qui manipulos colligunt,alij sunt trāseuntes vitam. Qui manipulos colligūt nō de illis replēt manus, qa nō colligitur ad horreum fœnum tectorū. Qui sunt qui manipulos colligunt? Messores. Qui sunt messores? Dominus dixit, Messores autem angeli sunt. Qui sunt trāseuntes? Illi qui iam per viam istam,id est, per vitam istam trāsierunt hinc ad patriā: Apostoli transeuntes erant in ista vita, Prophetæ transeuntes erant. Quos benedixerunt Prophetæ & Apostoli? Illos in quibus radicem charitatis viderunt. Quos autem inuenerunt in tectis eminere,& superbire in ceruices scuti sui,dixerunt contra illos quod futuri erant, benedictionem autem domini super eos non dederunt. Ergo istos omnes malos quos portat Ecclesia, qui legitis in scripturis, inuenitis maledictos designatos ad antichristum pertinere, ad diabolum pertinere, ad paleam pertinere,ad zizaniam pertinere. Et multa innumerabilia per similitudinē dicunt de illis,Quia non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Nullam inuenis scripturam, quæ de illis bene loquatur, quia transeunt viam non illos benedixerunt: Transeuntes Prophetæ omnia mala de illis dixerunt. Ecce & iste quem portamus Dauid trāsijt viā: audistis quid de illis dicit, Dominus iustus concidet ceruices peccatorum confundantur & auertātur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quàm euellatur aruit: Non repleuit manum suā messor, & sinum suum qui manipulos colligit. Hæc de illis dixit. Non ergo supra illos iste transiens benedixit, & impletum est etiam per illum quod ipse dixit, Et nō dixerunt trāseuntes viam, benediximus vos in nomine domini. Et isti trāseuntes siue Prophetæ, siue Patriarchæ, siue Apostoli quicunque transierunt,si bene viuimus fratres, benedixerunt nos in nomine domini. Quādo me,inquis,benedixit Paulus? Quādo me benedixit Petrus? Attende in scripturis,vide si bene viuis, & vide ibi benedictum te fuisse. Omnes bene viuētes bñdixerunt. Et quomodo benedixerunt? In nomine domini, nō in nomine suo sicut hæretici. Qui.n.dicunt quod nos damus, hoc est sanctum, nomine suo volunt benedicere, nō in nomine domini. Qui autem dicunt, nō sanctificat nisi deus, nec quisquam est bonus nisi dono dei, ipsi in nomine domini benedicunt, non in nomine suo: Quia qui amici sunt sponsi, nolunt esse adulteri sponsæ.

Mat. 23

Mat. 13.

Mat. 7.

In Psalmum centesimum vicesimūnonū Enarratio.

QVoniam vos non solum oculis corporeis,sed etiam corde vigilare præsumimus,intelligēter nos cantare oportet, De profundis clamaui ad te domine,dñe exaudi vocem meā.) Etenim vox hæc ascēdētis est pertinēs ad cāticum graduum. Debet itaque unusquisq. nostrum videre in quo profundo sit, de quo clamet ad dominum. Clamauit de profundo Ionas de ventre ceti: Erat non solum sub fluctibus, verumetiam in visceribus beluæ, nec tamen illud corpus, & illi fluctus intercluserunt orationem ne peruenirent ad deum, & venter bestiæ non potuit tenere vocem deprecantis. Penetrauit omnia, dirupit

dirupit omnia,peruenit ad aures dei: si tamen nunc dicendum est,quia diruptis omnibus peruenit ad aures dei quando aures dei in corde precātis erāt. Vbi enim deum præsentem nō habet,cuius fidelis est vox? verumtamen, & nos debemus intelligere de quo profundo clamemus ad dominum. Profundum enim nobis est via ista mortalis, Quisquis se in profundo intellexerit, clamat,gemit,spirat,& donec de profundo eruatur, & veniat ad eū qui super omnes abyssos sedet, super cherubin,super omnia quæ creauit,nō solum corporalia, sed etiā spiritalia,donec ad eum veniat anima, donec ab illo liberetur imago ipsius quod est homo, quæ in hoc profundo tāquam assiduis fluctibus exagitato detrita est, & nisi renouetur & reparetur à deo qui illam imprēsit, quādo formauit hominē,idoneus potuit esse homo ad casum suū,nō est idoneus ad resurrectionem suam. Semper in profundo est,nisi liberetur,vt dixi,semper in profundo est. Sed cum de profundo clamat,surgit de profundo, & ipse clamor nō eum permittit multum in imo est. Valde enim in profundo sunt, qui nec clamēt de profundo: dicit scriptura, Peccator cum venerit in profundum malorum, cōtemnit. Iam videte fratres quale profundum sit, vbi cōtemnitur deus. Cum quisque viderit se quotidianis peccatis obrutum, aceruis quibusdam & molibus quibusdam iniquitatū premi, si dictum illi fuerit vt deū roget, irridet. Quibus modis? Primo dicit, Si deo displicerēt facinora,ego viuerem? Si curaret deus res humanas,ad tāta scelera quę feci,nō solum nō viuerem,sed & bene mihi nō esset. Solet enim hoc illis euenire qui multum in profundo sunt,& prosperātur in iniquitatibus suis: Et tāto magis in profundum merguntur, quanto magis videntur esse fœlices: fallax enim fœlicitas,ipsa est maior infœlicitas. Deinde & hoc solent homines dicere,Iam quoniam multa feci & damnatio imminet, hoc perdo qp non facio quicquid possum, & ex hoc perdor,cur nō facio quicquid possum? Quomodo solent desperati latrones dicere, Sic me occisurus est iudex pro decem homicidijs,quomodo pro quinq.,quomodo pro vno,quare iam non faciam? Quicquid mihi occurrerit facio: Hoc est,peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Sed dominus Iesus Christus, qui nec profunda nostra contempsit, quē vsque ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionem omnium peccatorum, & iam de profundo excitauit hominem, vt clamaret de profundo sub molibus peccatorum,& peruenirет vox peccatoris ad deum. Vnde clamātis,nisi de profundo malorum? Et videte quia vox peccatorum clamat de profundo, De profundis clamaui ad te domine,domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.) Vnde clamat? De profundo. Quis est ergo qui clamat? Peccator. Et qua spe clamat? Quia q venit soluere peccata, dedit spem etiam in profundo posito peccatori: ideo quid sequitur post istas voces? Si iniquitates obseruaueris domine, dñe quis sustinebit?) Ecce aperuit de quo profundo clamaret. Clamat enim sub molibus,& fluctibus iniquitatum suarum. Circumspexit se,circūspexit vitam suam, vidit illam vndique flagitijs & facinoribus coopertam. Quacunq. respexit, nihil in se bonum inuenit, nihil illi iustitiæ serenum potuit occurrere. Et cū tāta & tā multa peccata vndiq. & cateruas scelerum suorum videret, tanquam expauescens exclamauit, Si iniquitates obseruaueris domine,dñe quis sustinebit? Non dixit,ego non sustinebo: sed quis sustinebit? Vidit enim prope totam vitam humanam circumlatrari peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis,nō inueniri cor castum, prēsumens de sua iustitia. Si ergo cor castum non potest inueniri quod præsumat de sua iustitia, præsumat omniū cor de misericordia dei, & dicat deo, Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quæ autem spes est? Quoniam apud te propiciatio est.] Et quæ est ista propiciatio, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocens fusus deleuit omnia peccata nocentium: precium tantum datum redemit omnes captiuos de manu captiuantis inimici. Ergo est apud te propiciatio. Nam si non esset apud te propiciatio,si iudex solum esse velles & misericors esse nolles,obseruares omnes iniquitates nostras, & quereres eas,quis sustineret? Quis autē testaret & diceret,Innocēs sum? Quis staret in iudicio tuo? Spes ergo vna est, Quoniam est apud te propiciatio. Propter

legem tuam sustinui te dñe.) Quam legē? Quæ reos facit? Data est.n. lex sancta, iusta, bona Iudęis, sed reos eos potuit facere.
Gala. 3. Non data est q̄ posset viuificare, sed quæ ostenderet peccata peccatori. Peccator.n. oblitus erat se, nec videbat se: Data est illi lex, vt videret se. Fecit reum lex, liberauit lator legis. Lator enim legis imperator ē. Lex data est q̄ terreat & cōstringat in reatum, & nō soluit lex a peccatis, sed ostēdit peccata. Et forte sub ipsa lege positus, animaduertit iste in ꝓfundo quanta fecerit contra legē, & sic exclamauit, dicēs, Si iniquitatē obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Est ergo lex misericordiæ dei, lex propiciationis dei. Illa timoris fuit, est alia lex charitatis. Lex charitatis dat veniā peccatis, delet prætrita, admonet de futu-
Matt. 5. ris. In via non deserit comitē, comes sit ei quem ducit in via. Sed concordandum est cum aduersario, dū es cū eo in via. Est enim sermo dei aduersarius tuus, quandiu cum illo non concordas. Concordas autē cum cœperit te delectare facere quod dicit sermo dei. Iam qui erat aduersarius, fit amicus: sic finita vita non erit qui tradat
G te iudici. Ergo ꝓp legem tuā sustinui te domine, quia dignatus es legem misericordię afferre, mihi dimittere oia peccata mea, dare mihi de cætero monita, ne te offendam: In ipsis monitis si quid forte titubauero,
Matt. 6. dedisti mihi remediū quo te orem, dicens, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hanc legē statuisti mihi, vt quomodo dimitto, dimittatur mihi: Propter hanc legē sustinui te domine. Expectaui q̄ venias & liberes ab omni necessitate, quia in ipsa necessitate nō deseruisti legē misericordiæ. Audi quā legem dicat, si nondum intellexisti: Quia
Gala. 6. legem modo dicit charitatis, audi Apostolum, Inuicem onera vestra portate, & sic implebitis legem Christi. Qui portant inuicem onera sua, nisi qui habent charitatem? Qui non habent charitatem, graues sunt sibi: qui autem habent charitatē, portant se. Læsit te aliquis, petit veniam: si nō dimittis, non portas onus fratris tui: si dimittis, portas infirmitatem. Et tu si forte in aliquam infirmitatem incideris quasi homo, oportet vt sic te portet & ille, quemadmodum & tu: audi quid præcesserit, Fratres, inquit, si præoccupatus fuerit homo aliquo delicto, vos q̄ spirita! ese stis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et ne forte quia spiritales monuerat, velut se- H
curis sibi viderentur, continuo subiecit, Intendens teipsum, ne & tu tenteris: deinde quod commemoraui subiunxit, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi: vnde & dicit, Propter legem tuā De ver.
sustinui te dñe. Dicuntur cerui quādo trā Apost.
seunt freta in proximas insulas pascuæ gra ser. 21. Et
tia, capita super se inuicē ponere: Et vnus in li. 83.
qui ante est solus portat caput, & non po- q̄st. 71.
nit super alterum. Sed cum & ipse defecit, tollit se ab anteriore parte, redit posterius vt & ipse in altero requiescat, & sic portāt oēs onera sua, & perueniunt ad quod desyderant, & non patiuntur naufragium, quia quasi nauis est illis charitas. Itaque charitas portat onera, sed non timeat ne prematur talibus oneribus: Ne peccatis suis vnus quisque prematur, attendat. Nam quādo portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipsius. Planè si consentias, iā tua te premunt, non alterius. Quisquis.n. consenserit peccatori, non alienis sed suis grauatur. Consensio enim ad peccatum alterius, tuum fit peccatum, & non est quare queraris, ꝙ pctā aliena te premant: dici
tur enim tibi, Premūt te, sed tua. Vidisti furem, cucurristi cum eo. Quid est hoc? Pedibus ambulasti ad furtum, imo mente cō
iunxisti te furto. Quod ipsius solum erat, I
factum est & tuum, quia placuit tibi. Si au- Psa. 49.
tem displicuerit tibi & oraueris pro eo, & deprecatus veniam dederis, vt possis libera fronte dicere in precibus tuis, quas ti
bi iurisperitus cœlestis dictauit, Dimitte Matt. 6.
nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: didicisti portare onera fratris tui, vt & alius portet si qua
sunt tua, & fiat in vobis quod ait Apostolus, Inuicē onera vestra portate, & sic im- Gala. 6.
plebitis legem Christi. Ita securus cantas quod modo dictum est, Propter legē tuā sustinuite domine:. Hanc autem legem q̄
non seruat, non sustinet dominum: nec si velit sustinere, cā est quare sustineat, quia nater sustinet. Venturus est enim dominus, & inuenturus peccata tua: quod autem per
fecta iustitia vixisti, non est inuenturus. Homicidia forte: Grauia sunt enim & val
de maiora. Non est inuenturus adulteriū? Non est inuenturus furta? Non est inuenturus rapinam? Non est inuenturus male
ficia? Non est inuenturus idololatriam?

Non

Non est ista inuenturus. Nihil est ergo in
uenturus? Audi sermonem Euāgelij: Qui
Matt. 5. dixerit fratri suo fatue. Ab istis etiam peccatis linguæ minutissimis quis abstinet?
Sed forte dicis, Parua sunt, Reus erit, in-
K quit, gehennæ ignis. Si paruum tibi videt aut modicum fratri dicere fatue, vel gehenna ignis videat tibi magna. Si contēnebas
nō.dif. minus peccatū, vel pœnę magnitudine de-
5. cap. terrere: sed dicis, Minora sunt minuta sūt,
illa. fine q̄bus nō pōt esse ista vita. Congere mi
de pe. nuta, & faciunt ingentē aceruū. Nā & gra
t. ca. na minuta sunt, & in massam faciunt: &
§. guttę minutæ sunt, & flumina implent &
moles trahūt. Iō & ille cōsyderans, q̄ multa minuta peccata quotidiana cōmittat hō, si nihil aliud vel per cogitatiōes & linguā attendit quam multa sunt: & si attendit q̄ minuta sint, videt per multa minuta fieri aceruum magum, & non quasi peccata sua pristina cogitans, sed ipsam fragilitatē humanam, iam ascendens clamat, De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meam: Fiant aures tuæ intēdentes in uocē deprecationis meę: Si iniquitates obseruaueris domine, dñe quis sustinebit? Vitare possum homicidia, adulteria, rapinas, periuria, maleficia, idololatriam: Nunquid & peccata linguæ? Nunquid & peccata
cordis? scriptum est, Peccatum iniquitas
Psa. 3. est. Quis ergo sustinebit, si tu iniquitates
L obseruaueris? Si nobiscum seuerus iudex agere volueris, non misericors pater, quis stabit ante oculos tuos? Sed est apud te ꝓpitiatio, ꝓp legem tuam sustinui te dñe.
Gala. 6. Quæ & qualis lex est ista? Inuicem onera vestra portate, & sic implebitis legē Christi. Qui portant inuicem onera sua? Qui
Gala. 6. fideliter dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sustinuit anima mea in verbum tuum. Nemo sustinet, nisi qui nōdum accepit quod promissum est. Nam qui iam accepit, quid sustinet? Accepimus remissionem peccatorum, sed promissum est nobis regnum cœlorum. Debita nostra delecta sunt, sed merces nostra adhuc futura est. Accepimus veniam, sed æternam vitā nōdum tenemus. Sed qui dedit veniā, ipse promisit vitam æternam. Si verbum nostrum esset, deberemus timere: quia verbum dei est, non fallit. Securi ergo speramus in verbis eius qui fallere non potest. Sperauit anima mea in dominum: A vigilia matutina vsque ad noctem. Quid est,
quod ait? Vna die sperauit in domino, &
finita est tota spes ipsius? A vigilia matutina vsque ad noctem sperauit Israel in dominum. Ista vigilia matutina, finis noctis est: hinc vsque ad noctem sperauit anima mea in dominum. Ergo intelligēdum est, ne putemus vno die nobis sperandum esse in dñm, a vigilia matutina vsq. ad noctem. Quid ergo frēs putatis hoc esse, à vigilia matutina vsq. ad noctem, sperauit anima mea in dñm? Quia dñs per quem nobis dimissa sunt peccata, in vigilia matutina resurrexit à mortuis, ut hoc speremus in nobis futurum, quod præcesserit in domino. Iam enim peccata nostra dimissa sunt, sed nondum resurreximus. Si nondum re- Mar. 15
surreximus, nōdū in nobis factum est q̄d ꝓ
præcesserit in capite nostro. Quid præcesserit in capite nostro? Quia & caro ipsius capitis resurrexit: spiritus illius capitis nunquā mortuus est. Sed quod in eo mortuus est, resurrexit: Resurrexit autem tertia die: & quodammodo hoc nobis dixit dominus, Quod in me vidistis, sperate in vobis. i. qa erit resurrectio, resurgetis & vos. Sed sunt qui dicant, Ecce resurrexit dominus, nunquid propterea sperandum est & me posse resurgere? Vtiq. ꝓpea. In hoc enim resurgeret, nisi mortuus esset. Non autem mortuus esset, nisi carnē portasset. Quid acce
pit à te dominus? Carnem. Quid venit ip- A
se? Verbum dei quod erat ante omnia, per quod facta sunt omnia. Sed vt acciperet abs te aliquid, verbum caro factum est, & Ioan. 1.
habitauit in nobis. Accepit abs te quod offerret pro te, quomodo aecepit à te sacerdos quod pro te offerat quando vis placare deum pro peccatis tuis. Iam factum est, ita factum est: Sacerdos nōster à nobis accepit quod pro nobis offerret. Accepit enim à nobis carnem, in ipsa carne victima factus est, holocaustum factus est, sacrificium factus est. In passione sacrificium factus est, in resurrectione innouauit illud quod occisum est, & tanquam primitias tuas dedit deo, & ait tibi, Consecrata sunt iam omnia tua, quando tales primitiæ tuæ de te datæ sunt deo. Spera ergo & in te futurum, quod præcesserit in primitijs tuis. Ergo ille quia à vigilia matutina resurrexit, cœpit anima nostra ex hoc sperare. Et quousque? Vsque in noctem, quousque moriamur. Omnis enim mors no-

ſtra carnalis,quaſi ſomnus eſt.Cœpiſti ſperare ex quo reſurrexit dñs, noli deficere ſperare quouſq. exeas ab hac vita. Nam ſi nõ vſque ad noctẽ ſperaueris, deletur totũ quod ſperaueras. Suntenimhomines qui
B incipiunt ſperare, ſed non perſeuerant vſque ad noctem. Incipiunt pati tribulationes aliquas, incipiunt pati tentationes, vident homines malos & iniquos fœlicitate temporali pollere, & qm̃ talia ſperabãt de dño,vt hic eſſent fœlices, attendunt eos qui ſcelera fecerunt habere quod ipſi habere deſyderabãt, & deficiunt pedes eorum, & deſinunt ſperare in dño.Quare? Quia non à vigilia matutina cœperunt ſperare. Quid eſt hoc? Non hoc ſperare cœperunt de domino,quod præceſsit in dño ab illa vigilia matutina, ſed ſperabant de domino, vt ſi eſſent Chriſtiani, haberent plenã domum frumento, vino & oleo, auro & argẽto, nullus eorũ morereꝰ immaturus: ſi quis eorũ nõ haberet filios,accipere: ſi vxorem non duxiſſet,duceret:nõ abortiret nõ ſolum aliqua mulier in domo eius, ſed nec pecus eius: non aceſcerent cupæ eius, non grandinaretur vinea eius: Qui ſic ſperabat in dño ,animaduertit his rebus abundare eos,qui non colunt dominum,& defecerũt pedes eius, & non ſperauit vſque ad noctẽ:
Pſ.171. quia non cœpit a vigilia matutina ſperare.
C Quis ergo ſic incipit a vigilia matutina ſperare? qui hoc ſperat de domino, quod cœpit oſtendere a vigilia matutina in qua reſurrexit. Antea enim nemo reſurrexerat ſemper victurus. Intendat charitas veſtra. Reſuſcitati ſunt iam mortui ante aduentum domini. Nam Helias reſuſcitauit
3.Re.17 mortuum & Heliſæus, ſed reſurrexerunt
4.Re.4. iterum morituri. Dominus ipſe quos reſuſcitauit,morituri reſurrexerunt ſiue,ille iuuenis filius viduæ, ſiue illa puella duodecim annorum filia archiſynagogi, ſiue Lazarus. Aliter reſuſcitati ſunt omnes moriLuc.17. Mat.t9. Ioã. 11. turi. Semel nati ſunt,ſed bis mortui ſunt. Nemo reſurrexerat nunquam moriturus niſi dominus. Quando autem reſurrexit dominus nunquam moriturus? A vigilia matutina. Hoc ſpera & tu de domino reſurrecturum te, non quomodo Lazarus reſurrexit, non quomodo filius viduæ & archiſynagogi filia reſurrexerunt, nõ quomodo quos ſuſcitauerunt antiqui prophetæ: ſed reſurrecturum te ſpera quomodo dominus, vt poſt reſurrectionem qua reſurrexeris non te iam timeas moriturum: Et cœpiſti ſperare à vigilia matutina. Spera autem vſque ad noctem,quouſque finiatur hec vita, quouſque ſit nox vniuerſi generis humani in occaſu ſeculi. Quare hucuſque? Quia poſt hanc vitæ noctem iam non erit ſpes,ſed ipſa. Spes.n.quæ videtur
Rom.8. nõ eſt ſpes res, Apoſtolus dicit, Quꝺ enim videt quis,quid ſperat?Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Si ergo patienter expectare debemus quod non videmus,vſque ad noctem ſperamus.i.vſq. ad finẽ huius vitæ noſtræ vel ſeculi. Cum autem nox iſta tranſierit, iam veniet quod ſperamus,& non iam ſperabimus,nec tũ deſperati erimus. Eſt enim vituperatio deſperatorum, & aliquando deteſtamur hominem,& dicimus, non habet ſpem. Non ſemper malum eſt non habere ſpem,In hac vita,cum ſumus,malum eſt non habere ſpem. Qui.n.modo ſpem non habet,rem poſtea non habebit. Ergo
D modo ſpem debemus habere. Sed cum res venerit,nunquid ſpes erit?Quod enim videt qs,quid ſperat? Veniet dominus deus noſter primo,formam ipſam in qua crucifixus eſt & reſurrexit demonſtraturus generi humano,vt videant pij & impij. Illi videant & gratulentur inueniſſe ſe quod
Mat.25. crediderunt antequam viderent,& illi erubeſcant non ſe credidiſſe, quod videbunt. Erubeſcentes damnabuntur, & gratulati coronabuntur:dicetur confuſis,Ite in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius:dicetur gaudentibus,Venite benedicti patris mei,percipite regnũ qꝺ vobis
E paratum eſt ab origine mundi. Quod cũ acceperint, iam ſpes non erit,quia res tenebitur. Tranſacta ergo ſpe,tranſibit nox illa, ſed donec fiat à vigilia matutina ſperet anima noſtra in domino: & redit ad illud, A vigilia matutina. Speret Iſrael in dominum.) A vigilia matutina vſque ad noctẽ,ſperet anima mea in dominum. Sed quid ſperabit? A vigilia matutina ſperet Iſrael in dominum. Non ſolum ſperet Iſrael in dominum,ſed à vigilia matutina ſperet. Iſrael ergo culpo,ſpẽ ſeculi quando ſperat de deo? Non: Sed alia Iſrael eſt propria. Non pro ſummo ſuo bono ſuper Iſrael diuitias,non ſalutem corporis, non abundantiam terrenorum,imo tribulationem hic habiturus eſt, ſi forte contigerit illi propter veritatem pati aliquas moleſtias.

ſtias.Non.n.non ſperabant in deũ martyres, & tamen talia ſunt paſsi,qualia latrones,qualia iniqui,ſubiecti ad beſtias, ignibus cõcremati,gladio peuſsi, vngulis exarati, catenis obſtricti,carcere necati. Iſta omnia mala paſsi, nõ ſperabant in dominũ? Aut ideo ſperabant,vt iſtis malis caretes,hac vitã fruerentur?Non planè,quia
F à vigilia matutina ſperabãt. Quid eſt hoc? Cõſyderabãt illam vigiliam matutinam, qua reſurrexit dñs eorum,& videbant quantequã reſurgeret talia & ipſe paſſus erat, qualia & ipſi patiebantur, & nõ deſperabant etiam ſe poſt tales paſsiones reſurrecturos ad vitã æternam.Sperauit Iſrael in dominũ à vigilia matutina vſq. ad noctẽ. Qm̃ apud dominum miſericordia eſt, & multa apud illum redemptio.) Magnifice: Melius dici nõ poſſet loco ſuo,propter illud quod dixit, A vigilia matutina ſperet Iſrael in dominum.Quare?Quia à vigilia matutina reſurrexit dominus, & hoc debet ſperare corpus, quod in capite præceſsit.Sed ne ſugheratur iſta cogitatio,Capiti licuit reſurgere, qa peccatis non premebatur,& nullum peccatum erat in illo: Quid nos facturi ſumus? Sperabimus talẽ reſurrectionem qualis in domino præceſsit,cum peccatis noſtris aggrauemur? Sed vide quid ſequitur,Quoniam apud dominum miſericordia,& multa apud illum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.) Ergo ſi premebatur peccatis ſuis, adeſt miſericordia dei. Idco præceſsit ille ſine peccato, vt deleat peccata ſequentium. Nolite in vobis præſumere, ſed à & vigilia matutina præſumi
G te. Videte caput veſtrum reſurrexiſſe & aſcendiſſe in cœlum.In illo culpa nõ erat, ſed per illum veſtræ culpæ delebuntur.Ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniqtatibus eius.Quia Iſrael vendere ſe potuit,& fieri venũdatus ſub peccato, redimere ſe ab iniquitatibus nõ poteſt. Ille potuit redimere,q ſe non potuit vendere. Qui non cõmiſit peccatum, ipſe eſt redẽptor à peccato,ipſe redimet Iſrael.Vñ redimet? Ab omnibus iniqtatibus ſuis.Nõ ergo timeat acceſſurus ad deum aliquas iniqtates ſuas, tantummodo accedat pleno corde, & deſinat ipſam facere quæ antea faciebat,& nõ dicat,illa iniquitas non mihi dimittitur.Si enim hoc dixerit,propter ipſam quam putat ſibi non dimitti,non ſe cõuertat, & faciendo cætera non illi dimmittitur & illud quod non timebat, Quia feci,inquit, ſcelus magnum, & non mihi poteſt dimitti,iam faciam & cætera. Hoc enim perdo, quod non facio. Noli timere:In profundo es, noli contemnere de profundo clamare ad dominum & dicere, Si iniquitates obſeruaueris domine,domine quis ſuſtinebit? Obſerua illum,& expecta illum, H
& ſuſtine propter legem ipſius.Quam lege Matt.6 tibi dedit? Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Spera te reſurrecturum, & tunc futurum omnimodo ſine peccato, quoniã ille ſurrexit,qui primus fuit ſine pcto. A vigilia matutina ſpera, Noli dicere, Ego non ſum dignus propter peccata. Non es dignus, ſed multa apud illum redemptio: Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

In Pſalmum.130.Enarrtaio.

IN iſto pſalmo commendatur nobis humilitas ſerui dei & fidelis, cuius voce cantatur, quod eſt vniuerſum corpus Chriſti.Sæpe.n.admonuimus charitatem veſtram,non quaſi vnius hominis cantantis vocem accipi debere,ſed omnium qui ſunt in Chriſti corpore. Et quia in illius corpore ſunt omnes, tanquam vnus loquitur, Et ipſe eſt vnus, qui & multi ſunt. Multi enim ſunt in ſeipſis,vnus ſunt in illo, quia vnus eſt: ipſum eſt autem etiam templum dei,de quo dicit Apoſtolus,Tẽ- 1.Co.3.
plum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Omnes qui credunt in Chriſtum, & ſic credunt vt diligant.Hoc eſt.n.crede I
re in Chriſtum, diligere Chriſtum: non Iaco.2. quomodo dæmones credebant, ſed non diligebant Chriſtum,& ideo quanuis crederent,dicebant, Quid nobis & tibi eſt fi Mar.1 li dei?Nos autẽ ſi credemus, vt in ipſum Luc.4. credamus diligentes eum,& non dicamus, quid nobis & tibi eſt:ſed dicamus potius, ad te pertinemus,tu nos redemiſti. Om- 2.Pet.2
nes ergo q ſic credunt, tanquam lapides Genc.6 ſunt viui,de quibus templam dei ædificatum eſt: & tanquam ligna imputribilia quibus arca illa compacta eſt, quæ in diluuio mergi non potuit.Hoc autem tẽplum eſt, id eſt,ipſi homines,vbi rogatur deus & exaudit. Quiſquis.n.præter templum dei orauerit dea, nõ exauditur ad illã pa-

cem supernæ Hierusalem, & si exauditur ad quædam temporalia, quæ deus & Paganis donauit. Nam & ipsi dæmones exauditi sunt, vt irent in porcos. Exaudiri ad vitā æternā aliud est, nec conceditur nisi ei qui in templo dei orat. Ille autem in tēplo dei orat, q̄ orat in pace ecclesiæ, in vnitate corporis Christi, quod corpus Chr̄i cōstat ex multis credentibus in toto orbe terrarum, & ideo exaudit, quia orat in templo. Ipse enim orat in spiritu & veritate, qui orat in pace ecclesiæ, non in illo templo vbi figura erat. Sed m figuram n. dominus exclusit homines de templo illo, qui sua quęrebant. i. propter vendendum & emēdū ibāt in templum. Si aūt figura erat illud tēplū, manifestum est qa & corpus Christi, qđ est verum templum, cuius illa imago erat, habet permixtos ementes & vendentes. i. sua quęrentes, non quæ Iesu Christi. Sed exeluduntur inde flagello resticulæ. Restis enim peccata significat, sicut dr̄ p Prophetam, Væ eis qui trahunt peccata velut restem longam. Illi autem trahunt peccata sicut restem longam, qui addunt peccata peccatis, qui cum fecerint vnum peccatū vt cooperiant illud faciunt alterum. Quō .n. vt restis fiat additur spartum sparto, nō autem in rectum it, sed torquetur: sic omnia praua facta q̄ sunt peccata cū addunt sibi, & addendo peccato peccarum, & peccatum ad peccatum annectitur, fit restis lōga: Quorū semitæ prauæ, & flexuosi gressus eorum. Quo valet autem ista restis, nisi vt inde ligent ei manus & pedes, & proijciatur quisq. in tenebras exteriores? Ministris enim dictum de quodam peccatore in Euangelio, Ligate illi manus & pedes, proijcite illum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dēt um. Non ergo esset vnde illi ligarentur manus & pedes, nisi ipse sibi restem fecisset: vnde apertissime alio loco scriptum est, Criniculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Ergo quia de peccatis suis homines vapulant, ideo dominus flagellum de restícula fecit, & inde expulit de tēplo omnes qui sua quærebant, non quæ Iesu Christi: huius ergo templi vox est in Psalmo, In hoc templo, vt dixi, rogatur deus, & exaudit in spiritu & veritate, nō in illo corporali. Nam illic vmbra erat, in qua demonstraretur quod venturum erat. Ideo illud iam cecidit. Cecidit ergo domus orationis

Matt. 8.

Ioan. 4.

K

Ioan. 2.

Esaia. 5.

Mat. 22

L

Prou. 5.

Ioan. 2

Phil. 2

Ioan. 4.

nostræ? Absit, Non enim illud templum quod cecidit hoc potuit dici domus orationis, de qua dictum est, Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Audistis enim quid dixerit dominus Iesus Christus, Scriptū est, Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis eam spelunca latronum. Nunquid illi, qui voluerunt facere domum dei spelunca latronum, fecerunt vt rueret templum? Sic & illi qui male viuunt in ecclesia catholica, quantum in ipsis est domum dei volunt facere spelunca latronum, nec ideo euertunt templū. Veniet. n. tempus quando de reste peccatorum suorum foras mittantur. Hoc autem templum dei, hoc corpus Christi, hæc congregatio fidelium vnā vocem habet, & tanquam vnus homo, cantat in psalmo. Eius vocem iam in multis psalmis audiuimus, audiamus & in isto. Si volumus nostra vox est, si volumus aure audimus cantantem, & nos corde cantamus. Si autem nolumus, erimus in illo templo tanquā emētes & vendentes. i. nostra quærentes: Intramus ecclesiam, non ad ea quæ placent oculis dei. Videat ergo in numero vestro quis quomodo audiat, vtrū audiat & irrideat, vtrum audiat & post se ponat, vtrum audiat consonet, id est, sentiat hic vocem suā, & adiungat vocem cordis sui voci psalmi huius. Tamen vox psalmi huius non tacet: instruantur qui possunt, imo qui volunt, qui nolunt, non impediant. Cōmēdetur nobis humilitas, inde cœpit.

Mat. 21.
Ioan. 2.

Expositio Psalmi.

DOmine non est exaltatū cor meū.] Sacrificium obtulit. Vnde probamus, quia sacrificium obtulit? Quia humilitas cordis nostri sacrificium est: dr̄ in alio psalmo, Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: satis volebat facere deo pro peccatis suis, propiciare illum volebat, vt acciperet indulgentiam peccatorum. Et quasi querens vnde illum propiciaret. Si voluisses, inquit, sacrificiū dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Ergo superflue quærebat aut arietes, aut tauros, aut aliquam talem victimam vnde placaretur deus. Quid ergo? Quia holocaustis non delectatur deus, non accipit sacrificium, & sine sacrificio

Psa. 50.

A

cio placatur? Si nullum sacrificium est, nullus sacerdos est. Si autem habemus sacerdotē in cœlis qui pro nobis interpellat patrē: Intrauit. n. in sanctasanctorū in interiora veli, quò non intrauit sacerdos in figura nisi semel in anno, sicut & dñs in toto tempore semel oblatus est: Ipse obtulit se, ipse sacerdos, ipse victima, & intrauit in sanctasanctorum semel, & iam non moritur, nec mors ei vltra dominabitur. Securi simus quia habemus sacerdotem, ibi offeramus & hostiā. Videamus, quod sacrificiū debemus offerre, quia holocaustis nō delectatur deus nr̄, sicut audistis in psalmo, sed ibi sequitur & ostendit quid offerat, Sacrificiū deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum deus non spernit, Si ergo humiliatum cor sacrificium deo est, sacrificiū obtulit, qui dixit, Dñe non est exaltatū cor meum: vide alio loco sic offerentem, dicit deo, Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea, Dñe non est exaltatū cor meū. Neq. in altum elati sunt oculi mei: Neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus supra me.] Hoc planius dicatur & audiatur, Nō fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus, & nec quæsiui aliqd supra vires meas, vnde me apud imperitos iactarem. Intendat charitas vestra: Magna res commendatur, qūo Simon ille magus in mirabilibus ingredi volebat sup se, propterea plus illum delectauit potentia Apostolorum, q̄ iustitia Christianorū. At vbi vidit per manus impositionem Apostolorum & per orationes eorū deum dare fidelibus spiritumsanctum, & quia tunc per miraculum demonstrabatur aduentus spiritussancti, vt linguis loquerentur quas non didicerant oēs, super quos veniebat spiritussanctus. Nec ideo modo non datur spiritussanctus, quia linguis non loquuntur, qui credunt. Ideo. n. tunc oportebat vt linguis loquerētur, vt significarent omnes linguas Christo credituras: Vbi impletum est quod significabatur, miraculū ablatū est. Cū ergo hoc videret Simon magus, voluit talia facere, non talis esse: & nostis quia ēt pecunia putauit comparādū spūsanctum. Erat ergo de talibus, qui in tēplū intrāt ad emendū & vendendū: emere volebat quod vendere disponebat. Et vere fratres mei quia talis erat ille, & sic intrauerat ad eos, dñs illos expulit de templo qui columbas vendebant. Columba autem spiritumsanctū significabat. Volebat ergo Simon emere columbam & vendere columbam. Accessit dominus Iesus Christus, qui habitabat in templo Petri, & flagello resticulæ expulit foras malum mercatorem. Ergo sunt homines quos delectat miraculum facere, & ab eis qui profecerunt in ecclesia miraculum exigunt, & ipsi qui quasi profecisse sibi videtur talia volunt facere, & putant ad deum non pertinere si non fecerint. Dominus autem deus noster qui nouit quid cui tribuat, & vt seruetur compago corporis in pace, alloquitur ecclesiam p Apostolum, Non potest dicere oculus manui, opus te non habeo, aut iterum caput pedibus, opus vobis non habeo. Si totū corpus oculus, vbi auditus? Si totum corpus auditus, vbi odoratus? Ergo in membris nostris videtis fratres, quomodo singula officium suum habeant membra. Oculus videt & non audit, auris audit & nō videt, manus operatur, nec audit nec videt, pes ambulat nec audit nec videt, nec facit qđ facit manus. Sed in vno corpore si sit sanitas, & non aduersum se litigent membra, & auris videt in oculo, & oculus audit in aure: nec obijci potest auri quod non videt, vt dicatur ei, Nihil es, minor es. Nunquid videre & discernere colores potes, qđ facit oculus? Respōdit. n. auris de pace corporis & dicit ibi sum vbi est oculus, in eo corpore sum: in me non video, in illo cum quo sum video. Ita cum auris dicit, oculus mihi videt: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & aures dicunt, manus nobis operantur: manus dicunt, oculi & aures nobis vident & audiunt: oculi & aures & manus dicunt, pedes nobis ambulant: Omnia in vno corpore cum operantur, si sit ibi sanitas & concordent membra, gaudent & congaudent sibi: Et si aliquid molestiæ sit in aliquo membro, non se deserunt, sed cōpatiuntur sibi. Nunquid quia in corpore pes, quasi longe videtur ab oculis? Illi. n. sunt locati in sublimitate, illi autem infra positi. Quando forte pes spinam calcauerit, deserunt oculi, & non sicut videmus totum corpus cōtrahitur, & sedet homo, curatur spina dorsi, vt quæratur spina quæ hæsit in planta? Omnia membra quicquid possunt faciunt, vt de infimo exiguo loco spina quæ inhæserat educatur. Si ergo fratres quisquis in corpore Christi non potest

Rom. 8. Hebr. 9.

Rom. 6.

Sacrificiū christianorū Psal. 50.

B

Act. 2.

C

Act. 8.

1. Co. 12

D

1. Co. 12

E

Universidad de Deusto Biblioteca

test resuscitare mortuum,nõ illud quęrat, sed quærat ne discordet in corpore,quo si auris quærat videre,discordare potest.Nã quod non accepit,non potest facere.Sed si ei obiectũ fuerit & dictum si iustus esses, resuscitares mortuos,quo resuscitauit Petrus. In Christo.n.maiora videntur fecisse Apostoli,q̃ ipse dominus. Sed vnde fieri potest, vt plus valeant sarmenta quàm radix? quomodo autem quasi maiora videntur fecisse illi,quàm ille? Ad vocem domini surrexerunt mortui, ad vmbrã transeuntis Petri surrexit mortuus: maius hoc videtur q̃ illud. Sed Christus facere sine Petro poterat, Petrus nisi in Christo non poterat: Quia sine me,inquit, nihil potestis facere. Cum ergo hoc audierit homo qui proficit,quasi obiectam calumniam ab ignaris paganis, ab hominibus nesciẽtibus quid loquatur, in compage corporis Christi respondeat & dicat,Quid dicis?Non es iustus, quia non facis miraculum. Possis & audiri dicere, Non es in corpore, quia non vides.Faceres,inquit,& tu sicut & Petrus fecit. Sed ipse Petrus & mihi fecit,qa in eo corpore sum,in quo Petrus fecit. In illo quod potest possum,à quo diuisus nõ sum. quòd minus possum,compatitur mihi:& q̃ plus potest,congaudeo illi:ipse dominus desuper clamauit pro corpore suo, Saule Saule,quid me persequeris:& ipsum nemo tangebat,sed pro corpore in terra laborante caput de cœlo clamat.Si ergo fratres vnusquisque quod potest iuste egerit, & in eo q̃ alius plus potest non inuiderit, sed congratulatus fuerit, tanquam in vno corpore cum eo constitutus, pertinet ad eum vox ista Psalmi, Domine nõ est exaltatum cor meum, neq. in altum elati sunt oculi mei,neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Quod.n. excesserit vires meas,ait,non quæsiui,nõ ibi me extendi,nolui ibi magnificare.Nã ista exaltatio de abundantia gratiarum quã sit timenda,ne quis de dono dei superbiat,sed magis seruet humilitatem, & faciat quod scriptum est, Quanto magnus es,tãto humiliate in omnibus, & corã deo inuenies gratiam: Quam ergo timenda sit superbia de dono dei, etiam atque etiam commendandum est charitati vestræ maxime quia Psalmus breuissimus permittit nos loqui. Paulus Apostolus quanuis ex persecutore factus sit prædicator, abundantiorem gratiam consecutus est in omni labore apostolico,quàm cæteri Apostoli, vt magis deus ostenderet suum esse quod dat,non hominis. Quomodo solent medici potentiam suæ artis in desperatis ostendere:sic & dñs noster Iesus Christus medicus & saluator noster in desperato, qui persecutor ecclesiæ fuit,ostendit magnitudinem artis suæ, vt non solum cum Christianũ faceret sed & Apostolum:nec tñ Apostolum, sed sicut ipse dicit,plus omnibus illis laboraret. Excellentissimæ ergo gratiæ fuit.Et videtis fratres, quia modo in ecclesia Pauli Apostoli epistolæ vigent, magis q̃ coapostolorum eius. Alij.n.non scripserunt,sed tñ locuti sunt in ecclesia.Nam quæ proferuntur ab errantibus sub nomine ipsorum,qa non sunt ipsorum, improbantur,nec acceptantur ab ecclesia: Alij autem qui scripserunt,nec tantum, nec tanta gratia scripserunt.Cum ergo esset magnæ gratiæ,& magna dona meruisset a deo, quid dicit quodam loco? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar. Intendite,rem tremendam vobis dico, Propter magnitudinem,inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet. Quid est hoc fratres? Ne extolleretur tanquam iuuenis,colaphizabatur tanquam puer. Et a quo? Ab angelo Satanæ. Quid est hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer.Dolores autem corporũ plerunque immittuntur ab angelis Satanæ, sed hoc non possunt nisi permissi.Nam & Iob sanctus sic probatus est. Permissus est ad eum probandum Satanas, & percussit eum vulnere,vt vermibus putresceret. Immundus enim permittebatur, & sanctus probabatur.Nescit diabolus quanta bona de illo fiant,etiam cum sæuit. Sæuiens intrauit in cor Iudæ,sæuiens tradidit Christum,sæuiens crucifixit,& crucifixo Christo redemptus est orbis terrarum.Ecce sæuitia diaboli diabolo obfuit, nobis autem profuit. Sæuiendo.n.quos tenebat amisit, redemptos sanguine domini, quem cum sæuiret effudit.Si sciret tantum dominum se passurum, non funderet in terram pretium,quo redemptum est genus humanũ. Sic ergo ille angelus Satanæ, qualibenter permissus est colaphyzare Apostolum,sed tamen Apostolus curabatur.Et quia illud quod medicus apposuerat, molestum erat infirmo,

infirmo, rogauit medicum vt auferret: Quomodo cum medicus apponit visceribus aliquod forte epithema molestum & ardens, inde tamen curandus est ille cuius viscera tumebant, cum ille inde ardere coperit & cruciari medicamento,rogat medicum vt auferat medicamentum: Medicus autem consolatur,monet eum patientiam, quia nouit quàm vtile sit quod apposuit: ita & Apostolus sequitur & dicit, cum dixisset, Datus est mihi stimulus carnis meę, angelus Satanæ qui me colaphizet: prædixit autem quare, Ne magnitudine reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogaui,vt auferret eum a me:hoc est dicere,Rogaui medicum,vt auferret a me molestum epithema,quod mihi apposuerat. Sed audi vocem medici, Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.Nam virtus in infirmitate perficitur.Ego noui quid apposuerim,ego noui vnde ægrotes,ego noui vnde saneris. Si ergo charissimi Paulus potuit Apostolus extolli magnitudine reuelationum, nisi acciperet angelum Satanę qui se colaphizaret, quis de se posit esse securus? Tutius videtur ambulare qui minus accepit, sed si non peruerse quærat quod recte non acceperat. Quærat sine quo non potest esse in corpore Christi, aut sine quo male est illic. Tutior est enim in corpore digitus sanus, quàm lippiens oculus. Digitus exigua quędam res est, oculus magnificare multum potest: & tamen melius est digitum esse,& sanum esse: quàm oculum esse, & perturbari,lippire,& excæcari. Non ergo quærat quisque in corpore Christi nisi sanitatem. Secundum sanitatem habeat fidem, & fide mundatur cor eius, ex mundatione cordis videbit illam faciem, de qua dictum est, Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et qui fecit miracula in corpore Christi, non debet gaudere nisi de facie dei. Redierunt Apostoli, & dixerunt domino, cum missi essent a domino, Ecce domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis subiecta sunt. Vidit dominus, q̃ tentaret eos superbia ex potentia miraculorum, & ille qui medicus venerat sanare tumores nostros, & ferre infirmitates nostras:cõtinuo ait. Nolite in hoc gaudere quia dæmonia vobis subiecta sunt,sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Non omnes Christiani boni dæmones ejciunt, omnium tamen nomina scripta sunt in cœlo. Non eos voluit gaudere ex eo quòd proprium habebant, sed ex eo quòd cum cæteris salutem tenebant. Inde voluit gaudere Apostolos,vnde gaudes & tu. Intendat charitas vestra. Nullus fidelis habet spem, si nomen eius non est scriptum in cœlo. Omnium fidelium qui diligunt Christum, qui ambulant viam eius humiliter quam ipse docuit humilis, nomina scripta sunt in cœlo. Cuiusuis contemptibilis in ecclesia, qui credit in Christum & diligit Christum & amat pacem Christi, nomen scriptum est in cœlo, cuiuslibet quem contemnis. Et quid simile ipse & Apostoli, qui tanta miracula fecerunt? Et tamen Apostoli reprimuntur ex eo quòd de bono proprio gaudebant, & iubentur hinc gaudere vnde gaudet, & ille contemptibilis. Non immerito fratres mei cum ista humilitate dicit, Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis,neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam:] Quemadmodum qui ablactatus est a lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam.) Videtur enim velut maledictio se obstrinxisse: quomodo alio loco in Psalmo dicit, Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis &c. sic videtur & hic dixisse, Si non humiliter sentiebam, sed exa'taui animam meam. Age quasi dicturus est, illud mihi contingat, quomodo & ibi, Si reddidi retribuentibus mihi mala, contingat mihi illud. Quid? Decidam merito ab inimicis meis inanis: sic & hic, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, quemadmodum qui ablactatus est a lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam.Intẽdite, nostis quia quibusdam infirmis dicit Apostolus, Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Sunt infirmi qui non sunt idonei valido cibo, volunt se tendere ad id quod capere non possunt. Et si aliquid vtcumque acceperint aut visi sibi fuerint capere quod non ceperunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, extolluntur inde & superbiunt, inde videtur sibi quasi sapientes. Hoc autē contingit omnibus hæreticis, q cū essent animales & carnales, defendendo sententias suas prauas, quas falsas esse nō potuerunt videre, exclusi sunt de catholica. Dicā charitati vestræ quod possum, Dñs noster Iesus Christus nostis quia verbū dei est, secundū illud Ioannis, In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: Hoc erat in principio apud deū: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Panis ergo est, inde viuūt angeli. Ecce panis paratus est tibi, sed cresce de lacte, vt ad panē pueniās. Et qūo, inquis, cresco de lacte? Quod tibi factus est Chrs ad infirmitatē tuam, hoc primo crede & fortiter tene. Qūo ergo mater cū viderit filium minus idoneum ad capiēdum cibum, ipsos cibos ei dat, sed traiectos per carnē suam. Nam ipse est panis de quo infans pascit, quo & mater eius pascitur: sed ad mēsam infans minus idoneus est, ad māmillam idoneus est. Panis ergo de mēsa traijcitur p matris mammillam, vt sic perueniat idē alimentum ad parvum infantem: sic dñs noster Iesus Christus cum esset verbum apud patrē, per qd facta sunt omnia, qui cum in forma dei esset nō rapinam arbitratus est esse æqualis deo, qualē caperent pro modo suo angeli, & vnde in cœlo potestates & virtutes, spiritus intellectuales pascerentur, homo autē infirmus, & carne inuolutus iaceret in terra, nec posset ad eum peruenire panis cœlestis, vt panem angelorum māducaret homo, & manna descenderet ad vberiorē populum Israel, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quapropter ipsis infirmis Paulus Apostolus hoc dicit, quos dicit animales & carnales, Nunqd dixi me scire aliqd in vobis, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Nā Christus erat, & nō crucifixus. In principio erat verbum & verbū erat apud deum, & deus erat verbū. Et quia ipsum verbū caro factum est, & ipsum verbū crucifixum est, sed nō est mutatum in hominē, homo in illo mutatus est: Mutatus est hō in illo, vt melior fieret q̄ erat, non vt ipsa substantia verbi cōuerteretur. Per id ergo quod hō erat, mortuus est deus: & per id quod deus erat, excitatus est homo, & resurrexit, & ascendit in cœlum. Quicquid passus est homo, nō potest dici non passus est deus, quia deus erat hominem assumendo, sed non est mutatus in hominem: quomodo non potes dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur, Et quando quereris vel amicis vel in iudicio, hoc dicis iudici, Conscidit me: non dicis conscidit birrhum meū, sed conscidit me. Si potuit & meruit vestis tua dici tu, q̄ non est tu, sed vestis tua, quanto potius meruit audire caro Christi templum verbum vnitum cum verbo? Et quicquid in carne pateretur, deus ipse pateretur, quanuis verbum nec mori potuerit, nec corrumpi, nec mutari, nec occidi, sed quicquid horum passum est, in carne passum est. Et noli mirari, quia verbum nihil passum est: nec anima hominis potest pati aliquid occisa carne, dicente ipso domino, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si anima non potest occidi, verbū dei poterat occidi? Et tamen quid dicit? Flagellauit me, colaphizauit me, percussit me, dilaniauit me: totum hoc non fit in anima, & tamen non dicit nisi me, propter vnitatem consortij ipsius. Dominus ergo noster Iesus Christus panis, se fecit nobis lac, incarnatus & apparens mortalis, vt in eo finiretur mors, & non aberraremus à verbo, credentes in carnem, quod factum est verbum. Hinc crescamus, ipso lacte nutriamur: antequam validi simus ad capiendum verbum, non recedamus à fide lactis nostri. Illi autem hæretici nolentes disputare de eo quod non poterant capere, dixerunt quia filius minor est, quam pater, & dixerunt quia spiritusanctus minor est quam filius, & fecerunt gradus, & miserunt in ecclesiam tres deos. Non enim possunt negare deum esse patrem, nec possunt negare filium deum, nec possunt negare spiritumsanctum deum. At si pater deus, & filius deus, & spiritussanctus deus, inæquales sunt, & non sunt eiusdem substantiæ, non vnus deus est, sed tres dij: Disputantes ergo quod capere non poterant, elati sunt in superbiam, & factum est in eis quod dicitur in isto Psalmo, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: quemadmodum qui ablactatus est à lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam. Mater enim ecclesia dei est, vnde illi separati sunt, q̄ lactari & nutriri debebant, vt crescerent ad capiendum

Ioan. 1.
B
Phili. 2.
Psal. 77.
Exo. 10
Ioan. 1.
1. Co. 3.
1. Co. 2.
Ioan. 1.
2. se. dis.
21. ca.
Recedē te.
Mar. 15 & 16.
C
Mat. 10
D

dum verbum deum apud deum, in forma dei æqualem patri. Visa est hic qdem ab E his, q̄ ante nos ista tractauerūt & alia sententia, & alius intellectus in his verbis, quē non tacebo charitati vestræ. Hoc n. dixerunt, Omnis superbus displicet deo, & debet se humana anima humiliare ne deo displiceat, & toto corde intueri quod dictū est, Quanto magnus es humilia te in omnibus, & corā deo inuenies gratiā. Sed rursus sunt quidā homines, qui cum audierint quia humiles esse debent, dimittūt se, nihil voluut discere, putantes q̄ si aliqui didicerint superbierūt, & remanent in solo lacte. Quos reprehendit scriptura dicēs, Et facti estis opus habētes lacte, nō solido cibo. Sic enī nos deus vult nutriri lacte, vt nō ibi remaneamus, sed crescendo per lac, ad solidum cibum pueniamus. Ergo non debet homo extollere cor suum in superbiam, sed debet eleuare in doctrinam verbi dei. Nam si leuanda anima non esset, nō diceretur in alia voce Psalmi, Ad te domine leuaui animam. Et nisi seipsa anima super se effundat, non perueniat ad visionē dei, & ad cognitionem substantiæ illius incommutabilis. Nam modo cum adhuc in carne est dicit ei, vbi est deus tuus? Sed intus est deus eius, & spiritaliter intus F est & spiritaliter excelsus est, non quasi interuallis locorum, quomodo per interualla loca altiora sunt. Nam si talis altitudo quærenda est, vincunt nos aues, ad deum. Ergo intus deus altus est, & spiritaliter altus, nec perueniet anima vt contingat eū nisi trāsierit se. Nam quicqd de deo sentis secūdum corpus, multum erras: multum infans es si sentis de deo etiā secundum animam humanam, q̄ deus nō obliuiscatur, aut ita sapiat vt desipiat, aut faciat aliqd & pœniteat eum: omnia. n. ista posita sunt in scripturis, vt nobis lactentibus commendaretur deus, non vt proprie de illo sic audiamus ista, & intelligamus quasi pœniteat deum, & modo aliquid dicat quod non nouerat, & intelligat quod non intelligebat, & reminiscatur quod oblitus erat. Talia. n. animæ sunt non dei. Ni si ergo homo transierit & modum animæ suæ, non videbit quia deus est quod est, q̄ dixit, Ego sum qui sum. Itaque illi cui dicebatur, vbi est deus tuus, quid dixit? Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus. Vt autem inueniret deum suū, quid egit? Hæc meditatus sum, inquit, & effudi super me animā meam. Vt inueniret deum, effudit super se animam suam. Non ergo sic tibi dicitur humilis esto vt G nō sapias, humilis esto propter superbiam, altus esto propter sapientiam. Audi euidē tem sentētiam de hac re, Nolite pueri effi 1. Co. 14 ci mentibus, sed malitia infantes estote, vt mentibus perfecti sitis. Certe explicatum est fratres mei, vbi nos deus voluit esse humiles, vbi altos: humiles propter cauendam superbiam, altos propter capiendam sapientiam. Lactare vt nutriaris, sic nutrire vt crescas, sic cresce vt panem manducēs. Cum enim cœperis panem manducare, ablactaberis, id est iam tibi nō opus erit lacte, sed solido cibo. Et hoc videt dixisse, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. i. si nō mente sed malitia paruulus fui. Quod significans dixit superiora verba, Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Ecce quia malitia paruulus fui, sed quia sensu nō fui paruulus: si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animā meam, retribuatur mihi qd̄ retribuitur paruulo q̄ ablactatur à matre, vt iam panem sim idoneus māducare. Et hæc ergo fratres sententia nō displicet, quia non est contra fidem. Mouet me ta H men, quia nō tantum dictum est, quemad modum q̄ ablactatus est à lacte, sic retributio in animam: sed additum est, quemad modum q̄ ablactatus est a lacte super matrem suā, sic retributio in animam meam. Hic mihi nescio quid tale occurrit, vt videam q̄ a male dictum est. Ablactatur. n. non infans, sed iam grandiusculus. Qui autem infirmus est prima infantia, q̄ vera infantia est, super matrem suam est. Si forte fuerit a lacte ablactatus, extinguitur. Nō frustra ergo additum est, super matrem suam. Ablactari enim omnes possunt crescendo, qui crescit & sic ablactat̄, bonum est illi: qui autem adhuc super matrē suā est, pernicios̄um. Ergo cauendum fratres & timendum est, ne quis ante tempus ablactetur. Nam omnis grandis puer separatur a lacte. Sed ne quis tunc a lacte separetur, quando adhuc super matrem suam est. Cum autem portatur manibus matris qui portatus est vtero (portatus est. n. vte

Ioan. 1.
Psal. 122.
Psal. 41.
Exo. 3.
Psal. 41.

ro vt nasceretur, portatur manibus vt crescat, lacte opus habet, adhuc supra matrem suam est. Non ergo velit tũc exaltare animam suam, cum forte minus idoneus est ad capiẽdum cibum, sed impleat præcepta humilitatis. Habet vbi se exerceat, credat in Christum, vt possit intelligere Christũ. Videre verbum nõ potest, capere non potest æqualitatem verbi cum patre, æqualitatem spiritussancti cum patre & verbo, nõdum potest videre, credat hoc & sugat. Securus est, quia cum creueris, manducabit quod nõ poterat antequam sugẽdo cresceret, & habet vbi se extendat. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. i. ad quæ capiẽda minus idoneus es. Et quid facio, inquis? Sic remanebo? Sed quæ præcepit tibi dominus illa cogita semper. Quæ tibi præcepit dominus? Fac misericordiam, pacem ecclesiæ noli dimittere, in hominem spem noli ponere, desyderando miracula noli tẽtare deũ. Si iã in te est fructus cognoscis, quia cum bonis toleras zizania vsque ad messem, quia cum malis ad tempus potest esse, non in æternum, Palea hic tibi mixta est in tẽpore in area, in horreo tecum nõ erit. Hæc quæ tibi præcepit dominus, illa cogita semper. A lacte nõ separaberis, quoadusq. super matrẽ tuam es, ne prius fame moriaris, antequam panem mãducare sis idoneus. Crescе, erũt validæ vires tuæ, & videbis quod non poteras, & capies quod nõ capiebas, Quid ergo? Cum videro quæ nõ poteram videre, & cepero quæ nõ poteram capere, iam securus ero? perfectus ero? Nõ, quãdiu hic viuis. Ipsa est pfectio nostra humilitas. Audistis quo conclusit modo apostolica lectio, si hæsit in memoria vestra, quomodo ille qui accepit colaphum ne extolleretur in reuelationibus, quanta ei reuelabantur, propter ipsam magnitudinem reuelationum, quia poterat extolli, nisi acciperet angelum Satanæ. Et tamen cui tanta reuelabantur: quid ait? Fratres, ego meipsum nõ arbitror apphendisse. Paulus dicit, Fratres ego meipsum nõ arbitror apprehẽdisse, quia ad hoc accepit colaphizãtem angelum Satanæ ne extolleretur in magnitudine reuelationũ suarum. Quis audet dicere quia comprehendit? Ecce Paulus apprehendit & dicit, non me arbitror apprehendisse. Et quid ais ò Paule? Adhuc curro, inquit, vt apprehendam. Adhuc Paulus in via est, & tu te putas in patria? Vnum autem, inquit, quæ retro sunt oblitus. Hoc fac & tu, & vitam præteritam malam obliuiscere. Si te delectauit aliquando vanitas, non te delectet. Quæ retro oblitus, inquit, in ea quæ antè L
sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Audio vocem dei desuper, & curro vt apprehendam. Non enim dimisit me in via remanere, quia non cessat alloqui me. Ergo fratres, nõ cessãt deus alloqui nos. Nam si cessãt, quid est quod agimus? Quid est, quod agunt lectiones diuinæ & cantica diuina? Obliuiscimini ergo quę retro sunt, & in ea quæ antè sunt vos extendite. Sic sugite lac, vt crescatis ad cibum. Cum ergo veneritis, in patria gaudebitis. Et adhuc attendite Apostolum sequi ad palmam supernæ vocationis. Dicit enim, Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Non loquor, inquit, imperfectis, quibus adhuc non possum loqui sapientiam, qui adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur, sed illis dico qui iam manducãt solidum cibum. Iam videntur esse perfecti, quia intelligunt æqualitatem verbi cum patre. Adhuc non sic vident, quomodo videndum est facie ad faciem, adhuc ex parte in ænigmate. Currant ergo, quia cum via finita fuerit, tunc redimus ad patriam. Currant currant, extẽdant se. Quot quot ergo perfecti, hoc sapiamus. Et si qd M
aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelauit. Si forte erras in aliquo, quare non redis ad lac matris? Quia si non extollimini, quia si non exaltatis cor vestrum, quia si nõ ingredimini in mirabilibus super vos, sed seruatis humilitatem, reuelabit vobis deus quod aliter sapitis. Si autem hoc ipsum quod aliter defendere vultis, & pertinaciter astruere, & contra pacem ecclesiæ, fit vobis maledictum hoc quod dixit, super matrem cum estis, & foris à lacte separabimini, foris à visceribus matris fame moriemini. Si autem perseueraueritis in pace catholica: si quid forte aliter sapitis quàm oportet sapere, deus vobis reuelabit humilibus. Quare? Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ideo ad hoc conclusit hic Psalmus. Speret Israel in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum. Quod autem scriptum est Græce ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, hoc est positum, ex hoc nunc & vsque in seculum. Sed non

non semper seculi nomen hoc seculum significat, sed aliquando æternitatem: quia æternum duobus modis intelligitur, Vsque in æternum, id est, aut semper sine fine, aut quousque peruenimus ad æternitatem. Hic ergo quomodo intelligendum est? Quousque veniamus ad ęternitatem, speremus in dominum deum, quia A
cum venerimus ad æternitatem, iam spes non erit, sed ipsa res erit.

In Psalmum centesimum trigesimumprimum Enarratio.

IVstum quidem erat charissimi, vt fratrem potius audiremus collegam meũ, præsentem omnibus nobis. Et modo non negauit, sed distulit. Et ideo hoc indico charitati vestræ, vt mecum promissum teneatis. Non fuit autem absurdum charitati vestræ, vt prior obtemperarem iubenti. Extorsit enim mihi vt esset modo auditor meus, eo sanè pacto vt & ego sim ipsius, quia in ipsa charitate omnes eius auditores sumus, qui vnus in cœlo nobis magister est. Ergo animum intẽdite ad Psalmum, quem in ordine sicut nostis tractandum habemus. Est etiam ipse prænotatus, Canticum graduum.] & aliquando cæteris sub eodem t tulo prolixior. Non ergo immoremur, nisi vbi necessitas coegerit, vt totum, si dominus permiserit, explicare B
possimus: Quia & vos non tanquam rudes omnia debetis audire, aliquid & de præteritis auditionibus adiuuare nos debetis, ne omnia tanquam noua a nobis dici necesse sit. Et noui quidem esse debemus, quia vetustas nobis obrepere non debet, sed etiam crescendum & proficiendum est. De ipso quippe profectu ait Apostolus, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Non sic proficiamus, vt ex nouis veteres efficiamur, sed ipsa nouitas crescat. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob.) Dauid secundum fidem rerum gestarum vnus homo erat, rex Israel, filius Iesse. Erat quidem ipse mansuetus, sicut eum indicat atque commendat scriptura diuina, & ita mansuetus vt nec persecutori suo Sauli malum pro malo reddiderit. Seruauit autem eum tantam humilitatem, vt illum regem fateretur, se autem canem. Et non proterue nec superbe cum esset in deo potentior respondebat regi, sed eum placare potius affectabat humilitate, quam concitare superbia. Etiam in potestate datus est ei Saul, & hoc a domino deo, vt ei faceret quicquid vellet. Sed quia non præceptum illi erat vt occideret, sed tantum in potestate datum illi erat, Licuit autem homini vti potestate sua: ad lenitatem potius deflexit quod ei deus concessit: qui si vellet occidere, careret inimico. Sed quo- C
modo diceret, Dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto debitoribus meis? In speluncam intrauit Saul vbi erat Dauid, neſciens quod illic esset Dauid. Ad necessaria ventris ille intrauit, surrexit Dauid sensim & lente post ipsum, præscidit illi de veste panniculum quem illi ostenderet, vt nosset qui habebat illum in potestate, & non necessitate, sed voluntate pepercerat, & noluit occidere. Forte ipsam mansuetudinem commendauit modo dicens, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Hoc secundum rerum gestarum fidem quam scriptura diuina, vt diximus, continet. Sed solemus in Psalmis non ad literam attendere sicut in omni Prophetia, sed per literam scrutari mysteria. Et meminit charitas vestra, quia cuiusdam hominis vocem in omnibus Psalmis solemus audire, quia vnus habet caput & corpus. Caput autem in cœlo est, corpus in terra. Sed quò præcesit caput, & corpus secuturum est. Et iam non dico qs caput sit, qui corpus sint, quia scientibus loquor. Commendatur ergo humilitas Da- D
uid, commendatur mansuetudo Dauid, & dicitur deo, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Ad quam rem memento domine Dauid? Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob. Ergo ad hoc memento, vt impleatur quod promisit. Ipse Dauid vouit tanquam in potestate habens, & rogat deum vt impleat quod vouit. Est deuotio vouentis, sed est humilitas deprecantis. Nemo præsumat viribus suis se reddere, quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuat vt reddas. Psal.75.
Quid ergo vouit videmus, & hinc intelligimus quemadmodum sit accipiendus in figura Dauid. Dauid autem interpretatur manu fortis. Erat enim magnus belligerator,

Ecclꝫ.3.

Mat. 13

Phili.3.

Mat. 13

1.Co.13

M

Phili.3.

1.Co.4.

1.Re.24

Iaco. 4.

1.Pet.5.

1.Re.24

1.Co.4.

1.Re.24

rator, præsumens quidem de domino deo suo. Confecit bella omnia, proſtrauit oēs inimicos suos deo se adiuuante, quemadmodum se habebat illius imperij dispensatio, præfigurans tamen forte mmanu quēdam ad debellandos inimicos di abolum & angelos eius. Hos autem inimicos ecclesia debellat. Et quomodo debellat? Manſuetudine. Mānsuetudine.n.ipse rex noster vicit diabolum. Sæuiebat ille, iste sufferebat. Vi-
E ctus est qui sæuiebat, vicit qui sufferebat. In ista manſuetudine corporis Chri, quod est ecclesia, vincit inimicos. Sit manu fortis, operādo vincat. Cum aūt corpus Chri est, & templum & domus, & ciuitas, & ille qui caput corporis est, & habitator domus est, & sanctificator templi est, & rex ciuitatis est: quomō ecclesia omnia illa, sic Chrs omnia ista. Quid ergo vouimus deo, nisi vt simus templum dei? Nihil gratius ei possumus offerre, q̄ iure iurare. Iurare est autem firme promittere. Attendite votum hoc. i. quod vouerat quo ardore vouerit, quo amore, quo desyderio, & tamen ad hoc implendum dominum deprecatus est dicens, Memento dñe Dauid & omnis manſuetudinis eius, In hac manſuetudine votum vouit, vt sit domus dei. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero super lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis.) Parum visus est
F dicere, somnum oculis meis. Et palpebris meis dormitationem, Et requiem tpibus meis si dedero, quoadusque inueniam locum domino tabernaculū deo Iacob.) Vbi quærebat locum domino? Si manſuetus erat, in se quęrebat. Quomodo est enim locus domini? Audi prophetam, Super quē
Esai. 66. requieſcet spiritus meus? Super humilem & quietum & trementem verba mea. Vis ergo esse locus domini? Esto humilis & quietus, & tremens verba dei, & tuipse efficieris quod quæris. Si.n in te non fiat quod quæris, in altero quid tibi prodest? Operatur quidem deus aliquando p Euāgeliſtam salutem alterius, tantum si ipse dicit & nō facit: & fit per linguā eius in alio locus domino, non autem fit ipse locus domino. Qui autem quæ docet ipse bene facit, & sic docet, fit locus domino cum eo quem docet, quia omnes credentes vnum locum faciunt domino. In corde.n.habet locum dominus, quia vnum cor est omnium in charitate copulatorum. Quā multa milia crediderunt fratres mei, quando precia rerum suarum posuerunt ante pedes Apoſtolorum. Sed quid de illis dicit Acto. 4. & 4. scriptura? Certe facti sunt templum dei, G non tantum templa dei singuli, sed & omnes simul templum dei. Facti sunt ergo locus domino. Et vt noueritis quia vnus locus factus est domino in omnibus, scriptura dicit, Erat illis anima vna & cor vnum Acto. 4. in deum. Multi autem nc faciāt locum domino, sua quærunt, sua diligunt, potestate sua gaudent, priuatum suum concupiscūt. Qui autem vult facere locum domino, nō de priuato sed de communi debet gaudere. Hoc illi fecerunt de rebus suis priuatis, fecerunt illas communes. Quod habebant suum, nunquid amiserunt? Si soli haberent & vnusquisque suum haberet, hoc solum haberet quod suum habebat. Cum autem quod proprium erat commune fecit, & ea quæ erant cæterorum, ipsius facta sunt. Intendat charitas vestra, quia propter illa q̄ singuli posidemus, exiſtunt lites, inimicitiæ, discordiæ, bella inter homines, tumultus, dissensiones aduersum se, scandala, peccata, iniquitates, homicidia. Propter quæ? Propter ipsa quæ singuli posidemus. Nū quid pp ista quæ cōmuniter posidemus litigamus? Aerem istū, communiter ducimus, solem cōmuniter oēs videmus. Beati ergo qui sic faciunt locum domino, vt priuato suo non gaudeant. Talem.n.deserebat iste qui dicebat, Si introiero in taber- H
naculum domus meæ. Priuatum hoc erat. Sciebat priuato se impediri, ne faceret locum dño, & ea commemorat quæ ad seipsum pertinebant. Non introibo in tabernaculum domus meæ, donec inueniam. Quid? Cum inueneris locum domino, introbis in tabernaculum tuum? An ipsum erit tabernaculum tuum, vbi inueneris locū dño? Quare? Quia ipse eris locus dñi, & cū eis q fuerint locus dñi vnū eris. Abstineamus ergo nos frēs a posſessione rei priuatæ, aut ab amore si non possumus a possessione,

sessione, & facimus locum dño. Multū est à me ait aliquis. Sed vide quid sis facturus locum dño. Si vellet apud te hospitium habere aliquis senator (non dico senator, procurator alicuius magni sēm seculum) & diceret, offendit me quiddā in domo tua, & si amares hoc, auferres tū, ne eum offenderes, cuius amicitiam ambires. Et quid tibi prodest hominis amicitia? Forte ibi nō solum nullum auxilium, sed & periculum inuenires. Nā multi nō periclitabant antequam maioribus iungerentur, exoptarunt maiorum amicitias, vt maiora pericula incurrerent. Securus opta amicitiam Chri-
I sti. Hospitari apud te vult, fac illi locum. Quid est, fac illi locum? Noli amare teipsum, illū ama. Si te amaueris, claudis cōtra illum: si ipsum amaueris, aperis illi. Si autē aperueris & intrauerit, nō peribis amādo te, sed inueniris cū amante. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero super lectum strati mei. Priuata.n.res ipsa vbi hō acquieſcit superbos facit: iō dixit, si ascendero. In re q̄ priuatim quisque posidet, necesse est superbus sit. Inde se.n.tendit hō ad hominē, cū ambo sint caro. Quid est homo frēs? Caro. Et quid est alter homo? Altera caro. Et tū caro diues extendit se contra carnem pauperem, quasi aliquid illa caro attulerit quando nata est, aut aliquid auferat quando moritur. Ad hoc plus habuit, vt plus tumeret. Iste autē qui vult inuenire locum dño, dicit, Si ascēdero super lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis. Multi.n.cū dormiunt, non fa-
Ephe. 5. ciunt locum domino. Tales excitat Apo-
1. Th. 5. ſtolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et alio loco, Nos autem qui diei sumus vigilemus, & sobrij simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, nocte
K ebrij sunt. Noctem dicens iniquitatem, in qua illi obdormiunt, cupiendo ista terrena. Et omnes istæ fœlicitates quæ videntur seculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui videt thesauros in somnis, dormiens diues est, sed euigilabit & pauperit: Sic omnia ista vana huius seculi, de q̄ bus homines gaudent, in somno gaudent. Euigilabunt quando nolunt: si non modo euigilant quando vtile est, & inueniēt somnia illa fuisse, & transisse, sicut dicit
Psal. 72. scriptura, veluti somnium exurgentis. Et
Psal. 75. alio loco, Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerūt oēs viri diuitiarum in manibus suis. Dormierūt somnū suum, finitus est somnus, & nihil inuenerūt in manibus suis, quia in somnis videbāt diuitias trāsituras. Iste ergo qui vult inuenire locū domino, dixit ēt, Si dedero somnum oculis meis. Sunt autem quidam qui non dormiūt, sed dormitāt. Aliquantum retrahūt se ab amore temporalium, & rursus reuoluūtur in eum, quasi dormitātes caput cerebro inclināt. Euigila, excute somnum, dormitādo casurus es: Nō vult Psalmus oculis suis dare somnum, nec palpebris dormitationem, eum qui vult inuenire locū domino. Et requiem, inquit, tēporibus meis. A requie temporū somnus venit ad oculos. Tempora circa oculos sunt. Veluti futurus somnus, grauedo tēporum est. Nam omnibus dormituris grauari tempora incipiūt, & cum senserint sibi grauari tempora, iam imminet somnus. Qui si dādus est oculis, dat requiem temporibus suis, & venit somnus. Si non dederit requiem temporibus suis, nō venit somnus. Cum ergo cœperit te aliquid temporale delectare ad peccatum, iam rapiuātur tibi tempora. Vis euigilare, & nō dormire nec dormitare? Noli te credere tali delectationi, maiores dolores habebis q̄ suauitates. Ista cogitatione quasi cōfricās frōrem excutis somnum, & paras locum domino, donec inuenias locum domino tabernaculum deo Iacob. Quāquam aliquādō dr tabernaculum dei: distinctius tamē accipitur frēs charissimi tabernaculum ecclesia secundùm hoc tempus. Domus aūt ecclesia cœlestis Hierusalem, quo ibimus. Tabernaculum.n.tā quam militātium & pugnātiū: tabernacula militium in procinctu, in expeditione, vñ cōtubernales dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes & habitantes. Quandiu ergo habemus hostem cum quo pugnemus, tabernaculum deo facimus. M
Cum autem transierit tempus pugnæ, & venerit pax illa quæ præcellit omnem intellectum, sicut dicit Apoſtolus, Et pax Phili. 4.
dei quæ præcellit omnem intellectum: quantuncunque enim cogitaueris de pace illa, minus eam capit animus adhuc in ista corporis grauedine constitutus: cum venerit illa patria, iam domus erit, nullus aduersarius tētabit vt tabernaculum vocetur. Non procedemus ad pugnandum, sed permanebimus ad laudandum. Quid

enim dicitur de illa domo? Beati qui habi-
Psal.83. tant in domo tua, in secula seculorum laudabũt te. In tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabimus. Quare? Quia gemitus est peregrinãtium, laudatio iam in patria cõmanẽtium. Hic primo quæratur tabernaculum deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Effrata. Quam eam? Sedem domini. Audiuimus in Effrata. Inuenimus eam in campis saltuum.) Ibi audiuit, ibi inuenit. An alibi audiuit, & alibi inuenit? Quæramus ergo quid sit Effrata vbi audiuit: item quæramus quid sit in campis saltuũ vbi inuenit. Effrata verbum Hebræum, interpretatur Latine speculum, sicut tradiderunt qui verba Hebræa scripturis posita
A in aliam linguam trastulerũt, vt ad nos perueniret intellectus. Nam ex Hebræa transtulerunt in Græcam, & ex Græca trãslata sunt nobis in Latinam. Fuerant enim qui vigilarunt in scripturis. Si ergo Effrata speculum, illa domus quæ inuẽta est in campis saltuum, in speculo audita est. peculum imaginem habet, Omnis prophetia imago futurorum. Domus ergo dei futura in imagine prophetiæ prædicata est. Audiuimus enim illam in speculo, id est, audiuimus in Effrata, inuenimus in campis saltuũ. Qui sũt cãpi saltuũ? cãpi syluarũ. Nõ enim quẽadmodũ vulgo dicitur, Saltus ille, verbi gratia, centurias habens tot, saltus proprie locus adhuc incultus & syluester dicitur. Nam & quidam codices, in campis syluæ habent. Qui ergo erant campi saltuum, nisi gentes incultæ? Qui erant campi saltuum, nisi vbi adhuc vepres erant idololatriæ? Sic tamen quomodo vepres ibi erant idololatriæ, ibi inuenimus locum domino tabernaculũ deo Iacob. Quod audiuimus in Effrata, inuenimus in campis saltuum. Quod prædicatum est in imagine Iudæis, manifestatum est in fide gentium. Intrauimus in tabernacula eius.] Cuius? Domini dei Iacob.
Qui intrant vt inhabitent, ipsi sunt qui in
B trantut inhabitentur. In domum tuam vt inhabites intras, in domum dei vt inhabiteris. Est.n. melior dominus, qui cum te cœperit inhabitare, beatum te facit. Nam si tu ab illo non inhabiteris, miser eris. In sua potestate esse voluit ille filius q dixit,
Luc.15. Da mihi partem patrimonij quæ me contingit. Bene seruabatur apud patrem, nec cum meretricibus dissiparetur. Accepit, facta est in eius potestate, Profectus in regionem longinquam, effudit omnia cum meretricibus. Passus est tandem famem, recordatus est patrẽ, reuersus est vt pane saturaretur. Ergo intra vt inhabiteris, & non quasi tuus sis, sed illius. Intrauimus in tabernacula eius. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.) Cuius pedes? Domini, an ipsius domus domini? Domus enim domini est, vbi dicit qua debet adorari. Adoramus in loco vbi steterunt pedes eius. Præterquam domum suam non exaudit deus ad vitam æternam. Ille enim ad domum dei pertinet, qui est in charitate cõpaginatus lapidibus viuis. Qui autem charitatem non habuerit, ruinam facit, & illo
C ruente domus stat. Nemo enim minetur domui, vbi esse quasi lapis cœpit, si ruere noluerit quasi aliquid domui noceat. Sic enim superbierat & primus populus Iudæorum dicens, Neque enim fraudaturus est deus patrem Abraham, cui promisit tãta de semine eius: & faciebant omnia mala tãquam seculi de pollicitatione dei, quia non pro illorum meritis qui scelera faciebant, sed pro meritis Abrahæ parceret eis, & qualescunque malos filios Abrahæ congregaret in domum suam ad vitam æternam. Sed quid Ioannes? Generatio, inqt, Mat. 3.
viperarum. Quando ad illum venerunt ipsi filij Abrahæ vt baptizarentur in aqua pœnitentiæ, nõ eis dixit, Generatio Abrahæ, sed viperarum. Tales enim erant quales quos imitabãtur: non filij Abrahę, sed filj Amorræi, Chananęi, Gergesæi, Hiebusæi, & omnium qui offenderunt deum, ipsorum filij erant, quia ipsorum facta sectabantur. Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne dixeritis, patrem habemus Abraham. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Nescio quos lapides tunc vidébant in campis saltuum vnde suscitati sunt filij Abrahæ. Filij enim magis qui fidem imitati sunt, q̃ qui de carne sunt. Nemo ergo minetur domui dei, quasi dicat, D
subtraho me, & ruet domus. Bonum est. n. illi vt coædificetur & habeat charitatem. Nam si ipse ruerit, stabit domus. Itaque frẽs in his est domus dei, quos p̃destinauit & p̃sciuit p̃seueraturos. De illis dictũ est vbi steterũt pedes eius. Sunt enim qui non perseuerant, nec stant pedes eius in eis.

Non

Non sunt ergo ipsi ecclesia, non ipsi pertinent ad illud modo tabernaculũ tunc domũ. Sed vbi nõ steterunt pedes eius? Qm̃
Mat. 24 abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. In his quibus charitas refrigescit, non stant pedes eius. Sed quid secutus est? Qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Ecce in quibus steterũt pedes eius, in eo loco adora. i. de talibus esto, in quibus steterunt pedes dñi. Si autẽ de ipsa domo intelligere volueris, vbi steterunt pedes dñi, pedes tui in Christo stent. Tunc autẽ stabunt pedes, si perseue
Ioan. 8. raueris in Chro. Quid. n. dicitur de diabolo? Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Diaboli ergo pedes nõ steterunt. Itẽ de superbis quid dicit? Nõ veniat mihi pes supbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Ibi ceciderunt qui
Psal.35. operantur iniqtatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Ergo domus dei cuius pe-
E des stant. Vnde ille gaudens Ioannes q d
Ioan. 3. ait? Qui habet sponsam sponsus est, amicus aũt sponsi stat & audit eum. Si nõ stat, non audit eũ. Et gaudio gaudet p p vocem spõsi. Merito stat, quia p p vocẽ spõsi gaudet. Nã si p p vocẽ suã gauderet, caderet. Iã videtis ergo quare ceciderint, qui ad vocẽ suã gaudent. Amicus aũt ille sponsi dicebat, Hic est qui baptizat. Quidam dicunt, Nos baptizamus, ad vocẽ suam stare gauisi non potuerunt, & non pertinent ad
1. Par. 6 istam domum de qua dicitur, vbi steterũt pedes eius. Exurge dñe in requiẽ tuã.) Domino dormienti dicit, exurge. Iam nostis quis dormiuit, & quis surrexit, Ipse. n. quo
Psal.56. dã loco dicit in Psalmo, Dormiui conturbatus. Bene illi dr, Exurge dñe in requiem
Rom.6. tuã. Iã non conturbaberis, quia Christus surgens a mortuis, iã non moritur, & mors ei vltra non dominabitur. Ipsius est vox
Psal.3. in alio Psalmo, Ego dormiui & somnum cepi & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Ipse dormiuit, ipsi dicitur. Exurge dñe in requiem tuam. Tu & arca sanctificationis tuæ,) id est, exurge, vt exurgat & arca sanctificationis tuæ, quam sanF ctificasti. Ipse caput nostrum, arca eius, ecclesia eius. Surrexit prior, surgat & ecclesia. Non aũt auderet sibi resurrectionem corpus promittere, nisi prius exurgeret caput. Exurge domine in requiẽ tuam, tu &
1. Par. 6 arca sanctificationis tuæ. Et corpus domini nostri Iesu Christi quod ex Maria natum est, intellectum est, à quibusdam arca sanctificationis, vt hoc diceret, Exurge domine in requiem tuam, tu & arca iustificationis tuæ, cum corpore exurge, vt palpent qui non credebant. Exurge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui lætentur.) Te exurgente à mortuis & eunte ad patrem, regale illud Rom.
sacerdotium induatur fide, quia iustus ex fide viuit, & accepto pignore spiritussancti, lætentur membra ipe resurrectionis q̃ præcesit in capite. Eis enim Apostolus dicit, Spe gaudentes. Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciẽ Christi tui.] Hoc deo patri dictum est, Propter Dauid seruum tuum, nõ auertas faciem Christi tui. Crucifixus est dominus in Iudæa, crucifixus est à Iudæis, ab ipsis turbatus dormiuit. Inter quorum sæuientium manus dormiuit, ad eos iudicandos surrexit & dicit quodam loco, Exuscita me & reddam il- Psal.40.
lis: & reddidit & redditurus est. Nam quã G
ta postea Iudæi passi sunt occiso domino, norunt ipsi. De ipsa ciuitate vbi illum occiderunt, omnes expulsi sunt. Quid ergo? Etiam oẽs de stirpe Dauid perierunt, & de tribu Iuda? Non. Nam crediderunt in de aliqui, & multa milia hominum crediderunt inde, & hoc iam post resurrectionem domini. Sæuierunt vt crucifigerent, & postea cœperunt videre fieri miracula Acto.2.
in nomine Christi crucifixi, & plus cõtre muerunt tantum posse eius nomen, q̃ qua si inter manus eorum nihil poterat, & cõpuncti corde iam credentes diuinitatem occultam fuisse in illo quem cæteris similem hominibus putauerunt, & consilium petentes ab Apostolis, audierunt, Agite Ibid.
pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine dñi nostri Iesu Christi. Ergo quia ad iudicandos eos à quibus crucifixus est surrexit Chrs, & auertit faciẽ suam a Iudæis & conuertit ad gentes, tanq̃ rogatur deus ,pter reliqas Israel, & dicitur ei, propter Dauid seruũ tuum non auertas faciem Chri tui. Si palea damnata est, frumenta colligant. Reliquiæ saluæ fiãt, sicut dicit Esaias, Et planè factæ Esa. 10.
sunt reliquiæ saluæ. Inde erãt duodecim Rom.9.
Apostoli, inde plus q̃ quingẽti frẽs, q̃bus H
se dñs demõstrauit post resurrectionẽ, in- 1.Co.5.
de tot milia baptizata, q̃ precia rerũ suarũ Acto.4.
ante pedes Apostolorũ ponebãt. Ergo im-

plectū est quod hic rogatus est deus, Propter Dauid seruum tuum ne auertas faciē Christi tui. Iurauit dñs Dauid veritatē & non pœnitebit eum.) Quid est, iurauit? promissum per seipsum firmauit. Quid est, non, pœnitebit eum? Nō mutabit. Nō enim dolorē pœnitētiæ patiē deus, aut in aliquo fallitur vt velit corrigere in quo errauit. Sed quomodo hominē cum pœnitet mutare vult quod fecit: hic vbi audis, quia pœnitet deū, mutationē ipsam spera. Aliter illam facit deus, quāuis nomine pœnitētiæ appellet, aliter tu. Tu.n. facis quia erraueras. Ille aūt facit, quia vindicat, aut qa liberat. Mutauit regnum Saul cum pœni-
1.Re. 15 teret eum, sicut dictum est, Et in eoipso loco vbi scriptura dicit, Pœnituit eum, vbi paulopost dicitur, Nō enim sic est vt homo pœniteat eum. Cum ergo mutat opera sua per incommutabile cōsilium suū, propter ipsam nō cōsilij sed operis mutationē pœnitere dicitur. Hoc aūt sic promisit, vt
Ps. 109. nō mutaret, quomodo dicitur & illud, Iu-
Heb. 7. rauit dñs & nō pœnitebit eū, tu es sacerdos in æternum secūm ordinē Melchisedech. Sic & hoc quia ita promissum est vt non mutaretur, quia necessario futurum erat, & permansurum, dicit, Iurauit dominus Dauid veritatem, & nō pœnitebit eum. Ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam.) Poterat dicere, ex fructu fœmoris tui. Quare ex fructu vētris voluit dicere? Et illud quidem si diceret, verum diceret: sed significātius dicere voluit: ex fructu vētris, quia de fœmina natus est Christus,
Luc. 3. quo vir nō accessit. Quid ergo? Iurauit dominus Dauid veritatem, ex fructu vētris tui ponam super sedem tuam: Si custodierint filij tui testamentum meum, testimonia mea hęc quæ docebo illos. Et filij eorum sedebunt in ęternum super sedē tuā.] Si filij tui custodierint, & filij eorum sedebūt in æternum. Meritum filij parētes faciūt. Quid si filij ipsius custodierint, & filij eorum nō custodierint? Quare ad meritum patrum promittitur beatitudo filiorum? Quid enim ait? Non ait, si custodierint filij tui, & filij eorum sedebūt in æternum. Non ait, si custodierint filij tui sedebūt super sedem tuā: & si custodierint filij eorum, & ipsi sedebunt super sedem tuam:
K sed ait, Si filij tui custodierint, & filij eorum sedebunt super sedem tuam, nisi quia filios hic voluit intelligi fructus ipsorum? Si filij tui, inquit, cūstodierint legem meā, & mādata mea hæc quæ docebo eos seruauerint, filij tui, & filij eorum sedebūt sup sedē tuā. i. hic erit fructus ipsorū, vt sedeāt sup sedē tuā. Modo.n. fratres omnes qui laboramus in Christo, omnes qui cōtremiscimus verba ipsius, qui quomodocunque conamur facere volūtatem ipsius, & ingemiscimus petētes, vt adiuuet nos quo impleamus quod iubet, nunquid iā sedemus in illis sedibus beatitudinis quę nobis promittuntur? Non, sed mandata tenētes speramus hoc futurum. Ipsa spes tanquam in filijs dicta est, quia hominis in hac vita viuētis spes filij sunt, fructus filij sunt. Propterea, & homines excusantes auaritiam suam, dicunt se filijs suis seruare quod seruant, & nolētes dare inopi, pietatis nomine se excusant quia filij eorum spes eorum sunt. Omnes homines.n. qui secundum hoc seculum viuūt, spem suam dicūt filios gñare & relinquere. Ideo nomine filiorum spem ipsam posuit & ait, Si custodierint filij tui testamētū meū, & testi- L
monia mea hæc, quæ docebo illos, & filij eorum sedebunt in æternum super sedem suam, id est, tales fructus habebunt, vt spes eos nō fallat, vt illuc veniāt quo sperāt se vēturos. Modo ergo tāquam patres sunt homines spei futuræ. Cum autem adepti fuerint quod sperāt, filij sunt, quia illud quod adipiscūtur pepererunt & generauerunt in operibus bonis. Et hoc illis seruatur in posterum, quia & ipsa posteritas in filijs appellari solet. Aut si filios ipsos homines accipis, intellige & de ipsis dictum, Si custodierint filij tui testamentum meū, & testimonia mea hæc, quæ docebo illos: vt iste sit sensus, Si custodierint filij tui testamētum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo illos, & filij eorū, id est, si custodierint: vt hic subdistinguas, & deinde inferas sedebūt in æternum super sedē tuā, id est, & filij tui & filij eorum, sed oēs si custodierint. Quid ergo si nō custodierint? Perijt promissio dei? Nō. Sed ideo dictum est, & ideo promissum est, quia prædicauit deus. Quid nisi crediturōs? Sed ne aliquis quasi minuaretur promissis dei, & in potestate sua vellet ponere qđ promisit deus vt impleretur, ideo ei iurauit & dixit, In quo ostēdit, quia sine dubio venturū est. Quomodo ergo posuit ibi si custodierint? Ne iam glorieris de promissis, & dimittas te

te nō custodire. Tunc eris filius Dauid si
M custodieris. Si autem non, non eris filius Dauid. Filijs Dauid promisit deus. Noli dicere, Filius sum Dauid si degeneras. Si Iudæi illud non dicūt qui de ipsa stirpe nati
Ioan. 8. sunt, immo dicunt illud, sed delirant: aperte enim dominus ait, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. Inde illos negauit filios, quia facta non faciebant. Nos quomodo nos dicimus filios Dauid, q de eius stirpe non sumus secundum carnem? Restat vt filij non simus, nisi imitando fidem, nisi colendo deum sicut & ille coluit. Si ergo quod tibi per stirpem nō speras, per facta non vis assequi, quomodo in te complebitur quia sedebis super sedem Dauid? Etsi non in te complebitur, putas quia nō complebitur? Et quomodo inuenit eam in cāpis saltuum? Et quomodo steterunt pedes eius? Qualiscunq. ergo fueris, illa domus stabit. Quoniā elegit dñs Sion, prælegit eam in habitationem sibi.) Sion, ipsa est ecclesia, ipsa est & Hierusalem, ad cuius pacem currimus, q̄ non in angelis sed in nobis peregrinatur, quæ ex parte meliore expectat partē redituram, vnde nobis literę venerunt q̄ quotidie recitantur. Ipsa ciui-
A tas, ipsa est Sion quam prælegit deus. Hæc requies mea in secula seculorum.) Iā dei verba sunt, Reqes mea, ibi requiesco. Quātum nos amat deus fratres, vt qa nos requiescimus, se dicat requiescere. Non.n. ipse aliquando turbatur, aut sic requiescit, sed ibi se dicit requiescere, quia nos in illo requiem habemus. Hic habitabo quoniam prælegi eam. Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus.) Omnis anima q̄ intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius dei vidua est.
1.Ti. 3. Quomo enim Apostolus describit viduā? Quæ autem vere vidua est, & desolata, sperauit in dominum. Agebat autem de istis viduis, quas omnes dicimus in ecclesia. Dixerat autem, quæ in delitijs, degit, viuens mortua est, & non illam numerauit inter viduas. Describens autem viduas & sanctas, quid ait? Quæ autem uere vidua est, & desolata, sperauit in domino, & persistit in precibus & obsecrationibus nocte ac die. Ibi subiecit, Quę autem in delitijs agit, viuens mortua est. Vnde ergo vidua est? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius dei. Ille quæ habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorum. Desertæ videntur viduæ, & robustius est auxilium earum. Ergo tota ecclesia, vna vi- B
dua est, siue in viris, siue in fœminis, siue in coniugatis, siue in maritatis fœminis, siue in adolescentibus, siue in senibus, siue in virginibus. Omnis ecclesia vna vidua est, deserta in hoc seculo, si sentit illud, si nouit viduitatem suam. Tunc enim auxilium præsto est illi. Nonne agnoscitis istā viduam in Euangelio fratres mei, cum diceret dñs oportere semper orare & nō de-
Luc.18. ficere? Erat quidam iudex, in ciuitate dixit, qui nec deū timebat nec homines reuerebatur, & interpellabat eum quædam vidua quotidie & dicebat, Vindica me de aduersario meo. Et interpellando quotidie vidua fregit illū. Ait enim ipse iudex apud se, qui nec deum timebat nec homines reuerebatur. Et si deum non timeo, nec homines erubesco, vel propter tædium quod mihi facit ista vidua vindicabo eam. Si audiuit iudex malus viduam næ tædium pateretur, deus non audit ecclesiam quā hortatur vt deprecetur? Item pauperes eius saturabo panibus. Quid est fratres? Simus pauperes, & tunc saturabimur. Multi præsumentes de seculo, & superbi Christiani sunt, adorant Cristum, sed non saturantē. Saturati enim sunt, & abundant in superbia sua, De talibus dicit, Opprobrium eis qui abundant, & despectio superbis. Isti Ps. 122.
abundant, & ideo manducant, sed non satu C
rantur. Et quid de illis dictum est in Psalmo? Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Adorant Christum, venerantur Christum, supplicant Christo, Psal.21.
sed non saturantur sapientia & iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autem, id est, humiles corde, quanto plus esuriunt, tanto plus manducant: tanto autem plus esuriunt, quanto à seculo inanes sunt. Qui plenus est, quicquid illi daturus es, respuit, quia plenus est. Da mihi esurientem, da mihi de quibus dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quo- Matt.5.
niam ipsi saturabuntur, & erunt hi pauperes de qbus modo dicit, Et pauperes eius saturabo panibus: quia & in ipso Psalmo Psal.21.
vbi dictum est, Manducauerūt & adorauerunt omnes diuites terræ, dictum est illic & de pauperibus, & prorsus eo modo quo & in isto psalmo, Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt dominū qui requirunt eum. Vbi dictum est, Manducauerūt

& adorauerunt oēs diuites terræ, ibi dictū
est, Edent pauperes & saturabunt. Quare
qñ diuites dicti sunt adorasse, saturati non
D dicti sunt? Q ñ autem pauperes dicti sunt,
saturati dicti sunt? Et vñ saturati? Hæc sa-
turitas fratres qualis est? Deus ipse est pa-
Ioan. 6. nis. Panis vt lac nobis fieret descēdit ad ter
ram, & ait suis, Ego sum panis viuus q de
cœlo descēdi. Ideo illic in Psalmo, Edent
pauperes & saturabuntur. De quo satu-
Psal. 21. rabunt? Audi quod sequit, Et laudabūt do
minum qui requirūt eū. Estote pauperes,
estote in membris illius viduæ, non sit au-
xilium vestrum nisi in vno deo. Pecunia
nihil est, nō inde auxilium habebitis. Mul
ti pp pecuniam p̄cipitati sunt, multi pp
pecuniam perierūt. Multi pp pecuniam
multā q̄siti sunt à raptoribus. Tuti essent,
si non haberent quare quærerentur. Mul-
ti de amicis potentioribus p̄sumpserūt,
ceciderunt illi de quibus p̄sumpserunt, &
inuoluerunt eos qui de se præsumpserant.
Respicite exempla generis humani. Quid
magnum est quod vobis dicit? Nō solum
de his scripturis ea loquimur, legite ea in
orbe terrarum. Attendite non præsumere
de pecunia, de amico homine, de honore,
& iactantia seculi. Tolle ista omnia, sed si
habes illa, age deo gratias si contemnis il-
la. Si aūt inflaris inde, noli attendere quan
do ers p̄da hominum, iam diabolo præda
es. Si autem de his rebus nō præsumpseris
E eris in membris illius viduæ quæ est eccle
sia, de qua dictum est, Viduā eius benedi-
cens bñdicā: eris & pauper, de qualibus di-
ctum est, Et pauperes eius saturabo pani-
bus. Aliqñ autem, quod nō est prętermittē
dum dicere, inuenis pauperem superbū, &
diuitem humilem: quotidie patimur tales.
Audis pauperem quasi gementem sub diui
te, & qñ potētior premit diues, tunc illū
humilem vides: aliqñ nec tunc, sed & tunc
superbum: vñ vides, quid esset, si aliqd ha-
beret? Ergo pauper dei in animo est, nō in
seculo. Procedit aliquādo homo habēs ple
nam domum, vberes terras, multa prędia,
multum auri & argēti, nouit quia in ipsis
non est p̄sumendum, humiliat se deo, facit
inde bene, ita cor ipsius erigitur ad deum,
vt nouerit quia non solum nihil illi pro-
sunt diuitiæ ipsæ, sed & impediūt pedes ip-
sius nisi ille regat & ille subueniat, & nu-
meratur inter pauperes qui salutantur pa
nibus. Inuenis alium mendicum inflatum,
aut ideo non inflatum, quia nihil habet,
quærentem tamen vnde inflet̄ur. Non at-
tendit deus facultatem sed cupiditatem, &
iudicat eum secundum cupiditatē, qua in-
hiat rebus temporalibus, nō secundū facul F
tatem quam non ei cōtigit adipisci. Vnde 1. Ti. 6.
enim diuitibus dicit Apostolus, Diuitibus
huius seculi præcipe non superbe sapere,
neq. sperare in incerto diuitiarum, sed in
deo viuo, qui nobis præstat omnia abundā
ter ad fruendum. Quid ergo faciant de di
uitijs suis? Sequit & dicit, Diuites sint in
operibus bonis, facile tribuant, cōicent. Et
vide quia hic pauperes sunt, Thesaurizēt,
inquit, sibi fundamentum bonum in futu-
rum, vt apprehendant veram vitam. Cum
apprehenderint, tunc erunt diuites. Quan
do autem non eam adhuc habeant, nouerint
se pauperes. Ita fit vt oēs humiles san
cto corde, & in charitate germana constitu
tos, quicquid habuerint in hoc seculo, in-
ter pauperes suos numeret deus, quos satu
rat panibus. Sacerdotes eius induam salu-
tari, & sancti eius exultatione exultabūt.)
Iam in fine psalmi sumus, paululum aduer
tat charitas vestra, Sacerdotes eius induā
salutari, & sancti eius exultatione exulta-
bunt. Quis est salutaris noster, nisi Chri-
stus noster? Quid est ergo, sacerdotes eius
induam salutari? Quotquot in Christo ba
ptizati estis, Christum induistis, Et san-
cti eius exultatione exultabunt. Vnde
exultabunt? Vnde? Exultatione, quia indu Gala. 3.
ti sunt salutari. Non in se enim lux facti
sunt, sed in domino. Nā erāt ante teñebræ: G
& iō subiecit, Ibi suscitabo cornu Dauid.) Ephe. 5.
Vt de Christo præsumatur ipsa erit altitu
do Dauid. Cornu.n. significat altitudinē.
Et qualem altitudinem? Non carnalem.
Ideo omnia ossa carne inuoluta, cornu ex
cedit carnem. Altitudo spiritalis cornu est.
Quæ autem altitudo spiritalis est, nisi de
Christo præsumere, non dicere, Ego facio,
ego baptizo, sed hic est qui baptizat? Ibi est
cornu Dauid. Et vt noueritis, quia est cor
nu Dauid, attende quid sequatur, Parauī
lucernā Christo meo.]Quæ est lucerna? Ioan. 5.
Iam nostis domini verba de Ioanne, Ille
erat lucerna ardens & lucens. Et quid ait
Ioannes? Hic est qui baptizat. In hoc ergo
exultabunt sancti, in hoc exultabunt sacer
dotes, quia oē quod ipsorum bonum est,
nō est ipsorum, sed illius. Et quia ille hēt
ptātem baptizādi, securus accedit ad tem-
plum

plum eius omnis qui accipit baptismum,
quia nō hominis, sed illius est in quo exci-
tatum est cornu Dauid. Super ipsum autē
florebit sanctificatio mea.) Super quem?
Super Christum meū. Christo enim meo,
H cum dicit, vox est patris qui dicit, Viduam
eius benedicens benedicā, & pauperes eius
saturabo panibus. Sacerdotes eius induam
salutari, & sancti eius exultatione exulta-
būt. Qui dicit, Ibi suscitabo cornu Dauid
deus est. Ipse dicit, Parauī lucernam Chri
sto meo, quia & Christus noster, & Chri-
stus noster est, cum saluat nos & regit nos,
quomodo & dñs noster est: filius autē pa-
tris: Christus autē & noster & patris. Nā
si patris Christus nō esset, nō diceretur su
perius, Propter Dauid seruum tuum ne
auertas faciem Christi tui. Super ipsum au
tem florebit sanctificatio mea. Super Chri
stum floret, Nemo hominum sibi illam as-
sumat, quia ipse sanctificat: Alioquin non
erit verum, Super ipsum autē florebit san-
ctificatio mea. Gloria sanctificationis flore
bit. Sanctificatio ergo Christi in ipso Chri
sto, potestas sanctificationis dei in Chri-
sto. Florebit enim q̄ dixit, ad gloriā vult
pertinere. Quando enim florēt arbores,
tūc pulchræ sunt. Ergo sanctificatio in ba-
ptismo, vnde floret & claret. Vnde cessit
mūdus huic pulchritudini? Quia in Chri-
sto floret. Nā pone illam in hominis pote-
Esai. 40. state, qūo floret, qñ omnis caro fœnum, &
I omnis claritas carnis vt flos fœni?

In Psalmum cētesimum trigesimūm decūdū
Enarratio.

PSalmus breuis est & valde notus, sed
valde est nominatus. Ecce q̄ bonum
& q̄ iucūdū habitare fratres in vnū.)
Ita sonus iste dulcis est, vt & qui psalte-
riū nesciūt, ipsum versum cātent. Tā dul-
cis est quā dulcis est charitas, q̄ facit frēs
habitare in vnum. Et hoc qu dē frēs nō in-
diget interpretatione aut expositiōe, q̄ bo-
num & quam iucūdū sit habitare in vnū.
Sed ea q̄ sequuntur hūt aliquid quod pul-
santibus aperiatur. Verūtñ vt ab isto versu
descēdat nobis intellectus vniuersæ textu
ræ Psalmi, hoc primum ēt atque etiam cō
syderemus: vtrum de omnibus Christianis
dictum sit, quàm bonum & quàm iucun-
dum sit habitare fratres in vnum: an aliqui
sint certi atq. perfecti, qui habitāt in vnū,
nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed
ad quosdam, a quibus tamen descendat ad
cæteros. Ista enim verba Psalterij, iste dul
cis sonus, ista suauis melodia, tam in canti
co quàm in intellectu, etiam monasteria
peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fra-
tres, qui habitare in vnum concupierunt. K
Iste versus fuit tuba ipsorum, Sonuit per
orbem terrarum, & qui diuisi erant, cōgre
gati sunt in vnum. Clamor dei, clamor spi
ritus sancti, clamor propheticus non audie
batur in Iudæa, & auditus est in orbe ter-
rarum. Aduersus istum sonum surdi erāt, Esa. 65.
inter quos cantabatur, & apertis auribus
inuenti sunt, de quibus dictum est, Qui-
bus non est nunciatum de illo videbunt,
& qui non audierunt intelligent. Verun-
tamen dilectissimi si consyderemus de il-
lo parietc circumcisionis, prius nata est ista
benedictio. Non enim omnes Iudæi pe-
rierunt. Et vnde Apostoli filij Prophetā-
tarum, filij excussorum? Si iam scien- Ps. 126.
tibus loquimur. Vnde illi quingenti qui do- 1. Co. 15
minum post resurrectionē viderūt, quod
commemorat Apostolus Paulus? Vnde Acto. 1.
illi centum viginti, qui simul erant in vno Acto. 1.
loco post resurrectionem domini, & ascē
sionem in cœlum, quibus in vno loco con
stitutis superuenit spiritus sanctus die pen- L
tecostes missus de cœlo, sic missus sicut
promissus? Omnes inde erant, & ipsi pri-
mo habitauerunt in vnum, qui omnia quę
habebant vendiderunt, rerumque suarum Acto. 4.
precia ad pedes Apostolorum posuerunt,
sicut in Actibus Apostolorum legitur. Et
distribuebatur vnicuique sicut cuiq. opus
erat, & nemo dicebat aliquid proprium,
sed illis omnia cōmunia. Et quid est, in
vnum? Et erat illis, inquit, anima vna
& cor vnum, in deum. Ergo ipsi prius
audierunt, Ecce quàm bonum, & quàm
iocundum habitare fratres in vnum. Pri
mi audierunt, sed non soli audierunt. Non
enim vsque ad illos ista dilectio & vnitas
fratrum. venit enim & ad posteros ista cha
ritatis exultatio, & votum deo. Vouetur
enim aliquid deo, & dictum est, Voue-
te & reddite, domino deo vestro. Me-
lius est autem non vouere, & reddere,
quàm vouere, & non reddere. Sed debet
esse impiger animus, vt & voueat & red
dat, ne cum se minus idoneum putat ad
reddendum, piger sit ad vouendum. Pla-
ne nunquam reddet, si de suo se putauerit

redditurum. Ex voce huius psalmi appellati sunt & monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet catholicis. Q̃ vos recte hęreticis de Circũcellionibus insultare cę peritis, vt erubescendo saluentur, illi vobis insultant de monachis. Primo si comparãdi sunt vos videte, si verbis nr̃is opus est, iam laboratis, non opus est, nisi vt admoneam vnunquemq. vt attendat, solum attendat & comparet. Quid opus est vt verbis nostris cõparent̃ ebrioſi cũ sobrijs, prę cipites cũ consyderatis, furentes cum simplicibus, vagantes cum congregatis? Sed tñ dicere consueuerunt: quid sibi vult nomen monachorum? Quando melius dicimus nos: quid sibi vult nomen Circellionum? Sed non, inquiunt, vocantur Circelliones, forte corrupto sono nominis eos appellamus. Dicturi sumus vobis integrũ nomen ipsorum. Forte Circũcelliones vocantur, non Circelliones. Plane si hoc vocantur, exponant quid sint? Nam Circũcelliones dicti sunt, quia circum cellas vagantur. Solent.n.ire hac atque illac, nusquam habentes sedes, & facere quæ nostis, & q̃ illi norunt, velint nolint. Veruntamen charissimi, sunt & qui monachi falsi sunt. Et nos nouimus tales, sed non perijt fraternitas pia propter eos qui profitentur quod nõ sunt. Tam sunt enim monachi falsi, q̃ & clerici falsi, & fideles falsi. Omnia ista tria genera fratres mei, quæ aliquando vobis commendauimus, & ut puto non semel, habent bonos suos, habent malos suos. De tribus enim ipsis generibus dictũ est, Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur: Et duo in lecto, vnus assumet̃, & vnus relinquetur: Et duæ in molendino, vna assumetur, & vna relinquet̃. In agro sunt, q̃ gubernant ecclesiam. Vñ dicit Apostolus, videte si nõ in agro erat, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incremẽtum dedit. In lecto autem eos intelligi voluit, qui amauerunt quietem: per lectum.n.quietẽ voluit intelligi, nõ se miscentes turbis, nõ tumultui generis humani, in ocio seruientes deo: & inde tamen vnus assumetur, & vnus relinquetur. Sunt ibi probi, & sunt ibi reprobi. Ne expauescatis quando ibi intiuntur reprobi. Nam & latent quidã, qui non inueniuntur nisi in finem. Duæ item in molendino ex nomine generis fœminini appellauit, plebes.n.intelligi voluit. Quare in molendino? Quia in isto mundo versantur, vbi molendinum intelligitur, quia sic vertitur mundus iste qũo mola: vę enim quos conterit. Sic ibi versantur fideles boni, vt vna ex eis consumatur, altera assumatur. Quosdã enim actiones mundi faciunt dilectores seculi, fraudatores, simulatores: Alij autem sic ibi sunt quomodo ait Apostolus, Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes sunt. Præterit.n.figura huius mundi, Volo vos sine sollicitudine esse. Audis quæ assumentur de molendino? Certe.n.multa peccata videntur ad diuites pertinere. Cũ.n.plus agunt, & plus administrãt, & plus ad eos pendet res familiaris ampla, difficile est vt non plura peccata cõtrahant. Et de illis dictum est, Quia facilius est intrare camelum per foramen acus, q̃ diuitẽ in regnũ cœlorum. Et cum contristati essent discipuli pro illis, de quibus iam desperabãt, cõ solatus est eos dominus dicens, Quę hominibus impossibilia sunt, deo facilia sunt. Qũo autẽ illud facilè facit deus? Audi Apostolum, si non negligas quod præcepit, Præcipite, inquit, diuitibus huius seculi, non superbe sapere. Inuenis.n.pauperem superbientem, diuitem humilem, Christianum bene consyderatum, quia illa omnia prætereunt & præterfluunt, quia nihil attulit in hunc mundum, nihil põt de mundo aufferre, cogitantem quemadmodum diues ille qui ardebat in flãma apud inferos, guttam sibi distillari de digito desyderauit eius qui micas de mensa eius cõcupierat. Cogitantes ista, faciunt quod ait Apostolus, Neq. sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui prẽstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Diuites sint, inqt, in operibus bonis, facile tribuãt, communicent, thesaurizent. Et quid inde illis lucri? Thesaurizent sibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehẽdãt veram vitam. Ecce quę assumetur de molẽdino. Qualis autem diues ille erat qui induebatur purpura & byſso, & epulabatur quotidie splendide, & iacentem ad ianuam suã pauperem contemnebat? Relinquetur, q̃ a de molendino vna assumetur, & vna relinquet̃. Sic dicit & Ezechiel de tribus personis, in quibus non absurde tria hæc genera intelligimus. Cũ miserit dominus gladiũ in terra, & si fuerint in medio eorũ Noe, Daniel & Iob, nõ liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli salui erunt. Iam illi olim liberati

liberati sunt, sed in istis tribus nominibus tria genera quædam significauit. Noe significat rectores ecclesiæ, q̃a ipse arcam in diluuio gubernauit. Daniel autem vitam quietam elegit in cœlibatu seruire deo, id est, vxorem nõ quærens. Erat vir sanctus in desyderijs cœlestibus vitam gerens, tentatus in multis, & inuentus aurum obryzum. Quàm quietus erat, qui & inter leones securus erat? Ergo in nomine Danielis q̃ etiam vir desyderiorum est appellatus, sed vtique castrorum atque sanctorum, significãtur serui dei, de quibus dicitur, Ecce q̃ bonum & q̃ iocundũ habitare fratres in vnum. In nomine Iob siguificatur vna illa de molendino quæ assumetur. Habebat.n.vxorẽ, habebat filios, habebat multas diuitias: & tam multa habebat in isto seculo, vt diabolus hoc ei obijceret, quia nõ gratis sed propter ea q̃ acceperat colebat deum. Hoc obiecit aduersarius sancto viro, & in tentationibus suis probatus est q̃ gratis Iob coleret deum, & non propter illa quæ acceperat, sed propter eum q̃ dederat. Amisis itaque omnibus repentina afflictione & tentatione, amissa hæreditate, amissis hæredibus, sola cõiuge sibi relicta non ad consolationem, sed ad tentationẽ, ait quod nostis, Dominus dedit, dñs abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Impletũ est in eo quod quotidie cantamus, si & moribus consonemus, Benedicam dominum in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Ergo in istis tribus bominibus significata sunt tria genera hominũ, & in illis tribus rursus in Euãgelio q̃ cõmemoraui. Quid ergo dicunt illi qui nobis de nomine monachorum insultant? Fortasse dicturi sunt, Nostri nõ vocantur Circumcelliones: vos illos ita appellatis contumelioso nomine, nam nos eos ita non vocamus, Dicant q̃d eos vocẽt, & audietis, Agonisticos eos vocãt. Fatemur & nos honesto nomine, si & res cõueniret. Sed interim illud videat sanctitas vestra, Qui nobis dicunt, ostendite vbi scriptum sit nomen monachorũ, ostẽdant vbi scriptum sit nomen Agonisticorum. Sic eos appellamus, inquiunt, ꝓpter agonem. Certant.n.illi, & dicit Apostolus, Certamen bonum certaui: quia sunt q̃ certant aduersus diabolum & prævalent milites Christi, Agonistici appellantur. Vtinam ergo milites Christi essent, & nõ milites diaboli, à quibus plus timetur deo laudes, q̃ fremitus leonis. Hi etiam insultare nobis audent, q̃a fratres cum vident homines, deo gratias dicunt, Quid est inquiunt, deo gratias? Ità ne surdus es vt nescias quid sit deo gratias? Qui dicit, deo gratias, gratias agit deo. Vide si non debet frater deo gratias agere, q̃ videt fratrem suum. Non.n.non est locus gratulationis, q̃ se inuicem vident qui habitant in Christo? Et tamẽ vos, deo gratias nostrũ ridetis, deo laudes vestrũ plorãt homines. Sed certe reddituri estis rationem de nomine quare appelletis Agonisticos. Ita fiat vt appellatis: ita fiat, omnino fauemus. Præstet dominus vt illi contra diabolum certent, & non contra Christum cuius persequuntur ecclesiam. Tamen quia certant, dicitis Agonisticos, & inuenistis vnde appelletis, quia dixit Apostolus, Bonum agonẽ certaui. Quare ergo & nos non appellemus monachos, cũ dicit Psalmus, Ecce quã bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum: μόνος enim vnus dicitur, Et non vnus quomodocunque, nã & in turba est vnus, sed vnà cum multis dici potest: μόνος nõ potest. i. solus: μόνος enim vnus solus est. Qui ergo sic viuunt in vnũ, vt vnum hominem faciant, vt sit illis vere quomodo scriptum est, vna anima & vnũ cor, multa corpora, sed non multæ animæ, multa corpora, sed nõ multa corda, recte dicit μόνος, id est, vnus solus. Vnde & ille vnus sanabatur in piscina. Respondeant nobis & exponant qui insultant nomini monachorũ, quare ille q̃ inuentus est triginta octo annos habens in infirmitate, hoc respondisset dño: Cum commota fuerit aqua nõ habeo qui me deponat, alius ante me descendit. Descenderat vnus, iã alius non descendebat. Vnus solus sanabatur, vnitatẽ ecclesiæ figurabat. Merito insultãt nomini vnitatis, qui se ab vnitate præciderunt. Merito illis displicet nomen monachorum, q̃a illi nolũt habitare in vnum cum fratribus, sed sequentes Donatum, Christum dimiserunt. Hæc denuo & de vno solo audiuit charitas vestra: iam iocundemur cũ Psalmo vt sequentia videamus. Breuis est, potest à nobis curri quantum dominus suggerit. Puto.n.ex his quæ dicta sunt patere posse quæ sequuntur, quanuis & illa videantur obscura, Ecce quam bonum & quàm iocũdum habitare fratres in vnum.

Ostẽ-

Gene.7. Dani.6. &.14. Dani.6. Mat.24. Iob.1. Ibid. Psal.33. 1.Ti.6. Luc.16. Eze.14. Mat.19. Luc.16. Mat.24. 1.Co.7. Mat.24. 1.Co.3. 1.Ti.6. Acto.4. Ioan.5.

Ostendebat qui dicebat, ecce. Videmus & nos fratres & benedicimus deum, & oramus vt dicamus & nos, ecce. Et cui rei similes sint, dicit Psalmus, Sicut vnguẽtum in capite, quod descendit in barbam barbã Aaron. Quod descẽdit in orã vestimẽti eius.) Aaron quid erat? Sacerdos. Quis est sacerdos, nisi vnus sacerdos qui intrauit in sanctasanctorum? Quis est sacerdos iste, nisi ille qui fuit & victima? Et quis est sacerdos, nisi ille qui cum in mũdo nõ inueniret mũdum quod offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius vnguẽtum, quia totum Christus cum ecclesia. Sed a capite venit vnguentum. Caput nostrum Christus est,
H crucifixum & sepultum, resuscitatum ascẽ
Acto.2. dit in cœlum, & venit spiritus sanctus a capite. Quò? Ad barbam. Barba significat fortes, barba significat iuuenes, strenuos, impigros, alacres. Ideo quãdo tales describimus, barbatus homo est dicimus. Ergo illud primum vnguentum descendit in Apostolos, descẽdit in illos qui primos impetus seculi sustinuerunt. Descẽdit ergo in illos spiritus sanctus. Nam & illi qui primũ in vnũ habitare cœperunt, persecutionem passi sunt. Sed quia descenderat vnguentum in barbam, passi sunt non victi. Etenim & caput iam passum præcesserat vnde descẽdit vnguentum. Præcedente tali exemplo, qs vinceret barbã? Ex illa barba erat Stephanus sanctus. Et hoc est nõ vinci, vt charitas nõ vincatur ab inimicis. Nam visi sunt sibi vicisse qui persecuti sunt sanctos: illi cædebãt, illi cẽdebãtur: illi occidebãt, illi occidebãtur. Quis nõ putaret illos vincere, illos vinci? Sed quia nõ victa est charitas, ideo vnguẽtum descẽdit in barbam. Attẽde Stephanum, Sequiebat in illo charitas, sequiebat in eos cum audirẽt, rogauit pro eis
Acto.7. cum lapidarẽt. Quid.n.ait cum audirent, Dura ceruice & incircũciso corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto? Vide barbam, nunquid adulauit, nunquid
I timuit? Illi cum audirent ista quæ in illos dicebantur, sæuiebant: quasi sæuiebat enim Stephanus, sæuiebat ore, corde diligebat, & non est victa ipsa charitas in eo. Nam illi abhorrentes a verbo, tanquam tenebræ fugientes a lumine, ad lapides currere cœperunt, Stephanum lapidare. Sicut antea Stephani verba lapidabant illos, sic postea lapides eorum Stephanum. Quando debuit plus irasci Stephanus, quãdo lapidabatur, aut quando audiebatur? Ecce mitis factus est cũ lapidaretur, & sæuiebat cum audiretur. Quare sæuiebat cum audiret? Quia mutare volebat eos a quibus audiebatur. Veniẽtibus in se lapidibus nõ victa est charitas, quia vnguẽtum a capite in barbam descẽderat, & audierat ab ipso capite, Diligite inimicos vestros, & orate pro eis Matt.5.
qui vos persequũtur. Audierat ab ipso capite pẽdẽte in cruce & dicẽte, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Eo modo Luc.23.
ergo vnguentum a capite descenderat in barbam, quia & ille cum lapidaretur fixo genu ait, Domine, ne statuas illis hoc pec- Acto.7.
catum. Ergo ille tanq̃ barba erat. Multi.n. fortes erant, & multas persecutiones passi sunt. Sed si nequaquã a barba descẽdisset vnguẽtum, mõ monasteria nõ haberemus: sed quia descẽdit & in oram vestimẽti: sic K
enim ait, quod descẽdit in orã vestimenti eius, secuta est ecclesia de veste dñi, pepit monasteria. Nã vestis sacerdotalis ecclesiã significat. Ipsa est vestis de qua dicit Apostolus, Vt exhiberet sibi gloriosam eccle- Ephe.5.
siam, nõ habẽtem maculam neque rugam. Mũdatur vt nõ hẽat maculã, extẽditur vt nõ habeat rugam. Vbi eã extẽdit fullo nisi in ligno? Videmus quotidie a fullonibus tunicas quodãmodo crucifigi. Crucifigũtur vt rugã nõ habeant. Quid est ergo ora vestimenti? Fratres mei, in oram vestimenti qd accepturi sumus? Ora finis vestimenti est. Quid accepturi sumus in fine vestimenti? An quia in fine temporum habitura erat ecclesia fratres habitãtes in vnum? An in ora perfectionem intelligimus, qa in ora vestimentum perficitur? Et illi perfecti qui norunt habitare in vnum, illi perfecti qui legem implent. Quomodo autem impletur lex Christi ab eis qui habi- Gala.6.
tant fratres in vnum? Audi Apostolum, In uicem onera vestra portare, & sic implebitis legem Christi. Hæc est ora vestimenti, quomodo fratres mei intelligimus quã oram dicat, quò potuit descendere vnguẽ- L
tum? Non puto qp oram vestimenti in lateribus voluit intelligi. Sunt.n. ora in lateribus, sed a barba descendere vnguentum ad oram potuit quæ in capite est vbi aperitur capitium. Tales sunt qui habitant in vnũ, vt quomodo per oras istas intrat caput hominis vt vestiat se: sic per concordiam fraternam Christus intrat qui est caput nostrũ vt vestiat & hæreat illi ecclesia. Quid aliud

aliud dicit? Sicut ros Hermon qui descendit super montem Sion.]Hoc voluit intelligi fratres mei gratiam dei esse qp fratres habitant in vnum, non ex suis viribus, nõ ex suis meritis, sed ex illius dono, sed ex illius gratia, sicut ros de cœlo. Num.n. terra sibi pluit? aut non quicquid genuerit arescit, nisi pluuia desuper descendat? Dicit
Psal.67. quodam loco in Psalmo: Pluuiam voluntariam segregans deus hæreditati tuæ. Quare dixit voluntariam? Quia non meritis nostris, sed illius voluntate. Quid.n. boni meruimus peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Ex Adam Adam, & super Adam multa peccata nascuntur. Quisquis nascitur, Adam nascitur, damnatus de damnato, & addidit male viuendo super Adã. Quid enim boni meruit Adam? Et tũ misericors amauit, & sponsus dilexit non pulchram, sed vt faceret pulchram. Ergo gratiam dei dixit rorem Hermon. Sed Her-
M mon quid sit, nosse deberis, mons est quidã longe disiunctus ab Hierusalem. i. a Sion. Itaque mirum est qp sic ait, Sicut ros Hermon, qui descendit super montem Siõ, cũ mons Hermon longe sit disiũctus ab Hierusalem. Nam trans Iordanem esse dr. Ergo aliquid in interpretatione Hermon q̃ramus. Nomen.n. Hebræum est, & habemus interpretationem ab eis qui illam linguam nouerunt. Hermon interpretari dr lumen exaltatum. A Christo ergo ros. Nã nullum lumẽ exaltatum est nisi Christus. Quomodo exaltatum est? Primo in cruce, postea in cœlo. Exaltatus in cruce cum humiliaretur, sed humiliatio illius nõ potuit nisi alta esse. Hominis dispensatio minor
Ioan.3. minorque fiebat, quæ significabatur in Ioanne: dei dispensatio in domino nostro Iesu Christo crescebat, quod & natalibus eorum ostenditur. Nam ille natus est sicut
Mat.27 &.14. tradit ecclesia octauo calendas Iulias, cum iam incipiunt minui dies: dominus autem natus est octauo calendas Ianuarias, quando iam dies incipiunt crescere. Audi ipsum Ioannem confitentem, Illum oportet crescere, me autem minui. Et passiones ipsorum hoc indicant, Dominus in cruce exal-
A tatus est, ille cæso capite diminutus est. Ergo lumẽ exaltatum Christus, Inde est ros Hermon. Sed quicunque vultis habitare in vnum, optare rorem istum, compluimini inde, alioquin non poteritis tenere qd profitemini: nec profiteri audere poteritis, nisi ille intonuerit: nec permanere poteritis, nisi eius sagina non desit vobis. Ipsa.n. sagina descendit super montem Sion. Iam montes Sion magni in Sion. Quid est Siõ? Ecclesia. Et qui ibi sunt montes? Magni. Quos significant mõtes, hos significat barba, hos significat ora vestimenti, Barba non intelligitur nisi in perfectis. Non ergo habitant in vnum, nisi in quibus perfecta fuerit charitas Christiana. Nam in quibus non est perfecta charitas Christi, & cũ in vno sint, nõ in vnum habitãt: Ergo si sunt, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant cæteros, & quę runt quid de illis dicant, quomodo in iunctura inquietum iumẽtum non solum nõ trahit, sed & frangit calcibus quod iunctũ est: Si autem habet rorem Hermon q descendit super mõtem Sion, quietus est, placatus, humilis, tolerans, pro murmure precem fundens. Nam murmuratores oẽs magnifice descripti sunt quodam loco scriptu- B
rarum, Præcordia fatui sicut rota carri. Ecc.33.
Quid est, præcordia fatui sicut rota carri? Fœnũ portat & murmurat. Nõ.n. põt rota carri quiescere a murmure. Sic sunt multi frẽs, non habitant in vnum nisi corpore. Sed qui sunt qui habitant in vnum? Illi de
Acto.4. qbus dictum est, Et erat illis anima vna, & cor vnum in deũ: & nemo dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia. Designati sunt, descripti sunt, qui pertineant ad barbam, qui pertineant ad oram vestimenti, qui numerentur inter montes Sion: Et si sunt ibi alij murmuratores, meminerint dicti domini, Vnus assumetur & vnus relinquetur. Quoniam ibi manda- Mat.24
uit dominus benedictionem.) Vbi mandauit? In fratribus qui habitant in vnum. Ibi præcepit benedictionem, ibi benedicunt dominum qui habitant concorditer. Nam in discordia non benedicis dominum. Sine causa dicis quia lingua tua sonat benedictionem domini, si corde non dices. Ore benedicis, & corde maledicis. Ore suo bene-
dicebant, & corde suo maledicebant. Psal.61.
Nunquid verba nostra sunt? Significati sunt quidam. Benedicis dominum cum oras, & sequeris in prece tua, & maledicis inimico tuo. Hoc est qnod audisti ab C
ipso domino, diligite inimicos vestros. Si Matt.5.
autem facias vt diligas inimicum tuum & ores pro eo, ibi mandauit dominus benedictionem suam: Ibi habebis Vitã in seculum.]

sum. Id est, in æternum. Multi. n. amantes vitam istam, maledicunt inimicis suis. Pro qua re, nisi pro ista vita, nisi pro commodis secularibus? Vbi te angustauit inimicus tuus, vt cogaris maledicere? In terra angustatus es, migra, habita in cœlo. Quo, inquies, habitabo in cœlo homo carne indutus, carni deditus? Corde præcede, vt prosequaris corpore. Noli surdus audire. Sursum habe cor, & nemo te coangustauit in cœlo. Et ió bene sequitur & alius psalmus:

In Psalmum centesimum tricesimũ tertiũ Enarratio.

ECce nunc benedicite dñm, oēs serui dñi: qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. Quare addidit, in atrijs? Atria ampliora spatia domus intelliguntur. Qui stat in atrijs, non angustat, non premitur, quodammodo delectatur. In latitudine mane, & potes diligere inimicum tuum, quia non ea diligis vbi ab
D inimico angustias pateris. Quo intelligeris stare in atrijs? Sta in charitate, & stas in atrijs. In charitate latitudo est, in odio an-
Rom.2. gustia. Audi Apostolũ, Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. De latitudine autem charitatis quid dicit? Quoniam cha-
Rom.5. ritas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctum qui datus est nobis. Vbi audis diffusionem, intellige latitudinẽ. Vbi audis latitudinem, intellige atria domini, & habebis veram benedictionem domini, quando non maledicis inimicis. Alloquit enim spiritus eos qui patiuntur tribulationem, vt glorientur in tribulationibus, & dicit eis: Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini. Quid est, ecce nunc? In hoc tempore. Nam post transactas tribulationes manifestum est quia benedictioni domini vacabimus: Et dictum est,
Psal.83. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Qui tunc benedicturi sunt sine defectu, hic incipiunt benedicere dominum: Hic in tribulationibus, in tentationibus, in molestijs, inter aduersitates seculi, inter insidias inimici, inter fraudes & impetus diaboli: Hoc est, Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui
E domini, qui statis in domo domini. Quid
Ioan.8. est, qui statis? Qui perseueratis, quia dictũ
Ioan.3. est de quodam qui archangelus fuit & in veritate non stetit: Et dictum est de amico sponsi, Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem spõsi. Ergo q statis in domo domini in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominũ.) Facile est benedicere in diebus. Quid est, in diebus? In rebus prosperis. Nox enim tristis res est, dies res est læta. Quando tibi bene est, benedicis dominum: quãdo filium desyderas, & nascitur, benedicis dominum. Liberata est vxor tua a periculo partus, benedicis dominum. Aegrotabat filius, liberatur, benedicis dominum. Aegrotabat filius, forte quæsisti mathematicum, sortilegum, forte non de lingua, sed de moribus tuis exijt maledictio in dominum, exijt de moribus & de vita tua. Noli gloriari quia lingua benedicis, si vita male dicis. Quomodo, inquis, vita maledico? Quia attenditur vita tua & dicitur, Ecce Christus, ecce quales sunt Christiani. Blasphematur propter te Christus. Ecce cum vita tua maledicat, quid prodest quod lingua tua benedicit? Benedicite ergo dominum. Quando? In noctibus. Quando be-
F nedixit Iob? Quando tristis nox erat. Ablata sunt omnia quæ possidebantur, ablatis filijs quibus seruabãtur, quàm tristis nox? Sed videamus si non in noctibus benedi- Idb.1.
cit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen dom ni benedictum. Quam nox atrox? Percussus vulnere a capite vsque ad pedes, putrefactus liquescebat in se. Tunc enim Eua ausa est eum rentare, Dic aliquid in deum tuum & morere. Audi benedicentem in noctibus. Locuta es, inquit, quasi vna ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non toleramus? Ecce quid est, in noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dñm. Quid dixit Iob? Locuta es tanq̃ vna ex insipiẽtibus mulieribus. Adã Gene.3.
putris repulit Euã tanquã dicẽs, sufficit q̃ Psal.84.
pp te mortalis effectus sum. Valueras in paradiso, sed vinceris in stercore. Magna gratia dei. Sed vnde hoc, nisi quia ros Hermon cõpluerat illã animã, & dederat dñs suauitatẽ, vt terra nostra daret fructũ suũ? In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.) Plures hortatur vt benedicant, & ipse

G ipse vnum benedicit, quia ex pluribus vnũ
Psa.127. fecit: Quia bonum & iocundum est habitare fratres in vnũ: Pluralis numerus frẽs: sed singularis habitare in vnum. Ideo benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram. Nemo vestrum dicat, Ad me non peruenit ista benedictio. Puta, q̃s est, quem benedixit? Benedicat te dominus ex Sion. Vnum benedixit. Esto vnum & in vno, & perueniet ad te benedictio.

In Psalmum cẽtesimum tricesimũ quartũ Enarratio.

VAlde nobis dulce esse debet, & dulce nobis esse gaudendum est, quò nos Psalmus iste cohortatur. Dicit enim Laudate nomen dñi.) Causamque ipsam quare iustum sit vt laudemus nomen dñi, cõtinuo subiecit, Laudate serui dñm. Quid iustius? quid dignius? quid gratius? Etenim si non laudauerint serui dñm, superbi, ingrati, irreligiosi erunt. Et quid faciunt non laudando dominum, nisi vt seuerum sentiant dominum? Neque. n. seruus ingratus si dñm suum laudare noluerit, ideo efficit vt seruus non sit. Laudes, non laudes, seruus es. Sed si laudes propiciabis, si non lau-
H des offendis. Bona ergo exhortatio & vtilis: vnde magis satagere debemus quemadmodum laudandus sit deus, q̃ dubitare laudandum. Laudate ergo nomen domini. Hortatur nos Psalmus, hortatur nos propheta, hortatur nos spiritus dei, hortatur postremo nos ipse dñs vt laudemus dñm. Nõ. n. laudibus nostris ille crescit, sed nos. Deus nec melior fit si laudaueris, nec deterior est si vituperaueris: sed tu laudando bonum melior eris, vituperando deterior: Bonus autem ille manet vt est. Si. n. seruos suos ipsos bene de se meritos, prædicatores verbi sui, rectores ecclesiæ suæ, venératores nominis sui, obtemperatores mandati sui id docet, vt in conscientia sua habeant dulcedinem bonæ vitæ suæ, ne corrumpãtur laudibus, ne frangantur vituperationibus hominum: quanto magis ipse incommutabilis super omnia qui hæc docet, non vtique maior fit si laudaueris, nec minor si vituperaueris? Sed quoniã nobis expedit laudare dominum, misericorditer iubet vt laudemus eum, non arroganter. Audiamus ergo quid dicit, Laudate nomẽ domini, laudate serui dominum. Non aliquid incongruum facitis laudando serui dominum. Et si semper tantummodo serui essetis, deberetis laudare dominum: quã I
to magis debetis laudare dominum serui, vt esse mereamini & filij? Sed quoniã scriptum est in alio psalmo, Rectos decet laudatio: Et item alibi scriptum est, Non est Psal.32.
speciosa laus in ore peccatoris: Itemq̃. ali- Eccle.5.
bi dicitur, Sacrificium laudis glorificauit Psal.49
me: Et ibi via est in qua ostendam illi salutare dei: & consequenter, Peccatori autem dixit deus, Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu autem odisti disciplinam, & p
iecisti sermones meos post te? Ne forte q̃quam quoniam dictum est, laudate serui dominum, et si in domo ista magna fuerit malus seruus, putet sibi prodesse laudẽ dñi, Psl.133.
continuo quales sint qui laudare debeant dominum subijcit & docet. Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri.) Qui statis, non qui ruitis. Illi autem stare dicuntur qui in mandatis eius perseuerãt, qui in fide non ficta, & spe firma, & charitate syncera seruiunt deo, & honorant ecclesiam eius, & non dant offensionem male viuendi eis qui venire volunt, & in via lapides offensionis inueniunt. Ergo qui statis in domo domini, laudate nomen domini. Grati estote ne foris erretis. Quia ergo statis, parum ne est vobis? vbi laudãdus K
est qui vos erexit iacẽtes, & fecit in domo sua stare & ipsum agnoscere ipsumque laudare? Paruum ne hoc beneficium est q̃ stamus in domo domini? Hic interim in hac peregrinatione, in hac domo quod ẽt peregrinationis tabernaculum dicitur, quia hic stamus, nũquid parum grati esse debemus? Nonne cogitandum est quia hic stamus? Nonne cogitandum est quid facti fuerimus? Nonne cogitandum est nobis vbi iacebamus, & quò collecti sumus? Nonne cogitandum est quia omnes impij dominum non quærebant, & ipse illos non quærentes quæsiuit, ipse inuentos excitauit, ipse excitatos vocauit, ipse vocatos introduxit, & in domo sua stare fecit? Hæc quisquis cogitat & ingratus non est, omnino despicit se præ amore domini sui, a quo sibi tanta præstita sunt. Et quoniam non habet quid pro tantis beneficijs deo retribuat, quid ei restat, nisi gratias agere & non rependere? Ad ipsam gratiarum actionem pertinet, & calicem domini accipere & nomẽ eius in- Psa.115
uocare.

nocare. Nam quid retribuat dño seruus, p omnibus quæ retribuit illi? Ergo qui stat is in domo domini in atrijs domus dei nostri, Laudate dñm.) Quid dicturus sum quare laudetis? quoniã bonus dñs.) Breuiter vno verbo explicata est laus dñi dei nostri. Bonus dominus, sed bonus non vt sunt bona quæ fecit. Nam fecit deus omnia bona valde: non tantum bona, sed & valde. Cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt fecit bona, & valde bona fecit. Si hæc omnia bona fecit, qualis est ille qui fecit? Et tñ cum bona fecerit, multoque sit melior qui fecit quàm ista quæ fecit, non inuenies melius quod de illo dicas, nisi quia bonus est dñs, si tñ intelligas proprie bonum a quo sunt cætera bona. Omnia. n. bona ipse fecit: Ipse est bonus quem nemo fecit. Ille bono suo bonus est, non aliunde participato bono. Ille a seipso bono bonus est, nõ adhærendo alteri bono. Mihi autem adhærere deo bonum est: qui non eguit a quo fieret bonus, sed eguerunt illo cætera vt fierent bona. Vultis audire q̃ singulariter ille sit bonus? Dñs interrogatus dixit, Nemo bonus nisi solus vnus deus. Hanc singularitatem bonitatis eius, & præterire breuiter nolo, & commendare congrue non sufficio. Metuo ne si hinc cito trãsiero, ego ingratus inueniar: Item metuo ne hoc cũ explicandum suscepero, sub tanta laudis dñicæ larcina defatiger. Sic tñ fratres accipite me & laudantem & non sufficientem, vt ét si non impletur illius laudis explicatio, acceptetur laudatoris deuotio. Approbet me ipse voluisse, ignoscat nõ impleuisse. Ineffabili dulcedine teneor cum audio bonus dñs: cõsyderatisque omnibus & collustratis quæ foris secus video, q̃m ab ipso sunt omnia, ét cum mihi hæc placent, ad illum redeo a quo sunt, vt intelligam q̃m bonus est dominus. Rursus cum ad illum quantum possum ingressus fuero, interiorem mihi & superiorem inuenio, quia sic bonus est dominus, vt istis non indigeat quo sit bonus. Denique ista non laudo sine illo, illum autem sine istis perfectum, non indigum, incommutabilem, nullius bonũ quærentem quo augeatur, nullius malum timentem quo minuatur inuenio. Et quid dicam amplius? Inuenio in creatura cœlũ bonum, solem bonum, lunam bonam, stellas bonas, terram bonam, quæ gignuntur in terra & radicibus nixa sunt bona, q̃ ambulant & mouentur bona, quæ volitant in aere & natant in aquis bona. Dico & hominem bonum. Homo. n. bonus de bono thesauro cordis sui profert bonum. Dico & angelum bonum qui non est lapsus superbia & diabolus factus est, sed inhæret obediendo ei a quo factus est. Omnia ista dico bona, sed tamen cum suis nominibus, cœlum bonum, angelum bonum, hominẽ bonum: Ad deum autem cum me refero, puto melius nihil dicere q̃ bonũ. Ipse quippe dominus noster Iesus Christus dixit, Homo bonus: Et ipse item dixit, Nemo bonus nisi solus deus. Nonne stimulauit nos ad inquirendum & ad distinguendum q̃d sit bonum, & alio bono bonum, & bonum seipso bonum? Quam ergo bonum est a quo sunt omnia bona? Omitto nullum inuenias bonum quod non ab illo sit bonũ. Bonum bona faciens sicuti est proprie, sic & bonus est proprie. Neque. n. ea quæ facit nõ sunt, aut iniuria illi fit cum dicimus non esse quæ fecit. Quare. n. fecit, si non sunt quæ fecit? Aut quid fecit, si nõ est q̃d fecit? Cum ergo sint & illa quæ fecit, venitur tamen ad illius comparationem tanq̃ solus sit, dixit, Ego sum qui sum. Et dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Non dixit, Dominus deus ille omnipotens, misericors, iustus: Quæ si diceret, vtique vera diceret. Sublatis de medio omnibus q̃bus appellari posset & dici deus, ipsum esse se vocari respondit, & tanquam hoc esset ei nomen, Hoc dices eis, inquit: Qui est, misit me. Ita. n. ille est, vt in eius comparatione ea quæ facta sunt, non sint illi comparanda, quoniam ab illo sunt: Illi autem nõ comparata sunt, quoniam ab illo sunt. Illi enim comparata, non sunt, quia verũ esse, incommutabile esse est, quod ille solus est. Est. n. est, sicut bonorum bonum, bonum est. Cogitate & videte quoniam quicquid aliud laudatis, ideo laudatis quia bonum est. Insanit qui laudat quod non est bonũ, Si laudes iniquum eo ipso q̃ iniquus est, nonne & tu iniquus es? Si laudes furem eoipso q̃ fur est, nõne & tu particeps eris? Si laudes iustum in eoipso q̃ iustus est, nonne & tu habes inde partem laudando? Non enim laudares iustum nisi amares: non amares, si nihil inde haberes. Si ergo quicquid aliud laudamus, ideo laudamus quia bonum est, nulla tibi maior causa & melior & firmior dari potuit quare laudes deum, nisi quia bonus est. Ergo laudate dominum, queniam bonus est. Quandiu dicamus eius bonitatem? Quis corde concipiat aut complectatur quàm bonus sit dominus? Sed & ad nos redeamus, & in nobis illum agnoscamus, & in operibus artificem laudemus, quia ipsum contemplari idonei non sumus. Et si contemplari idonei aliquando erimus, cum fuerit mandatum cor nostrum fide, vt postremo gaudeat veritate: nunc quoniam ipse a nobis videri non potest, opera eius videamus, ne sine eius laude remaneamus: Ergo dixi, Laudate dominum quoniam bonus est. Psallite nomini eius quoniam suauis est.) Forte esset bonus, & suauis non esset, si tibi non daret posse gustare? Talem autem se præbuit hominibus vt etiam panem de cœlo miserit, & filium suum æqualem qui hoc est quod ipse, dederit hominem faciendum, & pro hominibus occidendum vt per hoc quod tu es, gustes quod non es. Multum enim ad te erat gustare suauitatem dei, quia remota erat illa & nimis alta, tu autem nimis abiectus & in imo iacens. In magna ista separatio ne missus est mediator, Non poteras ad deum homo, deus factus est homo, vt quoniam homo potes ad hominem qui non posses ad deum, per hominem venires ad deum, & factus est mediator dei, & hominum, homo Christus Iesus. Sed si homo solum esset, hoc sequendo quod es, nunquam peruenires. Si deus solum esset, non comprehendendo quod non es, nunquam peruenires. Deus factus est homo, vt hominem sequendo quò potes, ad deum peruenias quod non poteras. Ipse est mediator, inde factus est suauis. Quid suauius pane angelorum? Quomodo ergo non est suauis dominus, quando panem angelorum manducauit homo? Non enim aliunde viuit homo, & aliunde viuit angelus: Ipsa est veritas, ipsa est sapiẽtia, ipsa est virtus dei: sed quomodo ea perfruuntur angeli, tu nõ potes. Illi. n. quomodo perfruuntur? Sicuti est, In principio erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum, per quod facta sunt omnia. Tu autem quomodo contingis? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt autem panẽ angelorum manducaret homo, creator angelorum factus est homo. Psallite ergo nomini eius quoniam suauis est. Si gustastis psallite, si gustastis q̃m suauis est dominus psallite, si bene sapit quod gustastis laudate. Quis tam ingratus est vel coquenti vel pascenti, vt cum fuerit pulmẽto aliquo delectatus, non reddat gratiam laudando q̃d gustat? Si de his non tacemus de illo qui dedit omnia tacebimus? Psallite nomini eius quoniam suauis est, & audite iam opera eius. Tendebatis enim vos fortasis videre bonum omnium bonorum, bonum a quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, & bonum quod sine cæteris bonum est: tendebatis vos vt videretis, & forte in extendenda acie mentis vestræ deficiebatis. Hoc enim ex me conijcio, sic patior. Sed & si est aliquis, sicut fieri potest & valde potest, acie mentis fortior me, & contuitum cordis sui diu figit in eo q̃d est, laudet ille vt potest, & quomodo nos non possumus laudet: Gratias tamen illi qui in hoc psalmo temperauit laudem suã, vt & firmorum esset & infirmorum. Nam & in illa missione serui sui Moysi cum diceret, Ego sum qui sum: & dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos: Quia ipsum proprie esse menti humanæ difficile erat capere, & mittebatur homo ad homines, quamuis non ab homine, continuo deus temperauit laudem suam, & hoc de se dixit quod capi dulciter posset, non in eo voluit remanere quod laudabatur, quò non posset laudator attingere, Vade, inquit, dic filijs Israel, Deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob misit me ad vos: hoc mihi nomen est in æternum. Certe domine nomen illud habes, quia & tu dixisti, Ego sum, qui est misit me ad vos: Vnde modo nomen mutasti vt diceres, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob? Nonne tibi videtur ratio eius respondere & dicere, quod dixi, Ego sum qui sum verum est, sed non capis: quod autem dixi, Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, & verum est & capis? Quod enim ego sum qui sum, ad me pertinet: quòd autem deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, ad te pertinet: Et si deficis in eo quod mihi sum, cape quod tibi sum. Et ne forte quisquam putaret illud quod dixit deus, Ego sum q̃ sum, & qui est misit me ad vos, hoc solum æternum ei nomen esse: quòd autem dixit deus, Ego sum deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob, tpale nomẽ esse nõ curauit deus cum dixisset, Ego sum q̃ sum, & qui est

est misit me ad vos, dicere q̃ hoc ei nomẽ sit in æternum, quia & si hoc non diceret intelligeret: Est enim vere est, & eoipso quod vere est, sine initio & sine termino est: Quod vero propter hominem est, ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, ne ibi suboriretur humana solicitudo, quia hoc temporale est non sempiternum, securos nos fecit, quia de tẽporalibus ad æternã vitam nos perducit. Hoc, inquit, mihi nomen est in æternum, non
G quia æternus Abraham & æternus Isaac & æternus Iacob, sed quia deus illos facit æternos postea sine fine. Habuerunt quippe initiũ, sed finem nõ habebunt. In Abraham & Isaac & Iacob totam Ecclesiam eius cogitate, omne semen Israël cogitate, omne aũt semen Israel, non solum quod est ex carne, sed etiam quod est ex fide. Apostolus.n. gentibus loquebatur q̃bus
Gala. 3. dicebat, Si ergo vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, scd̃m promissionem hæredes: Benedicimur ergo oẽs in deo Abrahã & Isaac & Iacob. Arborem quidem benedixit quandã, eamq̃. oliuam creauit, Sicut dixit Apostolus, ipsos patriarchas sanctos vnde efflloruit popolus dei. Sed hæc arbor oliuæ putata est nõ amputata, & inde supbi rami fracti sunt: Ipse est blasphemus &
Rom. 11 impius populus Iudæorum, manserunt tamen rami boni & vtiles: nã inde Apostoli fuerunt. Et cũ ibi rami vtiles relicti essent, p dei misericordiã inserit⁹ est & olea ster gentiũ, cui dicit Apostolus, Tu autẽ cũ esses oleaster insertus es in illis, &
H particeps pinguedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos. Q d̃ si gloriaris, non tu radicẽ portas, sed radix te. Hæc vna arbor est pertinẽs ad Abraham & Isaac & Iacob: & qd̃ plus est, magis ad Abrahã & Isaac & Iacob ptinet oleaster insertus, q̃ rami confracti. Illi enim per fragmentũ iã non ibi sunt, oleaster nõ ibi erat & ibi est. Illi p superbiam frangi meruerunt: iste p humilitatem inseri meruit. Illi amiserunt radicem, iste tenuit eam. Cum ergo audistis Israel, & de Israel pertinẽtem ad deũ, inde nolite vos facere alienos. Oleaster q dem fuistis, sed oliua estis, particeps pinguedinis oliuæ. Nã vultis nosse in Abraham & Isaac & Iacob quomodo sic fit insertus oleaster, ne pntetis vos ad hanc arborem non pertinere, quia non pertinetis carnaliter ad semen Abraham? Dominus quando miratus est fidem Centurionis il- Matt. 8.
lius, qui non erat de populo Israel, sed erat de populo gẽtiũ, Propterea, inqt, dico vobis q̃ multi ab Oriente & Occidente veniẽt. Ecce iam oleaster in manu insertoris, multi ab Oriẽte & Occidẽte venient. Videmus quid ferat inserendum, vbi inserat videamus, & recumbent, inquit, cũ Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. Videmus & quid inseruit, & vbi inseruit. De ramis supbis naturalibus quid dicit? Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Res pronunciata, res impleta. Ergo psallite domino quoniam suauis est, & attẽdite quæ circa nos fecit. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi.] Laudate, psallite, quoniam fecit ista. Talia dico quæ capere valeatis. Cæteras gentes sub angelis posuit: Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi. Gentẽ suam fecit agrum quem coleret, quem ipse seminaret. Quanuis ipse omnes gentes condiderit, cæteras angelis commisit, sibi istam possidendam seruandamq̃. deputauit: Hunc populum, hunc Iacob: Merito illius, an gratia sua? De nondum natis ait, Rom. 9.
Maior seruiet minori. Apostolus dixit q̃ meritum habere nondum nati potuerũt, antequam quisquam eorum egisset aliquid boni aut mali. Non ergo se extollat Iacob, non glorietur, non suis meritis tribuat. Ante est ptæcognitus, ante prædestinatus, ante electus, non suis meritis electus, sed gratia dei inuentus & viuificatus. Sic & omnes gentes. Nam vt in Rom. 11
sereretur quid meruit oleaster, amaritudine baccarum sterilitate syluestri? Lignũ quippe erat syluæ non agri dominici, & tamẽ ille per misericordiam suam & oleastrum inseruit in oliuam. Sed adhuc non erat insertus oleaster, quando dominus elegit sibi Iacob Israel in possessionem sibi. Et quid Propheta? Quoniam ego cognoui quoniã magnus est dominus.) Mente volante ad superna, erecta à carne, transcendente creaturam, cognouit quia magnus est dominus. Non omnes possunt videndo cognoscere, laudant quod fecit, quoniam suauis est. Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi. Et hic illã laudas: Nam & ego cognoui, quia magnus est 2. Co. 11
dominus. Propheta loquebatur qui intrauit in sanctuarium dei, qui audiuit forte ineffa-

bilia verba quæ non licet homini loqui, qui dixit quod posset ab hominibus dici, & tenuit apud se quod non posset dicere. Ergo & audiatur ad quod possumus, & credatur ad quod non possumus. Ad quod possumus audiatur, quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi: Ad quod non possumus credatur, quia ipse cognouit q̃ magnus est dominus. Si illi diceremus, rogamus te, explica magnitudinem illius, nõne forte respõderet nobis, non est valde magnus quem
I videos, si à me poterit explicari? Redeat ergo ad opera eius & dicat nobis: Habeat ipse in conscientia magnitudinem domini, quam vidit, quã nobis credendã commendauit, quã nostros oculos perducere non potuit, & enumeret quædam q̃ hic dominus fecit, vt & nobis, qui magnitudinem illius sicut ille videre non possumus, dulcescat operibus suis q̃ capere possimus. Quia ego, inqt, cognoui q̃ magnus est do
Co. 8. minus. Et deus noster sup omnes deos.) Quos deos? Sicut dicit Apostolus, Etsi sunt qui dicãtur dij in cœlo & in terra sicut dij multi & domini multi, nobis tamen vnus est deus pater, ex quo omnia & nos in ipso, & vnus dominus noster Iesus Christus, p quem omnia & nos p ipsum.
Psal. 81. Dicantur dij homines: dictum est enim, Deus stetit in synagoga deorum: dictum est. Ego dixi dij estis & filij altissimi omnes: nõnne sup homines deus? Sed quid magnũ si super homines deus? Et super angelos deus, quia angeli non fecerunt deũ,
M angelos fecit deus, & necesse est super omnia quæ fecit, sit ipse qui fecit. Cognoscens ergo magnitudinẽ domini iste, & videns eũ super omnem esse creaturam, non tantum corporalẽ sed etiam spiritalem, Rex magnus, inquit, super omnes deos. Ipse est
Psal. 113. summus deus, qui sup se nõ habet deum. Opera eius dicat, ipsa capiuntur. Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra, & in mari, & in omnibus abysis.) Quis autem comprehendat hæc? Quis enumeret opera domini in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abysis? Si comprehẽdere omnia nõ possumus, tamẽ omnia inconcusse credere & tenere debemus, quoniã quicquid creaturarũ in cœlo, q c q d in terra, q cquid in mari & in omnibus abysis, a domino factũ est, quia omnia q̃ voluit in cœlo & in terra & in mari & in omnibus abysis, sicut iã diximus, Non omnia q̃ fecit coactus est facere, sed omnia q̃cunque voluit fecit. Causa omnium quæ fecit, volũtas eius est. Facis tu domũ, quã si nolles facere, sine habitatione remaneres, Necessitas coegit te facere domum, nõ libera voluntas. Facis vestem, quia si nõ faceres, nudus ambulares. Ad faciendã ergo vestem necessitate duceris, nõ libera voluntate. Conseris montem vitibus, semen spargis, q a nisi feceris, alimento nõ habebis. Omnia hæc necessitate facis: Deus bonitate fecit, & nullo quod fecit eguit: ideo omnia quæcunque voluit fecit. Putas habemus & nos quod libera voluntate faciamus? Ea.n. quæ diximus, ex necessitate facimus: q a si non faceremus, egentes & inopes remaneremus. Inuenimus aliquid quod libera volunta e faciamns? Inuenimus planè, cum ipsum deum amando laudamus. Hoc.n libera voluntate facis, qñ amas quod laudas: nõ.n ex necessitate, sed quia placet. Vnde iustis & sanctis dei placuit deus & flagellans eos. Quã do iniquis omnibus disp. icet, placuit illis, & sub flagello eius, in ærumnis, in laboribus, in vulneribus, in egestate constituti laudauerunt deũ. Non eis displicuit nec torquens: Hoc est, grat s amare, non quasi ,pposita acceptione mercedis, quia ipsa merces tua summa deus ipse erit quẽ gratis diligis: & sic amare debes, vt ipsum pro mercede desyderare nõ desinas, qui solus te facier, sicut Philippus desyderat cum diceret, Ostẽde nobis patrem, & sufficit no- Ioã. 14.
bis. Merito, q a hoc de libera voluntate facimus, & de libera voluntate facere debemus, quia delectati facimus, dehinc amando facimus: q a & ipsi corripimur ab isto, nobis nunquam displicere debet, q a semp iustus est. Hoc dixit ille laudator eius, In me sunt deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Et alio loco, Voluntarie sa- Psal. 55.
crificabo tibi. Quid est voluntarie sacrificabo? Voluntarie laudabo te, quia sacrifi- Psal. 49.
cium laudis, inquit, glorificabit me. Si co- B
gereris offerre domino tuo sacrificiũ gratum illi acceptum, sicut antea vouebãtur sacrificia in vmbra futurorum, fortè non inuenires in grege tuo placitum taurum, in capris hircum aræ domini dignum, nec in ouili tuo arietem dignum ad victimã domino tuo, & non inueniens satageres quid faceres, & diceres fortè deo: volui &

1. se. dis. 45. hæc itaque.

non habui. Nũquid potes de laude dicere, volui & nõ habui? Ipsum voluisse, laudasse est. Non enim verba à te quærit deus, sed cor. Neque.n. potest quisquã dicere, & linguam nõ habui. Si quis obmutescit aliqua valitudine, linguam nõ habuit, & tamẽ laudem habuit. Si.n. deus aures carnales habe ret, & sono tui corporis indigeret: & idcir co cum remansisses sine ligua, sine laude ẽt remaneres. Núc vero qa cor quærit, cor inspicit, intus testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator, sufficit vt offeras volũ-

Ro. 10. tatem. Cum potes, ore cõfitere ad salutem: cum autem nõ potes, corde crede ad iustitiã. Corde laudas, corde bũdicis, corde in aram cõsciẽtiæ victimas sacras imponis: &

Luc. 2. respõdetur tibi, Pax in terrs hominibus bo C næ volũtatis. Ille igitur deus quis ops est in cœlo & in terra, omnia quæcunque vo luit fecit, tu in domo tua nõ facis omnia q̃ vis. Ille in cœlo & in terra omnia quęcun que voluit fecit, tu fac vel in agro tuo omnia quæ vis. Multa vis, & nõ potes in domo tua facere omnia quæ vis. Contradicit forte vxor, cõtradicũt filij, aliquando & seruulus contumacia cõtradicit, & nõ

Gala. 5. facis quod vis. Sed facio, inquis, quod volo, quia in nõ subdito ac cõtradicente vindico. Nec hoc facis cũ vis, aliquãdo vindicare vis & nõ potes, aliquando minaris, & antequam facias quod minaris moreris. Putamus in teipso facis quod vis? Frenas omnes cupiditates tuas? Forsitan frenas, nũquid efficis ipse vt cupiditates non surgant quas frenas? Certe enim hoc vis, non titillari molestia cupiditatum tuarum: & tamen caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis. Tu inteipso non facis quod vis, deus autem noster in cœlo & in terra omnia quæcũque voluit fecit, ipse tibi dat gratiam, vt in teipso facias quod vis: nisi enim ipso adiuuante, nec in te facis quod vis.. Etenim cum ille scilicet Paulus non faceret in se quod vellet, idcirco quia caro D concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, vt nõ ea quæ vultis faciatis, cum de se ipse gemeret dicens, Cõ-

Rom. 7. delector legi dei secundum interiorem hominem, video aũt aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis, quia non solum in domo sua, nec solum in agro suo, sed in carne sua vel in spiritu suo non impleuit, quæ volebat, clamaui ad deum qui omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terræ, & dixit, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et ille bonus, & ille suauis tanquam responderet ei, continuo subiecit, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hanc ergo suauitatem amate, hanc suauitatem laudate. Intelligite deum qui omnia quæcunque voluit fœcit in cœlo & in terra, ipse & in vobis faciet quod vultis, & ipso adiuuante voluntatem vestram implebitis. Sed dum non potestis, confitemini: cum poteritis, gratias agite. Iacentes clamate, erecti superbire nolite. Ille ergo in cœlo & in terra omnia quęcunque voluit fecit, in mari & in omnibus abysis. Suscitans nubes ab extremo terræ.) Videamus ista opera domini in eius creatura. Veniunt enim nubes ab extremo terræ ad mediũ, & pluunt, vnde resurrexerint nescis. Ergo indicat illud ꝓpheta ab extremo terræ, siue ab imo, siue à circundatione finium terræ. Vnde vult excitat nubes, tamen à terra. Fulgura in pluuiam fecit.) Nam fulgura siue pluuia terrerent te, & nihil tibi darent. Fulgura sunt, contremiscis: pluit, gaudes. Fulgura in pluuiam fecit: qui terruit, ipse vt gauderes refecit. Qui educit ventos de thesauris suis.) Ab occultis causis vnde nescis. Quia enim flat ventus sentis, quia causa flat, vel de quo thesauro rationis eductus Hie. 10. sit nescis: debes deo tamen pietatem credẽdi, quia nõ flaret nisi iussisset ille qui creauit. Videmus ergo hęc in creacura ista, laudamus, miramur, benedicimus deũ. Videamus quæ fecit in hominibus propter populum suum. Qui percussit primogenita Ae Exo. 11 gypti.] Etenim illa diuina dicta sunt quæ amares, & non erant dicta quæ timeres. Attende, quia & quando irascitur facit qđ Psal. 77. vult. Percussit primogenita Aegypti, Ab & 135. homine vsque ad pecus. Immisit signa & prodigia in medio tui Aegypte.) Nostis, legistis quanta per Moysen fecerit manus F domini in Aegypto ad terrendos, ad contundendos, ad deijciendos superbos Aegyptios, in Pharaonem & in omnes seruos eius. Parum est in Aegypto: quid postea-

Num. 21 quam eductus est inde populus? Qui percussit gentes multas.) Quę possidebant terram, quam volebat deus dare populo suo. Et occidit reges fortes. Seon regem Amorrhæo-

Amorrhæorum & Og regẽ Basan, & omnia regna Chanaam.) Omnia ista quomo-
Psa. 13 do commemorat breuiter psalmus, sic ea legimus in alijs libris dominicis, & magna ibi manus domini. Quando tu vides quæ facta sunt in impios, caue ne fiant in te. Ad hoc enim in illos facta sunt, vt tu transires, & eos non imitareris. Tamen vide quia flagellum domini est super omnẽ carnem. Ne putes te non videri quãdo peccas, ne putes te contemni, ne putes dominum dormire: attende exempla beneficiorum dei cum ea recolis, & cum vindictam dei recolis time. Omnipotens est, & ad cõsolandum, & ad castigãdum: ideo sunt ista vtilia cum leguntur. Quando autem pius videt qđ passus ẽ impius, purgat se ab omni impietate, ne veniat & ipse in talẽ pœnã, taléque vindictã. Bñ ergo hæc accepistis: G quid deinde fecit deus? Expulit impios: Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel seruo suo.) Deinde exultatio laudis eius, Domine nomen tuum in seculum.) Post ista omnia quæ fecisti. Quid enim video quæ fecisti? Inspicio creaturã tuam quam fecisti in cœlo, inspicio hanc in parte vbi habitamus, & hinc video beneficia tua nubium, ventorum, pluuiarum. Populum tuum attendo, Eduxisti eos de domo seruitutis, & signa & prodigia fecisti inter inimicos eorum: punisti eos quos molestos patiebantur, impios de terra sua iecisti, reges eorum occidisti, terram eorum populo tuo dedisti. Vidi omnia, & impletum est os meum laude: dixit, Domine, nomen tuum in secula.

Expositio mystica.

HAec quidem ad literam quomodo scripta sunt videmus, nouimus, laudamus. Si autem aliquid significẽt, Psa. 113. non sim onerosus dum explico vt potero. Ecce in ipsis hominibus potium agnoscere, quia in cœlo & in terra omni quæcunque voluit, fecit. Cœlum enim æthereum spiritales accipio, terram carnales, & de his duobus tanquam cœlo & terra constat Ecclesia dei, & ad spiritales pertinet prædica H tio, ad carnales ptinet obsecundatio. Nã & Psal. 18. cœli enarrant gloriam dei & facta manuũ Col. 3. annunciat firmamentum. Si autẽ terra dei nõ eẽt plebs dei, nõ diceret Apostolus, Dei ædificatio, dei agricultura ẽstis, sicut sapiẽs architectus fundamẽtum posui, alius super- 1. Co. 3. redificat. Ergo ædificiũ dei sumus, & ager dei sumus. Quis, inquit, plantat vineam, & de fructu eius nõ percipit? Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed deus incremẽtum dedit. Ergo & in Ecclesia sua, & in ꝑdicatoribus suis, & in plebibus suis, tãquam in cœlo & in terra omnia quæcũq. voluit fecit. Parũ est eis, In omnibus abysis, omnia quæcũq. voluit fecit. Mare sunt, oẽs infideles, oẽs nõ dum credẽtes, & in eis omnia quæcunque voluit fecit. Nõ.n. fœuiũt infideles, nisi permittãtur, aut vindicat in eos quãdo puer si sunt, nisi vt iusserit ille qui fecit oẽs gentes, putas qa mare est & nõ terra, nũquid ideo à potestate dei omnipotẽtis alienum est? Et in mari & in omnibus abysis quæ voluit fecit. Qui sunt abyssus? Latẽtia corda mortalium, profundæ cogitationes hominum. Quomodo & ibi facit deus quod Psal. 10. vult? Quia dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatẽ, odit I animam suam. Et vbi illũ interrogat? Ali- Sapiẽ. 1. bi scriptum est, In cogitationibus impij interrogatio erit. Ergo & in omnibus abysis omnia quæcũque voluit fecit. Latet cor bonum, latet cor malum, abyssus est & in corde bono & in corde malo, Sed hæc nuda sunt deo, quem nihil latet. Consolatur cor bonũ, torquet cor malum. Omnia ergo quæ voluit fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abysis. Suscitans nubes ab extremo terræ.) Quas nubes? Prædicatores verbi veritatis suę. De quibus nubibus alio loco irascens vineæ suæ di- Esaia. 5. cit, Mandabo nubibus meis ne pluant super illam imbrem. Et parum est excitasse nubes de Hierusalem vel de Israel, quas Psal. 18. misit prędicare Euangelium suum in toto orbe terrarum: de quibus nubibus dictum est, In omnem terram exiuit sonus Mat. 24. eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Parũ est hoc: sed quia ipse dñs ait, Prędicabitur hoc Euangelium regni in toto orbe terrarum in testimoniũ omnibus gentibus, & tunc veniret finis: excitat nubes ab extremo terrę. Nam crescente Euangelio, vnde erant prædicatores euangelij in finibus terrę, nisi ibi excitet nubes ab extremo terræ? De ipsis aũt nubibus qd operat? Hie. 10. Fulgura in pluuiã fecit.] Minas ad miseri- K cordiã flexit, de terrorib. irrigauit. Quo de terroribus irrigauit? Qñ tibi minatur

deus per Prophetam & per Apostolum,& times,nõne coruscatio terruit te? Sed cũ pœnitendo corrigeris & agnoscis hoc misericordia fieri,in pluuiã vertitur fulguris terror. Qui educit ventos de thesauris suis.) Eosdem puto ꝓdicatores & nubes & vẽtos:nubes propter carnem, ventos propter spiritum. Nubes.n. videtur,venti sentiuntur,& nõ videntur. Denique quoniã carnem videmus esse de terra: nubes,in-
Ioan. 5. quit,excitat ab extremo terræ. Expresit
Exo. 12 vnde excitet nubes,venit ad ventos, quia spũs hominis ignoratur vnde veniat. Producens,inquit,ventos de thesauris suis. Pau-
Psal.77. lulũ attendite,cætera videamus. Qui per-
Ps. 135. cussit primogenita Aegypti,ab homine vsque ad pecus.] Primogenita nostra salua sint in dño,qm̃ ipse ea dedit nobis. Molesta aũt pœna est, & nimium terribilis plaga mors primogenitorũ. Quæ sunt primogenita nr̃a? Mores isti nostri, quibus nũc seruimus deo, ipsa sunt primogenita nr̃a. Primitias.n. habemus ipsam fidẽ, vnde incipimus. Ecclesiæ quippe dictũ est, Et venies & ꝓtransies ab initio fidei: & nemo incipit bene viuere,nisi à fide. Fides ergo nostra in primo genitis nostris est. Quando custoditur fides nostra,cætera subsequi possunt. Nam qũ purgãtur homines quotidie proficiendo in melius,meliusq. viuẽdo,ipso interiore homine renouato de die
2.Co.4. in diem,sicut dicit Apostolus, Et si exterior noster homo corrũpitur, interior autẽ renouatur de die in diem, ideo fit quia primogenita fides viuit: de qua primoge-
Rom.8. nita fide & Apostolus ait,Non solum autem̃, sed & nosipsi primitias spũs habentes.i.dantes iam deo primitias spiritus nostri,hoc est, ipsam fidem tanq̃ primogenitanostra, tũ in nobis metipsis ingemiscimus, adoptionem expectãtes redemptionẽ corporis nostri. Si ergo magna dei gratia est,vt conseruetur fides nostra, magna pœna est occidere primogenita,qũ homines in afflictione Ecclesiæ constituti perdunt fidem. Affligunt.n. Ecclesiam vt pdant fidẽ: nam & ipsa Aegyptus afflictio interpretatur. Quicunque ergo affligunt Ecclesiã, quicunque scandala Ecclesiæ immittũt,etsi Christiani appellantur,moriũtur primogenita eorum. Erunt infideles,
M & erunt inanes, habentes tm̃ nomen & signũ,in corde aũt primogenitũ suũ sepelierũt,vsqueadeoꝯ vt qũ eis aliq̃d dixeris ꝓp bonã vitam,ꝓp spẽ vitæ æternæ,& ꝓpter timorem ignis æterni, apud se subsannẽt: aut si tales sunt vt audeãt coram te, os torqueãt & dicãt, quis huc inde reuersus est: dicunt sibi homines quod volũt: Et Christianus est, sed quia affligens occisus est primogenitus eius, mortua est fides eius, & hoc ab homine vsque ad pecus. Dicam fratres quod sentio, Homines intelligas spiritaliter significari tanquam doctos,ꝓp rationalem animam quod est homo: pecora vero indoctos, sed tamen habentes fidem:nam nõ haberent primogenita. Sunt docti q affligunt Ecclesiam, schismata & hæreses faciendo. Proinde nec in illis inuenis fidem, qm̃ facti sunt Aegyptus.i. afflictio populo dei. Occisa sunt primogenita eorum,trahunt post se turbas indoctas, ipsa sunt pecora. In hac ergo afflictione, qua Ecclesia affligitur, moritur in affligen tibus fides, moriuntur primogenita & in ipsis doctis & indoctis, quia occidit deus primogenita Aegyptiorũ ab homine vsque ad pecus. Immisit signa & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius:] Pharao rex Aegyptiorum. Nomẽ attendite,& videte quemadmodum ista faciat deus. Rex in omni gen- A
te prior est. Aegyptus afflictio est, Pharao dissipatio. Afflictio ergo regem habet dissipationẽ. quia illi qui affligunt Ecclesiam,dissipati affligunt. vt.n. affligant dissipantur, qm̃ rex ducit, populus sequitur. Præcedit dissipatio,sequitur afflictio. Audite, audite nomina hæc interpretatione typica & sapientia plena. Nec vnum inuenis ex istis omnibus quod boni aliquid interpretetur, vbi exercuit deus iram suam: Percussit gentes multas, & occidit reges fortes.] Die quos reges & quas gẽtes? Seõ Num.21
regem Amorrhæorum.) Audite nomina grauida sacramentis. Seon regem,inquit, Amorrhæorum occidit. Occidit planẽ: & nunc occidat à cordibus seruorum suorũ, & à tentationibus Ecclesiæ suæ, nec esset manus eius in occidendis talibus regibus & talibus populis: interpretatur.n. Seon tentatio oculorum: Amorrhæi interpretantur amaricantes, Iam hic videte si intelligere possumus quomodo amaricantes regem habeant tentationem oculorũ. Tentatio oculorum non est nisi mendacium oculorum: habet regem mendacem, veritatem non habet. Iam quid mirum est si ama-

B si amaricãtes talem habeãt regem, mẽdacẽ regem? Nisi enim mẽdacium & simulatio præcedat, nõ sunt amaricãtes in Ecclesia: inde enim amaricãt,quia fingũt. Præcedit tẽtatio oculorum,amaricatio sequitur. Et
1.Co.11 in ipso diabolo præcesit. Nã si tẽtatio oculorum nõ est,quomodo transfigurat se velut in angelum lucis? Occidat manus domini & illum & illos: illum ne inducat,illos vt corrigãtur. Etenim in vnoquoq. homine occiditur ille rex, quãdo damnat simulationem,& diligit veritatem. Manus dei nõ quiescit id agere:nam quemadmodum egit ad aliteram tũc,sic agitur nũc spiritaliter,vt impleat nũc quod tunc prophe
Num.21 tice prænunciauit. Occidit etiam alium regem & alium populum eius. Et Og regẽ Basan.) Et hic quàm malus? Og interpretatur cõclusio: Basan interpretatur confusio. Malus est rex ille,qui intercludit viam ad deum. Hoc enim agit diabolus, semper opponendo figmẽta sua, opponendo idola sua, opponẽdo se necessarium per arreptitios,sortilegos,augures,aruspices, magos, sacra dæmoniorum cõcludit viam. Quomodo p Christum id agitur vt pateat via quæ fuerat intercluſa, nam per eum rdẽ-
Psal.17. ptus quidam dicit, Et in deo meo transgre-
C diar murum: sic diabolus modo nihil aliud agit nisi vt intercludat viam ne credat in deũ: si enim credat in deũ,patet via,& ipse
Ioã.14. Christus est via. Si autem nõ creditur in deum,intercluſa est via. Si autem intercluſa fuerit,quia non creditur, quid restat nisi vt cum venerit qui nõ credebatur,confundãtur qui nõ crediderũt? quare? quia cõclusio præcedit,& sequitur cõfusio. Cõclusio præcedit vt rex, sequitur cõfusio tãquam plebs. Quos modo cõclusit vt non credãt in Christũ,quãdo apparuerit Christus,omnes confundẽtur,& traducent eos
Sapiẽ.5. ex aduerso iniquitates eorum. Tunc dicent impij cõfusi, Quid nobis profuit superbia? Magna mysteria fratres mei: dissipatio ex afflictione,dissipantur vt affligantur. Magna mysteria,tentatio oculorum, id est, fallacia rex amaricãtium: fallunt.n. ut amaricẽt. Cõclusio rex cõfusionis: concluduntur enim ne transeant ad fidem, & cum venerit in quem credimus, cõfunden
Ioña.13 tur. Et omnia regna Chanaam,] occidit deus. Chanaam interpretatur paratus humilitati. Humilitas quasi bonum aliquod significat, sed si sit vtilis humilitas: nam mala humiliatio pœnalis est. Si enim humiliatio nõ pertineret ad pœnam, nõ dice- D
retur, Qui se exaltat humiliatur. Nõ.n. Luc.14.
beneficium illi præstatur, quãdo punitur &.19.
vt humilietur. Chanaan ergo modo superbus est. Omnis impius, omnis infidelis exaltat cor suum, nõ vult credere in deũ. Sed hæc exaltatio parata est humilitati in diem iudicij: tunc humiliabitur quãdo nõ vult. Sunt enim vasa iræ quæ pfecta sunt Rom.9.
ad perditionem. Modo extollant se, gar-
riant,extendãt se super fideles, irrideant fideles,irrideant Christianos, dicant aniculatia sunt ista quæ dicunt de die iudicij. Ista elatio eorum parata est humiliationi, quando venerit iudex qui modo annuncia tus irridetur, tunc ille qui modo superbit nõ vtiliter sed pœnaliter humiliabitur. Modo autem non humiliatur,sed paratur humilitati, id est,paratẽ damnationi, paratur victimæ. Omnia ergo ista euertit deus corporaliter tũc,quando patres nostri educti sunt de terra Aegypti: euertit spiritaliter nũc, nec cessat manus eius vsque in finem. Ideo ne istas potentias dei tũc putes peractas cessasse, Domine nomen tuum, inquit,in seculo.) Id est,non cesset misericordia tua, non cessat manus tua in seculo E
ista facere quæ tunc prænunciasti figuran- 1.Co.10
do: omnia enim illa in figura contingebãt in illis, Scripta sunt autem ad correctionẽ nostram,in quos finis seculorum obuenit. Domine memoriale tuum in generatione & generationem.] Generatione ista & generatione altera. Generatione qua fideles efficimur, & per baptismum renascimur: generatione qua à mortuis resurgemus,& angelis coniuncti viuemus in æternum. Memoriale tuum domine & super generationem istam, & super illam generationẽ: quia nec nunc nos oblitus est vt vocaret, nec tunc obliuiscetur vt coronet. Memoriale tuum domine in generatione & generationem. Quoniam iudicabit dominus plebem suam. Compleuit certa omnia illa in populo Iudæorum. Nunquid iam remanserunt opera eius postquam in duxit plebem suam in terram repromissionis? Adhuc planè iudicabit dominus plebem suam. Et in seruis suis aduocabitur.] Deu.32
Iam indicauit ipsam plebem: excepto iudicio futuro, iudicata est plebs Iudæorum. Quid est iudicata? Separati inde sunt isti remanserunt iniusti. Si autem mentior

Universidad de Deusto Biblioteca

aut mentiri existimor quia dixi, iam iudicata est, audi dominum dicentem, In iudi-
Ioan. 9. cium veni in hunc mundum, vt qui nō vident videant, & qui vident cæci fiant. Ex-
F cæcati sunt superbi, illuminati sunt humiles. Iudicauit ergo plebem suam. Ipsum iu
Esai. 2. dicium dixit Esaias, & nunc tu domus Iacob venite ambulemus in lumine domini. Parum est hoc, sed quid sequitur? Dimisit enim plebam suam domum Israel. Ipsa est domus Iacob, quæ est domus Israel: qui. n. Iacob, ipe est Israel. Nostis sanctas literas, & puto quod vobis veniat in mentem qa ipse Iacob quando vidit angelum secum
Gen. 32 luctari, tunc accepit nomen vt apellaret Israel. Vnus homo est siue Iacob siue Israel, vna persona est domus Iacob, & domus Israel, vna gens, vna plebs: hāc inuitat, & hāc dimittit. Et nunc iam certe occidisti Chri
Mat. 27 stum o domus Iacob, iam occidisti Christum, iam caput āte crucem agitasti, iā pendentem irrisisti, iā dixisti, Si filius dei es, descēde de cruce: iam rogauit medicus pro phreneticis, Pater ignosce illis, nō. n. sciūt
Luc. 32. quid faciunt. Certe iam fecisti ista omnia, & nūc crede in eum quem occidisti, bibe sanguinem quem fundisti. Et nunc tu domus Iacob testimonium ex te exponere cupio quod hic dixit, Quoniam iudicabit dominus plebem suam, & in seruis suis ad uocabitur. Iudicasse enim intelligitur ple-
Esaia. 2. bē suam separādo in ipsa plebe sua bonos
G à malis, fideles ab infidelibus, Apostolos à Iudæis mēdacibus. Hoc significauit, vt dicere cœperam, per Prophetam dicēs, Iam post illa mala omnia o tu domus Iacob venit, ambulemus in luce domini. Quare vobis dico, venite ambulemus in luce domini? Ne remanēdo in Iudaismo, nō perueniatis ad Christū. Quare? Nō semper ibi prophetatus est Christus? Sdd nunc dimisit plebem suam domum Israel. Venit domus Iacob, quia dimisit plebem suam domum Iacob. Venit domus Israel, quia di-
Ioan. 9. misit plebē suā domum Israel. Quę venit, & quæ dimissa est, nisi quia hoc est iudicium, vt qui nō vident, videant, & qui vident cæci fiāt? Iudicabit ergo dominus plebem suam. Separauit ergo & non ibi inueniet quos in regnum suum restituat? Planè inueniet. Et in seruis suis aduocabit.
Ro. 11. Non repulit, ait Apostolus, plebem suam quam præsciuit. Et unde probat? Nam & ego Israelita sum. Ergo iudicabit dominus plebem suam separādo bonos à malis, hoc est, in seruis aduocabitur. Quibus? à gentibus? Quantæ. n. gentes credēdo venerūt? quanti fundi, quāta loca deserta modo veniunt? Veniunt inde nescio quanti, credere volunt, & dicimus eis, quid vultis? Rūdent, Nosse volumus gloriam dei. Credite fratres mirari nos & gaudere ad talem vocem rusticanorum. Veniūt nescio vnde Ioan. 6. excitati, à nescio quo. Quid dicam à nescio quo? Imo (scio a quo:) quia nemo venit, inquit, ad me, nisi qué pater traxerit, Veniūt subito de sylua, de deserto, de remotissimis & arduis montibus ad Ecclesiam, & hanc vocem habent plerique & pe
nè oēs eorum, vt videamus vere intus docentem deum, Impletur scriptura prophetica qua dictum est, Erunt oēs docibiles Esa. 54.
deo. Quid desyderatis dicimus illis: & illi, Rom. 3.
Videre gloriam dei. Omnes. n. peccauerūt & egent gloria dei. Credunt, consecrant, clericos sibi ordinati exigūt. Nōne impletur, & in seruis suis aduocabitur? Deniq. Ps. 113.
post istam totam dispositionem & dispensationem, conuertit se spiritus ad dei exprobrāda & irridenda idola, quæ iam irridentur à cultoribus suis. Idola gentium argentum & aurum,] Ista omnia deo facien
I te qui in cœlo & in terra omnia quęcunque voluit fecit, qui iudicabit plebem suā, & in seruis suis aduocabit, quid restat figmentum, nisi ridendum, non adorandum? Idola gentium dicturus erat, fortasse vt cō temneremus ista omnia: dicturus erat idola gentium, non dico lapides & ligna, gypsum & testam: non hæc dico, vilis materia est. Illud quod valde amant, vel quod valde honorant dico, idola gētium & aurum. Certe aurum est, certe argentum est. Num quid quia lucet argentum, lucet aurum, ideo oculos habent & vident? Sic quomodo argentum est, quomodo aurum est, vtile, forte auaro non religioso, imo vero nec auaro vtile, sed vtile bene vtēti, & per eius erogationem cœlestem thesaurum acquirenti: tamen nunc cum ista insensata sint, quid facitis homines de argento & auro deos? Quos deos facitis, nonne videtis qđ Sapi. 15
non videant? Oculos habent & non videbunt, aures habent, & non audient, Nares habent & non odorabunt, os habent & non loquentur, Manus habent & non operantur, pedes habent & non ambulabunt.) Omnia ista artifex, faber argentarius, aurifex facere potuit, & oculos, & aures, & nares, & os, & manus, & pedes: sed nec auditum auribus, nec vocem ori, nec sensum naribus, nec motum manibus, nec iter pedibus dare potuit. O homo, rides iam proculdubio quod fecisti, si a quo factus es agnouisti. De illis autem qui non
K agnouerunt, quid dicitur? Similes illis fiāt Ps. 113.
qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in illis.) Et creditis fratres exprimi in eis quandam similitudinem idolorum, nō qui dem in carne eorum, sed in interiore homine eorum: nam aures habent & non audiunt: ad illos quippe clamat deus. qui ha
Mat. 11. bet aures audiendi audiat. Oculos habent & non vident. Habent enim oculos corporis, sed non habent oculos fidei. Denique impletur hęc prophetia per omnes gentes, Videte quomodo dictum sit per prophetam. Nihil allegoricum, nihil figuratū cōmemoro, propriam, expressam, simplicem, manifestam audite prophetiam prędictā, videte completam. Præualuit, inquit, do-
Sopho. 2. minus aduersus eos: Propheta dirit Sophonias. Aduersus repugnantes, & aduersus rebellantes, & de occisione fidelium martyres facientes, sed tamen nescientes, præualuit dominus aduersus eos. Et quomodo præualuit? In Ecclesia sua, videmus qa præualuit aduersus eos. Volebant paucos Christianos extinguere, occidere, sanguinem fuderunt, de sanguine occisorum tanti exurrexerunt, à quibus illi interfectores martyrum superarentur: tamen & modo quærunt vbi abscondant idola sua, qui pri
L mo Christianos pp idola trucidabāt. Nōne præualuit aduersus eos dominus? Vide si facit quod sequitur, Præualuit dominus aduersus eos. Et quid fecit? Exterminauit omnes deos gentium terræ, & adorabūt eum vnusquisque de loco suo, omnes insulæ gentium. Quid est hoc? Nonne prædictum erat? nonne completum est? nonne vt legitur sic videtur? Et illi qui remanserunt oculos habent & nō vident, nares habent & non odorantur. Non sentiunt illū odorem, Christi bonus odor sumus, sicut
2. Co. 2. dicit Apostolus, in omni loco. quid prodest, quia nares habent & non odorantur tam suauem odorem Christum? Vere in illis factum est, & vere de illis dictum est, Similes illis fiant omnes qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Sed quotidie credūt per miracula Christi domini, quotidie aperiuntur oculi cæcorum, & aures surdorum, inspirantur nares insensato-
M rum, dissoluuntur ora mutorum, constringuntur manus paralyticorum, corriguntur pedes claudorum, de lapidibus Matt. 3.
istis excitantur filij Abrahę. Quibus omnibus iam dicatur, Domus Israel benedicite dominum.) Omnes filij Abrahæ. Et si de lapidibus istis suscitātur filij Abrahæ, manifestū est quia illi sunt magis domus Israel qui pertinent ad domum Israel, qui pertinent ad semen Abrahæ, non carne, sed fide. Domus Israel benedicite dominum. Sed fac domum domini illam. dici, & populum Israel vocari, crediderunt inde Apostoli, & milia circuncisorum. Domus Aaron benedicite dominum. Domus Leui benedicite dūm.) Benedicite populi dominum, hoc est, do nus Israel generaliter, Benedicite præpositi, hoc est, domus Aarō, Benedicite ministri, hoc est, domus Leui. Quid de cæteris nationibus? Qui timetis dominum benedicite dominum.) Omnes ergo vna voce dicamus quod sequitur: Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.) Ex Sion & Hierusalem. Sion speculatio, Hierusalem visio pacis. In qua Hierusalē nunc habitaturus est? In illa quæ cecidit? Non, sed in illa matre nostra quæ est in cœlis, de qua dictum est, Multi filij desertæ magis q̄ eius quæ habēt virum. Nunc ergo de- Gala. 4.
minus ex Sion, quia speculamur quoad uenit, nunc tamē quandiu in spe uiuimus, in Sion sumus. Finita uia habitabimus in illa ciuitate quæ nunquam ruitura est, qa minus habitat in ea, & custodit eam, quæ est visio pacis æterna Hierusalem, pacis il- A
lius fratres mei cui laudandæ lingua non sufficit, vbi nullum hostem iam sentiemus, nec in Ecclesia, nec extra Ecclesiam, nec in carne nostra, nec in cogitatione nostra. Absorbebitur mors in victoria, & vacabimus ad videndum deum in pace, ciues Hierusalem facti ciuitatis dei.

In Psalmum cētesimum tricesimūquintū Enarratio.

COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius,) Psalmus iste laudem continet dei, & eodem modo in omnibus suis versibus terminatur. Proinde quamuis

hic in laudè dei multa dicantur, maxime tamen eius misericordia commendatur, si ne cuius cõmendatione apertissime nullũ versum claudi voluit, per quã spiritus sanctus condidit Psalmum. Memini autem me in psalmo centesimoquinto, qui simili ter incipit, qm̃ codex quem intuebar non habet in æternum, sed in seculum misericordia eius, quæsisse quid potius intelligere deberemus. In Græco.n. sermone scriB ptũ est, εἰς τὸν αἰῶνα, quod in seculum, & in æternum interpretari potest. Sed quid illic vt potui disseruerim, etiam hic retexere longum est. In isto autem Psalmo ẽt idemipse codex non habet in seculũ quod Mat. 25 plerique habẽt, sed in æternum misericordia eius. Quod etsi post iudicium quo in fine seculi viui & mortui iudicandi sunt, missis iustis in vitã æternam, iniquis autẽ in ambustionem æternã nõ sint deinceps futuri, quorum adhuc misereatur deus, recte tamen intelligi potest in æternũ futuram misericordiam eius, quam suis sanctis fidelibusq. largitur, non quia in æternum miseri erunt, & ideo in æternũ misericordia eius indigebunt: sed quia ipsa beatitudo quã misericorditer miseris præstat, vt esse miseri desinant, & beati esse incipiant, nõ habebit finẽ, ideo in æternum misericordia eius. Quod.n. iusti erimus ex iniq̃s, sani ex infirmis, viui ex mortuis, & immortales ex mortalib beati ex miseris, misericordia eius est. Hoc aũt qd ita erimus, in æternum erit: ergo in æternum misericordia eius. Proinde cõfitemini domino, id est, confitendo laudate dñm, quoniam bonus. Nec ꝓ hac confessione aliq̃d estis tẽporale sumpturi, quoniam in æternum misericordia eius, id est, beneficium quod vobis misericorditer præstat, in æternum est. Quod autem habet, qm̃ bonus, GræC cus habet: ἀγαθός Non sic habet in Psalmo centesimo & quinto, quod ibi est, qm̃ bonus, Græcus habet χρηστός. Ideo non nulli id interpretati sunt, qm̃ suauis est: ἀγαθὸς autem non vtcunque bonus, sed excellentissime bonus est: deinde sequitur, Confitemini deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius, Cõfitemini domino dominorum, qm̃ in æternum misericordia eius.] Qui nam sint dij & domini, quorũ deorum & dominorum sit deus & dominus qui est verus deus, merito quæri solet. Et scriptum inuenimus in alio Psalmo, deos etiam homines appellatos, sicuti est, Psal.81. Deus stetit in synagoga deorum, in medio aũt deos discernit. Et paulo post, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem vt homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Quod testimonium Ioã. 10. etiam dñs in Euangelio commemorat dicens, Nõne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dij estis & filij excelsi? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Non ergo quia boni sunt omnes, sed quia D sermo dei ad illos factus est, appellati sunt dij. Nam si ꝓpterea boni essent omnes, non sic eos diuidicaret: cum enim dixisset, Psal.81. Deus stetit in synagoga deorum: non ait, in medio deos & homines discernit: tanq̃ ostendens quid interesit inter deos & homines: sed in medio, inquit, deos discernit: deinde sequit, Vsque quo iudicatis iniquitatem? & cætera, Quæ vtique nõ omnibus, sed quibusdam dicit, quia discernens dicit, & tamen in medio deus discernit. Sed quę ritur si & homines, ad quos sermo dei nũc factus est dij vocãtur, vtrum & angeli vo Ioã. 10. cãdi sunt dij, cùm hominibus iustis & sanctis maximum præmiũ promittatur æqualitas angelorũ. Et in scripturis quidem ne scio vtrum vel possit, vel facile possit reperiri, aperte dictos angelos deos: sed cum de domino deo dictum esset, Terribilis sup Psal.95. omnes deos: cur hoc dixerit, continuo velut exponendo coniunxit, Quoniam omnes dij gentiũ dæmonia. Super tales deos dixit dominum terribilem in sanctis suis quos cœlos fecit, à quibus dæmonia terrerentur: sic.n. sequitur, Dominus autẽ cœlos fecit. Non ergo dij sine additamento, sed diligentium dæmonia, superius tamẽ E terribilis, inquit, super omnes deos: non ait, super omnes deos gentium, quãuis intelligi hoc voluerit, addendo quod sequitur, Qm̃ omnes dij gentium dæmonia. Quod quidem in Hebræo dicitur non ita esse scriptum, sed dij gentium simulacra. Quod si verum est, multo magis credendi sunt Septuaginta diuino spiritu interpretati, quo spiritu & illa dicta sunt quæ in Hebræis literis sunt. Eodem nanque operante spiritu, etiam hoc dici oportuit quod dictum est, Dij gentium dæmonia, vt intelligeremus sic etiã in Hebræo positum,

situm, Dij gentium simulacra, vt dæmonia potius quæ sunt in simulacris significarentur. Nam qd̃ attinet ad ipsa simulacra, quæ Græce appellantur idola, quo nomine iam vtimur pro Latino, oculos habent & nõ vident, & cætera quæ de his ideo dicuntur, qa omni sensu carent: quocirca nec terreri possunt, quia nisi ea quæ sentiunt terreri vtique nõ possunt. Quomodo ergo dictũ est de domino, Terribilis est super omnes deos, qm̃ dij gentium simulacra, nisi per simulacra intelligãtur Co.8. dæmonia quæ terreri possunt? vnde ait & Apostolus, Scimus qa nihil est idolum, hoc.n. retulit ad materiã terrenam sensu F carẽtem. In ea item ne quisquam putaret Co.10 non esse aliquam viuentẽ sentientemque naturã, quæ gẽtium sacrificiis delectetur, adiunxit, Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant & non deo: Nolo vos socios fieri dæmoniorũ. Si ergo nusquam in eloquiis diuinis repetitur sanctos angelos appellatos deos ea mihi causa potissimũ occurrit, ne si isto nomine homines ad hoc ædificarentur, vt ministerium vel seruitium religionis q̃ Græce liturgia, vel latria dicitur, sanctis angelis exhiberent, qd̃ nec ipsi exhiberi ab hominibus volunt nisi illi deo qui & ipsorum & hominum deus est. Vnde multo vtilius angeli vocantur, qui Latine nuncij nuncupantur, vt pnomen non substantiæ, sed officij satis intelligamus illũ deum à nobis eos colli vel Co.8. le quã nunciant, Totam istam quæstionẽ breuiter Apostolus soluit, vbi ait, Nam et si sunt, qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra quemadmodum sunt dij multi & dñi multi, sed nobis vnus deus pr̃, ex quo omnia & nos in ipso, & vnus dominus Iesus Chr̃s, per quem omnia & nos per ipsum. Confiteamur ergo deo deorũ, & dño G dominorũ quoniã in æternum misericordia eius, Quia facit mirabilia magna solus.) Sicut in omnium versuũ nouissimis partibus positum est, Quoniam in æternum misericordia eius, sic & in omnium capitibus quanuis non sit positum, subaudiendũ est, confitemini. Quod in Græco euidentius apparet. Appareret autẽ & in Latino si eandem locutionem transferre potuissent interpretes nostri. Quod quidem in isto versu possent, si dicerent faciẽti mirabilia. Quod.n. nos habemus, qui facit mirabilia, Græcus habet facienti mirabilia, vbi necessario confitemini subauditur. Atque vtinam vel pronomen adderent, vel dicerent, ei qui facit, vel ei qui fecit, vel ei qui firmauit, quia etiam sic facile intelligeretur confitemini esse subaudiẽdum. Nũc vero ita obscurum factum est, vt qui codicem Græcum sine nescierit inspicere, siue neglexerit, possit putare, q fecit cœlos, qui firmauit terram, qui fecit Gene.1 luminaria magna, quoniam in æternum misericordia eius, ideo dictum quasi propterea ista fecerit, quoniam in æternũ misericordia eius, cum ad eius misericordiã illi pertineant, quos de miseria liberat, non autem vt eius misericordiæ fuisse intelligamus facere cœlum, & terram, & lumina H ria, cum illud sit bonitatis eius qui creauit omnia bona valde. Creauit autem omnia vt essent, hoc vero misericordiæ vt à peccatis nostis mundet nos, & a miseria liberet in æternum. Ita ergo nos alloquitur psalmus, Confitemini deo deorum, confitemini domino dominorum, confitemini ei qui facit mirabilia magna solus, Confi- Ibidem. temini ei, qui fecit cœlos in intellectu.) Confitemini ei, qui firmauit terram super aquas.] Confitemini ei, qui fecit luminaria magna solus.] Cur autem confiteamur, quia in omnium versuum finibus ponit, quoniam in æternum misericordia eius. Sed quid est, qui facit mirabilia magna solus? An quia multa mirabilia fecit per angelos & per homines? Sunt quædam magna quæ solus deus facit, & ipsa exequitur dicens, qui fecit cœlos in intellectu, qui firmauit terram sup aquas, qui fecit luminaria magna solus: Ideo & hoc addidit, solus, quia cetera mirabilia q̃ dicturus est, per homines fecit: cum.n. dixisset, qui fecit luminaria magna solus: q̃ sunt eadem luminaria, secutus aperuit: Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatẽ noctis.) Deinde incipit dicere q̃ per angelos vel per homines fecerit. Qui percussit Aegyptum cũ primogenitis eorum.) Et cætera. Vniuersam igit creaturã I non vtique deus per aliquam creaturam, sed solus fecit. Cuius creaturæ quasdã partes excellentiores commemorauit, ex quibus vniuersa cogitaremus, intelligibiles cœlos & visibilem terram. Et quoniam sunt etiam cœli visibiles commemoratis eorum luminaribus totum cœleste corporeum vt ab ipso factũ acciperemus, admonuit;

nuit: quanquam id quod ait, Qui fecit cœlos in intellectu, vel ſicut alij interpretati ſunt, intelligẽtiam, vtrũ cœlos intelligibiles ſignificare hoc modo voluerit, an in ſuo intellectu, vel in ſua intelligẽtia

Pſa.103 feciſſe cœlos, hoc eſt, in ſua ſapientia: ſicut alibi ſcriptũ eſt, Omnia in ſapiẽtia feciſti: eo modo inſinuás vnigenitum verbũ, quę ri poteſt. Sed ſi ita eſt, vt in ſuo intellectu feciſſe accipiamus deũ cœlos, cur tãtum de cœlis hoc ait, cũ omnia in eadẽ ſapiẽtia fecerit? An ibi tm exprimẽdum fuit, vt in cę teris etiam tacitũ poſſet intelligi, vt iſte ſit ſenſus, Qui fecit cœlos in intellectu, qui fundauit terram ſuper aquas: vt & hic ſubaudias in intellectu, Qui fecit luminaria magna ſolus, ſolem in poteſtatem dici, lunã & ſtellas in poteſtatem noctis, vtiq. in intellectu? Quomodo ergo ſolus, ſi hoc eſt

K in intellectu, vel in intelligẽtia quod eſt in ſapiẽtia, id eſt, in verbo vnigenito? An qa trinitas nõ ſunt tres dij, ſed vnus deus, ad id refertur quod ſolus deus fecit, qa creaturam nõ per creaturam fecit? Sed quid eſt, qui firmauit terram ſuper aquas? Obſcura enim quæſtio eſt, quia terra grauior videtur, vt nõ portari aquis, ſed aquas potius portare credatur. De qua re ne aduerſus eos qui ſe putãt iſta certis rationibus comperiſſe, cõtẽtioſe ſcripturas noſtras defendere videamur, ſiue illud ita ſiue aliter ſit, habemus quod de proximo intelligamus, Terram quæ habitatur ab hominibus, & terreſtria cõtinet animalia, quæ alio modo in ſcripturis arida dicitur, ſicut ſcriptum eſt, Appareat arida, & vocauit deus aridã

Gene.1. terram, ſuper aquas eſſe fundatã, qđ aquis circumfluẽtibus ſupereminet. Non.n.quę dicitur litoraria ciuitas ſuper maria fundata, ita ſub ea mare eſt, quemadmodum ſunt aquæ ſub ſpeluncarum cauernis, aut ſub nauibus ſupernatãtibus, ſed ideo ſuper mare dicitur, qa inferiori mari in primos fines ſupereminet. Sic dictus eſt Pharao exiſſe ſuper aquam: ita enim habet Græ-

Exod.7. cus, quod quidã Latini, habent ad aquã: ſic

L dñs ſuper puteũ ſedebat, quod ambo ſuperiores eſſent q̃ flumen & puteus, ille iux-

Ioan. 4. ta flumen, iſte iuxta puteũ. Si autem etiã aliquid aliud quod ad nos magis pertinet iſta dicta ſignificant, Fecit deus cœlos in intellectu, ſpiritales ſanctos ſuos, qbus nõ tãtum credere, verũ etiã intelligere diuina donauit: hoc qui nõdum pũt & ſolã fidem firmiſſimam tenẽt, tãquam infra cœlos tẽ ræ nomine figurãtur. Et qui in baptiſmo quem acceperũt incõcuſſa credulitate cõſtiunt, ideo dictum eſt, Firmauit terram ſuper aquas. Item quia dictum eſt de domino Ieſu Chriſto, quòd in illo ſint omnes Col.2. 3.ſe. diſ. theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: 35. cap. hæc autem duo, id eſt, ſapiẽtiam & ſciẽtiã poſt præ diſtare inter ſe aliquid alia quoque ſcriptu miſſa. In rarum teſtantur eloquia, maxime loquente ſancto Iob, vbi quodammodo ſingulà definiuntur: dixit autem homini, Ecce pietas eſt ſapientia, abſtinere autem a malo ſcientia eſt, non incongruenter intelligimus ſapiẽtiam in cognitione & dilectione eius quod ſemper eſt, atque incommutabiliter manet quod deus eſt: nam & qđ ait, Ecce pietas eſt ſapientia, θεοσέβεια dicta eſt in Græco, quod vt totum latine exprimatur, dei cultus dici poteſt. Abſtinere autẽ a malo quod dixit eſſe ſcientiam, quid eſt aliud, quàm in medio nationis tortuoſæ & peruerſæ, tanquam in nocte huius ſeculi M caute prudenterq̃ verſari, vt abſtinẽdo quiſque ab iniquitate nõ confundatur tenebris, proprij muneris luce diſceretus? Cũ ergo quodam loco Apoſtolus concordem gratiarum dei varietatem in hominibus dei vellet oſtendere, hæc in primis duo poſuit dicens, Alij quidem datur per ſpiritũ 1.Co.12 ſermo ſapientiæ, hoc eſſet arbitror, ſolẽ in poteſtatem dici. Alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, hoc eſt lunam. Deinde quodammodo ſtellas commemorari puto in eo quod dicitur, Alij fides in eodẽ ſpiritu, alij curationum donatio in vno ſpiritu, alij operationes virtutum, alij prophetia, alij diiudicatio ſpirituum, alij generalinguarum, alij interpretatio ſermonũ: nihil enim horum eſt quod in huius ſeculi nocte non ſit neceſſarium: quæ cum tranſierit, neceſſaria iſta non erunt, ideo in poteſtatem noctis. In poteſtate quippe ait, vel diei vel noctis, vt poteſtas eſſet die lucere vel nocte: quod in ſpiritalibus donis Ioan.1. ſic intelligitur, quia dedit poteſtatem filios Exo.12. dei fieri. Qui percuſsit Aegyptum cum A primogenitis eorum. Percuſsit & ſeculum cum his quæ præcipua putantur in ſeculo. Qui eduxit Iſrael te medio eorum.) Exo.13. Eduxit etiam ſanctos ac fideles ſuos de medio malorum. In manu potenti & brachio excelſo.]Quid potẽtius, qd excellẽtius eo de quo dictum eſt, Et brachium domini cui

Ioa.14 cui reuelatum eſt? Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones.) Diuidet etiam baptiſmum, vt vnus atq. idem baptiſmus alijs ſit in vitã, alijs ſit in mortem. Et eduxit Iſrael per mediũ eius.] Educit ẽt innouatum populũ ſuum per lauacrũ regenerationis. Et peuſſit Pharaonem & virtutẽ eius in mari rubro.) Celeriter interimit, & peccatum ſuũ reatumq́ eius per baptiſmum. qui tradu xit populum ſuum in deſerto.) Traducet & nos in huius ſeculi ariditate & ſterilitate, ne in ea pereamus. Qui percuſsit reges

Pſa.21. magnos & occidit reges fortes.) Percutit atque occidit ẽt à nobis diabolicas & noxias ptãtes. Seon regẽ Amorrhæorũ. Germen inutile vel tentationem calẽtẽ, qđ interpretatur Seon: regem amaricantium, q̃ interpretatur Amorrhæorũ. Et Og regẽ Baſan] Coaceruantem, quod interpretatur Og, & regem confuſionis quod interpretatur Baſan. Quid.n. coaceruat diabolus

B niſi confuſionem? Et dedit terram eorum

Pſa.23 hæreditatem, hæreditatẽ Iſrael ſeruo ſuo.) Dat etiam quos diabolus poſsidebat hæreditatẽ ſemini Abrahæ, quod eſt Chriſtus. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri. Et redemit nos ab inimicis noſtris,) Sanguine vnigeniti ſui. Qui dat eſcam omni carni.) Hoc eſt, omni hominum generi, non tantum Iſraelitarum, ſed & gentiũ: de qua eſca dicitur, Caro mea vera eſt eſca.

Pſalm.6. Confitemini deo cœli, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini dño dñorũ, qm̃ in æternũ miſericordia eius.) Quod hic ait, deo cœli, credo aliter dicere voluit quod ſupra iam dixerat, deo deorũ. Nam quod ibi deinde ſubiunxit, hoc etiã hic repetiuit. Confitemini dño dñorum. Sed etſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, quemadmodum ſunt dij multi & domini multi, ſed nobis vnus eſt deus pater, ex quo omnia & nos in ipſum, & vnus dominus Ieſus Chriſtus per

Co.8. quem omnia & nos per ipſum, cui confitemur, quoniam in æternum miſericordia eius.

In Pſalmum centeſimum tricesimumſextum Enarratio.

C

OBlitos vos eſſe non arbitror commendaſſe nos vobis, imò commemoraſſe vos q̃ omnis eruditus in ſancta eccleſia noſſe debet vnde ciues ſimus, & vbi peregrinemur, & peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum, reuerſionis autem munus remiſsionem peccatorum, & iuſtificationem gratiæ dei, duas ciuitates permixtas ſibi interim corpore, & corde ſeparatas currere, per iſta volumina ſeculorum vſque in finem. Audiſtis & noſtis vnam cui finis eſt pax æterna, & vocatur Hieruſalem: alteram cui gaudium eſt pax temporalis, & vocatur Babylonia. Interpretationes etiam nominum, ſi non fallor, tenetis, Hieruſalem interpretari viſionem pacis, Babyloniam confuſionem. Hierusalem in Babylonia captiua tenebatur non tota: ciues enim eius & angeli ſunt: ſed quod attinet ad homines prædeſtinatos in gloriam dei futuros per adoptionem cohæredes Chriſti, quos de ipſa captiuitate redemit ſanguine ſuo. Particulam ergo iſtam ciuitatis Hieruſalem captiuam tenere in Babylonia pro peccato, incipere autem inde exire prius corde per confeſsio- D nem iniquitatis & charitatem iuſtitiæ, deinde poſtea in fine ſeculi etiam corpore ſe parandam, commẽdauimus in eo pſalmo, quem primò hic cum veſtra dilectione tractauimus, qui ita incipit, Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum Pſal.64. in Hieruſalem. Hodierna autem die decantauimus: Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.) Videte quia in illo dictum eſt, Te decet hymnus deus in Sion: hic autem, Super flumina Babylonis illic ſedimus et fleuimus, cum recordaremur Sion. Illa Sion vbi decet hymnus deum. Quæ ſunt ergo flumina Babylonis, & quid eſt noſtrum ſedere & flere in recordatione Sion? Si enim ciues inde ſumus, non tantum hoc cantamus, ſed & agimus. Si ciues ſumus de Hieruſalem, id eſt, de Sion, & in iſta vita, in iſta confuſione huius ſeculi, in iſta Babylonia non ciues habitamus, ſed captiui detinemur, oportet vt non tantum iſta decantemus, ſed & faciamus affectu cordis pio, religioſo deſyderio æternæ ciuitatis. Habet & hæc ciuitas quæ Babylonia dicitur amatores ſuos conſulẽtes paci temporali, & nihil vltra ſperantes, totumq́ue gaudium ſuum ibi figentes & ibi finientes, & videmus eos pro republica terrena plurimum laborare: ſed in ea quicunq. fideliter verſanti, ſi non ibi appetant ſuperbiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

biam & perituram elationem ociosamque iactantiã, sed veram fidẽ exhibeant, quam possunt, quandiu pñt, quibus pñt, ad qtum vidẽt terrena, & ad quantum intelligũt speciem ciuitatis, non eos sinit deus perire in Babylonia: prædestinauit.n.eos ciues Hierusalem. Intelligit captiuitatem corũ deus, & ostendit illis aliam ciuitatem, cui vere debeant suspirare, pro qua debeant cuncta conari, ad quam capessendam debeãt ciues suos secum peregrinos qtum voluerint ad hortari. Propterea dicit dñs Iesus Chrs, Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est. Et rursum dicit, Si in alieno fideles nõ fuistis, vestrũ quis dabit vobis? Tñ charissimi attendite flumina Babylonis. Flumina Babylonis sunt omnia quæ hic amãtur & trãseũt, Nescio quis amauit, verbi gratia, agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare animum, inde percipere voluptatem, attendat exitum, & videat illud quod amauit nõ esse fundamentum Hierusalem, sed fluuium Babylonis.

Luc. 16

F Alius dixit, magna res est militare. Omnes agricolæ formidant eos qui militãt, obsequuntur eis, tremunt eos: Si fuero agricola, timebo militarem: si fuero militaris, timebor ab agricola. O insane in aliũ te Babylonis fluuium præcipitasti, & turbulentiorem & rapaciorem: & cum tu timeri vis a minore, time maiorem potestatem, te ipso maior fieri potest subito qui te timet, nunquam autem erit minor quem debes timere. Aduocatum esse, inquit, magna res est, potẽtissima eloquentia in omnibus hñe susceptos, pẽdentes ex lingua diserti patroni sui, & ex eius ore sperantes, vel damna, vel lucra, vel mortem, vel vitam, vel perniciem, vel salutem. Nescis quò te miseris. Alius & iste fluuius Babylonis est, & qđ multum sonat, strepitus aquæ saxa percutit. Attende quia fluit, percutit, attende qa labitur: & si attendas, quia fluit & labitur, caue quia trahit. Nauigare, inquit alius, & negociari magnum est, scire multas prouincias, lucra vndique capere, non esse obnoxium in ciuitate alicui potenti, semper peregrinari, & diuersitate negociorum & nationum animum pascere, & augmentis lucrorum diuitem remeare. Filius est & G iste Babylonis. Lucra tua quando stabunt? quando præsumpturus, quando securus eris ex his quæ acquiris? Quanto eris ditior, tanto timidior. Vno naufragio nudus exibis, & recte te planges in flumine Babylonis, quia noluisti sedere & flere sup flumina Babylonis. Alij ergo ciues sanctæ Hierusalem intelligẽtes captiuitatem suã, attendunt humana vota & diuersas hominum cupiditates hac atque illac rapientes, trahẽtes, impellentes in mare, vident hæc & nõ se mittunt in flumina Babylonis, sed sedent super flumina Babylonis & flent super flumina Babylonis, vel illos qui rapiũtur, vel seipsos qui in Babylonia esse meruerunt, sedẽtes tamen, hoc est humiliter te humiliati. Super flumina ergo Babylonis illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sion. O sancta Sion, vbi totum flat & nihil fluit. Quis nos in ista prẽcipitauit? Quare dimisimus conditorem tuum & societatem tuam? Ecce inter fluentia & labentia constituti, vix quisquam raptus a flumine, si tenere lignum potuerit euadet. Humiliati ergo in captiuitate nra sedeamus super flumina Babylonis, non nos audeamus in illis fluminibus prẽcipitare, nec nos audeamus in nostræ captiuitatis malo atq. tristitia superbe erigere, sed sedeamus & sic fleamus. Sedeamus super flumina Babylonis, non infra flumina Babylonis: talis sit humilitas nostra, vt nos non mergat. Sede super flumina, noli in flumine, noli sub flumine, sed tamen sede humilis, loquere nõ quomodo in Hierusalem. Ibi.n.iam stabis, quia de ipsa spe loquitur alius psalmus, & cantat dicens. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Ibi erigeris si te hic pœnitẽdo & cõfitẽdo humiliaueris. In atrijs ergo Hierusalem stantes erant pedes nostri, Super flumina vero Babylonis sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sion. Inde oportet vt fleas recordando Sion. Multi enim flent fletu Babylonico, quia & gaudent gaudio Babylonis: quia gaudent lucris, & flent damnis, vtrunque de Babylonia est. Flere debes, sed recordando Sion. Si recordando Sion fles, & qñ tibi sedm Babyloniam bene est oportet vt fleas. Propterea dicitur in quodam psalmo, Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. Quid est qđ dicit, inueni? Nescio quam tribulationẽ quasi quærendam inuenit tanq quæsitam. Et cum inuenisset, quo lucro inuenit? Nomẽ domini inuocauit. Multum interest vtrũ inuenias tribulationem, an inueniaris a tribulatione: dicit enim alio loco, Dolores

H

Psa. 121

Psa. 114

I

Psal. 17.

res inferni inuenerunt me. Quid est, inuenerũt me dolores inferni? Quid est, tribulationem & dolorem inueni? Quãdo te repẽte occupat tristitia pturbatis tibi rebus secularibus, quibus oblectabaris, & quibus delectabaris, qñ te repẽtina ipsa inuenit tristitia, vnde te nõ putabas posse fieri tristẽ, accidit, & tristis efficeris, inuenit te dolor inferni. Te.n.sursum putabas, verũtñ deorsum eras, & cum te dolor inferni inueniret, ibi te inueniſti deorsum qui sursum putabas te esse. Inueniſti.n.te dolore affectũ grauiter tristitia alicuius mali, vnde forte presumpseras te nõ fore tristem, inuenit te dolor inferni. Cum autem bene est tibi, arident omnia secularia, nullus tuorũ obiit, nihil in vinea tua forte vel aruit, vel grandinatum est, vel sterile apparuit, non acuit cupa tua, nõ abortũ passum est pecus tuũ, nõ exhonoratus es, in aliqua dignitate secundum seculum cõstitutus, vndique amici tui & viuunt & seruãt tibi amicitiã, cliẽtes nõ desunt, filij obsequuntur, serui contremiscũt, cõiunx cõcors, fœlix dicitur domus: ibi inuenis tribulationem, si aliqñ potes, vt inuẽta tribulatione inuoces nomen dñi. Peruersum aliquid videtur docere seruo diuinus, flere in lætitia, & in mœrore

K

Eccl. 7. Psa. 114

lætari: audi in mœrore lætantem, Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Flẽtem aũt in lætitia vide, si inuenit tribulationem. Attendat quisquam ipsam fœlicitatem suam qua exultauit anima eius, & timuit quodãmodo gaudio & extulit se, & dixit, Fœlix sum: Attendat si nõ fluat illa fœlicitas, si potest certus esse de illa quia manet in æternum. Si autẽ nõ est certus, & videt & fluere vnde gaudet, fluuius Babylonis est, sedeat supra & fleat. Sedebit autem & plorabit si recordatus fuerit Siõ. O pax illa quã videbimus apud deum, ò pax illa & sancta æqualitas angelorum, ò illa visio & spectaculum pulchrum. Ecce in Babylonia pulchra sunt quæ tenent, nõ te teneãt, nõ decipiãt. Aliud est solatium captiuorum, aliud gaudium liberorum. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus cum recordaremur Sion. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.) Hñt organa sua ciues Hierusalem, scripturas dei, præcepta dei, promissa dei, meditationem quãdam futuri seculi: sed cum agunt in medio

L

Psa. 136.

Babyloniæ, organa sua in salicibus eius suspendunt, Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, vt non aliquid boni possit intelligi de salicibus. Alibi autem forsitan potest: Modo ligna intelligit sterilia, nascentia super flumina Babylonis. Rigãtur hæc ligna de fluminibus Babyloniæ, & nullum fructum ferunt. Sicut sunt homines cupidi, auari, steriles in omni opere bono, ita ciues Badyloniæ, vt etiam ligna sint illius religionis, ex istis voluptatibus rerũ transeuntium pascũtur, tanq irrigata a fluminibus Babyloniæ, Quæris fructum & nusquam inuenies. Quãdo tales patimur, versamur cum eis qui sunt in medio Babylonis. Multum.n.interest inter mediũ, Babylonis, & exteriora Babyloniæ. Sunt qui non sunt in medio eius.i.non tanta concupiscentia seculi, & delectationibus obruuntur. Qui vero, vt aperte dixerim & breuiter, multũ mali sunt, in medio Babylonis sunt, & ligna sterilia, tanquam salices Babylonis, Qñ illos videmus, & tam steriles eos inuenimus, vt difficile nobis appareat in eis aliquid vnde possint duci ad fidem rectam, vel ad bona opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad concupiscentiam liberationis a captiuitate mortalitatis, scripturas nouimus quas eis dicamus. Sed qa nullum fructum in eis inuenimus vnde incipiamus, auertimus ab ipsis faciem, & dicimus, Adhuc isti non sapiunt, non capiunt, quia quicquid illis dixerimus, sinistrum & aduersum habebunt. Ergo differendo circa eos scripturas, suspendimus organa nostra in salicibus: nõ.n.dignos habemus qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inserendo alligamus, sed differendo suspendimus. Salices.n.sunt Babylonię ligna infructuosa, pasta in temporalibus voluptatibus, tanq fluminibus Babylonię. Et videte si non hoc sequitur psalmus. In salicibus, inquit, in medio eius suspendimus organa nostra. Quoniam illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos verba canticorum, Et qui abduxerunt nos hymnum.) Subaudis interrogauerũt nos. Verba canticorum & hymnum interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos. Qui nos duxerunt captiuos? Fratres, quos sensimus aliquando captiuatores nostros. Sensit quidem illa Hierusalem Babylonios, Persas, Chaldæos illarum gentium, & regionum homines captiuatores suos, & hoc postea, non quando isti psalmi cantabãtur. Sed iam diximus charitati vestræ

M

omnia

A omnia quæ ſecundum literam in illa ciuitate cõtingebant figuras noſtras fuiſſe: & facile poteſt demonſtrari captiuos nos eſſe. Non.n.reſpiramus iam in auras illius
Sapiẽ.7. libertatis: non.n.fruimur puritate veritatis, & illa ſapientia quæ in ſeipſa manens innouat omnia. Delectationibus tpaliũ rerum tentamur, & colluctamur quotidie cum ſuggeſtionibus illicitarum voluptatum: vix reſpiramus vel in oratione, & captiuos nos intelligimus: Sed qui nos captiuos duxerũt? Qui homines? quæ gens? q̃s rex? Si redimimur, captiui eramus. Quis nos redemit? Chriſtus. A quo nos redemit? A diabolo. Diabolus ergo & angeli eius captiuos nos duxerunt, nec ducerent niſi conſentientes: nos ducti ſumus captiui. Captiuatores noſtri dixi qui ſint. Ipſi
Luc. 10 ſunt etiam latrones vulnerantes illum viatorem qui deſcendit ab Hieruſalẽ in Hiericó, quem ſauciatum ſemiuiuum reliquerunt: hunc ille cuſtos noſter.i. Samaritanus, Samaritanus.n.cuſtos interpretatur,
Ioan. 8. cui obiectum eſt à Iudæis, & dictum, Nõne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Et ille obiectorum duorum vnum reſpuit, & vnum tenuit,
B Ego, inquit, dæmonium non habeo: non autẽ dixit, ego non ſum Samaritanus. Si.n. ille Samaritanus non cuſtodierit, vtique perimus. Samaritanus ergo tranſiens vidit ſauciatum & vulneratum derelictum a latronibus, & ſicut noſtis collegit. Sicut enim aliqui latronum nomine ponuntur, qui nobis plagas peccatorum inflixerunt, iam per noſtræ captiuitatis cõſenſionem: ſic & captiuatores noſtri ipſi dicũtur. Iſti ergo qui captiuos duxerunt nos diabolus & angeli eius, quando nos duxerunt? Et q̃ nos interrogauerunt verba cantiõnum? Quid ergo? Intelligimus quæcunque, qa cum tales nos interrogant in quibus diabolus operatur, intelligendus eſt ipſe nos
Ephe.2. interrogare q̃ in eis operatur: Apoſtolus dicit, Et vos cum eſſetis mortui in delictis & peccatis veſtris, cum viueretis in illis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus, qui tunc operabatur in filijs diffidentiæ, in quibus & nos, inquit, aliquando conuerſati ſumus: oſtendit ſe redemptum de Babylonia & cœpiſſe iam exire, ſed tamẽ adhuc qd dicit? Quia cum hoſtibus noſtris confligimus, & ne iraſcamur hominibus qui nobis ingerunt perſecutiones, tulit intentionem noſtram Apoſtolus ab odio hominum, & direxit in luctam quorundam C ſpirituum, quos non videmus, & cum ipſis confligimus: ait enim, Non eſt nobis Ephe.6. colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ. i. aduerſus homines, quos videtis, à quibus mala videmini pati, qui vobis important perſecutiones: nam pro ipſis orare præceptí ſumus. Non eſt nobis, inquit, colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem. i. aduerſus homines, ſed aduerſus principes & poteſtates, & rectores mundi tenebrarum harum. Quid dixit mundi? Dilectorum mundi. Quos dixit dilectores mũdi, hos appellauit & tenebras. i. iniquos, ſceleratos, infideles, peccatores: quibus iam credẽ
Ephe.5. tibus gratulatur hoc modo vt dicat, Fuiſtis.n. aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ergo conſtituit nos luctam habere cum illis principibus, ipſi nos duxe-
Ioã. 13. runt captiuos. Quomodo autem diabolus intrauit in cor Iudæ vt traderet dominum, non autem intraret niſi ille locum daret: ſic multi mali homines de media Babylonia per deſyderia carnalia & illicita locum dãdo diabolo & angelis eius in cordibus ſuis, vt in illis & de illis operetur: aliqñ interrogãt nos, & dicũt nobis, Expo nite nobis rõnẽ. Pagani pleriq. dicũt iſta D nobis, exponite nobis rationem quare venit Chriſtus, & quid profuit Chriſtus generi humano? Aliquando interrogãt nos & dicunt nobis, Nõne ex quo venit Chriſtus peiora ſunt in rebus humanis quam fuerant antea, & fœliciores tunc erãt res humanæ quam modo? Dicant nobis Chriſtiani, quid boni attulit Chriſtus vnde fẽliciores putent res humanas, quia venit Chriſtus? Vides.n.ſi theatra & amphitheatra & circi ſtarent incolumes, ſi nihil caderet de Babylonia, ſi vbertas eſſet circũfluentium voluptatũ hominibus cantaturis, & ſaltaturis ad turpia cantica, ſi libido ſcortantium & meretricantium haberet quietem & ſecuritatem, ſi non timeret famem in domo ſua qui clamat, vt pantomimi veſtiantur: Si hæc omnia ſine labe, ſine perturbatione aliqua fluerent, & eſſet ſecuritas magna nugarum, fœlicia eſſent tempora, & magnam fœlicitatem rebus humanis Chriſtus attuliſſet: Quia vero cæduntur iniquitates, vt extirpata cupiditate plantetur charitas Hieruſalem, quia

quia miſcentur amaritudines vitæ temporali, vt æterna deſyderetur, quia erudiũtur in flagellis homines paternam accipientes
E diſciplinam, ne iudiciariam inueniant ſententiam, nihil boni attulit Chriſtus, & labores attulit Chrs: Et incipis dicere homini quãta bona fecit Chriſtus, & nõ accipit,
Mat. 19 Proponis enim illi eos qui faciunt quod modò audiſtis in euangelio, Vẽdũt omnia ſua, & dant pauperibus vt habeant theſaurum in cœlis & ſequantur dñm: dicis illis, Ecce quod attulit Chriſtus. Quàm multi faciunt iſta vt diſtribuãt res ſuas egenis, & fiunt pauperes, nõ neceſsitate, ſed voluntate, ſequẽtes deum, ſperantes regnum cœlorum. Irrident iſti quaſi ſtultos, & talia, inquiunt, bona attulit Chriſtus, vt perdat hõres ſuas, & cum dat egenis remaneat egenus? Quid ergo facies? Bona Chriſti nõ capis. Alius.n.te impleuit q̃ aduerſarius eſt Chriſto, cui dediſti locum in corde tuo, Priora tempora reſpicis, & quaſi lætiora tibi vidẽtur fuiſſe tempora priſtina, quæ ſic erant tanquam oliuæ pendentes in arbore, ducentibus ventis quaſi quadam libertate auræ perfruentes vago quodam deſyderio ſuo. Ventum eſt vt oliua mitteretur in
Ps.8.2 torcular. Non enim ſemper pendere habe
&83. bat in arbore, iam finis eſt anni. Non ſine
F cauſa inſcribuntur pſalmi quidam pro torcularibus: in arbore libertas, in torcularibus preſſura. Cum enim res humanæ conteruntur & premuntur, attendis quia creſcit auaritia, attende quia creſcit & continentia. Quare tam cæcus es, vt amurcam fluentem per platea videns, oleum in gemellaria non videas? Et hoc non ſine cauſa: Qui male.n.verſanꝫ, publicè noti ſunt. Qui autem ſe conuertunt ad deum & a ſordibus malarum cupiditatem purgãt, occulti ſunt: qa & in ipſo vel ex ipſo ſunt torculari: Amurca aperte fluit, oleum occulte eliquatur. Acclamatis ad iſta, & gaudetis ad iſta, quia iam poteſtis ſedere ſup flumina Babylonis & flere. Illi autem qui captiuos duxerunt nos, quando iubilant in corda hominum, & interrogãt nos per linguas eorum quos poſsident: & dicunt nobis, Cantate nobis verba canticorum. Reddite nobis rationem aduentus Chriſti, & quæ eſt alia vita? Volo credere, doce me rationem, quare mihi imperas vt credam? Reſpondeo illi, & dico, O homo, quomodo non vis tibi imperem vt credas? Plenus es malis cupiditatibus. Si bonam dicam illam Hieruſalem, non eam capis, oportet vt exinanianꝫ quo plenus es, vt poſsis impleri quo inanis es: Ergo noli facile huic aliquid dicere, lignum eſt ſalicis, lignum eſt ſterile. Noli percutere organum, vt ſonet, G ſuſpende potius. Sed ille dicturus eſt, Dic mihi, canta mihi, redde mihi rationem. Nõ vis, inquit, vt dicam, non bono animo audis, non ſic pulſas vt tibi dignum ſit aperiri. Ille te impleuit qui me captiuum dixit, ipſe me interrogat de te: aſtutus eſt, doloſe quærit, non quærit quid diſcat, ſed quid reprehendat. Ergo ego non dicam, ſuſpendam organum meum. Sed quid dicturus eſt adhuc? Cantate nobis verba canticorum, cantate nobis hymnum, Cantate nobis de canticis Sion.) Quid reſpondemus, Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur: non noſti capere niſi quod fulget ad tempus, æterna meditari ignoras, non capis quod interrogas. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Vere fratres ſic eſt. Incipite velle prædicare veritatem quantulamcunque noſtis, & videte quàm neceſſe ſit, vt tales patiamini irriſores & exactores veritatis, plenos falſitatis. Reſpondete illis exigentibus à vobis quæ capere non poſſunt, & dicite ex fiducia ſancti cantici veſtri, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Sed vide quomodo verſeris inter eos, ò populedei, ò corpus Chriſti, ò generoſa peregrinatio, non es hinc, aliunde es: ne cum illi qui tibi dicunt, Cantate nobis verba canticorum, dicite nobis hymnum, cantate no H bis de canticis Sion, quaſi amantur à te, & affectas amicitias eorum, & times talibus diſplicere, incipiat te delectari Babylonia, & obliuiſcaris Hieruſalem. Hoc ergo timens vide quid ſubiiciat, vide quid ſequatur. Paſſus eſt enim homo iſte qui cantabat, & iſte homo nos ſumus ſi volumus. Paſſus eſt vndique talia interrogantes & adulatione blandientes, mordaciter reprehendentes, falſo laudantes, quod non capiunt exigentes, quo & pleni ſunt fundere nolentes: & inter turbas talium tanꝫ periclitans, erexit animum ad recordationem Sion, & conſtrinxit ſe talis anima iuratione quadã, & ait, Si oblitus fuero tui Hieruſalem.) Inter verba captiuãtiũ, inter verba

dolo-

doloſorum, inter verba male interrogantium, quærẽtium & diſcere nolẽtium. Ecce iude erat ciuis ille qui dñm interrogauit, Magiſter bone quid faciam vt vitã æternam conſequar? Nõne de vita ẽterna q̃ rẽs quaſi cãticum Sion interrogauit? Serua mãdata, ait illi dñs: Et ille de faſtu cum audiſſet rñdit, Iam omnia hæc, inquit, impleui à iuuẽtute mea. Et dñs dixit illi qdam de cãticis Sion, & nouerat quod non caperet, ſed exemplum dedit nobis quomodo multi quærãt quaſi cõſilium ad vitam æternam, & tãdiu nos laudãt q̃diu rñdeamus quod quærunt. Dedit de illo documẽtum tanq̃ nobis dicturis aliq̃ talibus hominibus: Quomodo cãtabimus cãticũ dñi in terra aliena? Ecce ait, Vis eſſe perfectus, vade vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me: Vt diſcat multa cãtica de cãticis Sion: prius impedimẽta reiiciat, expeditus ambulet, ne vllo onere prægrauetur, & diſcet aliquid de cãticis Sion. Ille autem contriſtatus abſceſsit: dicamus poſt illum, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Et ille quidem diſceſsit, ſpẽ tamen diuitibus dominus dedit: nam contriſtati diſcipuli dixerunt, Quis nam poteſt ſaluus fieri? Et reſpondit eis, Quod hominibus impoſsibile eſt, facile eſt deo. Habẽt enim & diuites quendam modum ſuũ, & acceperunt canticum de Sion, canticum de quo Apoſtolus dicit, Præcipe diuitibus huius ſeculi nõ ſuperbè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo viuo, qui præſtat nobis omnia abũdanter ad fruendum adiungens quid debeant agere, iam tangit organa, non ſuſpendit: Diuites ſint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehẽdãt veram vitam. Hoc cãticum de canticis Sion diuites acceperunt, primò non ſuperbè ſapere. Extollunt enim diuitiæ, & quos extollũt, flumina illa extollunt. Quid ergo his præcipitur? Ante omnia non ſuperbè ſapere: qd faciunt diuitiæ, hoc caueant in diuitijs, caueant in diuitijs ſuperbiam. Ipſum enim malum eſt quod important maximè diuitiæ incautis hominibus. Non enim aurum malum eſt quod deus cõdit, ſed malus eſt homo auarus relinquens creatorem conuerſus ad creaturam. Hoc ergo ſibi præcaueat ne ſit ſuperbus, & ſuper fluuium Babylonis ſedeat? hoc ergo illi dictum eſt, Non ſuperbè ſapere. Ergo ſedeat neq. ſperet in incerto diuitiarum. Ergo ſuper flumina Babylonis ſedeat. Si enim ſperauit in incerto diuitiarum, trahitur a flumine Babylonis. Si vero humiliauerit ſe, & non ſuperbierit, & non ſperauit in incerto diuitiarum, ſedet & ſuper fluuium, ſuſpirat æternæ Hieruſalem recordatus Sion: & vt peruen iat, ad Sion erogat. Ecce habes canticum quod diuites acceperunt de canticis Sion: Operentur, tangant organum, non vacent, cum inuenerint hominem dicentẽ ſibi, Quid eſt quod agis? Perdis res tuas tãta erogando, theſauriza filijs tuis. Cum viderint nõ capere, & intellexerint lignum eſſe ſalicis, nõ facile dicant quare agant, & quid agant, ſuſpendant organa in ſalicibus Babylonis. Præter ſalices autem cãtẽt, nõ ceſſent, operentur. Non enim perdunt qd erogant. Seruo commendant & tutũ eſt, Chriſto commendant & perit? Audiſtis cãticum diuitum de canticis Sion, audite & canticum pauperum: idem Apoſtolus loquitur, Nihil intulimus in hunc mũdum, ſed nec auferre aliquid poſſumus: Victum & tegumẽtum habentes his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & deſyderia multa, ſtulta & noxia, quę mergũt hominem in interitum & perditionem. Hæc ſunt flumina Babylonis. Radix eſt. n. omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide & inſeruerũt ſe doloribus multis. Ergo contraria ſunt iſta cantica? Non ſunt cõtraria: videte quid diuitibus dictum ſit, Non ſuperbè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed magis bona operari, tribuere, theſaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum. Pauperibus autem qd dictum eſt? Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem. Non dixit, qui diuites ſunt: ſed, qui volunt diuites fieri. Nam ſi iam diuites eſſent, alterum canticum audirent. Diues audit vt eroget, pauper autẽ audit ne deſideret. Sed cum inter tales verſamini qui non capiunt cãticum Sion, ſuſpendite, vt dixi, organa in ſalicibus in medio eius, differte quæ dicturi eſtis. Incipiũt eſſe ligna fructuoſa, mutantur arbores, & habebunt fructum bonum: Ibi iam licet nobis cantare in aures audientium. Sed cũ inter iſtos obſtrepentes, male interrogantes, veritati reſiſtentes verſamini, obſtringite

Mat. 19

1. Ti. 6.

K

L

Ibidem.

M

gite vos nõ eis velle placere, ne obliuiſcamini Hieruſalem, & dicat vna anima veſtra facta vna ex pace Chriſti, dicat ipſa captiua Hieruſalem hic agens in terra: Si oblitus fuero tui Hieruſalem, Obliuiſcatur me dextera mea. Vehementer ſe cõſtringit fratres mei, obliuiſcatur me dextera mea, atrociter ſe obligauit. Dextera noſtra eſt vita temporalis. Quidquid facis propter vitam æternam, dextera operatur. Si charitati vitæ æternæ in operibus tuis miſcueris concupiſcentiam vitæ temporalis, aut laudis humanæ, aut alicuius commodi ſecularis, cognouit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et noſtis eſſe in præcepto euangelij, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Si oblitus ergo, inquit, fuero tui Hieruſalem, obliuiſcatur me dextera mea. Et vere ſic contingit. Prænunciauit, non optauit. Talibus qui obliuiſcuntur Hieruſalem hoc contingit quod dixit, Obliuiſcitur illos dextera eorum. Vita enim æterna manet in ſe, illi remanent in delectatione temporali, & faciunt ſibi dextrum quod ſiniſtrum eſt. Intendite ad iſta fratres, propter dexterã inſinuẽ hoc vobis, quantum dominus donat ad ſalutem omnium. Meminiſtis fortaſſe hic me aliquando tractaſſe de quibuſdam qui quod ſiniſtrum eſt faciunt dextrum. i. qui temporalia bona plus habẽt, & in iſtis beatitudinem ponunt, ignorantes quæ ſit vera fœlicitas, vera dextera. Hos ſcriptura ſi lios alienos dicit tanquam ciues non Hieruſalem, ſed Babyloniæ: dicit enim quodã loco pſalmus, Domine libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Sequitur enim & dicit, Quorũ filij ſicut nouellæ conſtabilitæ, filij eorum ornatæ ſicut ſimilitudo templi: Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc: Oues eorum fœcũdæ, multiplicãtes in exitibus ſuis, boues eorum craſsi: non eſt ruina ſepis, nec clamor in plateis eorum. Nũ quid habere iſtam fœlicitatem, hoc eſt peccare? Non, ſed facere illam dexteram cum ſit ſiniſtra. Propterea ſecutus quid ait? Beatum dixerunt populum cui hęc ſunt. Ecce vnde locutum eſt os eorum vanitatem, quia beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Tu quidem qui docebis Hieruſalẽ, qui non obliuiſceris Hieruſalem, ne obliuiſcatur te dextera tua, ecce illi qui locuti ſunt vanitatem, beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt: dic mihi tu canticum Sion. Beatus, inquit, populus cuius eſt dominus deus ipſius. Interrogate corda veſtra frẽs, ſi deſideratis bona dei, ſi deſideratis ciuitatem illam Hieruſalem, ſi concupiſcitis vitam æternam. Omnis iſta terrena fœlicitas ſiniſtra vobis ſit, illa ſit dextera quam ſemper habebitis: Et ſi habueritis ſiniſtrã, nolite de ſiniſtra preſumere. Nonne corrãpis eum qui de ſiniſtra voluerit manducare? Si menſæ tuæ iniuriam putas fieri manducante cõuiua de ſiniſtra: quomodo nõ fit iniuria menſæ dei, ſi quod dextrum eſt, ſiniſtrũ feceris: & quod ſiniſtrum eſt, dextrum feceris? Quid ergo? Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuiſcatur me dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, niſi tui meminero.) Id eſt, obmuteſcam, inquit, niſi tui meminero. Vt quid enim loquitur? vt quid ſonat qui cantica Sion nõ ſonat? Ipſa eſt lingua noſtra cãticum Hieruſalem: Canticum delectationis ſeculi huius lingua aliena, lingua barbara eſt, quam in captiuitate didicimus. Ergo mutus erit deo qui oblitus fuerit Hieruſalem: Et parum eſt meminiſſe: nam & hoſtes meminerunt eius, volentes eam euertere. Quæ eſt ciuitas iſta dicunt qui ſunt Chriſtiani? & quales ſunt Chriſtiani? O ſi nõ eſſent chriſtiani. Vicit iam captiuatura turba captiuatores ſuos, & tamen murmurant & ſæuiunt, & volunt interficere apud ſe peregrinantem, ſanctam ciuitatem, ſicut voluit ipſum populum interficere Pharaon, quando maſculos natos occidebat, & fœminas relinquebat, virtutes præfocabat, concupiſcentias nutriebat. Parum ergo eſt meminiſſe, vide quomodo memineris, quædam enim cum odio meminimus, quædam cũ amore: cum ergo dixiſſet, Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuiſcatur me dextera mea: Adhęreat lingua mea faucibus meis, niſi tui meminero: addidit ſtatim, Si non præpoſuero Hieruſalem in principio iocũditatis meę.) Ibi eſt enim ſumma iocunditas, vbi deo perfruimur, vbi de fraternitate cohęrẽte, & ciuica ſocietate ſecuri erimus. Nullus ibi tentator nos violabit, nullus vel ad aliquam illecebram percellere poterit, nihil ibi delectabit, niſi bonum. Moritur ibi omnis neceſsitas, orietur ibi ſumma fœlicitas, Si nõ prępoſuero Hieruſalem in principio iocunditatis meę. Et conuertit

Mat. 6.

Ps. 120. & 50.

Ps. 143.

Ibidem.

B

C

D

Exod. 1.

se ad dominum contra hostes ipsius ciuitatis. Memento dñe filiorũ Edom.) Edom ipse dictus est qui & Esau: audistis.n.mõ cum Apostolus legeret, Iacob dilexi, Esau autem odio in vtero habui. Duo filij erãt in vno vtero, ambo gemini in vtero Rebeccę, filij Isaac, & nepotes Abrahæ. Nati sunt ambo, vnus ad hæreditatem, alter ad exhæreditatem. Fuit aũt hostis fratris sui iste Esau, quia præuenit benedictionẽ eius filius minor, & impletũ est, Maior seruiet minori. Maior ergo qs est, & minor quis est? & quis est maior qui seruiet minori, mõ intelligimus. Maior videbatur populus Iudæorum, minor ex tpe populus christianorũ. Et videte quomodo maior seruit
E minori, Illi portãt codices, nos viuimus de codicibus ipsorum. Sed vt generaliter de omnibus intelligaris fratres maiorem & minorem, maior dicitur hõ carnalis, & minor dicitur homo spiritalis: quia prius est carnalis, & postea spiritalis. Habes Apostolum aperte dicentem, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cęlestis: qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes: sicut portauimus imaginem terreni, portemus & & imaginem eius qui de cœlo est: ibi autẽ supra dixerat, Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, postea spirituale. Animalem autem eundem dicit quem carnalem ostẽdit. Homo qui nascitur, animalis esse incipit, carnalis esse incipit. Si se cõuertat à captiuitate Babyloniæ, in reditu Hierusalem renouatur, & fit renouatio quædam secundum nouum & interiorem hominem, & fit minor tẽpore, maior potestate. Ergo Esau omnes carnales, Iacob autẽ omnes significat spiritales: minores electi, maiores illi reprobati. Vult & ipse eligi? Fiat minor. Edom autem appellatus est de cibo quodam lenticulæ rubro, i. roseo quodam cibo. Bene cocta erat lenticula decticata, concupiuit iste Esau à fratre suo Iacob & cessit illi primatũ suũ, victus concupiscentia manducandæ illius lenticulæ. Ille autem cessit cibum voluptatis, & sumpsit honorẽ dignitatis. Ita ex placito quodam inter eos factum est, vt ille maior, ille minor fit, vt maior seruiret minori, & appellatus est Edom. Interpretatur autem, quantum dicunt qui illam linguam nouerunt, Edom sanguis: nã & Punicè Edõ sanguis dr. Noli mirari. Ad sanguinem pertinent oẽs carnales, Caro & sanguis regnũ dei non possidebunt. Non illuc pertinet Edom, pertinet illuc Iacob, quia caruit cibo carnali, & sumpsit honorẽ spiritalem: Ille vero factus est inimicus. Omnes carnales spiritalib. inimici sunt. Oẽs tales cõcupiscentes præsentia, insequunt eos quos vident meditari æterna. Cõtra hos iste respiciens in Hierusalem, & rogans deum, vt eruatur à captiuitate, quid dicit? Memẽto domine filiorum Edom: Libera nos à carnalibus, ab eis qui imitantur illũ Edõ, qui fratres maiores sunt, sed hostes sunt. Prius nati sunt, sed posterius nati vicerũt ad primatum, quia concupiscentia carnis illos deiecit, contempta concupiscentia illos erexit. Viuunt & inuident & persequũtur. Memento domine filiorum Edom. In
G die Hierusalem .] Diem Hierusalem quo laborauit quo captiuata est, an diem illum fœlicitatis Hierusalem quo liberatur, quo peruenit, quo æternitati sociatur? Memento, inquit, domine, noli obliuisci filiorum Edõ. Quorum? Dicentium euacuate euacuate, vsque dum fundamentũ in ea.) Istũ ergo diem memento, quando euertere volebant illi Hierusalem. Quantas enim persecutiones passa est ecclesia? Quomodo dicebant filij Edom, i. carnales homines, subditi diabolo & angelis eius, colentes lapides & ligna, sequentes concupiscentiã carnis, Extinguite christianos, tollite christianos, nec vnus remaneat, euertite vsque ad fundamentum. Nonne dicta sunt hæc? Et cum ista dicerentur, persequentes improbati sunt, martyres coronati sunt. Dicẽtiũ euacuate, euacuate vsque dum fundamentum in ea: filij Edom dicunt, Euacuate euacuate, & deus dicit seruite. Cuius verba possunt superare, nisi dei qui dixit, Quia maior seruiet minori? Euacuate euacuate vsq. dum fundamentum in ea: & cõuertit se ad illam, Filia Babylonis infœlix.]Infęlix ipsa exultatione tua, ipsa psumptione tua, & inimicis tuis, Filia Babylonis infœlix. Ciuitas ipsa dicitur Babylon & filia Babylonis, quomodo Hierusalem & filia
H Hierusalẽ, & quomodo Sion & filia Sion, hoc more appellatur ecclesia & filia ecclesiæ: Propter successionem dicitur filia, pp prelationẽ dicitur mater. Fuit prima quædam Babylonia, nunquid ipse populus in ea permansit? Per successionem Babyloniæ, facta est filia Babylonis. O filia Babylonis infœlix tu, Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.] Infœlix tu, beatus ille. Quid enim tu fecisti, & quid retribuetur tibi? Audi, Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam: Quam retribuisti nobis.] Quam retributionẽ dicit? ad hoc claudit psalmus, Beatus qui tenebit, & elidet infantes tuos ad petram.) Illã dicit infœlicem, beatum autem qui retribuet ei retributionem quam retribuit nobis. Quærimus quam retributionem? Beatus, inqt, qui tenebit, & elidet infantes tuos ad petram: Ipsa est retributio. Quid enim fecit nobis Babylonia ista? Iam cantauimus in
PSAL.64. illo psalmo, Sermones iniquorum præualuerunt aduersus nos. Quando.n.nati sumus, paruulos nos inuenit ista confusio seculi huius, & suffocauit nos errorẽ diuersorum vanis opinionibus adhuc infantes.
I Nascitur infans futurus ciuis Hierusalẽ, & in prędestinatione dei iam ciuis, sed interim captiuitatis ad tempus, quãdo discit amare, quod insusurrauerint parentes. Instruunt & docent illum auaritiam, rapinas, mendacia quotidiana, diuersas culturas idolorum & dæmoniorum, remedia illicita præcantationum & ligaturarum. Quid facturus est adhuc infãs, anima tenera, attendens ad maiores quid agant, nisi vt quod eos viderit agere hoc sequatur? Babylonia ergo psecuta est paruulos nos, sed deus dedit nobis aguitionem sui iam grãdibus, vt non sequeremur errores parentum nostrorum: quod & tunc cõmemorauit prædictum à propheta, Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Vere mendacium coluerunt patres nostri, vanitatem quæ illis non profuit, Iam iuuenes dicunt qui occisi erant paruuli sequendo ipsas vanitates: Proijciendo autem vanitates, & reuiuiscendo in deum proficiẽt, & retribuent Babyloniæ. Qualem retributionem ei retribuent? Quam retribuit nobis. Paruuli eius vicissim clidantur & moriantur. Qui sunt paruuli Babylonię?
K Nascentes malæ cupiditates. Sunt.n.qui cum veteri cupiditate rixantur: Quando nascitur capiditas, antequam robur faciat aduersum te mala consuetudo cum paruula est. Ne enim cupiditas nequam prauæ consuetudinis robur accipiat, cũ paruula
1.Co.10. estelide illã. Sed times ne elisa nõ moriat, ad petrã elide. Petra aũt erat Christus, Fratres, organa in operãdo non cessent, vobis inuicem cantare cantica Sion. Quàm libẽter audistis, tam libentius agite quod audistis, si non vultis esse salices Babyloniæ, pasti de fluminibus eius, & fructum nullum afferentes. Sed suspirate in æternam Hierusalem, quò præcedit spes vestra, sequatẽ vita vestra: ibi erimus cum Christo. Chr̃s nobis modo caput, gubernat nos modo desuper, amplectetur secum in illa ciuitate, cum æquales erimus angelis dei. Non auderemus hoc suspicari de nobis, nisi pmitteret veritas. Hoc ergo cõcupiscite fratres, hoc die noctuque cogitate. Quicquid de mundo fœliciter arriserit, nolite præsumere, nolite libenter colloqui cum voluptatibus vestris. Hostis maior est, occidatur ad petram. Breuis hostis est, elidatur ad petram: Et maiores ad petram occidite, & minores ad petram elidite, Petra vincat: In petra ædificamini, si non vultis tolli aut à ventis, aut à pluuia. Si vultis armati esse cõtra tentationes in seculo, crescat & roboretur desyderium Hierusalem æternæ in
L cordibus vestris. Transiet captiuitas, veniet fœlicitas: damnabitur hostis extremus, & cum rege sine morte triumphabimus.

In Psalmum centesimũ tricesimũseptimũ. Enarratio.

TItulus Psalmi huius breuis & simplex est, neque nos tenet, scientes cuius figuram portauerit Dauid, & in eo etiam nosipsos agnoscentes, quia & nos membra sumus illius corporis. Agnoscamus ergo hic vocem ecclesiæ, simul q. gaudeamus quòd in ea ésse meruimus, cuius vocem cantantis audiuimus: Totus titulus est, Ipsi Dauid.]Videamus ergo quid ipsi Dauid, Confitebor tibi dominẽ in toto corde meo.) Solet nobis psalmi titulus indicare quid agatur intus. Hic autem quoniam titulus non hoc indicat, sed tantum cui cãtetur indicat: quid agatur in toto psalmo, primus versus annunciat, Confitebor tibi domine in toto corde meo: hanc ergo confessionem audiamus. Sed prius commemoro vobis confessionem in scripturis, cum confitemur deo, duobus modis dici solere, vel peccatorum, vel laudis. Sed confessio- M nem peccatorum omnes nouerunt, laudis autem confessionem pauci aduertunt. Nã ita nota est confessio peccatorũ, vt in quo-

cunque scripturarum loco auditū fuerit, Confitebor tibi dñe: aut, Confitebimur tibi: continuo iam consuetudo sit intelligendi, vt manus currant ad pectus tundendū, vsqueadeo nō solent homines intelligere confessionem esse nisi peccatorū. Sed nunquid & ipse dñs noster Iesus Christus peccator fuit, qui ait in euangelio, Cōfitebor Mat. 11 tibi dñe pater cœli & terræ? Securus enim ait, q̄d confiteretur, vt intelligeremus confessionem laudis eius, non iniquitatis. Cōfitebor tibi, inq̄t, pater dñe cœli & terræ, q̄a abscondisti hęc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Laudauit patrem, laudauit deum, quia non despicit humiles, sed despicit superbos. Et hic talē confessionem audituri sumus laudis dei & gratulationis, Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Totum cor meum in aram tuæ confessionis impono, holocaustum laudis tibi offero. Holocaustum enim dicitur sacrificium vbi totum incēditur. Græce quippe ὅλον, Latine totum dicitur. Vide quemad modum offerat holocaustum spiritale, q̄ A dicit, Confitebor tibi domine in toto corde meo. Totum, inq̄t, cor meum flamma tui amoris accendat, nihil in me relinquat mihi, nec quo respiciam ad meipsum, sed totus in te æstuem, totus in te ardeam, totus diligam te, tanquam inflammatus abs te. Confitebor tibi domine in toto corde meo, Quoniā audisti verba oris mei.) Cuius oris mei, nisi cordis mei? Ibi enim habemus vocem quā deus exaudit, quā prorsus auris humana nō nouit. Clamabāt certe qui Susannam accusabant, & ad cœlum Dan. 3. oculos non leuabant: illa tacebat, & corde clamabat. Vñ illa meruit exaudiri, inde isti punir. Est ergo os intus, ibi rogamus, inde Acto. 17 rogamus: Et si hospitium vel modum deo præparauimus, ibi loquimur, ibi exaudimur. Non.n. est ille longe ab vnoquoque nostrū positus, in quo viuimus, mouemur & sumus. Longe te à deo non facit, nisi iniquitas sola. Deijce medium parietē peccati, & cum illo es quem rogas. Audisti, inquit, verba oris mei: confitebor tibi, Et coram angelis psallam tibi.] Non enim corā hominibus psallam, sed coram angelis psallam. Psalterium meum, gaudium meū: Sed B gaudium meum de inferioribus coram hominibus est, gaudiū meū de superioribus Esa. 18. & 57. coram angelis est. Nō. n. nouit impius gaudiū iusti. Nō est gaudere impijs dicit dominus. Gaudet iniquus in pompa, gaudet martyr in catena. Quomō gaudebat sancta illa Crispina, cuius hodie solēnitas celebrat? Gaudebat cū tenebat, cum ad iudicē ducebat, cū in carcerē mittebat, cū ligata producebat, cū in catasta leuabat, cum audiebatur, cū dānabat. In his omnibus gaudebat, & eam miseri miseram putabāt, quæ coram angelis gaudebat: Adorabo ad templum sanctū tuū.) Quod tēplum sanctum tuum? Vbi habitabimus, ibi adorabimus. Currimus enim vt adoremus. Grauidum cor nostrum parturit, & vbi pariat quērit. Quis est ille locus vbi adorandus est deus? Qui mundus? Quod ædificium? Quæ denique sedes in cœlo & inter stellas? Quærimus in scripturis sanctis, & inuenimus in verbis Sapientię, Ego, inquit, eram cū Prou. 8. illo. Ego eram ad quam adgaudebat quoti die. Et dicit opera eius, & exponit nobis sedem ipsius. Qñ? Qñ validas, inquit, faciebat in summo nubes, quando sedem suam C segregabat super ventos. Sedes autem eius tēplū eius. Quo ergo ibimus? Sūp ventos adoraturi sumus? Si super uētos adoratur, aues nos vincūt. Si aūt intelligamus vētos animas. i. ventorum nomine significatas Psa. 17. animas, sicut ait quodam loco scriptura. Gene. 1. Volauit super pennas ventorum: hoc est, super virtutes animarum: vnde & flatus dei dicitur anima tanquam ventus, nō vt iste intelligatur ventus, quo corpus propelente sentimus, sed eius nomine significetur aliquid inuisibile, quod neque oculis cerni potest, nec sentiri auribus, nec adorantu duci, nec palato gustari, nec manu contrectari, quod est vtique vita quędam quæ viuimus, quæ anima dicitur. Si hos ventos intellexerimus, non est quare quęramus pennas visibiles, vt cum auibus volemus ad orandum ad templum dei, sed super nos ipsos inuenimus deum sedere, si eius fideles esse voluerimus: videte si hoc non est, 1. Co. 3. Templum enim dei sanctum est, ait Apostolus, quod estis vos. Certe tamen quod manifestum est in angelis habitat deus. Ergo cum gaudium nostrum de spiritalibus rebus non de terrenis bonis assumit canticum deo vt psallat coram angelis sanctis, ipsa congregatio angelorum templum dei est, adoramus ad templum dei: ecclesia deorsum, & ecclesia sursum. Ecclesia deorsum in omnibus fidelibus, & ecclesia sursum in omnibus angelis. Sed descendit ad D eccle-

Matt. 4. ecclesiam deorsum dominus angelorum, & ei angeli in terra ministrauerunt mini-
Mat. 20 strāti nobis. Non.n. inq̄t, veni ministrari sed ministrare. Quid nobis ministrauit, nisi q̄d heri hodieq̄. manducamus & bibimus? Cum ergo dñs angelorum nobis ministrarit, nō desperemus nos futuros æquales angelis. Maior.n. angelis descendit ad hominem, & creator angelorum susceepit hominem, dñs angelorum mortuus est p̄ homine. Adorabo ergo ad templum sanPsal. 13. ctum tuum. Intelligo templum tuum non manufactum, sed quod tu fecisti tibi. Et cōfitebor nomini tuo: In misericordia tua: & veritate tua.) In duobus istis cōfitemur, Psal. 24. sicut.n. & in alio psalmo legitur, Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas: in duobus istis confitemur, in tua misericordia, & in tua veritate. Misericordia peccatorē
Ose. di. respexisti, veritate p̄missionem reddidi-
cim. 46. sti. In tua ergo misericordia & veritate cō-
cap. Sed fitebor tibi. Has etiam ego pro meis viri-
uerit. bus reddo quas mihi donasti, faciens misericordiā & veritatem, misericordiam in E subueniendo, veritatem in iudicando. His adiuuamur à deo, his promeremur deū. Merito ergo misericordia & veritas vniuersæ viæ dñi. Non sunt aliæ viæ quibus ad nos veniat: non sunt aliæ viæ quibus ad illum veniamus. Qm̄ magnificasti super omne nomē sanctum tuum.) Qua-
Gen. 15. lis ista gratulatio fratres? Magnificauit no-
Rom. 4. mē suum sanctum super Abraham. Credidit.n. Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiā. Cæteræ omnes gētes idolis immolabant, & dæmonibus seruiebāt. Natus
Exod. 3. est ex Abrahā Isaac, magnificatus est sup illam domum deus: inde Iacob, magnificatus est deus, q̄ dicit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: inde duodecim filij Israel, inde populus Israel liberatus ab Aegypto, ductus per mare rubrum, exercitatus in eremo, eiectis gentibus in terram p̄missionis collocatus est:
Rom. 4. Magnificatū est nomē domini sup Israel. Sed inde & virgo Maria, inde dñs Iesus Christus mortuus est p̄ peccata nostra, resurgens p̄pter iustificationem nostrā,
Acto. 2. implens fideles spiritu sancto, mittens prę-
Matt. 3. dicare per gentes, Agite pœnitentiam, appropinquabit.n. regnum cœlorum: Et ecF ce magnificauit super omne nomen sanPsal. 101. ctum suum. In quacunque die inuocaueritro te cito exaudi me.) Quare cito? Quia tu dixisti, Adhuc loquente te dicam, Ecce Esa. 58. assum. Quare cito? Quia iam non peto fęlicitatem terrenam, didici sanctum desyderium de nouo testamēto. Non peto terrā, non fœcunditatem carnalem, nō salutem temporalem, non inimicorū subiectionē, non diuitias, non honores: Nihil horum peto, ideo cito exaudi me, q̄a docuisti me quid petam. At q̄d peto? Dicamus huic, Quid tale petis? Audiamus nos & videamus, eructet petitionē suam, & videamus quid petat, & dicamus per eum petere, vt mereamur accipere. Veneras ad ecclesiā, nescio quid hodie petiturus. Quid putamus veneras petiturus? Veneras cū desyderio tuo, nescio quo, vtinam innocenti: Et si carnali, sed remoue iniquitatē, remoue carnalitatē, disce quid petas, quid hodie celebres attēde. Natalitium sanctæ & beatæ fœminæ celebras, & forte fœlicitatem terrenā desyderas? Illa p̄p desyderiū sanctum dimisit fœlicitatem quam habebat in terra, dimisit filios flentes & tanq̄ crudelem matrem dolentes, quia velut perderat humanam misericordiam, quæ ad diuinam festinabat coronam. Nescibat vero illa quid desyderaret, q̄d calcaret? Imò vero nouerat psallere coram angelis dei G eorumq̄. desyderare cōsortium, amicitiā sanctā & puram, vbi ulterius nō moreretur, vbi iudicē nosset apud quem non valere posset mendaciū. Quid ergo? In illa vita nulla sunt hona? Imò vero ibi sola sunt bona, non malis mixta bona, securitates in quibus gaudeas quantū vis, & nemo dicat tibi vnde doleas, tēpera te. Hic aūt de bonis terrenis gaudere molestū est, & periculosum nimis, ne sic gaudeas vt hæreas, & gaudēdo male pereas. Nam vnde deus miscet tribulationes gaudiis terrenis, nisi vt tribulationē sentientes & amaritudinem, discamus æternam desyderare dulcedinē? Quid ergo petit videamus, quo merito dixerit cito exaudi me. Quid enim petis vt cito exaudiaris? Multiplicabis me.) Multis modis multiplicatio intelligi potest. Est multiplicatio terrenæ generationis sęcm primam generationis naturæ nostræ benedictionem quam audiuimus, Crescite & multiplicamini, & imple Gene. 1. te terram & dominamini ei. Sic.n. ille nevolebat multiplicari, qui dicebat, Cito exaudi me? Et ista plane multiplicatio fructuosa est, & non venit nisi de benedictio-

ne domini. Iam quid dicam de alijs multi-
H plicationibus? Multiplicatus est ille auro, ille argento, ille pecoribus, ille familia, ille possessionibus, ille his omnibus. Multæ sunt terrenæ multiplicationes, fœlicior autem filiorum, quanquam hominibus auaris etiam ipsa fœcunditas molesta est. Timent enim ne pauperes relinquantur, qui multi nasci potuerunt. Quæ sollicitudo plerosque ad impietatem coegit, vt obliuiscerentur quòd parentes essent, omniq; humanitatis affectu expoliati, exponerent filios suos, vt eos facerent alienos: proijceret quæ peperit, colligeret quæ non peperit: illa contemneret, illa diligeret: illa frustra mater carne, illa verior voluntate. Cum ergo sint multæ multiplicationes & multa genera multiplicationum, quam multiplicationem quærit qui dixit, Cito exaudi me? Ait enim, Multiplicabis me. Expectamus audire in quibus? Audi ergo, In anima mea.] Non in carne mea, sed in anima mea. Multiplicabis me in anima mea. Est ne adhuc quod addatur, ne forte & multiplicatio in anima non continuo fœlicitatem significet? Etenim curis & furijs homines in anima multiplicantur: Multiplicatus videtur in anima, in quo etiam
I multiplicata sunt vitia. Ille tantummodo luxuriosus, iste & auarus & superbus & luxuriosus: Multiplicatus est in anima sua, sed malo suo: multiplicatio ista egestatis est, non ubertatis. Ergo quid tu qui dixisti, Cito exaudi me, & te abstulisti ab omni corporea, & ab omni terrena re, ab omni desyderio seculari, & diceres Deo, multiplicabis me in anima mea? Adhuc explana quid desyderes, Multiplicabis me, inquit, in anima mea. Virtutem.) Expressum votum, expressum desyderium, ab omni confusione circumcisum. Si diceret, Multiplicabis me: terrena, nescio quæ, cogitares: addidit, in anima mea. Rursus, ne in anima vitia cogitares: addidit, virtutem. Nihil est quod amplius à deo desyderes, si vis bona & uera fronte dicere, Cito exaudi me. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ.) Ita fiet, & ita fit, & quotidie fit, & ostenditur non frustra dictum, nisi quia erat futurum. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ. Sed & ipsi cum tibi confitentur, cum laudant te, non terrena desyderet à te. Quid enim reges terræ desyderaturi sunt? Nonne iam habent ipsius imperium? Quiquid amplius desyderauerit homo in terra, usque K
ad imperium est desyderium eius. Quid amplius potest? Altior sublimitas necessaria est: Sed fortasse quanto altior, tanto periculosior est. Ideoque reges quanto sunt in maiore fœlicitate terrena, tanto magis humiliari deo debent. Vt quid faciant? Quoniam audierunt omnia uerba oris tui.) O domine, omnia uerba oris tui nescio in qua gente abscondita erant, lex Rom 3.
& prophetæ, omnia uerba oris tui. Sed in gente Iudæorum sola erant omnia uerba oris tui, quam gentem laudans Apostolus ait, Quid ergo amplius est Iudæo? Aut quæ utilitas est circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Iudicū. 6.
Ibi erant uerba Dei. Sed da mihi illum Gedeon quendam sanctum virum tempore Iudicum: Videte quale signum petiuit à domino, Ponam, inquit, uellus in area, compluatur uellus, area sicca sit. Et factum est, complutum est uellus solum, area sicca erat. Petijt iterum signum, area tota compluta sit, & solum uellus siccum inueniatur. Et hoc factum est, compluta est area sicco uellere. Primo complutum uellus sicca area, postea compluta area sicco uellere. Quid uobis uidetur area fratres? Nonne or- L
bis terrarum? Quid uellus? Tanquam gens Iudæa in medio orbe terrarum habens gratiæ sacramentum, non manifestatione, sed in nube secreti, tanquam in uelamento pluuiam in uellere. Venit tẽpus quando reuelaretur pluuia in area, manifestata est, non operta: factum est ergo quod dictum est, Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, qñ audierũt omnia uerba oris tui. Quid est Israel quod absondebas? Quandiu absondebas? Expressum ẽ uellus, exijt de te pluuia. Solus Christus suauitas pluuiæ: ipsum solũ non agnoscis in scripturis, propter quem factæ sunt scripturæ. At uero omnes reges terræ cõfiteantur tibi domine, quoniam audierunt omnia uerba oris tui. Et cantent in uijs domini, quoniam magna est gloria domini.] Psal. 42.
Cantẽt in uijs domini reges terræ. In quibus uijs domini cantent? de quibus supra dictum est, In misericordia tua & ueritate tua, quoniam uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Non ergo sint reges terræ superbi, sed humiles sint. Tunc cantẽt in uijs domini si humiles sint, ament & cantabunt. Nouimus uiatores, & cantatores: cantant & peruenire festinant. Sunt cantica mala tanquam veteris hominis, sed canticum nouum pertinet ad hominem nouum. Ambulent ergo & reges
M terræ in viis tuis, ambulent, & cantent in viis tuis. quid cantent? Quoniam magna est gloria domini, nõ regum. Vide quomodo reges voluit cantare in viis humiliter portantes dominum, non se extollentes aduersus dominum. Nam si se extulerint, quid sequitur? Quoniam excelsus dominus & humilia respicit.) Volunt ergo reges respici? Humiles sint. Quid si se extulerint in superbiam? Latere ipsius oculos possunt? Ne forte quia audisti, humilia respicit superbus velis esse, & dicas in anima tua, Humiles respicit Deus: me non respicit, faciam quod volo, quis enim me videt? Hominem latet, Deus non vult me videre quia humilis nõ sum: ille autem humilia respicit, qd volo facio opportunè. O importune, nũquid hoc diceres si scires qd amare deberes? Ecce si nollet te videre deus, hoc
Psal. 33. ipsum non times, qa te non vult videre? Si salutes aliquem maiorẽ patronum tuũ, & intentus in aliud non te videat, qũo tibi anima dolet? Si autem deus te non videat, securum te putas? Nõ te videt saluator, & videt deprædator & damnator? Et
A tũ & ipse te deus videt. Nõ te putes nõ videri, imò roga vt merearis videre à quo videris: dictum est enim, Oculi domini super iustos. Quia non super iniustos, faciãt ergo quod volunt iniusti, oculi domini super iustos: sequatur adhuc, Et aures eius in preces eorum. Iniusti autẽ qui securos se putabant, qa non sunt oculi domini super eos, nõ timẽt, quia nõ sunt aures eius ad preces eorũ. Nonne melius & oculi eius super nos, & aures eius ad preces nostras? Sed cũ facis ea sup quæ vis esse oculos domini, tunc mereris precibus tuis & aures dñi, & tamen male faciendo à te nõ auertis oculos domini: quid enim ibi sequtur? Vultus autem domini super faciẽtes malum: sed ad quid? Vt perdat de terra memoriam eorũ. Vides te videri, vides te latere non posse? Cũ ergo quicquid feceris

videatur, quare hoc non facis vnde placere mereari? Ergo & hic quid? Quoniam magna est gloria domini, quoniam excelsus dominus & humilia respicit: Excelsa autem quasi non respicit. Humilia enim respicit. Excelsa.] Quid? A longe cognoscit.] Quid sibi ergo præstat superbus, nisi vt à longe videatur: non vt non videatur? Ne putes te ideo securum esse debere, qñ minus te bene videat, quia à lõge te videt. Tu enim quod à longe vides non bene vides: Deus & si à longe te videt, pfecte te videt, & tecum non est. Hoc agis non vt mi- B
nus perfecte videaris, sed vt non sis cum Psal. 3.
illo à quo videris: At vero humilis quid tibi præstat? Prope est dominus his qui obtriuerunt cor. Erigat se ergo superbus quãtum voluerit, certe in alto habitat deus, in cœlo est deus. Vis tibi propinquet? Humilia te, Nam tanto à te erit altior quanto tu elatior, Excelsa autem à longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.] Verum est, In quacũque tribulatione fueris, confitere, inuoca, liberat te, viuificat te. Sed tamen aliquid hic Psal. 141.
debemus melius intelligere, quo iam familiarius inhæremus deo, dicamusq. ei, Cito exaudi me domine: dixerat enim, Excelsa à longe cognoscit: & excelsa superba non norunt tribulationem. Non norunt, inquam, tribulationem, de qua dicit alio loco, Tribulationem & dolorem, inueni, & nomen domini inuocaui. Quid enim magnum si tribulatio te inueniat? Si aliquis pateris, tu inuenis tribulationem. Et quid est, inquit, qui inueniat tribulationẽ? Aut quis illam vel quærat? In medio tribulationis es & nescis. Vita ista parua tribulatio est. Si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est, C
aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribulẽtur non se esse cum eo quod desyderet? Sed vnde tibi non videtur ista tribulatio? Quia non amas. Ama alteram vitam, & videbis quia ista vita tribulatio est, quacunque prosperitate fulgeat, quibuslibet delitijs abundet atque circumfloreat: Quando nondum est illud gaudium sine vlla tentatione certissimum, quod nobis in fine seruat deus, sine dubio tribulatio est. Ergo intelligamus & huius tribulationem fratres, Si ambulauero in medio tribulationis, a

viuificabis me:nõ sic ait,tauquam diceret, Si forte euenerit mihi tribulatio aliqua,liberabis inde me. Sed qũo? Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.i.aliter non viuificabis me,nisi in medio tribulationis ambulauero. Væ ridentibus,beati lugentes. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.) Seuiant inimici,quid possunt facere inimici? Pecuniam tollere,expoliare,proscribere,in exilium mittere, doloribus tormentisq. cruciare, ad postremum si permisi fuerint & occidere. Nunquid & amplius? Tu autem
D domine super iram inimicorum extendisti manũ tuã,super id quod mihi possunt, facere inimici tu extendisti manum tuam. Non enim inimici possunt me separare à te. Tu autem amplius vindicas,quia adhuc differs me. Super irã inimicorũ meorum extendisti manum tuã. Sæuiat quantum põt inimicus, nõ me separat à deo. Tu autem dñe adhuc me non recipis, adhuc me in peregrinatione conteris, adhuc gaudium dulcedinemq. tuam nõ præbes:
Psal.35. Nõdum inebriasti me ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ nondũ potasti. Apud te enim est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Sed ecce dedi
Rom.7. & 8. primitias spiritus, & credidi in te, & seruio mente legi dei,tamen in nobismetipsis adhuc ingemiscimus,adoptionem expectãtes redemptionem corporis nostri. Hanc autẽ vitam nobis peccantibus dedit deus, vbi etiam necesse est vt conteratur Adam
Gene.3. in sudore & labore vultus sui,cum terra ei tribulos & spinas parit. Nunquid aliquis inimicus plus potuit procurare? Super irã inimicorum meorum extendisti manum tuam, sed tamen non ad desperationem: sequitur enim, Et saluum me fecit dextera tua. Potest & sic intelligi,Super irã inimicorum meorum extendisti manũ tuã: Irascebantur inimici,vindicasti me de ini-
E micis. Peccator videbit & irascetur,dentibus suis frendet & tabescet. Vbi sunt qui
Ps. 111. dicebant, pereat nomen Christianorum de terra? Certe aut moriunt,aut cõuertuntur. Ergo super iram inimicorũ extendisti manũ tuã,quandiu dicẽt quod scriptũ est,
Psa. 40. Inimici mei dixerunt mala mihi, qñ morietur & peribit nomen eius? qñ delebitur nomen Christianorum de terra? Cũ dicũt ista,partim crediderunt, partim perierũt, pauci timidi remanserunt. Quanta ira inimicorum sæuiebat, qñ sanguis martyrum fundebat? Qũo se putabant nomen Christianorum delere de terra? Super iram inimicorum meorum extendisti manũ tuã, & saluum me fecit dextera tua. Ecce illi qui martyres persequebantur, memorias martyrum inquirunt, aut vbi adorent, aut vbi se inebrient, quærunt tamen. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã, & saluum me fecit dextera tua. Secundum desyderium saluũ me fecit dextera tua. Est quædam salus in dextera tua:nam est altera salus in sinistra. Salus temporalis & carnalis in sinistra est,salus æterna cum angelis in dextera est. Iõ
F iam in immortalitate positus Christus,di- Mar.16
cit sedere ad dexteram dei. Nõ enim deus habet in seipso dexteram aut sinistrã, sed dextera dei dicitur fœlicitas illa,quæ quoniam oculis ostendi non potest,tale nomẽ accepit. Hac dextera tua saluum me fecisti,non secundum salutem temporalem. Nam Crispina occisa est: sed nunquid deseruit illam deus? Non illam fecit saluam
2.Mac.7 in sinistra,sed fecit in dextera. Machabæi Dani.3. quanta tormenta perpessi sunt? Tres autẽ pueri in medijs ignibus deambulando laudauerunt deum. Illorum salus in dextera, istorum etiam in sinistra. Aliquando ergo non saluat in sinistra sanctos suos,sed semper saluat eos in dextera. Impios autẽ plerunque saluat in sinistra,non saluat in dextera. Nam illi qui persequebantur Crispinam,sani erant in corpore. Illa occisa est, illi viuunt. Illorum salus in sinistra est,illius in dextera: Et saluum me fecit dextera tua. Domine retribues pro me.] Ego non retribuo, tu retribues pro me. Sæuiant inimici quantumlibet, tu retribues quod ego non possum. Domine retribues
1.Pet.2. pro me. In ipso capite nostro attendite.
G Reliquit enim nobis exemplum vt sequamur vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cũ malediceretur, non maledicebat dicens, Ibidem. Domine retribues pro me. Cum iudicare tur, non cõminabatur, sed cõmendabat se Ioan.8. ille iuste iudicanti. Quid est, domine retri Ro.12. bues pro me? Ego, inquit, non quæro gloDeu.32. riã meã, est qui qrat & iudicet. Nõ volme ipsos vindicãtes charissimi, Apostolus dicit, sed date locũ iræ: scriptum est. Mihi vindi-

Psal.68. vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Dñe retribues ꝓ me. Est hic alius intellectus non negligendus, & forte magis eligẽdus. Dñe Iesu Christe retribues pro me. Ego.n.si reddã,rapui: tu quod non rapuisti,soluisti. Dñe retribues pro me. Vide illum retribuẽtem pro nobis. Venerunt q tributum exigerent: exigebant tributũ didrachmas.i. duas drachmas in vno homine. Ventũ est ad dominum vt solueret tri-
Mat.17. butum,imò nõ ad ipsum,sed ad discipulos: & dictum est ad illos, Magister vester non soluit tributũ. Illi retulerunt ad dominũ: & ille, Reges terræ à quibus exigunt tributum? à filijs suis,an ab alienis? Respondens,ab alienis. Ergo,inquit, liberi sunt
Ibidem. filij. Sed tamẽ ne scãdalizemus eos, ait Pe
H tro, Vade mitte hamum in mare,& q primus piscis ascenderit tolle, aperi os inuenies staterem.i. duas didrachmas. Stater põderi genus est habens quatuor drachmas. Inuenies ibi,da illis ꝓ me & te. Domine,retribues pro me. Merito habemus primũ piscem hamo captum, hamo comprehẽsum. Primum surgentẽ de mari,primogenitũ à mortuis. In eius ore inuenimus duas didrachmas.i. quatuor drachmas,in eius ore inuenimus quatuor Euãgelia. Istis quatuor drachmis ab exactione huius seculi liberamur: ꝓ quatuor Euãgelia debitores non remanebimus. Ibi.n. peccata nostra omnia soluũtur. Retribuit ergo pro nobis: Gratias misericordiæ ipsius. Nihil debebat, ꝓ se non reddidit,sed
Ioã.14. ꝓ nobis reddidit. Ecce,inquit, veniet princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet. Quid est,in me nihil inueniet? Nullũ peccatũ in me inueniet,quare occidat me, nõ habet. Sed vt sciant omnes,ait,qa voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Quid est,surgite eamus hinc? Id est,non ex necessitate,sed voluntate patior, reddens qđ non debeo. Domine retribues ꝓ me,Domine misericordia tua in æternũ.) Quid desyderẽ? Non diem hominũ,Non laboraui subsequens te dñe, & diem hominum nõ cõcupiui,tu scis. Ecce martyr sancta Crispina si desyderaret diẽ hominum,
I negaret Christum. Plus hic viueret,sed in
Hie.17. æternũ non viueret. Maluit in æternũ viuere, q̃ paulo amplius temporaliter viuere. Denique dñe misericordia tui in æternum,non ad tempus volo liberari. Misericordia tua in æternum,qua martyres liberasti,& sic cito de hac vita abstulisti. Dñe misericordia tua in æternũ,Opera manuũ tuarum ne despicias.) Non dico,Dñe ne despicias opera manuum mearum, nõ me iacto de operibus meis. Exquisiui quidem Psal.76. dñm manibus meis nocte coram eo,& nõ sum deceptus, sed tamen non commendo opera manuũ mearum. Timeo ne cum inspexeris, inuenias plura peccata q̃ merita. Hoc solum rogo, hoc dico,hoc impetrare desidero, Opera manuũ tuarum ne despicias. Opus tuum in me vide,non meum. Nã meum si videris,damnas: tuum si videris,coronas: quia & quæcunque sunt bona opera mea,abs te mihi sunt,& ideo tua magis q̃ mea sunt. Audio quippe ab Apostolo tuo,Gratia salui facti estis per fidem,& Ephe.2. hoc nõ ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentũ creati in Chri-
K sto Iesu in operibus bonis. Ergo siue in eo q̃ homines sumus, siue in eo q̃ ex nostra impietate mutati & iustificati sumus, domine opera manuũ tuarum ne despicias.

In psalmũ centesimũ trigesimumoctauum Enarratio.

PSalmum nobis breuem parauerамus, quem mandaueramus cantari à lectore, sed ad horam quantũ videtur perturbatus, alterum ꝓ altero legit. Maluimus ergo nos in errore lectoris sequi voluntatem dei, q̃ nostram in nostro ꝓposito. Si ergo vos in eius prelixitate aliquã diu tenuerimus, nobis non imputetis, sed credatis deũ nos non infructuosẽ laborare voluisse. Neque.n. frustra in primo pecca-
Gene.3. to nostro pœnam accepimus, vt in sudore vultus nostri panẽ manducemus. Tantũ si panis est, attẽdite, Panis autẽ est si Chri-
Ioan.6. stus est. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendi. Quẽ manifestum nobis habemus in Euangelio, ipsum quæramus
2.Co.3. & in prophetis. Hunc ibi nõ vident super quorũ cor adhuc velamen positum est, vn de audiuit charitas vestra hesterno die. Nobis autẽ quia sacrificium vespertinum crucis dñi conscidit velum, vt pateant iã
T templi secreta, quandiu nobis Chrs prædi-
Mat.27 catur, & si cũ labore & sudore mãducan-
Gene.3. dus est panis. Loquitur autem dñs noster Iesus Chrs in prophetis aliquando ex persona capitis nostri, q̃ est ipse Christus salu-
Mar.16 uator,

Universidad de Diego Portales Biblioteca

nator, sedēs ad dexteram patris, qui etiam propter nos natus de Virgine, & sub Pontio Pilato qualia nostis passus est, fuso innocente sanguine, quod est prætium nostrum, redemit nocentes à captiuitate in qua detinebamur à diabolo, donando nobis delicta, & ipso prætio nostro sanguine suo delens chirographum, quo debitores tenebamur, Ipse est rector & spōsus & redēptor Ecclesiæ caput nostrū: Et vtique si caput est, habet corpus. Corpus autem eius sancta Ecclesia, q̄ etiam cōiunx eius, cui dicit Apostolus, Vos aūt estis corpus Christi & mēbra. Totus itaque Chrs caput & corpus, tanquā integer vir, quia & fœmina de viro facta est, & ad virū pertinet: & dictum est de primo cōiugio, Erūt duo in carne vna. Hoc autem ad mysteriū interpretatur Apostolus nō frustra esse dictum de illis duobus hominibus, nisi quia in eis iā figurabatur Christus & Ecclesia: nam hoc sic exponit Apostolus, Erūt duo in carne, inquit, vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico, in Christo & Ecclesia. Dicit etiam ipsum Adam formam futuri. Qui est, inqt, forma futuri. Si ergo Adam forma futuri, qūo de latere dormiētis Eua facta est, sic ex latere dormientis .i. in passione morientis & in cruce percussi de lancea manauerūt sacramenta quibus formaretur Ecclesia: nā de futurā eadem passione sua sic dicit in alio Psalmo, Ego dormiui & somnum cœpi & exurrexi, q̄a dns suscepit me. Ergo dormitio intelligitur passio. Eua de latere dormiētis, Ecclesia de latere patiētis. Loquitur ergo dns noster Iesus Christus in Prophetis, aliquādo ex voce sua, aliqn̄ ex voce nostra, quia vnum se facit nobiscum, sicut dictū est, Erunt duo in carne vna: vnde dicit & ipse dominus in Euangelio, cū de coniugio loqueretur, Igitur iā non sunt duo, sed vna caro. Vna caro, quia de nostra mortalitate carnē suscepit. Nō autem vna diuinitas, quia ille creator, nos creatura. Quicquid igitur dns loquitur ex persona susceptæ carnis, & ad illud caput pertinet, qđ iam ascendit in cœlum, & ad ista mēbra quæ adhuc in terrena peregrinatione laborant. Pro quibus laborā tibus mēbris cum ea Saulus insequeretur, clamauit de cœlo, Saule Saule, quid me p̄sequeris? Audiamus ergo loquentem dominum nostrū Iesum Christum in prophetia. Cantati.n. sunt ipsi Psalmi longe anteq̄ dominus de Maria virgine nasceretur, non antequam dominus esset. Semper.n. creator omnium, aliqn̄ autem & natus ex creatura. Diuinitatem.n. illam crēdamus, & quātum possumus intelligamus æqualē patri. Sed illa diuinitas patri æqualis, facta est particeps mortalitatis nostræ, nō de suo, sed de nostro, vt & nos efficeremur participes diuinitatis eius, non de nostro sed de ipsius.

Luc. 2. & 23. Col. 2.

Ephe. 2. 1. Co. 12 Gene. 2 Ephe. 5.

Rom. 5. Gene. 2 Ioan. 9.

Psal. 3.

Gene. 2 Matt. 9.

Lucæ. 2

Exposītio Psalmi.

DOmine probasti me & cognouisti me.) Dicat hoc ipse dns Iesus Christus, dicat & domino patri, Nō. n. dominus eius pater eius nisi quia dignatus est nasci sēm carnem. Pater est dei, dns hominis. Vis nosse cui pater est. Aequali sibi filio: Apostolus dicit, Qui'cū in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo. Huic formæ pater est deus, æquali sibi formæ, vnigenito filio nato de substātia sua. Propter nos autem vt reficeremur & efficeremur participes diuinitatis eius reparati ad vitam æternam, quia ipse, vt dixi, factus est particeps mortalitatis nostræ, qd de illo ait Apostolus ibi vbi dixerat, Qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, Sed semetipsum, inquit, exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo? Erat autem in forma dei æqualis patri, & accepit formam serui quia minor est patre. Vnde vtrunque dicit in Euangelio, &, Ego & pater vnum sumus, &, Quoniam pater maior me est. Ego & pater vnum sumus secundum formam dei, pater maior me est secundum formam serui. Ergo quia & pater & dominus est, pater formæ dei, dominus formæ serui? Dicat ergo ipse, nec miremur, nec scandalizemur, quia filius dei vnicus dicit, Domine probasti me & cognouisti me, Probasti & cognouisti: non quia non nouerat, sed q̄a alijs notum fecerat. Probasti me, inqt, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.) Quid hic sessio? Quid hic resurrectio? qui sedet humiliat se. Sedit ergo dns in passione, resurrexit in resurrectione. Tu, inqt, hoc cognouisti .i. tu voluisti, tu approbasti, sed m voluntatem tuam factum est. Si autem volueris accipere vocē capitis ex psona corporis, dicamus & nos, Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā. Sedet.n. hō, qñ humiliat se in pœnitentia: surgit aūt remissis peccatis, qñ erigitur in spem vitæ æternæ: p pea & in alio Psalmo dicitur, Surgite posteaq̄ sedistis q̄ manducatis panē doloris. Panē doloris pœnitentes māducant qui cantant in alio psalmo, & dīt, Factæ sunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Quid est. n. surgite posteaq̄ sedistis? Nolite exaltari, nisi prius humiliati fueritis. Multi.n. volunt surgere anteq̄ sederint, volunt se iustos videri, anteq̄ peccatores se esse confessi sunt. Ergo si ex persona capitis nostri accipis, sic intellige, Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam, passionem meam & resurrectionem meam: si ex psona corporis, Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam, coram oculis tuis & peccata confessus sum, & tua gratia iustificatus sum. Intellexisti cogitationes meas de longinquo.) Quid est, de lōginquo? Cum adhuc in peregrinatione sum, anteq̄ ad illam patriam veniam, tu cognouisti cogitationem meam. Attende illum filium minorem, q̄a ipse etiam factus est corpus Chri, Ecclesia de gentibus veniens. Ierat quippe in longinquum filius minor. Duos n. filios habebat quidam paterfamilias: filius maior non longe ierat, sed in agro operabatur, & significat sanctos in lege faciētes opera & præcepta legis. Genus autem humanum quod deflexerat in idolorum culturā, in longinquo fuerat peregrinum. Quid tā longe ab eo qui fecit te, q̄ figmentum qđ tibi ipse cē fecisti? Profectus est ergo filius minor in regionem longinquam, portans secum substantiam suam, & sicut nouimus in Euangelio dissipauit eam viuens prodige cum meretricibus, & famem passus applicauit se cuidam principi regionis illius: & ille eum porcis pascendis præposuit, de quorum siliquis & reliquijs cupiebat saturari, nec poterat. Et post laborem & triturā, & tribulationem & egestatem, venit illi in mentem pater, & voluit redire, & sic ait, Surgam, & ibo ad patrem meum. Surgam dixit, sederat. n. eius ergo vocem hic agnosce dicentis, Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionē meam. Sedi in egestate, surrexi in desyderio panis tui: Intellexisti cogitationes meas de longinquo, lōge. n. eram profectus: Sed vbi non est quem deserueram? Intellexisti cogitationes meas de longinquo: propterea sic dicit dns in Euangelio, Quia occurrit illi pater veniēti. Vere, quia intellexerat cogitationes eius de longinquo. Semitam meam & limitem meum inuestigasti.) Semitam, inquit, meā, quam nisi malam? quam ille ambulauerat vt patrem desereret, quasi occultus esse posset ab oculis vindicantis. Aut vero in illa egestate conteretur, aut porcos pascere poneretur, nisi pater vellet flagellare longinquum vt reciperet propinquum? Ergo tanquam deprehensus fugitiuus sequente se vindicta legitima dei vindicantis in affectiones nostras quacūque ierimus, & quocunque progressi fuerimus agnoscimur. Tanquam ergo deprehensus fugitiuus loquitur, Semitam meam & limitem meum inuestigasti. Quid est, semitam meā? Quà profectus sum. Quid est, limitem meum? Quousque peruenī. Semitam meam & limitem meum inuestigasti. Limes meus ille longinquus nō fuit longe ab oculis tuis: multum ieram, & tu ibi eras. Semitā meā & limitem meum inuestigasti: Et omnes vias meas præuidisti.) Non dixit, vidisti, sed præuidisti. Antequam eas irem, anteq̄ eas ambularem præuidisti eas: Et permisisti me in labore ire vias meas, vt si nollem laborare, redirem ad vias tuas. Quoniam non est dolus in lingua mea.) Quare hoc dixit? quia ecce fateor tibi, ambulaui semitam meam, factus sum longinquus à te: discessi a te cum quo mihi bene erat, & bono meo male mihi fuit sine te. Nam si mihi bene esset sine te, nollem forsitan redire ad te. Ergo iste confitens peccata sua dicens corpus Christi iustificatum, non in se, sed in illius gratia, dixit, Non est dolus in lingua mea. Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima & antiqua.] Cognouisti nouissima mea quando porcos paui: cognouisti antiqua mea quando a te partem substantiæ meæ expetiui. Antiqua fuerunt mihi exordia malorum nouissimorum. Antiquum peccatum quando lapsi sumus nouissima pœna, quando in istam mortalitatem laboriosam periculosamque peruenimus. Atque vtinam nobis ista sint nouissima. Erit ista nouissima si iam redire voluerimus. Est enim alia q̄busdā impijs nouissima, quibus dicet, Ite in ignē æternū qui

Ioā. 10. & 14.

1. Ioā. 1. 8. cap. illud quoque

Luc. 15.

Luc. 15.

Mat. 25.

qui præparatus est diabolo & angelis eius.
Nos autem fratres hucusque deseruimus
deum: vsque ad huius vitæ mortalitatẽ suf
G ficiat labor noster. Recordemur panẽ pris
nostri, recolamus beatitudinem domus pa-
Luc.15. tris nostri. Non nos delectent siliquæ por-
corum, doctrinæ dæmoniorũ. Ecce tu dñe
cognouisti omnia nouissima & antiqua
mea. Nouissima quò perueni, antiqua vbi
te offendi. Tu finxisti me & posuisti sup
me manum tuã.]Finxisti me. Vbi? In ista
mortalitate iam ad labores, ad quos oẽs nati
sumus. Nõ. n. q squam nascitur, nisi quẽ
deus finxerit in vtero matris suæ, aut vlla
creatura est, cuius non est ille plasmator.
Sed finxisti me in isto labore, & posuisti su
per me manum tuam, vindictem manum
grauãtem superbum. Ita. n. salubriter deie-
cit elatum, vt erigat humilem. Tu finxisti
me & posuisti super me manum tuam. Mi
rificata est scientia tua ex me, inualuit, non
potero ad illam.]Aliquid quod obscurum
quidem est, sed nõ cum parua dulcedine in
telligetur, aduertentes audite. Moyses san-
Exo. 33 ctus dei erat famulus cum quo loquebatur
deus per nubem, quia temporaliter loquẽs
lib.2. de Trinita. vtique per assumptam creaturam loqueba
cap.16. tur seruo suo. i. non per substantiam suam,
sed per assumptam aliquam corporalẽ crea
turam, per quam voces illæ fierent, & hu
H manis atque mortalibus auribus personarẽt. Sic. n. loquebatur tũc deus, nõ quomõ
loquitur in substantia sua. Quomodo. n.
loquitur in substantia sua? Locutio dei, ver
bum dei est: verbum dei Christus est. Ver-
bum illud non sonat & transit, sed semper
incommutabiliter manet verbum, per qđ
Ioan. 1. facta sunt omnia. Cui verbo dicitur, Ipsa
Ps.101. est enim & sapiẽtia dei, Mutabis ea & mu
tabuntur, tu autem idemipse es. Et alio lo-
co de sapientia cum scriptura diceret, In se
ipsa manẽs, ait, innouat omnia. Illa ergo sa
Sapiẽ.7. pientia stans, si dici debeat vel stans: dr autem pp incommutabilitatem, non pp im
mobilitatem: & eodem modo se semper ha
bẽs, nullo loco, nullo tempore variata, nus-
quam aliter q̃ hic aut ibi, nunquam aliter
q̃ nunc aut antea, ipsa est locutio dei. Lo-
cutio vero illa quæ fiebat ad Moysen, ad
hominem fiebat per syllabas per transeun
tes sonos. Nõ autẽ fierent ista, nisi deus as-
sumeret talem creaturam per quam hmõi
Exo. 33 sermonem & voces emitteret. Moyses san
ctus nouerat istam locutionem dei assum-
ptis quibusdam corporeis creaturis fieri, &
sic desyderauit & concupiuit videre ipsam
speciem dei, & loquenti secum deo dixit,
Si inueni gratiam ante te, ostende mihi te- I
metipsum. Cum hoc vehementer concupi
sceret, & hoc quadam, si dicendum est, ami
ca familiaritate, quia ipse dignatus est, ex-
torquere vellet deo vt videret eius maie-
statem & faciem, quomodo dici potest fa-
cies dei, ait illi, Non potes videre faciem
meam. Nemo. n. vidit faciem meam, & vi-
xit: sed ponam te in specula petræ, & tran-
sibo, & ponam super te manum meam: cũ
autem transiero, posteriora mea videbis:
Vt ex his verbis natum est alterum ænig-
ma. i. obscura quædam figura rerum. Cum
trãsiero, posteriora mea videbis dicit deus,
quasi ex alia parte habeat faciẽ, ex alia dor-
sum. Absit à nobis tale aliquid de illa ma-
iestate sentire. Nam qui hoc sentit de deo,
quid ei prodest q templa clausa sunt? Ido lib.2. de Trinita. cap.17.
lum in corde suo fabricat. Sunt ergo in il-
lis verbis magna mysteria. Loquebatur do
minus, vt dixi, per creaturam, quomõ vel-
let famulo suo. Intellecta est illic persona
ipsius domini, & saluatoris nri Iesu Chri-
sti. Qui fidem secundum formam dei, qua Phili.2.
æqualis est patri, similiter oculis humani 1.Co:1.
inuisibilis est sicut & pater. Si enim sapien
tia humana videri oculis nõ potest, virtus
& sapiẽtia dei videri oculis carneis potest?
Sed quia erat dominus opportuno tempo
re carnem susceperturus, vt oculis etiam car K
neis pp salubritatem curandæ virtus men
tis appareret, q̃ ita apparere opus esset, Exo.33
hoc pdicens Moysi figurate, ait, Faciẽ meã
videre non potes, posteriora mea videbis,
sed cum transiero. Vt autem non videas
faciem meam, manus mea erit super te.
Transire quid fuit domino, nisi quod E- Ioã.14.
uangelista dicit, Cum autem venisset ho-
ra vt transiret Iesus de hoc mundo ad pa-
trem? Nam ipsum transitum significat pa-
scha. Quod enim Hebraico verbo dicitur
pascha, Latine trãsitus interpretatur. Quid
est, faciem meam non videbis, sed posterio
ra mea videbis? Cuius personam gerebat Exo.33
ille Moyses, quando ei dictum est, Faciem
meam nõ videbis, sed posteriora mea vide-
bis, & hoc cum transiero: vt autem non vi
deas faciem meam ponam super te manũ
meam? Faciẽ suam dixit, prima sua, transitũ de hoc mũ
do passionis suæ. Apparuit Iudæis, non eũ
cogno-

cognouerũt. Eorum personã gerebat Moy
ses q̃ ei dicebatur, Faciẽ meam non potes
videre. Vnde autem nõ viderũt deũ in car
Esa.6. ne positum? quia grauata erat sup eos ma
Psal.31. nus domini. De illis. n. dixerat Esaias, In-
crassa cor populi huius, & oculos eius gra-
L ua. Et eorum vox est in alio psalmo, Q̃m
grauata est sup me manus tua. Vt ergo nõ
2.Co.2. cognoscerẽt tũc diuinitatem Chri, grauati
sunt: si. n. cognouissent, nũquam dñm glo-
riæ crucifixissent. Nõ crucifixo autẽ dño,
sanguis illius non redimeret orbem terra-
rũ. Quid egit deus nisi quod ait Apostо-
lus, altitudinem diuitiarum sapiẽtiæ & sciẽ
Ro.11. tiæ dei? vbi exclamat, O altitudo diuitiarũ
sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, q̃ incomprehensibi-
lia sunt iudicia eius, & inuestiga iles viæ
eius? Quis enim cognouit sensum dñi, aut
quis cõsiliarius eius fuit? aut quis prior de-
dit illi & retribuetur ei? Q̃m ex ipso & p
ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in
Ibidem. secula seculorum. Apostolus hoc dicit, qa
superius dixerat, Cæcitas ex parte Israel fa
cta est, vt plenitudo gẽtium intraret, & sic
omnis Israel saluus fieret. Excæcati sunt
ergo ex parte Iudæi merito superbiæ suæ,
quia se iustos diebãt, & excæcati crucifi-
Exo.33 xerũt dñm. Posuit super eos manũ suam,
Num.13. ne viderẽt eum donec trãsiret. s. de hoc mũ
do ad patrem. Videamus si postea q̃ trãsiit
Num.20 viderũt posteriora eius. Relurrexit dñs, ap
M parũit discipulis suis & omnibus qui in eũ
iam crediderãt, nõ eis a quibus crucifixus
Exo.1. erat, quia super illos manum posuerat do-
Ex. nec trãsiret. Ascẽdit autem in cœlum qua
draginta diebus factis cum discipulis suis.
Impleto autem die pentecostes misit eis spi
ritum sanctum. Repleti spiritu sancto cœ-
perunt omnium linguis loqui, qui in vna
nati erãt, & vnam solam didicerãt. Expa-
uerũt & exhorruerunt tãtum miraculum
milia eorum qui crucifixerũt dominum,
compuncti cordẽ de tãto miraculo, quæsie
rũt consilium ab Apostolis quid facerent,
posteaquam eis prædicatus est Christus,
mirantibus vnde idiotæ homines linguis
omnibus loquerentur. Per Petrum igitur
Apostolum annũciato eis Christo, quem
in cruce contemplerunt, quem tanquam
mortalem hominem irriserant, cui propte
Mat.27 tea insultabant, quia de cruce non del. en-
debant, cum vtique maius multo fuerit q̃
fecit de sepulchro resurgere, quam de cru-
ce descendere. Annunciato ergo Christo
sibi dixerunt, Quid faciemus? Illi qui sæ-
uierunt in dominum quem videbant, iam
consilium petunt salutis, & dictum est eis, Acto.2.
Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusq̃s-
que vestrum in nomine domini nostri Ie-
su Christi, & dimittentur vobis peccata ve A
stra. Ecce viderunt posteriora eius, cuius Exo. 33
faciem videre non potuerũt. Manus enim
eius erat super oculos eorum, non semper,
sed donec transiret. Posteaquam transijt,
abstulit manus ab oculis eorũ. Ablata ma-
nu ab oculis suis, dicunt discipulis, qu d fa-
ciemus? Primo sæui, postea pij: primo ira-
ti, postea timidi: primo duri, postea flexi:
primo cæci, postea illuminati. Puto quòd
agnoscamus & in hoc psalmo voces huius-
modi etiam gentium recordantium infide
litatem suam. Conclusit enim deus oẽs in Ro.11.
infidelitate, vt omnium misereatur. Tu
finxisti me & posuisti super me manum
tuam. Mirificata est scientia tua ex me, in-
ualuit, & non potero ad illam. Veluti po-
suisti super me manum tuam. Mirus mihi
factus es, non te comprehendendo cũ quo
eram. Quàm facilis mihi erat vultus pa-
tris quãdo dixi, Da mihi substantiam meã Luc.15.
quæ me contingit. Ecce profecto in regio-
nem longinquam & fame contrito multũ
mihi est, & labor est ante me, non possum
percipere quod dimisi. Mirificata est enim Psal.72.
inquit, scientia tua ex me. Ex peccato meo
factum est vt mirificata mihi esset, & incõ
prehensibilis mihi existeret. Nam erat mi-
hi facilitas contemplandi te, quando in su-
perbia reliqueram te. Mirificata est, inqt,
scientia tua ex me. Inualuit, non potero ad
illam. Subaudis ex me. Non potero ad illã, B
ex me. Cum ergo potero, non potero nisi
ex te. Ecce inuenies in longinquo fugi-
tiuum, non latere oculos eius a quo fugit.
Et quò iturus est iam cuius limes est inue
stigatus? Videte quid dicit: Quò ibo a spiri Sapiẽ.1.
tu tuo?]Spiritus enim domini repleuit or
bem terrarum. Quis potest fugere in mũ-
do ab illo spiritu, quo plenus est mundus?
Quò abibo a spiritu tuo? Et quò à facie tua
fugiam?) Locum quærit quò fugiat ab ira
dei. Quis est locus recepturus fugitiuum
dei? Homines qui suscipiunt fugitiuos qẽ
runt ab eis a quo fugerint, & quem seruũ
inuenerint alicuius domini minus potẽ-
tis, tanquam sine vllo timore suscipiunt,
dicentes in corde suo, non habet iste talem
dñm, à quo possit inuestigari. Cum autem
audie-

audierint dominum potentem,aut non ſuſcipiunt,aut cum magno timore ſuſcipiũt. Et quia homo potens falli poteſt. Vbi non eſt deus? Quis fallit deum? Quem non videt deus? A quo fugitiuum ſuũ nõ repetit deus? Quò ergo ibit fugitiuus iſte a facie dei? Vertit ſe huc atque illuc,quaſi q̃rens locum fugæ ſuæ. Si aſcẽdero,inquit,in cœlũ tu ibi es,ſi deſcendero in infernũ ades.)

C Tandẽ cognouiſti male fugitiue nullo pacto te poſſe fieri longe ab eo a quo longinquare voluiſti. Ecce ille vbique eſt,quò tu iturus es? Inuenit cõſilium,& hoc ab illo q eũ iam reuocare dignatur inſpiratũ. Si aſcẽdero in cœlum tu ibi es,ſi deſcendero in infernum ades. Si me extulero te inuenio repreſſorem,ſi me abſcondero,te inuenio inquiſitorem: & nõ inquiſitorem tantũ,ſed & inueſtigatorem. Si.n. ſuperbiero de iuſtitia mea, tu ibi es cuius eſt vera iuſtitia. Si peccãdo venero in profundum malorum, Pro.18. & confiteri contempſero dicens, Quis me Pſal.6. videt,in inferno.n.quis confitebitur tibi? etiam illic ades vt vindices. Quò ergo iturus ſum vt à facie tua fugiam.i.iratum te non ſentiam? Hoc conſilium inuenit, Sic fugiam,inquit, à facie tua,ſic fugiam à ſpiritu tuo, ab vltore ſpiritu, à vindice facie ſic fugiam. Quomodo? Si recipiam pennas meas in directum, & habitauero in extremis maris.]Sic poſſum fugere à facie tua. Si in extrema maris vult fugere à facie dei,ibi non erit ille à quo fugit: de quo dixit,ſi deſcendero in infernum ades? Mirũ ſi in extremis maris non eſt,qui nec apud inferos deeſt. Sed noui,inquit,quomodo fugiam ab ira tua. Recipiendæ ſunt pennæ meæ non in prauum,ſed in directũ,vt nec

D in ſuperbam erigar præſumptionem, nec in perditam mergar deſperationem. Quas pennas vult aſſumere,niſi duas alas,duo p̃cepta charitatis? In quibus duobus præce-

Mat. 22 ptis tota lex pendet & Prophetæ, Has, inquit,alas,has pennas ſi recipiam ſic, & habitabo in extremis maris, poſſum fugere à facie tua ad faciem tuam, & a facie irati ad faciam placati. Quid.n.eſt extremum maris,niſi finis ſeculi? Illuc iam volemus ſpe & deſyderio, habentes alas geminæ charitatis,non ſit nobis requies,niſi in extremis maris. Nã ſi alibi requiẽ hſe voluerimus, in mare p̃cipitabimur. Volemus quouſq. finiat mare,ſuſpẽdamus nos pennis geminæ dilectionis. Ad deũ interim ſpe volemus, & illũ ſinẽ maris ſpe fideli p̃meditemur. Quis autem nos perducat attendite. Ille ipſe cuius faciẽ irati volumus fugere. Quid enim ſequitur? Si deſcendero in infernum ades, ſi recipiam pennas meas in directum, Recipiam, inquit. Ergo amiſerãt. Si recipiã pennas in directum, & habitabo in nouiſsima maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& adducet me dextera tua.]Hoc meditemur fratres chariſsimi, hæc ſit ſpes nr̃a, hæc ſit conſolatio noſtra. Recipiamus pennas per charitatem, quas amiſimus per cupiditatem. Cupiditas.n.viſcum facta eſt pẽnarum noſtrarũ, elifit nos de libertate aeris noſtri.i.aurarum illarum liberarum ſpiritus dei. Inde eliſi perdidimus pennas,& fuimus quodammodo captiuati in aucupis poteſtate, inde nos ſanguine ſuo redemit quem fugimus vt caperemur. Nutrit nobis pẽnas de præceptis ſuis, & erigimus iam eas ſine viſco. Non amemus mare,ſed volemus in extrema maris. Nemo trepidet, ſed nemo de pennis ſuis p̃ſumat, quia & pennatos niſi ipſe erigat, niſi ipſe deducat, p̃cipitabimur in profunda maris laſſati & fatigati, quaſi p̃ſumentes de viribus noſtris. Opus ergo eſt vt habeamus pennas, & opus eſt vt ipſe deducat. Adiutor.n.noſter eſt. Habemus liberum arbitrium,ſed ipſo libero arbitrio q̃tũ poſſumus, niſi nos adiuuet ille qui iubet? Etenim illuc manus tua deducet me, & adducet me dextera tua. Et conſyderans longinquitatem vitæ, quid ſibi dixit? Et dixi fortaſſe tenebræ cõculcabũt me.]Ecce.n.iam credidi in Chriſtum, iam erigor duabus alis geminæ charitatis,& abundat iniquitas huius ſeculi,& quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum: ſic dixit dominus, q̃m Mat. 24 abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas F multorum. In iſta vita inter tanta ſcandala,inter tam multa peccata,inter tantas turbas quotidianarum tentationum,quotidianarum ſuggeſtionum malarum, q̃d facio, inquit? Quomodo perueniam ad extrema maris? Audio terribiliter à dño, Q̃m abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorum. Denique deinde ſubiecit, Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Attendens longitudinẽ viæ,dixi mihi,fortaſſe tenebrę cõculcabũt me, Et nox illuminatio mea in delitijs meis.]Facta eſt mihi nox illuminatio, q̃a in nocte me deſperarã poſſe trãſire tm̃ mare,& tãtã viã ſuperare,&

re,& venire ad extremum perſeuerãdo vſque in finem. Gratias illi qui me q̃ſiuit fugitiuum, qui terga mea flagelli plaga percuſsit,qui me vocando ab interitu reuocauit, qui fecit mihi illuminatã noctẽ. Nox eſt.n.q̃diu iſta vita agitur. Quo eſt nox illuminata? Quia Chriſtus deſcendit in noctem. Accepit Chr̃s carnẽ de iſto ſeculo,&

Luc.15. illuminauit nobis noctẽ. Perdiderat.n.drachmã mulier illa,accendit lucernam. Sapiẽtia dei perdiderat drachmã. Quid eſt drachma? Nummus,in quo nũmo imago erat

G ipſius Imperatoris noſtri. Factus eſt.n.hõ

Gen. 1. ad imaginem dei & perierat. Et quid facit mulier ſapiens? Accendit lucernã. Lucerna de luto eſt,ſed habet lucem qua inueniatur

Luc.15. drachma. Lucerna ergo ſapientiæ, caro Chriſti. De luto facta eſt,ſed verbo ſuo lucet, & inuenit perditos,& nox illuminatio in delitijs meis. Facta eſt mihi nox in delitijs. Delitiæ noſtræ Chriſtus. Videte quẽadmodum de illo modo gaudeamus. Clamores iſti veſtri, gaudia iſta veſtra vnde ſunt niſi in delitijs? Vnde autem iſtæ delitiæ,niſi quia nox illuminata eſt, niſi quia dñs Chriſtus nobis prædicatur? Quia q̃ſiuit vos anteq̃ q̃reretis eum,& inuenit vos vt inueniretis eũ. Et nox illuminatio mea in delitijs meis. Quoniam tenebræ nõ obtenebrabuntur à te.) Tu ergo noli tenebrare tenebras tuas,& deus illas non tenebrat, ſed magis illuminat, quia illi dictum eſt,

Pſal.17. ipſi canto in alio Pſalmo, Tu illuminabis lucernam meam dñe deus meus illuminabis tenebras meas. Qui aũt tenebrant tenebras ſuas,quas deus non tenebrat? Homines mali,homines peruerſi. Cum peccant vtique tenebræ ſunt, dum non confitẽtur peccata ſua quę fecerunt,ſed inſuper defen-

H dunt,tenebrant tenebras tuas. Ergo iam ſi peccaſti,in tenebris es,ſed confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras tuas. Defendendo autem tenebras tuas,tenebraberis tenebris tuis. Et quãdo euades à duplicibus tenebris,qui in ſimplicibus laborabas? Vnde autem dominus non tenebrat tenebras noſtras? Quia non nos ſinit impunita habere peccata. Flagellat nos in iſtis laboribus,& erudit nos. Tota iſta miſeria generis humani, in qua gemit mundus, noueritis fratres quia dolor medicina liis eſt, non ſententia pœnalis. Videtis quia dolor vbique,vbique metus,vbique neceſſitas, vbique labores. Creſcit auaritia,ſed in malis. Si ad hoc deus hic talibus flagellis erudit nos, vt non tenebrẽtur tenebræ noſtræ,agnoſcamus nos ſub pœna flagelli eſſe, & bene dicamus deum miſcentem iam amaritudines dulcedini vitæ temporalis: ne temporalium delitiarum delectatione cæcati, non deſyderemus delitias æternas, nec velimus finire mare & habitare in nouiſsimo maris. Sęuiant ergo fluctus maris. Quanto plus ſæuiunt fluctus maris, tanto ſe illa cum pennis columba ſuſpendit. Nõ ergo tenebrat deus tenebras noſtras, quia miſcet flagella peccatis noſtris,& amaritudines prauis dulcedinibus noſtris. Nõ nos tenebremus tenebras noſtras defendendo I peccata nr̃a, & nox illuminatio in delitijs noſtris. Q̃m tenebræ non obtenebrabunt̃ à te. Et nox tanq̃ dies illuminabitur)Nox tanq̃ dies. Dies nobis p̃ſperitas ſeculi,nox nobis aduerſitas ſeculi. Sed ſi cognoſcamus ob meritum peccatorum noſtrorum nos aduerſitates pati, & dulcia nobis ſunt flagella patris, ne ſit amara ſententia iudicis: ſic habebimus tenebras noctis huius, quomodo lumen noctis huius. Si nox eſt, quomodo ibi lux eſt? Nox eſt, quia erratur hic à genere humano. Nox eſt,quia nõ dum venimus ad illum diem quem non coarctat heſternus & craſtinus, ſed eſt dies perpetuus,ſine ortu,quia ſine occaſu. Nox eſt ergo hic,ſed quandam lucem ſuam nox iſta habet,& tenebras ſuas. Quare ſit generaliter nox diximus. Quæ eſt lux noctis huius? Proſperitas & fœlicitas ſeculi huius,gaudium temporale, honor temporalis, quaſi lux eſt noctis huius. Aduerſitas autem & amaritudo tribulationum vel ignobilitas, tanquam tenebræ ſunt noctis huius. In hac nocte,in hac mortalitate vitæ humanæ habent homines lucem, habẽt homines tenebras: lucem proſperitatem, tenebras aduerſitatem. Sed vbi venerit dominus Ieſus Chriſtus, & habitauerit ani-

K mam per fidem,& p̃miſerit aliam lucem, & inſpirauerit,& donauerit patientiam,& monuerit hominẽ nõ delectari proſperis, ne frangatur aduerſis incipit homo fidelis indifferenter vti mũdo iſto, nec ex olli q̃ res proſperæ accedunt, nec frangi q̃ res aduerſæ ſunt, ſed vbique dñm benedicere, nõ ſolũ quãdo abundat,ſed etiam q̃ amittit: non ſolum quando ſanus eſt,ſed ẽt quando ægrotat, vt ſit in illo vera illa can- Pſal.33. tatio, Benedicam dominum in omni tempore,

pore,semper laus eris in ore meo. Si ergo semper & quando lucet nox ista,& qñ obscura est nox ista, qñ arridet prosperitas, qñ tristis est aduersitas, semp sit laus eius in ore tuo, & fiet tibi quod modo dictum est,Sicut tenebræ eius,ita & lumen eius.] Non me cõculcant tenebræ eius,quia non extollit lumen eius. Ecce habes lumen ipsius in Iob,abũdabat omnibus rebus. Lux noctis in illius diuitijs prima describitur. Quãtis rebus & quãta copia redundabat, lux erat noctis eius. Putauit inimicus propterea illum talem virum colere deum, quia illa omnia donauerat ei, & petiuit vt auferrentur ab eo. Factæ sunt tenebræ noctis illius,quæ primo habebat lucẽ. Nouerat tamen ille, siue lux ibi esset,siue tenebræ,illam noctem esse, in qua peregrinare
L tur à deo suo, & habebat interiorem lucẽ ipsum deum suum, per quam lucem interiorem indifferenter haberet siue tenebras noctis illius,siue lucem. Propterea quia in luce noctis illius.i.in rerum abũdãtia colebat deum,ablatis illi omnibus rebus,postea quam factæ sunt tenebræ illius, quid dixit ille? Dñs dedit,dñs abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomẽ domini benedictum. In nocte sum quadam vitæ huius,Dñs,inquit,habitat cor meum,illuminauit mihi solatijs quibusdam noctem: qñ dedit copias rerum temporalium. Subtraxit ipsam lucem temporalem, & quasi tenebrata est nox. Sed qa sicut tenebræ eius, sic & lumen eius, Dominus dedit,dñs abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Non sum tristis in nocte hac, qa sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Vtrunque transit,vt qui
1.Co.7. gaudent tanquam nõ gaudentes sint, & q flent tanquam non flentes sint, quia sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Qm tu possedisti renes meos domine.) Non sine causa sicut tenebræ eius,sic & lumen eius. Intus est possessor, qui non solum cor tenet, sed etiam renes: non solum cogitationes,
M sed etiam delectationes. Ipse ergo possidet vnde me delectaret aliquid lucis in nocte, ipse tenet renes meos: non noui delectari nisi de luce interiore sapiẽtiæ ipsius. Quid ergo? Non delectaris de prosperitate rerũ, de fœlicitate temporum, de honoribus,de diuitijs,de familia? Non delector, inquit, Quare? Quia sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Vnde tibi ista indifferentia,vt sicut tenebræ eius, sic sit tibi & lumen eius? Vnde? Quoniam tu possedisti renes meos dñe, Suscepisti me de vtero matris meæ.) Dum essem in vtero matris meę, nõ indifferẽter habebã tenebras illius noctis & lucẽ illius noctis. Itenim vterus mris meę, consuetudo ciuitatis meæ fuit. Quæ est illa ciuitas? Quæ nos progenuit in captiuitate. Nouimus Babyloniam illam,de qua hesterno die locuti sumus, vnde proficiscunt omnes qui credũt & suspirant illi luci Hierusalem cœlestis. Ergo ego dixi, ex vtero matris meæ susceptus sum à dño: inde mihi tenebræ noctis huius, & lux huius noctis indifferẽtes factæ sunt. Qui aũt est in vtero matris illius Babyloniæ,gaudet prosperis seculi,frangitur aduersitatibus seculi,non nouit gaudere nisi aliquid prosperũ eueniat sẽm tempus,nec noui,cõtristari, nisi aliquid aduersum eueniat secundum A
tps. Iam exi de vtero Babyloniæ,incipe cãtare hymnum dño. Egredere & nascere, Gala.4.
suscipiet te deus ex vtero matris tuæ. Quis deus? Deus ille Apostoli Pauli qui dixit, Cum autem placuit deo qui me segregauit de vtero matris meæ reuelare filium suũ in me. Quæ.n erat mater eius? Synagoga. Et ibi quid didicerat, nisi qd habebant & didicerant ipsi Iudæi & ipse populus? Nomen in illis remanserat laudis dei,facta autem in eis non inueniebantur. Erant in eis verba dei,quasi folia in arbore, & fructus Mat.21
nusquam. Talem arborem fici sicut nostis, cum dñs inuenisset,maledicto arefecit. Inuenit.n. in ea folia,& fructum nõ inuenit: quandam nobis arborem figurabat. Nam fructuum eorum tps nõdum erat. Qd oẽs homines nouerãt, artifex cœli & terræ nõ nouerat? Ergo ille qui Paulum segregauit ab vtero matris suæ, ipse & nos segregauit ab vtero matris nostræ. Cuius matris nostræ? Babylonię illius. Suscepti ergo ex vtero illo, iam incipiamus habere aliam spem. Promisit fratres quare gaudetis, fructus facite pòsiti in alia spe. Iam non nouimus malum nisi offendere deum & non perduci B
ad illa quæ promisit: nec nouimus bonum nisi ꝓmereri deum & perduci ad illa quæ promittit. Quid illa bona mundi huius & mala mũdi huius? Indifferẽter habeamus, quia iã suscepti ab vtero matris nostræ indifferẽter ea habentes,dicimus,Sicut tenebræ eius,sic & lumẽ eius. Nec fœlicitas huius seculi nos beatos facit, nec aduersitas miseros.

miseros. Opus est iustitiam tenere,fidẽ diligere,sperare in deum,diligere deũ,diligere & proximum. Post istos labores habebimus indefessam lucẽ,habebimus diem sine occasu. Transit quicquid est in ista nocte lucidum & tenebrosum, Qm tu possedisti renes meos domine, suscepisti me ex vtero matris meæ. Confitebor tibi domine qm terribiliter mirificatus es.) Terribiliter mirificatus es,eoipso ꝙ te miramur,tu terribilis es,cum tremore gaudemus. Timemus enim ne de donis tuis nos extollẽtes per superbiam, meremur amittere qd humilitate percepimus. Cõfitebor tibi domine qm terribiliter mirificatus es, Mirabilia opera tua deus,Et anima mea cognoscet valde.) Iã cognoscit anima mea valde, quoniã suscepisti me ex vtero matris meę. Antea vero mirificata est scientia tua ex me,inualuerat nec poterã ad illã. Ergo ex me inualuerat,nec poteram ad illam. Vn-
C de modo anima mea cognoscet valde, nisi quia nox illuminatio in delitijs meis est, nisi quia venit mihi gratia tua & illuminauit tenebras meas, nisi quia tu possedisti renes meos, nisi quia tu suscepisti me ex vtero matris meæ? Non est absconditũ os meum à te quod fecisti in abscondito.) Os suũ dicit, quod vulgo dicitur ossum, Latine os dicitur. Hoc in Græco inuenit. Nam possemus hic putare os esse ab eo quod sunt ora, non os corrupte ab eo qd sunt ossa. Non est ergo absconditũ,inqt, os meum à te, quod fecisti in abscondito. Habeo in abscondito quoddam ossum. Sic enim potius loquamur. Melius est vt reprehendant nos grammatici, q̃ non intelligant populi. Ergo est,inquit,quoddam ossum meum intus in abscondito. Tu fecisti intus ossum mihi in abscondito, & non est absconditum à te. In abscondito.n. fecisti, sed nunquid & tibi hoc abscondisti? Hoc ossum meum factum à te in abscondito homines non vident, homines non nouerunt,tu autem nosti qui fecisti. Quod ergo os dicit fratres? Quæramus illud,in abscondito est. Sed quia Christiani in nomine domini Christianis loquimur, mo-
D do inuenimus quid sit ossum huiusmodi. Firmitas quædam est interior, quia in ossibus firmitas & fortitudo intelligitur. Est ergo quædam animæ interior vis, vbi firmitas non frangitur. Quęlibet tormenta, q̃libet tribulatiões, q̃libet huius seculi aduersitates vndique sæuiã, illud qd deus in abscõdito fecit firmũ, in nobis frangi non põt,non cedit. A dño.n.facta est quædam Psa. 61.
firmitas patiẽtiæ nostræ, de qua dicitur in alio Psalmo, Veruntamen deo subiecta est anima mea,qm ab ipso patiẽtia mea. Et attende Apostolum Paulum,habentem intus hoc genus firmitatis. Quasi tristes,inquit,semper autem gaudentes. Vnde quasi 1.Co.6.
tristes? Contumelijs,opprobrijs, persecutionibus,flagellis,plagis,carceribꝫ, catenis, lapidationibus. Quis non eos miseros tũc extimaret? Nec illi ipsi persecutores sæuirent in eos, nisi putarent eos miseros fieri persecutionibus suis. Illi.n.eos ex sua infirmitate conijciebant, q non habebãt ossum absconditum interius. Illi vero qui habebant, hominibus foris tristes videbantur, intus aũt gaudebãt deo, cui nõ erat abscondituꝫ ossum ipsorũ quod fecerat in abscõdito. Aperit aũt hoc ossum in abscõdito factum à deo idẽ Apostolus Paulus his verbis, Non solũ aũt,inquit,sed etiam gloria Rom.5.
mur in tribulationibus. Parum est qa non E
es tristis,sed & gloriaris? Sufficiat tibi tristem nõ esse. Parum est,inquit, Christianis. Tale ossum mihi fecit in abscondito, vt parum sit nõ frãgi,nisi ẽt gloriari. Vnde gloriaris? In tribulationibus,sciẽtes qa tribulatio patiẽtiam operatur. Vide qũo formata sit illa firmitas intus in corde, Scientes qm tribulatio patiẽtiã operaꝫ,patientia probationem,probatio spem, spes autẽ nõ cõfundit,qm charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum q̃ datus est nobis. Sic formatum atq. firmatum est ossum illud absconditum, vt faciat nos ẽt gloriari in tribulationibus. Sed videmur hominibus miseri, qa absconditum est ab eis quod habemus intrinsecus. Non est absconditum os meum à te quod fecisti in abscondito. Et substantia mea in inferioribus terræ. Ecce in carne est substãtia mea, In inferioribus terræ est substantia mea, & habeo tũ ossum intrinsecus quod formasti,qd faciat me nõ credere omnibus persecutionibus inferioribus huius regionis, vbi est adhuc substantia mea. Quid enim magnum est,si fortis est angelus? Magnũ est si fortis est caro. Et vnde fortis est caro? Vnde forte vas fictile, nisi qa factum ibi ossum in abscõdito? Et substantia mea F
in inferioribus terræ. Quid de illis qui minus firmi sunt? Loqtur.n.vt iam com-

mendaui, Chri. Sed multa dicta sunt ex p-
sona corporis: audi & ex psona capitis, &
non quasi distinguit vt indicat ipsas psonas, mō caput mō corpus. Si. n. distinguit,
& quasi diuidit, nō erūt duo in carne una.
Si aūt duo sunt in carne vna, noli mirari
si duo sunt in voce vna. Qū dominus no-
ster Iesus Christus passus est, discipuli nō
Matt. 1. dum habebant illud ossum interius, nondū
illis erat firmamentum robur patiētiæ, &
latebāt se, nesciebāt vires suas: & ausus est
Petrus promittere societatem mortis cū
dūi passione, & nō se nouerat ægrotus, me
dicus aūt nouerat ægrotū. Quid aūt factū
Luc. 22. est? Tecum, inquit, ero vsq. ad mortem,
Amen dico tibi, prius q̄ gallus cantet ter
me negabis. Respōsio medici verior inuēta est q̄ ægroti præsumptio. De his ergo
dicit. Non est absconditum os meum à te
quod fecisti in abscondito. In quibus est
ipsum os firmatum intrinsecus, & maxi-
mè robur passionis in ipso domino nostro
G & saluatore Iesu Christo, qui cum voluit
Ioā. 10. sedit, cum voluit surrexit, cum voluit dor
miuit, cum voluit euigilauit. Quia pote-
statem, inquit, habeo ponendi animā meā,
& potestatem habeo iterum sumendi eam.
Quid illis in quibus non erat fortitudo il
la formata atq. firmata? Quid de illis? Vi-
de quid dicat deo patri? Imperfectum meū
viderunt oculi mei.) Imperfectum meum
Petrum pollicentem & negantem, præsu-
mentem & deficientem, viderunt tamen
oculi tui: nam q̄ eum & ipse dominus re-
Luc. 22. spexit, sicut scriptum est in Euangelio, iā
post tertiam negationem commonitus q̄d
ei p̄dixerit dūs, Exijt foras et fleuit amare.
Electus ille de respectiōe dei fuit, qa imper-
fectū meū, inqt, viderūt oculi tui. Nā ille
imperfectus titubās in dūi passione, q̄ul-
dubio periret, sed viderūt eū oculi tui, non
solū ipsum, sed & oēs q̄ imperfecti fuerūt,
donec Christi resurrectione firmarentur.
Apparuit enim oculis eorum non perisse
in domino quod mortuum erat, & factū
est os illud in abscondito eorum, vt nec ip
si iam timerent mori. Imperfectum meū
viderunt oculi tui. Et in libro tuo omnes
scribentur,) Non solum perfecti, sed etiā
imperfecti. Non timeant imperfecti, tan
tum proficiant. Nec quia dixi, non ti-
H meant, ament imperfectionem, & ibi re-
maneant vbi inuenti sunt. Tantum pro-
ficiant quantum in ipsis est, Quotidie ad-
dant, quotidie accedant, tamen à corpore
domini non recedant, vt in vno corpore,
& in his membris compaginati posint me
reri de se dictam esse vocem istam, Imper
fectum meum viderunt oculi tui, & in li-
bro tuo omnes scribentur. Per diem erra- Ioā. 22.
bunt & nemo in eis.] Dies hic adhuc erat
dominus noster Iesus Christus. Vnde dice
bat, Ambulate dum diem habetis. Sed per
diem errabunt imperfecti ipsius. Putauer-
unt & ipsi dominū nostrum Iesum Chri
stum tantummodo hominem esse, non ha
bere in se occultam diuinitatem, non esse
occulte deum, sed hoc solum esse quod vi-
debatur: hoc & ipsi putauerunt. Nam &
ipse Petrus, de illo. n. potissimum loq mur
in quo nobis enim non desperatæ firmita- Mat. 16.
tis exemplum propositum est. Dixerat do
mino idem Petrus, cum interrogasset q̄d
illum dicerent homines, Tu es Christus fi
lius dei viui. Et dixerat ei dominus, Bea-
tus es Simon bar Iona, quia non tibi reue
lauit caro & sanguis, sed pater meus qui
in cœlis est, quare? Quia dixerat eum fi-
lium dei. Ibi paulo post eodem loco in ip- I
sa contexione verborum cœpit dominus
de passione sua futura dicere. Ille autem
Petrus qui iam illum confessus fuerat filiū
dei, timuit ne sicut filius hominis morere-
tur. Erat & filius dei, erat & filius homi- Phili. 2.
nis: filius dei in forma dei æqualis patri, fi
lius hominis in forma serui qua minor est
patre. Venturus erat ad passionem vtique Ioā. 14.
ex forma serui. Quid timuit Petrus? Ne
in forma serui periret forma dei, & nō po-
tius p̄sumpsit, quia ex forma dei reuiuisce-
ret forma serui: Ait illi, Absit à te domine, Mat. 16.
propitius tibi esto. Et dominus qui illum
beatum dixerat in illa voce, Vade post me
satanas, inqt, neque. n. sapis quæ dei sunt,
sed quæ hominū sunt. Iā dudū quia dixe-
rat, Tu es Christus filius dei viui: audiuit,
nō tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater
meus qui in cœlis est: iō petra ideo beatus.
Mō autem quia nō ex patris reuelatione,
sed ex carnis infirmitate rūderat, satanas
appellatus est, nō sapis, inqt, quæ dei sunt,
sed q̄ hominum. Et hic erat Christus, tra-
tres: inter illos ambulauerat, vētis impera- Matt. 8.
uerat, aū oculos ipsorum fluctus calcauc- & 14.
rat, ante oculos ipsorum quatriduanum Ioā. 11.
mortuū suscitauerat, ante oculos ipsorum K
tanta miracula fecerat, & tamen trepidaue
runt in passione eius, quasi amisisset eum de

de quō frustra p̄sumpserat: sed p diē errā-
bāt, & nemo in eis. Nemo prorsus, nemo,
nec ipse q̄ dixerat, Tecū vsq. ad mortem
ero. Dixerat. n. illis, Veniet hora vt me re-
linquatis solū, & eat vnusq̄sq. in viā suā.
Sed non sum solus, qa mecū est pater. Cū
illo erat pater, & ipse cum patre, & in illo
pater, & ipse in patre: & ipse & pater vnū,
& illi timuerunt cum moreretur. Quare?
Nisi quia p diem errauerūt, & nemo fuit
in eis. Per diē errabunt & nemo in eis. Sed
q̄d est errabunt per diē? Nūquid peribūt?
Et vbi est, Imperfectum meū viderūt ocu-
li tui, & in libro tuo oēs scribentur? Ergo
qū per diem errauerūt? Cum hic positum
dominum non intellexerūt. Et quid sequi
tur? Mihi autē valde honorificati sunt ami
ci tui deus.) Iidemipsi qui per diem errae
rūt & nemo in eis fuit, amici tui facti sunt,
& valde mihi honorificati sunt. Factū est
in eis os illud post resurrectionem dūi in
abscondito, & pro eius nomine passi sunt,
in cuius passione trepidauerunt. Mihi aūt
valde honorificati sunt amici tui deus. Val
de confortati sunt principatus eorum.] Fa
cti Apostoli, facti duces Ecclesiæ, facti arie
L tes ducentes greges, Valde confortati sunt
principatus eorū. Dinumerabo eos, & su-
per arenam multiplicabuntur.) Per illos q̄
per diem errauerunt & nemo erat in eis,
ecce nata est tanta multitudo, quæ iam si-
cut arena numerari non potest nisi à deo.
Dixit. n. super arenam multiplicabuntur:
& tamen dixerat, dinumerabo eos. Illi ipsi
numerati, super arenam multiplicabūtur.
Ei quippe arena numerata est, cui numera
ti sunt capilli capitis nostri. Dinumerabo
eos & super arenam multiplicabuntur.
Exurrexi, & adhuc sum tecum.) Exurrexi
& adhuc sum tecum, quid est? Iam passus
sum, inquit, sepultus sum, ecce surrexi &
adhuc me non intelligunt secum. Adhuc
tecum sum, id est, nondum cum ipsis quia
me nondum agnoscunt. Sic enim legitur
in Euangelio. Quia post resurrectionem
domini nostri Iesu Christi sibi apparentē,
non continuo cognouerunt. Est & alius
sensus, Exurrexi & adhuc sum tecum, vt
hoc tēpus significare voluerit, quo adhuc
in occulto est & ad dexterā patris, antequā
reueletur in claritate qua venturus est ad
iudicandum de viuis & mortuis. Et dein-
de dicit, quid interea per totum hoc tem-
pus dum iam resurrexit & adhuc cū pa-
tre est, patiatur hic p cōmixtionem pecca M
torum in corpore suo quod est Ecclesia, &
per separationem hæreticorum. Sequitur 1
enim et dicit, Si occideris deus peccatores,
viri sanguinū declinate à me, Quoniā di-
ces in cogitatione, accipient in vanitate ci-
uitates suas.) Videtur sic cōnecti odor ver
borum, Si occideris deus peccatores, acci-
pient in vanitate ciuitates suas. Sic n. occi-
sos vult intelligi, cum per superbiam qua
intumescunt amittunt gratiam qua viuūt.
Spiritus. n. sanctus disciplinę effugiet fi- 7
ctum, & auferet se à cogitationibus q̄ sunt Sapiē. 1.
sine intellectu. Sic occiduntur peccatores,
quia obscurati intelligentia alienantur à
via dei. Amittūt. n. confessionem propter
elationem, atque ita in eis occisis fit quod
scriptum est, A mortuo homine tanquam Eccles.
qui non sit perit confessio. Et sic accipiunt stici. 17.
in vanitate ciuitates suas, id est, populōs
suos vanos eorū vanitatem sectantes, cū
inflati iustitiæ nomine persuadent, vt diru
pto unitatis vinculo eos tanquam iustio-
res cæci & imperiti sequantur. Et quia ple
runque hinc inueniunt occasionem sepa-
randi se ab vnitate Christi, dum malos ac-
cusant, cum quibus se communionem nol
le habere confingunt, Et quia fieri potest
vt non tantum infāment innocentes, quos
tanquam malos se fugere simulant, sed et A
vera de quibusdam malis sui similibus di-
cunt, inter quos triticum Christi seruato Matt. 3.
vnitatis vinculo gemit: propterea interpo
suit, Viri sanguinum declinate à me, quo
niam dices in cogitatione, accipient in va
nitate ciuitates suas: id est, ideo seducent
in separatione propria populos suos vani-
tate propria corrumpendos, quia tu in co-
gitatione dices, viri sanguinum decli na-
te à me: vt sci icet merito superbiæ pecca
tores in spiritu occisi, propterea ciuitates
suas, hoc est, populos suos in vanum acci
piant: hoc est, in erroris vanitatem separā-
do, traducant, & quasi offensi commixtio-
ne palearum, dirupta vanitate triticum de
serant: quia ipsum triticum. i. bonos fideles
monet, vt ante ventilationem quæ nouissi
ma futura est, non aperte se à malis segre-
gent, ne adhuc eis commixtos deserant bo
nos, sed per bonam conuersationem & dis
similitudinē vitæ quodāmō tacite illis di-
cat corpus Chri, viri sanguinū declinate
à me: Hoc. n. eis voce dei dixit, quæ vox
in cogitatione est, sicut eam deus dicit in

cogitatione ſancti populi ſui. Viri autē ſanguinum qui ſunt, niſi qui oderunt fratres?
Ioan. 3. Sicut Ioannes dicit, Qui odit fratrem ſuū
B homicida eſt. Hoc ergo non intell gentes occiſi peccatores, quomodo dicat deus malis in cogitatione bonorum, Viri ſanguinū declinate à me, accuſant in eis communionem malorum, & ſe per has calumnias ſeparādo accipiunt in vanitate ciuitates ſuas. Hæc vox quæ modo in cogitatione bonorum dicitur malis, aperta erit in illa die qū eis dicetur à capite ipſo noſtro: nunquam
Matt. 7. noui vos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Nunc autem dicit corpus Chriſti, qđ eſt Eccleſia, Quid eſt, qđ mihi calumniātur ſuperbi, q̄ quaſi me maculent aliena peccata, & propterea ſeparando ſe, accipiunt in vanitate ciuitates ſuas? Nonne eos, qui oderant te odio habui?)
Mat. 13 &. 3. Vt quid à me peiores exigunt etiam corporalem à malis ſeparationem, vt ante tp̄s meſsis ſimul cum zizanijs eradicetur et triticum, vt ante tempus ventilationis perdā ſuſtinentiam tolerandi paleam, vt antequā omnia genera piſcium ad finem ſeculi tan quam ad littus ſeparanda perueniant, retia pacis vnitatisq̄ dirumpam? Nūquid malorum ſunt ſacramenta quæ accipio? Nun
C quid eorum vitæ factisq̄ communico conſentiendo? Nōnne eos, qui oderant te domine odio habui? Et ſuper inimicis tuis
Pſal. 68. tabeſcebam.) Nōne cum zelus domus tuæ comederet me, videbam inſenſatos & tabeſcebam? Nonne & tædium detinebat me à
Pſ. 118. peccatoribus derelinquentibus legem tuā? Qui n. ſunt inimici tui, niſi qui vita ſua indicant quàm oderint legem tuam? Hos ergo cum odiſſem, cur mihi calumniantur q accipiunt in vanitate ciuitates ſuas, quòd mihi imputari poſsint eorum peccata quos oderam, & ſuper quibus zelo domus dei tabeſcebam? Sed vbi eſt, Diligite inimicos ve
Matt. 5. ſtros? An quia veſtros dixit, non dei? Bene facite, inquit, eis qui oderunt vos: non ait, qui oderunt deum: ideo iſte ſecutus dixit, Nonne eos, qui oderunt te domine odio habui? non dixit, qui oderunt me. Et ſuper inimicis tuis tabeſcebam: tuis dixit, non meis. Sed qui nos propterea oderunt, & propterea inimici nobis ſunt, quia deo ſeruimus, quid aliud quam eum oderunt, & eius inimici ſunt? Nunquid ergo tales inimicos noſtros diligere, non debemus? Aut non propter deum perſecutionem patiuntur, quibus dicitur, Orate pro perſequentibus uos? Ergo attende quod ſequitur, Perfecto odio oderā illos.) Quid eſt, perfecto D
odio? Oderam in eis iniq̄tates eorū, diligebā cōditionem tuā. Hoc eſt perfecto odio odiſſe, vt nec p̄p vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Nam ecce vide qd adiūgat, Inimici facti ſūt mihi.) Non iam tm̄ dei, ſed ſuos inimicos oī dit. Quomodo ergo in eis impleuit, quod & ipſe dixit, Nōne eos qui oderāt te odio habui: & quod dominus præcepit, Diligi- Matt. 5.
te inimicos ueſtros? Quomodo implebit hoc, niſi illo p̄fecto odio, vt hoc in eis oderit quod iniqui ſunt, hoc diligat qđ homines ſunt? Nam & tempore veteris teſtamenti, quo viſibilibus ſupplicijs carnalis populus coercebatur, homo ad nouum teſtamentum per intelligentiam pertinens Exo. 32.
famulus dei Moyſes, quo oderat peccatores cum pro eis orabat, & quomodo non oderat cum eos occidebat, niſi quia perfecto odio oderat eos? Ea nanque perfectione ſic oderat iniquitatem quam puniebat, vt diligeret humanitatem pro qua orabat. Cum ergo corpus Chriſti ab impijs, & iniq̄s etiam corporaliter in fine ſeparandum, nunc inter eos interim gemat: & cū illi occiſi peccatores tanquam de malorū communione bonis calumniādo, & ſe quaſi per occaſionem malorum magis a bonis & innocentibus ſperando, ſic accipient in vnitate ciuitates ſuas, vt multi mali adhuc E
reſtent qui eorum ſeparationem non ſequātur, ſed à bonis vſque in finem toleran di, in eadem permixtione remaneāt: quid inter hæc ait corpus Chriſti, ſiue centum, ſiue ſexagenum, ſiue tricenum fructum afferēs cum tolerantia? Quid agit Mat. 13
proxima Chriſti in medio filiarum, ſicut lilium in medio ſpinarum? Quæ ſunt voces eius? quæ conſcientia? quæ ſpecies filiæ regis intrinſecus? Ecce audi quid dicat, Proba me deus & ſcito cor meum.) Cant. 2.
Tu deus tu proba, tu ſcito, non homo, non hæreticus, qui nec probare nouit, nec ſcire poteſt cor meum, vbi tu probas & ſcis, quia non conſentiam factis malorum, & illi me putant cōtaminari poſſe peccatis aliorum: vt dum ego in longinqua peregrinatione mea facio quod in alio pſalmo ge- pſ. 119.
mo. 1. Cū ijs q̄ oderant pacem eram pacifi cus, donec perueniā ad illam viſionem pacis, qđ interpretatur Hieruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum, ciuitas æterna in cœlis, ipſi litigando & calumniando ſeque ſeparando accipiant non planè in æternitate, ſed in vanitate ciuitates ſuas. Proba ergo me deus, & ſcito cor meum, Scrutare me & cognoſce ſemitas meas.)
F Vt qd hoc? Attende quid ſequitur, Et vide, inquit, ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna.) Scrutare, inq̄t, ſemitas meas. i. cōſilia & cogitationes meas, & vide ſi via iniquitatis ſit in me, ſiue faciendo, ſiue conſentiendo, & deduc me in via æterna. Quid aliud dicit, q̄ deduc me in Chriſto? Quid eſt. n. via æterna, niſi q
Ioi. 14. eſt vita æterna? Æternus. n. eſt, qui dixit, Ego ſum via, veritas & vita. Si ergo aliq̄d inueneris in via mea quod diſpliceat oculis tuis, q̄m via mea mortalis eſt, tu deduc me in via æterna, vbi nulla eſt iniquitas:
Ioſ. 2. quia & ſi quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtum. Ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris. Ipſe eſt vita æterna ſine peccato, Ipſe eſt vita æterna ſine ſupplicio. Magna ſacramenta fratres. Q̄o nobiſcum ſequitur ſpiritus dei? quomodo nobis facit in hac nocte delitias? Quid eſt hoc, rogamus vos fratres? Inde dulciora, quo obſcuriora. Conficit nobis petitionē ad amorem ſuum, quibuſdam modis ſuis miris, Mirificat ipſa dicta ſua, vt cum ea diceremus quæ iam noueratis, tū quia ex illis locis eruebantur quæ obſcura videbantur, tanquam noua fieret
G ipſa cognitio. Nunq̄d non noueratis fratres, quia in Eccleſia dei tolerādi ſunt mali, & ſchiſmata nō ſunt facienda? Nūquid
Mat. 13 iam non ſciebatis, quia intra illa retia quæ capiunt bonos & malos piſces, ſperdurandum eſt vſque ad littus, nec retia rumpenda ſunt, quia in littore ſeparabunt boni ad vaſa & mali proijcientur? Iam iſta noueratis, verſus aūt iſtos pſalmi huius non intelligebatis. Expoſitum eſt quod nō intelligebatis, & innouatū eſt quod noueratis.

In Pſalmū cēteſimum trigeſimumnonum Præfatio.

IVſſerūt dñi fratres, & in ipſis dominus omnium vt iſtum pſalmum afferā ad vos intelligendum, quantum dñs donat: adiuuet orationibus veſtris, vt ea dicā q̄ oportet me dicere, & vos audire, vti omnibus nobis vtilis ſit ſermo diuinus. Non

enim omnibus vtilis eſt, quia non eſt omnium fides. Fides aūt ſic eſt in anima vt 1. Th. 5.
radix bona q̄ pluuiam in fructum ducit: perfidia vero & error diabolicus & cupiditas mala radix omnium malorum, ſicut
radix ſpinarum ēt dulcem pluuiam ad pū 1. Ti. 6.
ctiones conuertit. Quid habet Pſalmus iſte, credo cum cantaretur aduertiſſe vos, qm̄ cōqueritur & gemit, & deo precē fundit inter malos conſtitutum corpus Chri H
ſti. Eius. n. vox eſt in omni tali Prophetia tanquā illius inopis. i. egentis, nondum ſatiari, eſurientis & ſitientis iuſtitiam, cui q̄- Matt. 5.
dam ſaturitas p̄miſſa in fine ſeruatur. Interim hic nūc ſitiat & eſuriat, gemat & pulſet & q̄rat. Peregrinationis illecebris non delectetur, nō putet patriā ſeculum, vnde vt liberaretur Chriſtus aduenit, quia Chriſtus caput noſtrum eſſe voluit, caput. ſ. cuiuſdam corporis. Nō. n. poteſt dici caput, vbi corpus nullum eſt cui ſit caput. Proinde ſi caput Chriſtus, & alicuius corporis caput eſt Chriſtus. Corpus illius capitis ſancta Eccleſia eſt, in cuius nos membris ſumus, ſi caput noſtrū diligimus. Audiamus ergo voces corporis Chriſti, hoc eſt, noſtras, ſi ſumus in Chri corpore, quia quiſquis ibi non fuerit, in eis erit inter quos illud corpus gemit. Proinde aut in illo corpore eris vt gemas inter malos, aut non eris in illo corpore, & in eis inter quos malos gemit corpus qđ gemit inter malos, aut mēbrum Chriſti, aut hoſtis corporis Chriſti. Nec iſti inimici & aduerſarij corporis Chriſti vno modo iutelligūtur, aut vno modo agunt. Verſipellis eſt n. qui in eis regnat, & qui eis vtitur tanquam vaſis ſuis. Cæterum multi ab illo liberantur, & in corpus Chri tranſeunt, & qui ſint, & qđ futuri ſint, nouit ille qui illos redemit I
ſanguine ſuo neſcientes. Sunt aūt quidam pſeuerantes in malitia ſua, ad Chriſti corpus nō pertinentes, & ipſi noti ei vtique cui nihil ignotum eſt. Interim illi qui iam compaginati ſunt cū membris eius: nondū habentes reſurrectionem futuram, in qua perit omnis gemitus, & laus ſuccedit, in qua omnis tribulatio morieī, & erit ſine fine exultatio: nōdum ergo habētes hoc in re, ſed tū tenentes in ſpe, gemūt ex deſyderio quodā, & orant ſe liberari ab hominibus malis, inter quos neceſſe eſt viuere & bonis: Non. n. ſeparatio iam cuique tuta eſt. Illius. n. erit ſeparatio, qui nō no-

tuit errare? Vt nec malum traijciat ad dexteram, nec bonum ad sinistram. Nos autē in hac vita difficile est vt nosipsos nouerimus, quanto minus debemus de quoquā præproperam ferre sententiam? Quia si hodie malum nouimus, cras qualis futurus sit ignoramus: & forte quem vehementer odimus, frater nr̄ est nescimus. Securi ergo odimus in malis malitiam, diligimus naturam & creaturam, vt quod ibi fecit deus amemus, quod ibi fecit ipse hō oderimus. Fecit enim deus ipsum hominem, fecit autem homo peccatum. Dilige quod
K fecit deus, odi quod fecit homo. Sic enim persequeris quod fecit homo, vt liberetur quod fecit deus.

In finem Psalmus ipsi Dauid.

Ro. 10. FInem nō intēdas aliud, q̄ tibi ab Apostolo p̄stitutum est. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. ergo cum audis Psalmum dicere, in finē, corda conuertantur ad Christum. Tanquā n. p̄o Psalmi est titulus Psalmi, veluti dicēs, Ecce veni, & inde dicturus sum, de quo cātaturus. Nam & ipse Dauid, non intelligo nisi ipsum qui factus est ex semine
Rom. 1. Dauid secundum carnem. Interim ꝓpter genus congruit nomē. Genus carnale à
Ioan. 7. Dauid, genus spiritale supra Dauid: & non solum ante Dauid, sed ante Abraham: nec Abraham tantum, sed ante Adam: nec ante Adam tm̄, sed ante cœlū & terram, ante oēs angelos, ante oēs ptātes & virtutes, ante omnia visibilia & inuisibilia. Quare? Quia vt hæc essent, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Ergo
Ioan. 1. quia ex semine Dauid nō secundum diuinitatem, quæ creator est ipsius Dauid: sed secundum carnem Dauid, dignatus est vocari in prophetia, in ipsum finē intēde, qa
L ipsi Dauid canit̄ Psalmus, & corporis eius vocē audi, et esto in corpore eius. Vox quā audisti tua fiat, & ora & dic quod sequit̄.

Expositio Psalmi.

EXime me domine ab homine maligno.) Non ab uno, sed ab ipso genere: nec à vasis tm̄ sed ab ipso principe. i. ab ipso diabolo. Quare. n. ab homine si à diabolo? Quia & ipse in figura homo
Mat. 13. dictus est. Venit inimicus hō, & superseminauit zizania. Et cum dixissent serui ad patrēfamilias, Nōne bonū semē seminasti, vnde apparuerunt zizania? Rūdit, Inimicus homo hoc fecit. Ab isto ergo homi- Ephe. 5.
ne maligno ora quātum potes vt libereris. Quia nō est tibi colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarū harum. i. rectores peccatorum. Quod quidem & nos fuimus, nam audiuimus mo- Ephe. 5.
do voce Apostoli, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in dño. Iam ergo lux M
facti, nō in nobis sed in dño, oremus non tm̄ contra tenebras. i. contra peccatores, quos adhuc diabolus possidet, sed etiam contra ipsum principem eorum diabolū, qui operatur in filijs diffidētiæ. A viro in iusto erue me.] Hoc est ab homine maligno, quod est à viro iniusto. Malignum est enim ideo dixit, quia iniustum, ne forte aliquem iniustum bonum esse putes. Sunt. n. multi iniusti quasi non nocentes, non sunt sæui, non sunt asperi, non sunt persequentes & pressuras hominibus faciētes: sed tū vnde iniusti? Quia alio quodā modo, luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti. Quomodo nulli nocet, quia sibi non parcit? Innocens. n. ille est qui non nocet, non autem qui sibi nocet. Tibi autē quo potest, non nocere qui sibi nocet? Sed respondes, In quo mihi nocet? non. n. inuasit rem meam, aut appetiuit salutem meam. Luxuria sua pascitur, suis voluptatibus delectatur. Sed si inquinatas habent voluntates, ipse inquinatur. Mihi quid pertinet, cui molestus non est? Nocet tibi saltem vel exemplo, quia viuit tecum, & ad quod agit inuitat. Nonne cum eum vides forte in illis sordibus prosperati, duceris talium delectatione factorum? Et si nō consentis, saltem inuenisti quod expugnes. Quo ergo tibi non nocebat q laboras vin- A
cere quod fecit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus, & necesse est noxius fit, siue sit blandus siue sit ferox. Quisquis in illum incurrerit, quisquis laqueis eius fuerit captus, inueniet q̄ sit noxium quod putabat lene: Etenim frēs, & spinæ non pūgunt in radicibus. Erue spinas de terra, cō trecta radices ipsarum, & vide si sentis dolorē. Tū illud vnde dolorē sentis, in supficie, de illa radice processit. Itaque non vobis placeant homines quasi lenes & blādi, amatores tamen carnalium voluptatum, & in-

& inquinatarum cupiditatū sectatores nō vobis placeāt. Et si adhuc videntur lenes, radices spinarū sunt. Nam ramis factis p luxuriam plerunq. effundūt, q̄d habebāt. Et quomodo quærunt implere quod effuderūt? Nunquid iam parcunt rapinis & cogitationibus fraudium omni generi malignitatis exquirendæ? Iā vides malum hominem quē putabas antea lenem, quando illum videbas inebriari, bonus erat. Modo iam furem vides, latronem times, processerunt spinæ de illis radicibus. Qū sentiebas lenes radices spinarum, tunc si posses incenderes, & non esset vnde prodiret q̄d te modo pungerent. Proinde frēs mei corpus Christi vel membra Christi gementia inter tales malos, quoscunque videtis &
B inuenitis ꝓpliues ferri in malas libidines, & in pernicioſas voluptates, tunc reprehendite, & tunc castigate, tunc vrite. Incē datur radix, & nō est vnde spina procedat. Si autem non potueritis, certi estote q̄ eos habebitis inimicos. Tacere p̄nt, occultare inimicitias suas p̄nt, amare vos non p̄nt. Sed quoniam amare vos non possunt, & necesse est qui oderunt mala vobis q̄rant, non vacet lingua & cor vestrū dicere deo, Exime me dñe ab homine maligno, à viro iniusto erue me. Qui cogitauerunt iniustitias in corde.) Quid enim? Quia non audent proferre in lingua, & seruant in corde? Propter eos. n. dixit, qui plerunque in labijs bona loquuntur. Audis vocem iusti, sed non est cor iusti. Nā quid profuit hoc addere vt diceret, Qui cogitauerunt iniustitias in corde? Ab eis me libera, ibi sit potentissima manus tua ad eruendum me.
Facile est enim deuitare apertas inimicitias, facile est auerti ab inimico prompto, & manifesto, cuius iniquitas iam etiam in labijs est: Ille est molestus, ille occultus: Ille difficile deuitatur q̄ in labijs bona portat, & in corde occultat mala. Qui cogita- C
uerunt iniustitias in corde. Tota die constituebant bella.) Quid est bella? Contra quæ pugnarem tota die mihi constituebāt. Inde enim hoc nascitur de talibus cordibus, quicquid est contra quod pugnat christianus. Si seditio, si schisma, si hæreses, si contradictio turbulenta, non hoc erumpit nisi de illis cogitationibus quæ tegebātur: & quando labia bona loquebātur, tota die cōstituebāt bella. Peccata audis verba, sed belli constitutio à cordibus non discedit.

Quod enim dictum est, Tota die, sine intermissione significat. i. toto tēpore. Acuerunt linguas suas sicut serpētes.) Si adhuc quæris hominem, aspice similitudinē. In serpente maxima astutia est & dolus nocēdi, propterea etiam serpit. Non enim vel pedes habet, vt eius vestigia cum venit audiantur. In eius itinere velut lenis est tractus, sed non est rectus. Ita ergo repunt & serpunt ad nocendum, habentes occultum venenum & sub leni contactu. Et ideo sequitur, Venenum aspidum sub labijs eorum.] Ecce est illud sub labijs, vt aliud sub labijs, aliud in labijs aduertamus. Quos etiam aperte manifestat alio loco vbi dicit, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum.
Conserua me domine de manu peccato- Psal. 27.
ris, ab hominibus iniustis erue me.) Ipsi sunt, noti sunt: non hic opus est intelligere, sed agere. Orare opus est, non quærere D
qui sint. Sed qūo aures aduersus hmōi homines aperit tibi in consequenti? Multi. n. aduersus malos imperite orant. Qui cogitauerunt, inquit, supplātare gressus meos.) Adhuc potest carnaliter accipi. Habet q̄sque inimicum in negocio, cogitat ei fraudem facere, & ei auferre pecuniam, q̄ versatur in cōi negocio. Habet quisq. inimicum vicinum, & cogitat malum ingerere domui eius, aliquid de re ipsius minuere, & vtique dolo cogitat, fraude cogitat, machinamentis diaboli hæc ipsa gestit implere, nemo dubitat: Sed tamen non propter ista isti cauendi sunt, sed ne insidiando tibi adducant te ad se, id est, à corpore Christi seperent te, & faciant te de corpore suo. Sicut enim bonorum caput Christus est, sic illorum caput diabolus. Qui cogitauerūt, inquit, supplātare gressus meos. Quid est, supplantare gressus meos? Non quasi vt eres in negocio quod cum illo habes, & decipiat te in causa quæ tibi cōis est in foro cū illo. Supplantauit gressus tuos, si te impedierit in via dei, vt illud quod rectum E
intendebas titubet, aut labat à via, aut cadat in via, aut recedat de via, aut remaneat in via, aut retro reuertatur vnde venerat. Quicqd tibi tale fecerit, supplantauit te, decepit te. Cōtra hmōi insidias ora, ne perdas cœleste patrimoniū, ne amittas Christum cohæredem, quia victurus es in æternū cū eo qui te fecit hęredem. Non. n. talis te fecit hæredem cui mortuo succedas, sed

cum quo in æternum viuas. Absconderũt superbi muscipulã mihi.) Totum corpus diaboli explicauit breuiter cum ait, superbi. Inde est q & iustos plerunque se dñt, cum sint iniqui: Inde est quòd nihil illis tã noxium est, q confiteri peccata. Ipsi sunt qui cum sint falsi iusti, necesse est vt inuideant veris iustis. Nemo enim inuidet alteri in eo quod vult vel esse vel videri. Alius tibi inuideat, quia diues es, aut diues vult esse vt tibi inuideat, aut putari vult diues. Alius tibi inuidet, q a clarus es & nobilis, aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic omnia q̃ videtur bona in hoc seculo & putantur, quod quisque vult habere, & in quo vult excellere, vel cuius rei famam captat, in eo tibi inuidet. Isti autẽ qui falsi iusti sunt, videri volunt iusti cum non sint, & necesse est vt quem viderint verum iustum, inuideant illi, & hoc cum illo agant quomodo amittat vnde gloriat. Inde veniunt omnes seductiones & supplantationes. Hoc prior ipse diabolus voluit, q cadẽs statim homini inuidit, & quia ipse amisit regnum cœlorum, hominem illuc peruenire noluit, & nõ vult, Et id agit nunc vt homo illuc non perueniat vnde ipse eiectus est. Quia ergo superbus est ipse, & ideo inuidus quia superbus, oẽ corpus ipsius taliũ corpus est. Sed nos oremus contra illũ qui corrigi non põt, & pro ipsis qui pñt, vt dicamus homini iniusto. Quare inuides iusto o hõ iniuste? Quia vis videri iustus? Cito fac quod melius est, & facilius eris. Quod vis videri esto rebus, ita diliges cui inuidebas, quia quod illum doles esse eris & tu, & amabis in eo te, & ipsum in te. Etenim si inuideres diuiti, non esset in ptãte tua vt diues esses. Si inuideres honesto alicui senatori nobili, non esset in potestate tua vt nobilis tu esses & clarus. Si inuideres pulchro, nunquã pulchrum te faceres. Si inuideres forti & valido, nunquam tibi vires dares. Si inuides iusto, res in voluntate est, Esto quod doles esse alterum: non enim empturus es quod tu non es, & alius est. Gratis cõstat, cito constat. Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Illi autem superbi absconderũt muscipulam, quæsierunt supplantare gressus meos rectos. Et quid fecerũt? Et restes extenderunt muscipulas pedibus meis.) Quas restes? Notum est hoc verbum in scripturis, & inuenimus alibi quid significent restes. Dñs flagellum de resticulis fecit, vnde expulit eos de templo qui ibi male versabantur, & significauit nobis quomodo intelligamus restes, quia criniculis peccatorum suorum vnusquisq. constringit. Dicit.n. alia scriptura, & aperte Esaias, Ve ijs, qui trahunt peccata sicut restẽ longam. Quare autem dr restis? Quia omnis peccator perseuerans in peccatis suis, addit peccata peccatis, & cum deberet accusatione peccati sui corrigi, defensione duplicat qd confessione posset auferri, & plerũque alijs peccatis vult munitus esse ppter illa quę commisit. Fecit adulterium, & ne occidatur, parat homicidium, addit peccato peccatum. Rursum si ei contigerit facere homicidium, iam qui vnum crimen timere quàm antea timebat, non cogitat minuere quod fecit, sed addere quod nõdum fecit: Quærit forte & maleficium. Tria ecce habet. Inde iam quis cogitet? quis finiet restem peccatorum? Et optime dicitur restis. Vt.n. torqueatur restis additur, & nõ adduntur recta fila sed torta. Prauitas sibi connexa ducitur in longum, & non cogitat præcidere quod male texuit, sed addere producere, in longum protendere, vt habeat in fine vnde illi ligentur manus & pedes, & proijciatur in tenebras exteriores. Hęc autem peccata sua intendunt iustis, quando eis suadent facere mala q̃ ipsi faciunt. Ideo dixit, Restes extenderunt muscipulam pedibus meis: id est, de peccatis suis me dejicere voluerũt. Et vbi hoc? Iuxta semitas scandalum posuerunt mihi.] Non in semitis, sed iuxta semitas. Semitæ tuæ, præcepta dei sunt. Illi scandala iuxta semitas posuerunt, tu noli credere à semitis, & non irrues in scandala. Nec volo dicas, & si prohiberet illos deus ponere mihi scandala iuxta semitas, & non ibi ponerent. Immo permisit deus ponere scandala illos iuxta semitas, vt tu non recedas à semitis. Iuxta semitas scandala posuerunt mihi. Et quid restat? Quod remedium inter tanta mala, in istis tentationibus, in istis periculis? Dixi domino deus meus es tu.) Illi homines sunt, & non mei, tu & deus es & meus es. Dixi dño, deus meus es tu. Magna vox orationis, mouet fiduciam, Nunquid illorũ non est deus? Cuius enim nõ est deus, q est verus deus? Sed tñ proprie eorum est qui eo fruuntur, q seruiunt, qui libenter sub ipso

Gen. 3. F

Luc. 2. G

Ioan. 8. H

Prou. 5.

Esaia. 5.

Mat. 22.

so sunt. Nam & mali quanuis inuiti, sub ipso sunt. Illi appellant deum à quo coronentur, sub illo illi fugiunt à quo dãnentur. Et iniquus qui nõ vult habere dñm deũ suũ, quò fugiet deum omnium? Bonum est illi ergo vt conuertatur ad deum omnium, faciatque illum cõuersione suum, & positus inter tales peccatores, seductores, hypocritas, superbos, dicat ad deum quem sui conuersione sibi fecit deũ suũ, Dixi dño deus meus es tu. Percipe auribus dñe vocẽ deprecationis meæ.) Simplex quidẽ sentẽtia est, & facilis ad intelligẽdũ, sed tũ delectat forte cogitare quare non dixerit, Percipe auribus deprecationem meam, sed velut euidentius exprimens affectũ animi sui, ait, vocem deprecationis meæ, vitam deprecationis meæ, animam deprecationis meæ, non quod sonat in verbis meis, sed vnde viuunt verba mea. Cæteri.n. strepitus sine anima, soni dici possunt, voces nõ possunt. K Vox proprie animatorum est, viuorũ est. Quàm multi autem deprecantur deum, & non sentiunt deum, nec bene cogitant de deo? Sonum deprecationis habere possunt, vocem non possunt, quia vita ibi non est. Huius qui viuebat, quia deum suum intelligebat, & à quo liberaretur videbat, & à q bus liberaretur sentiebat, ipsa erat vox deprecationis eius, ipsam commendans auribus dei dicat, Domine dñe. Tu dñe dñe. i. tu verisime dñe, non quales dñi homines, non quales dñi qui emunt saccello, sed qualis dñs qui emit sanguine. Domine dñe virtus salutis meæ.) Id est, qui das vires saluti meæ. Quid sibi vult virtus salutis meæ? Conquerebatur de scãdalis & insidijs peccatorum, & circumlatrantibus & circuminsidiãtibus malignis hominibus vasis diaboli, de superbis inuidentibus iustis, inter quales necesse est vitam ducere, cum hic viuimus in peregrinatione nostra hac. Talia vero scandala abundantia futura dñs prædixit, & ait, Abundabit iniquitas, & quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed adiunxit statim solatium, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Attendit iste & timuit, & abundantia iniquitatum turbatus respexit L spem: quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: extendit se perseuerare, & vidit longam vitam: & quia perseuerare magnum est & difficile, ipsum orauit ad perfectionem perseuerantiæ suæ, à quo illi iussum est, vt perseueraret. Certe saluus ero, si perseuerauero vsque in finem, sed perseuerantia ad virtutem pertinet, vt mereat salutem: Tu es virtus salutis meæ, tu me facis perseuerare vt perueniam ad salutẽ. Domine domine virtus salutis meæ. Et vnde spero, q a tu es virtus salutis meę? Obumbrasti super caput meum, in die belli.) Ecce modo adhuc pugno, pugno foris contra fictos bonos, pugno intus contra cõ cupiscentias meas, quoniam vide aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, q̃ est in membris meis. Miser ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum Chm dominum nostrum. Igitur laborãs in hoc bello respexit ad gratiam dei, & qui iam cœperat æstuare & arescere, tanquam vmbram inuenit sub qua viueret: Obumbrasti super caput meum in die belli. i. in ęstu, ne fatigarer, ne arescerem. Ne tradas me domine à desyderio meo peccatori.] Ecce M quo mihi valeat vmbraculum tuum, vt æstum nõ patiar a meipso, Et quid mihi peccator faceret ille quantumlibet sęuiret? Sęuierunt enim iniqui, martyres traxerunt, eos catenis ligauerunt, carceribus incluserunt, gladio ferierunt, bestijs subiecerunt, ignibus consumpserunt: Hæc omnia fecerunt, sed non eos tradidit deus peccatoribus, quia non sunt traditi à desyderio suo. Illud ergo ora quantum potes, vt a desyderio tuo non tradat deus peccatori. Tu.n. desyderio tuo facis locum diabolo. Ecce enim diabolus proposuit lucrum, & inuitauit ad fraudem. Lucrum.n. habere non potes, nisi fraudem feceris. Sed lucrum esca est, fraus laqueus. Sic attende escam vt videas & laqueum, quia lucrum non potes adipisci nisi fraudem feceris: fraudem autẽ si feceris, capieris. Non ideo dico capieris, quia inuenieris. Aliquando enim non inuenieris sed ab hominibus, a deo autem capieris & traheris & occideris. Omnis.n. q talia facit, perimit seipsum. Ibi est ergo esca, ibi est & laqueus, Frena desyderium, & non cades in laqueum. Si autem vicerit te desyderium escæ, mittit tibi collum in laqueum, & capiet te auceps animarum. Ne tradas me a desyderio meo peccatori, inde obumbratur in die belli. Desyderium enim æstus facit, vmbraculum autem dñi A temperat desyderiũ, vt possimus refrena-

Mat. 24

re quo

te quo rapiebamur, vt non ita æſtuemus vt ad laqueum perducamur. Cogitauerũt aduerſum me, ne derelinquas me, ne forte
Pſal.12. exaltentur.) Habes & alio loco. Qui me premunt, exaltabũt ſi motus fuero. Tales ſunt & iſti, quia talis eſt & ipſe diabolus, Quãdo ſeduxerit hominẽ, gaudet, triumphat de illo: Exaltatur ipſe, quia ille humiliatus eſt. Quare autẽ ille humiliatus eſt? quia male exaltatus fuit, & ille qui de illo triumphat, humiliabitur. Tales ſunt. n. oẽs qui gaudent de malo, videntur ſibi ad tempus gloriari, ſuperbire, ceruicem erigere. Nõ vos delectet exaltatio eorum, eſcã habent in faucibus & hamum: Ibi eſt quo delectantur, ibi eſt quo trahuntur. Ne derelinquas me, ne forte exaltẽtur: id eſt, nõ de me triumphent, non de me gaudeant. Caput circumitus eorũ, labor labiorũ ipſorum teget eos.] Me, inquit, vmbra alarũ tuarum teget, obũbraſti. n. mihi in die beli. Ipſos quid teget? Caput circumitus eorum, Ipſa eſt ſuperbia. Quid eſt, circũitus ipſorum? Vt circumeant & non ſtent, in gyrum eant erroris, vbi iter eſt ſine fine.
B Qui. n. in longum it, aliunde incipit, alicubi finit. Qui in gyrum it, nunquam finit.
Pſal.11. Ipſe eſt labor impiorum qui demõſtratur in alio Pſalmo euidentius, In circumitu impij ambulãt. Sed circumitus eorum caput, ſuperbia eſt. Quia initiũ omnis peccati ſuperbia. Vnde aũt ſuperbia labio rum ipſorum? Omnis enim ſuperbus fictus eſt, omnis fictus mendax. Laborant homines loqui mendaciũ, nam veritatem tota facilitate loquerentur. Ille. n. laborat, qui fingit quod dicit: nam qui verum vult dicere, nõ laborat. Ipſa. n. veritas ſine labore loq̃tur. De homine ergo dixit deo, Me proteget vmbraculum tuum, ipſos teget mendacium ipſorum. Sed ipſum mendaciũ ipſorum, labor eſt labiorum ipſorum.
Pſal. 7. Ecce parturiuit iniuſtitiam, concepit dolorẽ, & peperit iniquitatem. In omni. n. opere malo labor eſt, & omne opus malum cogitatũ, mẽdacium ducem habet. Nõ enim eſt veritas, niſi in opere bono, Et propterea q̃a omnes laborant in mendacio, veritas quid clamauit? Venite ad me omnes, q̃
Mat. 11 laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ipſa eſt vox clamans ad laborãtes in
Pſal. 4. alio Pſalmo, Filij hominũ vſquequo gra-
C ui corde, vt quid diligitis vanitatem & q̃-
Hier. 6. ritis mendacium? Aperte autem alio loco, labor eſt in mẽdacio. Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, vt inique agerent laborauerũt. Caput circumitus eorum labor labiorum ipſorum teget eos. Decidẽt ſuper eos carbones ignis in terra & deijcies eos.] Quid eſt, in terra? Hic adhuc in hac vita, hic ſupra illos decidant carbones ignis, & deijcies eos. Qui ſunt carbones ignis? Nouimus iſtos carbones, An alij ſunt iſti, & alij illi de quibus dicturi ſumus? Iſtos. n. video ad pœnã valere, illos aũt quos commemoraturus ſum, ad ſalutem. Dictum eſt. n. de quibuſdam carbonibus, cũ homo peteret aduerſum linguam
Pſ. 110. ſubdolam auxilium, Quid detur tibi aut q̃d adijcietur tibi ad linguam ſubdolam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus vaſtatoriis, id eſt, verba dei cor transfigentia, & vetuſtatẽ perimentia, amorem q̃. gignentia, & exempla hominum q̃ mortui erant & reuixerunt: & nigri erant, & fulgentes effecti ſunt. Carbones. n. tenebræ ſunt, color indicat. Sed cum ad eos acceſſerit flamma charitatis, & ex mortuis reuixerint, audiant ab Apoſtolo, Fuiſtis. n. aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ipſi ſunt carbones fratres quos intuemur, quando volumus mutare vitam trãſfixi ſagitta dei, & impediunt nos malæ linguæ hominũ, de qualibus hic modo quærebatur, & volunt ſeducere à via veritatis potiuſq̃. inducere ad errores ſuos & dicere nobis, quia ſi profeſsi fuerimus non implebimus. Attẽdimus carbones illos. qui erat heri ebrioſus, hodie ſobrius eſt. Qui erat heri adulter, hodie caſtus eſt. qui erat heri raptor, hodie largitor. Omnes iſti carbones ignis ſunt. Accedunt exẽpla carbonũ ad vulnus ſagittarũ. Non. n. timeo dicere, vulnus, cũ clamet ipſa ſponſa vulnerata charitate ego ſum: & fit ibi vaſtatio fœni, pp q̃d & dñr carbones vaſtatorij. Vaſtatur fœnum, ſed purgãt aurũ, & mutat hõ ex
morte vitã, & incipit eſſe ẽt ipſe carbo fia
1. Ti. 1. grãs. Qualis erat carbo Apoſtolus, q̃ prius fuit p̃ſecutor & blaſphemus & iniurioſus, niger & extinctus: Miſericordiã vero cõſecutus, accenſus eſt de cœlo, vox Chri accẽdit illũ: perijt in eo tota nigredo, cœpit ferueus ſpiritu quo accendebatur accendere. Tales ergo & hic intellecturi ſumus carbones ignis, qui cadunt ſuper iſtos malos, & deijciunt eos? Planè non prohibemur hunc habere intellectum. Video hic nobis eluceſcere non improbabilem ſeu reprehẽ-
E ſibilem ſententiam. Intelligo illos carbones cadere ſuper iſtos vt dejiciantur. In alios. n. veniunt vt accendantur, in alios vt
1 Co. 3. dejciantur. Ipſe. n. carbo dicebat. Quibuſdam ſumus odor mortis in mortem, q̃buſdam ſumus odor vitæ in vitam. Vident. n. iuſtos flam mantes ſpiritu, candentes luce, & eis inuidendo cadunt, hoc eſt, q̃ ſuperuenient illis carbones ignis in terra & dejiciẽtur. Quid eſt, in terra? Adhuc hic ſunt in hac vita, excepta illa pœna q̃e ſeruatur impijs. Carbones iſti illos dejciunt, anteq̃ veniat ignis æternus. Decident ſuper eos carbones ignis in terra, & dejcient eos. In miſerijs non ſubſiſtent.) Venit illis miſeria & non tolerant, iuſtus autem ſubſiſtit.
Rom. 5. Quomodo ille ſubſiſtit, q̃ dicit, Sed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes q̃m tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, Spes autem non confundit, quoniam charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. At vero ſuper illos cũ ceciderit aliqua preſſura, aliqua miſeria nõ ſubſiſtunt, cadunt. Quando enim tales patiuntur huiuſmodi preſſuras, non valent tolerare, decidunt in iniquitates malas, q̃a
F traduntur a deſyderio ſuo peccatori. Vir linguoſus nõ dirigetur ſuper terram.) Vir linguoſus amat mendacia. Quid. n. illi eſt voluptas, niſi loqui? Non. n. attendit quid loquatur, dum loquitur, non poteſt fieri vt iſte dirigatur. Qualis ergo eſſe debet ſeruus dei, accenſis illis carbonibus, & ipſe carbo ſalutaris effectus? Qualis eſſe debet? Vt magis optet audire quàm dicere, ſicut ſcriptum eſt, Sit autem omnis homo velox ad
Iacob. 1. audiendum, tardus autem ad loquendum, Et ſi fieri poteſt hoc cupiat, non habere neceſsitatem loquendi & docendi. Ecce. n. dico charitati veſtræ fratres mei. Loquimur nos modo ad vos, vt aliquid doceamus vos: quanto melius ſi oẽs ſciremus, & nemo doceret alterum, vt non eſſet alius
Pſal. 50. loquens, alius audiens, ſed omnes audiẽtes vnum illum cui dicitur, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam? Vnde & ille Ioannes, non tam gaudebat quia prædicabat & quia loquebatur, ſed gaudebat quia audie-
Ioan. 3. bat. Ait enim, Amicus autem ſponſi ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocẽ ſponſi. Itaq̃ fratres cito dixerim charitatu veſtræ, vbi vnuſquiſque probet ſe, non vt loquatur, ſed vt de alio locutionis officium exigat. Gaudium autem taciturnitatis intus habeat in voluntate, vocem do- G
ctrinæ in neceſsitate. Quando enim opus eſt voce doctrinæ? Quando pateris imperitum, quando pateris indoctum. Si ſemp delectat te docere, ſemper vis habere imperitum, quem doceas. Si autem beneuolus es, & vis omnes doctos eſſe, non vis ſemp habere quos doceas, & non erit in voluntate exercitatio vel probatio doctrinæ tuæ, ſed in neceſsitate. Gaudium tibi ſit in audi tione dei, neceſsitas tibi ſit in locutione tua, & non eris vir linguoſus, ne non dirigaris. Quare uis loqui, audire non vis? Sẽper foras exis, intrò redire detrectas. Qui enim te docet, intus eſt, quando tu doces antequam foras exis ad eos, qui foris ſunt. Ab interiore enim audiuimus veritatem, & ad eos qui foris a noſtro corde ſunt loquimur. Quòd enim dicimus eos in corde habere de quibus cogitamus, ſecundum imaginem quandam dicimus, quam de illis habemus impreſſam. Nam ſi omnino intus ipſi eſſent, ſcirent vtique quid in corde noſtro eſſet, atque ita vt eis loqueremur opus non eſſet. Si autem hoc te delectet quod foris agis, vide ne tumeſcas foris, & non poſsis redire per anguſtum, & nõ poſſit tibi dicere deus tuus, Intra in gaudium domini tui: ſed dicat tibi, quia forinſecus erat quod amaſti, Ligate ei manus & pe-
Mat. 25 des & mittite eum in tenebras exteriores.
H Vbi enim oſtendit malum eſſe mitti exterius, ibi oſtendit bonum eſſe intraſſe interius. Nam ſeruo bono, quid dicit? Intra in gaudium domini tui. Malo autem ſeruo, Proijcite eum in tenebras exteriores. Non ergo amemus magis exteriora, ſed interiora. De interioribus gaudeamus, in exterioribus autem neceſsitatem habeamus, non voluptatem. Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. Virum iniuſtum mala venabuntur in interitum.] Veniunt mala & nõ ſubſiſtit, ideo dixit, venabuntur in interitum. Multis. n. bonis, multis iuſtis euenerunt mala, & tanquam inuenerunt eos mala. Nam ideo dixit, venabuntur, quia vnuſquiſque abſcondere ſe vult a malo: ſed cũ inuenitur a malo, quaſi factus eſt in venationem. Nunquid autem ſoli mali fugiũt
Mat. 20 a malis, q̃ quærunt a malis? Nonne & bonis dictu eſt, Si vos p̃ſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam? ergo q̃ mali p̃ſequeban-

quebãtur bonos, id est, martyres nostros, cũ eos comprehenderunt, venati sunt eos,
I sed non ad interitum. Pressa est. n. caro, coronata est anima, & ciecta est anima de carne, nec aliquid factum est, qđ obesset in posterum. Incensa sit caro, percussa sit caro, laniata sit caro, nunqd ideo subtracta est creatori, quia data est in manus persecutoris? Ille qui creauit ex eo quod non erat, non reparabit melius q̃ erat? Ergo quandocunque capti sunt iusti, venati sunt quidem illos mali, sed non ad interitum. At vero illi q non dirigẽtur & linguosi sunt, mala eos venabuntur ad interitum. Quare? Quia in miserijs nõ subsistent. Cognoui quia faciet dominus iudicium egentis.] Egens iste non est linguosus. Qui. n. linguosus est, abundare vult, esurire nescit. Il
Matt. 7. li aũt egentes sunt, quibus dicitur, Pulsate & aperietur vobis, quærite & inuenietis, petite & dabit vobis. Ille egens est de quo dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iusti tiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Gemũt inter scandala malorum ipsi, precãtur ad caput suum, vt eruant ab homine malo, & ab homine maligno liberent, & de manibus iniustorũ eruãtur. Ipsi ergo sunt quorũ causam dñs nõ negliget, etsi modo pressuras patiuntur, apparebit gloria ipsorum cũ apparuerit caput ipsorum. Talibus. n. hie cõ
Col. 3. K stitutis dicit, Mortui estis, & vita vestra
Iona. 6. absc̃dita est cũ Chro in deo. Ergo pauperes simus, absc̃dita est vita nostra, clamemus ad panẽ. Est. n. panis viuus qui de cœlo desc̃dit, & q in via reficit nos, in patria saturabit nos. Modo. n. vt duremus, reficimur. Nã necesse est esuriamus quoadusq. satiemur. Cognoui qa faciet dominus iudicium egentis. Certus erat iste, quoniam faciet dominus iudicium egentis. Et causam pauperum.) Ostendit iniquis quomodo diligit iustos suos, ostẽdit diuitibus qũo diligat pauperes suos. Diuites dixi superbos, pauperes dixi humiles. Diuites dixi p abundantiam non quærentes, pauperes dixi per desyderium suspirantes. Faciet dominus causam ipsorum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo.) Et quãdo agis causam ipsorum, & quando facis iudicium ipsorum, tuo nomini confitebũtur. Meritis suis nihil tribuunt, non tribuent totum nisi misericordiæ tuæ. Veruntamẽ iusti confitebuntur nomini tuo. Et quia iusti confitebuntur no mini tuo, vt quantumcunque iusti fuerint, nihil sibi assumãt de suo, nihil sibi tribuãt de suo. Quid fiet vt diligant cor? Quia quando ad se flectunt, torquẽt cor: quando autem ad dominum intendunt, dirigunt cor. Et vbi erit voluptas, vbi requies, vbi gaudiũ, vbi beatitudo? Nunquid in se? Non: Sed in quo L
Ephe. 5. sunt lux. Nunc autem lux in domino dixit. Ideo vide quid sequitur, vide quo cõcludit. In habitabũt recti cum vultu tuo.) Male. n. illis fuit in vultu suo, bene illis erit cum vultu tuo. Q ñ vultum suũ amaGene. 3. uerunt, in sudore vultus sui panem manducauerunt. Redeant, & detersо sudore, finitis laboribus, pereunte gemitu, veniet illis facies tua abundans sufficientia. Nihil quærent amplius, quia melius non habẽt, amplius non te deserent, ne deserantur à
Psal. 18. te. Etenim post resurrectionem de domino, quid dictum est? Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Sine vultu suo non nobis daret lætitiam. Ad hoc purgamus vultum nostrum, vt gaudeamus ad vultũ ipsius. Filij. n. dei sumus, sed nondum appa-
1. Ioã. 3. ruit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quia inhabitabunt recti cum vultu tuo. Putamùsne cum vultu patris, & non cum vultu filij? an cum vultu filij, & non cum vultu patris? An vnus quodammodo vultu patris & filij & spiritussanct? Videamus si nõ nobis ipse filius
M promittit vultum suum, vnde nos lætos faciat. Modo hoc capitulum in Euangelio quod huic psalmo attestaretur, dominus deus inspirauit vt legeretur. Ait. n. ipse dominus, qui audit præcepta mea & custo-
Ioã. 14. dit ea, ipse est q diligit me: Et qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & ostendam illi meipsum. Quale pmi sit præmium dilectissimi? Nunquid cum non videbant, quibus se ostendere pmittebat? Nònne ante illos erat? Nõne facies carnis illius adiacebat oculis eorũ? Quid est quod volebat ostẽdere videntibus se? Sed quia talem videbant discipuli qualem crucifixerũt Iudæi, Erat autẽ deus in carne illa occultus, hominẽ autẽ pñt videre homines, deũ vero nõ possent, quanuis in
Matt. 5. homine, Quia beati mũdo corde, quoniam ipsi deum videbunt, Dedit formam hominis & pijs & impijs, seruauit formam dei mundatis & pijs vt iocundemur in illo, & bñ nobis in æternũ sit cũ vultu ipsius.

In

In Psalmum cẽtesimum quadragesimum Præfatio.

Col. 4. A Vdistis fratres admonitionem & petitionem nostram ex ore Apostoli, cũ eius modo Epistola legeretur.
A Ait enim, Orationi instantes, vigilãtes in illa orantes simul & p nobis, vt deus aperiat nobis ostiũ verbi ad loquendum mysterium eius, vt manifestẽ illud, sicut oportet me loqui. Hæc verba etiam mea deputare dignemini. Sunt. n. in scripturis sanctis profunda mysteria, q̃ ad hoc absconduntur ne vilescãt, ad hoc quæruntur vt exerceãt, ad hoc aperiũtur vt pascant. Psalmus quem modo cantauimus, in multis sententijs subobscurus est. Cum adiuante dño ea quæ dicta sunt erui & exponi cœperint, videbitis hoc vos audire quod iã nouerati: Sed ideo multipliciter dicta sunt, vt varietas locutionis fastidium tolleret veritatis. Quid. n. amplius fratres vel salubrius audituri & cognituri estis, quã
Mat. 22 diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & diliges pximũ tuũ tãquã teipsum? Sed ne putetis hæc duo pcepta parua eẽ, in his duob. pceptis tota lex pẽdet & Prophetæ. Quicquid ergo salubriter mente concipitur, vel ore pfertur, vel de qualibet diuina pagina exculpitur, non habet finem nisi charitatem. Hæc autem charitas nõ qualiscũque est. Nã & male viuentes irretiũtur sibi societate perditæ conscientiæ, & dicunt amare se, nolle discedere abinuicẽ, suis collocutionibus conciliari, desyderare se absentes, gaudere ad præsentiam suã:
B Amor iste tartareus est, viscum habet quo deijciat in profundũ, non pennas quibus leuet in cœlum. Quæ est aũt ista charitas, vt à cæteris quæ appellantur charitates segregaretur & distingueretur? Ea q̃ charitas dicitur vera Christianorum, à Paulo definita est, atque ita suis quibusdam terminis circumscripta, cum sit diuinitate infinita, vt omnimodo discernatur à cæte-
1. Ti. 1. Rom. 13 ris, Finis. n. inquit, præcepti est charitas: Posset hucusque dicere. Nã alijs locis vbi tanquam scientibus loquebatur, hucusque dixit, Plenitudo, inquit, legis est charitas: Et non dixit qualis charitas. Ideo ibi non dixit, quia dixit alibi. Non. n. vbique omnia dici aut possunt aut debent. Ergo hic plenitudo legis charitas. Quærebas forte, quæ charitas, qualis charitas? Audi alio loco, Finis præcepti est charitas de corde puro. Iam videte vtrum inter se latrones habeant charitatem de puro corde. Purũ cor in charitate, hoc est, quãdo diligis hominem secundum deum, quia & teipsum
Mat. 22 C sic debes diligere, vt non erret regula, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Si enim male te diligis & inutiliter, ita & proximũ diligendo quid ei consulis? Quomodo autem te male diligis? Quomodo te inuenit scriptura, quæ neminem palpat, &
Psal. 10. conuincit, quia non te diligis, immo conuicit, quia & odis te. Qui autem, inquit, diligit iniquitatem, odit animam suam. Si ergo diligis iniquitatem, putans quod teipsum diligas, erras: Ita & si proximũ diligas, ad iniquitatem duces, & dilectio tua
1. Ti. 1. laqueus erit dilecti. Charitas ergo de puro corde est, quæ est secundum deum, & conscientia bona, & fide non ficta. Ista charitas definita ab Apostolo, habet duo pcepta, dilectionis dei & dilectiõis pximi. In nullis scripturis aliud iniquitatis, nemo vobis aliud pcipiat. Quicquid obscurũ est in scriptura, hæc ibi occulta est: quicquid ibi planũ est, hæc ibi aperta est. Si nusquã apta esset, non te pasceret: si nusquam occulta non te exerceret. Hæc charitas clamat de corde puro, de corde taliũ in his verbis, qualis hic modo orat: Et quis iste sit, cito dixerim, Christus est. Audituri enim estis verba q̃ de dño nostro Iesu Christo indigne accipiuntur, & putabit parum intelligẽs temere me dixisse Christi esse psonam in hoc Psalmo. Quomodo enim
D potest de domino nostro Iesu Christo, de
1. Pet. 2 Ioã. 14. illo agno immaculato, de illo in quo solo non est inuentum mendacium, qui solus verisime dicere potuit, Ecce venit princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet: id est, nullum culpam, nullum reatum: q solus quod non rapuit exoluebat, qui solus innocentem sanguinẽ fudit, filius dei vnicus carnem accipiens, non qua ipse minueretur, sed qua nos augeret. Quomodo ergo de ista psona recte accipitur, Po-
Ps. 140. ne domine custodiam ori meo, & ostium continentiæ circum labia mea, vt non declines cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis? Manifestissime quippe iste est sensus. Custodi domine os meum ianua quadam & ostio præcepti tui, vt in verba maligna non declinetur

clinetur cor meum. Quæ verba maligna? Quibus excusantur peccata. Ne, inqt, peccata mea malim excusare q̃ accusare. Hæc verba in ipsum dñm nostrũ Iesum Chrm non cadunt. Quæ.n. illa peccata commisit, quæ cõfiteri potius q̃ defendere debuisset? Nostra verba ista sunt, Certe Christus loquitur, Si nostra verba sunt, quomõ Chris loquitur? Et vbi est charitas de qua loquebar? Nescitis quia ipsa vnum nos fecit in Christo? Charitas clamat ad Christum de nobis, charitas clamat de Christo p nobis.

E Iohel.2. Quomodo charitas clamat ad Christum de nobis? Et erit, Omnes qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quomodo charitas de Christo pro nobis? Saule Saule qd me psequeris? Vos, inquit Apostolus, estis corpus Christi & membra. Si ergo ille caput, nos corpus, vnus homo loquitur: siue caput loquatur, siue membra, vnus Christus loquitur. Et capitis est proprium loq etiam in persona membrorum. Ipsam nostram cõsuetudinem aduertite: Primo quomodo loqui in membris nostris non potest nisi caput. Iam vero caput nostrum, quomodo loquatur in persona omnium membrorum aduertite. In angusto tibi pedem aliquis calcat, calcas me dicit caput: Vulnerauit tibi aliquis manum, vulnerasti me dicit caput. Caput tuum nullus tetigit, sed loqtur vnitas cõpaginis corporis tui. Omnium membrorum tuorum personam illa quæ in capite est lingua suscepit, ipsa pro omnibus verbis fungitur. Sic ergo audiamus Christum loquentem, sed vnusq; que agnoscat ibi vocem suam, tanquam hęrens in Christi corpore. Aliquando enim dicturus est verba, in quibus nullus nostrũ

F inueniat personam suam, sed ad solum caput pertineant, non tamẽ se separat ex verbis nostris & ad sua propria tollit, vel à suis propriis non ad nostra redit. De ipso enim & de Ecclesia dictum est, Erunt duo in car

Gene.2. ne vna. Vnde & ipse in Euangelio dicit de

Mat.19. hac ipsa re, Iam igitur non sunt duo, sed vna caro. Hæc noua non sunt, sæpe à vobis audita sunt, sed per occasiones necesse est commemorentur, primo quia ipsæ scriptu ræ quas tractamus ita sibi sunt innexæ, vt multa in multis repetantur: & vtile est. Cura enim mundi spinas habet, & offocat femina: oportet sæpius à domino commemorari, quod cogit mundus obliuisci.

Expositio Psalmi.

DOmine clamaui ad te, exaudi me.) Hoc oẽs possumus dicere: Hoc non dico, totus Christus dicit: sed magis ex persona corporis dictum est, quia & cũ hic esset carnem portans orauit, & ex persona corporis orauit ad patrem, & cum oraret globi sanguinis de toto corpore eius distillabant. Sic scriptum est in Euangelio, Orauit Iesus intenta oratione, & sudauit Luc.22. sanguinem. Quid est, de toto corpore sanguinis effluxio, nisi de tota Ecclesia martyrum passio? Domine clamaui ad te, exaudi me. Intende voci deprecationis meæ, dum

G clamauero ad te.]Iam finitum negocium clamandi putabas, cum diceres, clamaui ad te. Clamasti iam noli esse securus, Si finita est tribulatio, finitus est clamor. Si autem manet tribulatio Ecclesiæ & corporis Xpi vsque in finem seculi, non tm dicat clamaui ad te exaudi me: sed intende voci deprecationis meæ dum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum,) Hoc de ipso capite solere dici omnis Christianus agnoscit. Declinante.n. iam die in vesperum, dñs in cruce animam deposuit recepturus, non amisit inuitus: Sed tamen & ibi nos figurati sumus. Quid.n. illius pependit in ligno nisi quod de nobis accepit? Et vnde fieri potest vt aliquando deus pater dimittat & deserat vnicum filium, qui vtiq. cum illo vnus deus est? Et tamen nostram infirmitatem figens in cruce, vbi vetus homo noster, sicut dicit Apostolus, confixus est cruci cũ illo, ex voce ipsius hominis nostri clamauit, Deus meus deus meus, vt quid me dereliquisti? Illud ergo est sacrificium vespertinum, passio Christi, crux Christi, oblatio victimæ salutaris, holocaustum acceptum deo. Illud sacrificium vespertinum fecit in resurrectione munus matutinum. Oratio

H ergo pure directa de corde fidelis, tanquã de ara sancta surgit incensum. Nihil est ergo delectabilius odore domini: Sic oleant omnes, qui credunt. Vetus ergo homo noster, Apostoli verba sunt, confixus est cruci cum illo, vt euacuaretur, inquit, corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. In de & in ipso Psalmo cum dictũ esset, Deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me, lõge à salute mea, statim subiectũ est, verba deli-

delictorum meorum. Quorum delictorũ si caput attẽdas? Et tñ eius fuisse vocem in Psalmo ipse testatus est, in cruce, ipsa verba dixit, ipsum verbum pronunciauit. Nõ

Mat.27 est relictus humanæ coniecturæ locus, nullus negandi aditus qualicunque Chriano. Quod lego in Psalmo, hoc audio à dño: In

Psal.21. ipso etiam Psalmo agnosco qd in Euãgelio lego, Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi vero consyderauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meam miserunt sortem. Hæc omnia sicut pdicta, ita facta: sicut audiuimus, ita & vidimus. Ergo si dñs noster Iesus Christus nos figurans in charitate corporis sui, quanuis

I esset ipse sine peccato dixit, verba delictorum meorum, dixit autem hoc ex persona corporis sui, quis audet in membris eius dicere non se habere peccatũ, nisi qui fuerit ausus se falsæ iustitiæ nomine efferre, & Christum falsitatis arguere? Fatere ergo ò membrum quod pro te pronunciauit caput tuum: quod vt fateamur, quod vt facia

Rom.4. mus, ne nos iustificemus ante conspectum solius iusti qui iustificat impium, subiecit iam sui corporis vocem. Pone domine custodiam ori meo, & ostium cõtinentiæ circa labia mea.) Non dixit clausturum continentiæ, sed ostium. Ostium & aperitur & clauditur. Ergo si ostium est, & aperiatur & claudatur. Aperiatur ad confessionẽ peccati, claudatur ad excusationem peccati. Ita enim erit ostium continentiæ, non ruinæ. Quid enim nobis prodest hoc ostium continentiæ? Quid orat ex persona corporis Christus? Vt non declines, inquit, cor meum in verba maligna.] Quid est, cor meum? Cor Ecclesiæ meæ, cor vtique corporis mei. Verba illa mea attendite vbi nobis regula figitur, Saule Saule quid me persequeris? cum ipsum nemo tetigisset. Esurui, & cibastis me, sitiui, & potum dedistis mihi, & cætera. Et illi, Q.n te vidimus esurientem aut sitientem? Et ille, Cum vni ex

K minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc Christianis inusitata esse non debent, maxime in quibus regulæ fixæ sunt & cæterorum intelligendorum, & aut non turbabuntur, aut cito corrigentur. Sicut ergo ibi dicturi sunt iusti, Dñe, quare dixisti, Esurui & dedistis mihi mãducare, qñ vidimus te esurientem? Et ille respõsurus est, Cũ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: Sic & hic dicamus in Christo intus in interiore homine nostro, quia ibi per fidem Ephe.3. habitare dignatur. Non.n. absens est à nobis, & non est cui dicamus, cum ipse dicat, Mat.28 Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Dicamus ergo illi & nos, qm̃ vocem eius in hoc psalmo accepimus: Eius.n. vox est quod nemo negat, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinũ. Dic ergo consequenter, Pone dñe custodiam ori meo, & ostium continentiæ circum labia mea, vt non declines cor meum in verba maligna. Ad excusandas excusationes in peccatis.) Quare sic oras domine? Quæ peccata tua excusaturus es? Rñdet, Cum vnum ex membris meis sic orat, Mat.25 ego sic oro: sicut respondet, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Cum autem non declinatum fuerit cor tuum ò L membrum Christi, cum cor tuum non fuerit declinatum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem.) Et nõ communicabis cum electis eorum, Hoc.n. sequitur, Et non combinabo cum electis eorum.) Qui sunt electi eorum? Qui seipsos iustificant. Qui sunt electi eorum? Qui sibi iusti videntur, & contemnunt cæteros, sicut Pharisæus ille in templo dixit, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri Luc.18. &.7. homines. Qui sunt electi eorum? Hic homo si Propheta esset, sciret quæ mulier illi accesit ad pedes. Agnoscitis vocem alterius Pharisæi qui dominum inuitauerat, quando mulier illa quę erat in ciuitate peccatrix venit & accesit ad pedes eius? Illa impudica quondam frontosa ad fornicationem, frontosior ad salutem, irrupit in domum alienam, Sed ille qui ibi discumbebat non erat alienus. Non extranea quem libet conuiuam, sed ancilla dñm suum secuta est. Accesit ad pedes, quia eius vestigia sequi cupiebat: lauit lachrymis, terfit capillis. Pedes Christi qui sunt, nisi per quos M peragrauit totũ mundum? Quã speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciãt bona. Pedes ergo dñi quanti susceperunt, vt suscipiendo iustũ in nomine iusti, mercedem iusti acciperent: & suscepe-

Esa.52. Ro.10. Mat.10 runt Prophetam in nomine Prophetæ, vt mercedẽ Prophetæ acciperent. Et quicunque potũ dederit, inqt, vni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ tm in nomine discipuli, amen dico vobis non pdet mercedẽ suã.

Qui

Qui ergo tali humanitate pedes domini
suscipit, quid impendit, nisi quę habebat in
domo superflua? Merito quia capilli quasi
superflui sunt, inde illa pedes domini de-
tergebat. Superflua tua necessaria fiunt ti-
bi, si inde fueris obsecutus pedibus domini.
Ergo illa curari volebat conscia magni vul
neris. Sed nũquid magnum vulnus, & par
Mat. 13 uus medicus? Pharisæi autem nolebant se
tangi ab immundis, vitabant omnem con-
tractum peccatorum, & si quando forte ne
cessitate tangebantur, abluebant se: Et pro-
pè baptizabãt per oẽs horas nõ tm̃ se, sed &
vasa sua, lectos suos, calices, paropsides, si-
cut dominus in Euãgelio cõmemorat. Cũ
ergo ille Pharisæus nosset hanc mulierẽ, q̃
vtique si ad pedes illius Pharisæi accede-
ret, repelleret eã ne sanctitas eius polluere-
tur: habebat meã in corpore, nõ in corde,
A & quia non habebat eam in corde, vtique
falsam habebat in corpore: Quia ergo ille
eam repulsurus esset, cum hoc dominus
non fecit, existimauit eum nescire quę illa
Lucę. 7. esset, & dixit apud semetipsum, Hic si esset
Propheta, sciret quæ mulier illi accesit ad
pedes. Non dixit, repulisset eam: sed, sciret
quæ esset, tanquam esset consequens, vt si
sciret repelleret. Ex illo ergo quod non eã
repulit etiam nescisse eum pro certo suspi-
catus est, Dominus autem sic habebat ocu
los in illam mulierem, vt aures haberet in
corde Pharisæi. Itaque audita cogitatione
eius, ꝓposuit similitudinem quam nostis,
Duo debitores erant cuidam fœneratori,
vnus ei debebat quingentos denarios, alter
quinquaginta. Cum non haberent ambo
vnde redderent, donauit ambobus. Quę-
ro abs te, inquit, quis eum plus dilexit? Et
ille respondit iam coactus veritate aduer-
sus seipsum proferre sententiam. Credo, in
quit, domine, quia ille cui plus donauit. Et
conuersus ad mulierem, dixit ad Simonẽ,
Vides istam mulierem? Introiui in domũ
tuam, osculum mihi non dedisti, illa autẽ
non intermisit pedes meos osculari. Aquã
mihi ad pedes non dedisti, illa lachrymis
suis lauit mihi pedes. Oleum mihi non de
B disti, illa vnxit vnguento. Propter quod di
co tibi, dimittuntur ei peccata multa, quo-
niam dilexit multum. Quare? Quia con-
fessa est, quia fleuit, quia non declinatum
est cor eius in verba maligna, ad excusan-
das excusationes in peccatis, non combina
ta est cum electis eorum. i. defendentibus
se. Non. n. & huic ipsi mulieri si declinarẽ
tur cor eius in verba maligna, deesset de-
fensio peccatorum. An non quotidie pares
eius in turpitudine, sed non pares in con-
fessione, meretrices, adulteræ flagitiosæ de
fendunt peccata sua? Si latuerint, negant: si
autem vel deprehensæ atque conuictæ fue
rint, vel publice id egerint, defendunt. Et
quàm facilis defensio earum, quàm cita, sed
q̃ præceps, q̃ quotidiana & q̃ sacrilega? O
si deus hoc nollet, non facerem: Hoc vo-
luit deus, fortuna hoc voluit, hoc voluit fa
tum. Non dicit, Ego dixi domine miserere Psal. 4.
mei: non quomodo illa peccatrix ad pedes Lucę. 7.
medici veniens, Sana animam meam, quo
niam peccaui tibi. Et ista fratres mei defen
sio qualium est? Non solum indoctorum,
sed etiam doctorum. Sedent & computant
sydera, interualla, cursus, volubilitates, sta-
tus, motus intendunt, describunt, coni- C
ciunt, Docti magni videntur. Totum hoc
doctum & magnum, defensio peccati est.
Eris adulter, quia sic habes Venerem: Eris
homicida, quia sic habes Martem. Mars er
go homicida, non tu: & Venus adultera, nõ
tu. Vide ne pro Marte & Venere tu dam-
neris. Deus. n. qui damnaturus est, nouit
quia tu es qui dicis, non ego, iudici scienti.
Porrò ipse mathematicus, qui tibi fabulas
laqueorum tuorum etiam vendit, vt non
vel gratuitam compares mortem. Emis. n.
mortem à mathematico pretio, qui contẽ-
psisti vitam à Christo gratis. Ipse. n. mathe
maticus si vxorem suam paulò pertulan-
tius viderit conuersari, aut aliquos alienos
improbe attendere, aut fenestram crebro
repetere, nonne arripit, verberat, & dat di-
sciplinam in domo sua? Respondeat illi
vxor, si potest, Venerem cæde. Nonne &
ille respondit, Fatua, aliud est quod compe
tit rectori, aliud quod profertur emptori.
Ergo electi eorum, qui sunt? Electi malo-
rum, electi impiorum, cum quibus non est
combinandum. i. cum quibus non est ha-
benda societas. Qui sunt autem? Arbitran
tes se iustos, & contemnentes cæteros qua
si peccatores, sicut erant illi Pharisæi, aut
quia ipsa peccata manifeste, vel comprehẽ-
duntur, vel publice fiunt, defendẽtes & as-
serẽtes ne aliquid culpæ eorum tribuatur:
Et vt ipsi nihil mali fecisse videantur & iu D
dicẽtur, sed totum deus, qui vel sic creauit Luc. 18
hominẽ dicunt, vel stellas cõposuit, vel res
humanas negligit: Defensiones sunt ele-
ctorum

ctorum seculi. Sed dicat mẽbrum Christi,
dicat corpus Christi, dicat Christus ex per
sona corporis sui, Nõ declines cor meum
in verba malitiæ, ad excusandas excusatio
nes in peccatis, cũ hominibus operantibus
De natu raboni. cap. 44. & 45. iniquitatẽ, & non cõbinabo cũ electis eo-
rũ. Nostis frẽs, quod nõ est prermittendũ,
qua iustos eminentiores in se tenentes ve-
lut primũ gradum iustitiæ, electos vocari
apud Manichæos. Qui nouerũt recogno-
scant, qui nesciebant audiant, Electi quidẽ
Mat. 20 dei sunt oẽs sancti, & habemus hoc in scri-
pturis sanctis. Sed vsurparũt sibi illud no-
mẽ, & quasi familiarius sibi applicuerunt,
vt tanquã proprie iam electi appellentur.
Qui sunt isti electi? Quibus si dixeris, pec
casti, statim illam defensionem impiam &
peiorẽ cæteris magisque sacrilegam profe
runt, Non ego peccaui, sed gens tenebra-
rum. Quæ est ista gens tenebrarum? Quæ
bellum gesit cũ deo: Et ipsa peccat, cum tu
E peccas? Ipsa, inquit, quia cõmixtus sum illi.
Deus. n. qui te cõmiscuit, quid timuit? Hoc
. n. dicunt, q̃ illa gens tenebrarum rebella-
uerit aduersus deum antequam mundus
fieret, & ille timens & cauẽs ne regna eius
illo adueniente hostili impetu vastarẽtur,
misit huc membra sua, substantiam suam,
hoc quod ipse est, si aurum, aurum: si lux,
lucem. Quicquid illud est hoc misit & mi
scuit visceribus gentis tenebrarum dicũt,
& fabricauit inde mundũ. Et nos animæ,
inquiunt, de ipsis membris dei sumus, sed
ꝑmimur hic visceribus gentis tenebrarũ,
& quicquid peccare dicimur, illa gens pec-
cat. Se quidẽ videntur excusare à peccato,
sed deũ suum nõ excusant à crimine timo-
ris, nec ipsam substantiã dei sui à crimine
corruptibilitatis. Si n. incorruptibilis deꝰ,
si incõmutabilis, si incontaminabilis, si im-
maculabilis, si impenetrabilis, quid ei factu
ra erat gens illa? Fecisset illa quem vellet
impetum, quomodo terreret impenetrabi-
lem, inuiolabilem, incontaminabilem, in-
commutabilem & incorruptibilem? Si er-
go talis deus, crudelis, quia sine causa huc
vos misit, cui nihil noceri poterat. Quare
vos misit? Ecce gens tenebrarum illi no-
cere non poterat. Ipse autem vobis grauis-
ter nocuit, & ipse magis quàm illa hostis
vester fuit, quanquam & ipsa vobis noce-
re potuit. Potuistis premi, potuistis capti-
F uari, potuistis inquinari, potuistis corrum
pi, potuit ergo & ille. Frustũ enim & quo-
dammodo portiuncula naturæ ipsius con-
uincit massam. Quale est illud quod huc
misit, tale est & illud quod ibi remansit.
Hoc ipsi dicunt: Ipsi fatentur quia hæ duæ
substantiæ sunt, vna illa, & vna ista: Libri
eorum hoc habent, & si negant, leguntur,
& conuincunt. Quid ergo? Vt in hoc vno
exordio nihil amplius dicam, non dicam
peiora, non dicam sceleratiora? In hoc ipso
exordio quo bellum inducunt, videte quẽ
admodũ debellentur, & vbi pugnatum ad-
uersus deum à gente tenebrarum dicunt,
ipsi in eorum verborum pugna capiũtur,
Non enim est quod dicant, aut quo refu-
giant. Sed vis ò nefande falsè electe defen-
dere peccatũ tuum, vt qñ aliquid mali fece
ris, non tu feciss videaris. Quæris in quẽ
peccatum tuũ refundas, & refundis in gen
tem tenebrarum, Sed ad deum attende, si
nõ in illum refundis. Si enim posset gens
tenebrarum quã fingitis, hoc tibi diceret,
Quid me accusas? Potuit aliquid facere
deo tuo, an non potui? Si potui fortior il-
lo sum: Si non potui, quare me timuit?
Si non timuit, quare huc te misit vt tanta
hic patiaris, cum sis membrũ ipsius, cũ sis
substantia ipsius? Si non timuit, inuidit. Si G
hoc timore nõ fecit, crudelitate fecit. Quã
ergo iniquus est cui nihil nocere poterat,
& fecit vt membris suis hic tm̃ noceretur?
An poterat noceri? Ergo incorruptibilis
non est. Cum vis ergo te defendere de pec
cato tuo, laudare non potes deum. In lau-
de dei non caperis, nisi in tua iactareris.
Transi ad vituperationem tuam, & lauda-
bis deum. Redi ad verba psalmorum quos
execramini, dic, Ego dixi domine misere-
re mei, sana animam meam quoniã pecca- Psal. 40.
ui tibi, Ego dixi, ego peccaui, non fortuna
non fatum, non gens tenebrarum. Si ergo
tu peccasti, iam vide quemadmodum pa-
teat laus dei, in qua angustabaris cum te
velles defendere. Melius in peccatis tuis
angustaris, & in illius laude dilataris. Iam
ergo confessio peccato tuo, vide quemad-
modum laudetur deus, quia & iustus est
cum te punit perseuerantem, & misericors
cum liberat confitentem. Non ergo, inq̃t,
declines cor meum in verba maligna, ad
excusandas excusationes in peccatis, vt di-
cam quia gens tenebrarum fecit quod ego
feci. Cum hominibus operantibus iniqui-
tatem. Quam iniquitatem? Dicamus ali-
quam eorum iniquitatem nefandam. Au-

dite iniquitatem nefariã Manichæorum
H publicam,quam cõfitenẽ. Expedire dicũt
homini fœneratorem esse quàm agricolã.
Quæris causam,& reddunt rõnem:Vide si
rõ illa nõ demẽtia nominãda ẽ. Qui.n.in
vsurã,inquit,dat pecuniam, nõ lædit cru-
cẽ luminis. Multi non intelligũt,sed expo
nam. Qui aũt,inquiunt,agricola est,mul-
tvm lædit crucem luminis. Quæris quam
crucẽ luminis? Membra,inquiunt,illa dei
quæ capta sunt in illo prælio, mixta sunt
vniuerso mundo, & sunt in arboribus, in
herbis,in pomis,in fructibus.Dei membra
vexat,qui terram sulco discindit.Dei mẽ-
bra vexat, qui herbam de terra vellit.
Dei membra vexat, qui pomum capit de
arbore.Hæc ne faciat in agro falsa homici
dia, facit in fœnore vera homicidia, Panẽ
mendicanti nõ porrigit. Videte si potest
esse maior iniq̃tas ista iniustitia: Panẽ mẽ
dicant non porrigit. Quæris quare? Ne vi-
tam quæ est in pane,quam dicũt membrũ
dei,substantiã diuinã mẽdicus ille accipiat,
& liget eã in carnẽ. Quid ergo uos? Quid?
Quare mãducatis? Carnẽ nõ habetis ? Sed
nos,inquiunt, quia fide Manichæi illumi-
nati sumus,oronibus & psalmis nr̃is q̃ ele
I cti sumus,purgamus inde vitã,q̃ est in illo
pane, & mittimus illã ad thesauros cœlo-
rum. Tales sunt electi,vt non sint saluan-
di à deo,sed saluatores dei.Et ipse est Chri
stus dicunt crucifixus in toto mũdo. Ego
in Euãgelio saluatorẽ acceperã Christũ,
vos aũt estis in libris vr̃is saluatores Chri-
sti. Estis planè blasphematores Christi,&
iõ à Chro non saluandi. Ergo vt buccella
non detur medico, ne ploret in buccella
membrũ Christi, mendicus fame moritu-
rus est ?,Falsa misericordia in buccella,fa-
cit verum homicidiũ in homine. Sed qui
sunt isti electi eorum ? Non declines cor
meũ in verba maligna, & non combina-
bo cũ electis eorũ. Emẽdabit me iustus in
misericordia,& arguet me.) Videte pecca-
torem confessorem, Emẽdari se vult mise-
ricorditer potius q̃ laudari fallaciter. Emẽ
dabit me iustus in misericordia, si iustus
est,si misericors est,qñ me videt peccantẽ.
Hoc vtiq. quædã mẽbra Christi dicũt, de
qu ibusdã mẽbris Chri dicũt,in uno corpo
re dicũt:Dignatur loq dñs ex psona emẽ-
patoris,nec respuit psonã emẽdati vel emẽ
dãtis.Omnia.n.mẽbra in illo,& ipse dicit,
Emẽdabit me iustus i misericordia. Quis
iustus te emẽdaturus ẽ? Caput omnia mẽ-
bra emẽdat. Emẽdabit me iustus in miseri Prou.9.
cordia,& arguet me. Arguet me,sed in mi
sericordia: arguet, sed non odit:& eo ma- K
gis arguet , quia non odit. Et iste quare
inde gratias agit ? Quia corripe sapien-
tem,& amabit te. Emendabit me iustus,
quia persequitur ? Absit . Hic est potius
emendandus,si odio emendat. Quare er-
go emẽdat? in misericordia. Et arguet me.
In quo? in misericordia. Oleũ aũt pctõris
nõ impinguabit caput meũ .) Quid ẽ,oleũ
pctõris nõ impinguabit caput meũ ? Non
crescet caput meũ de adulatione. Falsa laus
adulatio est : Falsa laus adulatoris,hoc est,
oleũ pctõris . Propterea & homines q cũ
falsa laude aliquẽ irriserint, hoc ẽt de illo
dicũt, Vnxi illi caput,amate ergo argui à
iusto in misericordia, nolite ergo amare
laudari à peccator cũ irrisione. Habetote
oleum vobiscum, & nõ q̃ratis oleum pec- Matt.5.
catoris. Sapientes.n.illæ virgines secũ por
tabant oleum.i.conscientia illarũ illis testi
monium perhibebat. Oleũ gloria est,ful-
get,nitet in superficie. Sed bona debet esse
gloria,& vera gloria, vt ibi sit intus in ua- Gala.6.
sis tuis. Audi q̃d est in vasis. Probet aũt se
hõ,& tũc in semet ipso habebit gloriam &
nõ in altero. Quid est,in vasis suis ? Audi 2.Co.1.
ipsum Apostolũ,Nã gloria nr̃a hæc est,te- L
stimonium conscientiæ nostræ. Postremo
quia in corpore Christi es, & adhuc por-
tas mortalitatem quandam, tu tibi asto iu-
stus,& in te esto iustus : Peccator es,uindi
ca in te,redi ad conscientiam tuam,& exi-
ge de te pœnas,crucia teipsum. Ita enim of
fers sacrificium deo,quia si noluisses sacrifi
cium dedisses: utique, ait peccator, holo-
caustis non delectaberis. Quid ergo? Nul-
lum accipit sacrificium? Sacrificium deo
spiritus contribulatus, cor contritum & Psal.50.
humiliatum deus nõ spernit. Humilia cor
tuum,contere cor tuum,crucia cor tuum,
& tu teipsum emendabis in misericordia.
Non enim odisti te cum sæuis in te. Eris
in parte emendata iustus, quanuis sis ad-
huc in emendanda peccator. Ex qua parte
enim tibi displices, iustus es: ex qua parte
tibi displicet in te quid iniustũ est, iustus
es : & ex qua tibi displicet in te quod iustũ
ẽ,iniustus es. Vis uidere q̃ iustus sis ? Hoc
in te tibi displiceat qđ & deo. Iã cõũxisti
te volũtati dei,si in teipso non quod ille se
cit, sed qđ ille odit odisti. Ex eo q̃ odisti in

in te quod fecisti, quod odit & ille qui hoc
non fecit,cœpisti in te esse seuerus, erit ille
M misericors. Parcet,quia tu non pepercisti.
Ergo ex quo coniunctus es oculis eius, &
condelectaris legi eius, & hoc in te arguis
quod lex eius arguit,& hoc in te tibi displi
cet quod & oculis dei displicet, vide q̃ iu-
stus es. Ex quo aũt lapsus, fecisti ea quæ di
splicent deo, & fragilitate quadam infirmi
tatis humanæ prolaberis in illa, & adhuc
portas infirmitatem carnis,& gemis cuius
dam reluctationis conscientia, ex hac par-
te iustus es, & ex hac iniquus & peccator
es. Quomodo, inquies,ex quadam parte
iustus, ex quadam parte peccator ? Quid
Rom.7. est quod dicis? Laboramus,videmur loqui
contraria,nisi nobis subueniat Apostolica
authoritas. Audi illud ab Apostolo,ne me
me malus intellector accuses. Cõdelector
enim,inquit, legi dei secundum interiorẽ
hominem. Ecce iustus. An non est iustus,
qui condelectatur legi dei? Vnde ergo pec
cator? Video aliam legem in mẽbris meis
repugnantem legi mentis meæ,& captiuũ
me ducentem in lege peccati. Adhuc bellũ
aduersus me gero, nondum sum totus in-
stauratus ad imaginem fabricatoris mei,
cœpit resculpi, & ex ea parte qua refor-
mor,displicet mihi quod deforme est. Er-
go quandiu ita sum quid spero ? Infœlix
ego homo , quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei per Iesum Chri-
stum dominum nostrum, Gratia dei quæ
A cœpit iam resculpere,gratia dei quæ intun
dit suauitatem, vt iam per interiorem ho-
minem condelecteris legi dei: inde cætera
1.Co.6. sanabuntur, vnde & ista sanata sunt. Ge
me adhuc vulneratus, castiga te displice-
ti bi. Non sic pugno, inquit, quasi aerem cæ
dens,sed castigo corpus meum & in serui-
tutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse
reprobus inueniar. Nunquid qui castigat
corpus, odit corpus? Si quis castigat seruũ,
odit seruum? Si quis verberat filium,odit
filium ? Et vt aliquid coniunctius eloqua-
Ephe.5. mur, caro tua tanquam coniunx tua est .
Hoc ipse Apostolus dicit , Nemo vn-
quam carnem suam odio habuit , sed
nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ec-
clesiam . Certe caro tanquam cõiunx est,
Gala.5. & nemo carnem suam odio habet. Tñ q̃d
alio loco? Caro concupiscit aduersus spiri-
tum,& spiritus aduersus caraem . Concu-
piscit aduersus te,tanquã cõiunx tua: ama-
& castiga, donec fiat in vnã reformatione
vna cõcordia. Qñ istud erit? qñ modo cla Rom.7.
mas , Infœlix ego homo, qs me liberabit
de corpore mortis huius? Nũquid separa-
bitur a te hoc corpus,& tũc securus erit ?
Et q̃d est,in nobismetipsis ingemiscimus, Rom.8.
adoptionem expectantes redẽptionẽ cor-
poris nr̃i ? Reparat ergo a mortalitate ad
immortalitatem,& iã nõ resistit,quia non B
est mortalitas quæ resistat . Propterea ca-
stiga corpus tuũ,mõ doma q̃d postea reci
pias,mõ deficiat & tũc sufficiat Nã in hac
vita reparari non põt quãdiu mortale ge-
ritur. Nõ te deponat,nõ te abrumpat. Por
ta,erudi,castiga, reparabitur in fine. Et q̃a
nemo nunquam carnẽ suã odio habuit,re-
surget & caro. Sed qũo ẽt tunc luctaturus Ephe.5.
sum? Oportet,inquit,corruptibile hoc in-
duere incorruptionẽ,et mortale hoc indue 1.Co.15
re immortalitatem . Ergo cũ dicit,Emen-
dabit me & arguet me: siue sit frater, siue
sit proximus,siue sit vicinus, siue tuipse,
in misericordia debet argui & emendari .
Oleum aũt pctõris non impinguet caput
meũ. Sed qd facio dicis mihi? Patior adula
tores,nõ cessant perstrepere ,laudãt in me
q̃ nolo, q̃ ego paruipendo laudant in me,
qđ ego charum habeo reprehẽdunt in me
adulatores,fallaces,d eceptores . Magnus
vir ille,verbi gr̃a,Caius, Cneus,magnus ,
doctus,sapiens. Sed quare? Nunquid quia
Christianus ? Nã magna doctrina,& ma-
gnæ lr̃æ,& magna sapiẽtia. Si magna sapiẽ C
tia,approba quod Christianus est. Si ma-
gna doctrina,docte elegit. Postremo quod
tu vituperas,hoc ei placet quẽ laudas. Sed
quid? Laudatio illa nõ indulcat,oleum pec
catoris est . Sed nõ cessat dicere,non inde
impinguet caput tuũ.i noli gaudere ad ta-
lia i.noli annuere , noli cõsentire,noli in-
de gratulari. Et si ille attulit oleum adula-
tionis,sed caput tuũ integrum manet,non
inflatum est,non timuit. Si.n.inflatum fue
rit & tumuerit, facit pondus & præcipita-
bit. Oleum autem peccatoris non impin-
guet caput meum. Quoniam adhuc & ora
tio mea in beneplacitis eorum .] Expecta,
modo me vituperant ait Christus. In pri-
mis tẽporibus Christianorum , Vndique
reprehendebantur Christiani . Adhuc ex-
pecta,& oratio mea in beneplacitis eorum
erit . Veniet tempus quando superent ho-
minum malitiam tundentium sibi pe-
ctus & dicentium, Dimitte nobis debita

Matt.6. nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Iam quot remanserunt, q sibi erubescunt pectus tundere? Ergo reprehẽdant, toleremus. Reprehendant, oderint, accusent, detrahant, adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Veniet tempus qñ oratio mea placebit illis. Erigent enim se
D quasi iusti viribus suis, vincẽtur in lucta, quia superbe se erexerunt, clidentur, trahẽtur a peccatis, videbunt se iniquos, implebuntur quæ dicta sunt per Prophetas, incipiet timeri iudiciũ, conuertet se animæ acies ad conscientiam peccatorum, & placebit illa oratio, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O verbosa defensio iniqtatis. Certe iũ hoc populi dicunt, & populorum pectora tundentiũ tonitruus non quiescit. Recte nubes tonãt in quibus iam habitat deus. Vbi est illa verbositas, vbi est illa iactantia, iustus sum, nihil mali feci? Certe cum in scripturis sanctis fueris contẽplatus normam iustitiæ, quãtumcunque profeceris, inuenies te peccatorẽ. Profecisti, iã vnũ deũ colis, optime, non fornicaris ab eo ad idola, ad mathematicos, ad sortilegos, ad aruspices, ad augures, ad maleficos. Ista enim fornicatio est a dño deo, iam es in aliquo numero mẽbrorum Christi. Iã incipe videre ẽt illa peccata societatis humanæ. Non occidis quenquam, nõ adulteras cuiusquam vxorẽ, non vxori tuæ eundo ad alteram iniuriam facis, nõ vlla pessima corruptela te contaminas, abstinuisti manus a furto, linguam a periurio, cor a concupiscendo rem proximi tui: Iam iustus es. Attẽde cætera, noli iam superbire.
E Nihil ne peccas in lingua? non prolaberis in verbũ durum? Sed quid magnum dicis? quid magnum? Qui dixerit fratri suo satue, reus erit gehẽnæ ignis. Contremiscit iam tota illa superbia. Ecce iã non valde facit vñ deus videat impietate aliqua blasphemari, Nõ irruit in aliquem lædendũ, non facit alteri quod pati non vult. Quid de lingua? quis illam domat? Sed ecce iam & ipsam frenasti: quanq̃ quis tãtus vt hoc omnino perficiat? Sed ecce iam & ipsam frenasti. Quid facis de cogitationibus tuis? quid facis de tumultu, & caterua rebellantiũ desyderiorum? Non cis das mẽbra. Ita credo & video: sed tũ cogitationes aliqñ inclinantur, & auferunt te, & plerũque in oratione genibus fixis corpus prosternis, collum curuas, confiteris peccata, deũ adoras. Video corpus vbi iaceat, quæro vbi volitet animus: Video mẽbra iacentia, videamus si stet conscientia, videamus si fixa est in eũ quem adorat. Sic autẽ cogitationibus plerunque tanq̃ æstu maris abripitur, & tẽpestate tollitur in aliud atque aliud. Modo si mecũ loquereris, & subito auerteres te ad seruũ tuum, & dimit- F
teres me, non dico à quo aliq̃d petebas, sed cũ quo ex æquo loquebaris, non mihi iniuriã factam deputarem? Ecce quid facis quotidie deo? Qualẽ modo dixi fratres, iam eũ qui solum deum colui, qui Christum cõfitetur, qui patrem & filium & spiritum sanctum vnũ deum nouit, qui non post eum fornicatur, qui nõ adorat dæmones, q auxilia sibi a diabolo non requirit, qui tenet ecclesiã catholicã, de cuius fraude nemo cõqueritur, de cuius pressura nõ gemit vicinus infirmus, q vxorem alienã nõ tentat, qui contẽtus est sua, aut qui nec ipsa sua, sed quomodo licet & qño pmittit apostolica authoritas & disciplina, vbi consensus est amborũ, aut vbi nondum dicta est? Qui iam talis est, deprehẽditur tũ in istis quæ iam dixi. Venit ergo tps quod dictum est, Adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ, siue quã docuit, siue qua interpellat pro nobis. In istis ergo quotidianis peccatis omnibus quæ spes est, nisi humili corde dicamus in oratione dominica quæ iam in beneplacitis nostris est, non defendentiũ peccata nostra, sed confitentiũ, Dimitte nobis debita nostra, sicut & Matt.6.
nos dimittimus debitoribus nris, & aduocatum habeamus apud patrem nostrũ Iesum Christum iustum, vt ipse sit propiciatio ꝓ peccatis nostris? Modo loquantur superbi vincuntur numero, vincũtur populis, Tota terra à solis ortu vsque ad occasum laudate nomen dñi. Quid faciunt pauci aliter disputantes? Iudices sunt impiorum. Sed quid ad te? Vide quid sequitur, Absorpti sunt iuxta petrã iudices eorum.) Quid est, absorpti sunt iuxta petrã? 1.Co.5
Petra aũt erat Chrs. Absorpti sunt iuxta 1.Co.10
petram. Iuxta. i. comparati iudices magni, potentes, docti. Ipsi dicuntur iudices eorũ, tanquam iudicantes de moribus, & sententiã proferẽtes. Dixit hoc Aristoteles. Adiũge illum petræ, & absorptus est, Quis est Aristoteles, audiant. Dixit Christus, & apud inferos contremiscit. Dixit hoc Pythagoras,

thagoras, dixit hoc Plato. Adiunge illos petræ, compara authoritatem illorum authoritati Euangelicæ, cõpara inflatos crucifixo dicamus eis, Vos literas vestras cõscripsistis in cordibus superborũ, ille crucem suam fixit in cordibus regum. Postremo mortuus est & resurrexit: mortui estis, & nolo quærere quemadmodũ resurgatis. Ergo absorpti sunt iuxta petrã istã iudices eorum. Tandiu videntur aliquid
H dicere, donec comparentur petræ. Propterea si inuentus fuerit aliquis eorum hoc dixisse qd dixit & Christus, gratulamur illi, non sequimur illum. Sed prior fuit ille q̃ Christus? False. Si quis vera loquitur prior est quam ipsa veritas? O homo attẽde Christum, non quando ad te venerit, sed qñ te fecerit. Potest & ægrotus dicere, Sed prius ego cecidi in lectum, quam medicus ad me venisset. Vtique ideo illi posterior venit, quia tu prius cecidisti: videte itaque tantum Psalmũ, Adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Sed erunt multi qui contradicant. Absorpti sunt iuxta petram iudices corũ. Quid ergo erit? Audient verba mea qñ præualuerunt,] Præualuerunt verba mea verbis eorum, Dicta sunt ab eis quædam diserte, sed à me vera. Aliud est laudare loquacẽ, aliud laudare veracem. Audientur verba mea quoniam præualuerunt. Vnde præualuerunt? Quis eorũ comprehensus est in sacrificio cum his legibus ista prohiberentur, & non negauit? Quis eorum comprehensus est adorare idolum, & non clamauit non feci, & timuit ne conuinceretur? Tales. ministros diabolus habebat. Vnde
I Mat.10 autem præualuerunt verba domini? Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam aũt non possunt occidere, sed potius eũ timete qui & corpus & animam potest mittere in gehennam ignis. Dedit timorem, subiecit spem, inflamauit charitatẽ. Nolite, inquit, timere mortem. Mortem timetis? prior morior. Ne vel capillus vester pereat formidatis? Prius integer in carne resurgo. Merito audistis verba eius, quoniam præualuerunt. Ducebantur & occidebantur, cadebant & stabant. Et quid est factum de tot mortibus martyrum, nisi vt ipsa verba præualerẽt, & tanquã irrigata terra sanguine testium Christi, pullularet vbique sedes ecclesiæ? Audient, inquit, verba mea quoniam præualuerunt. Vnde præualuerunt? Iam diximus, cum prædicantur à non timentibus. Quid non timentibus? Nec exilia, nec dãna, nec mortem, nec crucem. Non.n. mortem solam, sed nec crucem, qua morte nihil videbat execrabilius, Ipsam dominus suscepit, ne discipuli eius mortem quidẽ non timerent, sed nec genus mortis horrescerent. Ergo à non timentibus cum dicuntur hæc præualuerũt. Quid ergo mortes illæ omniũ martyrum? Quid fecerũt? Audi, Sicut crasitudo terræ dirupta est K
super terram, Dissipata sunt iuxta infernũ ossa nostra.) Iuxta infernum dissipata sunt ossa martyrum: id est, corpora testiũ Christi. Occisi sunt.n. martyres, & quasi præualuerunt qui occiderunt. Præualuerunt illi psequendo, vt præualerent verba Christi prædicãdo. Et quid factum est de mortibus sanctorum? Sicut crasitudo terræ dirupta est sup terrã, dissipata sunt iuxta infernũ ossa nostra. Quid est crasitudo terræ dirupta est super terram? Nouimus crasitudinem terræ contemptibilia quæque esse. Quæ sunt quasi contemptibilia hominibus, fœcundant terrã. Nã dictum est & in quodam psalmo, iacuisse Psal.78.
mortes sanctorum, & non fuit qui sepeliret. Sed illæ oẽs mortes factæ sunt crasitudo terræ. Qño accepit terra quandam pinguedinem de rebus contemptibilibus & abiectis, sic ex eo qđ contempsit hic mundus accepit crasitudinem terræ, vt inde seges ecclesiæ feracius pullularet: Iam nostis fratres qa contemptibilia terræ huius, de quibus pinguescit terra, nec appellare volo, nec dicere decet: Talis est quædam sagina terræ, & quædam pingue do, & cõtẽptibile est hominibus, & quasi sordidum est, & abijcitur. Sed quid fecit L
hic, vt iam & ipsius verbis vtar? De terra Pf.112.
erexit inopẽ, & de stercore exaltauit pauperẽ, vt collocaret eum cum principibus, cum principibus populi sui. Prostratus est enim in terra, tanquã pinguedo terræ, diruptus est sup terram, sicut tacuit ille Lazarus vlcerosus, sed tũ ab angelis sub- Luc.16.
latus est in sinũ Abrahæ. Preciosa est in Pf.114.
conspectu dñi mors sanctorum eius. Sicut contẽptibilis est seculo, ita preciosa est agricolæ. Nouit.n. ibi vtilitatẽ & vberem iuccũ, nouit quid affectet, & quid eligat, vnde seges fertilis surgat: sed contẽnit

eam iste mundus. Nescitis quia contẽptibilia mundi elegit deus, & ea q̃ non sunt
1.Co.1. tanquã q̃ sint, vt ea quę sunt euacuarẽtur. De stercore erectus Petrus, Paulus, & cũ occiderentur, contemnebantur. Modo iã saginata inde terra, exurgente segete ecclesiæ, ecce qđ nobile, & præcipuum in mundo, imperator venit Romã: quo festinat? Ad tẽplũ imperatoris, an ad memoriã piscatoris? Si.n. crasitudo terræ dirupta est super terrã, dissipata sunt iuxta infernũ ossa nr̃a. Q̃m ad te dñe oculi mei, in te speraui, ne auferas animã meam.) Cruciati sunt .n. in persecutionibus: & multi defecerũt:
M ET quia de captiuitate pſecutionis dixit, Sicut crasitudo terræ dirupta est sup terram, Dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum: occurrit multos defecisse, & multos periclitatos esse, & tanquam in mediis tribulationibus persecutionum emissa est vox precantis, Q̃m ad te oculi mei. Non curo quid minentur qui circunstãt, ad te domine oculi mei. Plus figo oculum meũ in promissis tuis, q̃ in minis eorum. Noui quid pro me passus sis, quid mihi promiseris. Ad te domine oculi mei, in te speraui ne auferas animam meam. Custodi me à muscipula quam statuerunt mihi.] Quæ erant muscipulæ? Si consentis parco In muscipula posita est esca vitæ huius. Si amat auis hanc escam, cadit in muscipulã. Si autem auis talis est ut dicat, ET diẽ hominis non concupiui tu scis, oculi eius nõ recedent à deo, & ipse auellet de laqueo pedes eius. Custodi me a muscipula quã statuerunt mihi. Et ab scandalis eorum, qui
Hie. 17 operantur iniquitatem.] Duas res dixit,
Psal.24. ambas inter se distinguendas, Muscipulã statuisse persecutores dixit, scandala vero ab eis q̃ cõsenserunt & apostatauerunt, & ex vtroque vult se custodiri. Hinc sæuiũt minantes, hinc labuntur consentientes.
A Timeo ne talis sit iste quẽ timeam, nec talis sit iste quẽ imiter. Hæc tibi facio si non senseris. Custodi me à muscipula, quam statuerunt mihi. Ecce frater tuus iam consensit, & ab scãdalis eorum qui operantur iniquitatem. Cadent in retia eius peccatores.] Quid est ergo fratres, cadẽt in retia eius pc̃tores? Sed non oẽs peccatores: quidam peccatores qui vsqueadeo sunt peccatores, vt sic ament uitam istã, vt pponant illã vitæ æternę, cadent in muscipula eius.
Mat. 26 Sed qđ dicis? Putas isti tales cadunt in retia eius? Sed qđ de discipulis tuis o Christe? Ecce cum ferueret pſecutio, qñ dimiserunt te oẽs solum, & ierunt vnusquisq. in sua, pdixisti hoc quia puidisti. Non.n. qa tu prænũciasti, tu fecisti, aut tu in quoquã te negasti. Sed ecce illi qui tibi cohærebãt, in tua tentatione & pſecutione qua te inimici requirebant crucifigendũ, defecerũt. ET vnus ille audax qui tibi promiserat, qa tecum esset vsque ad mortẽ, audiuit quidẽ à medico quid in se ageretur: ægrotus febriens se.n. sanum dixerat, cordis venam il B le tangebat. Ventum est ad tentationem, ventum est ad probationem, ventum est ad accusationem, & iam ipse interrogatus, non ab aliqua magna potestate, ab infimo mãcipio, & hoc à fœmina, ab ancilla interrogatus succubuit. Negauit ter: Semel negato, cũ memoraretur, negauit iterum. Bis negato, cũ memoraretur negauit tertio. Hoc pdixerat dñs, nõ præceperat, non coegerat. Aut si ppea putatur Petrus rectt se Ibidem. cisse, quia hoc prædixerat dñs, recte fecit & Iudas qui tradidit eum, quia & hoc prædixerat dominus. Absit fratres mei. Hæc vox illorũ electorum est, qui etiam peccata sua defendunt potius q̃ fatentur. Petrũ ipsum potius attendamus. Si nihil peccauit quare fleuit? Non interrogamus de Petro, nisi lachrymas Petri. Fideliores testes de illo non inuenimus. Fleuit amare, inq̃t, Nondum idoneus erat passioni, Sequeris me postea illi dictum erat. Adhuc futurus Ioã. 14. erat firmus, confirmatus dñi resurrectione. ERgo nondũ erat tempus vt dispergerentur illa ossa iuxta infernum. Nã videte q̃ multi defecerunt vsq. ad ipsos primos hærentes ori eius, & iam ipsi defecerunt. Quare hoc? Singularis ego sum donec trã seam.) Hoc enim sequitur in Psalmo: supra dixerat, Custodi me domine à muscipula quam statuerunt mihi, & ab scandalis qui operantur iniquitatem. A muscipula & a scandalis, & à terrẽtibus & à lapsis. Sed quia in eius passione etiam illi primi, qui futuri erãt duces ecclesię, & columnę terræ defecerunt, nondum factum erat qđ ait in alio Psalmo, EGo confirmaui columnas eius: Quid ait? Singularis ego sum donec transeam. Hæc vox ex persona capitis, singularis ego sum donec transeam. Quid est singularis? In passione tu solus patieris, tu solus occideris ab inimicis. Singularis ergo sum donec transeam. Quid est,

Ioan. 1. est, donec transeam? Euangelista dicit, Cũ autem venissent horã, vt Iesus transiret de hoc mundo ad patrem. Quid est ergo donec trãseam, nisi de hoc mundo ad patrẽ? Tunc.n. confirmaui colũnas eius.i. columnas terræ, qñ in mea resurrectione didicerunt plene mortẽ nõ esse timendã. Donec ergo transeam, singularis sum, cũ transierunt multiplicabor. Multi me imitabunt, multi patientur pro nomine meo, Vnus ergo sum donec transeam, multi in me vnus erunt dũ transiero. Singularis ego sum donec transeã. Audite ẽt mysterium verbi
D eius. Secundũ Græcam locutionem Pascha videtur passionem significare. πάσχειν enim pati dicitur, sed m Hebrę̃a autem linguam sicut interpretati sunt qui nouerũt, Pascha transitus interpretatur. Nam etsi interrogetis bene Græcos, negant Græcũ esse Pascha. Sonat ibi quidem πάσχειν, id est, pati, sed non solet sic deflecti. Passio n. πάθος Græce dicitur, non pascha. Ergo pascha sicut qui nouerunt, & qui nobis quod legeremus interpretati sunt, trãsitus interpretatur. Iõ ventura passione dñi, tanquã ipso verbo loqueretur Euãgelista, Cũ veniisset, inquiunt, hora vt transiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Pascha hic ergo sonuit in hoc versu, Singularis ego sum donec transeã. Post pascha iã non ero singularis, post transitũ nõ ero singularis. Multi imitabuntur, multi cõsequent: & si postea sequent, qd erit? Singularis ego sum donec transeam. Quid est quod dñs ait in hoc psalmo, singularis ego sum donec transeam? quid est quod exposuimus? Si intellexerimus, attende ipsius verba in Euange
Ioã. 12. lio, Amen amẽ dico vobis, inquit, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si aũt mortuũ fuerit, multum fructum affert: hoc aũt tibi
E ait, vbi ẽt dixit, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Nisi granũ frumenti, inquit, cadẽs in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. Ergo illi grano multa seges debebatur: sed expecta, mortificetur adhuc, quia granum nisi in terram ceciderit & mortificatum fuerit, solum remanet: ergo solus erat antequã esset mortificatus. Propterea & Petrus nõ dũ habebat tales vires: accepturus erat vires sequendi, non habebat pcedendi. Propter Christum enim, id est, propter confessionem nominis Christi quo Christiani sumus, nemo mortuus est ante Christũ Ioã. 13. ne forte occurrat nobis, Multi enim mortui sunt & martyres sunt, multi & Prophetæ talia passi sunt, non tamen ideo moriebantur, quia prænunciabãt Christum, sed quia peccata hominum dicebãt in eos, & eorum iniquitatibus liberius resistebant, & habentur inter martyres, Iuste etenim si non pro nominis Christi confessione, tamen pro veritate occisi sunt. Vsqueadeo aũt pro ipso nomine. i. pro confessione no Ioã. 12. minis Chri nemo mortuus est antęq̃ gra- F num illud caderet in terram, cuius ex persona dictum est, Singularis ego sum donec transeam, vt & ipse Ioannes qui recens in Mat. 14 interfectus erat, ab iniquo rege donatus puellæ saltatrici, non propter hoc interfectus sit, quia confessus est Christum. Potuit itaque & inde occidi & hoc à multis. Si propter aliud occisus est ab uno, quãto potius propter Christum potuit occidi ab his ipsi qui occiderunt Christum? Perhibebat enim de Christo testimonium Ioannes: Illi qui audiebant Christum, ipsum occidere uolebant, & eum qui testimonium perhibebat non occidebant. Quia enim si fieret impetus propter Christum in Ioannem, non negaret. Erant quippe in illo vires magnæ, quibus appellatus est amicus Ioan. 3. sponsi. Magna in illo gratia, magna excel- Mat. 11. lentia, Inter natos mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Ergo in illum impetus factus est, qui non habebat tales vires. Fit impetus in Petrum, non fit in Ioannẽ. Etenim vires ipsas Petrus post Mat. 26 accepit, nunc autẽ infirmus fuit. Pro Christi nomine ille interrogatur, qui vires nõ habebat. Illi qui habebat vires, non patitur persecutionem propter Christum, ne pro nomine Christi antecederet Christum, Non occiditur à Iudæis, qui perhibebat liberum testimonium Christo quem occiderunt Iudæi, & occiditur ab Herode qui G dicebat ei, Non tibi licet habere uxorem fratris tui, Neque enim frater eius sine posteritate decesserat: Pro lege quidem ueritatis, pro æqualitate, pro iustitia: Ideo sanctus, & ideo martyr, sed non tamen pro illo nomine quo Christiani sumus. Quare nisi ut impleretur, Singularis ego sum donec transeam.

In Psalmum centesimum quadragesimumprimum Enarratio.

SOlennitati martyrum sicut deuotio celebritatis vestræ, ita nostræ seruitutis sermo deberet. Sed meminisse oportet charitatem vestrã, hesterna die q̃ multa dicta sint. Nõ. n. quia propter auiditatẽ interioris oris vestri per totũ sermonem tanquam recentes affuistis, p̃pea obliuisci debemus infirmitatis cõmunis, primo qa et honorare oportet verba p̃clara, sicut scriptum est, Præclara autem verba sapientiæ
2.Co.4. sunt, dñi dei sunt, quæ per nos tanquam p
H vascula vobis ministrãtur. Etsi fictilia sunt vasa, sed panis cœlestis est. Apostolus dicit, Habemus thesaurum istũ in vasis fictilibus, vt eminentia virtutis sit dei. Qui aũt thesaurus, idem & panis. Nam si non idem esset thesaurus & panis, non de ipso
Pro.14. thesauro alibi scriptum esset, Thesaurus desyderabilis requiescit in ore sapientis, vir autẽ stultus glutit illum. Vnde admonemus charitatem vestram, vt ea q̃ audiẽdo tanquam ventre memoria conditis, rursus reuoluendo & cogitando quodammodo ruminetis. Hoc est. n. thesaurus desyderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum: breuiter autem dixit, Sapiens ruminat, stultus non ruminat. Hoc autem aperte & Latine quid est? Sapiens cogitat ea quę audierit, stultus autem audita obliuioni tradit. Neque enim propter aliud in lege munda ea dicta sunt
Leu.11. animalia quæ ruminant, immunda q̃ non
Gene.2. ruminant. Nam creatura dei omnis munda est. Artifici deo tam mundus est porcus, q̃ agnus. Creauit enim omnia bona
1.Ti.4. valde, & omnis creatura dei bona est, dicit
Ad Ti.1 Apostolus, & omnia munda mundis. Cũ ergo in natura vtrunque sit mundum, si-
I gnificatione tamen agnus significat aliq̃d mundum, porcus significat aliquid immũdum. Agnus significat innocentiam sapiẽtiæ ruminantis: porcus significat immunditiam stultitiæ obliuiscentis. Breuis Psalmus pro solennitate dictus est, videamus an possit etiam breuiter tractari. Voce mea ad dominum clamaui.) Sufficeret, voce ad dominum clamaui: forte non frustra additum est, mea. Multa enim clamãt ad dominum, non voce sua, sed voce corporis sui. Homo ergo interior in quo cę-
pit habitare Christus per fidem, voce sua, non in strepitu labiorum, sed in affectu cordis clamat ad dominum. Non vbi homo audit, ibi deus audit. Nisi voce pulmonum & laterum & linguæ clames, homo te non audit. Cogitatio tua clamor est ad dominum. Voce mea ad dominum clamaui. Voce mea ad dominum deprecatus sum.) Quod dixit clamaui, exposuit cum dixit, deprecatus sum. Clamant enim ad dominum & qui blasphemant. In superiori versu clamorem exposuit. Quasi exigeret quo clamore clamasti ad dñm? ad dominum, inquit, deprecatus sum, Clamor meus deprecatio mea, non conuitiũ, non murmur, non blasphemia. Effundam ante eum precem meam.) Quid est ante eum? In conspectu eius. Quid est in conspectu eius? Vbi videt. Vbi autem non videt? Ita enim dicimus vbi videt, K
quasi alicubi non videat. Sed in isto cœtu rerum corporalium videt & homines, vident & animalia: ille autem videt, & vbi homo non videt. Nam cogitationem tuam nullus hominum videt, deus autem videt. Ibi ergo effunde precem tuam, vbi solus ille videt qui remunerat. Nam in abscondito te dominus Iesus Christus
Matt.6. iussit orare, sed si agnoscas cubiculum tuum & mundes, ibi rogas deum. Cum autem oratis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ, qui stant in plateis & vicis orantes, vt videantur ab hominibus. Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum, & claude ostium, & deprecare deum tuũ in occulto, & qui videt in occulto reddet tibi. Si homines reddituri sunt, effunde ante homines precem tuam. Si deus redditurus est, effunde ante eum precem tuam, & claude ostium tuum ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare vt irrumpat, si clausum inuenerit transit. Ideo Apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere: ostium cordis non parietum, ibi enim & cubiculum: quia ergo in nostra potestate est hoc ostiũ claudere, Neque detis, inquit, locum diabolo. Etenim si intrauit & possedit, attende quia tu negligenter clausisti, aut claude
Ephe.4. re neglexisti. Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tanquam duas habet valuas, cupiditatis & timoris. Aut cupis L
aliquid terrenum, & hac intrat: aut times aliquid terrenum, & hac intrat.

Timo

Timoris ergo & cupiditatis ianuam claude cõtra diabolum, aperi ad Christũ. Quo ipsas valuas aperis ad Chm? Cupiendo regnum cœlorũ, timendo ignem gehẽnarũ. Per cupiditatem seculi diabolus intrat, per desyderium vitæ æternæ Christus intrat. Per timorem pœnarum temporalium diabolus intrat, per timorẽ ignis æterni Chs intrat. Ecce martyres clauserunt ianuam contra diabolum, Chro aperuerunt. Promisit eis multa mundus iste, riserunt, clauserunt valuam cupiditatis aduersus diabolum. Minatus est mũdus iste bestias, ignes, cruces, non timuerunt, clauserunt timoris valuam contra diabolum: Videamus si ape
Mat.10 ruerunt illas Chro, qui confessus me, inquit, fuerit coram hominibus, confitebor illum & ego coram patre meo, qui est in cœlis. Amauerunt ergo Chm, regnũ cœlorum, vbi eos confitebitur Chs. Quo eos confessurus est Christus? Venite benedicti
Mat.25 patris mei, percipite regnum quod vobis
M paratũ est ab origine mundi, Confitebitur illos ad dexterã positos. Videamus si timoris valuam Chro aperuerunt, quam diabolo clauserunt. Vno eodemque loco dominus monet hoc, vt & diabolo claudatur, &
Mat.10 sibi aperiatur. Nolite, inquit, timere eos q̃ corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Monuit vt timoris valua in faciem diabolo elideretur. Ergo nihil est timendum? Non ergo aperitur aditus timoris Christo, qui clausus est diabolo? Statim subiecit tanquam dicens, Exclusisti illum, aperi mihi. Sed eum timete, inquit, qui habet potestatem & animam & corpus occidere in gehennam ignis. Iam ergo si credidisti & aperuisti Christo, claude cõtra diabolum. Intus est Christus, ibi habitat. Effunde ante eum precem tuam, noli quærere vt de longe te exaudiat. Non. n. longe
Sapiẽ.8. est sapientia dei, quæ pertendit a fine vsq. ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ecce intus est apud te, ante eum effunde precem tuam. Ibi sunt aures eius, quia
Psal.74. neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montium, quoniam deus iudex est. Si iudex est, qualem causam geras in corde tuo vide. Effundam ante eum precem meam. Tribulationem meam in
A conspectu eius annunciabo.] Repetitio est, & in superioribus duobus versibus, & in his consequentibus sniæ duæ sunt, sed vtraque bis dicta. Vna est illa, Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum. Altera est, Effundam ante eum precem meam, tribulationem meam in conspectu eius annunciabo. Quod enim est ante eum, hoc est, in conspectu eius: & quod est, precem meam effundam, hoc est, tribulationem meam annunciabo. Quãdo hoc fecit? In persecutione positus loqtur. Cum defecit à me spiritus meus.) Quare deficit spiritus tuus ò martyr in tribulatione posite? Vt nõ mihi arrogem vires meas, vt sciam quod alius in me operatur ipsam virtutem. Cum autem vos tradent iudicibus, sicut monuit dominus quos martyres facere volebat, nolite cogitare quid loqua-
Mat.10 mini: non. n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ergo deficiat spiritus tuus, loquatur spiritus dei. Merito eos pauperes facere vole-
Matt.5. bat spiritu, Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati ergo pauperes spiritu suo, diuites spiritu dei. Omnis. n. homo qui spiritum suũ sequitur, sup̃bus est. Subdat spiritum suũ,
B vt capiat spiritum dei. Ibat in culmen, resideat in vallem: si ierit in culmen, denatat ab illo aqua: si in valle resederit, implebitur ex ea, & fit ille venter de quo scriptum est, Flumina aquæ viuæ fluent de ventre
Ioan.7. eius. Ergo dum deficit a me spiritus meus, in conspectu tuo annunciaui tribulationẽ meam, humilis factus, confitens tibi deficiente spiritu meo, cum sim plenus spiritu tuo. Et audierunt forte homines, quia defecit in me spiritus meus, & desperauerunt de me, & dixerunt, Cepimus eum & oppressimus eum. Et tu cognouisti semitas meas.) Illi. n. me deiectum putabant, tu me stantem cernebas. Illi qui persequebantur & comprehenderant, implicatos putabant pedes meos, sed illis obligati sunt pedes & ceciderunt, nos autem surreximus & ere-
Psal.19. cti sumus. Oculi mei semp ad dominum,
Psal.24. quoniam ipse vellet de laqueo pedes meos, Perseueraui ambulando. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Il-
Mat.10 li oppressum me putabant, sed ego ambulabam. Vbi ambulabam? In semitis quas illi non videbant qui me captum putabant, in semitis iustitiæ tuæ, in semitis præceptorum tuorum. Tu enim cognouisti semitas meas, persecutor non eas cognouit. Nam C
non in eis mihi inuideret, si in eis mecum ambularet. Quæ sunt istæ semitæ, nisi viæ

illæ

illæ de quibus alio loco dicitur, Nouit dominus viam iustorum, & via impiorum peribit? Non dixit, viam impiorum nō nouit, nouit viam iustorum, & via impiorū peribit. Quod enim nō nouit peribit, multis locis scripturæ inuenimus. Quia dei agnoscere seruare est, dei agnoscere custodire est, non agnoscere damnare est. Vnde enim qui nouit omnia dicturus est in fine, Non noui vos? Non inde gaudeant & dicant, non puniemur, quia non nouit nos iudex. Iam puniti sunt si eos non nouit iudex. Quæ ergo dictæ sunt viæ quas nouit dominus, ipsæ hic dictæ sunt semitæ, quo ait, tu cognouisti semitas meas. Omnis.n. semita via est, non omnis via semita est. Quare ergo viæ illæ semitæ sunt dictæ, nisi quia angustæ sunt? Via lata impiorum, via angusta iustorū. Quæ via, ipsæ & viæ: quemadmodum quę ecclesia, ipsę ecclesię, & quod cœlum, & ipsi cœli. Pluraliter dicuntur & singulariter dicuntur, Propter vnitatem ecclesiæ, vna ecclesia: vna est columba mea, vna est matris suæ, Propter cō gregationes fraternas, per loca multæ sunt ecclesiæ: Ecclesiæ, inquit, Iudęæ quæ erant in Christo, gaudebant quod ille qui nos p̄ sequebatur, nunc euangelizat fidem, quā aliquando vastabat, & in me glorificabant deum. Ecclesias sic dixit, & vnam ecclesiā sic dicit, Sine offensione estote Iudæis & Græcis, & ecclesiæ dei. Sic ergo & viæ & via, & semitæ & semita. Quare semitæ, & quare semita? Quō quare ecclesiæ & ecclesia rationem reddidimus, debemus & hic reddere rationem. Semitæ dictæ sunt dei, quia multa præcepta sunt: & quia eadem multa præcepta ad vnum rediguntur, quia plenitudo legis charitas, ꝓpterea viæ istæ in multis præceptis ad vnam colliguntur & vna dicuntur, quia via nostra charitas est. Videamus si charitas via est: audiamus Apostolum, Et adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro. Quam dicis ò Apostole, supereminentiorem viam? Quam dico audi, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeā, factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens: & si habuero prophetiam, & sciero omnia sacramenta & omnē scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem

Psal.1.

Matt.7.

Cant.6.

D

Gala.1.

1.Co.10

Ro.13.

1.Co.13

E non habeam nihil sum: & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Ergo charitatem dixit supereminentiorem viam. Magna via ista fratres, magnum miraculum habet hæc via. Certe quia supereminentior est, excellentior est: hoc enim superemineꝫ quod excelsum est. Nihil excellentius est via charitatis, & non in illa ambulant nisi humiles. Has ergo semitas dicit præcepta charitatis. In me omnis. Tu ergo, inquit, cognouisti semitas meas: tu nosti quia quod pro te patior amore patior. Tu nosti, quia charitas in me omnia tolerat, tu nosti quia etsi trado corpus meum vt ardeam, habeo illam, sine qua illud non prodest homini. Quis autem nouit vias istas hominis, fratres mei, nisi vere ille cui dictū est, tu cognouisti semitas meas? Omnia enim facta humana ante oculos hominum, incertum est quo corde fiant. Et quā multi impij metientes semetipsos ex semet ipsis, dicunt de nobis quod ista in ecclesia quærimus, honores, laudes, vtilitates temporales? Quam multi dicunt me propterea loqui vobis vt acclametis & laudetis me, & hunc me habere finem, & hanc intentionē cum loquor? Et quomodo eis ostendo non ea intentione me loqui? Restat vt eo dicā, Tu cognouisti semitas meas. Quomodo illi sciunt, quod nec vos scitis? quomodo illi sciunt quod vix ego scio? Neque enim ego meipsum diiudico: qui enim diiudicat me, dominus est. Nescio quid de se Petrus nesciens præsumpsit, & aliud videbat medicus in viribus eius. Ergo pie pureq̄que clamatur ad dominum, quia vere clamatur, tu cognouisti semitas meas. Sed vis vt ducat te per istas semitas? Esto mitis, esto mā suetus, non ferox, non superbus, non excussa & erecta ceruice, sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Cum enim fueris mitis, cum fueris mansuetus, insidebit dominus & ducet te per vias suas. Diriget enim mites in iudicio, docebit mansuetos vias suas. Tu ergo cognouisti semitas meas. In via hac qua ingrediebar, absconderunt mihi muscipulam.) Via hæc qua ingrediebar Christus est: ibi illi absconderūt muscipulam qui persequuntur in Christo propter nomen Christi. Ibi ergo absconderunt muscipulam mihi, qui ibi me scandalizant. Quid in me zelant? quid in me persequuntur, quòd Christianus sum? Si ergo hoc persequuntur quòd Christianus sum,

F

1.Co.4.

psal.21.

psal.41.

G sum; in via quam ingrediebar absconderūt mihi muscipulam. Quantum in ipsis est, in via qua ingrediebar ipsi absconderunt muscipulam mihi. Quantum ad eorum cupiditatem pertinet, quantum ad eorum conatum, quantum ad eorum votum, in ipsa via me voluerunt habere muscipulam qua caperer. Sed nouit dominus viam iustorū, & tu cognouisti semitas meas. Hoc q̄dem illi voluerunt, sed tu eos non permisisti in te ponere scandalum, quia tu es via mea. Nam & hæretici in nomine Christi nobis volunt abscondere scandalum, & ipsi fallū tur. Quod ipsi in hac via putāt se ponere, extra viam ponunt, quia & ipsi extra viam sunt, muscipulam ponere non possunt vbi ipsi non sunt. Sed dictum est hoc secundū cupiditatem ipsorum, secundum votum & opinionem eorum: nam expresse alibi dictum est, Iuxta semitas scandala posuerunt mihi. Hoc quod dictum est in via, secundū cupiditatem eorum & votum dictum est. Illud quod dictum est iuxta viam. i. iuxta semitam, secundum veritatem dictum est. Reuera.n. non ponunt in semita, non ponunt in ipsa via, quia Christus est via. Sanè iuxta semitas ponunt: non eos Christus sinit ponere in via, ne non sit quà eamus: sinit tamen eos ponere iuxta viam, vt de via

Psal.1.

psal.139

Ioan.14

H non declinemus, in via se putat ponere scā dalum Paganus: qñ mihi dicit, Colis deū crucifixum. Reprehendit crucem Christi, quam non intelligit. In Christo se ponere putat, quod iuxta viam ponit. Non egrediar a Christo, & non incidant à via in muscipulam. Insultet ille crucifixo Christo, videam ego in frontibus regum crucem Christi. Quod irridet, ibi saluor. Nihil est superbius ægroto qui deridet medicamentum suum. Si non derideret, acciperet & ipse & sanaretur. Crux illa signum est humilitatis, ille autem superbia nimia non agnoscit vnde sanetur tumor animæ suæ: si autem ego agnosco, in via ambulo. Vsqueadeo de cruce non erubesco, vt non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta atque aliter accipimus. Quædam sicut nostis ore accipimus, quædam per totum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubescitur, ille qui dixit, Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram patre meo qui in cœlis est, ipsam ignominiam quodammodo & quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit. Audis hominem insultare impudenti & dicere, frontē non habet. Quid est, frontem non habet? Impudens est: non habeam nudam frontē, I tegat eam crux domini mei. Ergo in via qua ingrediebar, absconderunt muscipulā mihi, quantum in ipsis est. Nam iuxta viā posuerunt, ego autem tutus ero si de via non recessero. Ignoras quia in medio laqo rum ingredieris, ait scriptura? Quid est, in medio laqueorum? In via Christi. Et hinc laquei, & hinc laquei. Laquei a dextris, laquei a sinistris. Laquei a dextris, prosperitas seculi: laquei a sinistris, aduersitas seculi. Laquei a dextris, promissiones: laquei à sinistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli discedere, nec promissio te capiat, nec terror elidat. In hac via qua ingrediebar absconderunt muscipulā mihi. Consyderabam ad dexteram & videbam.) In dexteram consyderabat & videbat: in sinistram qui consyderat excæcatur. Quid est, in dexteram consyderare? Vbi erunt illi quibus dicetur, Venite benedicti patris mei possidete regnum. Erunt.n. quidam in sinistra, quibus dicetur, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: Fremente ergo toto mundo & minante in persecutionibus, crebrescentibus vndique insultationibus hominum atque terroribus, ille contemnens præsentia, respiciebat in futura, attendebat in dexteram vbi futurus est, vbi esse meditabatur, illuc attendebat & videbat, & ideo omnia ferebat? illi autem qui persequebantur non videbant. Ideo cum diceret, Consyderabam in dexteram & videbam, secutus ait: Et non erat qui cognosceret me.)

Eccli.9.

Mat.25

K

Cum enim toleras omnia, quis nouit quid attendas vtrum ad dexteram oculum dirigas, an in sinistram? In eo quod toleras, si laudem hominum quæris, in sinistram attendisti. In eo quod toleras, si promissa dei quæris, in dexteram attendisti. Attendisti in dexteram, videbis: attendisti in sinistram excæcaberis. Sed & cum vides in dexteram, non erit qui te agnoscat. Quis enim te consolatur, nisi dominus cui dicis, Et tu cognouisti semitas meas? Nec erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me.) Tanquam circumclusum se dicit, perijt fuga à me. Insultant persecutores, oppressus est, captus est, circumclusus est, victus est, perijt fuga ab illo. Ab illo perijt

Luc.19.

fuga

fuga qui non fugit. Qui autem non fugit, patitur quicquid potest pro Christo.i.non fugit animo. Nam corpore fugere licet,cō
Mat. 10 cessum est,permissum est, dño dicente, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Qui ergo non fugit animo,perijt ab illo fuga. Sed interest quare non fu-
I giat,quia circumclusus est,quia captus est, an quia fortis est? Et a capto perijt fuga,& a forti perijt fuga. Quæ ergo fuga cauenda
Ioā. 10. est? quæ fuga a nobis pereat? De qua dñs dicit in Euangelio, Quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cum viderit lupum venientem fugit Cum videt prædonem, quare fugit? Quia non est ei cura de ouibus. Talis fuga ab isto pereat, siue ab ipsius capitis persona accipiamus hanc vocem illius Christi dñi,qui ꝓ omnibus mortuus est: siue a membris eius martyribus nostris, quia & ipsi pro fratribus passi sunt. Audi Ioannem dicentem,Si
1.Ioā.3. eum.nalle animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sed cum illi ponunt, Christus ponit, quia cum illi patiūtur persecutionem,
Acto.9. ipse clamat, Quid me persequeris? Perijt fuga a me. Et non est,qui requirat animā meam. Ergo non est,qui exquirat animā ipsius? Vidit homines velle sæuire in necē suam, velle effundere sanguinem ipsius, qūo non est qui requirat animam eius? Et hoc duobus modis accipitur. Qūo perire
M fugam accipitur duobus modis, quia & à capto & a forti perit fuga: sic duobus modis quæritur anima hominis,aut a persecutoribus,aut a dilectoribus. Ita ergo non est qui requirat animam meam. De illis dixit certe qui persequuntur animam meam, & non quærunt animam meam. Si autem requirant animam meam, inuenient inhærētem tibi:& si non norunt eam quærere,norunt & imitari. Nam vt noueritis quæri
Psal.39. animam hominis & a persecutoribus, inde alibi dicitur,Cōfundantur & reuereātur, qui quærunt animam meam. Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea.) Qñ tolerabā,qñ tribulabar,dixi,tu es spes mea. Spes mea hic,ideo tolero. Portio autem mea nō est hic,sed in terra viuentium.) Dat deus portionem in terra viuentium,sed non aliquid a se extra se. Quid dabit amanti se,nisi se? Intende ad orationem meam, quia humiliatus sum nimis.) Humiliatus a persecutoribus, humiliatus in confessione. Humiliat se inuisibiliter, humilatur ab hostibus visibiliter: Erigitur ergo ab illo visibiliter & inuisibiliter. Inuisibiliter erecti sunt iam martyres, visibiliter erigentur, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem 1.Co.15
in resurrectione mortuorum,cum & hoc ipsum in quod solum persecutores sæuire A
potuerūt instaurabitur. Nolite timere eos Mat.10
qui.corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: Et quid perit? quid occidunt? Vel hoc eis permittetur,vt quod occiderint pereat? Non periet. Audi ipsius Luc.21.
domini promissionem, Amen dico vobis, capillus capitis vestri non periet. Quid ergo de cæteris membris sollicitus es vbi dā num capilli non erit? Erue me a persequentibus me.) A quibus putatis quod oret vt eruatur? ab hominibus qui persequebantur? Ita vero ipsi homines sunt hostes nr̄i? Habemus alios hostes inuisibiles, qui aliter persequuntur. Homo persequitur vt occidat corpus, persequitur alius vt illaqueet animam. Et ideo per vasa sua,quia de illo
Ephe.2. dictum est:, Operatur in filijs diffidentiæ per vasa sua: id est, per homines in quibus operatur,agit persecutionem corporis, vt iustus fiat ruina cordis. Nam;si cadente corpore stat anima, muscipula cōminuta est, Psa.123
& nos liberati sumus. Ergo sunt & alij hostes nostri, a quibus deprecari debemus deum vt eruat nos,ne seducant nos,vel fa
ctos molestijs secularibus,vel inductos illecebris. Qui sunt isti hostes? Videamus si ab aliquo seruo dominico aperte describuntur,ab aliquo milite perfecto qui cum illis congressus est:audi Apostolum dicentem, B
Ephe.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Nolite quasi odia vestra conuertere in homines, & eos vobis hostes existimare, & eorum inimicitijs vos conteri putare. Isti homines quos timetis caro & sanguis sunt,& non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Sic voluit dicere,contemnens hominum mortalitatem. Et aduersus quos? Aduersus principes,inquit,& potestates,& rectores huius mundi tenebrarum harum. Expaueras,cum audires rectores mundi. Si rectores mundi istius,nunquid præter mūdum iturus es vbi illos non patiaris? Præter mundum iturus es vbi ab eis eruaris? Sic ergo accipe mundi & tenebrarū harū rectores,nō rectores cœli & terræ: nā ipsa fabrica

fabrica dei est. Cœlum & terra mundus dicitur,& homines mali mundus. Quare & isti mundus? Quia diligunt mundū, & iō tenebræ,quia impij. Ideoq. iam ex ipso numero credentibus multis, quid dicit Apostolus? Fuistis aliquando tenebræ,nūc aūt
Ephe.5. lux in dño. Antequā essetis ergo lux,cum tenebræ essetis, attendite quem rectorem habuistis. Quem rectorem habent iniqui, nisi diabolum, qūo pij & fideles rectorem
C habent Christum? Ergo diabolum & angelos eius rectores mundi appellauit.i.rectores dilectorum mundi,rectores peccatorum, quod est tenebrarum harum, Ipsos habemus inimicos,a quibus debemus deprecari dñm vt eruamur. Audi mundum, & mundum aperte vno loco in scriptura sancta in Euangelio,mundum quē fecit deus, mundum quem regit diabolus.i.dilectores mundi. Homines.n.ipsos fecit deus, dilectores mundi non eos fecit,Mundum.n.diligere peccatum est, peccatum autem non fecit deus. Audi ergo,vt dicere cœperam, mundum & mundum. In hoc mundo erat,
Ioan. 1. dictum est. De quo dictum est in hoc mūdo erat,nisi de sapientia dei,quod est Chr̄s Iesus, de qua dictum est quod pauloante
Sap.8. commemoraui, Pertendit à fine vsque ad
Sap.7. finem fortiter,& disponit omnia suauiter?
Ioan. 1. Attingit enim vbique ꝓp suam mundiciā, & nihil inquinatum in illa incurrit. Ergo in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Audistis duos mundos, mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Non mundus qui factus est per Iesum, ab
D illis principibus & potestatibus tenebrarū
Ephe.6. harum regitur, sed mundus qui nō cognouit Iesum.i.dilectores mundi peccatores & iniqui superbi & infideles. Vnde mundus peccatores? Quia diligunt mundum, & diligendo inhabitant mundum, quōmō domus dicitur & fabrica & inhabitantes. Bona domus plerūque bona fabrica,& bona domus, quia boni conuersantur in ea. Et caue domum istam,quia mala est. Duobus modis dicitur mala est domus hæc:caue fortè propter ruinam, ne aliquid cadat & te premat. Dicitur & sic alio modo quē admodum caueas domum istam tuam malam, ne incurras in laqueum venantium, ne pauper opprimaris a diuite,ne fraudem aliquam patiaris, Quomodo ergo domus & domus,sic mundus & mundus. Quare enim & iusti cum sint & ipsi in mundo nō
2.Co.10 dicuntur mundus? Quia dicit Apostolus, In carne autem ambulantes non secundū carnem militamus: conuersatio.n.nostra in cēlis est. Habitat hic iustus in carne,sed corde cum deo est. Et ipse appellatur mundus,si sine causa audit, sursum cor: si autē
Col.3. est causa quare audit, sursum cor habet. Mortui enim estis dicit, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quorum
E autem vita hic est.i.quorum desiderium & amor hic est,hic conteritur,hic implicatur, bene dicuntur habitatores mundi. Et bene dicuntur mundus illi qui habitant in mundo,sicut bene dicuntur domus illi qui inhabitant domum. Mundus ergo & mun-
Ioan. 1. dus: mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Ecce mundus factus est per dominum, ecce mundus qui non cognouit dominum. Lauda tu fabricam, & ama fabricatorem, & noli amare habitare in fabrica,sed habita in fabricatore. Erue me à persequentibus me. Quoniā corroborati sunt super me.] Quis dixit corroborati sunt super me? Corpus Christi clamat, ecclesiæ vox est, membra Christi clamāt. Multum creuit numerus peccatorum, Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Erue me à persequentibus me, quoniam corroborati sunt
Mat. 24 super me. Erue de carcere animam meam vt confiteatur nomini tuo.) Carcer iste a prioribus varie intellectus est, Et fortasse ipse est carcer qui & scribitur in titulo,spelunca. Titulus enim Psalmi huius ita se habet,Intellectus ipsi Dauid,cum esset in spelunca,oratio.] Quæ spelunca,ipse & carcer. Duo quædam intelligenda proposuimus,sed vnum cum intellexerimus,vtrunque erit. Merita carcerem faciunt. Nam in
1.Re. 21 vno quodam habitaculo alteri domus est, F alteri carcer est. Illi qui custodiunt homines inclusos, & si in domo sua custodiant illi, qui arctius custodiunt in carcere sunt: nunquid & illi in carcere dicēdi esse sunt? Vnum habitaculum & illi est & illi. Alteri fecit domum libertas, alteri carcerem seruitus. Quibusdā ergo visum est,ꝙ spelunca & carcer mūdus iste sit. Et hoc orat ecclesia, vt de carcere educatur: id est,de hoc mūdo,de sub sole,vbi omnia vanitas.
Ecc.6. Dicitur enim omnia vanitas & præsumptio spiritus in omni tēpore hominis quo ipse laborat sub sole. Ergo extra istum mū-

dum

dum neſcio quam requiem pollicetur nobis deus quo futuri ſumus,fortè ideo de loco iſto clamamus, Educ de carcere animã meam. Anima noſtra per fidem & ſpem in Chriſto eſt,ſicut paulò antè iam dixi,Vita veſtra abſcondita eſt cum Chſo in deo:corpus autem noſtrum in iſto carcere, in iſto mundo ſi diceret, Educ de carcere corpus meum,ſecuri acciperemus carcerem mundum. Fortaſſe tñ ꝓp aliqua quæ nos tenẽt deſyderia terrena,contra q̃ luctamur & dimicamus, quia video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & recte dicimus,Educ de carcere animam meam de hoc mundo.i de laboribus & pſſuris huius ſeculi. Non.n.caro quam tu feciſti, ſed corruptela carnis & præſſuræ & tentationes carcer mihi ſunt. Aliqui autem dixerunt carcerem iſtum & ſpeluncam corpus hoc eſſe,vt hoc ſit,educ de carcere animam meam.Sed & iſte intellectus vacillat aliquantulum. Quid.n.magnum,educ de carcere animam meam, educ de corpore animam meam ?Latronum animæ & ſceleratorum nõne exeunt de corpore, & eũt in peiores q̃ hic pertulerunt? Quid.n.magnum petitur, educ de carcere animã meã, cum ſiue ſerò ſiue citò,neceſſe ſit hinc exire ? Forte iuſtus dicit,iam moriar,educ de carcere iſto corporis animam meam, Si nimis feſtinat,non habet charitatem. Deſyderare quidem hoc debet & concupiſcere ſicut Apoſtolus ait, concupiſcentiam hñs diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo.n.magis optimum Sed vbi eſt charitas?Ergo ſequitur, Manere in carne,neceſſarium eſt ꝓpter vos.Si de corpore ergo educat deus quando voluerit,poſſet dici & corpus noſtrum carcer, non quia carcer eſt quod fecit deus,ſed quia pœnale & mortale. Duo enim conſyderanda ſunt in noſtro corpore, figmentum dei & pœna meriti. Tota iſta forma,ſtatus, inceſſus,membra ordinata,ſenſuum diſpoſitiones,videre,audire,olfacere,guſtare,contingere,omnis hæc compago & fabricæ diſtinctio,non potuit fieri niſi a deo,qui omnia operatus eſt,cœleſtia, terreſtria,ſumma & ima,viſibilia & inuiſibilia.Quid ergo ibi pœnale noſtrum?Q̃d corruptibilis caro,quod fragilis,quod mortalis, quod indigens, hoc non erit in præmio.Non enim corpus non erit, cum corpus reſurgat. Sed quid ibi non erit?Corruptio : corruptibile enim hoc induet incorruptionem.Ergo ſi caro tibi carcer eſt,non corpus eſt carcer tuus, ſed corruptio corporis tui.Corpus.n.tuum fecit deus bonũ, quia bonus eſt : corruptionem intulit iuſtus,quia iudex eſt. Illud habes de beneficio,illud habes de ſupplicio:hoc ergo forte dixit,Educ de carcere animam meã, educ de corruptione animam meam.Si ſic intelligamus,non eſt blaſphemia,intellectus cõſtat. Ad extremum fratres ſicut arbitror hoc dixit,educ de carcere animam meam, educ de anguſtia. Gaudenti.n.homini & carcer latus eſt, & triſti pratum anguſtum eſt.Ergo orat ſe educi ab anguſtia. Quamuis.n.in ſpe latitudinem habeat,in re tamẽ ꝑſentia anguſtatur: attende anguſtias Apoſtoli: Non habui requiem ſpiritui meo dixit,quia non inueni Titum fratrem meũ: alio loco, Quis infirmatur & ego non infirmor ? Quis ſcandalizaẽ & ego nõ vror? Qui ergo & infirmabatur & vrebatur,nõne in pœnis & carcere erat?Sed iſte pœnæ ex charitate coronam parturiunt: vnde iterum dicit, Supereſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Ad hoc valet,Educ de carcere animam meam,vt confiteatur nomini tuo. Iam educta de corruptione,quid habet cõfiteri?Peccata non ibi ſunt,ſed laudes ſunt. Duobus autem modis confeſsio intelligitur, & in peccatis noſtris, & in laude dei. In peccatis noſtris nota eſt cõfeſsio, & ita nota omni populo,vt quãdo auditum fuerit nomen confeſsionis in lectione, ſiue in laude dicatur,ſiue de peccatis dicatur,currant pugni ad pectus. Notum eſt ergo nomen confeſsionis de peccato: Confeſsionẽ in laude quæramus. Vbi inuenimus?Habetis in ſcripturis,Et hæc dicetis in confeſsione,Opera domini vniuerſa, quoniam bona valde. Ergo hic confeſsio laudis eſt: alio loco ipſe dominus dicit,Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Quid confiteba tur?Nunquid peccata?Chriſti ergo confiteri, erat laudare ; & audi laudem patris, Quia abſcondiſti hæc,inquit, à ſapictibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Quia ergo poſt iſtas corruptiones anguſtas habitabimus in domo dei, tota vita noſtra non erit niſi laus dei. Iam ſæpe vobis expoſitum eſt, quia recedente neceſsitate omnia negocia neceſsitatis intercidunt, quoniam non erit quid ibi agamus. Nõ dico die ac nocte vbi nox nõ eſt, ſed toto die cum

Rom.7. G Rom.7. Pſ. 141. Col.3. H Phili.1. 1.Co.15 I 2.Co.1. 2.Co.11 1.Ti.4 Eccleſiaſti.19. K Mat.11

eum vnus dies eſt, non erit quid ibi agamus niſi laudemus quem diligimus, quia tunc & videbimus. Modo non viſum deſyderamus & laudamus,tunc viſum q̃d amamus,quomodo laudabimus ? Sine fine erit laus, quia ſine fine amor. Quia ergo hoc ibi agemus, ideo educ de carcere animam meam,vt confiteatur nomini tuo.Beati.n. qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Modo impedit carcer quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam.Nũc corpus aggrauat animam : nam & tunc habebimus corpus, ſed corpus quod non corrumpitur. Ergo carcerem facit,non corpus, ſed corruptio. Educ de carcere animam meam,vt confiteatur nomini tuo. Iam vox quæ ſequitur,ex capite ſonat domini noſtri Ieſu Chriſti: Et eſt talis ipſa,qualis heſterna vltima. Heſterna enim vltima,ſi meminiſtis hæc fuit,Singularis ego ſum donec tranſeam. Et hic quæ eſt vltima? Me ſuſtinebunt iuſti quoadoſque retribuas mihi.)

Ps.83. Pſal. Sapiẽ.9. L

In Pſalmum centeſimum quadrageſimumſecundum Enarratio.

M

DE Pſalmo quẽ cãtauimus, iã loquar q̃d dñs dederit charitati vr̃ę. Heſterno die Pſalmus breuior tractabatur, ſed ſpatium temporis dabat nobis copiam etiam de paucis multa dicendi. Nunc q̃m prolixior Pſalmus eſt,non debemus tm̃ in ſingulis verſibus immorari, ne forte non concedat dominus facultatem,vt totum peragrare valeamus. Titulus Pſalmi eſt,Ipſi Dauid,quando cum filius ſuus perſequeba tur.)In regnorum libris nouimus hoc factum eſſe, extitiſſe inimicum Abſalon patri ſuo, geſiſſe contra illum non ſolum ciuile,verumetiam domeſticum bellum:illũ autem non dei rectum inique ſed humiliatum,pie accepiſſe à domino diſciplinam:ſuſtinuiſſe medicinam,nõ retribuentem iniquitati iniquitatem, ſed paratum cor habuiſſe ad ſequendam domini voluntatem. Ille Dauid ita laudabilis, ſed alius Dauid vere manu fortis, quod interpretatur Dauid, dominus noſter Ieſus Chriſtus agnoſcendus eſt nobis. Præterita enim illa facta figuræ fuerant futurorum:nec diu commẽdandum eſt quod ſæpe audiſtis, quod optime retinetis. Quæramus ergo in hoc pſalmo dominum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum,prænunciantem ſe per hãc Prophetiam,& quid futurum eſſet in hoc tempore,per ea quæ pridem facta ſunt prædicantem. Ipſe.n.ſe in Prophetis prædicabat, quoniam ipſe eſt verbum dei, nec illi tale aliquid dicebant, niſi pleni verbo dei. Annunciabãt ergo Chriſtum pleni Chriſto, & illi eum venturum præcedebant, quos præcedentes non deſerebat. Agnoſcamus ergo quemadmodum & Chriſtum ꝑſequebatur filius ſuus : habebat.n.filios, de quibus dicebat, Non ieiunabunt filij ſponſi quandiu cum eis eſt ſponſus,cum autem ab eis ablatus fuerit ſponſus, tunc ieiunabunt filij ſponſi. Ergo filij ſponſi,Apoſtoli, & inter hos perſecutor Iudas diabolus. Paſsionem itaq. ſuam in hoc Pſalmo prædicaturus eſt Chriſtus,audiamus. Rurſus autem ad hoc intentam facimus charitatẽ veſtram,non docendo quod ignoratis, ſed admonendo quod noſtis,dominum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum caput eſſe corporis ſui,illum vnum eſſe mediatorem dei,& hominum,hominem Ieſum,natum ex virgine,tanquam in ſolitudine, ſicut in Apocalypſi audiuimus. Per ſolitudinem quippe arbitror ꝙ ſolus ita natus eſt. Hunc enim illa mulier peperit recturum populum in virga ferrea. Hæc autem mulier, antiqua eſt ciuitas dei,de qua in pſalmo dicitur, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Hæc ciuitas initium habet ab ipſo Abel, ſicut mala ciuitas a Cain. Antiqua ergo iſta ciuitas dei ſemper tolerans terram,ſperans cœlum,quæ etiam Hieruſalẽ vocatur & Sion : Vtique de nato quodam in Sion,& conditore ipſius Sion, Pſalmus quidam dicit, Mater Sion dicet homo. Quis homo? Et homo factus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſsimus. Denique ipſe in Sion factus eſt homo,ſed humilis factus eſt homo, & idem ipſe altiſsimus fundauit eã ciuitatem, in qua factus eſt homo. Itaque & illa mulier ſole cooperiebatur, ſole ipſo iuſtitiæ quem non cognoſcunt impij, qui dicturi ſunt in fine, Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol non ortus eſt nobis. Eſt ergo qui dam ſol iuſtitiæ,qui non oritur impijs. Cęterũ iſtum ſolẽ facit oriri ſuper bonos & malos. Ergo & amicta erat ſole,& geſtabat viſceribus maſculũ paritura, Idẽ ipſe erat condens Siõ,& naſcẽs in Sion: Et illa mulier

Matt.9. Ioan.6. A 1.Ti.2. Apo.12. Pſal.86. Gene.4. Pſal.82. Apo.12 B Matt.5 Apo.12

lier ciuitas dei,eius luce protegebatur, cuius carne grauidabatur. Merito & lunam sub pedibus habebat,quia mortalitatem crescentis & decrescentis carnis virtute calcabat. Ergo ipse dñs Iesus Chrs caput & corpus: Voluit.n.ēt loqui in nobis:qui dignatus est mori pro nobis, membra sua nos fecit. Aliqñ itaque ex persona membrorum suorū loquitur,aliqñ ex persona sua tāquā capitis nostri. Habet aliquid ille quod dicat sine nobis, nos vero sine illo nihil possumus dicere: Apostolus dicit, Vt suppleam q̄ desunt pressurarū Christi,in carne mea. Vt suppleam, inquit,quæ desunt pressurarum,non mearū,sed Chri,in carne,non iā Chri sed mea. Patitur,inquit,adhuc Chrs pressuram,non in carne sua, in qua ascendit in cœlum,sed in carne mea q̄ adhuc laborat in terra. Christus,inquit,pressuram patitur in carne mea. Viuo.n.non iā ego, viuit vero in me Christus. Nisi.n.Chrs & in membris suis,hoc est,fidelibus suis pressuram ipse patereturr, Saulus in terra Christum in cœlo sedentem nō persequeretur: denique aperte hoc exponens quodam loco,Sicut.n corpus vnum est,inquit, & mēbra multa habet, omnia autem mēbra corporis cum sint multa, vnum est corpus,ita & Christus. Non ait,ita & Christus & corpus, sed corpus vnum membra multa, ita & Christus. Totum ergo Christus. Et qa totum Christus,ideo caput de cęlo,Saule, inquit,Saule,quid me persequeris? Tenete hoc, & fixum omnino commendate memoriæ,tanquam filij ecclesiasticæ eruditionis & fidei catholicæ, vt agnoscatis Christum caput & corpus, eundemq̄. Christū verbum dei vnigenitum æqualem patri,& inde videatis quanta gratia pertingatis ad deum, vt ipse voluerit esse nobiscum vnus qui est cum patre vnus. Quomodo cum patre vnus? Ego & pater vnum sumus. Quō nobiscum vnus? Non dicit, inquit,& semi nibus tanquam in multis, sed tanquam in vno,& semini tuo quod est Christus. Sed ait aliquis,Si Christus semen Abrahæ,nūquid & nos? Mementote,quia semen Abrahæ Christus: ac per hoc si & nos semē Abrahæ,ergo & nos Christus. Quō vnum corpus multa membra,ita & Christus. Et quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Nēpe semē Abrahæ Chrs, nec contradici potest apostolicis apertissimis verbis, & semini tuo quod est Christus: videte quid nobis dicat,Si autem vos Christi,ergo semen Abrahæ estis:ideo magnum est illud sacramentum, Erunt duo in carne vna: Apostolus dicit,Sacrm hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Christus & ecclesia,duo in carne vna. Refer ad distantiam maiestatis duo: Duo planè. Non.n.& nos verbum,non.n. & nos in principio deus apud deum, nō.n. & nos ille per quem facta sunt omnia. Veniatur ad carnem,& ibi Christus & ille & nos. Non ergo miremur in psalmis. Multa.n.dicit ex persona capitis,multa ex persona membrorum,& hoc totum tanquam vna persona sit,ita loquitur, Nec mireris, quia duo in voce vna, si duo in carne vna: Iudas filius sponsi persequens spōsum,hoc tunc cōtigit. An & futurorum exemplum præmissum est? Multos.n.falsos fratres passura erat ecclesia,& vt adhuc & vsque in finem sponsum illum filius persequatur. Si enim inimicus exprobrasset mihi,sustinuissem vtique ait,Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, absc̄dissem me vtiq. ab eo. Quis est inimicus? Quis est q oderat me? qui dicit,Quis est Christus? Homo fuit Christus, nec viuere potuit cū vellet viuere,& mortuus est,inquiunt,nolens,euictus, crucifixus, occisus. Inimici ista dicunt. Apertus iste inimicus est, ait Christus,odit me,apertas mihi indicit inimicitias: Facile est istum vel tolerare vel vitare. Quid facio de Absalon? Quid facio de Iuda? Quid de falsis fratribus? Quid de malis filijs? Et tū filij sunt qui non contra nos blasphemant Christum, sed nobiscum adorant Christum, & in nobis persequuntur Christū? De quibus cōsequenter in eodem psalmo dicitur, Alium facile erat perferre, eum qui oderat me, vel abscondere me ab eo. Abscondis.n.te à Pagano intrās ecclesiam. Qñ autem & ibi inuenis quod times,quid quæris vbi te abscondas? Denique ille ipse Apostolus qui gemit in periculis à falsis fratribus,Foris,inqt,pugnę,intus autem timores. Si ergo is qui oderat me super me magna locutus fuisset,absconsem me vtiq. ab eo. Tu vero vnanimis meus. Vnanimem dicit tanquam vnum in Christo. Est ergo ecclesiæ q̄d ferat foris, gemat intus,inimicos tamen suos deputet foris facilius euitabiles,intus difficilius tolerabiles. Dicat ergo dominus noster,dicat Christus nobiscum totus Christus:

Expositio

Expositio Psalmi.

DOmine exaudi orationem meā,auribus percipe precem meam.) Hoc est exaudi, quod pcipe auribus. Repetitio cōfirmatio est. In veritate tua exaudi me in tua iustitia.) Ne vtcunq. accipiatis,cum dicitur,in tua iustitia. Cōmendatio est.n.gratiæ, ne vnusquisq. nostrū iustitiā suam deputet. Hæc.n.iustitia dei est, quā vt habeas deus dedit. Nam q voluerunt de sua iustitia gloriari,quid de illis dicit Apostolus? Testimonium eis,inquit, perhibeo,quia zelum dei hñt. De Iudæis loquens,zelū dei,inquit,hñt,sed non secūdum scientiam. Quid est,non scām scientiam? Quam.n.tu cōmendas vtilem scientiam? Nunquid illam q̄ cū sola fuerit inflat,quæ nisi comitata fuerit charitate non ædificat? Non vtiq. ipsam,sed illam scientiam comitem charitatis,magistram humilitatis,Vide si ipsa est, Zelū,inquit,dei habent,sed non scām scientiam: exponat quā dicat scientiam, Ignorātes.n.dei iustitiam & suā volentes constituere,iustitiæ dei nō sunt subiecti. Qui ergo volunt constituere iustitiam suam? q̄ quod bene fecerint,sibi imputāt: qd̄ male,deo omnino peruersi. Deniq. recti erunt, cū hoc ipsum conuerterint. Peruersus iō,quia quod male deo,qd̄ bene tibi. Rectus eris,qñ qd̄ male feceris tibi,qd̄ bene feceris deo: Non.n.ex impio iuste viueres,nisi ab illo iustus factus q iustificat impiū. Ergo,inquit,in veritate tua exaudi me in tua iustitia,non in mea,vt inueniar in illo non habens meā iustitiam q̄ ex lege est,sed eā q̄ ex fide. Ecce in tua iustitia exaudi me, nō q̄ ex lege est,sed ea q̄ ē ex fide. Ad me.n.cū respicio,nihil aliud meum q̄ pctm̄ inuenio. Et non intres in iudicium cum seruo tuo.) Qui cū illo volūt intrare in iudiciū, nisi qui ignorantes dei iustitiā suam volunt constituere? Quid est q̄ ieiunauimus & non vidisti, defraudauimus animas nostras & nescisti? Tanquam dicentes,Fecimus qd̄ iussisti,quare nō reddis quod ꝓmisisti? Rñdet tibi deus,Vt accipias qd̄ promisi,ego dedi vt faceres,quare acciperes,ego dedi: denique superbis talibus loquit Propheta, quid vultis mecū in iudicio contendere? Oēs dereliquistis me dicit dñs: quid vultis mecū in iudiciū intrare, & vestras iustitias cōmemorare? Cōmemorate iustitias vras,ego noui faciem vestra. Qō approbabo iustitiā,vbi dānabo superbiam? Merito iste humilis in corpore Chri discēs à capite,qm̄ mitis est, humilis corde, Ne intres, inquit,in iudiciū cum seruo tuo. Non litigemus,nolo te cum habere causam,vt ego proponā iustitiā meam,tu conuincas iniquitatē meam. Ne intres in iudicium cū seruo tuo. Quare hoc? Quare times? qm̄ non iustificabit coram te omnis viuens.) Omnis viuens, hic vtiq. viuens, in carne viuens,moriturus viuens,natus homo, ex hominibus viuens,de Adā Adam viuens. Omnis itaque viuens iustificare forte potest se coram se, non coram te. Qō coram se? Sibi placēs, tibi displicens,coram te autem non iustificabitur omnis viuens. Noli ergo intrare mecum in iudicium dñe deus meus. Quātumlibet rectus mihi videar, producis tu de thesauro tuo regulam,coapta me ad eā, & prauus inuenior. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Bene cum seruo tuo. Indignum est tibi cum seruo tuo intrare in iudicium, necdum cum amico quidem tuo: Quia vobis dico amicis meis, non diceres, nisi ex seruis amicos tuipse fecisses. Tu licet dicas amicum,ego confiteor seruum. Misericordia indigeo, fugitiuus redeo,pacem q̄ro,nō sum dignus vocari filius tuus. Ne intres in iudiciū cū seruo tuo,qa non iustificabit in cōspectu tuo omnis viuens. Ante mortē ne laudes hominē quēquam: Omnino omnis hō viuēs. Quid ipsi arietes,quid ipsi Apostoli,de quorū ꝓple dicit, Afferte dño filios arietū? Ex his Paulus ē, q̄ dicit nō se esse perfectū, Nō quia iam acceperim,inqt,aut iā perfectus sim. Deniq. frēs vt cito agnoscatis,ipsi didicerunt orare qd̄ oramus, ipsis data est regula postulandi à iurisperito cęlesti,sic orate,inquit, Et cum quædā ꝓmisisset, posuit & hoc vt dicerēt arietes nri,duces ouium & pcipua mēbra pastoris,& cōgregatoris vnius gregis,ipsi didicerūt dicere, Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non dixerunt, Gras tibi qui dimisisti nobis debita nra, sicut & nos dimittimus debitoribus nris: sed,dimitte sicut & nos dimittimus. Orabant autem vtique iam fideles,iā Apostolus. Nā ista oro dñica magis fidelibus dat. Si debita illa tm̄ modo dicerentur,q̄ per baptismum dimittunt, catechumenis congrueret magis orare, Dimitte nobis debita nra. Dicant ergo

Apostoli dicant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et cũ eis dictum fuerit, quare hoc dicitis? Quæ debita vestra? Respondeant quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Qm̃ persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam.) Vide nos, vide caput nostrum pro nobis, Quoniam persecutus est inimicus animam meã. Persecutus est plane & diabolus animam Christi, & Iudas animam magistri: & nũc ad persecutionem corporis Christi idem diabolus manet, Iudas autem Iudæ succedit: non ergo deest de quo dicat & corpus, Qm̃ persecurus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Humiliauit, inquit, in terra vitam meam: alio loco dicitur, Curuauerunt animam meam. Quid enim nobiscũ agit quisquis persequitur, nisi vt relicta spe cœlesti terram sapiamus, persecutori cedẽtes terrena diligamus? Et illi quidem quantũ in ipsis est hoc agunt, nobis autem hoc cõtingat, quibus dicitur, Si resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terrãm, mortui enim estis. Nam non iustificabitur coram deo omnis viuens. Illi ergo vel aperte sæuiendo, vel occulte insidiãdo conantur perducere vitam nostram ad terram: contra hos vigilemus, vt dicere possimus, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Humiliauit, inquit, in terra vitam meam inimicus. Collocauerunt me in tenebrosis sicut mortuos seculi.) Hoc a capite expeditius auditis, & expeditius hoc in capite agnoscitis. Ille enim pro nobis mortuus factus est, sed non mortuus seculi. qui enim mortui sunt seculi? Et quomodo ille non erat mortuus seculi? Mortui seculi merito mortui, mercedem recipiẽtes iniquitatis, & mortem ducentes ex peccati propagine, ex illa voce qua dicitur, Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in utero me aluit. Venit autẽ ille per virginem assumens carnem non iniquitatem carnis, assumens carnem mundam mundatricem. Illi autem quem peccatorem putabant, tanquam mortuum seculi deputabant: at ille qui in alio Psalmo dixit, quæ non rapui, tunc exoluebã: & q̃ dixit in Euangelio, Ecce venit princeps mundi, præpositus mortis, operis mali psuasor, supplicij exactor, veniet, inqt, & in me nihil inueniet. Quid est, in me nihil inueniet? Nullam culpam, nihil quare mori debeam. Sed vt sciant omnes quia voluntatem, inquit, patris mei facio, surgite eamus hinc. Vt moriar, inquit, voluntatem patris mei facio: nõ autem morte sum dignus, nihil feci vnde moriar, vt illi per innocentis mortem liberentur, qui habent quare morerentur. Collocauerunt me in tenebrosis tanquam in infernis, tanquam in sepulchro, tanquam in passione velut mortuum seculi, eum qui dicit, Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Quid est, liber? quare liber? Quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Denique non solueret à vinculis, nisi liber a vinculis. Ille liber mortem occidit, vinculum vinxit, captiuitatem captiuauit, & collocauerunt eum in tenebrosis tanquam mortuos seculi. Et tædium, inquit, passus est in me spiritus meus.) Recordamini, Tristis est anima mea vsque ad mortem: videte vocem maam. Nunquid non apparet ipse transitus à capite ad membra, à membris ad caput? Tædium, inquit, passus est in me spiritus meus. Agnoscimus, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed & illic nos eramus. Transfigurauit.n. in se corpus humilitatis nostræ, cõformãs corpori gloriæ suæ, & vetus homo noster confixus est cruci cum illo. In me turbatum est cor meum.) In me, inquit, non in alijs. Illi enim me deseruerunt, & illi qui inhæserant recesserunt, & meipsum quia mori videbant, aliud aliquid putauerunt, & a latrone victi sunt, qui tunc credidit quando illi defecerunt. Inde ad membra. Memoratus sum dierum antiquorum,) Nunquid memoratus est ille dies unus antiquorum, per quem factus est omnis dies? Sed loquitur corpus, loquitur vnusquisq. illius gratia iustificatus, inhærens illi in charitate, & deuotus in humilitate, loquit & dicit, Memoratus sum dierum antiquorum. Meditatus sum in omnibus operibus tuis.) Quia vtique omnia bona tu fecisti, & nihil constitisset quod a te constitutum non esset, creatura tua spectaculũ mihi facta est, quæsiui in opere artificem, & in conditis omnibus conditorem. Quare hoc, vt quid hoc, nisi vt hoc intelligeret quicquid in se boni esset, ab illo factum esse, ne ignorans iustitiam dei & suam volens

Mat.26. Psal.56. L Colo.3. Phili.3. Psal.50. M Psal.68. Ioã.14. Ibidem. Psal.78. Ioan.8. Mat.26. A Phili.3. Rom.6. Luc.23.

Ro.10. B lens constituere, iustitiæ dei subiectus nõ esset, vt ei conueniret vox illa superior, in veritate tua & in iustitia tua? In omnibus ergo dei operibus & meditatione omniũ operum dei gratiam insinuat, gratiam cõmẽdat, gr̃am se inuenisse gloriat gr̃am, qua gratis salui facti sumus, q̃a & gratis salui facti sumus. Quid gloriaris in tua iustitia? Quid te extollis ignorans dei iustitiam? Dedisti forte aliquid vt saluus esses? Quid dedisti vt homo esses? Respice ergo conditorem vitæ tuæ, substantiæ & iustitiæ salutis authorem: Meditare in facturis manuũ eius, & iustitiam quæ in te est ad manum eius inuenis pertinere: audi Apostolum Ephe.2. hoc te docentem, Non ex operibus, inqt, ne forte quis extollatur. Opera bona non habemus? Habemus planè: sed vide quid sequitur, Ipsius enim sumus figmentum, dixit, Ipsius sumus figmentum, Forte naturam qua homines sumus commemorare voluit, hoc appellato figmento? Non plane: de operibus loquebatur, Non, inquit, ex operibus, ne quis forte extollatur: sed vt coniciamus, sequitur, Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis Noli ergo putare te aliqd operari, nisi inquantum malus es: Auerte C ab opere tuo te ad opus illius qui fecit te: ipse formet, & ipse quod formauerat & tu exterminasti, reformet. Vt enim sis, ipse operatus est: vt bonus sis, si bonus es ipse Phili.2. operatur. Cum tremore, inquit, & timore vestrã ipsorum salutem operamini. Si nostram ipsorum salutem operamur, quare cum timore, quare cum tremore, cum sit in potestate nostra quod operamur? Audi quare cum timore & tremore, Deus est.n. qui operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Ergo timore & tremore, ut delectet in conualle operari nostrum artificem: Sic enim operatur tãquã in deiectis, qui iudicat in gentibus & replet ruinas. In facturis manuum tuarum med tatus sum.] Vidi ergo & inspexi opera tua, quia nihil boni esse in nobis potest, nisi abs te fiat qui nos fecisti. Et quid feci cum viderem à te omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum esse descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio? Cum hoc viderem auersus ab opere malo quod feceram in me extendisti manus meas ad te. Extendi, inquit, manus meas ad te, anima mea velut terra sine aqua tibi.) Complue, inquit, me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suauitatem, & terra D nostra det fructum suum. Extendi manus meas ad te, anima mea velut terra sine aqua tibi: non mihi sed tibi. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. Anima mea velut terra sine aqua tibi, quia sitiuit anima mea ad deum viuum. Quando veniam, nisi quando venerit? Sitiuit anima mea ad deum viuum, quia anima mea velut terra sine aqua tibi. Abundat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, sed amarum est. Discreta est aqua, apparuit arida anima mea, irriga eam, quia velut terra sine aqua tibi. Cito exaudi me domine.) Quæ enim mora, quando sic sitio ad inflammãdam sitim meam? Pluuiam differebas, vt hauriens imbiberem, non respuerem ed' influeres. Si ergo ideo differebas, iam da, quoniam anima mea velut terra sine aqua tibi, Cito exaudi me domine. Defecit spiritus.) Impleat me spiritus tuus, quia fecit spiritus meus. Ipsa est causa vt cito exaudias, quia defecit spiritus meus. Factus sum iam pauper spiritu, beatum me fac in regno cœlorum. In quo enim viuit spiritus eius superbus est, spiritu suo extollitur contra deum: fiat in illo bene quod alibi scriptum est, Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur, vt confitentes dicant, Memento quia puluis sumus. Cum autem dixerint, quia puluis sumus E memento, tunc dicant, Anima mea velut terra sine aqua tibi. Quæ enim tam terra sicca quam puluis? Sed cito exaudi me domine, complue me, confirma me, ne sim puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Cito exaudi me domine, defecit spiritus meus: non differatur inopia mea. Abstulisti spiritum meum vt deficerem, & in puluerem meum conuerterer, & dicerem tibi. Anima mea velut terra sine aqua tibi: fac etiam quod in alio psalmo dicitur, Auferes spiritum eorum & deficient: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt. In spiritu suo vetera transierunt, in spũ tuo noua facta sũt. Ne auertas faciẽ 2.Co.5. tuã à me.] Auertisti à superbo. Etenim aliquando abũdabam, & in abundantia mea

Psal.84. Psal.41. Gene.1. Psal.76. Matt.5. Ps.103. Ps.102. Psal.5. Ps.103.

Psal.29. elatus eram. Ego enim dixi aliqñ in abundantia mea, non mouebor in æternũ. Dixi non mouebor in abundantia mea, ignorans iustitiã tuam, & constituens meam, Psal. 29 sed tu dñe in uoluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Dixi in abũdãtia mea F non mouebor, verum aũt à te mihi erat quicquid abundabã: Et vt hoc probares à te mihi fuisse, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Post hanc conturbationem in qua factus sum conturbatus, quia auertisti faciem tuam post tædiũ spiritus mei, post cõturbatum cor meum in me, ex eo quod auertisti faciem tuam, iam factus sum sicut terra sine aqua tibi, Ne auertas faciam tuã. Auertisti à superbo, redde humili. Ne auertas faciem tuã à Pro.18. me, quia auerteris, Similis ero descendentibus in lacum.) Quid est descendẽtibus in lacum? Peccator cũ venerit in profundum malorum, cotemnet. Illi descendunt in lacum, qui etiam confessionem ꝓdunt: Psal.68. contra quod dicitur, Ne coarctet sup me puteus os suum. Hanc profunditatẽ lacũ appellat plerunque scriptura, in quam ꝓfunditatem cum venerit peccator cõtemnit. Quid est, contemnit? Iam nec vllam prouidentiam deputat, aut si deputat, ad eam se pertinere nõ putat: Proponit sibi peccandi licẽtiam sine spe veniæ habenis Mala.3. iniquitatis effusis. Non dicit, reuertar ad Ecclesia deum vt reuertatur ad me: nec audit, Con Stici.17. uertimini ad me & reuertar ad vos, quoniam veniens in profundum malorum cõ G temnit. A mortuo enim, inquit, tanquam si non sit perit confessio. Ne ergo auertas faciem tuã à me, & similis ero descenden Psal.56. tibus in lacum: Auditam fac mihi mane misericordiam tuã, quia in te speraui.] Ecce in nocte sum, sed in te speraui donec no 1.Pet.1. cturna transeat iniquitas. Habemus.n.vt dicit Petrus, certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes tanq̃ lucernæ lucẽti in obscuro loco, donec dies Psal. 5. illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Mane ergo appellat, post finẽ seculi, cũ videmus qđ in seculo credimus. Mane.n.exaudies vocem meam, mane astabo tibi & contemplabor. Audi tã fac mihi man misericordiã tuam, quia in te speraui. Si.n.quod nõ videmus speramus, Rom.8. per patientiam expectamus. Patientiã q̃rit nox, lætitiam donabit dies. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quoniam in te speraui. Sed hic quid, donec vẽniat mane? Non.n.sufficit mane sperare, sed aliquid opus est & agere. Quare aliqd agere? Qm̃ dicit in alio Psalmo, Deũ Psal.76. exquisiui in die tribulationis meæ, tanq̃ in tẽpore noctis meæ deũ exquisiui. Qũo exquisisti? Manibus meis nocte corã eo, & non sum deceptus. Manibus quærẽdus est in nocte deus. Quid est, manibus? Bo- H nis operibus, sed bonis operibus corã eo, Matt.6. Cum.n.facis eleemosynam, noli tuba canere, pater tuus qui videt in occulto reddet tibi. Quia ergo ita sperandum est mane, & ita nox ista toleranda est & in ipsa patientia donec dies eluceſcat perseueranda est, quid interea hic agendum? Ne forte per temetipsum acturus es aliquid, vt mercaris ꝓduci ad mane? Notam fac mihi dñe viam in qua ingrediar.] Ideo lu- Ioan.1. cernam propheticam accendit, ideo ipsum Psal.21. dñm tanquam in testa carnis misit, q̃ etiã dixit, Exaruit velut testa virtus mea. Ambula ad prophetiam, ambula ad lucernam prædictorum futurorum, ambula ad verba dei. Nondum vides verbum in principio deum apud deum, ambula ad formã serui, perduceris ad formam dñi. Notam Psal.25. fac mihi dñe viam in qua ingrediar: Qm̃ ad te leuaui animam meam.) Leuaui ad te, non contra te. Apud te est fons vitæ, ad te leuaui animam meam, tanquam vas ad fontem attuli, imple ergo me, qm̃ ad te leuaui animam meam. Exime me de inimicis meis dñe, quia ad te confugi.) Qui aliqñ à te fugi, ad te confugi. Fugit enim Gene.3. Adam à facie dei, & abscondit se inter ligna paradisi, vt de illo diceretur in libro I Iob, Tanquam seruus fugiẽs dñm suum; Iob.7. & cõsecutus est vmbram. Fugit a facie domini sui & consecutus est vmbram. Ad vmbram enim fugit inter ligna paradisi. Ve si permanserit in vmbra, ne postea dicatur; Transierunt omnia tanquam vmbra. Exime me de inimicis meis. Non.n. Sap.5. hic inimicos homines cogito: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Sed aduersus quos? Aduersus princi Ephe.6. pes & potestates, rectores mundi. Cuius mundi? Non enim cœli & terræ: non.n. regunt quod non fecerunt, rectores mundi. Sed cuius mundi? Tenebrarum harũ. Quarum tenebrarum? Vtique iniquorũ, Fuistis.n.aliquando tenebræ, nunc autem Ephe.5. lux in domino. Rectores mundi tenebrarum

rum harum, rectores iniquorum: contra Ephe. 6 hos habetis luctamen. Magnũ prælium nobis est, hostem non videre & vincere. Aduersus rectores mundi tenebrarum harũ, diabolum scilicet & angelos eius, non illius mũdi rectores, de quo dicitur, Et mũ Ioan. 1. dus per eũ factus est: sed illius mundi de quo dicitur, Et mundus nõ cognouit eũ. Exime me de inimicis meis dñe, quia ad K te confugi. De inimicis meis, nõ Iuda, sed Ioã. 13. qui implenit Iudam. Illum patior visum, illũ expugno non visum. Accepit.n.bucellam Iudas, & introiuit in eum Satanas, vt iste Dauid persecutionem pateretur à fi- 1.Co.10 lio suo. Quam multos Iudas diabolus implet, indigne accipiẽtes bucellã ad iudiciũ suum? Qui.n.manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Nõ malum est quod datur, sed bonũ malo in iudicium datur. Bene esse non potest male accipienti qđ bonum est. Ergo exime me ab inimicis meis, quia ad te confugi. Ergo Ps. 138. quia ad te confugi, vel quò a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es. Quò.n.fugerem? Quò ibo a spiritu tuo? Si ascẽdero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades. Quid ergo restat? Si assumpsero pennas meas vt colũba, & volabo in extrema maris, id est, vt spe habitem in finẽ seculi, Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Exime me de inimicis meis, qm̃ ad te confugi dñe: Doce me vt faciam voluntatem tuã, quia tu es deus meus.) O confessio, ò præscriptio, qm̃ tu es, inquit, deus meus. Ad alium currã refici, si ab alio factus sum: Tu es totũ meũ, quia tu es deus meus. Patrem quæram ꝓp hereditatem? L Psal.15. Tu es deus meus, non solum dator hæreditatis, sed ipsa hæreditas. Dñs pars hæreditatis meæ. Dominum quæram ꝓp redẽptionem? Tu es deus meus. Patronũ quæram ꝓp liberationem? Tu es deus meus. Iob.1. Postremo creatus recreari cupio: Tu es deus meus qui creator meus, qui creasti me per verbum tuum, & recreasti me per verbum. Sed creasti me per verbum deũ, manentem apud te: recreasti per verbum carnem factum propter nos. Doce ergo me vt faciam voluntatem tuam, quia tu es deus meus. Si non me docueris, faciam voluntatẽ meã, & deseret me deus meus: Doce me vt faciã voluntatem tuam, qm̃ tu es deus meus. Doce me. Non enim tu es deus meus, & ego ero mãgister meus. Videte quemadmodũ gratia commendetur, Hoc tenete, hoc imbibite, hoc vobis de corde nullus excutiat: Nec habeatis ze- Rom.10 lum dei, sed non secundum scientiam, ne ignorantes dei iustitiam, & vestram volẽ ter constituere legem, iustitiæ dei non sitis subiecti. Verba certe Apostoli agnoscitis: dicite ergo ista, Doce me vt faciam voluntatem tuam, qa tu es deus meus. Spiritus tuus bonus.) Non meus malus. Spiritus tuus bonus. Deducet me in terram rectam.] Quia spiritus meus malus deduxit M me in terrã peruersam. Et quid ergo mer ui? Quæ mea opera bona sine tuo adiutorio cõputantur, vnde impetrarem dignusque essem deduci a spiritu tuo in terrã rectam? Quæ opera mea, vel quæ merita mea? Propter nomen tuum dñe viuificabis me.] Attendite ergo quantum potestis gratiæ commendationem, qua gratis salui facti estis. Propter nomen tuum domine Ps.113. viuificabis me. Non nobis domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Propter nomen tuum domine viuificabis me in tua iustitia, nõ in mea. Non quia ego merui, sed quia tu misereris. Nam si meum ostẽderem meritum, nihil abs te mererer nisi supplicium. Auulsisti merita mea, inseruisti dona tua. Propter nomen tuum dñe viuificabis me. In tua iustitia. Educes de tribulatione animã meã, & in tua misericordia ad interitum deduces inimicos meos. Et perdes omnes tribulantes animã meã, quoniam seruus tuus sum ego.)

In Psalmum centesimum quadragesimumtertium Enarratio.

A PSalmi huius titulus breuis est numero verborum, sed grauis pondere mysteriorũ. Ipsi Dauid ad Goliã.) Prælium hoc factum tempore patrum nostrorum, de scripturis sanctis recolit mecum charitas vestra. Cum.n.aduersus populũ dei alienigenæ dimicarẽt, ꝓuocauit vnus vnũ. Golias Dauid in quo certamine voluntas dei pro cuiusque partis victoria ꝓbaretur. Sed quid de victoria satagimus, quando prouocantem prouocatumq̃. cernimus? Prouocauit impietas pietatem, ꝓuocauit superbia humilitatem, postremo prouocauit diabolus Christũ. Quid mi-

ramini diabolum victum? Ille erat grandis statura corporis, iste autem statura paruus, sed fide magnus. Accepit arma bel
1.Re.17 lica sanctus Dauid, vt aduersus Goliá procederet: Hæc arma per ætatem & paruam, vt diximus, staturam corporis portare non valuit. Abiecit onerantia, non adiuuantia, accepit quinque lapides de flumine, & posuit in vase pastorali. His armatus corporaliter, nomine autem dei spiritaliter, ꝓcessit & vicit. Hoc qdem ille Dauid: Sed mysteria perscrutemur. Proposueramus. n. titulum istum breuem numero verborum, sed grauem pondere mysteriorum: veniat in mentem Apostolica illa sententia, Omnia hæc in figura contingebant illis, ne im
B pudentes videamur quærere aliquid abscó
1.Co.10 ditum, vbi posit dici totum sine mysterij ꝓfunditate simpliciter dictum. Habemus ergo authoritatem facientem nos intentos ad quærendum, vigiles ad inuestigandum,
1.Re.17 deuotos ad audiendum, fideles ad credenGala.3. dum, impigros ad faciendum. In Dauid Christus, sed sicut soletis intelligere eruditi in schola eius, Christus caput & corpus. Non ergo sic audiatis aliquid ex persona Christi, quasi ad vos nó pertineat qui estis membra Christi. Hoc tanquam fundamẽto posito, videte qui sequãtur. Nostis multis sacramentis visibilibus & corporalibus oneratum esse populum primum, circuncisione, negocioso illo quodam sacerdotio, & templo figuris pleno, multiplicibus holocaustorum sacrificiorumque generibus. Hæc Dauid noster tanquam arma premẽtia non adiuuantia posuit. Si. n. data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Vt quid ergo lex? Sequitur, Sed cõclusit, inquit, scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Denique iste Dauid. s. Chri
C stus caput & corpus, tempore reuelationis
1.Re.17 noui testamenti, tempore insinuandæ & commendandæ gratię dei, quid fecit? Arma posuit, quinque lapides tulit, arma vt diximus, onerantia posuit. Ergo sacramenta legis: sacramenta illa legis quæ non sunt imposita gentibus, posuit, quæ non obseruamus. Meministis enim quanta in veteri lege legamus & non obseruemus, sed tamen ad aliquam significationem remissa & posita esse intelligamus, non abiiciamus legem dei, sed sacramenta promittentia, impleta promissione nõ celebremus. Quod. n. ꝓmittebant, venit. Gratia enim noui testamenti in lege velabatur, in Euangelio reuelatur. Velum remouimus, quod velabatur agnouimus, Agnouimus autem in gra Mat.27.
tia gratiam domini nostri Iesu Christi capitis & saluatoris nostri, qui pro nobis crucifixus est, quo crucifixo etiam velũ templi conscissum est. Denique arma viæ ille
1.Re.17. posuit, tanquam onera sacramẽtorum veteris legis, & ipsam legem accepit. Quinq. enim lapides, quinque libros Moysi significant. Tulit ergo illos quinque lapides de flumine. Nostis quid sit fluuius. Labitur enim mortale seculum, & prætersluit quic
D quid venit in mundum. Erant ergo in flumine tanquam in populo illo primo lapides, illic erant inutiles, vacabant, nihil pro
Ro.13. derant, transibant sicut fluuius. Quid fecit Dauid vt lex ipsa vtilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri nõ
Rom.5. potest. Plenitudo enim legis est charitas. Et vnde est ista charitas? Vide si nõ ex gratia. Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quia ergo gratia fecit impleri legem, significatur autem gratia lacte. Hoc enim est in carne gratuitum, vbi mater non quærit accipere, sed satagit dare.
1.Re.17. Hoc mater gratis dat, & contristatur si desit qui accipiat. Quomodo ergo ostendit Dauid legem sine gratia operari non posse, nisi cum illos lapides quinque quibus significabatur lex in libris quinque coniungere volens gratiæ, posuit in vase pastorali, in quo lac mulgere consueuerat? His armatus, gratia vtiq. armatus, & ideo prælumens non de se, sed de domino suo, processit aduersus Goliam superbum, se iactantem, de se præsumentem. Tulit vnum lapidem, iecit, inimicum in fronte percussit, cecidit ex eo loco corporis, vbi signum Christi non habuit. Hoc quoque licet attendas: Quinque lapides posuit, vnum misit: Libri quinque lecti sunt, sed vnitas vicit. Plenitudo enim legis, vt pauloante commemorauimus, charitas.
E Et Apostolus ait, Sufferentes inuicem in
Ro.13. dilectione, studentes seruare vnitatem spi-
Ephe.4. ritus in vinculo pacis. Deinde illo percus-
1.Re.17 so atq. deiecto gladium eius abstulit, & inde caput illi abscidit. Et hoc fecit noster Dauid, deiecit diabolum de suis. Quando autem credunt magni eius quos ille in manu habebat, & de quibus cæteras animas cru-

crucidabat, conuertunt linguas suas contra diabolum, & sic Goliæ de gladio suo caput inciditur. Mysterium tituli pro temporis breuitate tractauimus, videamus quid habeat iste Psalmus.

Expositio Psalmi.

Psal.17. BEnedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.) Vox nostra est si corpus Christi nos sumus: Benedicamus dñm deum nostrum qui docet manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum. Repetitio sententiæ videtur. Qđ est manus nostras ad prælium, hoc est digitos nostros ad bellum. An aliquid interest inter manus & digitos? Digitis vtique operatur manus. Non itaque absurde accipi-
F mus digitos pro manibus. Veruntamen in
1.Co.12 digitis agnoscimus vnitatem, diuisionem operationis, & tamen radicem vnitatis. Vide illam gratiam, dicit Apostolus, Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donationes curationum in vno spiritu, alij genera linguarum, alij prophetia, alij diiudicatio spirituum. Omnia autem hęc operatur vnus atque idem spiritus. Radix est vnitatis, diuidẽs propria vnicuique prout vult, alij illud, alij hoc. Diuisiones sunt operationis. His ergo digitis pugnat corpus Xpi procedens in bellum, procedens in prælium. Iam prœliorum & bellorum genera commemorare fortasse longum est, & gerere facilius est quàm explicare. Habemus vnum
Ephe.6. bellum quod commemorat Apostolus, Non est vobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem. i. aduersus homines a qbus videmini pati molestias, non aduersus ipsos pugnatis, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi. Et ne intelligeres mundi cœli & terræ, ostendit quid diceret, tenebrarum, inquit, harum, mundi, s.
Ioan. 1. non qui per ipsum factus est, quia & mun-
G dus per eum factus est, sed mundi qui eum non cognouit, quia & mundus eum non cognouit. Hæ tenebræ nõ sunt natura, sed
Psal.14. voluntate. Anima enim per semetipsam non lucet, quia humiliter & veraciter cantat, Tu illuminabis lucernam meam domi
Psal.36. ne, deus meus illumina tenebras meas. Et apud te, inquit, fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen: Non in lumine nostro, sed in lumine tuo. Nam & oculi nostri lumina vocantur, & tamen lux extrinsecus si desit, etiam sani & patentes, in tenebris remanebunt. Ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarum harum, rectores scilicet infidelium, diabolum & angelos eius, rectores gladij eius, de quo pugnat diabolus aduersus fideles. Sed quomodo Go- 1.Re.17
liæ prostrato tollitur gladius, vt ipsi Golię caput de gladio suo amputetur, ita cum credunt ipsi infideles dicitur eis, Fuistis enim Ephe.5.
aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: Pugnastis de manu Goliæ, iam in manu Christi tollite caput Goliæ. Hoc. n. vnum prælium, alterum autem vnicuique in seipso. Modo genus hoc belli ex apostolica epistola legebatur, Caro concupiscit Gala.5.
aduersus spirttum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis. Et hoc graue bellum, & quod est molestius, inter
H num. In quo bello si sit quisque victor, illos quos non videt inimicos continuo superabit. Non enim tentat diabolus vel angeli eius, nisi quod in te carnaliter dominatur. Nam quomodo vincimus illos hostes quos non videmus, nisi quia carnales interiores motus nostros sentimus? His confligimus, illis ꝓcutimur & illos percutimus. In amore pecuniæ dominatur auaritia. Dominante tibi auaritia diabolus forinsecus lucrum cum fraude proponit. Plerunque enim ad lucrum nõ peruenis, nisi fraudem feceris. Proponit ergo ille forinsecus auaritiæ tuæ quam intus non vicisti, quã non domuisti, quam non tibi subiecisti, ꝓponit tanquam athletæ suo agonotheta malus fraudem & luerum, opus & præmium. Fac & tolle. Tu autem si calcas auaritiam, si tibi interius non dominatur, quam si sentias vinces, iam diabolum insidiantem nõ sentis. Si ergo edomuisti auaritiam, attendis alterum proponẽtem opus & præmiũ. Quid ille proposuit? Fraudem & lucrum, Quid & iste proponit? Innocentiam & coronam. Fac & tolle, & ille dicit, & iste. Iã tu prœliator interior, si non es victus auaritia, sed victor auaritiæ, illum attendis, &
I hunc vincis. Discernis enim vtrunque & dicis, Hic video opus & præmium, illic autem escam & laqueum. Neque enim aliquid dicis in te, quod non pertineat ad te. Etenim ex pẽtõ diuisus es aduersum te. Trahis cõcupiscentiæ propaginẽ & tradu-

cem mortis. Habes contra quod pugnes in te, habes quod expugnes in te: Sed habes quem inuoces, vt pugnantem adiuuet te, & vincentem coronet te, qui non existentem fecit te. Quomodo, inquis, vincam? Ecce ipse Apostolus difficillimum
Gala. 5. prælium proponit, & q̃ laboriosum sit aut forte insuperabile, si nõ intelligo ipse ostẽdit, Caro, inq̃t, concupiscit aduersus spm̃, & spūs aduersus carnem, vt non ea q̃ vultis vos faciatis. Quo me iubes vincere, cũ ille dicat, vt non ea q̃ vultis faciatis? Quæ ris quo? Attende ad gratiam vasis pastora-
.Re. 17. lis, lapidem de flumine in exceptorio lactis pone. Ecce & ego tibi dico, immo tibi ipsa veritas dicit. Prorsus non facis quod vis, pugnante carne aduersus spm̃ tuum. Si ad istam pugnam de te præsumis, admo
Psal. 80. nendus es, ne frustra audieris, exultate deo adiucori nostro. Si enim per te impleres totum, non esset necessarius adiutor. Rursus si tuipse tua volũtate nihil ageres, nõ uocareẽ adiutor. Adiutor. n. aliq̃d agẽ
K tẽ adiuuat: denique cum dixisset, Caro con
Gala. 5. cupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnẽ, vt non ea quæ vultis faciatis, & pro posuisset te ante te, veluti deficientem te in te, continuo misit ad adiutorẽ. Quod si spiritu ducimini, nõ adhuc estis sub lege. Qui. n. sub lege est, non implet legem sed
1. Re. 17. premit à lege, sicut ille Dauid sub armis erat. Ergo si spiritu duceris, vide quis te adiuuabit vt impleas quod velis. Adiutor
Gala. 5. tuus, susceptor tuus, spes tua, qui docet manus tuas in prælium, & digitos tuos ad bellum. Manifesta. n. sunt, inquit, opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, idolorum seruitus, luxuria, veneficia, contentiones, inimicitiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, q̃ prædico vobis sicut prædixi, q̃m qui talia agunt regnum dei non possidebunt: Non qui aduersus talia confligunt, sed qui talia agunt. Cum enim confligis aliud est opus, cum vincis aliud est opus, cum pacem & requiem habes, aliud opus est. Hæc dum exemplis demonstro paucis aduertite. Suggeritur aliquod lucrum, delectat: habet fraudem, sed magnum est lucrum, delectat, non consentis. Pugnam vide, adhuc suadetur, adhuc instatur, adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat, periclitatur. Vidimus pugnã,
L cætera videamus. Contempsit iustitiam vt fraudem faceret, uictus est: contemp-

sit lucrum vt iustitiæ seruiret, vicit. In his tribus victum doleo, pugnanti metuo, victori congaudeo, Sed etiam ille qui vicit, nunquid omnino egit in se vt prorsus eum pecunia non attentet, aut nihil in eo excitet delectationis, quanuis superabilis, quanuis contemptibilis, quanuis non solum cui non consentiat, sed cum qua nec pugnare dignetur? Inest tamen aliqua delectationis titillatio. Ista titillatio, & ille hostis, iam nec pugnat nec pugnat, in est tamen, & quasi moratur in carne
Rom. 8. mortali, quod non erit. Ducetur enim to tum in victoriam, sed postea. Modo autẽ corpus quidem mortuum est propter peccatum, & ideo eidem corpori inest peccatum, etsi non regnat peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Si autem qui suscitauit Christum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vo
M bis. Ibi iam nec quod pugnet erit, nec quod titillet, totum cedet in pace. Non. n. contraria natura contra aliam naturam pugnae, sed tanquam in domo maritus & vxor, si aduersus se dissentiant, molestus & periculosus labor: si maritus vincatur, & vxor dominetur, pax peruersa: Si autem vxor marito dominanti subijciatur, pax recta: non tamen aliquid ex alia natura, quia ex homine facta mulier viro. Caro tua, coniunx tua, famula tua, quodlibet deputato, opus est vt subijciatur, & si pugnas vt ꝓsis pugna. Hoc enim expedit inferius subijci superiori, vt & ille qui sibi subijci vult, quod est inferius, se subijciat superiori suo. Agnosce ordinem, quære pacem. Tu deo tibi caro. Quid iustius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi. Serui tu ei qui fecit te, vt tibi seruiat quod factum est propter te. Non enim hunc ordinẽ nouimus, neq. hunc ordinẽ cõmendamus, tibi caro & tu deo, sed tu deo & tibi caro. Si autẽ conténis tu seruire deo, nũquam efficies vt tibi caro. Qui non obtemperas dño, torqueris à seruo: Nunquid si non prius tu deo, vt deinde tibi caro, poteris dicere hæc verba, Benedictus dũs deus meus qui docet manus meas ad prælių & digitos meos ad bellũ? Prælіari vis indoctus, dãnaberis victus. Primo ergo te subdas deo, deinde illo docẽte te & adiuuãte plieris & dicas, A qui docet manus meas ad prælių & digi-

tos

tos meos ad bellũ: Et cum prælіaris, quia dum prælіaris periclitaris, die quæ sequũtur in ꝑlij periculo constitutus. Misericordia mea.] Non vincar misericordia mea. Quid est hoc, misericordia mea? Præbes misericordia mihi misericordiam, & in me extisti misericors, an donasti mihi vt & ipse ſm misericors? De nulla. n. re sic vincitur inimicus, quàm cũ misericordes sumus. Omnino parat calumnias ad iudiciũ, & non potest falsa obiicere, quia non est apud quem. Si. n. apud hominem iudicem nobiscum ageret, posset eum mentiẽdo fallere, & nos grauare criminationibus falsis. Quia vero apud talẽ iudicẽ causa nostra cũ illo est qui falli non potest, ideo ambit vt ad peccatum seducat, vt habeat vera quæ obiiciat, Et vbi forte aliquibus eius fraudibus succumbit humana fragilitas, sequatur in confessione opus humilitatis, exerceatur in operibus misericordiæ & pietatis. Omnia delentur cum ex vero corde & plena fiducia dicimus illi qui vi-
Matt. 6. det, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Dic toto corde, dic tota fiducia, die securus, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, aut noli dimittere si nõ dimittimus,
B Quod etsi non dixeris, Noli dimittere si non dimittimus, prorsus non dimittit si non dimittimus. Neque. n. vt tu sis impunitus peccator, erit ille mendax promissor, Vis, inquit, vt dimittam? Dimitte. Est aliud opus misericordiæ. Vis vt dem? da: vno loco positum est in Euãgelio, Dimit-
Lucæ. 6 te, & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Aliquid, inquit, & contra te tenco, aliquid & tu cõtra alterum tenes, dimitte, & dimitto. Aliquid petis a me, aliquid petit alter a te, da & do. Et quæ dimittit, & quæ dat? Nonne charitas? Et vnde charitas nisi per spiritum sanctum q̃ datus est nobis? Si ergo per opera misericordiæ nostler vin-
Rom. 5. citur inimicus, & opera misericordiæ habere non possemus, nisi charitatem haberemus, charitas aũt nobis nulla esset per spiritum sanctum acciperemus, ille docet manus nostras in prælium, & diligitos nostros ad bellũ: illi recte dicimus, Misericor-
Iacob. 2 dia mea, a quo habemus etiã vt misericordes simus: Iudiciũ. n. sine misericordia illi qui non fecit misericordiã Parua putatis opera misericordiæ? Libet & de his aliq̃d dicere. Attendite primo istam sentẽtiam de sancta scriptura depromptam, quam

modo commemoraui, Iudicium. n. sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Sine misericordia iudicabitur qui C misericordiam non fecit antequam iudicaretur. Quid deinde? quid sequit? Superexaltat autem misericordia iudiciũ. Quid est hoc fratres, superexaltat autem misericordia iudicium? Superponitur misericordia iudicio, in quo inuentum fuerit opus misericordiæ: Et si habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur, tanquam vnda misericordiæ peccati ignis extinguit. Superexaltat aũt misericordia iudiciũ. Quid autem cum talibus subuenit, & cum tales libertat, & cũ talibus ignoscit, Iniustus est deus? Absit. Et ibi iustus est. Non ei. n. tollit misericordia iustitiam, nec iustitia mi-
Lucæ. 6 sericordiam. Vide. n. si non iustus est, Di-
Matt. 7. mitte & dimitto, da & do: vide si nõ iustus est, In q̃ mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Ad hoc. n. in qua mensura: nõ enim mensura eiusdem generis est, sed ad hoc eadẽ mensura, ignosce & ignoſco. Est apud te mensura veniæ dãdæ, inuenies apud me mensuram veniæ accipiẽdæ. Est apud te mensura tribuendi quod habes, inuenies apud me mensuram accipiendi quod nõ habes. Misericordia mea. Et refugium meũ, susceptor meus & erutor meus.] Multum laborat prælіator hic tenẽs concupiscentem aduersus spiritum D carnem. Tene quod tenes, tunc erit planè Gala. 5. quod vis, cum absorpta fuerit mors in vi- 1. Co. 12 ctoria, quando resuscitatum mortale hoc corpus transfertur in habitudinem angelicam, & in cœlestem subuolat qualitatem.
1. Th. 4 Mortui, inquit, in Christo resurgent primi, deinde & nos viuentes qui reliqui sumus, in aduentu dñi simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Ibi absorbebitur mors in victoriam, ibi dicetur, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Non. n. relinquetur nec in corpore quod rebellet aduersus amorem dei: Plena victoria, plena pax: de hac nobis
Psal. 33. prælіantibus dicitur, Venite filij audite me, timorem domine docebo vos. In prælio estis, in contentione confligitis, & tamen tandem quandam requiem desyderatis. Quis est homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos? Quis est qui nõ dicat, ego? Ibi vita, ibi dies boni, vbi caro nihil cõcupiscit aduersus spiritum, vbi non Gala. dicitur

dicitur pugna, sed gaude. Sed quis est qui hos dies non velit? Omnis homo certe dicit ego. Audi quid sequitur, Video quia laboras, video quia in pugna, in periculo diuersaris: audi quid sequitur, Doce manus ad plium, digitos in bellū. Contine linguā tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum: Declina a malo & fac bonū. Quō.n. poteris facere bonū, nisi declinaueris a malo? Quid quęro vt vestias, qñ adhuc expolias? Quid qro vt dones, qñ adhuc rapis? Declina a malo & fac bonū. Qua mercede? Nō sub te ploret primo pauper, vt gaudeat de te pauper. Declina a malo & fac bonum. Qua mercede? Nā mō pugnas? Quę re pacem & persequere eam. Disce, dic, Misericordia mea & refugium meū, susceptor meus & erutor meus, & protector meus. Susceptor meus ne cadā, erutor ne hæreā & percam, protector ne feriar. Protector meus & in ipso speraui.) In his omnibus, in toto labore meo, in omnibus plijs meis, in omnibus difficultatibus meis in ipso speraui. Qui subdit populum meum sub me. Ecce caput nostrū loqtur nobiscum. Dñe quid est hō quia innotuisti ei?) Totū quod est, hoc est quia innotuisti ei. Quid est hō quoniam innotuisti ei? Aut filius hominis qm æstimas eum?) Aestimas eum, tanti facis, tanti pendis, ordinas, nosti sub quo ponas, supra quid ponas. Aestimatio.n.est q̄ti precij sit quidque. Quanti æstimauit hominem, qui pro eo vnici sanguinem fudit? Quid est homo qm innotuisti ei? Cui, qd innotuisti? Quid est, filius hominis quoniam æstimas eum? Qm tanti eum pendis, & quanti eum pendi, tanti eum æstimas, precioſum quiddam esse ostendis. Non.n. deus sic æstimat hominē, qūo hō æstimat hominē. Qñ inuenit homo seruum venalem, carius emit equum quàm hominem. Ille quanti te æstimet vide, vt possis dicere, Si deus pro nobis, quis contra nos? Et quanti te æstimauit qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? Qui hanc annonam dedit pugnanti, quid seruat vincenti? Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendi. Hæc est annona præliantiū, de horreis inuecta dominicis, vnde pascūtur angeli, qa panem angelorum manducauit hō. Post p̄lia vero & hanc annonam quid seruat? qd dabit victoribus, nisi quod in alio Psalmo dicitur, Vnam petij a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę, vt contempler delectationem domini, & protegat me templū eius? Quid est homo qm̄ innotuisti ei, aut filius hominis quoniam æstimas eū? Quē? Homo vanitati similis factus est.]& tñ in notuisti ei & æstimas eum. Homo vanitati similis factus est. Cui vanitati? Temporibus præter labentibus & præterfluentibus. Vanitas.n.ista dicitur, in comparatione cuiusdam semper manentis, & nunquā deficientis veritatis. Nam & ista creatura est locisui. Impleuit enim deus terram, sicut scriptum est, bonis suis. Quid est, suis? Sibi congruentibus. Sed hæc omnia terrena, volatica, transitoria, si comparentur illi veritati vbi dictum est, Ego sum qui sum, totum hoc quod transit vanitas dicitur. Euanescit enim per tempus, tanquam in auras fumus. Et quid dicam amplius quàm id quod Apostolus Iacobus dixit, volens homines superbos ad humanitatem redigere, Quæ est enim inquit, vita vestra? Vapor est ad modicum apparens, deinceps exterminabitur. Ergo homo vanitati similis factus est, peccando vanitati similis factus est. Nam quando est primum conditus veritati similis factus est, sed quia peccauit, recepit digna, vanitati similis factus est. Pro iniquitate.n.erudisti hominem, dixit in alio Psalmo, & tabescere fecisti sicut aranea animam eius. Inde & hoc homo vanitati similis factus est. Ibi quid ait? Ecce veteres posuisti dies meos. Hic quid ait? Dies eius sicut vmbra prætereunt.) Attendat sibi homo in diebus vmbræ suæ, vt faciat aliquid dignum de syderatæ luci suæ: & si in noctis vmbra est, quærat diē. Dies enim huius vanitatis, cognoscenti homini dies est tribulationis: siue aliqua incommoditate & aliqua molestia noceat nobis, siue aliqua prosperitate mundus arrideat, totum timendum & gemendum est, & quoniam tentatio est vita humana super terram. Vnde enim dicitur, Tota die contristatus ambulabam? Solatijs opus habemus, & quicquid nobis nunc exhibet deus cum prospere exhibet nō est gaudium beatorū, sed consolatio miserorum. Itaque agat aliquid inquam homo dignum desyderata luce in istis diebus vmbræ suæ, & in nocte inquirat deum, sicut scriptum est, In die tribulationis meæ deū exquisiui manibus meis nocte coram eo, & nō sum deceptus. Quam dicit diem tribulationis, nisi quam dicit & noctem? Manibus meis nocte coram eo. Adhuc in nocte sumus, & ad prophetiæ lucernam vigilamus. Aliquid promissum est, quod adhuc expectatur. Sed quid ait Apostolus Petrus? Habemus certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes tanquam lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Ipse dies præmium nostrum ibi est. Ibi, Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi & contemplabor. Ergo operare quamuis in nocte manibus tuis, id est, bonis operibus inquire deum antequam veniat dies ille qui te lætificet, ne veniat qui te mœstificet. Vide enim quàm securus opereris, quia non desereris ab illo quem quæris. Manibus meis, inquit, deum exquisiui nocte coram eo, vt pater tuus qui videt in occulto reddat tibi, ideo coram eo. Intus habeas misericordiam, charitatem, ne aliquid facias quasi studio placendi hominibus. Manibus meis operibus meis. In vmbra, in hac vita: vbi ipse videt, non vbi placere hominibus studeo. Et quid sequitur? Et non sum deceptus. Homo vanitati similis factus est, dies illius tanquam vmbra prætereunt, & tamen innotuisti ei, & quid æstimas eum? Domine inclina cœlos tuos & descende.) Corpus Christi, humilis David gratia plenus, de deo præsumens, pugnans in hoc seculo, inuocat adiutorium dei, Inclina cœlos tuos & descende, Qui sunt cœli inclinati? Apostoli humiliati. Isti enim cœli enarrant gloriam dei. Et de his cœlis enarrantibus gloriam dei mox dicitur, Non sunt loquelæ neque sermones quorum non audiantur voces eorum, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cum enim isti cœli emitterent voces suas per omnes terras, & facerent mirabilia, coruscante de illis & intonante domino miraculis & præceptis, putati sunt dij discendisse de cœlo ad homines. Nam quidam ex gētibus hoc putantes, eis etiam sacrificare voluerunt. Tunc illi videntes sibi deferri indebitum hominum honorem, expauescentes & detestantes, & eos qui sic errabant corrigentes, vt ostenderent eis motum animi sui, conciderunt vestimēta sua & dixerunt, quid hoc facitis? Homines & nos sumus, passibiles sicut & vos. Et cœperunt sub his verbis commendare excellentiam domini nostri Iesu Christi, humiliantes se, vt commendaretur deus, quia inclinati erant cœli, vt descenderet deus. Inclina ergo cœlos tuos & descende. Factum est. Tange montes & fumigabunt.]Montes superbos, elationes terrenas, tumidas granditates, Tange, inquit, tange istos montes. De gratia tua da istis montibus & fumigabunt, quia fatebuntur peccata sua, Fumus confitentium peccatorum, extorquebit & lachrymas humiliatorum superborum. Tange montes, & fumigabunt. Quandiu non tacti, magni sibi videntur. Dicturi sunt tu magnus es domine, dicturi sunt & montes, Tu solus altissimus super omnem terram. Sed sunt quidam conspirantes, conuenientes in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius, Conuenerunt, conspirauerunt. Corusca coruscationes, & disperges eos.) Crebresce miraculis tuis, & soluetur conspiratio eorum. Coruſca coruscationes & disperges eos. Iam miraculis territi, non audebunt aliquid contra te, & in ipsis miraculis expaueſcentes hæsitabunt. Quis est iste qui tanta potest? Quis est iste qui sic exaltatur? cuius nomen tantum valet? Cum dicunt, quis est iste? credituri sunt, corruscasti miraculis, & dispersisti malam consensionem eorum. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos.) Sagittæ potentis acutæ, præcepta tua, dicta tua feriant cor eorum. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Vulnerentur male sani, vt sanentur bene vulnerati. Et dicant iam in Ecclesia, & in corpore Christi constituti dicant cum Ecclesia, Quoniam vulnereta charitate ego sum. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam ex alto. Quid postea? Quid in fine? Quomodo, inquit, corpus? Christi cœlesti adiutorio? Veniet enim ipse dominus in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, ipse saluator corporis, manus dei. Emitte manum tuā ex alto. Et exime me, & erue me de aqs multis.) Quid est, de aqs multis? De populis multis. Quibus populis? Alienigenis, infidelibus, siue foris oppugnantibus, siue intus insidiantibus. Exime me de aquis multis. In quibus me exercebas, in qbus me ad exuendum a sordibus voluebas. Hæc est illa aqua cōtradictionis, exime me, inquit, & de aqs multis.

tis. Audiamus iam de istis aquis multis à quibus eruet deus corpus Christi sui, a quibus eruet deus humilitatem Dauid. Quid est, de aquis multis? Quid dixisti, ne aquæ aliter intelligãtur? Quid dixisti aquas multas? Quid dixi, audi. De manu filiorũ alienorũ. Audite fratres inter quos viuamus, a quibus erui desyderemus. Quorum os locutum est vanitatem.) Hodie vos omnes si non ad hæc diuina spectacula verbi dei congregati essetis, & eis hac hora permixti
A viueretis, quãtas vanitates audiretis? Quo-
2.Re.17 rum os locutum est vanitatem. Quando denique loquentes illi vanitatem, audirent vos loqui veritatem? Quorum os locutũ est vanitatem. Et dextera eorum dextera iniqtatis.) Quid tu inter eos cum vase pastorali habente quinque lapides? Die mihi aliter, eandem legem quam significasti qnque lapidibus, significa & aliter. Deus canticum nouum cantabo tibi? Canticum nouum gratia est, canticum nouum hominis noui est: canticum nouum testamenti noui est. Cantabo inquit, canticum nouum. Sed ne putes gratiam a lege discedere, cum in Psalmis magis per gratiam lex impleatur. In Psalterio decem chordarum psallam tibi.) In psalterio decem chordarum, in lege decem præceptorum. Ibi tibi psallam ibi tibi gaudeam, ibi tibi cantem canti
Ro.13. cum nouum, quia plenitudo legis charitas est. Cęterum qui non habent charitatem, portare psalterium possunt, cantare nõ possunt. Ego itaque, inquit, inter aquas contradictionis cantabo tibi canticum nouũ, & nunquam strepitu suo facient aquæ contradictionis, vt obmutescat psalterium meum. In psalterio decem chordarũ psallam tibi.) qui dat salutem regibus.) Iam
B fumantibus mõtibus. qui redemit Dauid seruum suum.] Agnoscis Dauid, estote Dauid. Vnde redemit Dauid seruum suum? Vnde redemit Christum? Vnde redemit corpus Christi? De gladio maligno erue me.) De gladio nõ sufficit, addit maligno. Proculdubio est gladius benignus. Quis
Mat.10. est gladius benignus? De quo dominus dicit, Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Separaturus enim erat fideles ab infidelibus, filios a parentibus, & cæteras necessitudines direpturus, gladio putredinem abscindenti, membra autem Christi sananti. Est ergo benignus gladius bis acutus, vtroque acumine prępotens, veteris & noui testamenti narratione præteritorum & promissione futurorum. Est ergo iste gladius benignus: ille autem malignus est, quo illi loquuntur vanitatem, quia benignus est quo deus loquitur veritatem. Er- Psal.56.
go a gladio maligno erue me. Filij quippe hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ab hoc gladio maligno erue me. Quem dixit modo gladium, ipsas superius dixit aquas multas. Erue me de aquis multis. Quas dixit aquas multas, ipsum dico gladium malignum. Denique de aquis multis cum di-
C xisset, secutus est, de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem. Et vt noueris ipsos dici, cum & hic dixisset, de gladio maligno erue me, secutus est, Et exime me de manu filiorum alienorũ, quorum os locutum est vanitatem.) Similiter sicut ibi, & quod sequitur, Dextera eorum dextera iniquitatis.] Hoc & supra posuerat, quando eos dixerat aquas multas. Tu enim ne aquas multas bonas putares, exposuit eas, in gladio maligno Nunc ergo exponat quod dixit, Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum vel quam vanitatem locutum est, os eorum? Et quomodo dextera eorum dextera iniquitatis? Quorum filij ipsorum velut nouellæ constabilitæ in iuuentute sua.) Felicitatem ipsorũ vult enumerare. Attendite filij lucis, filij pacis, attẽdite filij Ecclesiæ, membra Christi, attendite quos dicat alienigenas, quos dicat filios alienos, quos dicat aquas contradictionis, quos dicat gladium malignũ. Attendite obsecro, quia inter istos periclitamini, inter horum linguas aduersus carnis vestræ desyderia dimicatis. Inter horum linguas positas in manu diaboli, de
D quibus pugnat, colluctationem habetis, nõ aduersus carnem & sanguinem, sed aduer- Ephe.6.
sus principes & potestates & rectores mũdi tenebrarum harum, hoc est, iniquorum. Attendite vt discernatis vos, attendite ne putetis veram fœlicitatem esse, quam sibi optant homines aut infirmi aut maligni. Ecce fratres certe filios alienos dixit, certe aquas multas, certe gladium malignum. Videte vanitatem quam loquuntur, & cauete ne talia loquamini, cauete ne talia loquentes imitemini quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quam vanitatem locutum

eutum est os eorum, & quæ dextera eorũ iniquitatis est dextera? Audi, Quorum filij ipsorum velut nouellæ, constabilitæ à iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, & ornatæ sicut similitudo templi. Cellaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in hoc. Oues eorum fœcundæ, multiplicãtes in egressibus suis, boues eorũ crassi. Non est ruina sepis nec exitus, nec clamor in plateis eorum.) Ergo nõ est ista fœlicitas? Interrogo filios regni cœlorũ, interrogo progeniem resurrectionis in æternum, interrogo corpus Christi, membra Christi, templum dei. Ergo nõ est fœlicitas habere fi-
E lios incolumes, filias ornatas, plena cellaria, abundantiã pecorum, nullam ruinam, non dico parietis, sed nec sepis, nullum tumultum & clamorem in plateis, sed quietem, pacẽ, abundantiam, copiam rerum in domibus, in ciuitatibus? Ergo non est ista fœlicitas? Aut debent eam iusti defugere? Aut nõ inuenis domum iusti abundantem rebus his omnibus plenam ista fœ-
Gen.12. &.13. licitate? Non erat domus Abrahæ abundans auro, argẽto, filiis, familia, pecoribus?
Gen.32 Nonne Iacob sanctus patriarcha fugiens à facie Esau fratris sui in Mesopotamia serviens, ditatus egressus est, & egit gratias dño deo suo, quia in virga sua trãsiit fluuium, & regressus est cum tanta abundantia pecorũ atque filiorum? Quid dicimus? Non est ista fœlicitas? Sit licet, sed sinistra. Quid est sinistra? Tẽporalis, mortalis, corporalis. Nolo illam iã diffugias, sed neque dexterã putes. Non.n.isti ideo maligni, ideo vani, quia his abundabant, sed qa id quod sinistrũ esse debuit, in dextera ponebant. Ideo & dextera eorũ, dextera iniquitatis, ideo os eorum locutũ est vanitatẽ, quia hoc in dextera posuerunt, quod in sinistra habere debuerunt. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Deũ, æternitatem, annos dei non deficientes, de quibus dicitur, Et anni tui nõ deficiẽt.
Ps.101. Ibi dextera, ibi esse debet desyderium nostrum. Sinistra vtamur ad tempus, dexte-
Psal.61. ram desyderemus in æternum. Diuitiæ si
F affluant, ne apponatis cor. Si.n. diuitiis fluentibus cor apposueritis, quod sinistrũ est dextrum facietis. Corrigite vos, agnoscite sapientiam amplectentem vos: cui dictum est, Sinistra eius sub capite meo, &
Cant.2. dextera eius cõplectetur me. Videte amatoria sancta cantica, videte Cantica cantiorum nuptiarum cœlestium Christi & Ecclesiæ. Quid dicit sponsa de sponso? Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Sinistra sub capite, dextera super caput. Amplectentis.n. desup brachium super caput, sinistra autem subter caput. Sinistra, inqt, eius sub capite meo. Non.n.me deseret, & in temporalibus necessariis & desyderiis: sed tamen ipsa sinistra sub capite erit. Non capiti præponetur, sed sub capite erit, vt dextera eius complectatur me pollicens vitam æternam. Ita.n. sinistra sub capite, si dextera super
1.Th.4 caput, impleturq. quod ad Timotheum scriptum est, Promissionem habens vitæ præsentis & futuræ. Promissionem, inqt, habens vitæ præsentis & futuræ. Quid in
G præsenti? Sinistra sub capite. Quid in futuro? Dextera eius complectetur me. Tẽpori necessaria quæritis? Quærite primũ Matt.6.
regnum dei, id est, dexteram, & hæc omnia apponentur uobis. Habebitis hic, inquit, & diuitias, & gloriam, & in futuro seculo vitam æternam, & in sinistra continebo infirmitatem vestram, & dextera coronabo perfectionem vestrã. An forte Apostoli relinquentes omnia sua, aut pauperi Mat.19.
bus quod habebant distribuentes, sine diuitiis in hoc seculo remanserunt? Et vbi est illa promissio sinistræ, Accipiens in hoc seculo septies tantum? Multiplicationem promisit. Et reuera quid defit homini dei? Si quis forte infidelis est, vnam do Hiero-
mum aut paucas habet, fidelis hominis to nymus
tus mundus plenus diuitiarum est. Vide in prosinistram eius plenam sub capite: accipiet logo bi-
in hoc seculo septies tantum. Vide dexte- bliorũ.
ram complectentem, & in futuro seculo cap.8.
vitam æternam. Merito & alio loco de ipsa sapientia dicitur, In dextera eius anni vitæ, & in sinistra eius diuitiæ & honor. Prou.3.
Vnde ergo isti vaniloqui? Quare vanitatem locutum est os eorum? Quia dextera eorum dextera iniquitatis. Non ergo eos arguo, quia filij eorum velut nouellæ cõstabilitæ à iuuentute sua, nec quia filiæ eorum ornatæ sicut similitudo tẽpli, nec H
quia cætera abundantia & pax terrena aderat eis. Sed quare arguo? Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.] O loquentes homines vanitatem, Beatum dixerũt populum cui hæc sunt. Perdiderunt verã dexteram maligni, peruersi, beneficia dei vniuersi se vestierunt. O maligni, ò vani-

loqui,

loqui,ò filij alieni,beatum dixerunt populum cui hæc sunt.Quod ad siniſtram erat, ad dexteram poſuerunt. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Quid tu Dauid ? Quid tu corpus Chriſti ? Quid vos membra Chriſti? Quid vos non filij alieni,ſed dei?Quoniam vaniloqui filij alieni,beatũ dixerunt populum cui hæc sunt.Vos quid dicitis ? Beatus populus cuius dominus deus ipſius.]Habete ergo siniſtram,ſed in siniſtra deſyderate dexteram , vt ponami-
Mat. 25 ni ad dexteram. Ad siniſtram enim habuerunt Chriſtum,apud quos eſuriuit, & dederunt ei manducare : ſitiuit,potum dederunt:hoſpes fuit,ſuſceperunt:nudus fuit,veſtierunt.Hoc totum de siniſtra abſtulerũt, & ad dexteræ opera tranſtulerunt, vt ad dexteram ponerentur. Dixerunt ergo vaniloqui filij alieni , beatum populum cui hæc ſunt,vos dicite nobiſcum , Beatus populus cuius dominus deus ipſius.

In Pſalmum centeſimum quadrageſimumquartum Præfatio.

LAudare vobiſcum dominum deſyderauimus : & quoniam hoc concedere dignatus eſt,vt laus quam illi dicimus habeat ordinem ſuum , ne forte aliquo exceſſu quem laudat offendat , melius iter laudis in ſcriptura dei quærimus, & ab ipſa via,nec in dexteram nec in siniſtram dirigrediamur . Audeo enim dicere charitati veſtræ , vt bene ab homine laudetur deus quia laudauit ipſe deus . Et quia dignatus eſt laudare ſe ideo inuenit homo quemadmodum laudet eum. Neque enim hoc poteſt dici deo quod dictum eſt homini,Non
Pro.27. te laudet os tuum . Vt enim ſe homo laudet,arrogantia eſt: vt deus ſe laudet,miſericordia eſt. Prodeſt amare quem laudamus: bonum amando , nos meliores efficimur . Itaque quoniam hoc nobis prodeſſe nouit, vt amemus eum,laudando ſe amabilem ſe facit : etenim in eo nobis conſulit, quia ſe amabilem facit : Exhortatur ergo cor noſtrum in laudem ſuam,& in ſpiritu ſuo im
K pleuit ſeruos ſuos , vt laudarent eum . Et quoniam ſpiritus eius in ſeruis ſuis laudat eum,quid aliud quàm ipſe ſe laudat?

Expoſitio Pſalmi.

EXaltabo te deus meus rex meus, & benedicam nomen tuum in ſeculum , & in ſeculum ſeculi.]Videtis inchoatam eſſe laudem dei , & vſque in finem Pſalmi laus ipſa perducitur. Denique titulus pſalmi eſt,Laus ipſi Dauid .) Et quoniam dictus eſt Dauid qui venit ad nos ex ſemine Rom.1.
Dauid : ipſe autem rex noſter eſt, regens nos, & introducens nos in regnum ſuum : intelligitur laus ipſi Dauid, laus ipſi Chriſto. Chriſtus autem ſecundum carnem Dauid,quia filius Dauid: ſecundum diuinitatem autem creator Dauid, & dominus Dauid . Denique & Apoſtolus cum honoraret primum populum dei, vnde & Apoſtoli ipſi crediderunt, & multæ Eccleſiæ primæ factæ ſunt facientes in multis hominũ milibus quod modò ex Euangelio diues vnus audiuit , & triſtis abſceſsit.i.vendentes omnia quæ habebant , & diſtribuentes pauperibus & perfectionem in domino requirentes:cum ergo laudaret ipſum populum primum,ſic ait,Quorum patres & ex Mat.19 Rom.9.
quibus Chriſtus ſecundum carnem , q eſt ſuper omnia deus bñdictus in ſecula. Quia itaque ex ipſis Chriſtus ſecundum carnẽ, ideo Dauid . Quia vero ipſe eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula: ideo,exaltabo te domine deus meus rex meus,& benedicam,inquit , nomen tuum in ſeculum & in ſeculũ ſeculi. Forte in ſeculũ,hic:in ſeculum autem ſeculi,in æternum. Modo ergo incipe laudare,ſed in æternum laudaturus es. Qui laudare non vult in tranſitu huius ſeculi,obmuteſcet cum venerit ſeculũ ſeculi. Proinde ſequẽtibus verſibus propè hoc dixit, Ne quis etiam aliter intelligeret qđ ait , Laudabo nomen tuum in ſeculum : & quæreret aliud ſeculum quando laudaret. per ſingulos, inquit, dies benedicam te .) Lauda ergo & benedic dominum deum tuum per ſingulos dies , vt cum finiti fuerint ſinguli dies , & venerit fine fine vnus dies,eas ex laudibus in laudem,ſicut ex virtutibus in virtutem . Per ſingulos,inquit, dies benedicam te:& non tranſeat dies quo te non benedicam . Nec mirum eſt,ſi læto die tuo,benedicis deum tuum Quid ſi forte illuxerit aliquis triſtis dies , ſicut ſe habent humanæ res,ſicut eſt abundantia ſcãdalorum , ſicut eſt multiplicatio tentationum ? Quid ergo ſi aliquid accidat triſte homini,

M homini,deſines laudare deum? deſines benedicere creatorem tuum?Si deſinis,mentitus es dicendo,Per ſingulos dies benedicam te domine . Si autem non deſinis,& ſi tibi videtur in die triſti male , erit tibi in deo tuo bene. Eſt.n.& quando male,eſt tibi,vbi bene tibi ſit.Si.n.in aliquo malo male eſt tibi,proculdubio in aliquo bono bene tibi erit. Et quid tam bonũ quàm deus tuus: de quo dictum eſt,Nemo bonus niſi
Mat. 19 vnus deus ? Nam quam ſit ſecura iſta laudatio,& quàm ſit ſecurum hoc bene,intellige,de ipſo bono . Nam ſi gaudes de bono quod tibi accidit per diem , ſortaſſe tranſijt alio die bonum hoc vnde gaudes.Bene fuit mihi,bonum diem duxi,quia forte lucra venerunt,aut inuitatus es , aut in epulis diu fuiſti.Gaudes,quia in epulis diu fuiſti:alterte dolet, quia non erubuiſti . Veruntamen de quocunque tali bono gaudeas,certe tranſitorium eſt. Si autem gaudeas in domino deo tuo , audies dicentem
Pſal.36. ſcripturam, Delectare in domino . Tanto firmius gaudebis,quanto eſt ille certior in quo gaudebis . Si.n.gaudes de nummo,times furem.Si autem gaudes de deo,quid times?Ne tibi quiſquam auferat deum? Deũ nemo tibi auferet,ſi tu eum non dimiſeris. Non.n.ſic eſt deus , quomodo lux iſta de
A cœlo fulgens . Non quando volumus ad eam accedimus , non in omni loco lucet . Per infirmitatem noſtram forte fit,vt hyeme nos delectet eſſe in ipſa luce. Nunc autem per eſtatem videtis , quia magis eum locum quæſiuimus, vt in ipſa luce non ſtaremus . In deo autem tuo quando ſtas , & in lumine eius veritatis delectaris, nõ quæris locum quò ad eum accedas,ſed conſciẽtia accedit,& conſcientia recedit. Quod di-
Pſal.33. ctum eſt,accedite ad eum , & illuminamini : animo dictum eſt,non vehiculo;Affectibus dictum eſt,non pedibus. Et cum in ſtabis,æſtus non patieris:Spiritus enim ſpirabit tibi,& ſub alis eius ſperabis. Vides.n. habere te quomodo delecteris per ſingulos dies. Non enim te dimittet deus tuus,etiã ſi aliquid triſte acciderit . Quàm enim triſte erat quod ſancto viro Iob acciderat, quam repente,quàm multa mala,quemadmodum omnia de quibus gaudere putabatur,non de quibus gaudebat,diabolo tentante ſubtracta ſunt, quemadmodum & filij mortui ſunt ? Perijt quod ſeruabatur , perierunt quibus ſeruabatur,nec tamen perijt qui & illud & illos dedit. Quin & ipſi filij præſenti ſeculo perierunt , agnoſcendi & recipiendi in futuro . Ille tamen vir habens aliud vnde gauderet,in quo verum B
erat quod modo commemorauimus , Per ſingulos dies benedicam te: nunquid quia ille dies quo totum perierat triſtis illuxit , ideo lux interior in corde defecit? Stetit quippe in illa luce, & ait , Dominus Iob. 1.
dedit,dominus abſtulit, ſicut domino placuit , ita factum eſt , ſit nomen domini benedictum . Ergo per ſingulos dies laudauit , qui etiam in die tam triſti laudauit . Breue magiſterium eſt , vt ſemper laudes deum,vtòque corde non falſo dicas,Bene Pſal.33.
dicam dominum in omni tempore , ſemper laus eius in ore meo . Breue myſterium eſt,ſcilicet vt noueris eum miſericorditer dare cum dat , miſericorditer auferre cum tollit,nec te credas a miſericordia eius derelinqui,qui tibi aut blanditur dando ne deficias,aut corripi exaltantem ne pereas . Siue ergo in eius donis, ſiue in eius flagellis,lauda eum . Laus flagellantis,medicina eſt vulneris . Per ſingulos,inquit,dies benedicam te . Prorſus per ſingulos dies fratres benedicite : omnino quicquid acciderit,benedicite deum. Etenim ne accidat aliquid quod ferre non poteſtis , ipſe facit . Ideo cum timore debes eſſe , quando tibi bene eſt,neque te ad hoc parare quaſi nunquam tenteris. Si enim nunquam tentaris, nunquam probaris . Nonne melius eſt tẽtarj & probari,quam non tentatum repro C
bari ? Et laudabo nomen tuum in ſecu- Gimel.
lum, & in ſeculum ſeculi . Magnus dominus & laudabilis valde .] Quantum dicturus erat ? Quæ verba quæſiturus ? Quantam conceptionem concluſit in vno valde ? Cogita quantum vis . Quantum autem poteſt cogitari qui capi non poteſt ? Laudabilis eſt valde : Et magnitudinis eius non eſt finis .) Ideo dixit valde , quia magnitudinis eius non eſt finis : ne forte incipias velle laudare , & putes ne laudando poſſe finire, cuius magnitudo finem non poteſt habere . Noli ergo te putare eum , cuius magnitudinis finis non eſt,ſufficienter poſſe laudare. Nonne ergo melius eſt,vt quomodo ipſe non finitur, nec laus ipſius finiatur ? Illius magnitudine fine fine eſt , & tua laudatio ſine fine ſit. De magnitudine eius quid dictũ eſt? Magnitudinis eius nõ ẽ finis. De tua laude quid?

quid? Laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi. Ergo sicut eius magnitudinis non est finis, sic tuæ laudis nō erit finis. Non.n.cum mortuus fueris in hac carne, desines laudare dñm. Dictū est quidem. Non mortui laudabunt te dñe: sed ille de quibus dicitur, A mortuo velut qui non sit, perit confessio: non ille de quibus dixit, Qui credit in me licet moriatur viuet: quia deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, nō est deus mortuorum, sed viuorum. Si.n.nunquam nisi ipsius eris, nūquam a laude ipsius tacebis. Timere poteris ne dum hic viuis, ipsius sis: & cum mortuus fueris, non ipsius sis. Audi Apostolū promittentem tibi securitatem, Siue viuimus domino viuimus, siue morimur dño morimur. Siue ergo viuimus siue ergo morimur, dñi sumus. Et vnde factum est, vt eius sis & mortuus? Quia pretio sui sanguinis te redemit, & mortuus. Quomodo perdit seruum mortuum, cuius mors est p̄cium tuum? Ideo cum dixisset, Siue viuimus siue morimur domini sumus, vt ostēderet suum preciū: Ad hoc.n. inquit, Christus mortuus est, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Veruntamen quia magnitudinis eius non est finis, & eum qué non capimus laudare debemus: Si.n. capimus, magnitudinis eius est finis: si autem magnitudinis eius non est finis, capere eo aliquid possumus, deum tamen totum capere non possumus: tanquam deficientes in eius magnitudine, vt reficiamur eius bonitate, ad opera respiciamus, & de operibus laudemus operantem, de conditis conditorem, de creatura creatorem. Videamus q̄ hic fecerit, quæ nobis nota sunt, quæ nobis manifesta sunt. Illius enim immensa bonitas & interminabilis magnitudo, quāta alia fecit quæ nos non nouimus? Quandoquidem aciem oculorum nostrorum vsque ad cœlum extendimus, & a sole & a luna & a stellis rursus reuocamus ad terram. Et hoc totum spatium est vbi vagatur acies nra. Vltra cœlos quis extendat vel aciem mentis, non dicam carnis? Ergo quantum nota sunt nobis opera eius, laudemus eum per opera eius. Inuisibilia enim eius a constitutione mundi opera, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Generatio & generatio laudabit opera tua.]Omnis generatio & generatio laudabit opera tua. Forte enim omnis generatio dicta est generatio & generatio. Non enim tandiu dicturus erat generatio & generatio, quandiu finiret numerum omnium generationum, sed repetitio loquentis, in infinitum misit animum cogitantis. Ecce ista generatio quæ nunc in carne est transitura hinc, sicut venit, laudat opera dei, & illa quæ succedit & credit, laudabit vtique opera dei, & post illam erit alia, & vsque in finem seculi quāmultæ generationes. Hoc significans ait, generatio & generatio laudabit opera tua. An forte duas quasdam generationes insinuare voluit ista repetitione? Sumus enim in ista generatione filij dei, erimus in alia generatione filij resurrectionis. Appellauit scriptura, filios resurrectionis, ipsam resurrectionem regenerationem vocauit, In regeneratione, inquit, cum venerit & sederit filius hominis in maiestate sua. Item in alio loco, Non enim nubent neque vxores ducent, cum sint filij resurrectonis. Ergo generatio & generatio laudabit opera tua. Laudamus nunc opera domini, cum in hac mortalitate viuimus. Et si laudamus compediti, quomodo laudabimus coronati? Ergo hæc nunc attendamus in hac generatione opera domini, in cuius laude dicitur, Generatio & generatio laudabit opera tua, quoniam magnitudinis tuæ non est finis. Opera tua intueri licet vt tu lauderis qui talia operaris. Et virtutem tuam annūciabunt.) Neque enim opera tua laudabūt, nisi vt virtutem tuam annuncient. Proponuntur laudes pueris in schola, & omnia talia proponuntur quæ laudentur, quorū deus est operator. Proponitur homini laus solis, laus cœli, laus terræ, vt ad minora veniam, etiam laus rosæ, laus lauri. Omnia ista opera dei sunt. Proponuntur, suscipiūtur, laudantur, opera celebrantur, de operatore tacetur: ergo in operibus volo laudare creatorem, ingratum non amo laudatorē. Laudas quicquid fecit, taces de illo qui fecit? Quasi vero nisi ille tantus esset, inuenires quod laudares? In eo quod vides, q̄d ibi laudaē? Species, vtilitas, aliqua virtus, aliqua potentia rerum istarum? Si pulchritudo te delectet, quid pulchrius faciente? Si vtilitas laudatur, quid illo vtilius qui fecit omnia? Si virtus laudatur, quid illo potentius a quo etiam facta non dimittuntur, sed reguntur & gubernantur omnia? Non ergo quemadmodum quidam eloquētes muti, laudantes creaturam, obliuiscentes creatorem:

Ps. 113.
Eccles. 17.
Ioan. 11
Ro. 14.
Rom. 1.
Mat. 19 & 22.

torem: non sic te laudat generatio in seruis tuis, cū laudat opera tua: Sed qūo laudat? Et virtutē tuā annūciabūt. In laudādis operibus tuis, virtutem tuam annunciabunt. Laudatores isti, sancti & boni, fideles, veri laudatores, non ingrati gratiæ cū laudant opera dei hæc atq. illa, summa & ima, cœlestia & terestria, inter ipsa opera dei quæ laudant, & seipsos inueniunt, quia in operibus dei & ipsi sunt. Qui enim fecit omnia, ipse nos fecit inter omnia. Proinde si laudes opera dei, & te laudaturus es, quia & tu opus dei es. Vbi est ergo, Non te laudet os tuum? Ecce inuentum est quomodo & te laudare possis, & arrogans nō sis. Deum in te lauda, non te, non quia tu es talis, sed quia ille fecit te: non quia tu aliquid potes, sed quia potest ille in te & per te: ac per hoc laudabunt te, & virtutem tuā annunciabunt, non suam, sed tuam. Discite ergo laudare, intuētes opera, miramini artificem, gratias agendo, non arrogando. Laudate quia ipse fecit, quia sic constituit, quia talia donauit. Deniq. vide quæ sequūtur, Virtutem, inquit, tuam annunciabūt. Et magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt, Et virtutem metuendorum tuorum dicent, & magnitudinem tuam enarrabunt.] Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Non nisi tua, Non nisi tuam. Iste operum consyderator, vide si deflexus est ab operante ad opus, vide si decidit ab eo q̄ fecit ad ea quæ fecit. Ab his quæ facta sūt gradum sibi fecit ad eum, non ab illo ad ista casum. Si enim amaueris hæc plus q̄ illum, non habebis illum. Et quid tibi prodest abundare operibus, si te deserit operator? Certe ama & hæc, sed plus illum ama, & hæc propter illum ama. Annuncia virtutem eius, magnificentiam gloriæ sanctitatis eius loquere, mirabilia eius enarra, virtutem metuendorum dic. Iste.n.amabilis & terribilis. Non enim blanditur & non minatur: si non blandiretur, nulla esset exhortatio: si nō minaretur, nulla esset correctio. Dicent ergo laudatores tui, & virtutem metuendorum, virtutem creaturæ tuæ punientis, & disciplinam dantis, dicent, non tacebunt. Non enim prædicabunt regnum tuum æternum, & tacebunt ignem æternum. Laus enim dei in via te constituens, ostēdere tibi debet & q̄d diligas, & quid timeas, & quid appetas, & q̄d fugias, & quid eligas, & quid reijcias. Tēpus electionis nunc est, acceptionis postea erit. Dicatur ergo virtus metuendorum. Et magnitudinem, inquit, tuam enarrabūt eā. Sic infinitam, sic quemadmodum magnitudinis tuæ non est finis, non de illa tacebunt, Illam, inquam, magnitudinem tuā de qua superius dixerat, & magnitudinis tuæ non est finis, enarrabunt eam. Quomodo enarrabunt eam si finis nō est? Enarrabunt eam cum laudabunt eam. Et quia finis eius nō est, sic & laudis eius non erit finis. Probemus quia non erit finis laudis eius, Beati, inquit, qui habitant in domo tua, in secula seculorū laudabunt te. Et magnitudinē tuā illam, illam infinitam enarrabunt eā. Memoriā abundātiæ suauitatis tuæ eructabunt.) O epulas fœlices. Quid manducabunt qui sic eructabunt? Memoriā abundantiæ suauitatis tuæ. Quid est, memoriam abundantiæ suauitatis tuæ? Quia nos oblitus nō es, cum nos obliti te fueramus. Omnis enim caro oblita erat deum, ille tamen opera sua nō est oblitus. Hæc memoria eius super nos, quia non nos oblitus est, prædicanda est, enarranda est: & quia valde dulcis est, manducanda & eructanda est. Sic manduca, vt eructes, sic accipe, vt des. Manducas cum discis, eructas cum doces: manducas cum audis, eructas cū p̄dicas: hoc tū eructas quod mādducasti. Denique ille auidissimus epulator Ioannes Apostolus, cui non sufficiebat ipsa mensa domini, nisi discumberet super pectus domini, & de arcano eius biberet diuina secreta, q̄d eructauit? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Memoriam ergo abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Quomodo non sufficit memoriam tuam, nec memoriam abundātiæ tuæ,, vel memoriam suauitatis tuæ, sed memoriam abundantiæ suauitatis tuę? Et enim quid prodest si abundet, & insuaue est? Item molestum, si suaue & parum est. Ergo, memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, quia non es tu oblitus nostri, & non oblitus commonuisti nos, vt & nos reducas in memoriam. Commemorabuntur enim & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Quia ergo memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: intelligentes in se nihil boni esse quod à te non sit, nec potuisse conuerti ad te, nisi commonerentur abs te: nec reduci

Pro. 27.
Psal. 83.
Saen.
Ioā. 13.
Ioan. 1.
Psal. 21.

potuisse in memoriam tui si tu obliuiscereris illorum. Hæc consyderantes in gratia tua. Et iustitia tua exultabunt.)Hæc, inquam,in tua gratia consyderantes,exultabũt iustitia tua non sua. Frẽs si vultis eructare gratiam,bibite gratiam. Quid est,bibite gratiam? Discite gratiã,intelligite gratiam. Nos antequam essemus omnino nõ eramus,& facti sumus homines, cum antè nihil essemus. Deinde iam ipsi homines ex
Ephe.2. M traduce illius peccatoris & maligni eramus,& filij iræ natura sicut & cæteri. Attendamus ergo gratiam dei, nõ solum qua fecit nos, verumetiam qua refecit. Cui ergo debemus, quia sumus: illi debemus quia & iustificati sumus. Nemo quasi tribuat deo, quia est: & sibi tribuat, quia iustus est. Melius est enim quod tibi vis tribuere,quàm quod illi. Melius est.n. aliquid esse quia iustus es, quàm quia homo es. Inferius aliquid das deo, & superius tibi. Totum illi da,in toto ipsum lauda,non cadas de manu artificis. Vt esses qs
Gen. 2. fecit? Nonne scriptũ est quia sumpsit deus limum de terra,& formauit hominẽ? Antequam homo esses,limus eras:antequam limus esses,nihil eras. Sed non de isto solo figmento gratias agas artifici tuo. Audi
Ephe.2. aliud eius figmentum vbi te fecit: Non ex operibus,ait,ne forte quis extollatur. Sed qur dixit, Non ex operibus ne quis extollatur,superius quid commemorauit? Gratia salui facti estis per fidem,& hoc vt salui essetis per fidem nõ ex vobis. Apostoli verba sunt non mea, Gratia salui facti estis p fidem,& hoc vt salui essetis per fidem, nõ ex vobis. Quanuis & hoc ipsum quod dixerat gratia, vtique non ex vobis, sed ne quis aliter intelligeret,planius hoc aperire
A dignatus est. Da intellectorem & totum dixit. Gratia salui facti estis. Vbi audis gratiam,gratis intellige. Si ergo gratis,nihil tu attulisti,nihil meruisti. Nam si meritis aliquid redditum est,merces est, non gra-
Ro. 10. tia. Gratia,inquit,salui facti estis per fidẽ. Expone illud apertius propter arrogantes propter sibi placentes,propter ignorantes, dei iustitiam & suam volentes cõstituere. Audi hoc idem apertius, Et hoc, inquit, quòd gratia salui facti estis, non ex vobis sed dei donum est. Sed & nos forte ali-
Ephe.2. quid fecimus, vt dona dei mereremur? Non ex operibus, inquit ne forte quis extollatur. Quid ergo? Nos bene non operamur? Immo operatur. Sed quomodo? Ipso in nobis operante, quia per fidem locum damus in corde nostro, ei qui nobis & per nos bona operamur. Audi enim vnde opereris bona. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Ista est suauitas abundans memoriæ ipsius circa nos. Hanc eructando prædicatores eius, iustitia eius exultabunt, non sua. Quid ergo vt simus, & laudemus, vt iustia tua exultemus, & memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructemus? Quid ergo nos fecisti domine, quem laudamus? Dicamus,& cum dicimus laudamus. Mi- H
sericors & miserator domine, longanimis & multum misericors.]Suauis deus omnibus, & miserationes eius in omnia opera eius. Nisi ille talis esset, de nobis repetitio & reparatio talis nulla esset. Attende ad teipsum,quid merebaris peccator? Contemptor dei qd merebaris? Vide si occurrit tibi nisi pœna, si occurrit tibi nisi supplicium. Vides ergo quid tibi debebatur, & quid dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori, datus est spiritus & spes iustificationis, data est charitas, dilectio, in qua omnia bona facias, & super hæc dabit & vitam æternam & societatem angelorum. Totum de misericordia. Merita tua nusquam iactes quia & ipsa tua merita illius dona sunt. Et iustitia tua exultabunt misericors dominus,qui fecisti omnia gratis, Longanimis. Quantos enim sustinet peccatores? Misericors & miserator dominus, in his quibus veniam dedit, in his quibus non dedit adhuc, longanimis, non damnans sed expectans,ipsa exctatione clamans, Conuertimini ad me, Mala.3.
& ego conuertar ad uos, Et nimia lon- Eze.18.
ganimitate, nolo, inquit, mortem impij &.33.
tantum vt reuertatur & uiuat. Ille quidẽ I
longanimis, tu autem secundum duritiã Rom.2.
cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Non enim modo sic longanimis in sustinendo, vt nunquam iustus in vindicando. Distribuit tempora, uocat te nunc, exhortatur te nunc, expectat donec respiceas & facias, & tu tardas. Magna eius misericordia & in hoc quod diẽ vitę tibi incertum fecit,vt nescias quando hinc emigrabis, & cum quotidie speras,
te

te aliquando conuertas: & in hoc eius magna misericordia. Cæterum si statuisset diẽ, omnibus faceret abundare peccata de securitate. Dedit ergo spẽ veniæ,ne desperando amplius pecces:& spes & desperatio timẽda est in peccatis. Videte vocẽ desperantis ad augenda peccata, & qũo vtrique voci occurrit prouidentia & misericordia dei. Audi vocẽ desperantis,Iam,inquit, dãnandus sum, quare non facio quicquid volo? Audi & vocem sperantis, Misericordia dñi magna est, quando me conuertero dimittet mihi omnia, quare non facio quicqd volo? Desperat vt peccet,sperat vt peccet. Vtrunque metuẽdum est,vtrunq.
K periculosum. Væ a desperatione,væ a peruersa spe,Vtrique huic periculo, & vtriq. malo quomodo occurrit misericordia dei? Quid dicis tu qui desperãdo volebas peccare? Iã damnandus sum, quare non facio
Eze.18. &.33. quicquid volo? Audi scripturã. Nolo mortem impij, tantum vt reuertatur & viuat. Hæc voce dei reducitur in spe, sed timendus est alius laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo & tu dicebas q spe magis peccas? Qñ me conuertero, omnia mi
Eze.33. hi deus dimittet,faciã quicquid volo. Audi & tu scripturam, Nõ tardes cõuerti ad dominum, neque differas de die in diẽ,subito enim veniet ira illius, & in tempore
Eccli.5. vindictæ disperdet te. Noli ergo dicere, Cras me conuertã,eras deo placebo,& omnia hodierna & hesterna dimittuntur mihi. Verũ quidem dicis,quia deus conuersioni tuæ indulgentiam promisit, sed dilationi tuæ diẽ crastinum nõ promisit.[Suauis dñs omnibus, & miserationes eius in omnia opera eius.] Quare ergo damnat?
Matt.5. Quare flagellat? An quos dãnat,an quos flagellat nõ sunt opera eius? Planè opera eius. Et vis nosse quia super opera eius miserationes eius? Inde est illa lõganimitas,
L qua facit solem suum oriri super bonos & malos. Nõne miserationes eius in omnia opera eius, qui pluit super iustos & iniustos? Nonne miserationes eius in omnia opera eius? Longanimis expectat peccato
Mala.3. rem dicens, Conuertimini ad me,& conuertar ad vos. Nõne miserationes eius in omnia opera eius? Et cum dicit, Ite in
Mat.25 ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Hic nõ miseratio eius,sed veritas & seueritas eius. Miseratio eius reddita ẽ opibus eius,seueritas eius est,nõ in opa sua,sed in opa tua. Deniq. si tollas opera tua mala, & non in te remaneant nisi opera eius, non te dimittet miseratio eius: si autem tu non dimittis opera tua, erit seueritas eius in opera tua,non in opera sua. Confiteantur tibi domine omnia opera tua,& sancti tui benedicant te.]Omnia opera tua confiteantur tibi. Quid enim? Terra non est opus eius? Ligna non sunt opera eius? Planè & hæc sunt opera eius. Et quomodo ei confitebuntur & hæc? Video quidem in angelis confiteri illi opera eius. Etenim opera eius sicut sunt angeli, & homines opera eius sunt. Et cum confitentur illi homines, opera eius illi confitentur. Nunquid ligna & M
lapides vocem habent confessionis? Prorsus confiteantur ei omnia opera eius. Quid dicis? Et terra & ligna omnia opera eius. Si omnia laudant, cur non omnia confitentur? Confessio enim non peccatorum tantum dicitur,sed & laudis. Ne forte vbicunque auditis confessionem, putetis iam non esse nisi peccati. Vsqueadeo enim hoc putatur, vt quando sonuerit de diuinis eloquijs,continuo sit consuetudo pectora tundere. Audi quia est & laudis confessio. Nunquid dominus Iesus Chri- Mat.11.
stus habebat peccatum? Et tamen ait,Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Confessio est ergo in laude. Proinde quid accipiendum, Confiteantur tibi domine omnia opera tua? Laudent te omnia opera tua. Sed talis quæstio redit ad laudem, qualis erat in confessione. Si enim propterea confiteri non poterunt, terra, ligna, & quæque insensata, quia vocem non habent confitendi: ideo nec laudabunt, quia vocem non habent prædicandi. Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant deambulantes inter flãmas innoxias,quibus spatium erat, non solum non ardendi, sed etiam laudandi deum? omnibus dicunt a cœlestibus vsque ad terrena, benedicite, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula? Ecce quomodo dicunt hymnum. Ne- Dani.3.
mo hoc sentiat quod mutus lapis aut mutum animal habeat rationem intelligendi deum. Hoc qui putauerunt, multum a veritate aberrauerunt. Deus ordinauit omnia, & fecit omnia. Quibusdam dedit sensum, & intellectum & immortalitatem, sicut angelis: quibusdam de-

dit sensum & intellectum cum mortalitate, sicut hominibus: quibusdam dedit sensum corporis, nec intellectum, nec immortalitatem, sicut pecoribus: quibusdam verò nec sensum, nec intellectum, nec immortalitatem, sicut herbis, lignis, lapidibus, tamẽ & ipsa in genere suo deesse non possunt, & gradibus quibusdam ordinauit & ornauit creaturam, a terra vsque ad cœlum, a visibilibus ad inuisibilia, a mortalibus ad immortalia. Ista contextio creaturæ, ista ordinatissima pulchritudo, ab imis ad summa conscendens, a summis ad ima descendens, nusquam interrupta, sed dissimilibus temperata, tota laudat deum. Quare ergo tota laudat deum? Quia cum eam consyderas & pulchram vides, tu in illa laudas deum. Vox quædam est certe mutæ terræ, species terræ. Attendis eius speciem, vides eius fœcunditatem, vides eius vires quomodo concipiat semen, quomodo plerunque
H afferat quod non est seminatum, vides, & consyderatione tanquam interrogas eam, & ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autem inquisieris admirans & perscrutatus fueris, & magnam vim & magnam pulchritudinem, præclaramque virtutem inueneris, quoniam apud se & a se habere hãc virtutem non posset, continuo tibi venit in mentem quia non potuit a se esse, nisi ab illo creatore. Et hoc quod in illa inuenisti, vox confessionis ipsius est, vt laudes creatorem. Nonne consyderata vniuersa pulchritudine mundi huius, tanquam vna voce tibi species ipsa respondet, non me ego feci sed deus? Ergo, confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant te. Vt in confessione operum tuorum sancti tui te benedicant, ipsi sancti tui inspiciant creaturam confitentem, & illorum vocem audi benedicentem. Etenim cum
Caph. sancti tui benedicunt te, quid dicunt? Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.]Quam potens deus qui fecit terram, quàm potens deus qui impleuit terram bonis, quàm potens deus qui dedit vitas suas proprijs animalibus, quàm potens deus qui semina diuersa dedit visceribus terræ, vt germinarent tantam varietatem
I fruticum & fructum cum tanta specie arborum: quam potens deus, quàm magnus deus. Tu interroga, creatura respondet, & de responsione tanquam confessione creaturæ tu sancte dei benedices deum, Et po-

In fra Psa. 148.

tentiam tuam loquentur. Vt notam faciãt filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnitudinis decoris regni tui.]Sancti ergo tui commendant gloriam magnitudinis decoris tui, magnitudinis decoris gloriam. Est quædam magnitudo decoris regni tui, hoc est, regnum tuum habet decorem & magnum decorem: quandoquidem quicquid habet decorem, a te habet decorem. Ipsum regnum tuum qualem decorem habet? Non nos terreat regnum, habet & decorem quo delectemur. Etenim quale illud decus est? Quo perfruentur sancti quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum dei. Vnde ibũt? Quo ibunt? Videte fratres, & si potestis q̃tum potestis cogitare decorem regni illius quod venturum est: vnde est in oratione nostra, Adueniat regnum tuum. Ipsum.n. regnum optamus vt veniat, hoc regnum venturum sancti prædicant. Mundum istũ attendite, decorem habet: quem decorem habet terra, mare, aer, cœlum, sydera? Omnia hæc. Nonne omnem cõsyderationem terrent? Nonne pulchritudo ipsa sic eminet, vt quasi pulchrius nihil inueniri possit? Et hic viuis in isto decore, in ista pulchritudine, propè iam ineffabili. Hic viuũt tecum & vermiculi & mures, & omnia terræ repentia & serpentia, ista tecum viuunt in decore isto. Quale decus est illius regni, vbi tecum non viuunt nisi angeli? Iõ parum fuit, vt diceret gloriam decoris. Potuit enim dici, & gloriam decoris cuiuslibet speciei etiam in hoc mundo constitutæ vel de terra viuentis, vel de cœlo fulgẽtis: sed magnitudinis decoris regni tui aliquid commendat quod nõdum videmus, quod nondum vilum credimus, quod creditum desyderamus, propter cuius desyderium omnia sustinemus. Est ergo magnitudo decoris cuiusdam, ametur antequam videatur, vt cum visa fuerit teneatur. Regnum tuum.)Quod regnum dico? Regnum omnium seculorum.)Nam & regnum huius seculi habet decorem suum, sed non est ibi magnitudo illa decoris qualis est in regno omnium seculorum: Et dominatio tua in omni generatione & generationem.]Hęc est illa repetitio, vel omnem generationẽ significans, vel generationem illam quæ erit post hanc generationem. Fidelis dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.)Fidelis dominus in verbis

Lamech

Mat. 25

Mat. 6.

K

Mem.

L

Num.

bis suis. Quid.n. promisit & non dedit? Fidelis dominus in verbis suis. Adhuc quædam promisit & non dedit, sed creditur illi ex his quæ dedit. Fidelis dñs in verbis suis. Possumus illi credere tantummodo dicenti? Noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneri scripturam suam sanctam, qũo si diceres alicui homini cũ aliquid ꝓmitteres, Non mihi credis, ecce ego scribo tibi. Etenim quia generatio vadit, & generatio venit, & sic trãscurrunt ista secula cedẽtibus succedentibũsque mortalibus, scriptura dei manere debuit, & quoddam chirographum dei q̃d omnes transeuntes legerent, & viam promissionis eius tenerẽt. Et quãta sunt quæ reddidit ex isto chirographo? Dubitant homines credere illi de resurrectione mortuorum & de futuro seculo q̃d solum iam reddendũ restet, quando si faciet rationẽ cum infidelibus, erubescunt infideles? Si dicat tibi deus, chirographum meum tenes, iudicium promisi de
M redditione bonorum & malorum, regnũ sempiternum fidelibus, & non vis credere? Ibi in chirographo meo lege omnia q̃ tibi promisi, deduc mecum rationẽ, certe
Rom. 8. vel computãdo quæ reddidi potes me credere redditurum esse quod debeo. In ipso chirographo habes promissum vnicum filiũ, cui non peperci, sed ꝓ vobis omnibus
Acto. 2. tradidi eum. Iam computa in redditis, lege chirographum. Promisi ibi, per filium meum pignus spiritus sancti me daturum, computa redditum. Promisi ibi sanguinẽ & coronas martyrum glorioſiſsimorum, computa redditũ, iam admoneat te massa debiti mei. Sed & hæc gloria martyrũ, vt redderetur tibi promissa in chirographo,
Psal. 43. vbi scriptum est, Propter te mortificamur
Psal. 2. tota die, vt hoc redderet, Fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in vnus aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius. Principes conuenerunt in vnum, cõspirantes aduersus Christianos. Quid? Ipsorum regum fidem, Nonne & promisi in chirographo, & reddidi in effectu? Attende vbi promisi, Adorabunt eũ
Psal. 71. omnes reges terræ, omnes gentes seruiẽt
A illi. Ingrate, legis debitum, cernis redditũ, non credis promissum? Lege aliud in chirographo meo, Quoniam fremuerunt gẽtes, quoniam inimici mei dixerunt mala mihi: hoc est Christo, Quando morietur & peribit nomen eius. Quoniam hæc om nia fecerunt atque dixerunt, lege q̃d promisi, cui me soluendo obstrinxi. Prævalebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum vnusquisque de loco suo. Nempe iam prævaluit, & exterminat omnes deos gentium terræ. Nonne & hoc facit, & hoc reddit? Ante oculos omnium ponit solutionem debitorum suorum. Quædam reddidit sub maioribus nostris quæ nos non vidimus, quædam reddidit temporibus nostris, quæ illi non viderũt. Per omnes generationes reddidit q̃ scripta sunt. Et quid restat? non ei creditur? His omnibus redditis, quid restat? Ecce feciſti rationem, tãta reddidit. Nunquid propter pauca residua infidelis est factus? Absit. Quare? Quia fidelis dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Confirmat dominus oẽs decidentes.) Sed quos omnes decidentes? Omnes non omnino decidentes, sed modo quodam decidentes. Psal. 5.
Etenim multi decidunt ab eo, multi autẽ decidunt à cogitationibus suis. Si habebat B
malas cogitationes decidunt ab eis, & confirmat dominus omnes decidentes. Qui aliquid amittunt in isto seculo & sancti sunt, veluti exhonorantur in isto seculo. Ex diuitibus fiunt pauperes, ex honoratis fiunt abiecti, & tamen sancti dei sunt, tanquam decidentes sunt. Sed confirmat dominus omnes decidentes. Septies.n. cadit iustus & resurgit, impij autem infirmabũ
Pro. 24. tur in malis. Quando mala accidunt impiis, infirmantur ibi. Quando mala accidunt iustis, confirmat dominus omnes decidentes. Deciderat Iob à gloria pristinæ lucis temporalium rerum, quibus nitebat ad tempus, deciderat à gloria domus suæ.
Iob. 1. Vultis nosse quantum deciderat? In stercore sedebat, & confirmauit dominus decidentem. Quantum confirmauit? Vt & in ipso graui vulnere, quo per totum corpus percussus erat, responderet vxori tẽtanti, quam solam sibi diabolus reliquerat
Iob. 2. adiutricem, Locuta es tanquam vna ex insipientibus mulieribus, Si bona percepimus de manu domini, mala non sustinea mus? Quomodo confirmauerat decidentem? Confirmat dominus omnes decidẽtes. Cum ceciderit, inquit, iustus non con
Psal. 36. turbabitur, quoniam dominus confirmat manũ eius. Et erigit omnes elisos.)Om-

nes ad se pertinentes. Nam deus superbis resistit: Oculi omnium in te sperant, & tu das escam illis in opportunitate.) Prorsus tanquam reficiens ægrotum in opportunitate, quando debet accipere tunc das, & quod debet hoc das. Itaque aliquando desyderatur ab illo & non dat, nouit horam dandi qui curat. Quare ista dico fratres? Ne quis quando forte non fuerit exauditus aliquid iustum petens à deo: nam quando iniustum aliquid petit, in pœnam suam exaudiatur, sed aliquid non iniustum petens: si fortè non fuerit exauditus, non minuatur animo, non deficiat, expectent oculi eius ad escam quam ille dat in oportunitate. Quando non dat, ideo non dat, ne obsit quod dat. Non enim aliquid iniustum petebat Apostolus, quando
2.Co.12 rogabat vt auferretur ab eo stimulus carnis, angelus satanæ à quo colaphizabatur, & tamen rogauit & non accepit, quia tempus adhuc erat exercendæ infirmitatis, & non escæ oportunitatis. Sufficit, inquit, tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Petijt Iob tentandum diabolus,
Iob.1. & accepit. Attendite fratres mei magnũ
D mysterium discendum, repetendum, tenẽdum animo, nunquam obliuiscendum, propter abundantiam tentationum in isto seculo. Quid dicam? Reuera comparandus Apostolus diabolo? Apostolus rogat & non accipit, diabolus petit & accipit. Sed non accipit Apostolus propter perfectionem suam, accepit diabolus ad damnationem suam. Denique ipse Iob accepit sanitatem in opportunitate. Dilatus est enim vt probaretur, & diu sedit in puluere, & multa dixit, & rogabat deum, vt auferrentur ab eo ista, & deus non auferebat: Citius diabolum exaudiuit ad eum tẽtandum, quàm ipsum Iob ad sanandum. Discite ergo non murmurare aduersus deum, & quando non exaudimini, ne deficiat in vobis quod supra scriptum est,
Psal.68. Per singulos dies benedicam te. Ipse filius ipse vnicus patris vtique venerat solPhili.2. uere quod non debebat, mori in manibus peccatorum, sanguine suo delere chirographum mortis nostræ. Ad hoc venerat, & tamen vt tibi ostenderet exemplũ patientiæ, transfigurauit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ: Pater,
Mat.26. inquit, si fieri potest, transeat calix iste à me. Et vt impleret, quanuis non accipere quod petere videbatur, per singulos dies benedicam te: verum non quod ego volo, ait, sed quod tu vis pater. Oculi om E nium in te sperant, & tu das escam illis in opportunitate: Aperis tu manum tuam, Ps.
& imples omne animal benedictione.] Etsi non das, aliquãtum das, tamen das in opportunitate: differes non aufers, & hoc in opportunitate. Iustus dominus in omnibus vijs suis.] Et quando cædit & quando curat iustus est, & apud eum iniquitas non est. Denique omnes sancti in tribulationibus cõstituti, prius iustitiam eius laudauerunt, & sic beneficia petiuerũt: Prius dixerunt, iustum est quod facis. Sic rogauit Daniel: sic alij sancti, Iusta sunt iudicia Dani.3.
tua, bene passi sumus, recte passi sumus: Non dederunt deo iniustitiam suam, non ei dederunt iniquitatem & insipientiam. Laudauerunt primo flagellantem, & si sen serunt cibantem, Iustus dominus in omnibus vijs suis. Nemo putet illum iniustum quando mali aliquid forte patitur, sed ipsius iustitiam laudet, & suam iniustitiam accuset. Iustus dominus in omnibus vijs suis, Et sanctus in omnibus operibus suis. Propè est dominus omnibus inuocãtibus eum.] Et vbi est illud, erit enim: cum inuo Coph.
cabunt me & non exaudiam eos? Ergo vide quod sequitur: Omnibus qui inuocant eum in veritate.) Nam multi eum inuo Ioelis.2.
cant non in veritate. Aliud ab illo quæ Hier.2.
runt, non ipsum q̃runt. Quare amas deũ? et Pue.
quia dedit mihi sanitatem. Istud manifeF
stum est, quia ipse dedit. Nõ enim ab vllo esi vlla salus, nisi ab illo. Quia dedit mihi, inquit, vxorem diuitem qui nihil habebã, & seruientem mihi. Et hoc ipse dedit, verum dicis. Dedit, inquit, filios, & multos, & bonos, dedit familiam, dedit omnia bona. Ideo amas? Ideo nihil amplius quæris. Esto esuriens, adhuc pulsa ad ianuam patrisfamilias, habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quæ accepisti, & nescis. Pannosam carnem mortalitatis adhuc portas, stolam illam gloriæ immortalitatis nunquid accepisti, & quasi iã
fatiatus non rogas? Beati qui esuriunt & Matt.5.
sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Ergo si bonus est deus, quia ista tibi dedit, quanto beatior eris cum seipsum tibi dederit? Desiderasti tanta ab illo, rogo te desidera & ipsum. Neque enim uere dulciora sunt ista quàm ille, aut ex aliqua parte com-

paranda sunt illi. Ergo qui deũ ipsum à quo accepit de quibus gaudet, præponit his omnibus rebus quas accepit, ipse inuocat deum in veritate. Nam vt noueritis si
G talibus hominibus proponatur & dicatur, quid ista omnia, de quibus gaudes velit tiIob.1. bi auferre deus, iam non amabitur. Non erit qui dicat, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Sed forte cui abstulit, quid dicit? Deus quid tibi fecit? Quare mihi abstuli: & illis dedisti? Iniquis das, & tuis tollis? Accusas deum quasi iniustum, & laudas te quasi iustum. Conuertere, accusa te, lauda illum. Tunc eris rectus cum in omnibus bonis quæ facit deus tibi placet, in omnibus malis quæ pateris, deus tibi nõ displicet. Hoc est, inuocare deum in veritate. Qui sic inuocãt dominum exaudit deus: prope est, tibi est, nondum dedit quod vis, ibi est tamẽ: q̃o medicus si forte aliquid imponat, vel oculo vel vlceribus quod vrendo sanet, si roget æger, vt tollatur illi, medicus expectat tempus, non facit quod rogat æger, non tamen recedit: Et prope est, & non facit, & ideo magis non facit quia propè est. Curãdo enim imposuit, & curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad præsentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem, & hoc vtique ad voluntatem: Nã vtiq. sanus esse vult etiam qui vri nõ vult. Propè est ergo dominus omnibus in
H uocantibus eum. Sed quibus omnibus? Omnibus qui inuocant eum in veritate. Tales omnes confirmat decidentes: qui in
Res. uocant eum in veritate. Voluntatem timẽtium se faciet.) Faciet, faciet: etsi nõ faciet ad horam, tamẽ faciet. Certe si ideo times deum, vt tu facias ipsius voluntatem, ecce & ipse quodammodo ministrat tibi, facit voluntatem tuam: Et preces eorum exaudiet, & saluos faciet eos.) Vides ad hoc exaudire medicum, vt saluos faciat. Quando hoc? Audi Apostolum dicentem, Spe.
Rom.8. enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expecta1.Pe.1. mus, salutem. s. quam dicit Petrus paratã
Schin. reuelari in tempore nouissimo. Custodit dominus omnes diligẽtes se, & omnes peccatores disperdet.) Videtis quia est apud eum seueritas, apud quẽ tanta suauitas. Saluos faciet oẽs sperãtes in se, oẽs fideles, oẽs timentes se, oẽs inuocantes se in veritate, & omnes peccatores disperdet. Quos omnes peccatores, nisi perseuerantes in peccatis, deum, non se reprehendere audentes, contra deum quotidie disputantes, veniã delictorum desperantes, & ipsa desperatione delicta cumulantes, aut veniam sibi per I
uerse promittentes, & ex ipsa promissione à peccatis & impietate non recedentes? Veniet tempus vt separentur isti omnes, & fiant illæ duæ partes, vna ad dexteram, altera ad sinistram, & accipiant iusti regnũ
æternum, & eant illi in ignem æternum. Mat.25.
Et omnes peccatores disperdet. Quoniã hæc ita sunt, & audiuimus benedictionem domini, opera domini, mirabilia domini, misericordias domini, seueritatem domini, prouidentiã in omnibus operibus eius, confessionem omnium operum eius, quid in laude eius concludat attẽdite. Laudem domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sactum eius in seculum, & in seculum seculi.

In Psalmum centesimum quadragesimumquintum Enarratio.

§

DElitiæ spiritus nostri diuina cantica, vbi & fletus sine gaudio non est. Fideli homini & peregrino in seculo, nulla est iocundior recordatio, quàm ciuitatis illius vnde peregrinatur: Sed recordatio ciuitatis in peregrinatione non est sine dolore atque suspirio. Spes tamen reditus nostri certe etiam peregrinando K
tristes consolat & exhortatur. Rapiãt cor vestrũ verba dei, & possessor vr̃ vẽdicet sibi possessionẽ suã. i. mẽtes vestras ne auertant in aliud. Vnusq; sque vestrũ totus hic sit, vt hic nõ sit. i. totus sit in verbo dei, qd sonat in terra, vt ab eo exaltet, & nõ sit in terra. Iõ. n. deus nobiscũ, vt & nos cũ illo. Qui. n. vt nobiscũ esset descendit ad nos, faciat vt cum illo possimus ascẽdere ad se, Interim ipse peregrinationem nostrã non fastidiuit, quia nusquã est peregrinus, qui cõdidit omnia. Ecce psalmus sonat. Cuiusdã vox est, q̃ si vultis vra est exhortantis animã suã ad laudãdũ deũ, & dicentis sibi, Lauda anima mea dominũ.) Aliquãdo. n. in tribulationibus atque in tentationibus
Psal.41. præsentis vitæ velis nolis conturbatur anima: Cuius perturbationem in alio psalmo

alloquitur dicens: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Vt autem auferat ei eandem perturbationem, suggerit gaudiū nondum de re, sed de spe, & ait illi perturbatæ & anxiæ, tristi & mœrenti: Spera in dño, qm̃ adhuc confitebor illi.

I. Spe qua se erexit, & in confessione constituit, quasi diceret ei anima sua, quæ illum tristitia conturbabat: Quid mihi dicis, spera in deum? Reuocat me conscientia peccatorum. Ergo noui quæ commisi, & dicit, Spera in dño. Cōmisisti, verum est: Vnde tamen speras? qm̃ cōfitebor illi. Sicut odit deus peccata sua defendētem, sic subleuat confitentem. Hac ergo spe accepta, q̃ spes non potest esse sine gaudio, quanuis in re-
Ro. 12. bus simus difficilibus sed m̃ istam vitam, et plenis procellarum & tempestatum, hac tñ spe erecta anima, quia gaudet in spe: sicut dicit Apostolus, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: accipit erectionē quādam in deum vt laudet deum, & dicitur ei, Lauda anima mea dominum. Sed quis dicit? Et cui dicit? Quid dicimus fratres? Caro dicit. Lauda anima mea dominum? Et pōt caro bonum consilium animæ suggerere? vt multum sit edomita caro, & à domino impertitis viribus nostræ seruituti subiecta, vt omnino ita seruiat nobis sicut conditionale mancipium, sufficit vt non impediat. Deinde charissimi vbique consilia à melioribus petuntur. Et si bonū quid
M dam est anima nostra, & bonum quiddam est caro nostra, quia vtrunque ille creauit qui fecit omnia bona valde. Quanuis ergo in generibus proprijs vtrunq. sit bonū:
Gene. 1. tamen dicit Apostolus, Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Est itaq. & illud corpus quale nobis promittitur, & & nondum habemus, in cuius redemptio-
Rom. 8. ne spe gaudemus: dicente Apostolo, In nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus, Spes autem q̃ videtur non est spes. Quod enim videt qs quid sperat? Si autem qd̃ nō videmus speramus, per patientiam expectamus. Quāuis ergo bonum aliquid sit corpus nostrū, tamen quandiu mortale propter peccatū, quandiu indigens, quandiu corruptibile, quandiu ita mutabile, vt ne puncto quidem temporis consistat in se, proculdubio
1. Co. 15 tale est, vt optemus redemptionem illius, quasi aliquādo non tale. Sed quale erit aliquando? Quale idem Apostolus dicit alio loco, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Sed etiam cū fuerit tale corpus nostrum, corpus iam cœleste & spiritale, corpus angelicum in societate angelorum, nec sic dabit cōsilium animæ. Semper enim corpus, qm̃ corpus est, infra ani-
A mam est, & quæuis anima vilis excellētis- In li. 83.
simo corpore excellentior inuenitur. Nec quęstio-
vobis hoc quasi mirabile videatur, quia nū. q. 54
& vilis anima quælibet peccatrix melior &. 45.
est quolibet magno & præstantissimo corpore, non est melior meritis sed natura.
Est quidem anima peccatrix, est quibusdā concupiscentiarum sordibus inquinata: tñ melius est etsi sordidum aurum, q̃ purgatissimum plumbum. Ita currat animus vester per cunctas creaturas, & videbitis qd̃ dicimus esse non incredibile, vt quanuis anima vituperabilis, laudabilior sit tamen laudabili corpore. Duo quædam sunt, anima & corpus, Animam vitupero quia iniqua est, corpus laudo quia sanum est. Tū in suo genere animam laudo, vel in suo genere animam culpo, & in suo genere corpus laudo vel culpo. Si à me interroges qd sit melius, vtrum quod vituperaui, an qd̃ laudaui, mirabilem rñsionem recepturus es. Ergo certe illud vituperaui, & ego hoc laudaui. Interrogatus tamen quid sit melius, Respondeo esse melius quod vituperaui eo qd̃ laudaui. Si miraris in his duobus, attende illa duo in promptu posita, q̃ commemoraui de auro & de plumbo. Ecce vituperaui aurum, non bonum aurum, sordidum est, non ita fulget, non ita purgatum, Hoc plumbum optimum, nihil pur-
B gatius. Illud vituperaui, hoc laudaui, & posui ante te vtrunque, vituperās vtrum, laudans aliud. Post hanc vituperationem, laudationemq. meam interroga me quid horum sit melius: Respondebo, Aurū melius est etiam sordidum, q̃ plumbum purgatū. Vnde melius? Et quare vituperasti? Quare vituperaui? Quia nondum est aurum quod potest esse: quid potest esse? purgatum & melius, quia nondum purgatum est, vituperatum est. Plumbum quare laudatum est? Quia iam purgatum est ita, vt melius esse non possit. Item dicis mihi equum optimū, & hominem pessimum, tamen equo laudato præponis hominem vituperatum. Si enim interrogeris ex

ex his duobus qui sit melior, respōsurus es, homo, non meritis, sed natura. In artibus dicis optimum sutorem, verbi gratia, & reprehendis aliquē iurisperitum, q̃ multas leges ignoret. Sutorem laudasti, iurisperitum reprehendisti, Ex his tamen duobus quære quis sit melior. Imperitior iurisperitus perfecto sutori præponitur. Intendat charitas vestra, Ita multis rebus laudatis, alijsq; ue vituperatis, interrogati plerunq. res vituperatas præponimus rebus laudatis. Natura animæ præstantior est, q̃ natura corporis, excellit multum, res spiritalis
C est, res incorporea est, vicina est substantię dei. Inuisibile quiddam est, regit corpus, mouet membra, dirigit sensus, præparat cogitationes, exerit actiones, capit rerum infinitarum imagines. Et quis est tandem fratres charissimi, qui sufficiat in laudibus animæ? Et si in animæ laudibus deficitur, quę laus est eius qui animam condidit? Et tamen tanta est eius gratia, vt dicat homo iste, Lauda anima mea dominum. Quis potest laudare deum? Si diceret teipsam laudā, fortasse deficeret. Lauda inquit, deum, Conare pietatis affectu, deficies in laudibus eius. Expedit tibi deficere laudando deum, quàm proficere laudando te. Cum enim laudas deum non explicas quod vis, extenditur in interiora cogitatio tua, ipsa extensio capaciorem te facit eius quem laudas. Quis ergo est, vt diceret cœperam qui dicit, Lauda anima mea dominum? Caro non dicit, Sed licet corpus angelicum inferius est quàm anima, consilium superiori dare non potest. Infœlix est ipsa anima si a corpore expectet consilium. Caro bene
D obediens, famula est animæ. Illa regit, hæc regitur. Illa imperat, ista famulatur. Quādo potest caro dare hoc consilium animæ? Quis est ergo qui dicit, lauda anima mea dominum? Nihil inuenimus amplius in homine, quàm carnem & animam, Totus homo, hoc est, spiritus & caro. An forte ipsa anima sibi dicit, & sibi quodammodo imperat, & se exhortatur atque excitat? Quibusdam enim perturbationibus ex quadā sui parte fluitabat, ex quadam vero parte, quam vocant mentem rationalem, illam qua cogitat sapientiam inhærens domino, iam & suspirans in illum anima aduertit quasdam suas inferiores partes perturbari motibus secularibus, & cupiditate quadam terrenorum desyderiorum ire in exterio-
ra, relinquere interiorem deum, reuocat se ab exterioribus ad interiora, ab inferioribus ad supiora, & dicit, Lauda anima mea dominum. Quid tibi placet in seculo? Quid est quod vis laudare? Quid est quod vis amare? Quacunque corporeis sensibus cōuerteris, occurrit tibi cœlum, occurrit tibi terra. Quod amas in terra, terrenum est, quicquid amas & in cœlo corporeum est. Vbique amas, & vbiq. laudas. Quomodo laudādus est ille qui fecit ista quæ laudas? E
Iam ergo diu occupata vixisti, & desyderiorum diuersitate verberata portas desyderiorum plagas sauciata, diuisa per amores multos, vbique inquieta, nusquam secura. Colligere ad teipsam, quicquid tibi foris placebat, quære quē habeat authorem. Nihil melius in terra, verbi gratia, quam hoc & illud, aurum, argentum, animalia, arbores, amœnitates, totam terram cogita. Quid melius in cœlo, sole, luna, syderibus? Totum cœlum cogita. Omnia ista simul bona valde, quia fecit deus omnia bona valde. Vndique pulchritudo operis, q̃ tibi commendat artificem. Miraris fabri- Gen. 1.
cam, ama fabricatorem. Non occuperis in eo quod factum est, & recedas ab illo qui fecit. Hæc enim quibus occuparis sub te fecit, quia sub seipso te fecit. Si hærebis superiori, calcabis inferiora: si autem recedas a superiori, ista tibi in supplicium conuertentur. Si enim factum est fratres mei, accepit homo corpus tanquam in famulatum, deum autem dominum habens, corpus seruum, habens supra se conditorem, infra se quod sub illo conditum est. In medio quodam loco rationalis anima constituta, legē accepit, hærere superiori, regere inferiorē. Regere non potest inferiorem, nisi regatur a meliore. Traditur ab inferiore, deserit ergo meliorem. Non potest regere qd̃ F
regebat, quia regi noluit a quo regebatur. Modo ergo redeat, laudet, consilium sibi det ex luce dei ipsa anima per rationalem mentem, vnde concepit consilium fixum in æternitate authoris sui. Legit ibi quiddam tremendum, laudandum, amandum, desyderandum & appetendum, Nondum tenet, nondū capit, coruscatione quadā p-stringitur, non est tam valida, vt mancat ibi. Itaq. ad sanitatem colligit se quādā & dicit, Lauda anima mea dñm. Et quid est fratres? Nōne laudamus dñm? Nōne quotidie hymnū nos cātamus? Nonne quotidie pro

pro modulo nostro sonat os nostrum, parturit cor nostrum laudes dei? Et quid est quod laudamus? Magnum est quod laudamus, sed quo laudamus adhuc infirmum est: Q̃ implet laudator excellentiam laudati? Ecce homo stat, & cantat deo aliquanto prolixius, & sæpe labia mouentur ad cãtum, cogitatio autem nescio per quæ desyderia volat. Stabat ergo mens nostra quodammodo ad laudem dei, & anima nostra per diuersas cupiditates, vel curas negociorum hac atque illac fluitabat. Quasi desup attendit ipsa mens ad fluitantem hac atque
G illac, & eius inquietudinem molestiarum quasi conuersa alloquitur, Lauda anima mea dominum. Quid est quod de alijs rebus satagis? Quid est quod te occupat cura rerum terrenarum atque mortalium? Sta mecum, lauda dñm. Et quasi ipsa anima p̃ grauata, & non valens ita consistere, vt di-
Psa.103 gnum est, respondet menti, Laudabo dñm in vita mea.) Quid est, in vita mea? Quia modo in morte mea sum. Ergo prius exhortare te, & dic, Lauda anima mea dñm: Respondet tibi anima tua, Laudabo quantum possum, tenuiter, exiliter, infirmiter?
1.Co.5. Quare? Quia quandiu sumus in corpore, peregrinamur a domino. Quare sic laudas dominum, non perfectè, non stabiliter? Interroga scripturam, Quia corpus quod cor-
Sapiẽ.9. rumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Tolle mihi corpus quod aggrauat animam, & laudo dominum. Tolle mihi terrenam habitationem deprimẽtem sensum multa cogitantem, vt a multis in vnum cõfluam, & laudem dominum. Quandiu aũt ita sum, non possum, prægrauor. Quid ergo? Silebis & non laudabis perfecte domi-
Psa.141 num? Laudabo dominũ in vita mea. Quid
H est, in vita mea? Spes mea tu es hic, spes mea es tu hic, dicimus, Portio autem mea non hic, sed in terra viuentium. Nam ista terra morientium est, Hac transimus, sed interest quò, quoniam & malus homo peregrinatur hic, & bonus homo peregrinatur hic. Non.n.bonus transit, & malus hic permanet: aut malus transit, & bonus hic
Luc.16. permanet. Ambo transeunt, sed non ambo ad vnum. Duo erant, pauper vlceros us ad ianuam iacẽs diuitis, & diues indutus purpura & bysso, in epulis quotidie splendidis. Ambo hic erant, ambo hinc transierũt, sed non ad vnum locum, diuersa loca suscipiunt, quia diuersa merita perducunt. Transiit pauper in sinum Abrahæ, & transiit diues in tormenta inferorum: Vicini corpore in terra, ille in domo, ille ante ianuam: post mortem tantum separati, vt dicat Abraham, Inter nos & vos chaos magnum firmatum est. Ergo fratres, quoniam spes hic pascit, vita autem nostra perfecta non est nisi illa quæ promittitur, hic gemitus, hic tentationes, hic angustiæ, hic mœrores, hic pericula, laudabit anima nostra dominum. Quomodo laudandus est? Secundum quod dicitur in alio psalmo, Beati qui habitant in domo tua, in secula secu- Psal.83.
I lorum laudabunt te: quando totum negocium nostrum ipsa laus erit. Sed quando hoc? In vita mea. Modo enim qd est? Posset tibi dicere, mors mea. Vnde mors tua? Quia peregrinor a domino. Si.n.hærere illi vita est, recedere ab illo mors est. Sed quid te consolatur? Spes. Iam viuis in spe, de spe lauda, de spe canta. Vnde mors tua est non cantes, vnde viuis, canta. Mors tua est de mœrore huius seculi, viuis in spe futuri seculi: Laudabo, inquit, dominum in vita mea. Et quomodo laudabis dominum Psal.103
deum tuum? Psallam deo meo quandiu sum.) Qualis illa laudatio, psallam deo meo quandiu sum? Videte fratres mei qualis erit illud esse: Vbi semper laudatio erit, sempiternum esse erit. Ecce modo malus es, Nunquid psallis deo tuo quandiu es? Ecce psallebas: auertisti te ad aliquod negocium, iam non psallis, & es. Ecce es, & non psallis: Fortasis etiam cupiditate inclinatus ad aliquid, nõ solum non psallis, sed & offendis auditum eius, & es. Tamen quæ erit illa laudatio vbi quandiu es laudes? Sed quid ait, quandiu sum? Aliquando forte non erit? Imò in æternum erit ipsum diu, & ideo vere diu erit. Nam quicquid finem habet in tempore, quamlibet longum
K sit, diu non est. Psallam deo meo quandiu sum. Interim bene laudabis dominum in vita tua, psallis deo tuo de futuro quandiu es. Bene hic quicquid præsumendum est de illo spera, Non nos deserat spes in ista peregrinatione & tentatione, in istis improbitatibus & insidiis inimici, circumstrepentibus vndique tentationibus seculi, vndique in laboribus & angoribus constitutos. Quid ergo faciemus? Audi quid sequatur: Nolite confidere in principes.] Fratres, magnum negocium hic accipimus, diuina

uina vox est, & desuper sonat nobis. Nouo enim modo, nescio qua infirmitate humana anima quando fuerit tribulata, hic desperat de domino, & vult præsumere de homine. Dicatur homini in afflictione aliqua constituto: Est quidam homo magnus, per quem possis liberari: arridet, gaudet, erigitur. Quod si dicatur illi, Liberat te deus, quasi desperatione frigescit. Promittitur auxilium mortalis, & gaudes: promittitur immortalis, & tristis es? Promittitur tibi quod liberet te tecum liberãdus, & tanquam aliquo magno auxilio exultas: promittitur ille liberator qui liberatore
L non indiget, & quasi ad fabellam desperas: Væ talibus cogitationibus, longe peregrinantur, vere misera & magna mors est in eis. Appropinqua, incipe desyderare, incipe quærere & agnoscere eum a quo factus es. Non enim deseret opus suum, si ab opere suo non deseratur. Conuerte ergo te ad illum cui dicis, Laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quandiu sum. Monet enim nos iam impletus spiritu sancto iste, & dicit quasi de longe remotis, & longe peregrinantibus, & non solum deum non volentibus laudare, sed nondum vel de deo sperantibus. Nolite confidere in principes, Et in filios hominum, in quibus non est salus.] In vno filio hominis salus, Et in ipso non quia filius hominis, sed qa filius dei: Non propter id quod suscepit ex te, sed propter id quod seruauit in se. Ergo in nullo homine salus, quia & in illo ideo salus, quia deus qui est super omnia deus benedictus in secula. De Christo dictum est, ex quibus Christus secũdum carnem. Ex quibus? Ex Iudæis, ex patribus Christus secundum carnem. Sed nunquid hoc
Rom.9. totum Christus quod secundum carnem? Non: Neque enim secundum carnem is. super omnia deus benedictus in secula. Ideo in illo salus, quia domini est salus. Dicit
M enim alius psalmus, Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Et sine causa sibi arrogant homines, quia dant
Psal.3. salutem, sibi dent: Respondes superbo homini, Gloriaris quia dicis te dare mihi salutem, tibi da. Vide si habes eam, Consyderans bene fragilitatem tuam, vides quia nondum habes. Ergo noli monere, vt expectem a te, sed expecta mecum. Nolite confidere in principes, & in filios hominum, in quibus non est salus. Ecce nescio qui principes procedunt, nescio vnde, & dicunt. Ego baptizo, & ego quod dedero, hoc est sanctum: & si ab illo vel alio acceperis, nihil accepisti: si a me acceperis, aliquid accepisti. O homo, ò princeps inter filios hominum, vis esse inter principes, q. bus non est salus? Ideo ergo habeo salutem, quia tu mihi das? Tuum est enim quod das? Aut vero etiam tu das? Vel hoc dicendum est, quia tu das? Dicat & fistula quia & ipsa dat aquam, dicat & canalis, quia ipse manat: dicat & præco, quia & ipse liberat. Ego in aqua attendo fontem, in voce præconis agnosco iudicem. Non eris tu planè author salutis meæ, ille erit de quo securus sum, de te incertus sum: Si non sis arrogans, non solum ego de te incertus sum, sed & tu de te. Ab il-
A lo ergo mihi salus qui est super omnia, qa domini est salus, tu inter filios hominum, tu inter principes. Sed audio vocem psalmi, Nolite confidere in principes, & in filios hominum a quibus non est salus. Secũdum turbam hominum, quid sunt isti filij hominum? Quid sint vis scire? Exiet spiritus eius, & reuertetur in terram suam.) Ecce totum quod loquitur, nesciens quandiu loquatur, minatur, nesciens, quandiu viuat. Subito exiet spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Nunquid Gene.6.
quando vult exit spiritus eius? Exiet & Psal.77.
quando non vult, exiet, & quando nescit reuertetur in terram suam. Exeunte spiritu, caro reuertetur in terram. Sed quia caro erat quæ sic loquebatur, de me.n.præsume, & ego tibi do, non dicerent nisi illi de quibus dictum est, quoniã caro sunt. Exiet spiritus eius, & reuertetur in terram suã. In illa die peribunt omnes cogitationes eius.] Vbi est typhus? Vbi est superbia? Vbi est iactantia? Sed forte ad locum bonum transiit, ad iustos si tamen transiit. Nam q. sic loquebatur, nescio quò trãsierit. Loquebatur enim superbia, & nescio quò transeant tales homines, nisi quia inspicio alterum psalmum, & video malum eorum es- Psal.36.
B se transitum. Vidi impium exaltari super cedros libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum & non est inuentus locus eius. Iste pius qui transiit, & non inuenit impium, illuc peruenit vbi non est impius. Ergo fratres omnes audiamus, fratres dilecti deo omnes audiamus, in qualibet tribulatione, in quolibet desyderio mu-

neris

neris diuini, non fidamus in principes, nec in filios hominum, in quibus nō est salus. Totum hoc mortale, transitorium & caducum est. Exiet spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt oēs cogitationes eius. Quid ergo faciemus, si in filios hominum, si in principes non est sperādum? Quid faciemus? Beatus cuius deus Iacob adiutor est eius.) Nō ille homo aut ille homo, non ille angelus aut ille angelus, sed beatus cuius deus Iacob adiutor est, quia & ipsi Iacob sic fuit adiutor, vt de Iacob faceret Israel. Magnum adiutorium, Israel iam videns deum. Hic ergo positus & peregrinus nondum videns deum, si habueris adiutorem deum Iacob, ex Iacob eris Israel, & eris videns deum, & periet omnis labor, & omnis gemitus, trāsient curæ mordaces, succedent laudes fœlices, Beatus cuius deus Iacob adiutor est eius, huius Iacob. Quare iste beatus, interim adhuc in hac vita gemens? Spes illius in dominum deum ipsius. Ideo beatus, qa spes ipsius in dominum deum ipsius. In quo est spes ipsius, ipse erit res ipsius. Fratres, an forte erraui, quia dixi rem nostram futurum deum? Quid si dicerem hæreditatem nostram futurum deum? Spes mea es tu, portio mea in terra viuētium. Tu eris portio mea, eris tu possessio & possidebis. Possessio dei eris, & possessio tua erit deus. Tu eris possessio eius, vt colaris ab eo, & ipse erit possessio tua vt colas eum. Nam & tu colis deum, & coleris a deo. Recte dicitur, colo deum, quomodo autem color a deo? Inuenimus apud Apostolum, Dei, inquit, agricultura estis, dei ædificatio estis. Et dominus, Ego sum, inquit, vitis, vos estis sarmenta, & pater meus agricola. Colit te ergo deus, vt sis fructuosus, & colis deum, vt sis fructuosus. Tibi bonum est quod te colit deus, bonum est tibi quod colis deum. Cultor deus si recedat ab homine, desertus fit ipse homo: cultor homo si recedat a deo, desertus fit ipse homo. Nec crescit deus accedente te, nec decrescit discedente te. Ergo erit ipse possessio nostra, vt nos pascat, & erimus possessio eius, vt nos regat. Spes illius in dominum deum ipsius. Quis est iste dominus deus ipsius? Attēdite fratres, Multi enim habent multos deos, & dicunt eos dominos suos & deos suos. Sed dicit Apostolus, Et si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi, nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Ergo ipse sit spes tua dominus deus tuus, in illo sit spes tua. In domino deo suo est spes etiam illius qui colit Saturnum, in domino deo ipsius est spes qui colit Martem, qui colit Neptunum, qui colit Mercurium, plus addo, qui colit ventrem, de quibus dictum est, Quorum deus venter est. Ergo ille illius deus, atque ille illius, quis huius beati? Quia spes ipsius in domino deo ipsius. Sed quis est iste? Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.] Fratres mei, magnum deum habemus, Benedicamus nomen sanctum eius, quia dignatus est facere nos possessionem suam. Nondum vides deum, non potes amare pleoe quod nondum vides. Quæ vides, ipse fecit. Miraris mundum, quare non artificem mundi? Suspicis cœlum, & exhorrescis, Cogitas vniuersam terram, & contremiscis, Miraris maris magnitudinem quādo cogitationem occupas. Respice innumerabilitatem stellarum, Respice tanta genera seminum, tantas diuersitates animalium, quicquid natat in aquis, repit in terra, volitat in aere, circumit in cœlo, omnia ista, quàm magna, quàm præclara, quàm pulchra, quàm stupenda? Ecce qui fecit hęc omnia, deus tuus est, Pone ibi spem tuam, vt sis beatus. Spes illius, in dominum deum ipsius. Quem? Qui fecit cœlum & terrā, mare & omnia quæ in eis sunt. Magnum habemus deum, Attendite fratres magnū bonum deum facientem talia. Quid ergo hinc cogitauit deus, vt faceret? Si tamen dicendum est de deo, cogitauit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt? Forte dicturus erat homo iste, Video quidem omnia magna ista, cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt fecit deus. Quando me computat deus inter ea quæ fecit? Et vere ego pertineo ad curam ipsius, & modo de me cogitat deus, aut scit an viuam? Quid est hoc quod dicis? Non surrepat tibi mala cogitatio in cor, de his esto de quibus paulo ante loquebamur, Laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quandiu sum. Sed iste talis alios alloquitur, nescio quos tepidos, quos exhortatur, & quasi vetat & veretur ne desperent de se, quia non sunt in computo dei. Multorum.n. sunt tales cogitationes, Sed ideo

Psa.141.

1.Co.3. Ioan.15

D

1.Co.8.

Phili.3.

Act.14.

E

F

ideo deserunt deum, & pergunt per quælibet peccata, quia non credunt curare deū quid agan. Audi eloquia diuina, noli de te desperare, Qui curauit facere te, nō curat reficere te? Nonne deus tuus est, qui fecit cœlum & terram & mare? Si ista sola diceret, forte rūderes tu, Deus qui fecit cęlum & terram, & mare, magnus deus, sed nunquid cogitat de me? Et ipse te fecit, diceretur tibi. Quō? Nunquid ego sum cœlū, aut ego sum terra, aut ego sum mare? Et quid es? Manifestum est, nec cœlū sum, nec terra sum, nec mare sum, sed in terra sum. Vel hoc concedis mihi quia in terra es. Audi quia non tm cœlum & terram, & mare deus fecit. Fecit enim cœlū & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Si ergo omnia quæ in eis sunt, & te. Parum dico te, & passerem, locustam, vermiculū, nihil horum non ille fecit, & cura est illi de omnibus. Non ad præceptum cura est, nam præceptum soli homini dedit. Dicit

G enim psalmus, Homines & iumēta saluos

Psal.53. facies dñe, scd̄m multitudinem, inquit, mi

Deu.25 sericordiæ tuæ deus, Multitudinem, inqt,

1.Co.9. misericordiæ tuæ, scd̄m hāc saluos facies homines & iumenta. Et Apostolus, Nunqd de bobus cura est deo? Et hac de bobus cura non est deo, & hac homines & iumēta saluos facies dñe. Nunquid contraria

Ibidem. sunt ista? Quid enim ait Apostolus? Nunquid de bobus pertinet ad deum? Vbi est pceptum, Boui trituranti os non infrenabis, ibi de bobus non cogitauit deus? Itaque quosdam boues voluit significari. Nō .n. hoc curat deus monere quid agatur cū bobus, habet hoc natura ipsa humana. Sic factus est hō, vt norit consulere iumentis suis, nec inde præcepta à deo accepit, sed in sinuatum est illi in mētem à deo, vt possit & sine præcepto facere, fecit illum talem deus. Sed quomodo regit pecus, regendus est ab alio, ab eo à quo regitur præceptum accepit. Ad præcepti ergo tenorem non est de bobus cura deo, sed ad prouidentiā vniuersitatis qua creauit omnia, & mundum regit, homines & iumenta saluos fa-

Psal.35. cies domine. Intēdat charitas vestra. Hic forte aliquis dicat mihi, De nouo testamēto est, quia non de bobus pertinet ad deū: homines & iumēta saluos facies domine, de veteri testamento est. Sunt qui calum-

H nientur & dicant, non sibi consonare ista

1.Co,9. duo testamenta. Ne forte aliud dicant in vetere, aliud in nouo, & flagitēt de me sententiam de nouo talem qualis hæc est, Homines, & iumenta saluos facies domine, quid facio? Nihil tam in capite noui testamenti, quàm euangelium. In euangelio inuenio quia omnia ista pertinent ad deum, nemo erit iam qui contradicat. Nunquid enim Apostolus euangelio cōtrarius erit? Audiamus ipsum dominum, principem & magistrum apostolorum, Respicit, inquit, volatilia cœli, quia non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Ergo & præter hominem animalia ista pertinent ad curam dei vt pascantur, non vt legem accipiant. Quod ergo ad dandam legem attinet, de bobus cura deo non est: quod autē ad creanda, ad pascenda, gubernanda & regenda, omnia ad deum pertinent. Nonne duo passeres asse veneunt, dominus Iesus Christus dicit, & vnus ex eis non cadet super terram sine voluntate patris vestri? Quanto magis vos pluris estis illis? Nolite ergo dicere, non pertineo ad deum. Pertinet ad deum anima tua, pertinet ad deū corpus tuum, quia deus fecit & animā tuā & corpus tuum. Dicis forte, Non me numerat deus in magna multitudine. Accedit tibi mirum de euangelio, Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ergo deus meus est, & in illo spes mea, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Quid autem ad me pertinet? quid agit de me? Qui custodit veritatē in æternum.) Et amandum deum commēdauit, & timendum, qui custodit veritatem in æternum. Quam veritatem in æternum? quam? & in quo custodit veritatem? Faciētem iudicium iniuriam accipientibus.) Vindicat iniuriam accipiētes, fratres mei, facit illis iudicium. Quibus? Qui accipiūt iniuriam, puniens omnes iniuriosos. Si ergo fauebit iniuriam accipientibus & puniet iniuriosos, vide modo de quorum numero esse vis. Vide, attende vtrum in eis velis esse qui iniuriam accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit vox apostolica, & dicit tibi, Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum, quare non magis iniuriam patimini? Corripit homines qa non patiuntur iniuriam. Non vt patiaris molestiam te hortatur, sed vt patiaris iniuriam; non enim omnis molestia iniu-

Psal.53.

Mat.6.

v.Co.9.

Mat.10.

I Ecclesia stici.16. Mat.10.

1.Co.6.

K

ria

ria est. Quicquid.n.iure pateris, non est iniuria. Ne forte diceres,& ego inter iniuriam passos numeror, nam illud in illo loco,& illud causa illa passus sum. Vide si iniuriam passus es. Latrones multa patiuntur,sed nō iniuriam. Scelerati,malefici,effractores,adulteri corruptores, omnes patiuntur multa mala, sed nulla est iniuria. Aliud est pati iniuriam, aliud est pati tribulationem aut pœnam,aut molestiam,aut supplicium.Consydera,vbi sis,quid egeris vide,quare patiaris vide, & ibi vides quid patiaris. Ius & iniuria contra sunt. Ius.n. est quod iustum est: neque enim omne qđ ius dicitur, ius est. Quid si aliquis condat ius iniquum? Nec ius dicendum est si iniustum est: illud ergo verum ius,quod etiam iustum est. Vide quid feceris,non quid patiaris,Si ius fecisti,iniuriam patieris:si iniuriam fecisti,ius patieris: quare ista dixi fratres? Vt non se extollant hæretici,quando forte aliquid patiūtur ex iussionibus principum terrenorum, non se numerent inter eos qui iniurias accipiunt & dicant, Ecce psalmus consolatur me:ego enim deum colo qui iudicium faciet iniuriam accipien
L tibus. Recte quæro vtrum iniuriam accipias. Si ius fecisti,iniuria est quam pateris. Ius est exsufflare Christum? Ius est rebelli superbia erigere altare? Ius est parcenti
Ioan.19. bus persecutoribus tunicæ Christi, ecclesiam Christi conscindere? Porrò si hoc ius non est,quicquid pro hoc pateris, ius est. Non es ergo de his qui patiuntur iniuriā.
Matt.5. Lego aliquid manifestius ex euangelio, Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur. Expecta,quid festinas? Quid dicis:ego sum. Expecta,inquam,totum legam. Audisti, beati qui persecutionem patiuntur, iam tibi nescio quid cœperas arrogare: si permittis,totum lego: vide quid sequatur, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Modo dic,ego sum,Si audes dicere,ego sum, superiora quæ dixi retractemus,aut ne longum sit,hoc vnum interrogo, Si damnaueris vnum hominem,cuius causam nescis,audes te dicere tenere iustitiam? Aut si quid pro hac re passus esses,iniuriam nominares? Erigis te in temerarium tribunal cordis tui, vnde præcipiteris, & audes ferre sententiam de homine
M cuius causam nescis? Hoc si de vno homine faceres, esses iniustus: facis hoc de toto orbe terrarum,& iustus es? Fratres charissimi,& quæ est quæ patitur iniuriam, nisi ecclesia catholica quæ tanta ista perpetitur? Inter tot scandala hæreticorum gemit, & videt per malas suasiones & fraudes rapi de gremio suo infirmos, paruulos pertrahi, per nescio quæ secreta malarum spelunearum rebaptizari, exufflari in eis Christum, occidi in eis non mortale illud suum quod homines sunt, sed illud quod in æternum victuri sunt. Suadetur homini dicere, non sum christianus, & iustitia vocatur. Accessurus es ad episcopum,dicit tibi. Vide ne dicas te esse christianum. Si enim dixeris te esse christianum,non es accepturus, Vt autem accipias,dic te non esse. Quid mones christiane? Quid doces? Certe persecutionem pateris. Tanto tu verius persecutionem pateris, quanto tu verior persecutor. Quando imperatores persequebantur christianos, minādo cogebāt, quod tu efficis suadendo. Persuades christiano,vt neget se esse christianum. Quod tu suadendo facis, hoc persecutores occidēdo non fecerunt. Sub te viuit homo qui negat se esse Christianum negat & viuit, Perdidit iam vitam, cadauer tibi loquitur. Qui percussus est gladio persecutoris,cecidit,& viuit: cui loqris,stat & cecidit. Hæc faciens,quicquid passus fueris,iniuria erit? A
Nolo tibi blandiaris, si hæc iniusta sunt omnia quæ facis, quicquid pateris,iustum erit. Cui autem facit iudicium, qui custodit veritatem in æternum? Iniuriam patiēntibus. Iam tu procede,& dic ratiocinationi bus illis tuis bonis,& quasi acutis & subtilibus, quia tu pascis, & dic, Famelicus potest pascere,id est,potest dare sanctum? Famelicus potest pascere? Languidus potest sanare? Ligatus potest soluere? Ista sunt veluti magna & subtilia, quibus decipiunt imperitos. Claudat illis os psalmus, iste, Dat escam esurientibus.] Ecce nihil a te expecto,Deus dat escam esurientibus. Quibus esurientibus? Hominibus. Quid est hominibus? Omnibus animalibus. Omnibus hominibus ipse dat escam. Et nullam escam seruat dilectis suis? Si habent aliam famem,habent & aliam escam. Quęramus primo famem ipsorū, & inueniemus escā ipsorū. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,qm̄ ipsi saturabuntur. Famelici dei es- Matt.5.
se debemus. Ante ianuam cōspectus illius in oratione mēdicemus,ipse dat escam esurientibus. Quid est qđ te hæretice iactas,

quia

qa tu soluis,tu erigis,tu illuminas? Videlicet qa tu liberatus iam es,& tu stas,& tu lu
B mē es? Absit. Supius attēde, Nolite cōfidere in principes & in filios hominum,à quibus nō est salus. Non ipsi dant salutem. Ergo recedite hæretici de medio. Dominus soluit cōpeditos,dominus erigit elisos,Dominus sapiētes facit cæcos.) Id est, eos qui cæci sunt facit sapientes. Optime per hāc sententiam expoluit nobis omnes superiores,ne forte cum dixisset, Dns soluit compeditos, ad illos compeditos referremus, qui forte pp aliquā noxam ligātur ferro à dominis suis. Quia autem dixit, Erigit elisos,occurrit nobis aliquis,aut offendēs, aut cadens,aut equo lapsus. Est alius casus,sunt aliæ compedes, qūo sunt aliæ tenebræ,& alia lux. In eo quod dixit,Sapiētes facit cæcos, noluit dicere illuminat cæcos,ne & hoc carnaliter intelligeres, sicut illuminatus est a dño, cuius oculos luto de sputo facto inunxit & saluum eum fe-
Ioan. 9. cit. Ne tale aliquid sperares cum de spiritalibus loquitur,ostēdit quandam lucem sapientiæ qua illuminātur cæci. Ergo quo modo illuminant cæci luce sapientiæ, sic soluuntur compediti,sic erigūtur elisi. Vnde sumus ergo compediti? vnde elisi? Corpus nostrū ornamentū nobis fuit, pecca-
C uimus,& compedes inde accepimus. Quæ sunt compedes nostræ? Mortalitas ipsa. Audi apostolū Paulum, qa & ipse adhuc in hac peregrinatione compeditus erat. Quanta peragrauit compeditus iste? Nō illi fuerunt graues compedes,cum ipsis cōpedibus toto orbi euāgelium prædicauit, spiritus charitatis rapuit compedes,& cir
Phili. 1. cumiuit quantum potuit. Sed tū quid dicit? Concupiscentiam habens dissolui & esse cum Christo. Quid est,dissolui? A cō pedibus mortalitatis. Et tamen misericordia adhuc volebat esse in compedibus propter alios cōpeditos, quibus ministraret. Manere,inquit, in carne,necessarium pp-pter vos. Dominus ergo soluit compeditos,id est,ex mortalibus immortales facit. Dns erigit elisos. Quare elisi sunt? Quia
Gene.3. erecti erant. quare eriguntur? Quia humiliati sunt. Cecidit atq. elisus est Adā. Ille cecidit,Christus descendit. Quare descendit qui non cecidit, nisi vt leuaretur qui cecidit? Dominus sapientes facit cæcos. Dominus diligit iustos.) Ideo facit iudiciū iniuriam accipientibus. Et qui sunt ipsi iusti? Modo quatenus iusti, quēadmodum habes. Dominus custodit proselytos.) Proselyti aduenæ sunt. Omnis ecclesia gentium,proselyta est. Aduentitia enim est ad patres, non de carne eorum D
nata,sed imitando fidem. Dominus tamē custodit, non vt aliquis homo phanum. Orphanum & viduam suscipiet.) Nemo putet quasi pupillum propter hæreditatē, aut viduam propter nescio quod negociū suum. Equidem & istis deus opitulatur, & in omnibus officijs generis humani bonum opus facit,qui pupillum consolatur, qui viduam non deserit,sed secundū quēdam modum omnes pupilli sumus,absente patre,non mortuo. Pupillus.n.secundū homines,mortuo patre,fit. Et si verum q̄ ratis fratres,quia anima non moritur,viuunt parentes nostri, & magis absentibus patribus sunt pupilli. Qui pupilli sunt, si mali fuerint, in pœnis viuunt: si boni fuerint,in requie viuūt. Omnia integra sunt creatori, tamen nos, quandiu sumus in corpore hoc,& peregrinationis locum incolimus, absens est pater noster ad quem clamamus, Pater noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomē tuum. Adueniat,&c.
Ideo & ecclesia vidua quasi absente spon Matt.6.
so,absente viro. Veniet ille qui illam modo protegit, non visus, sed desyderatus. Magno.n.desyderio rapimur, & amore eius quem non videmus, desyderamus: Inhærebimus amplexibus visis,sed nondū visis fide detinemur. Ergo & pupillum & E
viduā quid voluit intelligi fratres? Destitutos omni ope & auxilio. Destituta anima in seculo, ipsa sibi speret adiutorium dei. Quicqd habueris,aurum habeas,præsumpsisti inde,iam non es proselytus,non es orphanus, non in viduam numeraris. Amicū habes, si de illo psumpseris & deū dimiseris,nō es destitutus. Habes hæc omnia,non inde præsumis, non inde superbis, pupillus dei es,& vidua dei. Suscepit ergo destitutos,hoc dixit: Suscipit pupillū, suscipit & viduam. Et exterminabit viā peccatorum.]Quæ est via peccatorū? Irridēre ista quæ dicimus. Quis pupillus? Quæ vidua? Qđ regnum cœlorum? Et q̄ pœna inferorū? Fabellæ istæ christianorum sunt. Ad qđ video,ad hoc viuam. Manducemus & bibamus,crās.n.moriemur. Vide ne tale aliquid persuadeant, ne per aurem in cor intrent, & spinas inueniant in

auribus

auribus tuis. Qui cœperit sic intrare, punctus abscedat. Corrumpunt enim mores
1.Co.15 bonos colloquia mala. Sed forte hic dicturus es, Quare ergo fœlices sunt: ecce nec deum colunt, & omnia mala quotidie committunt, abundant rebus his quibus ego egens laboro. Noli zelare in peccatores.
F Quid accipiant, vides, quid illis seruetur, non vides. Et vnde, inquit, video quod non video? Omnino habet oculos fides, & maiores oculos, & potentiores & fortiores. Hi oculi neminem decepe runt, hi
Psal.24. oculi sint semper in dominum, vt & ipse euellat de his laqueis pedes tuos. Via peccatorum placet tibi, quia lata est, & multi per illam ambulant. Latitudinem eius vides, finem eius non vides. Ecce vbi finitur, præcipitium est: vbi finitur profunditas quædam baratri est, Lætantes, & si patientes in ista via, illo fine merguntur. Sed extendere oculos non potes, vt videas ipsum finem, crede ei qui videt. Et quis est qui videt? Homo? Forte nemo homo, sed dominus deus tuus venit ad te vt crederes deo. Non enim & domino tuo
Matt. 7. non es crediturus, qui ait, Lata & spacio sa est via quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui ingrediuntur per illam? Hanc vitam exterminabit dominus, quia ipsa est via peccatorum. Et dum exterminata fuerit via peccatorum, quid nobis restat?
Mat. 25 Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad hoc conclusit psalmista. Et
G uiam peccatorum exterminabit. Et quid tu? Regnabit dominus in æternum.] Gaude, quia tibi regnabit: gaude, quia tu eris regnum eius. Vide enim & quid sequitur. Est certe ciuis de Sion, non de Babylonia, id est, non de ciuitate peritura huius seculi, sed de Sion ad tempus laborantes & peregrinãte, in æternum autem regnatura. Audisti ergo finem, inde es. Regnabit dominus in æternum. Deus tuus Sion.) O Sion, deus tuus regnabit in æternum. Nunquid sine te regnabit deus tuus? In generatione, & generatione.]Bis dixit, quia non potuit semper dicere, Nec putes quia verbis finitis, finitur æternitas. Aeternitas in verbo quatuor syllabis constat, in se sine fine est. Non potuit tibi nisi sic commendari, Deus tuus regnabit in generatione & generatione. Parum dixit, Si tota die diceret, angustum esset. Si tota vita sua diceret, nonne ali. quando conticesceret? Ama æternitatem, nullo fine regnabis, si finis tibi Christus est, cum quo regnabis in secula seculorum, Amen.

In psalmum centesimum quadragesimumsextum.
Enarratio.

INtenti audiebamus cum psalmus præ- H
sens cantaretur: & non omnes qui audiebamus etiam intelligebamus. Quanto magis ergo intente nunc audiendus est, si vt spero & cupio adiuuantibus omnium audientium orationibus, si quid hic forte obscurum est, deo donante reuelabitur, vt sit fructuosus auditus, nec inanis redeat auditor qui intentus affuit cum audiret? Vnde cœpit? nobis dicitur, laudate dominum: Dicitur hoc omnibus gentibus, non solis nobis. Et istam vocem per loca quidem singula sonantem à lectoribus, singillatim audiunt ecclesiæ, Vna vox tamen dei super omnes non tacet, vt laudemus eum. Et quasi quæreremus quare laudare deũ debeamus, videte quam causam attulit. Laudate dominum, inquit, quoniam bonus psalmus.) Hæc est merces tota laudantium, laudemus dominum. Quare? Quoniam bonus psalmus. Vellem ergo, inquit, aliquis laudare dominum, si mihi aliquid pro ista laude donaret. Quis enim laudat gratis vel hominem? Expectant ergo aliquam mercedem laudatores hominum. Nullam mercedem expectare, aut petere, aut sperare debet laudator dei? Laudatur infirmus, & speratur de eo aliquid: Lauda I
tur ops, & nulla merces est? An forte hoc cupio, quod ille dare non potest? Quid homo desyderat: quod in manu dei non sit? Cum laudaueris hominem, forte hoc cupis quod ab illo præstari non potest. Deũ securus lauda, quem nemo potest dicere non posse præstare quod tu poteris desyderare. Proposita ergo spe mercedis alicuius laudare debemus deum, non tamen daturum quicquid cupimus, Pater est enim & quod mali cupiunt filij non dat. Laudemus & speremus & desyderemus, non illud, aut illud, sed quod iudicat dandum esse quem laudamus. Ille enim nouit quod nobis dari expediat, nos autem intendamus quid nobis prosit accipere: Apostolus

lus ait, Quid.n. oremus sicut oportet, nescimus. Et ipse idẽ apostolus Paulus sperabat sibi prodesse, si auferretur ab eo stimulus carnis suæ, angelus satanæ, à quo colaphizabatur, sicut ipse cõfitetur, & ait,
1.Co.12 Propter qđ dominum ter rogaui vt auferret eũ à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nã virtus in infirmitate pficitur. Desyderauit aliquid, nõ concessum est ad voluntatem vt cõsolaretur ad sanitatem. Hic ergo qd nobis propositum est? Laudate, inquit, dñm. Quare laudamus dominum? Qm̃ bonus psalmus. Ipse psalmus laus dñi est. Hoc ergo ait, Laudate dominum, qm̃ bonum est laudare dominum.
K Non sic prætereamus laudare dominum, dictũ est & transiit, factũ est & siluimus, laudauimus & tacuimus, cãtauimus & cõ quieuimus. Imus in aliud forte agendum qđ restat, & aliæ actiones cum occurrerint nobis laudatio diuina cessabit in nobis? Non sic ptereamus laudare dominũ, non sic. Nam lingua tua ad horam laudat, vita tua semper laudet. Inde ergo bonus psalmus. Psalmus quippe cantus est non quilibet, sed ad psalterium. Psalterium autem quoddã organum est cantilenæ, sicut lyra, sicut cithara, & huiusmodi organa, q̃ inuenta sunt ad cantandũ. Qui ergo psallit, non sola voce psallit, sed assumpto etiã quodam organo qđ vocatur psalterium, accedẽtibus manibus voci cõcordat. Vis ergo psallere? Non solũ vox tua sonet laudes dei, sed opera tua concordent cum voce tua. Cũ ergo voce cãtaueris, silebis aliquando: vita sic canta, vt nunquam sileas. Negocium agis, & fraudem cogitas, siluisti à laude dei: & quod grauius est, nõ solum à laude siluisti, sed in blasphemiam perrexisti. Cũ ergo deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas deũ: & cũ blasphemat deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas deum. Itaque ad auriũ
L exhortationẽ canta voce, corde ne sileas, vita ne taceas. Nõ cogitas in negocio fraudem, psallis deo. Cũ mãducas & bibis psalle, nõ intermiscendo sonorum suauitates ad aures aptas, sed modeste & frugaliter & temperanter mãducando & bibendo.
1.Co.10 Quia hoc dicit Apostolus, Siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriã dei facite. Si ergo bene agis, & qđ manducas & bibis, & ad refectionem corporis sumis reparationemq. mẽbrorum, gratias agens ei q tibi præbuit mortali & fragili ista supplemẽtorũ solatia, & cibus tuus & potus laudat deum. Si vero modũ naturæ debitũ immoderatione voracitatis excedas, & vinolẽtia te ingurgites, quã taslibet laudes dei lingua tua sonet, vita blasphemat. Post cibum & potum requiescas vt dormias: nec in lecto aliquid turpiter agas, nec excedas vltra concessam licẽtiam in lege dei. sit castus cum cõiuge thorus, & si est cura propagandi liberos, non sit effrenata luxuries libidinum, defer in
lecto tuo cõiugi tuæ honorem, quia mem 1.Co.6.
bra Christi estis ambo, ambo illo conditi, ambo sanguine ipsius reparati. Hæc agẽs
laudas deum, nec omnino silebit laudatio M
tua. Quid si somnus aduenerit & cũ dormis? Nõ te excitet a te quiete mala cõscia tua, & innocentia somni tui laudat deũ. Si ergo laudas, non tantum lingua tua cãta, sed etiam assumpto bonorum operum psalterio, qm̃ bonus psalmus. Laudas cum agis negocium, laudas cũ cibum & potũ capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cum dormis. Qm̃ nõ laudas? Perficietur in nobis laudatio dei, cum ad illam ciuitatem venerimus, qm̃ effecti fuerimus Mat.22
æquales angelis dei, qm̃ nos nulla corporalis necessitas vlla ex parte sollicitat, non fames, nõ sitis interpellat, non æstus fatigat, non frigus confringit, nõ febris deficit, nõ mors finit. Ad illam perfectissimã laudẽ exerceamus nos laudatione ista in bonis operibus: Propterea cum dixisset, Laudate dominum qm̃ bonus psalmus: Deo nostro, inquit, iocũda sit laus.) Quomodo erit eo nostro iocunda laus? Si bene viuendo laudetur. Audi quia tunc erit Eccl. 15
illi iocũda laus. Alio loco dicitur, Nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Si ergo in ore peccatoris speciosa laus non est, iocũda non est: Hoc enim iocundũ, quod speciosum. Vis ergo vt deo tuo iocunda sit laus? Noli bonæ cantilenæ tuæ obstrepere moribus malis. Deo nostro iocũda sit
laus. Quid dixit? Qui laudatis bene viui- A
te: Laudatio impiorum offendit deum. Plus ille attendit quid viuas, quam quid sones. Certe cũ eo quem laudas, pacẽ habere vis. Quomodo eum illo quæris pacem, qm̃ a te ipso dissonas? Quomodo, inquies, a memetipso dissono? Aliud sonat lingua, aliud indicat vita. Deo nr̃o iocunda sit laus. Potest.n. laus iocunda esse ho-

mini, cum audit concinnis acutisq. sententijs & suaui voce laudantem. Sed deo nostro iocunda sit laus, cuius aures non ad os sed ad cor, nō ad linguā, sed ad vitam laudatoris patent. Quis est deus noster, cui iocunda sit laus? Dulcescit nobis, commendat se nobis, gratias dignationi eius. Dignatur enim commendare se nobis, non quasi aliquid præstaturis, sed multa ab illo potius accepturis. Quomodo ergo commendat se nobis deus? Audite Apostolum Paulum, Commendat autem, inquit, dilectionem suam deus in nobis. Quomodo cōmendat? audite, Ipse dicat Apostolus, vt cōparetur & Psalmo, Cōmendat, inquit, dilectionem suam deus in nobis. Quomodo commendat? Q̄m cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: Quid ergo seruat laudatoribus, qui sic se cōmendat peccatoribus? Quia ergo sic dixit Apostolus cōmendasse deum nobis dilectionem suam, vt Christus morereī pro impijs, nō vt impij remanerēt, sed vt mortē iusti ab iniustitia sanarentur. Hic quid audis, cum dixisset, Deo nostro iocunda sit laus? Videamus si ipsa est cōmendatio quā dixit Apostolus. Quia Christus pro peccatoribus & pro impijs mortuus est. Aedificans, inquit, Hierusalē dominus, et dispersiones Israelis colligens. ¶Et ædificans Hierusalem dominus, colliget dispersiones populi ipsius. Populus enim Hierusalem, populus Israel. Est Hierusalem æterna in cęlis, vbi ciues etiam angeli sunt. Quid ergo ibi Israel? Si hominem illum nepotē Abrahæ consideres, qui dictus est & Iacob, quomodo angelos intelligimus Israel? Si interpretationem nominis discutiamus, quia & ipse Iacob, mutato nomine vocatus est Israel, magis ibi nomen Israel, & vtinam & nos sequentes simus Israel. Quid enim interpretatur Israel? Vidēs deum. Omnes ergo ciues illius ciuitatis videndo deum gaudent in illa magna ciuitate & ampla & cœlesti, spectaculum eis deus ipse est. Sed nos ab illa ciuitate peregrinamur, peccato expulsi ne ibi remaneremus, & mortalitate prægrauati ne illo rediremus. Respexit deus peregrinationem nostram, & ille qui ædificat Hierusalem, restituit lapsam partem. Vnde restituit lapsam partem? Dispersiones Israel colligens. Cecidit enim pars quædam, & facta est peregrina. Hanc peregrinationē misericorditer vidit deus, & quæsiui, non quærentes se. Vnde quæsiuit? Quem misit ad captiuitatem nostrā? Misit redemptorem, secundum quod ait Apostolus. Commendat, inquit, deus dilectionem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Misit ergo ad captiuitatē nostram redemptorem filium suum, Porta, inquit, tecum saccum, ferto ibi pretium captiuorum. Induit enim se ille mortalitatem carnis, & ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. Illo sanguine collegit dispersiones Israel. Et si ille colligit olim dispersos, quomodo satagendum est vt colligantur modo dispersi? Si collecti sunt dispersi, vt in manu artificis ad ædificium formarentur, quomodo colligendi sunt qui de manu artificis inquietudine eciderunt? Aedificans Hierusalem dominus. Ecce quem laudamus, ecce cui laudem tota vita nostra debemus. Aedificās Hierusalem dñs, & dispersiões Israel colligēs. Q̄o colligit? Quid agit vt colligat? Qui sanat cōtritos corde. ¶Ecce q̄o colligunt dispersiones Israel, vt sanent cōtriti corde. Qui cor nō conterūt, nō sanant. Quid est. n. conterere cor? Notum sit charissimi, fiat vt sanari posśitis. Dictum est. n. multis alijs scripturarum locis, & maxime illo loco voce nra quidā cantans dicebat, Q̄m si voluisses sacrificiū dedissem: Vtiq. deo dicebat, Si voluisses sacrificium dedissem vtiq., holocaustis autem nō delectaberis. Quid ergo? Sine sacrificij oblatiōe remanebimus? Audi quid te velit offerre. Sequit & dicit, Sacrificiū deo spūs contribulatus, cor contritū & humiliatum deus non spernit. Sanat ergo contritos corde, q̄a illis propinquat vt sanet, sicut dr in alio loco, Prope est dñs his q̄ obtriuerūt cor. Qui obtriuerūt cor? Humiles. Qui nō obtriuerūt cor? Superbi. Contritū sanabit, elidetur elatū. Ad hoc. n. forte elidit, vt cōtritū sanetur. Ne velit ergo frēs cor nostrū esse erectū, antequā sit rectū. Male erigit q̄d non primo corrigit. Qui sanat cōtritos corde. Et alligat cōtritiones eorū.) Sanat, inquit, cōtritos corde, sanat ergo humiliatos corde, sanat cōfitētes, sanat seipsos puniētes, in se verū iudiciū exercētes, vt possint esse illius misericordiā sentiētes. Tales sanat, sed pfecta eorū sanitas transfacta mortalitate, fiet, q̄ corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem:

Rom.5.

B

C

D

E

Psal.50.

Psal.33.

1.Co.15

litatem: quando nihil erit quod ex carnis labe sollicitet, non solum nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo fratres mei quantæ illicitæ delectationes animum tangunt, quanuis eis non consentiamus, vt membra nra iustitiæ seruiāt, nō iniquitati: tñ vel delectari talibus, etsi non cōsentis, nōdum est pfecta sanitas. Sanaberis ergo, cor de sanaberis cōtrito. Noli erubescere, contere cor: tales sanat deus. Sed qd ago inquis mō? Condelector. n. legi dei sed m interiorem hominē: video aūt aliam legē in membris meis repugnantē legi mētis meæ, & captiuum me ducentē in lege peccati. Quid agis? Contere cor, cōfitere: age, dic sequentia: Infœlix ego hō, q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Hoc. n. dicere, infœlix homo, iam cor cōterere est. Ille speret fœlicitatem, q̄ confitetur infœlicitatem. Dic ergo, Infœlix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? vt rndeat tibi, Gratia dei per Iesum Christum dñm nostrū. Q̄o aūt liberabit ipsa gratia dei? unde nūc pignus accepimus? Audi eundem Apostolū, Corpus quidē, inquit, mortuum est ꝓpter peccatū, spūs aūt uita est ꝓp iustitiā. Si ergo spūs eius q̄ suscitauit Iesum Christum ex mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantē spiritum eius in vobis. Hoc ergo pignus accepit spiritus nr, vt incipiamus fide seruire deo, & ex fide appellari iusti. Q̄m iustus ex fide viuit. Quicquid autem nobis adhuc repugnat & resistit, de mortalitate carnis est, & hoc sanabitur. Viuificabit enim, inquit, & mortalia corpora vestra per inhabitātem spiritū eius in vobis. Ad hoc pignus dedit, vt cōpleat quod promisit. Quid ergo nunc in hac vita, quando adhuc confessores sumus, nōdum possessores? Quid in hac vita? Quid fiet? Q̄o durabitur? Sanat contritos corde. Sed perfecta sanitas tunc erit, quando diximus. Nunc ergo quid? Alligat contritiones eorum. Quid curat, inquit, contritos corde, quorum perfecta sanitas in resurrectione iustorum erit, alligat modo contritiones eorū. Quæ sunt alligamēta contritionum? Sicut medici alligant fracturas. Aliquando. n. intelligat & ex hoc charitas vestra, & notum est eis qui animaduerterunt, vel à medicis audierūt, aliq̄n praue & distorte firmata, vt corrigant medici frangunt, & faciunt vulnus nouum, quia mala erat sanitas praua. Sic ergo rectæ sunt, inquit, scriptura, viæ dñi, sed prauicordius in illis scandalizabitur. Quid est prauicordius? Torticordius, tortum cor habens. Putat torta esse omnia quæ dicuntur à deo, putat praua esse omnia quæ fecit deus, & displicent illi omnia iudicia dei, maximeq̄ in quibus ipse corripitur, & sedet & disputat q̄ male faciat deus, quia non pro eius volūtate facit. Distortum cor, prauū cor est, qd̄ non se corrigit ad deum, & deum vult distorquere ad se. Quid ergo dicit deus de super? Tortus es, æquus sum. Si tu rectus esses, sentires & sitires æquitatem meam. Quēadmodum si in pauimentum æquale poneres distortum lignum, non collocare tur, vndiq. nutaret, vndiq. agitaretur, qd̄ non loci inæqualitas, sed distortio ligni facit, sicut ait scriptura, Quam bonus Israel deus rectis corde. Quid ergo tortum est cor? Quomō dirigit? Et tortum est & durum. Iā ergo tortum & durū frangat, cōteratur vt dirigatur. Tu dirigere cor tuū, non potes: tu frange, ille dirigat. Q̄o tu frangis? q̄o tu conteris? Confitendo, puniendo peccata tua. Quid aliud significat peccatorum tunsio, nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse cū cadimus & tūdimus pectus? Sed significamus nos cor conterere, vt à dño dirigatur, Sanat ergo contritos corde, & contritum cor habentes: & sanitas ipsius cordis tunc erit perfecta, cum & corporis reparatio implebitur quæ promissa est. Nunc interea quid facit medicus? Alligat contritiones tuas, vt tu possis peruenire ad plenissimam firmitatē, donec consolidetur quod fractum est, qd̄ alligatum est. Quæ sunt ista alligamenta? Temporalia sacramenta. Alligamenta medicinalia sunt contritionis nostræ, sacramenta interim temporalia quibus habemus consolationem: & ista omnia quæ loquimur vobis, ipsa quæ sonant & transeunt, quicquid in Ecclesia geritur temporaliter, alligamenta sunt contritionum. Quemadmodum enim medicus perfecta sanitate detrahit ligaturam, sic in illa ciuitate Hierusalem cum æquales angelis facti fuerimus. Nam quid putatis? ibi nos accepturos esse quod hic accipimus? Aut ibi recitandum est nobis euāgelium, vt fides nostra permaneat? aut impo-

Rom.3.

F

Rom.8.

Rom.1.

Rom.8.

G

Ecclē.3.

Sus.. psa. 44.

Psal.27.

H

I

Mat.22.

imponenda est manus ab aliquo ꝓpósito? Ista omnia alligamẽta fracturæ sunt, sed ꝑfecta sanitate detrahent: sed ad eã non peruenirent, nisi alligarent, Sanat ergo cõtritos corde, & alligat cõtritiones eorũ. Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina vocat.] Quid magnum deo, numerare multitudinem stellarum? Hoc & homines conati sunt. Viderint vtrum implere potuerint non tñ conarentur, nisi se impleturos esse sperarent. Illis dimittamus quid potuerint, & quousq. ꝓuenerint: deo aũt nõ puto esse magnũ numerare oẽs stellas. An forte numerũ ne obliuiscaẽ, recenset? Et magnum est aliquid deo stellas numerare, cui capilli capitũ numerati sunt? Manifestũ est frẽs aliquid vel
Mat. 10 le deũ intelligere nos in eo qđ ait, Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus
K eis, iuquit, nomina vocãs. Sunt stellæ quædam lumina in Ecclesia cõsolantia noctẽ nostrã oẽs de ꝙbus dicit Apostolus, in qui
Phili. 2. bus appareris tanquã luminaria in mũdo, In ista, inquit, natione tortuosa & peruersa, in quibus apparetis tanquã luminaria in mũdo verbũ vitæ habentes: illas stellas numerat deus. Oẽs secũ regnaturos, oẽs aggregandos corpori vnigeniti sui numeratos hẽt, & numerat eos. Qui indignus est, nec numerabit. Et multi crediderunt, vel multi se qualicũque adũbrata specie fidei, populo eius applicuerunt, noui tamen ille quid numeret & quid ventilet. Nã tanta
Psal. 39. est celsitudo euãgelij, vt fieret quod dictũ est, Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerũ. Sũt ergo in populis & supernumerarij quodãmõ. Quid est supernumerarij? Plus q̃ futuri sunt. Intra parietes istos plures sunt, q̃ futuri sunt in regno dei, in illa Hierusalem cœlesti, ipsi super numerũ sunt. Animaduertat quisque vtrum luceat in tenebris, vtrũ in iniq tate seculi tenebrosa nõ seducaẽ, si non fuerit seductus nec victus, tanquã stella erit, quã iã numerat deus. Et omnibus, inquit, eis nomina vocans: ubi est totum prẽmiũ.
L Habemus nomina apud deum: vt nouerit deus nomina nostra, hoc optare debemus, hoc agere, hoc satagere quantum possumus, non de alijs rebus gaudere, nec de donis quibusdam spiritalibus, videat charitas vestra, multa dona sunt in Ecclesia, sicut Apostolus dicit, Alij quidem per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides
1. Co. 12 in eodem spiritu, alij donatio curationũ, alij dijudicatio spirituum, id est, diiudicet inter bonos malosq́ue spiritus, alij linguarum genera, alij prophetia. Quanta dixit, quam multa dixit? Multi donis talibus male vsi, audient in fine, Non noui vos. Et quid dicturi sunt in fine, qui audient, Nõ noui vos? Domine nonne in nomine tuo
Matt. 7. prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? In nomine tuo omnia ista? & quid dicet eis? Nũquam noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Quid est ergo esse iam lumen cœli consolans noctẽ, & quod vindicatur a nocte? Adhuc, inquit, supereminentiorẽ
1. Co. 13 vitam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeã, factus sum vt æramentũ sonans, aut cymbalum tinniens. Quale donũ est loqui linguis angelorum et hominum? Tamen si charitatem, inquit, non habeã, M
æramentum sum sonans, aut cymbalum tinniens. Si sciero, inquit, omnia sacramenta & omnem scientiam, & si habuero omnem prophetiam, & omnem fidem, ita vt montes transferam, quanta ista dona sunt? Charitatem autem non habeam, inquit, nihil sum. Quale est illud donum martyrij & distributionis rerum suarum? Et tamen si distribuero, inquit, omnia mea pauperib., & tradidero corpus meũ vt ardeat, charitatem autem non habeam, nihil mihi
Mat. 13 prodest. Qui ergo non habet charitatem, & si ad tempus habet hęc dona, auferentur ei. Auferetur ei quod habet, quia quiddam nõ hẽt, Et ipsum quiddã hoc nõ habet vnde cætera teneantur, & ipse non pereat. Quid est illud quod modo ait dominus, Qui habet, addetur ei: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo? Qui ergo non habet, & quod habet auferetur ab eo. Habet gratiam posidendi, sed non habet charitatem vtendi. Quia ergo illud nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Propterea discipuli vt haberẽt charitatẽ quos volebat facere in cœlo stellas ambulantes supereminentem viam ille qui numerat
A multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans, cum redirent discipuli quo missi erant, exultauerunt & dixerũt, Domine, ecce spiritus immundi subiecti sunt nobis ꝓp nomen tuum, Et ille qui numerat

numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans, sciens multos di
Luc. 10. cturos esse, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, quibus dicturus est in fine, Non noui vos, quia eos nõ numerauit in multitudine stellarũ, nec eis nomina vocauit, Nolite, inquit, in hoc gaudere, quia spũs vobis subiecti sunt, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina vocans. Magnus dñs noster.) Impletus est gaudio, eructauit ineffabiliter, nescio quid dicere nõ valebat, & cogitabat qũo valebat. Magnus dominus noster, Et magna virtus eius, & intelligẽtiæ eius nõ est numerus.) Ille ipse qui numerat multitudinem stellarum, numerari non potest. Magnus dñs noster, & magna virtus eius, & intelligentiæ eius nõ est numerus. Quis hoc exponat? quis digne vel cogitet qđ dictum est, Et intelligẽtiæ eius non est numerus? Atque vtinã infundat se vobis, & vbi nos deficimus, quia ipse po
B tens est, ipse illustret mẽtes vestras, vt sciatis quid sit, intelligẽtiæ eius non est numerus. Videtis enim fratres, nunquid est nu
Mat. 10 merus arenæ? nobis nõ est, deo est. Cui capilli capitis nostri oẽs numerati sunt, & arena numerata est. Quicquid ergo finitũ mundus iste complectitur, ẽt si non homini, tamen est deo, parum dico deo, angelis numeratum est, Intelligentiæ eius
Li. 12. de Ciui. dei cap. 18. non est numerus, Excedit omnes numerarios intelligẽtia eius, numerari a nobis nõ potest, ipsum numerũ quis numerat? Numero numerantur quæcunque numerantur. Si quicquid numeratur, numero numeratur, numeri non põt esse numerus: numerari numerus nullo pacto põt. Quid
Sap. 11. ergo est apud deum? Vnde fecit omnia, & vbi fecit omnia, cui dicitur, Omnia in mẽsura & numero & põdere disposuisti? Aut quis ipsam mensurã, & ipsum numerum, & ipsum põdus vbi deus omnia disposuit, aut numerare põt, aut metiri, aut appendere? Ergo intelligẽtiæ eius non est numerus. Conticescãt humanæ voces, requiescant humanæ cogitationes. Ad incõprehensibilia non se extendant quasi comprehensuri, sed tanquã participaturi: particiC pes. n. erimus. Nam hoc qđ capimus erimus, nec totum capiemus: sed participes erimus, quia dictum est de Hierusalẽ cuius dispersiones colligit, dictum est de illa quiddam magnum, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipsum. In idipsum quid ait, nisi quod Ps. 121. mutari nõ potest? Cætera quæ sunt creata, aliter possunt esse: qui aũt creauit, aliter & aliter nõ potest esse. Idipsum ergo il
le est, qm̃ dictum est ei, Mutabis ea & mu Ps. 101. tabuntur, tu aũt idem ipse es, & anni tui non deficient. Igitur si ipse idemipse est, & mutari ex nulla parte potest, participãdo eius diuinitatẽ erimus & nos immortales in vitam æternam. Et hoc nobis pignus datum est de filio dei quod iam dixi sanctitati vestræ, vt antequam efficere remur participes immortalitatis ipsius, fieret ipse prior particeps mortalitatis nostræ. Sicut autem ille mortalis, non de sua substantia, sed de nostra, sic nos immortales, nõ de nr̃a substantia, sed de ipsius. Participes ergo erimus nemo dubitet, scriptura hoc dixit. Et cuius rei participes erimus quasi partes sint apud deũ, aut per partes diuidat deus? Quis ergo explicat qũo sint participes vnius simplicis multi? Nõ ergo D
exigatis qđ aperte antè dici nõ posse puto quam videatis, sed redite ad remediũ saluatoris, conterite cor, confringatur animi duritia, cõteratur animi duritia, conteraẽ animi pertinacia, accusetur in malo, renascatur in bono, diriget ipse, alligabit fracturam, cõsolidabit sanitatem, & non erunt iã impossibilia nobis q̃ modo impossibilia sunt. Bonum est enim vt confiteatur infirmitatem, qui vult peruenire ad diuinitatem. Intelligentiæ eius non est numerus. Ideo quid debeas facere in difficultate intelligendi, ostendit tibi cum consequenter dicit, Suscipiens mansuetus dominus,] Verbi gratia, Non intelligis, parum intelligis, nõ consequeris. Honora scripturã dei, honora verbum Dei, etiam non apertum, diffe r pietate intelligẽtiam. Noli proteruus esse accusare aut obscuritatẽ, aut quasi peruersitatem scripturæ. Peruersum hic nihil est, obscurum aũt aliqd est, non vt tibi negetur, sed vt exerceat accepturum. Ergo qñ obscurum est, medicus illud fecit vt pulses. Voluit vt exerceeris in pulsando, voluit vt pulsanti aperi Matt. 7.
ret, Pulsando exerceberis, & exercitatus latior efficieris, latior factus, capies quod donatur. Ergo noli indignari quod clausum est. Mitis esto, mansuetus esto. Noli E
recalcitrare aduersus obscura, & dicere,

Melius diceretur, si sic diceretur. Quando enim potes tu sic dicere aut iudicare quomodo dici expediat? Sic dictum est quomodo dici debuit. Non corrigit æger medicamenta sua. Nouit ea medicus modificare, ei crede qui te curat, Ideo q d sequitur? Suscipiens mansuetos dominus. Noli ergo resistere aduersus clausa dei, mansuetus esto, vt suscipiat te. Si autem resistis audi quid sequatur, Humilians autem peccatores vsque ad terram.) Multa genera sunt peccatorum. Humilians autem peccatores vsque ad terram. Quos peccatores, nisi contrarios māsuetis? Ex eo quippe qd ait, Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram, speciem quandam peccatorum ex prædicta mansuetudine voluit intelligi. Peccatores ergo hoc loco immites, & eos qui māsueti non sunt, intelligimus. Quare humiliat vsque ad terram? Reprehendunt intelligibilia, terrena sensuri sunt, Hoc fecit & hominibus qui voluerunt irridere legē antequam nossent: non enim fuerunt māsueti. Intelligat charitas vestra, Extitit quę dam perditissima secta Manichæorum, ac
F ceptas scripturas & lectas irrisit, reprehendere voluit quod non intelligebat, & exagitando & reprehendendo non intellecta multos illaqueauit. Sed humilitati sunt q hoc facere voluerunt, vsque ad terram.
Non sunt permissi intelligere cœlestia, terrena sapuerunt. Quicquid audis in fabulis ipsorum, non nisi blasphemia est, & quædam figmenta imaginum corporaliū, quandoquidem volentes intelligere deū, vsque ad lucis istius visibilis cogitationē venerunt vltra ire non potuerunt, & tales campos lucis fecerunt in regno dei, qualē viderunt hunc solem quasi fructum lucis illius. Totum autem hoc quod per terrā carnis tangitur, terra est deo: habemus. n. vnde videamus, vnde audiamus, vnde odoremus, vnde gustemus, vnde tangamus. Caro ista per quinque nuncios quosdam, quos appellamus sensus, percipit non nisi corporalia, intelligibilia vero & spiritalia, mente capiuntur. Quia ergo illi obscuritatem scripturarum irriserunt, quæ propterea clausa erat, vt pulsantes exercerent, nō vt paruulis negarētur, humiliati sunt vsq. ad terram, vt cogitare amplius nō possint, q̄ quod per terram percipitur. Per terram quid dico? Per carnē caro. n. ista terra est, & de terra facta est. Quicquid per oculos capis, ad terram ptinet, quicquid p aures, G
q cquid per olfactū, q cquid per gustū, quicquid per tactum, ad terrā ptinet, quia per terram percipit. Illi ergo non volebant intelligere intelligentiam cuius non est numerus, quia intelligentiæ eius non est numerus, reprehendentes scripturas mysticas, mysticis quibusdā rebus salubriter tegentes intelligentiā paruuli exerceant, & ipsa reprehensione immites facti, quod cō trarium est māsuetis, humiliati sunt vsque ad terram, vt incorporalē deū sentire non possent, & quicquid de deo cogitarent, nō nisi corporaliter cogitarent. Humilians ergo est deus peccatores vsq. ad terrā. Quid ergo debemus facere nos si nolumus humiliari vsq. ad terrā? Quia magnum est proficere vsq. ad intelligibilia, magnū est proficere vsq. ad spiritalia, magnum est eo puenire cor, vt nouerit esse aliquid qd' nō per loca extendatur nec per tpa varietur. Qualis est. n. species sapientiæ? quis illam cogitet? longa est? quadrata est? rotūda est? Modo hic & modo ibi est. Cogitat sapientiam nescio quis in Oriente, cogitat illam alius in Occidente: si bene illā cogitant, in H
tanta locorum diuersitate positi, ambobus præsto est, Quid est hoc? quis illud capit? Istam substantiū, istam quandam diuinam incommutabilemq. naturā quis capit? Noli festinare poteris capere, Audi quod sequitur, Incipite dño in cōfessione.] Hinc incipe, si vis peruenire ad intelligentiam spiritualis veritatis. Si vis à uia fidei perduci ad possessionem speciei, incipe in cōfessione. Te prius accusa, te accusato, deum laudа. Inuoca quē nondū nosti, vt veniat & sciatur, non vt ipse veniat, sed vt te ad se perducat. Quomodo ipse venit, vnde nunquam discedit? Ipsa est enim perfectio sapientiæ. Vbique est, & longe est à malis. Vbiq. est, inquam, & lōge est à malis qui vbiq. sunt. Rogo vos à quibus longe est quod vbique est? Vbi putatis, nisi quia iacent in dissimilitudine sua, exterminantes in se similitudinem dei? Si dissimiles facti recesserunt, reformati redeant. Vnde, inquit, reformabūtur? quādo reformabimur? Incipite domino in confessione. Post confessionem quid? Sequantur bona opera. Psallite deo nostro in cithara.) Quid est, in cithara? Quod iam exposui, sicut illud in psalterio Psalmus, sic & cithara, non solum voce sed

& ope-

& opere. Psallite deo nostro in cithara.
I Ecce confitemini, operamini opera miseri cordiæ, psallite deo nō. Cui deo nostro? Qui cooperit cœlum nubibus.) Quid est, cooperit cœlum nubibus? Qui contegit scripturam figuris & sacramentis. Ille qui humiliat peccatores vsq. ad terram, ille q suscipit mansuetos, cooperit cœlum nubibus. Et quis videat cœlū qd coopertū est nubibus? Noli timere, audi quod sequit, Qui cooperit cœlū nubibus, Qui parat terræ pluuiam) Qui cooperit cœlū nubibus, Expauisti, quia non vides cęlum: cum pluerit, fructificabis, & serenum videbis. Cooperit cęlum nubibus, qui parat terræ pluuiā: forte hoc fecit dominus deus noster. Nisi enim haberemus occasionem obscuritatis scripturarum, ista uobis non diceremus quibus gaudetis, Hæc ergo pluuia fortasse est ad quam gaudetis. Exprimi vobis per linguam nostram non posset, nisi deus nubibus figurarum cœlū scripturarum cooperiret. Ad hoc ergo ille cooperit cęlū nubibus, vt paret terræ pluuiam. Ad hoc obscura esse voluit dicta prophetarum, vt haberent postea serui dei quod interpretando influerent super aures, & corda hominū excipientium de nubibus dei saginam lętitiæ spiritalis. Qui cooperit cœlum nubibus, qui parat terræ pluuiam. Qui exorit facit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.] Ecce fructus pluuiæ,
K Qui exoriri, inquit, facit in montibus fœnum. Nunquid nō & in terra humili? Sed quid magnum est in mōtibus? Montes dicit excelsos seculi, aliqua magna dignitate præditos, hoc loco mōtes accipe. Et nō est mirū, quia duo minuta misit, nescio q̄ vidua in gazophilaciū, terra attulit fęnū, terra humilis: & mōs attulit, Zacchæus ille maior publicanorū: hoc. n. erat mirabilius, q̄a mōs attulit fęnū. Quāto. n. elati sūt homines, tāto auari sūt: & quāto in hoc seculo maiores, tāto plus amāt diuitias. Vñ ille tristis abscessit, q̄ cōsiliū vitæ æternæ petebat à dño, & appellauit eū magistrū bonū dicens, Quid faciam vt vitam æternā habeam? Et ille, Serua mandata. Quæ? & dixit, Mandata legis. Hæc omnia fecit à iuuentute mea. Vnū, inq t, tibi deest, vis esse perfectus, vade vende omnia tua q̄ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cęlo, & veni sequere me: quia dixit dñs, Ecce mons es, accipe pluuiam, et da fœnū. Quid enim daturus es? Nōne fœnū? Etenim ista omnia q̄ Ecclesiæ ad necessitates seruientium deo dantur à diuitibus, quid sunt nisi fœnū? Carnalia. n. sunt, & ad tempus ap- L
parentia: sed non inde aliq d carnale cōquiritur. De rebus vilibus qbus emas attende: Apostolus. n. ait oftēdens fœnum esse il 1.Co.9.
lud, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus? Et audi qa carnalia fœnum sunt, Omnis Esa.48.
caro fęnum, & omnis claritas hominis vt flos fęni, Ergo ille tristis abscessit: & ait dominus, Quā difficile diues intrat in regnū Mat.19
cœlorum? Hoc ergo magnum, quia exoriri facit in montibus fœnum? Et quomodo exoriri facit in montibus fœnum, si diues ille audito q̄ res suas deberet dare pauperibus, tristis abscesit? Quomodo postea respondit apostolis contristatis? Quæ hominibus impossibilia sunt, deo facilia sūt. Ergo ille exoriri facit in montibus fœnū, cui omnia faciliasūt. Nam nihil esset sterilius durissimis montibus. Pluit ille q facit exoriri in montibus fœnum & herbā seruituti hominū. Cui seruitui? Ipsum Paulum attēde. Nos aūt, inquit, seruos vestros 2.Co.4.
per Iesum Christū: qui dicebat, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si 1.Co.9.
vestra carnalia metamus? seruum se dixit: seruimus enim uobis fratres. Nemo se nostrum dicat quasi maiorem vobis esse: erimus maiores, si fuerimus humiliores. Qui Mat.20
cunque autem vult esse maior vestrum, M
domini sententia est, erit vester seruus. Ergo exoriri fecit in mōtibus fœnum & herbam seruituti hominum. Paulus quidem apostolus manibus suis viuens, ipsum fœnum montium noluit accipere, voluit indigere, sed tamen montes dabant fœnum. Nam quia ille noluit accipere, propterea montes dare non deberent, aut ĩsteriles remanerent? Debetur pluuiæ fructus, debet seruo cibus, sicut dominus ait, Mā ducate Mat.10
q̄ ab ipsis sunt. Et ne putarēt aliq d de suo donare, Dignus est, inq t, operarius mercede sua. Itaq. fratres, qm̄ contigit iā ex ista occasione aliq d loq vobis, maxime q a loquimur, talia nos nō quærentes à vobis, & ideo liberius dicimus. Sed etsi q̄reremus, fructum vestrum quæreremus, & non vestras opes, sed vestrā iustitiā tm̄, tū admoneo breuiter, qm̄ iā multa diximus, & aliquando sermo finiendus est, si vultis nōn esse steriles, vt reddatis pro pluuia

fœcunditatem,ne damnetur postea sterilitas vestra. Minatur enim deus terræ sterili & spinosæ ignem, sicut fructuosæ horreū parat, Efficite vt vosipsos exigatis, efficimini exactores vestri. Christus tacitus exigit, & maior est vox tacentis, quia in Euāgelio nō tacet: non.n. vere tacet cum dicit, Facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula. Non tacet ipse, audite vocem eius. Nemo.n. à vobis pt exigere, nisi forte exactione opus est, vt q vobis in Euāgelio seruiunt, petant à vobis. Si ad hoc ventū fuerit ut petant, videte ne quod vos à deo petistis frustra petatis. Ergo estote exactores vestri, ne aliq d illi, q in Euāgelio seruiunt vobis, nō dicam petere cogantur, nā forte nec coacti petent, sed ne silētio vos arguāt: vnde scriptum est, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Cū dicit, qui intelligit super egenū & pauperē, non expectat vt petat. Intelligite super illum. Alius te quærit indigens, aliū tu debes quærere indigentē. Vtriq. dictū est fratres mei. Et omni petentite da: modo lectū est, Et alio loco scriptura dicit, Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias iustum, cui eam tradas. Alius est qui te quærit, alium tu debes quærere: nec eum q te quærit relinquas inanem, omni enim petenti te da. Sed alius est quē tu debes quærere, Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias iustum cui des. Nunquam hoc facietis, nisi aliquid de rebus vestris sepositum habueritis, quod cuique placet pro necessitate rei familiaris suæ, tanquam debitum quasi fisco reddendum. Si non habet rēpublicam suā Christus, nō habet fiscū suum? Fiscus.n scitis quid sit? Fiscus.n. saccus est, vnde & fiscellæ & fiscinæ dicuntur. Ne putetis quia aliquis draco est fiscus, quia cū timore auditur exactor fisci, Fiscus saccus est publicus: ipsum habebat dominus hic in terra, quando loculos habebat, & ipsi loculi Iudæ erant cōmissi. Iudam traditorem patiebatur dominus & furem & in ipso ostendens vbiqūe patientiam suam: tamen illi qui conferebant, in loculos domini conferebant: nisi forte putatis quia dominus ibat & petebat aut indigebat, cui angeli seruiebant, qui de quinq. panibus tot milia hominum pauit. Quare ergo egere voluit, nisi vt daret exemplum montibus, vt parerent fœnum, ne contra pluuiā sterilitatem redderent? Præcidite ergo aliq d & deputate aliquid fixum, vel ex annuis fructibus, vel ex quotidianis quæstibus vestris. Nam quasi diuino videris dare, & necesse est vt trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non debueras. Exime aliquam partem reddituum tuorum. Decimas vis, decimas eximе, quāquam parum sit: dictum est enim quia Pharisæi decimas dabant, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et quid ait dominus? Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, nō intrabitis in regnum cœlorū. Et ille super quem debet abundare iustitia tua, decimas dat, tu autem nec millesimam das. Quomodo enim superabis eum, cui non æquaris? Qui cooperit cœlum nubibus, qui parat terræ pluuiam, qui exoriri facit in mōtibus fœnū & herbam seruituti hominū. Et dat pecoribus escam ipsorum.] Pecora ista dicit greges dei. Nō fraudat deus gregem suum escā sua per homines, quorum seruituti herbam facit exoriri. Vnde dicit Apostolus, Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Qui dat pecoribus escam ipsorum. Et pullis coruorum qui inuocant eum.) Hoc forte putabimus, quia corui deū inuocant ut det illis escam? Ne hoc cogitetis, irrationalem animam inuocare deum: nō nouit anima inuocare deū, nisi sola rationalis. In figura accipite dictū nec putetis, sicut impij quidam dicunt, reuolui animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos. Hoc à cordibus vestris excludite, & à fide vestra. Anima humana facta est ad imaginem dei, non dabit imaginem suā cani & porco: Quid est ergo, Et pullis coruorum qui inuocāt eū? Qui sunt pulli coruorum? Israelitæ se solos iustos esse dicebant, quia legem acceperant, cęteros omnes omnium gentium homines peccatores dicebant. Et vere omnes gentes in peccato, in idololatria in adoratione lapidum atque lignorum erant. Sed nunquid sic remanserunt? Et quid ipsi? Et si non nisi ipsi corui patres nostri, tū pulli coruorū nosipsi corui inuocamus deum. Dat pecoribus escam ipsorū, & pullis coruorum qui inuocāt eum. Ipsi sunt pulli coruorū, quibus dicit Petrus, Quia non corruptibili argento vel auro redempti estis de superuacua vestra consuetudine à parentibus vestris tradita. Proficiētes enim pulli coruorum

uorum qui simulacra colere videbātur parentum suorum, conuersi sunt ad deū. Et audis modo pullum corui inuocantem vnum deum. Quid ergo? Dimisisti parentem tuū, dicis pullo corui? Dimisi planè. Ille.n. coruus non inuocans deū, ego pullus corui inuoco deum. Et pullis coruorum qui inuocāt eum. Non in potenta tu equi voluntatem habebis.) Potentatus equi est superbia, Videtur.n. equus veluti ad fugge stum hominis accommodatus, vt altior incedat, Et reuera est in eo ceruix indicans quandam superbiam. Nō se extollant homines in suis dignitatibus, nō se sublimes putent, honoribus, caueant ne in equo in domito præcipitentur. Vide enim quid dictū est in alio Psalmo, Hi in curribus, & hi in equis, nos autē in nomine domini dei nři magnificabimur, Hoc est illi in honoribus temporalibus, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Propterea illis quid accidit? Videte quid sequitur, Illis obligati sunt pedes & ceciderūt, nos autem surreximus & erecti sumus. Nō in potentatu equi voluntatem habebit. Nec in tabernaculis viri bene sentiet.) In tabernaculis, inquit, viri. Est.n. tabernaculum dīi, ipsa sancta Ecclesia toto orbe diffusa. Hæretici diuidētes se ab Ecclesiæ tabernaculis, sibi tabernacula posuerunt, non in ipsis tabernaculis viri bene sentiet deus. Sed pullum coruorum attende dicētem. Elegi abiectus esse in domo dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Etenim si alicui bono, pio, confitenti infirmitatem suam, pullo corui inuocanti deū cōtigerit forte in Ecclesia carere honore tpali, non it extra Ecclesiam, nō sibi facit extra Ecclesiam tabernaculū, in quo non bene sentiat Deus. Sed quid dicit? Elegi abiectus esse magis in domo domini, q̄ habitare in tabernaculis peccatorum: Nec in tabernaculis viri bene sentiet. Sed quid adiungit? Bene sentiet dominus in timentibus eum, & in his qui sperant in misericordia eius.) Bene sentit dominus in timētibus eum. Sed nunquid sic timetur deus, quomodo & latro? Nam & latro timetur, & bestia timetur, & homo iniustus & potens timetur multum. Bene sentiet dominus in timentibus eum. Sed quō in timentibus eum? Et in his qui sperant in misericordia eius, Ecce timuit eū Iudas traditor Christi, sed non sperauit in misericordia ipsius. Postea.n. pœnituit eum q̄ tradiderit Christum, & dixit, Peccaui, quia tradidi sanguinem iustum. Bene quidē timuisti, sed si speraret in misericordia eius quē timuisti. Ille desperando abijt, & laqueo se suspendit. Ergo sic time dīm, vt speres in misericordia eius. Si times latronē ab alio speras auxiliū, & non ab eo quem times. Si hic times, poscis auxilium ab eo quem nō times aduersus eum quē times. Si sic times deū, & ideo times deum quia peccatores, a quo accepturus es auxilium aduersus deum? Quò iturus es? Quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatum. Placabis.n. eum, si speres in misericordia ipsius. Atque ita de cætero peccare caueas, vt de præteritis depreceris vt tibi dimittāt à domino, cui est honor & imperium cum patre & spiritu in secula seculorum, Amen.

In Psalmum centesimum quadragesimumseptimum. Enarratio.

MEminit charitas vestra de Psalmo quem modo cātauimus, in hodiernum diem nos distuliſſe sermonē. Ipsi.n. erat, & de die dominico lectus est, & tractandus ipse susceptus est. Sed quia Euangelica lectione tūc permoti, præ magnitudine timoris nostri & vestræ vtilitatis immorati sumus in eo q̄ nobis dominus diem nouissimum commendauit, cautosq. nos & vigilātes expectare voluit aduentum suū, terrēs etiam exēplo, ne damnaret iudicio, sic futurū dicens aduentum filij hominis, sicut in diebus Noe mandu cabant & bibebant, emebant, vēdebant, nubebant, vxores ducebāt, donec introiret Noe in arcam. & venit diluuiū & perdidit omnes. Solliciti ergo & magno timore cōcussi, quis.n. si credit non timeat? in eo sumus quantū potuimus immorati, vt de vestris moribus vitaq. vestra, & omniū nostrum sermo p̄duceretur, quo possimus illum diē non solum securi expectare, sed etiā desyderare. Si.n. amamus Christum, vtique aductum eius desyderare debemus. Peruersum.n. est, & nescio vtrum verū, quem diligis timere ne veniat: orare, Adueniat regnū tuum, timere ne exaudiaris. Vnde autē timor? quia iudex venturus

turus est:nunquid iniustus? nunquid maleuolus?nunquid inuidus?nunquid postremo ab altero expectans nosse cām tuā, ne forte ille quem instruxisti, vel ꝓuaricatione te decipiat, vel minori facūdia & facultate deficiens, innocentiæ tuæ bonū verbis demonstrare mō non posit?Nihil horū.Quis ergo venturus est?quare non gaudes? quis venturus est iudicare te, nisi qui venit iudicari ꝓꝓ te? Non timeas accusatorē de quo ipse dixit, Princeps huius mū di missus est foras.Non timeas malū aduocatum:ille.n.tibi mō aduocatus est,q̄ tunc iudex futurus est.Ille erit,& tu,& tua causa,sermo caulæ tuæ, testimonium conscięntiæ tuæ. Quisquis ergo futurū iudicem times,ꝑsentē conscientiā tuam mō corrige. Parūm ne tibi est quod ꝑterita non requiret? Sine reliquo spatio temporis tunc iudicabit,sed qđ cum tanto spatio tꝑis mō ꝑcipit,tunc ēt corrigi non licebit, Modo qs prohibet?Hoc cum vehementer commendaremus dñico die,qa reuera,qa ꝓpè hoc solum dicendum est, non parū tꝑis effluxit, & coacti sumus hunc psalmum susceptū ad tractandum in hunc diem differre. Modo ipse ꝑsto est,intendamus in eū,imò in deum, qui hos sermones per misericordiam suam in spiritusancto dispensare dignatus est, ita vt ipse nouit expedire infirmitatibus nostris.Quis.n.æger consilium dare medico audet? Cum legeretur credo aut oēs aut multos vestrū animaduertisse q̄ habeat aliquos versus ad quos aperiendos pulsandū est,maximeq̄ vbi ait, Qui dat niuē velut lanam,nebulam velut cinerem spargit, qui mittit crystallum suum velut frusta panis, in faciem frigoris eius quis subsistet? His.n.auditis quisquis ea accipit ad literam, opera quidem diuina cogitauit. Quis.n.dat niuem nisi deus?& quis nebulam spargit nisi deus?crystallum quis durat nisi ipse deus? Et habēt hæc tria similitudines congruas appositas. Neque.n.dissimilis est lana niui, aut cinis nebulæ, aut frusta panis candido nitori, & cādori crystalli.Est.n.crystallum species quædam in modum vitri,sed candidum est: Hoc autē genus traditur ab eis qui nouerunt, vnde dubitare non debemus,qm̄ fidelissima scriptura testimoniū dicit. Traditur.n.crystallus durata p multos annos,& nō resoluta niue ita congelascere, vt resolutio nō facilis sit. Niues ꝑteritæ hyemis facilè dissoluit æstas aduenięs:non.n.eis ad confirmā dā duritiā accessit annositas.Vbi aūt niues multæ per annos multos super inuicē missæ fuerint, & copia sua violentiā æstatis, euicerint,non æstatis vnius, sed multarū ꝑsertim in his terræ partibus.i.in aquilonia plaga, vbi nec æstate sol feruētissimus inuenitur, ipsa diuturna & annosa duritia reddit hanc speciē,q̄ crystallum dr̄. Intendat charitas vestra. Quid est ergo crystallum? Nix est glacie durata per multos annos, ita vt a sole vel igne facilè dissolui nō posit.Hoc propterea aliquanto diutius exposuimus,quia multi ignorant: nec illi qui hoc forte norunt, de re quam nouerunt onerosum habent debere sermonem adhibitum,non ꝓꝓ se,sed propter eos qui non nouerunt.Hæc ergo cum audistis personā te lectore, non dubito vos diuersa cogitasse,dixisse aliquos,& verum dixisse,magna opa dñi: vnde particula q̄dā cōmemorata est, & ipsa terrena & ꝓpe omnibus annis nota,qūo ningat deus,qūo nebulā spargat, qūo ēt crystallum solidet,alios dixisse sibi. Putàs ne sine causa ista in scripturis posita sunt,aut vere hoc totū habent qđ sonant? Non nobis aliquid innuit nix ista & lana, nebula & cinis,crystallus & panis?Sed quare sic scriptus alloqui voluit,per q̄dā quasi caligines similitudinū?quanto melius apertius loqueretur?Quare vel quæro vel hæsito, quid sibi illa verba exigant? quare in audiendo vel laboro? quare plerunque audito psalmo,indoctus abscedo?Hoc est,qđ pauloante dixi, Patere te curari, ita sanandus es.Multum superbus & præceps est æger, qui & medicum monere audet etiam hominem. Consiliū ne audebit dare æger medico? Vbi homo ægrotat,& deus curat, magnum pietatis & sanitatis indicium est. Anteq̄ scias quare quid dictū sit, crede ita dici debuisse vt dictū est. Hæc.n.pietas faciet te capacem vt q̄ras quod dictum est,& cū q̄sieris,inuenias:& cum inueneris gaudeas. Asit ergo nobis apud dñm deum nostrum ille affectus precū vestrarum, etsi non propter nos, certe propter vos donare dignetur,quod hic absconditū latet. Mō ergo putate nos qm̄ cuiusdam spectaculi æditionis diuinæ diem promisimus, pronunciatis his versibus & nondum expositis, inuolutas quasdā æditoris nri sarcinas ꝓtulisse. Vtiq. ad hoc inuolutæ ꝓferunt, vt euolutæ expectent: vos aūt non tm̄ intueri, sed & vestiri paramini. Dixeramus aūt die dominico, si meminit charitas vra qui affuistis,ipsam euangelicā lectionem q̄ nos diutius tenuit,vt psalmi expositio differretur,cōgruā lectam fuisse eidē psalmo. Hoc tunc diximus, sed oñdere non valuimus,quia psalmū distulimus. Hodie itaq. demonstranda est & ipsa cōgruētia.In euā gelica illa lectione territi sumus de die nouissimo,terror ille securitatē parturit:territi.n.ꝓcauemus, ꝓcauentes securi erimus. qūo.n.ꝓpostera securitas in terrores impellit, ita ordinata sollicitudo securitatem parit. Territi.n.sumus ne ꝑsentem vitam deficientē,volaticam, transitoriam sic amemus quasi alia nulla sit: si.n.alia nulla est, amemus hanc.Si alia vita nulla est,fœliciores nobis sunt qui ad amphiteatrum hodie vigilarunt. Quid.n.ait Apostolus?Si in hac vita tm̄ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Est ergo alia vita?Interroget quisquam vestrū in fide sua,sed dormit fides:merito fluctuas,quia Christus dormit in naui. Iesus enim dormiebat in naui, & nauis fluctuabat in aquis & tempestatibus multis. Fluctuat ergo cor quando Christus dormit: Christus semper vigilat, qd est ergo,Christus dormit?Fides tua dormit. Quid adhuc dubitationis tempestate iactaris? Excita Christum,excita fidem tuā. Conspice oculis fidei vitam futuram, propter quam credidisti, propter quam signo eius signaris, qui propterea duxit hanc vitam, vt tibi ostenderet quam sit contemnenda quam diligebas,& quàm sit sperāda quam nō credebas.Si ergo fidem excitaueris,& oculos eius in nouissima miseris,futurumq̄ seculum in quo gaudebimus post alterum domini aduentum,post iudicium peractum, post traditum iustis regnum cœlorum, si illam vitam cogitaueris, & illius vitæ negociū ociosum, de quo sæpe locuti sumus, charissimi, non fluctuabit negocium nostrum: ociosum negocium plenum solius dulcedinis, nulla interpellatum molestia, nulla fatigatione sauciatum, nulla nube perturbatum. Negocium nostrum quod erit?Laudare deum,amare & laudare: laudare in amore, amare in laudibus. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Quare, nisi quia in secula seculorum amabunt te? quare, nisi quia in secula seculorum videbunt te?Hoc ergo fratres mei quare spectaculum erit in uisione dei? Vident homines venatorem & delectantur: væ miseris si non se correxerint.Qui enim vident venatorem & delectantur,videbunt saluatorem, & contristabuntur. Quid illis miserius,quibus saluator saluti non erit? Non ergo mirum, quia illis quibus voluptati est homo pugnans, non erit saluti deus liberans. Nos autem fratres si nos in eius membris meminimus, si concupiscimus, si perseueramus,videbimus & gaudebimus.Erit illa ciuitas purgatis omnibus ciuibus suis, nullo admixto seditioso aut turbulento. Inimicus ille qui modo inuidet, ne ad illam patriam veniamus, illic cuiquam insidiari non poterit,quia nec esse ibi permittetur. Si enim modo excluditur de corde credentium, quomodo excludetur de ciuitate viuentium? Quid erit fratres?quid erit?Rogo vos esse in illa ciuitate, de qua loqui tantum gaudium est: huic futuræ vitæ corda præparare debemus.Quisquis ei cor præparauerit,totam istam contemnit: contempta ista,securum facit expectare diem, de quo expectando dominus terruit.Cum ergo psalmus iste dicat nobis, & cantet de illa vita futura, Euangelium autem terruerit de præsenti:psalmus facit amorem futuræ, Euangelium facit timorem præsentis. Nec de futura delectatione tacetur in literis noui testamenti, & multo magis in eis vbi non tanquam inuolucris quibusdam proferuntur illa quæ intelligenda sunt,sed ibi videntur aperta,vt hic intelligantur obscura.Cum ergo dicit nobis Euangelium, Obseruate diem nouissimum venturum, diem aduentus filij hominis, quia illos male inuenturus est qui modo securi sunt, iō quia peruersè securi sunt: securi sunt.n.in voluptatibus seculi,cum deberent esse securi domitis cupiditatibus seculi: Iam vtique illi vitæ nos ꝓparauit Apostolus in verbis quæ tunc ēt cōmemoraui, De cætero frēs tꝑs breue est. Reliquū est vt q̄ habēt vxores tanquam non hñtes sint, & qui emunt tanquā non ementes,& qui gaudēt tanquā non gaudentes,& q̄ flent tanquam nō flētes, & q̄ vtuntur hoc mundo tanquā non vtentes sint: ꝑterit.n.figura huius mundi, volo vos sine solicitudine esse. Qui gaudium totum suum totamq̄ fœlicitatem suā constituit in manducando,bibēdo,vxorem ducendo,emendo,vendendo, vtendo mundo

86.di.e. videt homines.

Ioan.12

Mat.24

Matt.8.

Pſal.83.

Mat.24

1.Co.7.

mundo isto,sine solicitudine est talis:sed p̄ ter arcam,væ illi a diluuio. Quisquis autē siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit,omnia in gloriam dei facit:& si aliqua tristitia est de rebus secularibus, sic flet,vt intus in spe gaudeat: & si aliqua lætitia est in rebus secularibus, sic gaudeat, vt intus spiritaliter timeat,nec donet se corrumpēdum fœlicitati, nec cedat aduersitati frangendum. Hoc est enim flere tanquam non flentem,& gaudere tanquam non gaudentem. Quisquis & si habet vxorem,eiusque infirmitati compatiens, reddit non exigit debitum:aut si p̄ propriam infirmitatem ducit vxorem, plangens potius quia sine vxore esse non potuit, q̄ gaudens quia duxit. Quisquis vendit quod nouit quia & si maneret, beatum non faceret,quisquis q̄d emit nouit quia transiet:& de his omnibus etsi abundantibus, etsi circumfluentibus non præsumit, facitque ex eo quod habet, misericordiam cum eo qui non habet, vt & ipse accipiat quod non habet ab illo qui omnia habet. Quisquis talis est, securus
Gene.6. expectet diem nouissimum, quia non est
E p̄ter arcam, iam inter ligna imputribilia computatur,ex q̄bus arca fabricatur. Non ergo timeat venturum dñm, sed & speret & desyderet. Non.n. veniet ille ad inferendas pœnas,sed ad finiendas molestias. Hoc autem fit desiderio illius ciuitatis. Quod ergo monuit Euangelium, impletur eius ciuitatis desyderio quod Psalmus cantat, ita congruit Euangelium huic cantico, Et quam ciuitatem Psalmus iste cantat audiamus. Audiamus & cantemus gaudium nostrum:cum hoc audimus, cāticum dei nostri est. Non.n.tm̄ cantamus q̄m voce & labijs sonamus canticum. Est & canticū intus,assunt labia,quia sunt & aures cuiusdā intus. Voce cantamus, vt nos excitemus: corde cantemus, vt illi placeamus. Aggæi & Zachariæ psalmus) dicitur. Aggæus &
1.Esd.5. Zacharias Prophetæ fuerunt. Erant autē Prophetæ isti iam in captiuitate Hierusalem illius q̄ in terra portauit vmbram cuiusdam ciuitatis cœlestis. In illius ergo ciuitatis captiuitate cum essent in Babylonia,prophetauerunt Prophetæ isti reparationem Hierusalem,prophetauerunt ciuitatem nouā ex reparatione veteris,liberato populo a captiuitate. Agnoscimus & istā
F captiuitatem, si vere agnoscimus nostram peregrinationem. In hoc.n.mundo,in his tribulationibus seculi, in hac turba multiplici scandalorū, quodāmō in captiuitate gemimus, sed erigemur: p̄nunciatur ciuitas nostra noua æqualis futura. Nā & post istorū prophetationem,& visibiliter contigit vt totum explicaretur q̄d ad persoluendā imaginē pertinebat. Reparata est Hierusalē post septuaginta annos captiuitatis. Hie.25. Sic Hieremias Propheta septuaginta annis &c. 29. septenario illo numero oēm volubilitatē huius t̄pis signat:septenario.n.numero voluuntur dies hi, sicut nostis.i.abeunt,ijdē redeunt. Post septuaginta ergo annos cum prophetauit Hieremias reparari ciuitatē Hierusalem, factū est vt & ibi significaretur imago futurorum:significatum est nobis post oēm istam volubilitatem t̄pis,que septenario numero voluitur, futuram illā ciuitatem nostram iam in æternitate in vno die. In illa quippe habitatione tempus non voluitur, quia habitator ibi non labitur. Hanc cū viderent in spiritu Prophetę, videbant illā,dicebant de ista. Sed hæc dicebant de ista, q̄ in illam ducerent, & illa omnia q̄ fiebant sc̄m tempus, sc̄m corporales motiones,sc̄m actus hominum,signa erant & p̄nunciationes futurorū. Audiamus iam cantari ciuitatē illam,& erigamur ad eum. Multum.n.nobis eam cōmēdat spiritus dei, infundens nobis amorem illius,vt ei suspiremus, & in peregrinatione ingemiscamus,& ad illam venire desyderemus. Amemus illā,& ipsum amare amabile est. Ecce amemus illam ex ore sancto & ex ore Prophetico & dei spiritu dicentis: G

Expositio Psalmi.

COllauda Hierusalem dominum.) In captiuitate adhuc constituti, vident illos greges, imò vnum gregem omnium ciuium vndique collectorum ad illam ciuitatem: vident gaudium massæ post trituras post ventilationem iam missæ in horreum, nihil timentis, nihil laboris & molestiæ patientis: & adhuc hic positi, & in ipsa contritione conuersantes, præmittunt gaudium spei, & anhelant in illam quasi coniungentes corda sua angelis dei, & futuro illi populo secum in gaudio permansuro. Collauda Hierusalem dominum. Quid enim factura es ò Hierusalem? Transiet certe & labor

& labor & gemitus,quid factura es? aratura,seminatura, nouellatura,nauigatura es, negociatura es? Quid factura es? An in il-
H lis operibus quanuis bonis & de misericordia venientibus exerceri te adhuc oportet? Consydera numerum tuum, cōsydera vndique societatem tuam. Vide vtrum aliqs esuriat cui porrigas panem, vide si aliquis sitiat, cui des calicem aquæ frigidæ, vide vtrum aliquis modo apud te peregrinus est quem hospitio recipias, vide vtrū aliqs sit æger quem visites, vide vtrū aliquis est qui litiget quem concordes, vide vtrū aliMat. 25 quis moriatur quem sepelias. Quid ergo factura es? Collauda Hierusalem dominum. Ecce hoc est negocium tuum. Sicut solet in titulis scribi, vtere fœlix, collauda Hierusalem dñm. Estote Hierusalē, memento te de quibus dictū est, Dñe in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Hi sunt qui modo gaudent talibus pompis: inter illos sunt qui propterea hodie non venerunt,quia munus est. Cui munus est? cui damnum? Aut vnde munus? aut vnde damnum? Non.n. illi tantū qui talia ædūt, damno feriuntur,sed maiori damno percutientur qui talia libenter intuentur. Illorū
I arca auro exinanitur,istorum pectus iustitiæ diuitijs expoliat. Plangūt plerique ēditores vendentes villas suas. Q̄o debent plangere speculatores & peccatores p̄dentes animas suas? Itane ad hoc clamauit dñs dominico die,vigilate, vt hodie sic vigilaretur? Obsecro vos ò ciues Hierusalem, adiuro vos per pacem Hierusalem, per redemptorem,per structorem, per rectorem Hierusalem,vt conuertatis pro illis preces ad dominum,vt videant,sentiant quia nugantur,& multum intenti in illa spectacula quæ illis placent, aliquādo & se spectēt, sibique displiceant. In multis.n.iam factū gaudemus: & aliq̄n nos quoq. ibi sedimus, & insaniuimus: & q̄n multos putamus ibi nunc sedere, futuros non solum Christianos,sed etiam Episcopos? Ex præteritis futura conijcimus, ex his quæ iam facta sunt, quæ deus acturus est prænunciamus. Vigilent preces nostræ,non gratis gemitis frēs. Prorsus illi qui euaserunt deprecantes pro his qui periclitantur, quia & ipsi fuerunt in numero periclitantium,exaudiuntur,& abstrahet deus a captiuitate Babyloniæ plebem suam,redimet omnino & eruet,& p̄ficietur numerus sanctorum gestantium imaginem dei. Non ibi erunt quorum imaginem deus in ciuitate sua spernet, & ad ni Psal.72. hilum rediget, quia & ipsi in captiuitate sua, & in ciuitate sua hoc est Babylonia imaginem eius ad nihilum redegerūt. Erit K ille populus laudans dominum,quem præuidet modo spiritus prophetiæ,& dicit vt exultemus in spe, & desyderemus ipsam rem. Collauda Hierusalem dominū. Lauda deum tuū Sion.] Collauda,quia ex multis constas:lauda,quia vnum facta es. Multi,inquit Apostolus,vnum sumus in Chri 1.Co.10 sto Iesu. Q̄o ergo multi collaudamus, quomodo vnum laudamus? Iidem multi qui vnum,quia ille in quo vnum, semper vnus. Quare,inquit,hæc Hierusalem,collaudo dominum,& laudo deum meū Siō? Quæ Sion,ipsa Hierusalem, Diuersis causis duo nomina. Hierusalem dicta est visio pacis, Sion dicta est speculatio. Videte si aliud sonant ista nomina nisi spectacula, ne putent gentes se habere spectacula, & nos non habere. Aliquando dimisso theatro aut amphitheatro,cum cœperit ex illa cauea cuomi turba perditorum,aliquando tenentes in animo phātasias vanitatis suę, & memoriam suam pascentes rebus non solum inutilibus,sed & pernicios̄is,gaudētes in eis tanquam in dulcibus, sed pestiferis: vident plerunque,vt fit,transire seruos dei,cognoscunt ipso habitu, vel vestis,vel capitis,vel forte notos habent,& dñt apud semetipsos vel secum, O miseros istos,q̄d perdunt? Fratres,rogemus dominum pro L beneuolentia ipsorum, quia bonum illi putant, bene nobis volunt. Sed qui diligit iniquitatem,odit animam suam: si odit animam suam,quomodo amabit animam tuā? Tū ipsa peruersa & inanis & vana beneuolentia,dicenda beneuolentia non est: dolēt nos perdere quod amant, oremus ne perdant quod amamus. Videte qualem Hierusalem exhortetur ad laudem, vel potius p̄sentiat laudaturā. Non.n. illius ciuitatis laudes tunc cum videbimus & amabimus & laudabimus,voce prophetica exhortandæ & excitandæ sunt: sed p̄pea modo dñt hoc Prophetæ,vtpote q̄tum p̄nt in hac carne constituti,futura gauda beatorum eructantes in aures nostras, vt excitent amorē illius ciuitatis. Ferueamus desyderio, non simus spiritu pigri. Sed videte qualē Hierusalē dicit laudaturā deū,& vnde laudaturā? perfectione quadam beatitudinis.

Collau-

Collauda,inquit, Hierusalem dñm,lauda deum tuum Sion. Et quasi diceret,vnde se cura laudabo? Quoniam confirmauit,inquit,vectes portarum tuarum.) Attendite fratres mei, Cõfirmauit,inquit,vectes portarũ tuarum. Vectiũ confirmatio non est portarum apertarum, sed clausarũ. Vnde M plerique codices hñt, cõfirmauit seras portarũ tuarũ. Attendat charitas vestra,Concluſam Hierusalẽ dicit laudare dñm. Collauda Hierusalẽ dñm,lauda deũ tuũ Sion. Collaudamus modo,laudamus mõ,sed inter scandala: multi quos nolumus intrant, Mat.24. multi & si nolumus exeunt: ideo crebrescunt scandala. Et qm̃ abundauit iniquitas, ait veritas, refrigescit charitas multorum, pp intrantes quos diiudicare non possumus, & exeuntes quos tenere non possumus. Quare hoc? Quia nõdum perfectio, nondum illa beatitudo. Quare hoc? Quia adhuc area,nondum horreum. Tunc ergo quid, nisi vt non timeas tale aliquid futurum? Collauda.n.Hierusalem dñm,lauda deum tuum Sion, qm̃ confirmauit vectes portarum tuarum. Confirmauit,nondum dixit,appoſuit tantum,sed confirmauit vectes portarum tuarum: nemo exeat,nemo intret. Nemo exeat gaudeamus, nemo intret timeamus. Ne hoc timeas cum intraueris. Dñ tm̃modo,esto in numero virginũ q̃ portarunt oleũ secum: virgines.n.illę animas significant. Non.n.vere quinque erunt,sed in quinque illis milia sunt. In numero illo quinario milia intelliguntur,nõ A fœminarum tm̃, sed & virorũ,quia vterq. sexus dr̃ fœmina,quia ecclesia: & vterque sexus,hoc est,Ecclesia dr̃ virgo. Desponsa- 2.Co.1. ui vos vni viro,virginem castam exhibere Christo. Paucorum est virginitas in carne,omnium debet esse, in corde. Virginitas carnis,corpus intactum: virginitas cordis,fides incorrupta. Ergo dicitur virgo tota Ecclesia,& masculino genere appellatur populus dei: vterque sexus populus dei,& vnus populus, & vnicus populus: & vna Ecclesia,& vna columba,atque in hac virginitate milia sanctorum. Ergo quinque Mat. 25 virgines omnes animas intraturas in regnum dei significant non sine causa quinario numero, quoniam quinque sunt corporis sensus notissimi omnibus. Per quinque enim ianuas intrat aliquid per corpus ad animam: aut per oculos intrat quod cõcupiscas male, aut per aures, aut per olfactum, aut per gustum, aut per contactum. Per has quinque ianuas quisquis non admiserit corruptionem, inter quinque virgines computatur. Admittuntur autẽ corruptiones per illicita desyderia. Quid autem liceat & quid non liceat, pleni sunt libri scripturarum. Ergo opus est vt sis in illis quinque virginibus: non timebis quod dictum est, Nemo intret. Dicitur.n.hoc,& fiet hoc. Sed cum intraueris, nemo contra B te clauder. Sed te ingresso, claudentur portæ Hierusalem,& firmabuntur vectes portarum eius. Nam si tu esse volueris aut nõ virgo corde, aut & si virgo inter fatuas virgines, foris remanebis & frustra pulsabis. Quæ sunt fatuæ virgines? Et ipse quinq. sunt, quæ nisi animæ quæ habent istam cõtinentiam carnis, vt vitent corruptelas ab omnibus sensibus venientes, quos sensus iam enumerauit? Quæ vitent veluti corruptiones venientes vndique, & non in conscientia gerunt bonum suum coram oculis dei, sed placere inde volunt hominibus, & iudicium sequuntur alienum. Fauores vulgi aucupantur, viles sibi sunt, cum spectatoribus esse chari volunt, non eis sufficit conscientia: Merito non portant oleum secum. Oleum autem est ipsa gloriatio, pter nitorem & splendorem. Sed quid dicit Apostolus? Vide virgines sapientes portantes oleum secum, Opus autem suum p bet vnusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Hæ sunt ergo virgines sapientes. Stultæ autem accendunt quidem lampades, videntur quidem Mat. 25 lucere opera earum, sed deficient & extinguentur, quia non de oleo interiore pascũtur. Et dormiunt omnes tardante sponso, C quia ex vtroque genere hominum obdormiscunt in mortem, & de illis fatuis, & de his sapientibus tardante aduentu domini, ituri in mortem istam corporalem & visibilem, quam somni loco scripturas ponere notum est omnibus Christianis, cum diceret de ægrotantibus Apostolus, Propterea in vobis, inquit, multi infirmi & ægri, & dormiunt sufficienter. Dormiunt, inquit, 1.Co.11 moriuntur. Sed ecce venturus est sponsus, & omnes surgẽt, sed non omnes intrabũt. Deficiente opere stultarum virginum non habentium oleum conscientiæ, non inuenient a quibus emant, quod illis solebant vendere adulatores. Ab irridentibus enim dicit, non ab inuidentibus, Ite emite vobis.

vobis. Petierant enim stultæ a sapientibus
Mat. 25 & dixerunt eis. Date nobis oleum, quia facies nostræ extinguuntur. Quid illæ sapientes? Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vẽdentes & emite vobis: hoc admonere erat, Quid vobis modo prosunt a quibus emere soletis adulationem? Et cũ eunt, inquit, intrarunt illæ, & clausum est ostium. Cum eunt corde, cum talia cogitant, dum se ab illa intentione alienant, & retro præterita sua recordantur, eunt quasi ad vendentes, & non inueniunt tunc fa- D uentes, non inueniunt tunc laudantes a quibus solebãt laudari, & quasi excitari ad bona opera, non robore bonæ conscientiæ, sed incitamento linguæ alienæ. Et illud qđ
Mat. 25 dictum est. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, magna consyderatione humilitatis dictum est. Oleum enim quod gestamus in conscientia, iudicium est nostrum de nobismetipsis quales simus: Et difficile est vt de se quisque perfecte iudicet, fratres mei, quantumlibet homo proficiat, quantumlibet se ad interiora extendat, & præterita obliuiscatur, Iam dicit sibi, bene est, procedit regula de thesauris dei, examinat liqui-
Phili.3. dum, Et quis gloriabitur castum se habere
Pro.20. cor? Et quis gloriabitur mundum se esse a
Iacob.2. peccato? Sed quid dixit scriptura? Iudiciũ sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Quantumcunque proficias, speres in misericordiam. Nam si iustitia sine misericordia prolata fuerit, in quolibet qđ damnet inueniet. Quæ nos consolatur scriptura? Quæ hortatur ad misericordiam faciendam, vt omnino crebrescamus interogando quod amplius habebamus. Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam si inania quæramus, nihil sufficit. Fratres, quærite quod sufficit operi dei, non quod sufficit cupidi- E tati vestræ. Cupiditas vestra non est opus dei: Forma vestra, corpus vestrum, anima
Mar.12. vestra, hoc totum opus dei. Quære quæ sufficiant, & videbis quàm pauca sint. Viduæ sufficerunt duo minuti nummi ad faciendam misericordiam, sufficerunt duo nummi ad emendum regnum dei. Ad vestiendos totiens venatores, quid sufficit æditori? Videte quia non solum pauca sunt quæ vobis sufficiant, sed nec ipse deus multa a vobis quærit. Quære quantum tibi dederit, & ex eo tolle quod sufficit. Cætera quæ superflua iacẽt, aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur. Faciens ergo huiusmodi misericordias, & illam præcipue quæ gratis constat. Dimitte sicut dimittimus, quia non nisi charitatem erogas, quæ excrescit cum erogas: Faciens ergo & feruens in ipsis bonis operibus misericordiæ, quæ iam bona opera, vt iam diximus, tunc non erũt necessaria, quia nullus erit miser in quem facienda sit misericordia, expectabis securus iudicium, non tam securus de iustitia tua, quàm securus de misericordia dei, quia & tu misericordiam prærogasti. Iudicium enim sine misericordia illi, F qui non fecit misericordiam: Superexaltat autem, inquit, misericordia iudicium. Ne putetis fratres quia tunc non est iustus quã Iacob.2. do nostri non miseretur, aut recedit a regula iustitiæ suæ. Et cum damnat, iustus est: & cum miseretur, iustus est. Quid enim tam iustum, quàm reddere misericordiam prærogãti? Quid tam iustum, quàm vt in qua mensura mensi fueritis, in ea remetia- Matt. 7. tur vobis? Da egẽti fratri. Cui fratri? Christo. Si ergo quia fratri Christo, & quia Christo deo, qui est super omnia deus benedictus in secula: Deus egere a te voluit, & tu manus retrahis? Certe tu porrigis ma Rom.9. num, & petis a deo: audi scripturam, Non Eccleſia fit manus tua porrecta ad accipiendum, & stici.4. ad dandum collecta. Erogari sibi vult deus ex illo quod dedit. Quid enim das, quod ille non dedit? Quid enim habes quod nõ 1.Co.4. accepisti? Aut vero non dico deo, sed cuilibet de tuo das aliquid? De illius das qui iubet vt des. Prærogator esto non inuasor. Hæc ergo faciens, & si bona humilitate Mat.25 dicis de illo oleo, ne forte non sufficiat nobis, intras & clauditur: audi Apostolum hoc dicentem, Mihi autem minimum est, vt a vobis diiudicer. Quando enim 1.Co.4. potestis diiudicare conscientiam meam? Quando examinare quo animo facio quic G quid facio? Quantum possunt homines de alio iudicare? Plus homo vtique ipse de se, sed deus plus de homine, quàm ho- Mat. 25 mo de se. Ergo si talis fueris intrabis, in quinque illis virginibus eris, cæteræ fatuę excludentur: nam hoc habes in Euangelio, Claudetur ostium, & stabunt & clamabũt, aperi nobis, & non aperietur. Quoniam confirmauit vectes portarum tuarum. Cõfirmauit, inqt, vectes portarũ tuarũ, securainsta,

insta,secura lauda,sine fine lauda. Fortiter clausæ sunt portæ tuæ, nō exit amicus, nō intrat inimicus. Confirmauit vectes portarum tuarum. Benedic filios tuos in te) Non vagantur foris, non peregrinantur, intus gaudent, intus laudant, intus benedicunt, intus non parturiunt, quia iam nemi nem pariunt. Filij sunt, sancti sunt, isti filij sancti iam laudantes & gaudentes, parturi ti & parti sunt matre charitate, inclusi sūt colligente charitate. Audi charitatem parturientem illos, qua præditus Paulus Apostolus, non solum paternum, sed & matetnum amorem congerens in filios & corri-
Gal.4. gens, Filij mei, inquit, quos iterum partu rio. Cū Paulus eos parturiebat, dei spiri-
H tus parturiebat. Charitas enim dei diffusa
Rom.5. est in cordibus nostris per spiritū sanctū, q datus est nobis. Ergo colligat quos parturiuit & peperit. Modo iam intus filij sunt, securi sunt: Volarunt de nido timoris, volarunt in cœlestia, volarunt in æterna, iā nihil metuunt temporale. Benedixit filios tuos in te. Quis? Qui posuit fines tuos pa cem.] Quomodo exultatis omnes? Hanc
19. libr. de Ciui. tate dei cap. 11. amate fratres mei. Multum delectamur, quādo clamat de cordibus vestris pacis dilectio. Quomodo nos delectauit? Nihil dixeram, nihil; exposueram, versum pronū ciaui, & exclamastis. Quid de vobis clama uit? Dilectio pacis: Quid ostēdit oculis ve stris? Vnde clamatis si non amatis? Vnde amatis si non videtis? Inuisibilis est pax. Quis est oculus, quo visa est vt amaretur? Neque enim acclamaretur, nisi amaretur. Hæc sunt spectacula quæ exhibet deus re rum inuisibilium. Quanta pulchritudine intellectus pacis corda vestra percusit? Quid iam ergo loquar de pace, aut de laude pacis? Præuenit omnia verba mea vester affectus, non implebo: Non possum, infirmus sum. Differamus omnes laudes pacis ad illam patriam pacis. Ibi eam plenius laudabimus, vbi eam plenius habebimus. Inchoatam in uobis si sic amamus, p fectam quomodo laudabimus? Ecce hoc di
I co o filij dilecti, ò filij regni, o ciues Hierusalem, quoniam in Hierusalem visio pacis est, & omnes qui habent & amant pacem, benedicuntur in ea, & ipsi intrant cū clauduntur portæ, & firmantur vectes. Hanc quam nominatam sic amatis & dili gitis, ipsam sectamini, ipsam desyderate, ipsam in domo, ipsam in negocio, ipsam in vxoribus, ipsam in filijs, ipsam in seruis, ipsam in amicis, ipsam in inimicis diligite. Ipsa est pax quam non habent hæretici. Quid agit pax in huius adhuc regionis in certis, in ista peregrinatione mortalitatis nostræ, cum adhuc nemo est alteri conspicuus, nemo videt cor alterius? Quid agit pax? De incertis nō iudicat, incognita nō confirmat. Procliuior est ad bene credendum de homine, quàm ad male suspicandum. Non se multum dolet errare, cum bene credit etiam de malo. Pernicioſa aūt cum male senserit forte de bono, nesciens qualis sit. Quid perdo si credo quia bonus est? Si incertum est, licet vt caueas ne forte verum sit, non tamen damnes tanquā verum sit. Hoc pax iubet, Quære pacem, ait, & sequere eam. Hæresis quid monet? Damnat incognitos, damnat totum mundum, perijt totus mundus, nullus est Chri stianus, Aphrica remansit. Bene iudicasti. De quo tribunali dicis tu sentētiam in or-
K bem terrarum? In quo foro ante te mundus stetit? Nolo mihi credatur, sed nec tibi: Christo credatur, spiritui dei per Prophetas credatur, legi Moysi credaī. Quid dixit Moyses de futuris his temporibus? ad Abraham dictum est, In semine tuo be
Gen. 12 & 26. nedicentur omnes gentes. An dubitas qd sit semē Abrahæ? Puto quia cum Apostolus dixerit, non dubitabis: aut & si de Apostolo dubitabis, quare pax pax, & non est pax? Quid dicit Apostolus? Abrahæ dictæ
Gala. 3. sunt promissiones & semini eius. Non dixit, & seminibus tanquam in multis, sed tā quam in vno, & semini tuo quod est Christus: ecce ante milia annorum dictum est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod ante milia annorum dictum est, & ab vno creditum est, modo iā videmus impletum. Hoc legimus, hoc intuemur, & tu resistis de trāsuerso veniēs? Quid dicturus? Noli credere. Cui? Spiritui dei? de o loquenti ad Abraham? Et cui credo? Tibi? Non hoc dico, inquies. Non hoc dicis, Non dicis, mihi potius crede q̄ spiritui dei, & deo loquenti ad Abraham? Quid ergo mihi dicis? Ille dedit, & ille tradidit. De Euangelio recitas hoc, de Apo-
L stolo, de prophetia? Discute omnes scripturas, lege mihi hoc ex eis quibus credo, tibi enim non credo. Vnde lecturus es? Hoc mihi pater meus, ait, hoc mihi auus meus, hoc mihi frater meus, hoc mihi Episcopus meus.

Gen.12. &.26. meus. Sed hoc Abrahæ deus, In semine tuo benedicētur omnes gētes. Audit vnus homo & credit, & fit in multis post multa tempora. Q̄ si dictum est, creditur: quando impletur, dubitatur? Hoc ergo dixit Moyses, dicant & Prophetæ. Vide cōmercium redemptionis nostræ, Christus pepēdit in ligno. Vide quāto emit, & sic videbis quid emit. Empturus est aliq̄d, ipsum aliq̄d non dū scis. Vide quāti, & videbis q̄d, sanguinē fudit, sanguine suo emit, sanguine immaculati emit, sanguine vnici filij dei emit. Quid emptū est sanguine vnici filij dei? Adhuc vide quanti: Propheta longe ante-
Psal.21. quam fieret, dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Magnū precium video Christi, videam quid emisti, Commemorabuntur & cōuertentur ad dīm vniuersi fines terræ. In vno eodemq̄ Psalmo emptorē video, & precium, & possessionem. Emptor
M Christus est, precium sanguis, possessio orbis terrarum. Voces ipsas propheticas audiamus cōtradicentes litigatoribus hæreticis. Ecce possessio domini mei: bis lego in Psalmo, Commemorabuntur & conuertētur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Et vide iurgantem, vide eius defendentem, Q̄m ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ipse q̄ emit Christus, nō q̄ apostatauit Donatus. Ado-
Psal.21. rabunt recte, adorabunt omnes patriæ gentium in conspectu eius. Quare recte? Q̄m domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Illud Moyses, hoc Prophetæ, & alia multa milia. Quis numerat testimonia de Ecclesia toto terrarū orbe diffusa, quis numerat? Non sunt tot in orbe hæreses contra Ecclesiā, quot sunt testimonia legis pro Ecclesia. Quæ pagina non hoc sonat? Quis versus non hoc loquitur? Omnia clamant pro unitate dominica, quia posuit fines Hierusalem pacem. Tu contra ista latras hæretice? Vnde merito dicitur
Apo. 22 in illa ciuitate, quod scriptum est in Apocalypsi, Canes foras. Tu contra ista latras, vnde iudicasti de orbe terrarum, vt dicere cœperam? Quo tribunali? Præsumptione videlicet cordis tui. Alterum tribunal, sed ruinosum. Dixit hoc Moyses, dixerunt
A hoc Prophetæ, & nondum credunt qui se
Luc.16. Christianos videri volunt. Torquebatur quidam diues apud inferos, desyderauit aquæ stillam de digito contempti ante ianuam suam pauperis, quoniam vrebatur in flammis. Et cum ei nō daretur, quia iudicium sine misericordia illi qui non fecit Iacob.2.
misericordiam, cum ergo ei nō daretur, di Luc.16. xit ad Abraham, Pater Abraham, miserere, mitte Lazarum, habeo ibi quinque fratres, annuncient eis quæ hic patior, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorū. Et quid illi Abraham? Habent illic Moy- Luc.16.
sen & Prophetas: & ille, Non pater Abraham, sed si qs ex mortuis resurrexerit, credent: & Abraham, Si Moysen, inquit, & Prophetas non audiunt, nec si quis à mortuis resurrexerit, credent. De quibus dixit, Habent ibi Moysen & Prophetas? De his vtique qui adhuc viuebant, quibus adhuc tempus correctionis largum erat, qui non dum venerant in loca illa tormentorum: Habent ibi, inquit, quos audiant, Moysen & Prophetas. Non credunt his, sed si quis
Ibid. à mortuis resurrexerit credent. Si Moy sen & Prophetas non audiunt, nec si quis à mortuis resurrexerit credent: Sententia Abrahæ est. Abrahæ sententia vbi? Et vn-
B de? De quodā excelso loco, & pleno quietis & fœlicitatis, quem vidit ille qui cruciabatur in flamma leuatis oculis suis, quando in eius gremio, id est, in eius secreto vidit pauperem fœliciter exultantem, inde prolata est ista sententia. Vide de quo tribunali. Ibi.n. habitat deus, quia in sanctis Phili. 1.
habitat deus: vnde optat Apostolus & di- Luc.23. cit, Dissolui & esse cū Christo, multo magis optimum: & latroni illi dicitur, Hoc die mecū eris in paradiso. Ergo dominus cum Abraham, & in Abraham manens dixit istam sententiam, Habent ibi Moysen & Prophetas, si illos non audiunt, neque si aliquis à mortuis resurrexerit credent ei. O hæretici, habetis hic Moysen & Prophetas, viuitis, adhuc potestis audire, adhuc licet corrigi, animositatem frænare, veritatem tenere adhuc conceditur. Discite vobiscum vtrum audiendus sit Moyses & Prophetæ, qui fidei suæ testimonia tanta exhibuerunt, cum videamus sic currere res humanas, vt ab ipsis prædictæ sunt. Quid dubitaris adhuc credere Moysi & Prophetis? Quid dubitatis audire? An forte quæritis resurgētem a mortuis, vtrum & ipse vobis dicat de Ecclesia sua? Quæsiuit hoc diues apud inferos, aliquem
C mitti ex mortuis ad fratres suos, reprehen-

sus est quia hoc quæsiuit. Sufficere debuerunt fratribus eius Moyses & Prophetæ. Ad hoc ille frustra quęsiuit, vt vos iã exẽplo admoniti ne frustra & sero quærẽtes, sicut ille torqueamini, & audiatis Moysen & Prophetas. Quid dixit Moyses? In
Gen. 12. semine tuo benedicentur omnes gentes.
&. 26. quid dixerunt Prophetæ? Commemora-
Psa. 21. buntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: adhuc mihi dicturus es, Surgat aliquis ex mortuis: Ergo non cre-
Luc. 16. do, nisi aliquis inde venerit & dixerit, O domine, gratias misericordiæ tuæ, voluisti mori, vt aliquir ab inferis surgeret, & ipse aliquis non quicunque, sed veritas surrexit ab inferis, qui verum de inferis diceret, & si ad inferos non veniret, tamen propter voces imperitorum malorum ecce resurrexit ab inferis. Quid dicis hæretice? Quid dicis? Modo te audiam, finitæ sunt omnes excusationes tuæ? Et si verba derides diuitis apud inferos constituti, surrexit à mortuis Christus, dignaris vel ipsum audire? Ecce quia forte similis es diuiti mortuo, viuus desyderabas surgere ab inferis. Non pater tuus, non auus tuus, non illi surrexerunt, qui nescio quos nomine traditionis infamauerunt. Sed ecce non in
D famauerunt, verum dixerunt. Vis nosse quàm nihil ad me? Audiamus simul quid dixerit, qui surrexit à mortuis. Quid pluribus immorer? Audiamus, iam aperiatur Euangelium, legatur quod factum est tanquam fiat, ponantur ante oculos nostros gesta præterita propter cauenda futura. Ecce Christus surgens à mortuis, ostendit se discipulis suis. Nupiæ ipsius, ipse spõsus, Ecclesia sponsa: Ecce sponsus qui dicebatur mortuus, absumptus, finitus, ecce integer resurrexit, ecce ostenditur oculis discipulorum, ecce præbetur contrectantibus manibus, ecce tetigerunt cicatrices, q desperati sunt vulnera. Exhibuit se oculis eorum videndum, manibus contrectandum, putabant spiritum esse. Desperauerant enim de salute sua. Exhortatur eos,
Luc. 24. confirmat in fide. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Tangunt, gaudent, trepidant: Et cum adhuc trepidarent præ gaudio, sic habet scriptum, & sic certa sunt, quæ multum lecta sunt, vix creduntur. Dubitatio quædam veluti tardius credentis condit voluntatem tenentis: Necesse est vt plus homo gaudeat cum venerit quod desperauerat. Nam ad ipsum gaudium condiendum & augendum, noluit Ibidem.
se statim cognosci: Tenuit visus discipu- E
lorum suorum, illorum duorum quos inuenit in via colloquentes iam in desperatione, & dicentes, Non autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Putauerant hoc, iam non putabant, iam spes cum eis non erat, & Christus eis erat: qui se reddidit, & spem reduxit: Postea ergo dixit, posteaquam eum illi in panis fractione cognouerunt, & obtulit se alijs discipulis suis, cum putarent spiritum esse, dixit, Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum adhuc præ gaudio trepidarent, habetis hic, ait, quod manducetur? Accepit, benedixit, manducauit, & dedit eis, Expressa est veritas corporis, ablata est omnis suspitio falsitatis. Quid deinde? Nõ sciebatis, qa oportebat impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & psalmis de me? Et quia illi credebãt Moysi & prophetis, verum enim erat qđ Luc. 16.
dixit Abraham, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Quia ergo credebant Moysi & Prophetis, & non erant de ipsis quos reprehendit Abraham, audierunt quod ait dñs, Non sciebatis quia oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de
Luc. 24. me? Ecce qui credunt Moysi & Prophe- F
tis, videte quemadmodum ex ipsorum testimonio credunt ei qui surrexit à mortuis. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati, & à mortuis resurgere tertia die. Habes iam sponsum Ecclesiæ, & non hinc tacuit Moyses, non hinc tacuerunt Prophetæ, Christum resurrecturũ à mortuis tertia die, passurũ, & resurrecturum. Descriptus est nobis sponsus, vt nõ erremus, sed nescio qui existunt, & quia non erramus in sponso, & ipsi videntur ea quæ & nos credere de sponso, vt à membris spõsi nos auocent, dicunt nobis, Ipse est quidem spõsus quem creditis, quem & nos credimus, sed sponsa non est ipsa Ecclesia quam tenetis. Et quæ illa est? Pars Donati: & hoc est quod tu dicis, Hoc tu dicis, an sponsus? Tu dicis, an deus per Moysen? Ecce Ecclesiam

clesiam teneo dictum est à Moyse, In se-
Gen. 12 mine tuo benedicẽtur omnes gentes. Tu
&. 26. dicis, an spiritus dei p prophetas? Ecclesiã teneo: dictum est per Prophetam, Commemorabuntur & cõuertentur ad domi-
Psal. 21. enum vniuersi fines terræ. Ecce iã teneo testimonium legis, & testimonium Prophetarum: audiamus & cum qui surrexit à mortuis. Ostendit se spõsum, teneamus
G eum: Cõfirmauit demonstrando exhibendo testimonia. Hoc.n. Moyses, hoc Pro-
Luc. 24. phetæ dixerunt, quia oportebat pati Christum, & resurgere tertia die. Iam ergo quia tenemus ambo sponsum ex ipsis verbis, & puto quia iam incipis mecum credere, & his verbis Moysi, & Prophetis credamus, & ei qui resurrexit à mortuis: sequatur, & dicat, O domine video iam sponsum Christum, factum est ne quis me auocet à membris sponsæ tuæ, & non sis mihi caput, si ego in membris eius non fuero: dic mihi & de Ecclesiã aliquid, quia iam de sponso eius non dubito: audi & de Ecclesia, sequitur & dicit, Prædicari in nomine eius pœnitentiã, & remissionem peccatorũ. Nihil verius prædicari in nomine eis pœnitentiam &
Mat. 24 remissionem pctõrum. Sed hoc vbi? Alij enim dicunt, Ecce hic, alij ecce illic. Et qđ ipse? Nolite credere, exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dicent, Ecce hic, & ecce illic. Nõ enim de ipso capite dicũt, ecce hic & ecce illic, Notum est enim qꝺ Christus in cœlis est, sed de Ecclesia vbi Christus est, quia ait, Ecce ego vobiscum
Mat. 28 sum vsque ad consummationem seculi: sed ait dominus, Nolite credere: Qui di-
H cit, ecce hic & ecce illic, & partes ostendit, ego totum emi: dicat mihi hoc Euangelium, dic hoc ipse ex Euangelio, quia iam surrexisti a mortuis, vt credant tibi qui credunt Moysi & Prophetis: dic mihi
Luc. 6. hoc tu, Audio oportebat Christũ pati &
Luc. 24. resurgere tertia die, prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Quid est hæretice? Cum recitarem Moysen, cum recitarem Prophetas, distulisti ad eum qui resurrecturus erat à mortuis. Ecce resurrexit, ecce dixit, tam nullam habet dubitationem Ecclesia Christi & vxor Christi, quàm nullam habet dubitationem corpus Christi, demonstratum oculis, contrectatum manibus discipulorum. Ecce qui resurrexit a mortuis vtrunque ostendit, ostendit caput, ostendit membra, ostẽdit sponsum, ostendit sponsam. Aut vtrunque mecum crede, aut illud in damnationem tuam credis. Quid enim qa resurrexit à mortuis, quia in eodem corpore resurrexit? Bene quia cicatrices ostendit, quia vt crucifixus est, vt sepultus, ita redditus, ita demonstratus: optime credis, audi illum loquentem in quem credis, Prædicabitur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorum. Vbi? Per latas terras. Si vellem illud ergo dicere, iam tu luctans aduersus hæreticos, iam pugnans, iam habens cum illis conflictus tantæ quæstionis, non illud dicerẽ sic contra præsentes hæreticos, quomodo illud dixit ille contra futuros. Quid vis amplius? Remissio peccatorum in Chri- I
sti nomine prædicatur. Vbi prædicatur? I
per omnes gentes. Vnde? Incipit ab Hierusalem: Communica huic Ecclesię quare litigamus? Cœpit enim hæc Ecclesia ab Hierusalẽ ista terrena, vt gaudeat de deo in illa Hierusalem cœlesti. Ab hac enim incipit, ad illam terminat. In illa tota Ecclesia erit, ab ista exordium fidei sumpsit. Lege Actus Apostolorum, si forte mentior quomodo ibi erant congregati discipuli cum veniret spiritus sanctus, vt osten- Acto. 2.
datur tibi quod dixit dominus, Incipientibus ab Hierusalem, quomodo linguis omniũ locuti sunt in quos venit spiritus sanctus. Quare non uis loqui omnium linguis? Ecce ibi omnes linguæ sonuerunt. Quare modo cui datur spiritus sanctus non loquitur omnium linguis? Hoc enim tunc erat indicium venientis in homines spũs sãcti, vt linguis omniũ loquerent, Modo quid dicturus es hæretice, quia non datur spiritus sanctus? Non dico tibi vbi dat, an non dat? Si non dat, quid est qđ agitis, loquẽdo, baptizando, benedicendo? Quid K
est qđ agitis? Inania celebratis? Ergo dat. Si datur, quare linguis omniũ nõ loquunt quibus datur? Nunquid defecit donum dei, aut minor est fructus? Creuerũt zizania, sed triticũ: Sinite vtraq. crescere vsq. ad messẽ. Nõ dixit crescũt zizania, decrescat triticum, vtrunq. creuit. Quare non Mat. 13
apparet mõ spũs sãctus i linguis oib.? Imo Acto. 2.
vero apparet in linguis omnibus. Tũc.n. nondũ erat in Ecclesia per orbem terrarũ diffusa, vt mẽbra Chri in omnib. gẽtibus

loquerent. Tunc implebat in vno qđ prænunciabat in omnibus. Iam totum corpus Christi loqtur omniũ linguis, & qbus nõ dum loquitur loquet. Crescit. n. Ecclesia donec occupet oẽs linguas. Qđ vos deseruistis quousq. creuit? Tenete vobiscũ quo vsq. accedat, vt nobiscum perueniatis ad ea q̃ nondũ accesserunt. Loquor omnium linguis, audeo tibi dicere, in corpore Christi sum, in Ecclesia Christi sum. Si. corpus Chri omniũ linguis iã loq̃r, & ego in omnibus linguis sum, mea est Græca, mea est L
Syra, mea est Hebræa, mea est omniũ gentiũ, qa in vnitate sum omniũ gẽtiũ. Ergo frẽs cœpit Ecclesia ab Hierusalẽ, vt p̃ om-
Luc. 24. nes gẽtes p̃pagaret. Quid euidentius hoc testimonio legis & prophetarũ ipsius dñi? Apostolorũ vbiq. personant voces, reddẽtes testimoniũ spei nostræ in vnitate corporis Christi. Gaudete in frumentis, tolerate zizania, Gemite in tritura, suspirate
Mat. 10 in horreũ: Veniet illud tempus quo gaudebimus, confirmatis vectibus portarũ Hierusalẽ. Intret q̃ intraturus est, q̃ illuc manifestus intrabit, huc victus nõ intret. Qui autem huc victus intrat, foris est & nescit, ventilabrũ p̃babit, vectes p̃babunt. Qui mõ vere intus & veraciter intus, ibi firmiter intus. Qui aũt hic tolerando intus, ibi gaudendo intus. Fines. n. Hierusalem pax, quia posuit, inq̃t, fines tuos pacẽ. Modo de syderamus pacẽ, quã hic habemus in spe.
Gala. 5. Adhuc. n. in nobis ipsis qualis pax? Caro cõcupiscit aduersus spm̃, spũs aũt aduersus carnẽ. Vbi plena pax in vno homine? Qñ erit plena in vno homine, tunc erit plena in omnibus ciuibus Hierusalem. Qñ erit plena pax? Qñ corruptibile hoc induerit
1. Co. 15. incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc plena pax, tunc firma pax: Nihil litigat aduersus animã in homine, M
nõ ipsa aduersum se ex quadã parte saucia nõ carnis fragilitas, nõ indigẽtia corporis, nõ fames, nõ sitis, nõ frigus, non æstus, nõ lassitudo, non vlla inopia, non p̃uocatio rixę, non certe ipsa solicita cautela, & vitã di inimici & diligẽdi. Hæc omnia frẽs mei litigãt aduersum nos, nondũ est plena & p̃fecta pax. Qđ clamastis, q̃ iã dudũ nomina pace ex desyderio clamastis? clamor vester de siti erat, non de saturitate, qa ibi erit p̃fecta iustitia, vbi p̃fecta pax. Modo
Matt. 5. esurimus & sitimus iustitiam: Beati q̃ esuriũt & sitiũt iustitiã, qm̃ ipsi saturabuntur. Quo ipsi saturabunt? Cũ ad pacẽ venerimus. Iõ cũ dixisset, q̃ posuit fines tuos pacem, qa ibi saturitas & nulla indigẽta, subdidit statim, ET adipe frumenti satians te.] Fratres qm̃ pax ipsa de qua loqmur nondũ est in totis nobis. i. in vno quoque nostrũ tota adhuc forte spm̃ vestrũ delectat Psal. 80
audire. Sed si nihil resistit & rebellat ex corpore, finiemus Psalmũ: Fatigatos vos nusquam video, tũ vereor, nouit deus, ne oneri sim vobis aut q̃busdã frib., & video studia multorũ exigentiũ hunc laborem
de me et sudorẽ, quẽ credo in dño non futurũ infructuosum: Gaudeo tantã esse voluntatem & voluptatem in veritate verbi A
dei, vt studiũ vestrum bonũ in bono & de bono vincant studium insanorum currentiũ in amphitheatrũ. Nunqd illi si tandiu starẽt adhuc spectarẽt? Ergo frẽs audiamus cætera, qa hoc vultis. Asit dñs, asit & viribus & mẽtibus nostris. Qui posuit fines tuos pacẽ, ad ilã Hierusalẽ dicit & adipe frumẽti satians te. Trãsijt fames & sitis iustitiæ, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps
frumenti, nisi panis ille q̃ descẽdit de cœ- Ioan. 6.
lo ad nos? In patria ipsa qũo saturabit, qui in peregrinatione nra locuturus est, qua venit ad illã Hierusalẽ vbi collaudabimus dñm. Laudabimus dominũ deum nrum, Nos Hierusalẽ, nos Siõ, qm̃ cõfirmabunt vectes portarũ nrarum. Etenim ille q̃ tũc satiabit adipe frumẽti, qd facit in ista peregrinatione? Hoc qđ seq̃t, Qui emittit verbum suũ terræ.) Ecce in terra laboramus fessi, lãguidi, pigri, frigidi. Qñ leuaremur B
ad adipẽ frumẽti & satietatẽ, nisi mitteret verbum suũ terræ qua grauabamur, terræ qua impediebamur à reditu? Misit verbũ suũ, non deseruit ẽt in eremo, pluit manna de cœlo. Qui emittit verbũ suũ terrę, & venit ad terras verbũ eius. Qũo eius? Exo. 16.
Aut q̃d est verbũ eius? Vsq. in velocitatẽ currit verbũ eius.) Nõ dixit velox est verbũ eius, currit verbum eius vsque in velo- Ps. 103.
citatem. Intendamus frẽs, non potuit eligere melius verbũ: Calidus calore calescit, frigidus frigore frigescit, velox velocitate velox fit. Quid calidius ipso calore, quo calet quicq̃d fit calidũ? Quid frigidius ipso frigore, quo frigescit quicq̃d frigidum fit? Quid ergo velocius ipsa velocitate, qua velox fit quicq̃d velociter currit? Possunt dici multa velocia, & alia magis, alia minus, & tanto q̃que res velox est, quãto est participeps

ticeps velocitatis. Illa res magis est particeps velocitatis, ergo magis velox: aut minus particeps velocitatis, ergo minus velox. Ipa itaq. velocitate qd velocius? Ergo quousq. currit? Vsq. in velocitatẽ. Quãtũ
C vis auge qđ velox est verbũ, & dic, velocius ẽ q̃ illud aut illud q̃ aues, q̃ venti, q̃ angeli: Nunqd aliquid horũ, attamen quã
1. sẽ. di. ta ipsa velocitas vsq. in ipsam velocitatẽ.
37. ca. fa Velocitas ipsa quid est frẽs? Vbiq. est, non
teamur. est in parte. Hoc ptinet ad verbũ dei non esse in parte, vbiq. esse per seipsum verbũ, ex quo dei virtus & dei sapientia est, non-
1. Co. 1. dum assumpta carne. Si cogitemus deũ in
Sapiẽ. 8. forma dei, uerbũ æquale patri, ipsa est sapiẽtia dei, de qua dictum est, Attingit à fine vsq. ad finẽ fortiter. Quãta velocitas? Attingit à fine vsque ad finẽ fortiter. Sed forte immobilitate attingit. Si immobilitate tanquam moles aliqua saxea impleat locum aliquẽ, dr̃ quod attingit eiusdem loci à fine vsque ad finem, nõ tamen motu. Quid ergo dicimus? Nõ hẽt motum verbum illud, Et sapientia illa stolida est? Et vbi est quod dicitur de sapientiæ spiritu? Cũ multa dicerent, acutus, inq̃t, mobilis,
Sapiẽ. 7. certus, incoinquinatus. Sic vtique sapientia dei mobilis. Si ergo mobilis, qñ hoc tangit, illud non tangit: Aut hoc tangit, illud deserit? Et vbi est velocitas? Hoc facit velocitas, vt & vbiq. semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Sed cogitare ista nõ possumus, pigri sumus. Quis ista cogitet? Et reuera frẽs qm̃ dixi quomodo potui, si tũ potui, si intellexi, & qũo potuistis intelle-
xistis: sed quid dicit Apostolus? Ei autem D
Ephe. 5. qui potens est facere supra, q̃ petimus aut intelligimus. Quid hic ostẽdit? Quia quotienscunq. intellexerimus, non intellexisse sicuti est. Quare hoc? Corpus. n. qđ corrumpitur, aggrauat animam. Ergo in
Sapiẽ. 9. terra frigidi sumus. Velocitas. n. feruẽs est, & omnia feruentiora velociora, omnia frigidiora tardiora. Nos tardi, ergo frigidi.
Psal. 18 Illa aũt sapientia currit vsq. in velocitatẽ. Ergo feruentissima est, Nec qui se abscondat à calore eius. Nos ergo qui frigidi corporis tarditate, vinculo terrenæ vitæ huius corruptibilis tarditate, vinculo terrenæ vitæ huius corruptibilis onere prægrauati, nullam ne spem habemus ad capiendum verbum, quod vsque in velocitatem currit? An vero ille quanuis ex corpore in infima depressos deseruit? Nonne ipse prædestinauit nos, antequam in isto mortali & pigro corpore nasceremur? Qui ergo prædestinauit nos, dedit terræ niuem ipsos nos. Iã enim veniamus ad illos Psalmi versus subobscuros, incipiãt illa inuolucra euolui, quoniam vos verbum dei quanto magis per nos dicitur, tanto auidiores inuenit. ECCE nos pigri in hac terra quasi congelauimus hic: Et quomodo contingit niuibus: sursum. n gelant & in ima deci- Mat. 24.
dunt: sic frigescente charitate decidit hu- E
mana natura in has terras, & pigro corpore inuoluta velut nix facta est. Sed in ista niue sunt prædestinati filij dei. Dat. n. ille niuẽ velut lanam.) Quid est velut lanam? Id est, de niue quam dedit, de istis pigris adhuc spiritu & frigidis quos prædestinauit, adhuc facturus est aliquid. Lana enim materies vestis est. Lana cum videtur, veluti præparatio est aliqua de veste. Ergo quia prædestinauit hos, qui ad tempus frigidi repunt in terra, & nondum feruent spiritu charitatis, de prædestinatione enim adhuc loquit, veluti lanam dedit hos d us, & facturus est inde vestẽ. Merito in mõte
vestis Chri fulsit sicut nix. Fulgebat vestis Mat. 17
Christi sicut nix, tanquã de illa lana iam facta erat tunica: De qua lana? Id est, de niue quam dedit sicut lanam, adhuc prædestinati, pigri erant: Ied expecta vide quid sequatur, Quia sicut lanam dedit eos, fit inde tunica. Quomõ enim dr̃ Ecclesia corpus Christi, dicitur & vestimentum Christi ipsi ecclesia: inde est illud qđ ait Apo-
stolus, Vt exhiberet sibi gloriosam eccle- Ephe. 5.
siam non habentem maculam aut rugam. Ergo exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Fa- F
ciat sibi vestem de illa lana quam prædestinauit in niue. Adhuc in hominibus incredulis, & frigidis, & pigris, faciat vestem de hac lana: vt abluatur à maculis, mundetur fide: vt rugam non habeat, tendatur in cruce. Qui dat niuem sicut lanam. Iam si prædestinati sunt, vocandi sunt, Quos. n. præ- Rom. 8.
destinauit, illos & vocauit. Iam quomodo vocantur ex languore corporis illius vt sani fiant: quomodo vocantur? Audi Euangelium, Non veni vocare iustos, sed pecca Mat. 9.
tores in pœnitẽtiam. Incipit ergo iam prædestinatione niuis illos cognoscere torpo-
rem suum, accusare peccatum suum: incipit vocatione venire ad pœnitentiam. Merito ergo qui dat niuem velut lanam pp

consectum tunicæ futuræ, et pp vocatione in pœnitentiã, Nebulã velut cinerem
Rom.8. spargit.) Nebulam, inquit, velut cinerem spargit. Quis? qui dat niuẽ sicut lanã. Quis n. prædestinauit, vocat in pœnitẽtia, quia quos prædestinauit, illos & vocauit. Cinis
Mac.11. autem ad pœnitentiam pertinet: audi vocantem ad pœnitentiã, cũ exprobrauit qui busdam ciuitatibus, dicens, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, qa si in Tyro &
G Sydone factæ essent virtutes, q̃ factæ sunt in vobis, olim, inqt, in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Ergo nebulam velut cinerẽ spargit. Quid est, nebulã velut cinerẽ spargit? Cũ vocat quisque ad intelligendũ deum, & dicitur illi, cape veritatẽ: Incipit velle capere veritatem, non sufficit, videt se quandam caliginem pati, quam ante nõ videbat. Ad hoc est ergo illa nebula, vt noueris nescire te, & noueris qd scire oporteat, & videas te inualidum ad illud sciendum quod oportet sciri. Nam si in ista ne
Gala. 6. bula iam te præsumpseris scire, audies ab Apostolo, qui se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oportet eum scire. Ergo nondum comprehendisti, adhuc nebulam pateris. Sed non te deseruit, qui accendit tibi lucernam carnis suæ: Non erres in nebula, fide sequere. Sed quia conaris videre & non potes, pœniteat te peccatorum, quia nebula velut cinis sparsa est. Quid iam te pœniteat? Contumacẽ te fuisse aduersus deũ. Quid iam te pœniteat? Secutum te fuisse vias tuas malas: Peruenisti in istam difficultatem illius beatæ visionis, & erit tibi salubris nebula, quam sicut cinerem spargit deus. Tu ipse es adhuc nebula, sed velut cinis. Adhuc enim pœnitentes volutãtur in cinere fratres mei, tanquam similes
H se contestantes, dicẽtes deo suo, cinis sum:
Iob. 42. dixit enim quẽdam scriptura, Despexi me ipsum, distabui, & æstimaui me terram cinerem. Hæc est humilitas pœnitentis. Quando Abraham loquitur ad deũ suũ, & quando vult sibi aperiri inceẽdium Sodomorum, Ego, inquit, terra & cinis sum. Quomodo fuit ista semper humilitas in magnis & sanctis viris? Nebulam ergo velut cinerem spargit. Quare? quia quos
Rom.8. prædestinauit illos & vocauit: Qui non
Matt. 9. venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. qui emittit crystallum suam velut frusta panis.] Non denuo laborandum est dicere quid sit crystallus. Prælocuti enim sumus, & credo non excidisse charitati vestræ. Quid est ergo, mittit crystallum suã velut frusta panis? Quõ nix illa ipsius? quia p̃destinatorũ est. Quõ nebula illa ipsius, qa ipsi vocant ad pœnitẽtiam qui p̃destinati sunt ad salutem: sic est quodammõ crystallũ ipsius. Quid est crystallũ? Multum obdurit, multum congelauit, non iam sicut nix facile solui põt. Nix multorũ annorũ tẽpore durata & serie seculorũ, crystallum dr̃: Et hoc mittit velut 2.sẽ.dis.
frusta panis. Quid hoc sibi vult? Fuerũt 43.capi-
nimis duri, nõ iam niui sed crystallo com te.Sed q̃
parandi, & ipsi prædestinati sunt vocati, riẽ utrũ.
& quidam eorum ita vt paſcerent alios & I
essent vtiles & alijs. Et qd opus est vt numeremus multos forte quos nouimus, illum aut illum? Occurrit vnicuiq. cogitanti ex ijs quos nouit, q̃ forte duri & pertinaces & obnitentes aduersus veritatẽ fuerunt, & mõ prædicãt veritatem, facti sunt frusta panis. Quis ille vnus panis? Multi, inquit Apostolus, vnum corpus sumus in Christo. Vnus panis, vnum corpus: multi sumus ipse dicit. Ergo si vnus panis totum
1.Cor.10. corpus Christi, mẽbra Christi frusta panis sunt: De quibusdam duris facit membra sua, & vtilia ad alios paſcẽdos. Quid imus p multos? Notissimum illum Paulum Apostolum intueamur. Nihil nobis isto viro notius, nihil suauius, nihil in scripturis familiarius est. Et si fuerit qui ex tã ta duritia conuertantur in quãta ipse fuit, panis fient: Ipso proposito ad exẽplũ omnes occurãt, vt explicetur sensus iste, Mittit crystallum suam sicut frusta panis. Ecce crystallus erat Apostolus Paulus, durus obnitens veritati, clamãs aduersus Euã
Phili.3. gelium, tanquam indurans aduersus solẽ. Iste q̃ durus fuit crescens in lege, eruditus ad pedes Gamalielis legis doctoris. Non audiebat Moysen & Prophetas Christum prædicantes. Magna duritia. Certe gen-
K tes non audierant Prophetas, non audierant Moysen, frigidi erant, sed crystallum non erant. Ille qui credebat in verbis prædicantibus Christum, & Christo venienti non credebat, nimis obdurauerat. Quia ergo crystallum erat, nitidus videbatur & candidus, sed durus & nimium gelidus. Quomodo nitidus & candidus? Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pha-
Acto.9. tisæus. Vides nitorẽ crystalli: Audi duritiam

tiam crystalli: Secundum æmulationem
Acto.9. persequens Ecclesiam dei. Inter lapidatores sancti Stephani martyris ibi erat iste durus, & forte cæteris durior. Omnium lapidantium vestimenta seruabat, vt omnium in manibus lapidaret. Ergo videmus niuem, nebulam, crystallum, bonum est vt ille spiret & soluat. Si enim ille non spirauerit, si non ipse duritiam glaciei huius dissoluerit, In faciẽ frigoris eius, quis subsistet?) In faciem frigoris eius? Cuius? Dei, Vnde est eius frigus? Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam. Soluatur homo si non potest gratiæ, non potest stultitiæ. Quare nõ põt? In faciẽ eius quis subsistet? Vide ergo congelascẽtem illum, & dicentem, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducẽte in lege peccati, q̃ est in mẽbris meis. Miser ego hõ quis me libe
Rom.7. rabit de corpore mortis huius? Ecce frige
L sco, ecce congelasco, quo calore soluar vt currã? quis me liberabit de corpore mortis huius? In faciẽ frigoris eius, quis subsi-
Ibidem. stet? Et quis seipsum liberabit, si ille deseruerit? Et quis liberabit? Gra dei p Iesum Chr̃m dominũ nostrum: audi & hic gratiã dei: Qui emittit crystallũ suam sicut frusta panis, in faciem frigoris eius qui subsistet? Ergo desperatio est? Absit: Sequitur .n. Emittet verbũ suum & tabefaciet ea.) Non ergo desperet nix, non desperet nebula, non desperet crystallũ. De niue tanquam de lana cõficit & tunica. Nebula il-
Rom.8. la in pœnitentia salutẽ inuenit, Quia quos p̃destinauit, illos & vocauit. Sed licet sint inter prædestinatos durissimi, & multo quasi tempore cõgelauerint, & crystallus facti fuerint, non erũt duri misericordiæ dei. Emittet verbũ suum & tabefaciet ea. Quid est tabefaciet ea? Ne forte in malo intelligatis, tabefaciet, liq̃faciet, dissoluet. Duri sunt enim p superbiã: merito & superbia stupor dr̃. Quicquid enim stupidũ est, frigidũ est. Rigorẽ patsi homines quotidie dicunt, obstupuit. Ergo superbia stupor est. Emittet verbum suum & tabefaciet ea. Et reuera cumuli nimis eum calefiunt, tabefiunt, deliquescunt in humilita-
M te. Quomodo ergo quasi montem niuis erigit stupor, sic stultos erigit superbia. Emittet verbum suum, & tabefaciet ea. Ecce uenit illud crystallum Saulus post cædem & lapidationem Stephani, duritia quadam stupidus in Christum, petijt literas à sacerdotibus, vt vndique exhibeat Christianos anhelãs cædẽ. Durus est iste & gelidus contra ignem dei. Sed quanquã esset durus, quanquam gelidus, ecce ille qui emittet verbum suum & tabefaciet ea, clamauit de cœlo feruidus, Saule Saule, quid me persequeris? Vna illa voce, tanta illa duritia crystalli resoluta est. Emittet ergo verbum suum & tabefaciet ea. Non desperetur de crystallo, quanto minus de niue vel de nebula? De ipsa crystallo non desperetur: audi vocem quandam crystalli, Qui prius fui blasphemus, persecutor 1.Ti.1.
& iniuriosus. Sed quare soluit crystallum deus? Ne de se nix ipsa desperet: ait enim, Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem pa
A tientiam ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Clamat ergo deus ad gentes: Solui crystallum, venite niues. Emittet verbum suum & tabefaciet ea. Spirabit spiritus eius & profluent aquæ.) Ecce crystallum & niues resoluunt̃, eunt in aquas: qui sitiunt veniãt & bibant. Saulus durus vt crystallum, Ste
Ioan. 7. Acto. 9. phanum est persecutus ad mortem. Paulus iam in aqua viua gentes vocat ad fontem. Spirauit spiritus eius & profluent aquæ. Spiritus feruens, vnde dictum est
Ps.125. in alio Psalmo, Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Captiua enim Hierusalem tanquam congelauerit in Babylonia, flat auster, soluitur rigor captiuitatis, currit in deum feruor charitatis. Spirauit spiritus eius, & profluent aquæ: fiat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Annuncians verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel.) Quas iustitias, & quæ iudicia? Quia & quicquid hic humanum genus ante perpessum est cum esset nix, & nebula, & crystallus, merito perpessum est superbiæ & elationis in deum: Recurramus ad originem casus nostri, & videamus quia verissime in Psalmo cantatur, Priusquam hu-
Ps.118. miliarer ego deliqui. Sed qui dicit, Priusquam humiliarer ego deliqui: ipse dicit,
B Bonum mihi est quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Has ergo iustificationes à deo didicit Iacob, qui fecit
Gen.32 ipsum Iacob luctari cũ angelo: In cuius angeli psona ipse dñs erat luctatus: Tenuit,

vim fecit vt teneret, inualuit vt teneret, fecit se teneri misericordia, non infirmitate. Luctatus ergo Iacob prævaluit, tenuit, & quem videbatur vicisse, rogat, vt benedicatur ab eo. Quomodo intelligebat cũ quo luctatus fuerat, quem tenuerit? Quare vio
Mat.11. lenter est luctatus & tenuit? Quia regnũ cœlorũ vim patitur, & qui vim faciunt diripiunt illud. Ergo quare luctatus? Quia cum labore. Quare vix tenemus, quod facile amisimus? Ne facile recipiendo quod amisimus, discamus perdere quod tenemus. Laboret hõ vt teneat, tenebit ad firmitatem quod tenuerit post laborem. Ergo hæc iudicia sua deus manifestauit Iacob & Israel. Apertius dicam. i. quia & iusti q hic sunt, labores, pericula, molestias, passiones, pro merito patiunt iusto iudicio dei: qa ille solus potest dicere, sine causa hic passus sum, quanuis iõ non sine causa, quia propter nos, qui solus potest dicere, Quæ non rapui tunc exoluebã, qui so-
Psal.68. lus potuit dicere, Ecce venit princeps hu-
Ioã. 14. ius mundi, & in me nihil inueniet: & quasi diceretur ei, Quare ergo pateris: sequit
C & dicit, Sed vt sciant oẽs quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Cæteri omnes merito suo, iudicio dei, & proiustitia quæ patiuntur, non sibi arrogẽt, quasi habeant passionem innocentiæ qualis in
1.Pet.4. Christo erat: audi Apostolum Petrum, Tempus est, inquit, vt iudicium incipiat à domo domini: Exhortans martyres & testes dei, vt oẽs minas frementis seculi patientissime tolerent in semetipsis: ait illis, Tempus est inchoationis iudicij ex domo dei. Si autem initium à nobis, quis finis eorum qui non credunt dei Euangelio? Et si iustus vix saluus fiet, peccator & impius vbi parebunt? Annuncians verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit sic vniuersæ genti.) Nemo vos fallat, non nunciatum est alicui genti hoc iudicium dei quomodo patiantur iusti & iniusti. Quomodo? Pro merito omnes. Quomodo? In gratia dei: Non in suis meritis liberanẽ ipsi iusti. Non annunciatum est hoc vniuersæ genti, sed soli Iacob, soli Israel. Quid ergo nos facimus, si non annunciauit vniuersæ genti, sed tantum Iacob, tantum Israel? Vbi erimus nos? In Ia-
D cob & in Israel. Iudicia sua non manifestauit eis.] Quibus? Omnibus gentibus. Et qũo vocatæ sunt niues soluta crystal-
la? Qũo vocatæ sunt gẽtes iustificato Pau-
lo? Qũo nisi vt essent in Iacob? Præcisus
Ro. 11. est oleaster vt insereret in oliuã. Iã ad oliuã pertinẽt, iam non debent dici gẽtes, sed
Gen. 12 &.26. vna gens in Christo, gens Iacob, gens Israel. Quare gẽs Iacob & gẽs Israel? Quia
Gala. 3. Iacob de Isaac, Isaac de Abrahã. Abrahæ aũt, quid dictũ est? In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Hoc idẽ dictum est ad Isaac, hoc & ad Iacob. Pertinemus ergo ad Abraham. Semen. n. Abrahæ, non me vel quolibet hoie, sed Apostolo sancto interpretãte, Christus & ipse ait, Nõ dicit & seminibus tãquã in multis, sed tanquã in vno, & semini tuo qđ est Chrs. Si vnũ semẽ, vnus Iacob, vnus Israel, & oẽs gentes vnũ in Chro. Ergo ad oẽs pertinet gentes qđ reuelauit ipse Iacob & ipse Israel, & illi soli in alijs gentibus deputãdi sunt, qui nolẽtes credere in Chro, nolũt recedere ab oleastro & inseri oliuæ, remanebũt in syluosis ramis steriles & amari. Gaudeat Iacob q est supplãtator ẽsau, quia supplãtauit fratrẽ suũ. Cæcitas. n. ex parte Israel
E facta est, vt plenitudo gẽtiũ intraret. De Ia-
Gen. 27 Ro. 11. cob factus est Israel. Quid ẽ Israel: Iã oẽs audiamus, oẽs Israel, siue q hic estis in mẽbris Christi, siue q foris & nõ foris & p oẽs gẽtes vbiq. foris, vbiq. intus: audiat ipse Israel, q ex Iacob factus est Israel. quid est Israel? Vidẽs deũ? Vbi videbit deũ? In pace. In qua pace? Pace Hierusalẽ Quia posuit, inqt, fines tuos pacẽ. Ibi laudabimꝰ, oẽs vnus in vno ad unum erimus, quia deinceps multi dispersi non erimus.

In Psalmum centesimum quadragesimumoctauum, Enarratio.

MEditatio præsentis vitæ nostræ in laude dei esse debet: quia exultatio spiterna futuræ nostræ vitę, laus dei erit. Et nemo potest idoneus fieri futuræ vitæ, qui se ad illam modo non exercuerit. Modo ergo laudamus deum, sed & rogamus deũ. Laus nostra lætitiam habet, oratio gemitum. Promissum est enim nobis aliquid, quod nondum habemus, & quia verax est qui promisit, in spe gaudemus: quia tamen nondũ habemus, in desyderio gemimus. Bonum est nobis perseuerare in desyderio donec veniat quod promis-

F promissum est, & transeat gemitus, & succedat sola laudatio. Propter hęc duo tempora, vnum quod nunc est in tẽtationibus & tribulationibus huius vitæ: alterum qđ tunc erit in securitate & exultatione ppetua, institutа est nobis ẽt celebratio duorũ tẽporum, ante pascha & post pascha. Illud quod est ante pascha, signãt tribulationem in qua mõ sumus: quod vero nunc agimus post pascha, significat beatitudinem in qua postea erimus. Ante pascha ergo quod celebramus hoc & agimus: Post pascha autẽ celebramus, significamus, quod & nõdum tenemus. Propterea illud tempus in ieiunijs & orationibus exercemus, hoc vero tẽpus relaxatis ieiunijs in laudibus agimus. Hoc est. n. Halleluiã) quod cantamus, qđ Latine interpretatur, vt nostis, laudate dominum. Illud ideo tempus ante resurrectionem, hoc tempus post resurrectionem domini est: Quo tempore significatur vita futura, quam nõdum tenemus, quia qđ significamus post resurrectionem domini, tenebimus post resurrectionem nostram. In capite enim nostro nobis vtrunque figuratum est, vtrunque demonstratum est. Passio. n. domini ostendit nobis vitam p-
G sentis necessitatis, qua oportet & laborare & tribulari, & ad extremum mori. Resurrectio vero & clarificatio dñi ostendet nobis vitam quã accepturi sumus, cum venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et quodammodo mali oẽs cantare nobiscum possunt halleluia: Si aũt in malitia sua perseuerauerint, canticum vitę nostræ futuræ dicere possunt labijs, ipsam vero vitam quæ tunc erit in ea veritate, quæ nunc significatur, obtinere non pñt, quia noluerunt meditari antequam veniret, & tenere quod venturum erat. Nunc ergo frẽs, exhortamur vos vt laudetis deum, & hoc est quod vobis oẽs dicimus, qñ dicimus halleluia: Laudate dñm: Dicis tu alteri, dicit ipse tibi, cum se oẽs exhortantur, oẽs faciunt quod hortantur. Sed laudate totis votis de totis vobis. i. vt non solum lingua & vox vestra laudet deum, sed & conscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Et enim laudamus modo in Ecclesijs quando congregamur, cum quisque discedit ad propria, quasi cessat laudare deum: Non cesset bene viuere, & semper laudat deum. Tunc desinis laudare deum, quando aiustitia & ab eo quod illi placet declinas. Nã si a vita bona nunquã declines, lingua tua
H tacet, vita tua clamat, & aures dei ad cor tuum. Quomõ enim aures nostræ ad voces nostras, sic aures dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri vt habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes. Facta. n. de cogitatione procedunt. Nec quisquam potest facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra mouere, nisi primo præcesserit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit Imperator, per imperium Romanorum emanat, quicquid videtis agi per prouincias: quantus motus fit ad vnam iussionem Imperatoris intus sedentis? Mouet solum ille labia cum loquitur, & mouetur omnis prouincia cum sit quod loquitur: Sic & in vno quoque nostrum intus est Imperator, intus in corde sedet. Si bonus bona iubet, bona sunt, & si malus mala iubet, & mala fiũt. Cum ibi sedet Christus, quid potest iubere nisi bona? Cum possidet diabolus, quid potest iubere nisi mala? In tuo autem arbitrio deus te esse voluit, cui pares locum, deo an diabolo? Cum praueris, qui possidebit ipse imperabit. Ergo fratres non tantum ad sonum attendite, cum laudaris deũ toti laudate, cantet vox, cantet & vita, cantent facta, & si est adhuc gemitus, tribulatio, tentatio, sperate transitura omnia, &
I illum venturum diem quo sine defectu laudabimus. Ecce iste Psalmus, quoniam manifestus est, currendus est nobis. Distribuit enim vniuersam creaturam laudantem deum, & tanquam hortatur vt laudet, quasi inuenerit tacentem.

Expositio Psalmi.

LAudate dominum de cœlis.] Quasi inueniret tacentes in cœlis laudem domini, & exhortatur vt surgant & laudent. Nunquam cœlestia laudes conditoris sui tacuerunt, nunquam terrestria deum laudare cessarunt, Sed planè sunt q-dam quæ habent spiritum laudandi deum in eo affectu, quo eis placet deus. Nemo enim laudat, nisi quod ei placet. Sunt autẽ quæ spiritum vitæ & intellectum ad laudandum deum non habent, sed quia & ipsa bona sunt, & in ordine suo integre dispo sita sunt, & ad pulchritudinem vniuersitatis referuntur, quam condidit deus, ipsa q-dem per se voce sua & corde suo non laudant

dant deum,sed cum ab intelligentibus con
syderantur, per ipsa laudatur deus,& cum
per ipsa laudatur deus,quodammodo & ip
sa laudãt deum: verbi gratia,Laudant deũ
in cœlis omnia quæ habent spiritum vitæ,
K & intellectum purum ad eum contemplã
dum,& sine fastidio & defectu diligendũ.
Laudãt autem dominum per intellectum
in terra discernendi bonum & malum, &
per intellectum cognoscendi creaturam &
creatorem: homines qui ista cogitant,& q
bus tribuit dominus mentem discernendi
ista delectandi atque laudãdi: homines pos
sunt. Pecora nunquid habent huiusmodi
intellectum? Si haberent huiusmodi intel
lectum pecora,non nobis diceret deus,No
lite esse sicut equus & mulus, quibus non
Psal.31. est intellectus. Quãdo hortatur nos vt nõ
simus sicut pecora sine intellectu, ostendit
nobis quia homini tribuit intellectum ad
laudandum deum. Arbores nunquid vel
vitam habent ipsam qua sentiant sicut pe
cora? Nam pecora & si sensum interiorem
rationalem, & mentem intelligentem atq.
discernentem non habent, quam homo ha
bet vt laudent deum, habent tamen vitam
manifestam sicut omnes nouimus,appetẽ
di cibum,vtilia sumendi,noxia respuendi,
sensus corporalia discernendi: visum ad co
lores,auditum ad voces, olfactum ad odo
res,gustum ad sapores,motus vel ad volu
ptates, vel ad molestias cognoscendas. In
L telligimus hæc,& videmus ante oculos no
stros: Non habent rationem intelligendi,
sed habent spiritum corporis animati & vi
tam manifestam. Arbores autẽ nec ipsam
habent,& tamen omnia laudant deũ. Qua
re laudant deum? Quia cum ista videmus,
Psal.44. & consyderamus creatorem qui ea fecit,
de illis nascitur in nobis laus dei: & cum
ipsorum consyderatione laudatur deus o
mnia laudant deum. Cœpit ergo iste de
cœlo,laudant omnia,& dicit laudate. Qua
re cum laudent dicit laudate? Quia delecta
tus est in eo quod laudant,& placuit ei qua
si adiungere hortationem suam. Quomõ
si venias ad homines bonum aliquod ope
rantes cum gaudio, siue in vinea, siue in
messe,siue in aliqua agricultura, placet ti
bi quod faciunt,& dicis,Facite,agite: Non
vt tunc incipiant facere quando dicis, sed
quia placet tibi & facientes inueneris, ad
iungis gratulationem & exhortationem
tuam. Dicendo.n. facite,& exhortando fa
cientes, voto quasi facis cum illis. In hac
ergo exhortatione plenus spiritu Prophe
ta dicit hæc, & Psalmus est Aggæi & Za- 1.Esd.5.
chariæ,sic habet titulum,Isti duo Prophe
tæ eo tempore quo captiuus populus tene
batur in Babylonia,prophetabant etiam fu
turum finem captiuitatis, vt restauraretur M
ciuitas Hierusalem, quæ bello ceciderat.
Significauerunt ergo nobis in mysterio vi
tam futuram, vbi laudabimus deum post
captiuitatẽ vitæ psentis,vbi erit innouatio
ciuitatis illius magnæ Hierusalẽ, vnde pe
regrini suspiramus captiuati adhuc sub o
nere & sarcina corporis mortalis,vnde ad
huc gemimus in peregrinatione, exultabi
mus autem in patria. Qui autem non ge
mit peregrinus,non gaudebit ciuis,quia de
syderium non est in illo. Prophetæ ergo
isti sancti magnam consolationem præbue
runt tunc captiuato populo secundum car
nem. i. constituto in Babylonia sub regi
bus alienigenis. Ostendebant.n.per pphe
tiam, futurum tps liberationis à captiuita
te,instaurationis Hierusalem. Sed illa om- 1.Co.10
nia in figura gesta sunt, habent veritatem
suam. Figurata sunt in antiquis, psentia o
stenduntur in nobis. Modo ergo quid di
cit Apostolus? Quandiu sumus in corpo- 2.Co.5.
re,peregrinamur a domino: Nondum su
mus in patria. Quando erimus in patria?
Qñ triumphabimus deuicto inimico dia
bolo, quando mors nouissima inimica de
struetur: tunc fiet sermo qui scriptus est, 1.Co.15
Absorpta ẽ mors in victoria. Vbi est mors A
contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus?
Quando ergo nulla erit mortis contẽtio
quæ modo est, & facit nos gemere ex defe
ctu & mobilitate rerum,ex fragilitate car
nis humanæ? Contendunt nobiscum quo
tidie tentationes, contendunt quoque no
biscum quotidie delectationes, etsi non cõ
sentiamus, tamen molestiam patimur, &
contendimus, & magnum periculum est,
ne qui contendit vincatur. Si autem non
consentiendo vincamus, molestias tamen
patimur resistendo delectationibus: Non
cessat, & non moritur hostis,nisi in resur
rectione mortuorum. Sed præsumamus,si
damus,erigunt nos Aggæus & Zacharias, 1.Esd.5.
cantant futurã liberationem nr̃am. Si illi
populo cantauerunt,& impletum est,chri
stiano populo quod cãtatur nõ implebit?
Implebitur sanè. Securi estote,non tantũ
modo in ista peregrinatione vitæ huius,
sed

sed quomodo hic agatis videte. Nõ vobis
placeat amor Babyloniæ,ne obliuiscamini
ciuitatem Hierusalem. Etsi corpus nr̃m ad
huc in Babylonia tenetur,cor nostrum ad
Hierusalem pmittatur. Laudet ergo tota
creatura dñm, quia hoc ibi facturi sumus
B qd hic præmeditamur. Laudate dñm de
cœlis: Laudate eum in excelsis.) Primo de
cœlis dicit, postea de terra. Laudat enim
deus qui fecit cœlum & terram. Cœlestia
tranquilla sunt,pacata sunt, ibi semper gau
diũ,nulla mors,nulla ægritudo,nulla mo
lestia,semper laudant deũ beati: Nos autẽ
adhuc in imo sumus, sed cum cogitamus
qũo illic laudetur deus, cor ibi habeamus,
& non sine causa audimus, sursum corda:
Leuemus cor sursum, ne putrescat in ter
ra,qm̃ placet nobis quod ibi agunt angeli.
Modo nos spe,postea re, sed cum illuc ve
nerimus: Laudate ergo eũ in excelsis: Lau
date eum omnes angeli eius, laudate eum
omnes virtutes eius: Laudate eum sol &
luna, laudate eum omnes stellæ & lu
men. Laudate eum cœli cœlorum, & a-
Dani.3. quæ quæ super cœlos sunt laudent no
men domini.] Quando explicauit o
mnia numerando? Sed tamen summa
tim quasi omnia perstrinxit, & concluſit
omnia cœlestia laudantia creatorem suũ.
Et quasi diceretur ei,quare illum laudant,
quid illi debent, quid illis contulit vt lau
dent eum? Sequitur, Quoniam ipse dixit
& facta sunt,ipse mandauit & creata sunt.)
Non mirum si opera laudent operatorem,
Gene.2. non mirum est si facta laudent factorem,
C non mirum si creatura laudet creatorem.
Psal.32. Ibi & Christus nominatus est,& quasi nõ
Iud.16. audiuimus nomen ipsius. Quis est Chri
Ioan.1. stus? In principio erat verbum,& verbum
erat apud deum,& deus erat verbum: hoc
erat in principio apud deum: Omnia per
ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni
hil. Per quid facta sunt? Per verbum. Quo
hic ostendit, quia per verbum facta sunt?
Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit &
creata sunt. Nemo dicit,nemo mandat,ni
si verbo. Statuit ea in seculum & in seculũ
seculi.) Omnia cœlestia,omnia superiora,
virtutes oẽs atque angelos,ciuitatem quã
dam supernam,sanctam,bonam: Vnde qm̃
peregrinamur,miseri adhuc sumus,& quo
redituri in spe beati, & quo cum redieri
mus,in re beati. Statuit ea in seculum & in
seculum seculi. Præceptum posuit & non
præteribit.) Quale præceptum putatis ha
bere cœlestia & angelos sanctos? Quale
præceptum dedit illis deus? quale, nisi vt
laudẽt illum? Beati quorum,hoc est,nego
cium laudare deum. Non arant,nõ semi
nant,non molunt,non coquunt: opera.n.
sunt ista necessitatis, ibi necessitas nõ est.
Non furantur,non deprædantur, nõ adul
terantur: Opera.n.sunt ista iniquitatis, ibi
iniquitas nõ est. Nõ frangunt panẽ esuriẽ- Mat.25.
ti,nõ vestiunt nudũ, non suscipiunt pere- D
grinũ,nõ visitant ægrotũ, non cõcordant
litigiosum,nõ sepeliunt mortuũ: Opera.n.
sunt ista misericordiæ: Ibi aũt nulla mise
ria est in qua fiat misericordia, O beati:
Putamus erimus nos sic? Eia suspiremus,
de suspirio gemamus: & quid sumus,vt ibi
simus? Mortales,proiecti,abiecti,terra &
cinis. Sed qui promisit ops est, Si ad nos
attendamus,quid sumus? Si ad illum,deus
est,opus est. Non est facturus angelum ex
homine,qui fecit hominem ex nihilo? Aut
vero pro minimo habet deus hominẽ,p p
quem mori voluit vnicum suum? Atten
damus ad iudicium dilectionis & promis
sionis dei: Tales arras accepimus. Tene
mus mortem Christi, tenemus sanguinẽ
Christi. Qui mortuus est? Vnicus. Pro qui
bus mortuus est? Vtinam pro bonis, vtinã
pro iustis. Non. Sed quid est? Etenim Chri
stus, ait Apostolus, pro impijs mortuus
est. Qui donauit impijs mortem suam, Rom.5.
quid seruat iustis nisi vitam suam? Erigat
ergo se humana fragilitas, non desperet,
non se collidat,non se auertat, non dicat,
Non ero. Qui promisit, deus est, & ve
nit, vt promitteret, apparuit hominibus,
venit suscipere mortem nostram, promit
tere vitam suam. Venit ad regionem pere E
grinationis nostræ accipere quod hic abũ
dat,opprobria, flagella,colaphos, sputa in
faciem,contumelias, spineam coronam,su
spẽsionem in ligno,crucem,mortem. Hæc
abundant in regione nostra, ad talia com
mercia venit. Quid hic dedit? Quid hic
accepit? Dedit exhortationem, dedit do
ctrinam,dedit remissionem peccatorum:
accepit contumelias,mortem,crucem. At
tulit nobis de illa regione bona,& in regio
ne nostra ipse pertulit mala. Promisit ta
men nobis quod ibi futuri simus, vnde
venit & ait, Pater, volo vt vbi ego sum
& ipsi sint mecum. Tanta præcelsit dile- Ioã.17.
ctio,quia vbi nos eramus, fuit nobiscum,
vbi

vbi ipſe eſt erimus cum illo. Quid tibi p̃miſit deus o homo mortalis? Quia uicturus es in æternum. Non credis? Crede, crede. Plus eſt iam quod fecit, q̃ quod promiſit. Quid fecit? Mortuus eſt pro te. Quid promiſit? Vt viuas cum illo. Incredibilius eſt q̃ mortuus eſt æternus, q̃ vt in ęternũ viuat mortalis. Iam quod incredibilius eſt tenemus. Si p̃ hominem mortuus eſt deus, non eſt victurus hõ cũ deo? Non eſt victurus mortalis in æternũ, p̃ quẽ mortuus eſt qui viuit in æternum? Sed quomõ mortuus eſt deus? Et vnde mortuus eſt deus? Et poteſt mori deus? Accepit ex te, vnde moreretur pro te. Non poſſet mori, niſi caro: non poſſet mori, niſi mortale corpus: Induit ſe vbi moreretur pro te, induet te vbi cum illo viuas. Vbi ſe induet morte? In virginitate matris. Vbi te induet vita? In æqualitate patris. Elegit ſibi hic thalamũ caſtũ, vbi coniungeretur ſponſus ſponſæ. Verbũ caro factum eſt, vt fieret caput Eccleſiæ. Verbũ.n. ipſum non eſt pars Eccleſiæ, ſed vt eſſet caput eccleſiæ, carnem aſſumpſit. Quiddam veſtrũ iã ſurſum eſt, quod hic accepit vbi mortuus eſt, vbi crucifixus eſt: Iam q̃dam primitiæ tuę p̃ceſſerunt, dubitas quia ſecuturus es? Ergo conuertat ſe & ad terrena, quia iam dixit laudes cœleſtium. Laudate dñm de terra.]Superius.n. vnde cœpit? Laudate dñm de cœlis, & enarrauit cœleſtia: modo audi terreſtria, Dracones & oẽs abyſſi.] Abyſſi profunditates aquarũ ſunt, maria omnia, & nubiloſus iſte aer ad abyſſum ptinet, Vbi nubes, vbi venti, vbi tẽpeſtates, vbi pluuiæ, coruſcationes, tonitrua, grandines, nix, & qc quid vult deus fieri ſuper terras de iſto humido & caliginoſo aere, totum hoc terræ nomine appellauit, quia in nimis mutabile eſt atque mortale, niſi forte putatis quia ſurſum pluit ſtellis: Omnia iſta hic fiunt propè ad terram. Et aliq̃ ſunt homines in cacuminibus montium, & nubes ſub ſe vident & fiunt plerunque pluuiæ, & apparent bene intentis omnia iſta quæ perturbato aere concitantur, hic fieri in iſta mundi parte infima: Propterea ad iſtum caliginoſum, id eſt, ad hunc aerem tanquam ad carcerem damnatus eſt diabolus, de apparatu ſuperiorum angelorum lapſus cum angelis ſuis: nam Apoſtolus hoc de illo dicit, Secundum principem poteſtatis aeris huius qui nunc operatur in filijs diffidentiæ:

Ioan. 1.

2. ſen. di. 6. cap. Et tantæ in fine & c. Nõ. n. eſt.

Ephe. 2.

& alius Apoſtolus dicit Si.n. deus angelis peccantibus nõ pepercit, ſed carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos ſeruari, infernum hoc appellans q̃ inferior pars mundi ſit. Noli ergo cogitare quid accepit diabolus, ſed quid p̃didit. Omnia ergo iſta videtis qualia ſunt, mutabilia, turbata, terribilia, corruptibilia, tamen habent locum ſuum, habent ordinẽ ſuum, implent & ipſa vniuerſi pulcritudinem pro modo ſuo, & ideo laudant dñm. Conuerſus ergo ad illa tanquam exhortans & ipſa, immo exhortans nos, vt eorũ conſyderatione laudemus dñm. Sic.n. laudant deum cum conſyderata pariunt laudem dei, cœpit ita dicere, Laudate dñm de terra, dracones & oẽs abyſſi. Dracones circa aquam verſantur, de ſpeluncis p̃cedũt, feruntur in aera, concitatur propter eos aer. Magna quædam ſunt animantia dracones, maiora non ſunt ſuper terrã: Propterea inde cœpit dicere, Dracones & omnes abyſſi. Sunt autem ſpeluncæ aquarum latentium, vnde flumina, vnde fontes procedunt & alia procedunt, vt fluant ſuper terrã: alia occulte ſubter eunt, & totum hoc atque omnis iſta humida natura aquarum ſimul cum mari & iſto infimo aere, abyſſus vel abyſſi vocantur, vbi viuunt dracones & laudant deum. Quid putamus? Quia choros faciunt dracones, & laudant deum? Abſit. Sed vos conſyderantes dracones, attendite artificem draconum, & creatorem draconum: & cum miramini dracones, & dicitis, Magnus deus qui hæc fecit, dracones laudant deum de vocibus veſtris. Dracones & omnes abyſſi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, quæ faciunt verbum eius.]Quare hic addidit, quæ faciunt verbum eius? Multi ſtulti non valentes contemplari & diſcernere creaturam locis ſuis & ordine ſuo, ſub nutu & iuſſu dei agentem motus ſuos, viſum eſt illis quia ſuperiora omnia deus gubernat, inferiora vero deſpicit, abijcit, deſerit, vt nec curet iſta, nec regat, ſed caſibus regantur, quomodo poſſunt, qua poſſunt: & mouent illos qui dicunt aliquando ſibi, ſed non dicant tibi, id eſt, ne audiendo tu conſentias quando iſta dicunt, blaſphemia enim ſunt & execrabilia deo, Si deus plueret, nunquid plueret in mari? Qualis, inquiunt, prouidentia. Getulia ſitit, & mare cõpluit. Acute ſibi videtur tractare. Quibus

1. Pe. 2.

bus dicendum eſt hoc, Getulia ſitit, vt tu ne ſitires? Bonum.n. erat, vt diceres deo,

Pſ. 142. Anima mea velut terra ſine aqua tibi: q̃d

Pſal. 72. alio loco aperte dicitur, Sitiuit tibi anima mea, quã multipliciter tibi & caro mea:

Matt. 5. & Dominus in Euangelio, Beati q̃ eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam, q̃m ipſi ſaturabuntur, Iſte.n. iam ſaturatus eſt qui talia diſputat, & quaſi ſibi doctus videtur, nec vult diſcere, ideo non ſitit. Nam ſi ſitiret, vellet diſcere, & inueniret, quia totũ dei prouidentia ſit in terra, & miraretur diſpoſita etiã mẽbra pulicis. Attendat charitas veſtra: Quis diſpoſuit membra pulicis & culicis, vt habeant ordinẽ ſuum, habeant vitam ſuam, habeant motũ ſuum? Vnam beſtiolam breuem, minutiſsimam conſydera quam volueris: Si cõſyderes ordinem membrorum ipſius, & animationem vitæ quia mouetur, vt pro ſe fugiant mortẽ, amat vitam, appetit voluptates, deuitat moleſtias, exerit ſenſus diuerſos, viget in motu congruo ſibi. Quis dedit aculeũ culici quo ſanguinem ſugat? Quam tenuis fiſtula eſt qua ſorbet? Quis diſpoſuit iſta? Quis fecit iſta? Expaueſcis in minimis, lauda magnum. Hoc ita que tenete fratres mei, nemo vos de fide excutiat, & de ſana doctrina. Qui fecit in cœlo angelum, ipſe fecit in terra vermiculum: ſed angelum in cœlo pro habitatione cœleſti, vermiculum in terra pro habitudine terreſtri. Nunquid angelum fecit repere in cœno, & vermiculum in cœlo? Diſtribuit ſedibus habitatores, incorruptionem incorruptis ſedibus dedit, corruptibilia corruptibilibus locis. Totũ attẽde, totũ lauda. Qui ergo diſpoſuit mẽbra vermiculi, nõ gubernat nubes? Et quare in mare pluit? Quaſi nõ ſint in mari q̃ alátur pluuia, quaſi nõ ibi fecit piſces, quaſi ibi nõ fecit animalia, Attẽdite quo currũt piſces ad aquã dulcẽ. Et quare, inquit, piſci pluit, & mihi nõ pluit aliq̃? Vt cogites te in regione eſſe deſerti & in peregrinatione vitæ, vt amareſcat tibi vita p̃ſens, & futurã deſyderes, aut vt flagelleris, & corripiaris & corrigaris. Quo autẽ diſtribuit p̃pria regionũ? Ecce qa de Getulia locuti ſumus, pluit hic propè omni anno, & omni anno dat frumentum. Seruari hic frumentum non poteſt, cito corrumpitur, quia omni anno datur: Ibi quia raro, & multum datur, & diu ſeruatur. Sed forte putas, quia ibi deſerat deus homines, aut non ibi ſecundum iocunditatem ſuam & laudant & glorificant deum? Apprehende inde Getulũ, pone inter iſtas arbores amęnas, fugere hinc vult & redire ad nuda Getuliæ. Omnibus ergo locis deus, regionibus, temporibus, ſua quæque diſtribuit & ordinauit: Et longum eſt commemorare diligentiorem conſyderationem omnium rerum. Quis illam explicat? Tamen qui oculos habent, multa ibi vident, cum viderint placent, cum placuerint laudantur, nõ tanquam ipſa, ſed illi qui fecit, ita omnia laudabunt deum. Hæc conſyderans ſpiritus prophetiæ, cum dixiſſet, Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, quæ omnia turbata videntur quibuſdam ſtultis & quaſi caſibus agitari, addidit, quæ faciunt verbum eius. Non tibi ergo videantur caſibus moueri, quæ verbo dei in omni motu ſuo deſeruiunt. Quò vult deus illuc lucet ignis, illuc fertur nubes, ſiue pluuiam, ſiue niuem, ſiue grandinem portet. Et quare aliquando percutiunt montem fulmina, & non percutiunt latronem? Quodcunque poſſum dicere pro captu mentis meæ, quantum deus donare dignatur, maiores maiora nouerint, & amplius intelligant, & det vobis deus plus ſapere quam dico, tamen cum temperantia ſine ſuperbia poſſum ego pro modulo meo dicere, quare p̃cutiant montem & non percutiant latronem: quia forte adduc latronis conuerſionem quærit, & ideo percutitur mons, quia non timet, vt mutetur homo qui timet aliquando. Et tu cum das diſciplinam, terrã feris, vt infans expaueſcat. Et aliquando ferit & quem vult hominem. Sed dicis mihi, Ecce cædit iunocentiorem & dimittit ſceleratiorem. Noli mirari, vndecunque mors pio bona eſt. Vnde autẽ ſcis illi ſceleratiori ſi ſe mutare noluerit quid pœnarum in occulto ſeruetur? Nonne mallent fulmine incendij potius interire, quibus in fine dicetur, Ite in ignem æternum? Opus eſt vt innocens ſis. Quid enim? Malum eſt mori naufragio, & bonum eſt mori febre? Siue inde, ſiue inde moriatur, q̃re qualis ſit qui moritur, quò poſt mortẽ iturus eſt, non vnde de vita exiturus, quacunque occaſione hinc exituri ſumus. Quibus exitibus martyres exire meruerunt? Nũquid febribus? Quomodo multi optãt vt febribus ſoluantur? Alij vno ictu gladij, alij ignibus, alij beſtijs? Et deuorauerunt

Mat. 25

runt bestiæ corpora martyrũ, & nõ timue
runt ne perirent corpora ipsorũ. Vndique
Mat.10. enim deus reducet corpora sanctorũ suo-
Dan.3. rũ, cui capilli capitis nostri numerati sunt.
2.Ma.7. Et quando voluit, tres pueros ab igne libe
rauit. Nunquid ideo Machabæos in igne
deseruit? Illos aperte liberauit, istos occul
te coronauit. Nouit igitur deus quid agat:
Tu time & bonus esto. Vndecunque vo
luerit vt exeas hinc, paratum te inueniat.
Inquilinus.n.es, non possessor domus. Lo
cata est.n.tibi domus. Domus ista tibi lo
cata est non donata, etsi nolis migrabis, &
non eam tali conditione accepisti, vt quasi
tempora certa tibi sint. Quid dixit domi
nus deus tuus? Qñ voluero, eum dixero,
migra, paratus esto. Expello te de hospitio,
sed dabo domum. Inquilinus es in terra,
B eris possessor in cœlo. Quicquid ergo hic
accidit contra voluntatem nostram, noue
ris non accidere, nisi voluntate dei, de prou
identia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ip
sius, de legibus ipsius: & si non nos intelli
gimus quid quare fiat, demus hoc prouidẽ
tiæ ipsius, quia non fit sine causa, & nõ bla
sphemabimus. Cum.n.cœperimus disputare de operibus dei: quare hoc, quare illud, & nõ debuit sic facere, male fecit hoc, vbi est laus dei? Perdidisti halleluia. Omnia sic consydera quomodo placeas deo, & laudes artificem. Quia si intrares in officinam forte fabri ferrarij, non auderes reprehendere folles, incudes, malleos. Et da imperitum hominem nescientem q̃d quare sit, & omnia reprehendit. Sed si non habeat peritiam artificis, & habeat saltem cõsyderationem hominis, quid sibi dicit? Nõ sine causa hoc loco folles positi sunt. Artifex nouit quare, & si ego non noui. In officina non audet vituperare fabrum, & audet reprehendere in hoc mundo deum? Ergo quemadmodum ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum eius: sic omnia quæ vanis videntur in
C rerum natura temere fieri, non faciunt ni
si verbum eius, quia non fiunt nisi iussu e
ius. Deinde dicit vt dominus laudan-. Mõ
tes & omnes colles, ligna fructifera & om
nes cedri. Bestiæ & omnia pecora, reptilia
& volatilia pennata.] Deinde ad homines,
Reges terræ & omnes populi, principes &
omnes iudices terræ, Iuuenes & virgines
senes cum iunioribus laudent nomen do
mini.) Explicata est laus de cœlo, explicata
est laus de terra, quia exaltatum est nomẽ
eius solius.) Nemo hominum quærat exal
tare nomen suum. Vis exaltari? Illi te sub
de, qui nõ potest humiliari. Exaltatum est
nomen eius solius. Confessio eius in cœlo
& in terra. Quid est confessio eius in cœ
lo & in terra? Quia ipse confitetur? Non.
Sed quia illum omnia confitentur, omnia
clamant, omnium pulchritudo quodam
modo vox eorum est confitentium deum.
Clamat cœlum deo, Tu me fecisti nõ ego.
Clamat terra, tu me condidisti non ego.
Quomodo ergo clamat ista? Quando con
syderantur, & hoc inuenitur, ex tua consy
deratione clamant, ex voce tua clamant.
Confessio eius in cœlo & in terra. Atten
de cœlum, pulchrum est: attende terram,
pulchra est: vtrũque simul valde pulchrũ
est. Ipse fecit, ipse regit, ipsius nutu guber
nantur: ipse traijcit tempora, momenta ip
se instaurat, per seipsum instaurat. Omnia D
ergo ista laudant illum, siue in statu, siue
motu, siue de terra deorsum, siue de cœlo
sursum, siue in vetustate, siue in reuocatio
ne. Cum vides hæc & gaudes, & attolle
ris in artificem, & inuisibilia eius per ea Rom.1.
quæ facta sunt intellectu contueris, confes
sio eius in cœlo & in terra, id est, confite
ris ei de rebus terrenis, confiteris ei de re
bus cœlestibus, & quia iple fecit omnia, &
melius illo non est aliquid, quicquid fecit
intra illum est, & quicquid in his tibi pla
cet, minus est quàm ipse. Non ergo ita tibi
placeat quod fecit, vt recedas ab eo qui fe- 1.Esd.5.
cit. Sed si amas quod fecit, multo magis
eum qui fecit. Si pulchra sunt quæ fecit,
quanto magis pulchrior est qui fecit? Con
fessio eius in cœlo & in terra. Et exalta
uit cornu populi sui.) Ecce quod prophe
tant Aggeus & Zacharias, Modo cornu
populi sui humile est in trituris, in tribula
tionibus, in tentationibus, in tunsione pe
ctorum. Quando exaltabitur cornu popu
li sui? Quando venerit ipse dominus & or
tus fuerit sol noster, non iste qui oculis vi- Matt.5.
detur & oritur super bonos & malos, sed Mal.4.
de quo dicitur, Vobis qui timetis deum
orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis e- E
ius. Et de quo dicturi sunt superbi & im
pij. Iustitiæ lumen non illuxit nobis, & sol
non est ortus nobis. Ipse erit æstas no
stra. Modo fructus, per hybernum in ra- Sapiẽ.5
dice non apparent. Attendis quasi aridas
arbores per hyemem. Qui nõ nouit vide-

re, ari-

re, aridam putat vitem, & forte iuxta est
quæ vere aruit. Similes sunt ambę per hye
mem, illa viuit, illa mortua est, sed illius
vita & illius mors in absconditо est. Ae
stas procedit, vita illius clarificatur, mors
illius manifestatur. Procedit honor folio
rum, fœcunditas fructuum, vestitur vitis
in facie ex eo quod habet in radice. Ergo
modo fratres tales sumus quales sunt & F
alij homines. Quomodo nascuntur, man
ducant, bibunt, viuunt & vestiuntur, trans
figunt vitam istam, sic & sancti. Aliquan
do res ipsæ decipiunt homines, & dicunt,
Ecce postquam cœpit esse Christianus,
nunquid non ei dolet caput? Aut quia chri
stianus est, quid habet plus a me? O vitis
arida, attendis iuxta te vitem nudam in hy
berno, sed non aridam per æstatis vim. Et
veniet dominus honor noster quia latebit
in radice, & tunc exaltabit cornu populi
sui, post captiuitatem in qua mortaliter vi
1.Co.4. uimus. Vnde dicit Apostolus, Nolite ante
tempus iudicare, donec veniat dominus,
& illuminabit absconditа tenebrarum, &
tunc laus erit vnicuique a deo. Sed dicis
mihi, Vbi est radix mea? vbi est fructus
meus? Si credis, nosti vbi est radix tua. Ibi
est enim vbi est fides tua, vbi est spes &
charitas tua. Audi Apostolum, Mortui e-
Col.3. nim estis. Quasi per hyemem mortui ap
parebant. Audi quia viuunt. Et vita vestra
absconditа est, inquit, cum Christo in deo.
Ecce vbi habes radicem. Quando ergo ho
Col.3. nore ornaberis? quando fœcundaberis fru
ctu? Audi illum sequentem, Cum Chri
stus apparuerit vita vestra, tunc & vos ap
parebitis cum ipso in gloria. Et exaltabit
cornu populi sui. Hymnus omnibus san
ctis eius.) Hymnus scitis quid est? Cantus
est cum laude dei. Si laudas deum & non
cantas, non dicis hymnum. Si cantas enim
& non laudas deum, non dicis hymnum.
Si laudas aliquid quod non pertinet ad lau
dem dei, & si cantando laudes, non dicis
hymnum. Hymnus ergo tria ista habet, &
canticum & laudem, & dei. Laus ergo dei
in cantico, hymnus dicitur. Quid est ergo,
hymnus omnibus sanctis eius? Accipiant
sancti eius hymnum, dicant sancti eius
hymnum, quia hoc est, quod accepturi
G sunt in fine, hymnum sempiternum. Ideo
Psal.49. alio loco dicit Psalmus, Sacrificium lau
dis glorificabit me, & ibi est via in qua o
stendam illi salutare meum. Et beati qui
habitant in domo tua, in secula seculorum
laudabunt te, hoc est hymnus omnibus
sanctis eius. Qui sunt sancti eius? Filij
Israel populi appropinquantes sibi.) Ne
mo dicat, non sum filius Israel. Ne pu
tetis Iudæos filios Israel esse, & nos non
esse filios Israel. Audeo vobis dicere fra
tres mei, illi non sunt & nos sumus. Au
dite quare, quia maior est natus secun
dum spiritum, quàm natus secundum car
nem. Vnde Israel? Ex Abraham, quia
Isaac ex Abraham, Israel ex Isaac. Quo
modo placuit deo Abraham? Credidit
autem Abraham deo, & reputatum est illi
ad iustitiam. Quisquis imitatus fuerit A
braham, filius est Abrahæ. Quisquis dege
nerauerit a fide Abraham, perdidit proge
niem Abrahæ, Iudæi degenerauerunt, per
diderunt. Imitati sumus nos, inuenimus.
Audi quia illi perdiderunt. Quid illis di
cit dominus dicentibus, filij sumus Abra
hæ? Ausi sunt ostentare se, & erigere cerui
cem de nobilitate generis iusti. Et quid il- Ioan.8.
lis dominus? Si filij Abrahæ essetis, facta
vtique Abrahæ fecisletis. Si ergo perdide
runt ipsi quod filij sunt Abrahæ, inueni
mus nos vt filij simus Abrahæ. Credendo H
quippe inuenimus, quod illi non creden- Gen.15
do amiserũt. Quia credidit Abraham deo,
& reputatum est illi ad iustitiam. Et semẽ
Abrahæ Christus, & in Chro nos sumus:
& ex Israel populus, de quo populo Maria,
de qua Maria Christus, & in Christo nos,
ergo filij Israel nos. Et quomodo addidit
vt discerneret nos? Filij Israel, populo ap
propinquanti sibi. Attendite Iudæos, si ap
propinquant, ipsi sunt. Et forte propinquant,
dicit mihi aliquis, Quotidie & cantant ip
si Psalmum, & cantant hymnos dei. Non
auditis quod eis dixit Propheta? Populus
hic labijs me honorat, cor autem eorum Esai.29.
longe est a me. Si illorum cor longe est, no Mat.15
strum autem proximum est, quia credi
mus, quia speramus, quia diligimus, quia
Christo adiuncti sumus, quia membra ip
sius facti sumus. Nunquid membra longe
sunt a capite? Si essent longe & diuisa es- Mat.28
sent, non diceret, Ecce vobiscum sum om
nibus diebus vsque ad consummationẽ se- Acto.9.
culi. Si separata essent, nõ de cœlo diceret,
Saule Saule quid me persequeris? Si nõ in
nobis esset non diceret, Esuriui & dedistis Mat.25
mihi mãducare. Et cũ dicerent, illi, Qñ te I
vidimus esurientẽ? rñdit, cũ vni ex minimis

mis meis feciſtis,mihi feciſtis. Ecce populus, ecce appropinquãs Iſrael, & cum illo modo ſpe,poſtea re.

In Pſalmum centeſimum quadrageſimum nonum exhortatio.

LAVDEMVS dominum & in voce & in intellectu,& in opere bono. Et ſi cut nos hortatur iſte Pſalmus,Cantemus ei canticum nouum,Sic enim incipit,

Expoſitio Pſalmi.

CAntate domino canticum nouum.) Vetus homo,vetus canticum:nouus homo,nouum canticum. Vetus teſtamentum, vetus canticum . Nouum teſtamentum,nouum canticum. In vereri teſtamento promiſsiones ſunt tẽporales & terrenæ. Quiſquis terrena diligit,vetus canticum cantat. Qui vult cantare canticum nouum,diligat æterna. Ipſa dilectio noua eſt & æterna. Ideo ſemper noua,quia nunquã veteraſcit . Nam ſi bene conſyderes, antiquum eſt hoc . Quomodo ergo eſt nouũ? Nunquid fratres mei vita æterna modo nata eſt? Vita æterna ipſe Chriſtus,& ſecũdum diuinitatem non modo natus eſt,qa
Ioan. 1. in principio erat verbum , & verbum erat
K apud deum,& deus erat verbum, Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Si q̃ per ipſum facta ſunt,antiqua ſunt:quid eſt ipſe per quem facta ſunt ? Quid niſi æternus,& patri coæternus? Sed nos delapſi in peccatum,peruenimus ad vetuſtatem. Noſtra.n.vox eſt in illo Pſalmo, vbi dicitur
Pſal.6. cum gemitu, Inueteraui in omnibus inimicis meis. Inueterauit homo per peccatum, innouatur per gratiam . Omnes ergo qui innouantur in Chriſto, vt ad vitam æternam incipiant pertinere , canticum nouũ cantãt,& hoc canticum pacis eſt,canticum hoc charitatis eſt. Quiſquis ſe a coniũctione ſanctorum ſeparat , non cantat canticũ nouum. Secutus eſt enim vetuſtam animo ſitatem, non nouam charitatem . In noua charitate quid eſt ? Pax,vinculum ſanctæ ſocietatis,compago ſpiritalis,ædificium de lapidibus viuis . Vbi eſt hoc? Non in vno loco,ſed per vniuerſum orbem terrarum.
Pſal.65. Audi hoc de alio Pſalmo,ſic dicitur,Cantate domino canticum nouum , cantate domino omnis terra . Ex hoc intelligitur,qa qui non cum omni terra cantat, canticum vetus cantat,quælibet verba de ore eius ,p cedant. Quid enim attendo quid ſonet,cũ video quid cogitet? Et tu inquis vides q̃d cogitet? Facta indicant. Nam oculus in cõ- L
ſcientiam non penetrat. Attẽdo quid agat, & ibi intelligo quid cogitet . Neque enim ſi quiſque verbi gratia , comprehenderet hominem in furto , in homicidio, in adulterio , cogitationes ipſius in corde videret, ſed in factis . Sunt quædam quæ intus latent : ſed ſunt & multa quæ procedunt in opera,& manifeſta fiũt etiam hominibus. Cum ergo eſſent illi qui ſe a cõpage Chriſti charitatis & ſocietate ſanctæ eccleſiæ ſe pararunt,malos intus apud ſe,non nouerat niſi deus. Venit & tentatio ſuperauit illos, & patefecit hominibus q̃d nouerat deus . Non enim fructus oſtenditur niſi in factis. Vnde dictum eſt, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos . Dixit enim dominus ad quoſdam qui ouium veſtitum ſe induunt, intus autem ſunt lupi rapaces . Et ne forte Matt.7.
fragilitas humana dignoſcere non poſſet lupum ſub ouina pelle,ait, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos . Quærimus fructus charitatis, inuenimus ſpinas diſſenſionis . Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Ergo canticum eorum vetus eſt , cantemus nos canticum nouum . Iam diximus fratres,omnis terra cantat canticum nouum . Qui
M cum omni terra non cantat canticum nouum,dicat quod vult , linguis ſonet halleluia,dicat tota die,dicat tota nocte,nõ valde aures meæ inclinantur ad vocem cantãtis,ſed quæro mores operantis . Interrogo enim & dico. Quid eſt quod cantas? Reſpõdet,halleluia . Quid eſt halleluia? Laudate dominum. Veni,ſimul laudemus dominũ. Si tu laudas dominum,& ego laudabo dominum. Quare in diſcordia ſumus? Charitas laudat dominum,diſcordia blaſphemat dominum. Et vultis iam noſſe vbi cantetis canticum nouum? Quæ dicturus eſt in ipſo Pſalmo , videte quomodo fiant & vbi fiant,vtrum per omnes gentes fiant iſta,an in vna aliqua parte terrarum, & hinc plenius intelligetis ad quem pertineat canticum nouum. Iam quidem manifeſtum eſt Pſal.95.
illud quod de alio pſalmo commemoraui. Cantate domino canticum nouum . Et vt oſtenderet in cantico nouo eſſe fructum charitatis & vnitatis,addidit , Cantate domino Ibidem.

mino omnis terræ. Nemo ſe ſeparet,nemo ſe diſiungat: triticũ es,ferto paleã quo uſque ventiletur . De area vix excutieris, ſi triticũ es. Si triticum eſſes foris ab area , inuenirent te volatilia & colligerent te . Adde quia eo ipſo quo diſcedis & volas , paleam te eſſe indicas. Sed quia leuis eras , venit ventus, & de ſub pedibus boum,ab-
A latus es . Qui autem triticum ſunt ferunt trituram,gaudent quia grana ſunt,gemũt inter paleam,expectant ventilatorem quẽ cognoſcunt redemptorem, Cantate domino canticum nouum , Laus eius in eccleſia ſanctorum.) Hæc eſt eccleſia ſanctorũ, eccleſia frumentorum,toto terrarum orbe diffuſorum,per agrum dei diſſeminata,q̃d eſt hic mundus,ipſo domino exponẽte cũ de ſeminante diceret , quia homo ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo,& venit inimicus & ſuperſeminauit zizania. Et dixe-
Mat.13. runt pueri patrifamilias , Nonne bonum ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde hic ſunt zizania? Et reſpondit illis, Inimicus homo hoc fecit. Voluerunt colligere zizania, & compeſcuit illos dicens, Sinite vtraq. creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus , Colligite primum zizania,& alligate ea in faſciculos ad cõburendum ea,triticum autem meum reponite in horrea . Poſtea interrogauerunt eũ diſcipuli dicentes , Narra nobis parabolã zizaniorum . Et ipſe exponit omnia , vt nullus homo cordi ſuo tribuat quod ibi intellexerit,ſed magiſtro cœli exponẽti. Nemo dicat,expoſuit ſibi quomodo voluit.
B Si parabolam prophetiæ exponeret deus , quando ipſe per eos loquebatur quod dicebant,quis auderet dicere,non ſic debere exponi? Multo magis quando ipſe expoſuit,quod propoſuit ipſe , quis audet contra dicere manifeſtæ veritati? Cum autem
Mat. 13 dominus parabolam hanc exponeret, ait, qui autem ſeminat bonum ſemen , eſt filius hominis: ſe vtique demonſtrans . Bonum vero ſemen, filij ſunt regni , ipſa eſt eccleſia ſanctorum: zizania autẽ filij ſunt maligni: ager eſt hic mundus . Iam videte fratres , quia per mundum ſeminatum eſt bonum ſemen , & per mundum ſeminata ſunt zizania. Nunquid in parte triticum , & in parte zizania ? Per totum triticum , & per totum zizania. Ager domini mundus eſt, non Aphrica. Non quomodo fert terra iſta Getuliæ ſexagenum aut cẽtenũ , & Numidia fert denum , non ſic eſt deo ager ſuus. Vbique illi fertur fructus,& cẽtenus,& ſexagenus,& tricenus: tu tantum vide quid velis eſſe, ſi cogitas ad domini fructus pertinere. Ergo eccleſia ſanctorũ , eccleſia catholica eſt . Eccleſia ſanctorum non eſt eccleſia hæreticorum. Eccleſia ſanctorum illa eſt,quam præſignauit deus an C
tequam videretur, & exhibuit vt videret. Eccleſia ſanctorum erat antea in cordibus, mõ in gẽtibus. Eccleſia ſanctorũ antea tm̃ modo legebatur , nunc & legitur & videtur. Quando ſolum legebatur,credebatur: modo videtur & contradicitur . Laus eius in eccleſia ſanctorum . Lætetur Iſrael in eo qui feciet eum. Quid eſt Iſrael ? videns deum . Hoc enim interpretatur nomen Iſrael. Qui videt deum , in ipſo lætetur à quo factus eſt. Quid eſt ergo fratres,quid dicimus nos ad eccleſiam pertinere ſanctorum? nunquid iam videmus . Eſt quædam viſio huius temporis,erit altera viſio futuri temporis . Viſio quæ modo eſt,per fidem eſt: viſio quæ futura eſt,per ſpeciem erit . Si credimus, videmus: ſi amamus,vi-
demus. Quid videmus? Deum. Vbi eſt ip- 1.Ioã.4.
ſe deus ? Interroga Ioannem, Deus charitas eſt. Benedicamus nomẽ eius ſanctum , & gaudeamus in deo, ſi gaudemus in charitate . Quiſquis habet charitatem vt q̃d illum mittimus longe vt videat deum ? Conſcientiam ſuam attendat, & ibi videt deum. Si charitas ibi non habitat , non ibi habitat deus: ſi autem charitas ibi habitat , deus ibi habitat. Vult illum forte videre ſedentem in cœlo , habeat charitatem , & in eo habitat ſicut in cœlo. Ergo ſimus Iſ- D
rael,& lætemur in eo qui fecit nos . Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum. In eo qui fecit eum lætetur,non in Arrio,non in Donato,non in Cæciliano,non in Proculiano,non in Auguſtino . In eo lætetur qui fecit eum. Nos fratres non vobis commendamus noſmetipſos, ſed commendamus vobis deum , quia commẽdamus vos deo . Quomodo vobis deum commendamus ? Vt diligatis eum bono veſtro , non bono ipſius, quia malo veſtro ſi eum non diligitis,non malo ipſius. Non enim minus ha-
bebit deus diuinitatem , ſi homo in illo 1.Ioã.4
non habuerit charitatem . Tu creſcis ex deo , non ille ex te , & tamen tantum nos dilexit prior antequam eum diligeremus, vt filium ſuum vnicum mitteret mori pro

nobis. Qui fecit nos, factus est inter nos.
Ioan. 1. Quomodo nos ipse fecit? Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Quomodo factus est inter nos? Et verbum caro factum est & habitauit in nobis. Ergo ipse est in quo debemus lætari. Nemo sibi arroget, nemo sibi deroget partes ipsius, ab ipso est lætitia quæ nos facit fœlices. Lætetur Israel in eo q̄ fecit eum. Et filij Sion exultent in rege suo.) Ipse est Israel, filij ecclesiæ sunt, quia Sion fuit quidem vna ciuitas quæ cecidit. In eius reliquiis habitabant q̄dem sancti temporaliter, sed Sion vera &
E Hierusalem vera, quia ipsa Sion quæ Hierusalem, æterna est in cœlis, quæ est mater
Gal. 4. nostra. Ipsa nos genuit, ipsa est ecclesia sanctorum, ipsa nos nutriuit, ex parte peregrina, ex magna parte manēs in cœlo. Ex parte qua immanet in cœlo, beatitudo angelorum est, ex parte qua peregrinatus in hoc seculo, spes est iustorum. De illa dictū est Gloria in excelsis deo. De hac dictum est, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui ergo in hac vita gemunt & desyderant illam patriam, currant dilectione, nō pedibus corporis, non quærant naues, sed pennas, duas alas charitatis apprehēdant.
Mat. 22. Quæ sunt duæ alæ charitatis? Dilectio dei, & dilectio proximi. Peregrinamur. n. suspiramus, gemimus. Venerūt ad nos litteræ de patria nostra, ipsas vobis recitamus, Lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo. Quod dixit, qui fecit eum, hoc dixit, in rege suo. Quod audistis Israel, id sunt filij Sion: & quod audistis, in eo qui fecit eum: hoc est, in rege suo. Filius dei qui fecit nos, factus est inter nos, & rex noster regit nos, quia creator noster fecit nos. Ipse est tamen per quem facti sumus, qui est per quem nos regimur, &
F ideo Christiani, quia ille Christus. Christus à chrismate dictus est, id est, ab unctio-
1. Re. 6. ne. Reges autē vngebātur & sacerdotes. Il-
Exo. 40 le vero vnctus est & rex & sacerdos. Rex pugnauit pro nobis, sacerdos obtulit se pro nobis. Quando pugnauit pro nobis quasi victus est, iure aūt vere vicit. Crucifixus est enim & de cruce sua in qua erat fixus diabolum occidit, & inde rex noster. Vnde autem sacerdos? Quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod daret? Mundam victimam. Quam victimam? Quid mundum potest offerre peccator? O inique, ò impie, quicquid attuleris immundum est, etsi aliquid mundum pro te offerendum est. Quære apud te quid offeras, nō inuenies? quære ex te quod offeras: non delectatur arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia ipsius sunt, & si non offeras. Offer ergo illi mundum sacrificium. Sed peccator es, impius es, sed conscientiam inquinatā habes. Poteris forte aliquid mundum offerre, purgatus: sed vt purgeris aliquid pro te offerēdum est. Quid ergo pro te oblaturus es vt munderis? Si mundatus es, poteris offerre quod mundum est. Offerat ergo seipsum mundus sacerdos, vt mundet hoc qd Christus fecit. Nihil mundum inuenit in homi-
G nibus quod offerret pro hominibus: seip-
sum obtulit mundam victimam, hostiam immaculatam. Fœlix victima, vera victima, munda victima hostia immaculata. Non ergo hoc obtulit quod nos illi dedimus, immo hoc obtulit quod à nobis accepit, & mundum obtulit. Carnem. n. à nobis accepit, hanc obtulit. Sed vnde illam accepit? De vtero virginis Mariæ, vt mundam offerret pro immundis. Ipse rex, ipse sacerdos, in eo lætemur. Laudent nomen eius in choro.) Et chorus quid significat? Multi nouerunt chorum, & quia in ciuitate loquimur, propè omnes norunt. Chorus est consensio cantantium. Si in choro cantemus, concorditer cantemus. In choro cantantium quisquis voce discrepauerit, offendit auditum, & perturbat chorum. Si vox inconuenienter cantantis dīsturbat concentum cantantium, quomodo disturbat hæresis dissonans concentum laudantium? Chorus Christi iam totus mundus est. Chorus Christi ab Oriente in Occidentem consonat. Videamus si tantum extenditur chorus Christi. Dicit Psalmus alius, A solis ortu vsque ad occasum, laudate nomen domini. Laudent nomen eius in choro, In tympano
H & psalterio psallant ei.] Quare assumit
tympanum & psalterium? Vt non sola vox laudet, sed & opera. Quando assumitur tympanum & psalterium, manus concinunt voci: sic & tu quando halleluia cantas, porrigas & panem esuricti, vestias Mat. 25
nudum, suscipias peregrinū, non sola vox sonat, sed & manus consonat, quia verbis facta concordant. Assumpsisti organum, consentiant digiti linguæ. Et ipsum mysteriū tympani & psalterij nō est tacendum,
in

in tympano corium extenditur, in psalterio chordæ extenduntur: in vtroque organo
Gala. 6. crucifigitur. Quā bñ psallebat in tympano & psalterio qui dicebat, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ipsum psalteriū
Mat. 16 velut tympanum tollere vult qui amat cā-
ticum nouū, qui te docet q̄n tibi dicit, Qui vult esse meus discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucē suam & sequatur me. Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum, extendatur in ligno, & siccetur a concupiscentia carnis. Nerui q̄to plus fuerint extenti, tanto acutius sonant.
Vt ergo acute sonaret Pauli Apostoli psal-
Phili. 3. terium, quid dixit? Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, sequor ad palmā supernæ vocationis. Extendit se ipse, tetigit christus, & sonuit dulcedo veritatis. In
I tympano, & psalterio psallant ei, Q̄m bene facit dñs in populo suo.] Quid tā beneficium, q̄ mori pro impijs? Quid tam beneficium, q̄ sanguine iusto delere chirographū peccatoris? Quid tam beneficium, q̄ dicere, non ad me pertinet quod fuistis, estote quod non fuistis? Benefecit dñs in populo suo, dimittendo peccata, promittendo vitā æternam. Benefacit auersum conuertere, pugnantem adiuuare, vincentem coronare. Benefecit dñs in populo suo, Et exaltabit mansuetos in salutem.) Exaltantur. n. & superbi, sed non in salutem. Mansueti in salutem, superbi in mortem, id est, superbi ipsi se exaltant, & dominus eos humiliat, mansueti autem ipsi se humiliant, & deus eos exaltat. Et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria.) Aliquid volo dicere, audite attentius de gloria sanctorum. Nemo. n. est qui non amet gloriā, sed gloria stultorum popularis illa quæ dicitur, habet illecebram delectationis & deceptionis, vt ad laudem suam & honorem vanorum hominum quisque commotus, velit sic viuere vt prædicetur ab hominibus quibuscunque quomodocunque. Hinc homines insani effecti, & inflati typho, ina-
K nes intus, foris tumidi, etiam res suas perdere volunt, donando scenicis, histrionibus, venatoribus, auguribus. Quanta donant, quanta impendunt? Effundunt vires, non patrimonij tātum, sed etiam animi sui. Isti fastidiunt pauperem, quia non clamat populus vt pauper accipiat, clamat autem populus vt venator accipiat. Illi ergo vbi eis non clamatur, nolunt erogare: vbi clamatur ab insanis, insaniunt omnes & fiunt omnes insani, & qui expectatur, & qui expectat, & qui donat. Insana ista gloria reprehenditur a domino, improbatur ante oculos omnipotentis. Et tamen fratres mei Christus sic improperat suis & dicit, Non a vobis accepi tantum quantum acceperunt venatores, & illis vt donaretis, de meo donastis. Ego autem nudus eram, & non vestistis me. Et illi, Et quando te vidimus nudum & non vestiuimus te? Et il-
Mat. 25 le, Cum vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi. Sed eum vis vestire qui tibi placet, in quo tibi Christus displicet. Vestire vis venatorem, quo forte victo erubescas. Christus nunquam vincitur, & diabolum vicit, & pro te vicit, & tibi vicit, & in te vicit. Talem victorem vestire non vis? Quare? Quia minus clamatur, quia minus inL nitur. Propterea isti qui tali gloria delectā tur, in conscientia sua nihil habent. Quomodo exhauriunt arcas vt vestes mutent, sic exinaniunt ipsam conscientiam, vt nihil ibi habeant precioſum. Sancti autem qui exultant in gloria, quomodo exultent, non opus est vt nos dicamus, ipsius psalmi audite sequentem versum, Exultabunt sancti in gloria, Lętabuntur in cubilibus suis.) Non in theatris, non in amphitheatris, non in circis: non in nugis, non in foris sed in cubilibus suis. Quid est in cubilibus suis? in cordibus suis. Audi Apostolum Paulum exultantem in cubili suo,
Nam gloria nostra hæc est, testimonium
2. Co. 1. conscientiæ nostræ. Rursum timendum est, ne quisquam apud seipsum fiat sibi placens, & quasi superbus de conscientia sua
Psal. 2. glorietur. Debet enim quisque cum tremore exultare, quia donum dei est vnde exultat, non meritum suum. Etenim sunt multi sibi placentes, & iustos se esse arbitrantes, & procedit aduersus illos alia pagina dicens, Quis gloriabitur castum se
Pro. 20. habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Est ergo quidam modus in conscientia gloriandi, vt noueris fidem tuam esse synceram noueris esse spem tuā certam, noueris charitatem tuam esse sine M simulatione. Sed quoniam multa sunt adhuc fortè quæ possunt offendere oculos dei, lauda eum qui tibi ista donauit, tunc perficiet quod donauit. Propterea cum dixisset, Lætabuntur in cubilibus suis: ne quasi sibi placentes viderentur, adiunxit

ſtatim, Exultatiões dei in faucibus eorũ.) Sic lætabuntur in cubilibus ſuis, vt non ſibi tribuant quod boni ſunt, ſed illum laudent à quo acceperunt quod ſunt, à quo vocantur vt perueniant ad id quod nondum ſunt, & à quo ſperant perfectionem cui gratias agunt, quia inchoauit, exultationes dei in faucibus eorum. Iam videte gloriam eorum, videte per vniuerſum mũdum, videte quod exultationes dei ſint in faucibus eorum. Et frameæ bis acutæ in manibus eorũ.] Framea appellatur quam vulgo ſpatã dñt. Sunt enim gladij ex vna parte acuti, ipſæ ſunt machæræ: ipſæ autẽ frameæ, ipſæ & rompheæ, ipſæ ẽt ſpatæ appellantur. Magnum myſterium habet hoc genus ferramenti, quod ex vtraque parte acutum eſt. Ipſæ frameæ ſunt bis acutæ in manibus eorum. Frameas bis acutas intelligimus ſermonem domini, & vna framea eſt, ſed ideo multæ dñr, quia ora ſunt, & multæ linguæ, ſunt ſanctorum. Sermo dei, gladius bis acutus. Vnde bis acutus? Dicit de temporalibus, dicit de æternis: in vtroque probat quod dicit, Et eum qui ferit ſeparat à mundo. Nonne ipſe eſt gladius, de quo dominus dicit, Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium? Audite quomodo venit diſiungere, quomodo venit ſeparare. Diſiungit ſanctos, diſiũgit impios, ſeparat à te quod te impedit. Filius vult ſeruire deo, pater non vult, venit gladius, venit ſermo dei, diuidit filium à patre. Filia vult, mater non vult, gladio diuidũtur abinuicem. Nurus vult, ſed ſocrus non vult, veniat gladius bis acutus, afferat promiſsionem vitæ præſentis & futuræ, conſolationem temporalium, ęternorum perfruitionem. Ecce gladius ex vtraque parte acutus, promittens temporalia, in quibus nos non fefellit. Nonne eccleſia dei per totum mundum non erat? Ecce eſt, Antea legebatur & non videbatur, modo ſicut legitur ita cernitur. Quicquid temporaliter nobis promiſſum eſt, ad unam partem gladij pertinet: quicquid in ſempiternum, ad alteram partem gladij pertinet. Habet ſpẽ futuram rerum, habes conſolationem præſentium: noli retrahi ab eo qui vult retrahere. Pater, mater, ſoror, vxor ſit, amicus ſit, non te retrahant, & vtilis tibi erit gladius bis acutus: vtiliter te ille ſeparat, male te tu conglutinas. Venit ergo dominus noſter ferens gladium bis acutum, promittens æterna, implens temporalia. Nam ideo duo teſtamenta dicũtur. Quę erant ergo frameæ bis acutæ in manibus eorum? Duo teſtamenta ad gladium bis acutum pertinent. Vetus teſtamentum terrena promittit, nouum æterna. In vtroque ſermo dei verax inuentus eſt vt gladius bis acutus. Quare ergo in manibus & non in linguis? Et frameæ bis acutæ, inquit, in manibus eorum. In manibus dixit in poteſtate. Acceperunt enim ſermonem dei poteſtate, vt vbi vellent dicerent, non timerent poteſtatem, non contemnerent paupertatem. In manibus enim habebant gladium, qua volebant vibrabant, verſabant, percutiebant: & hoc totum erat in poteſtate prædicantium. Nam ſi non eſt in manibus ſermo, ne forte aliquis dicat, quomõ ſermo eſt gladius bis acutus, & quomodo in manibus? Si ergo ſermo non eſt in manibus, quare ſcriptum eſt, Factus eſt ſermo domini in manu Aggæi Prophetæ? Nunquid fratres ſermonem ſuum deus in digitis ipſius fecit? Quid eſt, in manu ipſius factus eſt? In poteſtate illi datum eſt prædicare ſermonẽ domini. Poſtremo poſſumus etiam has manus aliter intelligere: nam qui locuti ſunt, in lingua habuerunt ſermonem dei: qui ſcripſerunt, in manibus: & frameę bis acutæ in manibus eorum. Iam fratres videtis ſanctos armatos. Attendite ſtrages, attendite glorioſa prælia. Si enim imperator & miles, ſi miles & hoſtis, ſi bellum & victoria: quid fecerunt iſti habentes in manibus frameas bis acutas? Ad faciendas vindictas in gentibus.] Videte ſi non eſt vindicta facta in gẽtibus: quotidie ipſa fit, hoc agimus, & nos loquendo. Attendite quomodo cæſæ ſunt gentes Babyloniæ. Illi redditur duplum: ſic enim de illa ſcriptum eſt, Reddite illi duplum, ad quod fecit. Quomodo redditur duplum? Bellant ſancti, educũt frameas bis acutas, fiũt ſtrages, fiunt occiſiones, ſeparationes. Quomõ illi duplum redditur? Illa quando poterat perſequi Chriſtianos, carnem occidebat, deum nõ confringebat. Modo illi duplum redditur, & pagani extinguuntur, & idola franguntur. Qũo, inquies, Pagani ediduntur? Qũo niſi cũ Chriſtiani fũt? Quæro Paganũ & nõ inuenio, Chrianus eſt: ergo mortuus eſt Paganus. Nã ſi non occidũtur, vnde dictũ eſt Petro, Macta & mãducã?

Ephe. 6. A
Hebr. 4.
Mat. 10.
B
Aggæ. 1
C
Acto. 10

ea? Vnde ipſe Paulus occiſus eſt perſecutor, & Paulus erectus eſt prędicator? Quę ro Saulũ perſecutorem & non inuenio, occiſus eſt. Vnde? De framea bis acuta. Sed quia occiſus eſt in ſe, & viuificatus in Chriſto, iõ confitens & confidens dicit, Viuo aũt iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Qũo illi fit, ſic per illũ. Etenim cũ factus eſſet prędicator, accepit & ipſe in manibus frameã bis acutã, ad faciendã vindictã in gẽtibus. Et ne vere tu putares homines ferro percuti, ſanguinem fundi, vulnera in carne fieri, ſequitur & exponit, Obiurgationes in populis.) Obiurgatio q̃ eſt? Correptio. Procedat ex vobis framea bis acuta, Nolite ceſſare, dedit illam vobis deus pro modulo veſtro. Qualis hõ es qui idola colis? Dic amico tuo, ſi tamen remanſit cui dicas, Qualis homo es qui dimiſiſti eum a quo factus es, & adoras quod feciſti? Melior eſt faber q̃ quod fabricat faber. Si fabrum adorare erubeſcis, adorando quod faber fecit non erubeſcis? Cum cœperit erubeſcere, cum cœperit compungi, feciſti vulnus de framea, peruenit ad cor, mortuus eſt vt viuat. Frameæ bis acutæ in manibus eorum, ad faciendam vindictã in gentibus, obiurgationes in populis, Vt alligent reges eorum in compedibus, & nobiles eorũ in vinculis ferreis, Vt faciant in eis iudiciũ conſcriptum.) Facilè expoſuimus qũo de frameis cadant vt exurgant, ſeparentur vt congregentur, vulnerentur vt ſanẽtur, moriãtur & viuant. Sed quid faciemus? Qũo exponẽmus ad alligandos reges eorum in compedibus? Reges gentũ alligandi in cõpedibus, & nobiles eorũ in vinculis, addidit ferreis. Adeſtote vt agnoſcatis quod noſtis. Iſti.n. verſus quos cœpimus exponere obſcuri ſunt: ſed illud quod ex illis dicturus ſum non eſt nouũ. Iam notũ ex vobis, q̃ mõ non diſcere opus habeatis, ſed commemorari. Ad hoc aũt voluit deus obſcure poni quoſdã verſus ſuos, non vt aliquid nouũ de illis eruaĩ: ſed vt qd̃ iã muſitatũ erat obſcuris expoſitis innouetur. Nouimus reges factos Chriſtianos, nouimus nobiles gentium factos Chriſtianos. Sunt hodie quæ fuerunt, & erunt, & nõ ceſſant frameæ bis acutæ in manibus ſanctorũ. Qũo ergo ligatos compedibus & vinculis ferreis intelligimus? Scit charitas vſa & eruditio, quia in eccleſia nutriti eſtis, & ſoletis audire diuinas lectiones, qñ infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia: & ſtulta mundi elegit deus ad confundendos ſapientes, & ea quæ non ſunt tanquam ea q̃ ſunt, vt quæ ſunt euacuentur. Sic.n. ait Apoſtolus, Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed ſtulta mundi elegit deus, & infirma mundi, vt confunderet fortia, & ignobilia & contemptibilia elegit deus, & ea q̃ non ſunt tanquam ea q̃ ſunt, vt ea q̃ ſunt euacuentur. Venit deus Chriſtus prodeſſe omnibus, ſed elegit prodeſſe imperatori de piſcatore, non piſcatori de imperatore, & elegit ea quæ nullius momenti erant in mundo. Ipſos impleuit ſpirituſancto, dedit eis frameas bis acutas, prædicare præcepit Euangelium, & ire per totum orbẽ terrarum. Fremuit mundus, erexit ſe leo aduerſus agnum, ſed fortior leone inuentus eſt agnus. Leo victus eſt ſęuiendo, agnus vicit patiendo. Conuerſa ſunt corda hominum ad timorem, Chriſti cœperunt reges, cœperunt nobiles miraculis commemorari, prophetiæ adimpletione turbari, videre in vnum nomen cõcurrere genus humanum. Et quid facerent? Multi elegerunt ignobilitatem, & dimittentes domos ſuas, & ſubſtãtias ſuas diſtribuentes pauperibus, cucurrerunt ad perfectionem. Tali.n. imperfecto dicitur à domino, Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni ſequere me, & habebis theſaurum in cœlo. Multi ex nobilibus fecerunt hoc, ſed ceſſauerunt iſti nobiles eſſe gentium, elegerent paupertatem in ſeculo, nobilitatem in Chriſto. Multi autem tenent ipſam nobilitatem in Chriſto, tenent regias poteſtates, & ſic ſunt Chriſtiani. Ipſi ſunt tanquam in compedibus, & tanquam in vinculis ferreis. Vnde hoc? Ne progrederentur ad illicita compedes acceperunt, compedes ſapientiæ, compedes verbi dei. Quare vincula ferrea & non aurea? Ferrea ſunt quandiu timent, ament & aurea erunt. Attendat charitas veſtra quid loquar. Audiſtis modo Apoſtolum Ioannem. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor tormentum habet, hoc eſt vinculum ferreum. Et tamen niſi timore incipiat homo deum colere, non perueniet ad amorem, Initium ſapientiæ timor domini. Incipit ergo a vinculis ferreis, finit ad torquẽ

E
Acto. 9. D
Gal. 2.
F
1. Co. 1.
Mat. 24.
G
Mat. 19
Eccli. 6.
1. Ioã. 4.
Pſa. 110

Prou. 1. Eccle. 6. 3. sen. di. 3. ca. Est aũt alia. circa finem.

auream. Dictum est. n. de sapientia, Et torquem auream circa tuam ceruicem. Non tibi imponeret torquẽ aureum, nisi primũ in compedibus ferreis te alligasset. Sed cœpisti à timore, consummaris à sapientia. Quam multi sunt qui propterea nolũt male facere, quia gehennas timẽt, quia cruciatus timent, & nondũ amant iustitiam. Si illis promitteretur impunitas, & diceretur eis, Facite quod vultis securi, impunitũ erit vobis, emitterent progressus libidinum suarum in quæque nequissima. Et maxime fratres mei, maxime reges & nobiles, quibus nõ facilè dicitur, quid fecisti? Nam pauper homo & si non timeat deum, quia nullarum virium est, nullarum facultatũ, ne cũ se cõmouerit in suppliciũ rapiatur, cessat timore hominis & si non dei. Potentes aũt mundi, reges, nobiles, nisi deum timeant quid timebunt? Sed prædicatur illis, & percutiuntur framea bis acuta, Dicitur illis, quia est qui ponat alios ad dexteram, alios ad sinistram, vt dicat eis qui à sinistris sunt, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Nondum diligunt iustitiam, sed timent pœnam, & timendo pœnam, iam acceperunt compedes, & in vinculis ferreis eruditũtur. Venit ad nos potens homo de seculo, offendit illũ vxor sua, aut forte concupiuit alterius pulcriorem, aut alteram ditiorem, vult dimittere eã quam habet, & non facit, audit à seruo dei, audit à Propheta: audit ab Apostolo & nõ facit, audit ab eo in cuius manibus est framea bis acuta: non facies, non licet tibi, non permisit deus dimitti vxorẽ, excepta causa fornicationis. Audit hoc, timet & nõ facit, pedes leues iam progrediebantur in lapsum, compedibus tenentur: habet vincula ferrea, timet deum: dicitur illi, Dãnabit te deus si feceris, iudex es supra omnes, audit gemitũ vxoris tuæ, reus teneberis in conspectu eius. Hac concupiscentia blanditur, hac pœna deterretur. Ibat. n. ad consentiendũ prauæ cupiditati, nisi vincula ferrea retinerẽt. Dicam quod plus est: sed dicat, Cõtinere iam volo, nolo iam vxorem, non potest. Quid si tu vis & illa non vult? Nunquid per continentiam tuam debes illã facere fornicariam? Si alij nupserit te viuo, adultera erit, Non vult tali lucro deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta deus tibi

Mat. 25

Matt. 5. & 19.

1. Co. 7.

4. sen. di. 34. ca. 1. Et. 33. quæst. 5. ca. Si dicat.

computabit, si nõ quod debetur exigis, sed reddis qđ debetur vxori: Times, non facis, concutiuntur vincula tua. Audi quia vinculis ferreis constrictus es. Alligatus es vxori, ne quæsieris solutionem. Durũ est, ferreum est. Nam quando dñs hoc ait, ostẽdit quia vinculum est ferreum. Adolescentes audite, Vincula ferrea sunt, nolite pedes mittere, ne cũ miseritis, arctius cõstringamini compedibus. Tales compedes consolidant vobis & Episcopi manus. Nunqd nõ fugiunt in Ecclesiam compediti & soluuntur hic? Hi viri fugiunt huc volentes dimittere vxores suas, & hic arctius colligantur. Nemo soluat has compedes, Quos deus coniunxit, homo nõ separet. Sed dura sunt vincula. Quis nesciat illã duritiã? Doluerunt Apostoli & dixerunt, Si talis est causa cũ vxore, non expedit nubere. Si vincula ferrea sunt, nõ opus est vt illic pedes mittantur. Et dñs, Non omnes capiũt verbum istud, sed qui potest capere capiat. Alligatus es vxori, ne quæsieris solutionẽ, quia alligatus es vinculis ferreis. Solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorẽ, non te obliges vinculis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum:) hoc est, iudiciũ qđ faciunt sancti super omnes gentes. Quare conscriptum? Quia ista antea conscripta sunt, & modo cõplentur. Ecce modo fiunt, aliqñ legebãtur & non fiebant: & cõclusit ita, Gloria hæc est omnibus sanctis eius.) Per totum mundũ, & per vniuersas gẽtes, hoc sancti agunt, & sic glorificantur, sic exaltant deum in faucibus suis, sic lætantur in cubilibus suis, sic exultant in gloria sua, sic exaltantur in salutem, sic cantant canticum nouum, sic dicunt halleluia, corde, ore, vita, Amen.

Matt. 19

1. Co. 17

I

K

L

In psalmum centesimũ quinquagesimum Præfatio.

QVanuis ordo Psalmorum, qui mihi magni sacramenti videtur continere secretũ, nondum mihi fuerit reuelatus, tñ quia omnes centum quinquaginta numerantur, etiã nobis qui totius ordinis eorũ altitudinem adhuc acie mentis non penetrauimus insinuãt aliquid, vnde nõ imprudenter, quantum dñs adiuuit, disputare possimus. Primum quindenarius numerus, ex quo iste multiplicatur. Quod enim valent quindecim in ordine singulorum,

rum, hoc valent centum quinquaginta in ordine denariorum, qm̃ quindecies deni eos faciunt: hoc valent mille quingenti in ordine centenariorum, qm̃ quindecies cẽteni sunt: hoc valent quindecim millia in ordine millenariorum, qm̃ quindecies mil leni sunt. Quindenarius ergo numerus cõ

M

Exo. 20

cordiam significat duũ testamentorum. In illo enim obseruatur sabbatum quod significat quietem, in isto dominicus dies qui significat resurrectionem. Sabbatum .n. est dies septimus, dominicus vero post septimum, quid nisi octauus, idem, q primus habendus est? Ipse enim dicitur etiam vna sabbati, vt deinde sit secunda, tertia, quarta, & deinceps vsque ad septimum sabbatum. A dominico autem vsque ad dominicum octauus est, dies, vbi testamẽti nomi

Mar. 16

ui reuelatio declaratur, quod in veteri tanquam sub terrenis promissionibus tegebatur. Septem porrò & octo, quindecim sunt. Tot sunt & cantica quæ appellantur graduum, quoniam totidem fuerunt etiam templi gradus. Deinde etiam quinquagenarius numerus magnum sacramentum per se gerit. Constat enim de septimana septimarum, addito vno tanquam ipso octauo ad quinquagenarium numerum terminandum. Septies quippe septem quadragintanouem faciunt, quibus vnus additur vt fiant quinquaginta. Qui numerus ququagenarius vsqueadeo magnæ significationis est, vt ex domini resurrectione tot diebus completis, ipso quinquagenario die venerit super eos, qui in Christo fuerant congregati, spiritus sanctus. Qui spiritus

A

Apoc. 1.

sanctus in scripturis septenario præcipue numero commendatur, siue apud Esaiam, siue in Apocalypsi, vbi apertissime septẽ spiritus dei perhibentur, propter operationem septenariam vnius eiusdemque spiri

Esa. 11.

tus. Quæ operatio septenaria per Esaiam Prophetam ita commemoratur, Requiescet super eũ spiritus dei, spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus

Psa. 18.

timoris domini. Ipse debet intelligi timor

1. Ioã. 4.

domini castus permanens in seculum seculi. Seruilem autem timorem consummata charitas foras mittit, & nos liberos facit, ne seruilia opera faciamus, quæ sabbato

Rom. 5.

prohibentur. Charitas autem dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hinc quoque spiritus sanctus septenario numero cõmẽdatur: quinquagenarium vero etiam in quadraginta & decẽ dominus dispertitus est. Die quippe quadragesimo post resurrectionem suam ascendit in cœlos, ac deinde completis diebus decem misit spiritũ sanctum, quadragenario. s. numero temporalem in hoc mundo cohabitationem cõmendãs, qm̃ quaternarius in quadragenario numerus prævalet. Quatuor aũt partes habent mundus & annus, denario vero addito velut mercede pro impleta lege bonis operibus reddita, ipsa æternitas figuratur. Hunc quinquagenarium triplum habent cẽtesimus & quinquagesimus numerus, tãquam eum multiplicauerit trinitas. Vnde & hac causa non inconuenienter intelligimus istum numerũ esse Psalmorũ. Nam & in illo numero piscium qui capti sunt retibus post resurrectionem missis, ad centum quinquaginta, additis tribus, velut admonitio videtur facta, in quot partes debeat iste numerus dispertiri, vt ter habeat quinquagenos: quanquam ille numerus piscium habeat & aliam rationem multo subtiliorem & iocundiorem, qp decem & septẽ in trigonum missis. i. ab vno vsque ad decem & septem omnibus computatis, ad eundum numerum peruenitur. In decem aũt lex, in septem vero gratia significat, quia legem non implent, nisi charitas dei diffusa in cordibus nostris p spiritum sanctum qui septenario numero signi

Rom. 5.

ficatur. Quod ergo quidam omnium Psalmorum quinq. libros esse crediderunt, illud secuti sunt, quoties in fine Psalmi dictum fuerit, fiat fiat. Sed huius dispertitionis rationem cum vellem comprehendere non valui, quia nec ipsæ quinque partes æquales sunt inter se, & si non scripturæ quantitate, saltem Psalmorum ipso numero, vt tricenos haberent. Et si vniuscuiusque libri finis est, fiat fiat, cur liber quintus idemque vltimus non eodem fine sit terminatus, merito quæri potest. Nos autem scripturæ canonicæ autoritatem sequentes, vbi legitur, Scriptum est enim in libro Psalmorum: vnum Psalmorum librum esse nouimus. Et vide quidem quomodo & hoc verum sit. Et illud & illud si verum est, huic vero non reluctetur. Fieri non potest vt aliqua consuetudine literarum Hebraicarum vnus liber dicatur, qui constat pluribus: sicut ex Ecclesijs pluribus

Act. 1. & 2.

B

Psal. 40. 17. 88. & 105.

C

Act. 2.

ribus vna constat ecclesia, & ex pluribus cœlis vnum cœlum. Non.n.cœlorum aliquod prætermisit q̃ dixit, Auxilium meũ
Ps. 120. a domino, qui fecit cœlum & terram. Et
Gene.1. cum scriptura dicat, Et vocauit deus firmamẽtum cœlũ, & aquas esse super firmamẽtum, hoc est super cœlum: non mentitur
Ps. 148. tamẽ eadem scriptura dicens, Et aquæ quæ
Psal.24. super cœlos sunt laudent nomen domini:
Acto. 1. quia nõ ait, super cœlum. Et vna terra ex multis terris. Nam & orbẽ terræ, & orbẽ terrarũ, quotidiana cõsuetudine dicimus. Et qui ait, Scriptũ est in libro Psalmorũ, quanquam mos loquendi sic se habeat, vt vnũ insinuare librum esse voluisse videatur, tñ responderi potest in libro psalmo-
D rum esse dictum, in al quo libro corũ quinque. Quod in vsu locutionis vsqueadeo vel nõ est, vel raro est, vt etiam duodecim Prophetarum vnum librum esse ideo persuadeatur, qui similiter legitur, Sicut scri-
Acto. 7. ptum est in libro Prophetarum. Sunt etiã qui vniuersas omnino scripturas canonicas vnum librum vocẽt, q̃ valde mirabili
Psal.39. & diuina vnitate concordent. Et hinc esse dictum, In capite libri scriptum est de me, vt faciã voluntatẽ tuam: vt sic intelligatur per filiũ pater fecisse mundum. Cuius conditio, principium scripturarum est in libro
Gene.1. Geneseos. Vel magis quia prophetia videtur esse, non facta narrans, sed futura prænuncians. Non.n.ait, quod fecerim: sed, vt faciam: siue, vt facerẽ voluntatem tuã. Ad illud hæc sententia referenda est, quod in primis partibus eiusdẽ libri scriptum est,
Gene.2. Erunt duo in carne vna. Quod sacramen-
Ephe.5. tum magnum dicit Apostolus, in Christo & in ecclesia. Quanquam & iste psalmorum liber potest significatus intelligi, vbi dictum est, In capite libri scriptum est de
Psal.39. me, vt faciã voluntatẽ tuam. Sequitur.n. Deus meus volui & legem tuam in medio
E cordis mei. De ipso q̃ippe accipitur prophetatus in capite libri huius psalmus iste primus, Beatus vir qui non abiit in consi-
Psal. 1. lio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiarum nõ sedit, sed in lege domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Psal.39. Vt hoc sit quod dictũ est, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Quod autem sequitur, Euangelizaui iustiam tuam in Ecclesia magna: congruẽtius ad illud referẽ, Et erunt duo in carne vna.

Siue ergo illud, siue hoc intelligatur quod Gene.2.
dictum est, In capite libri, liber iste Psal- Ephe.5.
morũ per quinquagenos, si per ipsos quinquagenarios articulos interrogetur, magnum aliquid & valde dignum consyderatione respondet. Non enim frustra mihi videtur quinquagesimus esse de pœnitentia, centesimus de misericordia & iudicio, centesimus quinquagesimus de laude dei in sanctis eius. Sic.n.ad æternã beatamq̃. tendimus vitam. Primitus peccata nostra damnando, deinde bene viuendo, vt post condemnatam viam malam, gestamq̃. bonam, mereamur æternam. Secundum propositũ.n. occultissimæ iustitiæ bonitatisq̃. suæ deus quos prædestinauit, illos & voca
F uit. & quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorifica- Rom.8.
uit. Prædestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius p̃sentia. Tria vero reliqua in nobis fiũt, vocatio, iustificatio, & glorificatio. Vocamur prædicatione pœnitentiæ. Sic.n.cœpit dominus euangelizare, Agite pœnitentiam, appropinquabit.n.regnum cœlorum. Iustificamur in vocatione misericordiæ, &
timore iudicij. Hinc est quod dicit, Deus Psal.53
in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Non timet iudicari, qui impetrauerit antè saluari. Vocati, renũciamus diabolo per pœnitentiam, ne sub iugo eius remaneamus. Iustificati, sanamur per misericordiam, ne iudiciũ timeamus. Glorificati, transimus in vitam æternam, vbi deum sine fine laudabimus. Ad hoc p- Luc.13.
tinere arbitror quod dominus ait, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Quod etiã in triduo suæ passionis & dormitionis, & euigilationis ostẽdit. Crucifixus est enim & sepultus, & resurrexit. In cruce de principibus & potestatibus triumphauit: in sepulchro requieuit, in resurrectione exultauit. Pœnitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita æterna glorificat. Pœnitẽtiæ vox est, Miserere mei deus secũdum magnam misericordiam tuam, Et secundum multi Psal.50.
G tudinem miserationum tuarum dele iniquitatẽ meam. Hæc offert sacrificiũ deo, spiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum, quod deus non spernit. Iustitiæ Christi vox est in electis suis, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe, psal- Psal.100.
lam & intelligã in via immaculata, quando ve-

do venies ad me. Per misericordiam quippe adiuuamur ad faciendam iustitiam, vt securi ad iudicium veniamus, vbi disperdũtur de ciuitate domini omnes qui operãtur iniquitatẽ. Quo versu Psalmus iste concluditur, Et vitæ æternæ vox est.

Expositio Psalmi.

LAudate dñm in sanctis eius.] Vtique in eis quos glorificauit. Laudate eũ in firmamento virtutis eius. Laudate eũ in virtutibus eius.) vel vt alij interpretati sunt, In potẽtatibus eius. Laudate eũ secũm multitudinẽ magnitudinis eius.] Omnia ista ipsi sunt sancti eius, qũo dicit Apos-
2.Co.5. tolus, Vt nos simus iustitia dei in ipso. Si ergo iustitia dei quam fecit in eis, cur non & virtus dei quã fecit in eis, vt resurgerent a
2.Co.13 mortuis? Nã in Christi resurrectione virtus maxime commendantur, quia in pas-
Phili.3. sione infirmitas fuit, dicente Apostolo, Et
Rom.6. si crucifixus est ex infirmitate nra, sed vi-
H uit ex virtute dei. Et alio loco, Ad cognoscendum, inquit, eum, & virtutem resurrec-
1.Co.5. tionis eius. Optime autẽ ait, In firmamẽto virtutis eius. Firmamentũ est.n. virtutis, quia iam nõ morietur, & mors ei vltra non dñabitur. Cur nõ & potentatus dei dicantur quos in eis fecit? Immo ipsi sunt potentatus eius: qũo dictum est, Nos sumus
Heb.10. iustitia dei in ipso. Quid.n. potentius quã
Ps. 109. regnare in æternũ, sub pedibus positis omnibus inimicis? Cur non ipsi sunt ẽt multitudo magnitudinis eius? Nõ quia ipse magnus est, sed qa magnos eos fecit, tam multos, hoc est, milia miliũ. Sicut aliter intelligitur iustitia qua est ipse iustus, aliter q̃ in nobis facit, vt nos simus iustitia eius. Iidẽ ipsi sancti sunt in omnibus musicis organis, deinceps significati ad laudãdum deũ. Quod.n. proposuit dicens, Laudate dñm in sanctis: hoc exequitur varie, significans eosdem ipsos sanctos eius. Laudate eum in sono tubæ.) Propter laudis excellentissimam claritatẽ. Laudate eũ in psalterio &
I cithara.) Psalteriũ est de superioribus laudans dñm, Cithara de inferioribus laudãs deum, tanquam de cœlestibus & terrestribus, tanquam eum qui cœlum & terram fecit. Iam quippe in alio psalmo exposuimus Psalterium desuper habere sonorum illud lignum, cui neruorum series vt meliorem sonum reddat incumbit, quod lignum cithara inferius habet. Laudate eum in tympano & choro.] Tympanum laudat deũ, cum iam in carne mutata & morata nulla est terrenæ corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanum, exiccato atque firmato, Chorus laudat deum, quando laudat eum pacata societas. Laudate eum in chordis & organo.] Chordas habet & psalterium & cithara, quæ superius commemorata sunt. Organum autem generale nomen est omnium vasorum musicorum, quamuis iam obtinuerit consuetudo, vt organa proprie dicantur ea quæ inflantur follibus, quod genus significatum hic esse non arbitror. Nam cum organum vocabulum Græcum sit, vt dixi generale omnibus musicis instrumentis, hoc cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Vt autem organum dicatur, magis Latina & ea vsitata est vulgaris consuetudo, Quod ergo ait in chordis & organo, videtur mihi aliquod organum quod chordas habeat, significare voluisse. Non enim sola psalteria & citharæ chordas habent. Sed quia in psalterio & cithara propter sonum ab inse K
rioribus & superioribus aliquid inuentum est, quod secundum hanc distinctionem posit intelligi, aliud nos in ipsis chordis quærere admonuit, quia & ipsæ sunt caro, sed iam a corruptione liberatæ: quibus fortasse ideo addidit organum, non vt singulæ sonent, sed vt diuersitate concordissima consonent, sicut ordinantur in organo. Habebunt enim etiam tunc sancti dei differẽtias suas consonantes, non dissonantes. i. cõsentientes, non dissentientes: sicut sit suauissimus cantus ex diuersis quidem, sed nõ inter se aduersis sonis. Stella enim a stella differt in claritate, sicut & resurrectio mortuorum. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.) Cymbala in inuicem tanguntur vt bene sonent, ideo a quibusdam labijs nostris comparata sunt. Sed melius intelligi puto in cymbalis quodammodo laudare deum, dum quisque honoratur a proximo suo, non a seipso, & inuicem honorantes dant laudem deo. Ne quis autem cymbala intelligeret quæ sine anima sonant, ideo puto additum, in cymbalis iubilationis. Iubilatio nanque, id est, ineffabilis laus, non nisi ab anima proficiscitur. Nec præ- L
tereundum existimo quod musici dicunt, & res ipsa manifesta est, tria esse genera so-

ra sonorum, voce, flatu, & pulsu. Voce, vt est per fauces & arteries, sine organo aliquo cantantis hominis. Flatu, sicut per tibiam, vel quideiusmodi. Pulsu, sicut per citharam vel quod eiusmodi. Nullum itaq. genus hic prætermissum est. Nam vox est in choro, flatus in tuba, pulsus in cithara: tanquam mens, spiritus, corpus, sed per similitudines, non per proprietates. Quid ergo proposuit, Laudate dominum in sanctis eius? Quibus hoc dixit, nisi eis ipsis? Et in quibus vt deum laudent, nisi in seipsis? Vos enim sancti eius, inquit, virtus eius estis. Sed quam fecit in vobis, Et potentatus eius, & multitudo magnitudinis eius, quam fecit & ostendit in vobis. Vos estis tuba, psalterium, cithara, tympanum, chorus, chordæ & organum, & cymbala iubilationis bene sonantia, quia consonantia. Vos estis hæc omnia: nihil hic vile, nihil hic ludicrum vel lubricum cogitetur. Et quia sapere secundum carnem mors est,
M Omnis spiritus laudet dominum.
Psalmi centesimi quinquagesimi & vltimi.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI
Deuota Oratio

quam post singulos sermones atque tractatus psalmorum dicere consueuit.

COnuersi ad dominum deum patrem omnipotentem, puro corde ei quantum potest paruitas nostra, maximas atque veras gratias agamus, precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis fidem multiplicet, mentem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Iesum Christum filium suum dominum nostrum, qui cum eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Tomi octaui, finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd.

Omnes quaterniones præter Dddd ternionem.

Venetijs, apud Dominicum Nicolinum.
M D L X X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

20. Jas


Universidad de Deusto
Biblioteca